



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

Princeton University Library

32101 079838940

RECAP




Fernando Vasquez Menchaca

D. FERNANDI VASQVIL,

MENCHACENSIS PINCIA,
NI HISPANI IVRECONSULTI
IN SVMMO DOMINICAE REI PHILIPPI

HISPANIARVM REGIS CATHOL,
Prætorio, Senatoris:

75 72



CONTROVERSIA-

RVM ILLVSTRIVM,
ALIARVMQVE VSV
frequentium
LIBRI TRES.

NVNC DENO LONGE
QVAM ANTEA EMENDA-
tius ac elegantius editi: Iureconful-
tis omnibus summo vsu
futuri.

M. D.

LXXII.

Francofurti ad
Manum

MAGNIFICO, CLARIS-
SIMO QVE VIRO, PRVDEN-
TIA, ERVDITIONE, FACVNDIA, VARIIS-
QVE VIRTVTIBVS VERE NOBILI, DN. FRANCISCO

MVTZELTIN, V. I. LICENTIATO, CANCELLARIO HIL-
desbeymensi, Consiliario Brunsvicensi, Lunenburgensi, ac Holsa-
tiensi, &c. Domino suo obseruandisß.

SIGISMVNDVS FEBRABEND S. D. P.



VELTA sunt omninò, Magnifice FRANCISCE, eaq; diuersa etiam, cum officia, tum beneficia, quibus homines in hac communi conuersatione, mutuò sese demereri possunt: imò etiam antiquitas omnis, totam posteritatem, potissimùm autem variarum artium ingeniosissimis, atq; subtilissimis inuentionibus, quibus hæc humana vita carere nullo modo potest, iam olim est demerita. Inter illa verò omnia, nullum præclarior, vtilius, admirabilius, imò diuinius (nempe singulari Dei opt. max. dono, mortalibus concessum, & non merè humanum inuentum) extat, Litterarum cognitione & vsu. Per eas siquidem non solum artes omnes (quocunq; illè nomine recēseantur, tam inferiores quam superiores, quarum sanè sunt quàm plurimæ) primùm traditæ, verùm etiam ab ipso inuentionum suarum initio, ad hoc nostrum vsque seculum, fortasse postremum, fidelissimè sunt cōseruatæ. Quamquam autem extra controuersiam sit, præcipuam laudem ipsis primis artium quarumuis inuentoribus, pro ipsorum in indagando solertia & sedulitate, atque in commune porro, quæ subtiliter excogitârunt, conferendi candore beneficentiæque, debeatur, tamen nec hoc negari verecundè potest, quin illi quoque non mediocrem sint gratiam promeriti, qui semel inuenta, & litteris librisque tradita, earundem litterarum beneficio, in perpetua successione ac cōseruatione retinuerunt, adeoque ab interitu vindicârunt. Et olim quidem Regum atque Principum virorum erat hæc cura, immo gloria, vt extractis amplissimis Bibliothecis, optimos quosq; omnis generis Scriptores & Auctores, vndecunque, ex longissimis etiam regionibus, incredibilibus sumptibus conquisitos, in iisdem posteritati saluos retinerent. Sic Ptolomæus Philadelphus laudatissimus Aegypti Rex, Alexandriae Bibliothecam, quæ septingenta millia librorum: Sic Eumenes Attali filius Pergami Bibliothecam (ex loco postea Pergamenam dictam) supra ducenta millia, sic Imperator Gordius Romæ Bibliothecam, qua Sexaginta duo millia, sic denique (vt taceam de

76 A 6
92. 16. 16

342315

EPISTOLA

cæteris tam veteribus quàm recentioribus, quorū alioquin magnus erat futurus Catalogus) Imperatores Constantinopolitani ibidem, in Basilica S. Hilarij, & templo S. Sophiæ ultra centum viginti millia librorum in separatis Bibliothecis recondita habuere: illique omnes ea re nomen atque laudem æternam sunt consecuti. Nescio autem qui factum sit, vt quod Regum atque Principum virorum (vt supra dixi) munus olim fuit, ab iisdem neglectum, postea ad Monasteria, denique nostra tempestate ad priuatos etiam, litterarum artiumque amatores, peruenerit. Sed quorsum hæc, fortè dices, tam altè longèque repetita, tendunt? Eò nimirum, Clarissime MVTZELTINE, vt ostenderem, non satis esse, multos extare præclaros Scriptores & Auctores, si non sint etiam, qui eosdem perpetua quasi reuirescentia (vt ita loquar) conseruent. Hæc est enim omnium rerum humanarum conditio, seu miseria potius, vt tempore labefactatæ, occasum, atque interitum denique spectent. Hinc est (vt nihil dicam de immanibus illis, quos Antiquitas etiam inter orbis vniuersi miracula, vt reuera fuerunt, retulit, operibus, vrbes nempe, Colossos, Pyramides, Obeliscos, Tempa, Amphiteatra, & similia, iam penitus omnia collapsa) quod etiam singulæ, de quibus supra dixi, Bibliothecæ, quantumuis splendide, quantumuis celebres, tamen funditus, partim incendijs, partim hostilibus direptionib. iam olim interierunt. Reliquit autem Deus in alijs Bibliothecis nō paucos nec contēnendos Auctores, qui postea Scribarū opera, maximè in Monasterijs, sunt cōseruati, tandē præclarissimam etiā Typographicam artē, pro ineffabili sua benignitate maioribus nostris, proximè præterito seculo, cōcessit: quasane illi deinceps & huc vsque non modò quasi iuris publici (siue Respublica, vt de Asinio Pollione Plinius scribit, cui primam quoque Romæ Bibliothecam, eiusque inuentum tribuit) facti sunt, verum etiam in æternum conseruari possunt. Hæc igitur ego cum iam pridem animo perpendere, & alioquin singulari rem litterariam pro viribus promouendi studio flagrarem, ea de causa Typographos aliquot iam annos, nō paucos meis sumptibus huc vsque foui, operamque dedi, vt non solum recentiorum Scriptorum opera noua Studiosis rerumque præstantiarum cognitionis cupidis euulgarem, Sed etiam euulgatos iam & editos Auctores, quos à viris doctis iudicandique peritis æterna conseruatione dignos censerem animaduertentem (præsertim in Iure ciuili) recudendos sæpius, curarem. Qua quidem re Studiosis nostræque nationis hominibus, insuper hac etiam in parte commodare volui, vt qui ex Lusitania, Hispania, Italia & Gallia ad nos importantur magno pretio libri, eos ego recusos, ferè dimidio communicare possim. Quapropter cum clarissimi atque celeberrimi L. C. Fernandi Vasquij à Menchaca Hispani, Illustrium Controuerfiarum Libros, tres iam antea Venetijs (sed admodū, operarum incuria, deprauatè) editos,

D E D I C A T O R I A.

editos, à multis harum rerum peritis, summoperè commendari audirem, intermittere nolui, quin illos iisdem meis Typographis recu-
dendos, atque ita ab interitu vindicandos, darem. Nec arbitror ne-
cessarium esse, vt hoc loco de istorum librorum præstantia vtilitate-
que multa differam (vt vulgus hominum de rebus venalibus solet)
cùm vino vendibili, iuxta vetus prouerbiū, non sit opus suspen-
sæ hædera, & libri ipsi, qui fructus ex ipsis colligēdi sint, abundè demon-
strent. Habes iam, vir amplissime, causam quam propter hunc Au-
ctorem recudi voluerim. Nunc alteram accipe, cur hanc nouam æ-
ditionē Exc. T. præceteris inscribere atq; dedicare constituerim. Cùm
in celebri illo statuum Imperij, peculiariter Deputatorum conuentu,
apud nos anno superiore habito, tu nomine Illustris. Principis, Do-
mini Iulij Ducis Brunsvicensis & Luneburgensis, Legatum hic age-
res, atq; pro solita tua humanitate, non solum ædes atq; Tabernas
meas librarías inuiseres, sed insuper etiam aliquoties, nunc ad pran-
dium, nunc ad cœnam me perhumaniter inuitares, causam mihi de
te (dicam ingenuè quod res est) paulò curiosius percunctandi, dedi-
sti. Comperi igitur omnium (grauissimorum sanè virorum) testimo-
nio, te in omni litterarum genere, Iure verò ciuili potissimùm, eximia
eruditione, in rebus consultandis prudentia & perspicacia singulari,
in obeundis verò expediendisq; dexteritate atq; foelicitate summa,
præditum esse, adeo vt ob tot insignes tuas virtutes, tot illustres Prin-
cipes, etiã in tam longè distantibus locis positi, certatim te inter suos
consiliarios legere atq; referre ambiuerint. Et hæc quidem ex illis.
Nam cætera animi tui ornamenta, pietatem dico, facundiam, comi-
tatem, humanitatem, & quæ reliqua sunt (corporis etiam dotes non
vulgares) ipse coràm perspicere cognoscereq; potui. Cùm igitur cui
nouam hanc Fernandi Vasquij editionem potissimū inscriberem,
mecum deliberarem, tu vel in primis occurristi, quem illa dignum iu-
dicarem: cùm ob eximias illas, quas paulò ante commemorauī, vir-
tutes, tum vt deditissimi animi erga te mei specimen aliquod etiam
publicè extaret. Itaq; quod reliquum ac extremum est, vt hanc obser-
uantia meæ qualem qualem testificationem, benignè accipias, me-
que in amicorum tuorum album semel receptum, perpetuò retine-
re digneris, te vir clarissime, etiam atq; etiam oro, Bene vale,

Francofurti ad Moenum, ex ædibus nostris, Calend.

Martij, Anno M, D, LXXII.

POTENTISSIMO IN VICTISSIMO QVE MO- NARCHAE PHILIPPO HISPAN-

NIARVM, NOVI ORBIS, VTRIVS-
QVE SICILIAE, ETC. REGI
CATHOLICO,

*Fernandus Vasquius Menchacensis in summo dominica-
rei pratorio Senator. S.*



MNEIS, qui Reipublicæ præessent Principes (Monarcha Christianissime ac potentissime) duo ob oculos tenere debere præcepta, Platonis sententia est: Primum, vt suorum commodorum obliuiscant, ciuium duntaxat vtilitatem tueantur, vt enim tutela minorum, sic & procuratio Reipublicæ ad vtilitatem eorum qui commissi sunt, nõ ad eorum quibus commissa est, gerenda est. Alterũ, vt vniuerso populo consulant, subueniãt ac prospiciant, ne dum vnã aut alteram tantũ partẽ intuentẽ reliquas deserant. Id quod (vt voce Maronis vtar) per paucos, quos æquã amauit Iupiter, aut ardens euexit ad æthera virtus, assequutos fuisse, vel ex eo intueri licet, quod summus Principũ & legĩlatorum veteris Testamenti Moses cum Iudæis præfideret, omnibusque ciuibus æquẽ solus consulere, ius reddere, omniaque prospicere studebat, nec id vires, aut humana fragilitas concederent, maiora negotia minoribus impeditus, & minora maioribus obrutus, perficere non volebat, quod Exodi cap. 18. memoria proditum est, vt quod Liricus noster de eo, qui binos lepores pariter insectaretur, sicque vtroque vt careret necessum esset modulabatur, ipsi Mosi obrigisse videretur. Sicque & rei ipsius experientia probẽ edoctus, & potissimum Iethri suafu victus destitit ab incœpto, cœpitque maiora per se, reliqua verò per probos, prudentesque viros, & magistratus peragere, ac expedire. Sed (mirabile dictu) quod onus ipsi Mosi (qui solus inter mortales diuinam faciem aspectumque coram intueri & contemplari, cœlitusque latas leges generi humano tradere meruit) impar grauissimumque fuisse, apparuit, id tibi (regum humanissime ac potentissime) leue ac leue & suaue esse videtur, qui res graues & arduas mira peritia, fortitudine & iusticia gubernare & moderare ita soles, vt non solum mediocriũ, verum nec minimarum etiã rerum, vel personarum curam & tuitionem, quæ tua Principum optime & maxime, clementia, mansuetudo & beneficentia est) prætermittere videaris, tuique facilem placidumque adytum tam minimis & miserabilibus personis, quàm etiam maximis, non solum diebus cunctis, sed etiam omnibus horis summa lenitate & benignitate præbere, sicque omnia scitẽ & veluti afflatu quodam diuino oportune disponere ac temperare, vt maxima, media, & minima negotia cumulatisimẽ abste confecta mutuo concursu sese minimẽ impedire incomperito sit, vt attestantur cum omnes regiones & nationes, quibus latissimẽ, felicissimẽ & placidissimẽ dominaris, tum etiam reliquæ gentes & Christiani nominis prouinciæ, quibus summa ope, cura & diligentia ac pietate innummeris animi dotibus consulere, prospicere, ac mederi curasti. Et vt antiquitas animaduertens genus humanum sapientia, sermone, consilio & ratione cæteris præstare animantibus, grata tanti beneficij recordatione, varia sacrificia dijs immortalibus, quos colebat, instituit, vtq; splendidissimi, ac potentissimi tui maiores imperatorijs regijsq; virtutibus ac dignitatibus decorati, Christiani nominis propagatores ad tuendam veram Redemptoris nostri religionem, ardenti & pijsimo animo, ac incredibili penẽ cura, studio, diligentia & labore, victricibus armis properarunt, ita & eorum pietatem erga vera Dei Optimi Maximi dogmata tuenda, quàm fueris insectatus, si homines tacerent, iumenta & saxa loquerentur. Totis enim viribus, nervis & conatibus communis salutis causam, non ad eas tantum regiones & nationes, quibus dominaris, sed & ad reliquas etiam omnes Christiani nominis gentes & prouincias fouere, ac saluare semper enixeque ita festinasti, vt meritò te (lucidissimum Principum fidus, ac primarium decus) quia prospicis omnia solus, verum possimus dicere Solem

EPISTOLA DEDICATORIA.

lem. Tuis ergo cœptis supernus rerum Opifex ac parens Deus faueat, tuque hisce meis laboribus aspira, fructusque ingenio mei, qui aræ tuæ, quæ suauioribus epulis solita est onerari, libantur & consecrantur, placidè & solita lenitate accipe, summum orbis conditorem imitatus, qui firmum & pium offerentis animum optimis & maximis etiam donis solet anteferre, quæ si nobis obtigerint, satis ac fatis vberem fructum ac mercedem vigiliarum nostrarum percipisse videbimur, easque omnes probaturos sperabimus. Vale Christianissime ac potentissime Regum, lumen Hispaniæ gentis, & Christiani orbis oraculum. Venetijs, v. Kalend. Februarij.

M. D. LXIIII.

CONTRO-



I

CONTROVERSIARVM IL- LUSTRIVM, ALIARVMQVE VSV FREQVENTIVM, LIBRI TRES.

AVTHORE

FERNANDO VASQVIO A' MEN-

CHACA PINCIANO HISPANO IVRE-

CONSVLTO IN SVMMO DOMINICAE REI

PRÆTORIO PHILIPPI HISPANIARVM

Regis Catholici Senatore.



S V M M A E.

- | | |
|--|--|
| <p>1 HOMO homini vt pro-</p> <p>2 HOMINE esse velit de iure natu-</p> <p>3 HOMINE ræ est.</p> <p>4 HOMINE Iure naturali abutimur</p> <p>5 HOMINE falsis imbuti doctrinis.</p> <p>6 HOMINE Homo homini pernicios.</p> <p>7 HOMINE Adulatores Principū hu-</p> <p>8 HOMINE mano generi pestu no-</p> <p>9 HOMINE centissima.</p> <p>10 HOMINE Homines ingenij hebetioris seruos non esse.</p> <p>11 HOMINE Aristo. impia sententia.</p> <p>12 HOMINE Alexandri Historia & Tyrannis.</p> <p>13 HOMINE Iustitia qua pestis capitalior.</p> <p>14 HOMINE Seruus homo iure natura non est.</p> | <p>10 HISTORIA Antigoni Macedonum Regis, & nume-</p> <p>11 HISTORIA ro 42. & 103.</p> <p>12 HISTORIA Vitiæ virtutis specie tegere venenum est validissi-</p> <p>13 HISTORIA mum.</p> <p>14 HISTORIA Libri huius inscriptio declaratur.</p> <p>15 HISTORIA Oratio prima.</p> <p>16 HISTORIA Oratio sequens.</p> <p>17 HISTORIA Iustitia commendatio.</p> <p>18 HISTORIA Potestatis vtriusque finis.</p> <p>19 HISTORIA Iustitiæ denegatio Principibus periculosa.</p> <p>20 HISTORIA Maioribus maiora debentur.</p> <p>21 HISTORIA Invidia pares impetit.</p> <p>22 HISTORIA Invidia sedatur virtute.</p> <p>23 HISTORIA Aequale nihil.</p> |
|--|--|

A

22 Homi-

LIBRI PRIMI

- 22 Homines non esse in aequali fortuna ad deum vniuersi expediebat.
- 23 Aequalitas inter homines an esse expediat.
- 24 Historia Licurgi.
- 25 Historia Carij.
- 26 Dominum habere nobiliorem, confert ad dignitatem vasallorum, & nobiliores habere subditos, confert ad nobilitatem & dignitatem Principis.
- 27 Christi in genus humanum beneficia, & nu. 28.
- 29 Iudices Hispanenses à rege electi digniores ceteris.
- 30 Vasallos an principibus vendere liceat ob publicam necessitatem.
- 31 Publica utilitas reparanda non quorundam impensa aut damno, sed vniuersorum.
- 32 Dignior qui potentior.
- 33 Qualitas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi.
- 34 Potentia nulla & finita exequantur.
- 35 Finitorum sola remanet umbra.
- 36 Historia variarum ciuitatum.
- 37 Fatiscunt saxa & monumenta.
- 38 Tempus omnium rerum sepulturam.
- 39 Fabula Saturni.
- 40 Historia Archidami.
- 41 Historia Alexandri Magni.
- 42 Regna, imperia, principatus instabiles.
- 43 Historia varia Priami & Cræsi & Xexu.
- 44 Historia Aenea.
- 45 Historia Romuli & Remi.
- 46 Historia Sceuole.
- 47 Historia Horatij.
- 48 Historia Tergeminerum.
- 49 Historia Cræsi.
- 50 Historia Cræsi.
- 51 Historia Cræsi.
- 52 Historia Dionysij.
- 53 Historia Annibalis.
- 54 Historia Fabij Maximi.
- 55 Historia Marij.
- 56 Historia Pompeij Magni.
- 57 Historia Lentuli & Cethegi & Catilina.
- 58 Historia Iulij Caesaris.
- 59 Historia Priami, Hectoris, Polixena, Cassandra.
- 60 Historia Solonis & Cræsi.
- 61 Historia Epaminonda.
- 62 Fabula Orlandi Furiosi.
- 63 Suscitari non potest extinctum naturaliter, quod si supernaturaliter suscitetur, tunc non eadem res, sed alia noua videtur.
- 54 Lazarus resuscitatus.
- 65 Animas mortales esse qui falso crediderint.
- 66 Opinio Vastorum & Saducorum.
- 67 Historia Socratis.
- 68 Mors quid sit.
- 69 Mortui quo loco iacebunt.
- 70 Mors indiuidua.
- 71 Historia Diagora.
- 72 Animas in celum redituras asserentes.
- 73 Animas esse igneas.
- 74 Anaxagora Historia & sententia.
- 75 Socratis locus.
- 76 Fabula Panthoides.
- 77 Diuitia conferunt ad maioritatem.
- 78 Diuiti. pariunt potentiam.
- 79 Potentiores digniores.
- 80 Stipendium denotat dignitatem merentarij.
- 81 Pœna & premio Rempublicam contineri.
- 82 Historia Lisandri.
- 83 Deus premium & pœnam probè dispensat.
- 84 Lucrum res efficacissima.
- 85 Dignitas pendet ab hominum opinione.
- 86 Populi vox & opinio maximam vim habet.
- 87 Labor premio dignus.
- 88 Labores faciunt viros celebres.
- 89 Historia & labores Herculis.
- 90 Hispaniarum rex vt pressus oneribus, ita excellens honoribus.
- 91 Regi verum trophæum esse omnibus parem.
- 92 Labores vt ad veram gloriam & æternam vitam conducibiles, ita ad humanam noxij sunt.
- 93 Historia & error Pompeij Magni.
- 94 Labores an fugiendi.
- 95 Clerici monachi quare honoribus præferantur.
- 96 Gloria vera labore emenda.
- 97 Historia Adriani Imperatoris.
- 98 Periculum vbi maius, ibi maior remuneratio.
- 99 Imperium quo maius, eo maius periculum.
- 100 Historia regis cuiusdam.
- 101 Vtilior pluribus maiore premio dignus, quàm quis paucioribus vtilis est.
- 102 Principatus ad utilitatem subditorum inuentus.
- 104 Rex est propter regnum, non regnum propter regem.
- 105 Regnum est iuris gentium.
- 106 Regnum an sit iuris diuini.
- 107 Regnum & rex sunt nomina generalia ad omnes magistratus spectantia.
- 108 Reges prius quàm leges scriptæ.
- 109 Deus olim mundum per se ipsum regebat.
- 110 Deus cunctis humanis præest, & cunctorum auctor est.
- 111 Deo auctore omnia fieri, quo sensu accipiendum.
- 112 Fetisse non tam videtur qui iussus parer, quàm qui iubet.
- 113 Reges à Deo esse quo sensu accipiendum.
- 114 Deum nullus mortalium videt.
- 115 Humana cognitio est per aliquem ex quinque sensibus corporeis.
- 116 Testis id tantum scire dicitur, quod percipit aliquo ex quinque sensibus corporeis.
- 117 Principatus, imperium, regnum dici possunt de iure ciuili, & de iure gentium, & de iure diuino.
- 118 Ius gentium quid.
- 119 Reges dici possunt omnes legitimi magistratus lata voce.
- 120 Reges quare inuenti.
- 121 Homo est animal sociabile naturali instinctu.
- 122 Humanum ingenium proclius ad dissentendum.
- 123 Magistratus quilibet largè dicitur rex.
- 124 Reges quare non habeant, aut egeant bruta.
- 125 Regibus, aut magistratibus subesse, non est necessitatis præcise.
- 126 Quo maior administratio, eo sublimior administrans.
- 127 Doctores actu legentes præferuntur ijs qui actu non legunt.

- 128 Dignior est qui digniori loco praest.
- 129 Filius an sit patri ratione officij preferendus.
- 130 Historia per Aulum Gellium relata.
- 131 Ciues an digniores quàm municipales.
- 132 Hispania dignissima.
- 133 Loci consideratio magni momenti est.
- 134 Historia Alexandri.
- 135 Dignior est is, cui Princeps magis fauet.
- 136 Doctor à Principe creatus reliquis sublimior habetur.
- 137 Canonicus à Papa creatus reliquis sublimior habetur.
- 138 Angelus quid significet.
- 139 Principes sunt Dei ministri.

1
Homo homini ut prodesse velit, de in re natura est.

V T H O M O homini ob eam causam tantum, quod is homo sit, consultum velit, in primisque docendo rationibusque prudentiæ tradendis naturæ iuribus præscriptum esse, Cicero 2. de finib. scripsit, qui 3. Tuscul. diuino quasi (vt solet) afflatu, ingenijs nostris femina esse innata virtutū ait, quæ si adulescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret: † verum nos cum primùm magistris traditi sumus, ita varijs, inquit, imbuimur erroribus, vt vanitati veritas, & cæcis opinionibus confirmatis, natura ipsa cedat, nec aliorum illud Aufonij spectare videtur sic lamentantis: † Pernicies hominum quæ maxima, solue, inquit, homo alter, iamque non possumus non delere vehementer, quod iura naturalia, quæ à veridicis ac prudentissimis Iureconsultis, quasi immutabilia tradita fuerant, quæque felicitatem mortalibus præferabant, exulare cogantur, ab orbe ferè vniuerso exterminata. cum innumeris alijs in rebus, tum maximè circa controuersiarum illustriores, † dum quasi stipendijs ad adulandum, conducti scriptorum quique, eorum Principum, à quibus aluntur gesta vt cunque noxia. Non excusare modò, verum honestare, decorare, summisque laudibus efferre nò verentur, aut pudent. quis enim ferat Aristotelis audaciam, ne dicam inexpiablem noxiam, 1. Politic. scribentis † hebetioris ingenij homines natura seruos, aut ad seruiendum prudentioribus, natos videri, † qua infausta voce Alexandri Magni, à quo alebatur alienas vrbes & regiones, vniuersum denique orbem armis infestantis, funestam tyrannidem non solum defendere, verum commendare & laudare machinatus est: quasi quas gentes, vrbes, prouincias cladibus ille afficiebat, eas iuuare, ad cultioremque vitam, aut viuendi modum redigere, & non potius infernas ad umbras, quasi fulminibus adigere videretur. at quid peccauimus hebetiores. Deus enim fecit nos, non ipsi nos. Vt iam de istorum & similium perniciosissima adulatione, illud Cicer. Offic. 1. meritò iactare possimus, † Nullam esse iustitiæ pestem capitalior.

2
Iure naturæ abutimur falsis imbuti doctrinis.

3
Homo homini pernicies.

4
Adulatores Principum humani generi nocentissimi.

5
Homines ingenij hebetioris seruos non esse.

6
Arist. impia sententia.

7
Alexandri historia et tyrannus.

8
Iustitiæ quæ pestis capitalior.

rem, quàm eorum, quicquid maximè fallunt aut lædunt, id agunt, vt boni viri videantur, & si Dijs placet, non pauci nostrorum impiam illam Aristot. sententiam sequantur: quantò iustius & sanctius veridici ac grauissimi Iureconsulti, qui etiam † eosmet de iure gentium serui effecti essent, iure naturæ liberos permansisse (in l. quod attinet. ff. de reg. iur. & alibi sæpè) scripserunt. † quantoque splendidius & magis ingenuè Antigonus Macedonum Rex Philosopho cuidam librum, quo de iustitiæ partibus agebatur, ei porrigenti, erras, inquit (vt refert Plutarchus in Apoph.) qui cum me videas alienas ciuitates armis infestantem, de iustitia apud me differas: † noluit enim suam tyrannidem & violentiam mentita virtutis specie tegere, in hoc saltem humano generi, quàm Alexander & sui adulatores officiosior, quod hominibus tantum, nò etiam ipsi iustitiæ bellum inferre properabat. Iustitiam enim bello & armis adorari festinat, qui virtutis vestibibus & regiminibus vitia induit, vt iam vera virtus & iustitia hominibus non notescat, sed vel lateat vel ambigua fiat, † quamobrem de illustribus controuersijs agere animus fuit, si fortè huic humani generis laxitati, potentiorum Principumve illustrissimorum, adulatorum plerunq; interuentu & opera, fatigatæ, opem ferre aliquantulum possemus. circa controuersia verò vsibusque Forensibus agitata & frequentia, versaturos, plerunque nos ideò profiteamur, quod illa præceptore vehementer egere, hæc vberimum fructum esse allatura in comperto sit. & propterea huic operi controuersiarum illustrium aliorumque vsu frequentium titulum inscripsimus.

Inter reliquas verò illustres controuersias ab ea libet præfari, quæ die Februarij 6. anno Domini 1563. cæpta fuit Tridenti, cui nos interfuimus, cum à potentissimo Hispaniarum Rege ac Domino nostro Philippo ad sacrosanctum Oecumenicum concilium eo loci celebrandum missi essemus, die dicta ab Illustriss. Cardinalibus Summi Pontificis delegatis iussum fuit, vt Doctorum singuli de articulo matrimonij tunc proposito, suas externis classibus dispositi, eo tamen ordine, vt omnium primi Summi Pontificis, deinde Gallorum Regis, atque ita Hispaniarum Regis Catholici potentissimi Doctores ratiocinantur, nostri qui primum dicendi locum post Summi Pontificis Doctores sibi deberi, iure contendebant, nostris prælati hanc ad rem frustra requisitis, hoc munus nobis per Herculem Pannianum Illustrissimi Marchionis Pescariensis Vicarium delegarunt, atque ita simul cum Illustriss. D. Petro Gondifaluo à Mendoca Episcopo Salmaticensi adiui Cardinalem Mantuanum concilij præsentem, re ei enarrata, nihil, inquit, iam immutari li-

9
Seruus homo iure naturæ non est.

10
Historia Antigoni.

11
Vitia virtutis specie tegere venenatè est validissimum.

12
Libri huius inscriptio declaratur.

cet. quia cum reliquis Cardinalibus, & potissimum cum Cardinali Lothorigiensi (is enim tunc partes Gallorum agebat) is dicendi ordo præscriptus fuit, adiui solus reliquos legatos, idemque ferè responsum dederunt, petij vt dicendarum sententiarum princeps dies aliquantulum differretur, quod non parum grauatè (erat enim dies sequens ad inchoandum definitus) concesserunt, quamuis non abnegassent, quin seruata doctoralis magistralisve gradus prærogatiua & autoritate, vt quisque eorum oraret, conducibilis esse videretur. Vnde Illustriss. Legatis 8. die eiusdem mensis coactis habuimus hanc orationem, assistentibus Martino Gazelu Cath. Regis Secretario, & D. Hercule Panniano.

13
Oratio prima.

† In priuatis colloquijs, quæ cum vestris DD. illustriss. habuimus, responsum fuit, non iustam modò, verùm iustissimam quoque videri nostram supplicationem. verùm hanc rem cum Gallis fuisse iam definitam nec retractari oportere. quæ res quàm sit aliena à tantorum patrum ac Ecclesiæ Principum æquitate, ac rectitudine, euidentius est quàm longa contentione, aut verborum demonstratione egeat. Indeque plura mala oriri posse, & potissimum vt nostri, qui Gallis contra hostes Ecclesiæ pugnantibus opem huc usque ferebant, deinceps in huiuscemodi auxilio ferendo tardiores forent, huius iniuriæ interuentu irritati. Vnde cum nihil aut iure receptius, aut moribus omnium gentium in negotijs similibus vsitatus, aut denique ad parandam ipsius Ecclesiæ tranquillitatem consultius fieri posset, quàm vt Theologorum quisque habita illius temporis ratione quò ad doctoratus aut magisterij gradum promotus fuisset sententiam diceret. Pareisset ad hunc modum rem agi, id quod vt ita fiat enixè deprecamur, non quòd primum dicendi locum nostris deberi incomperito non sit, sed quòd dum sacrosanctæ huius synodi tranquillitati consulere studemus, de nostro aliquantulum concedere iure non dubitamus.

Responsum fuit ad Illustriss. Legatos, vt nostri doctores titulos suos præsentarent, sibi que curæ fore, vt vndique querelarum occasio remoueretur, verum res verbis parum postea arripit, re nanque infecta, sequenti die, vt Doctores perorarent, iusserunt, & à viris expertis & fide dignis dictum fuit mihi ipsimet, legatis minimè displicere, quod Hispani & Galli inter se disiderent, quo intellecto, diuersum ad scopulum vt nostra flecteretur oratio opus esse animaduertimus, atque ita huiusmodi orationem habuimus.

14.
Oratio sequens.

† Hesterno die hoc in loco à vestris DD. illustrissimis nobis responsum fuit, & nostram supplicationem iustam esse, & certamen illud ita cõpositum iri, vt querelarum occasio

remoueretur, nunc verò cum ad patrum congregationem contra ius gentium, re infecta, vos properare videamus, iam accedimus, non tam Hispanæ nationis, quàm ipsius Ecclesiæ causam acturi, hinc Galli nobiscum certant ac litigant de honore, nec vsquam litigator collitigatori aut riuiali suo iniuriam facere videtur. solus iudex est, qui potest iniuriam vel facere vel non facere: † & in eum clamores ac iustæ querelæ & ardens indignatio solent conuerti. Nam vt omnium animalium ex Aristo. sententia optimum est homo, lege & iustitia fruens, ita omnium animalium pessimum est homo, à lege & iustitia separatus. † Et vtraque potestas tam Ecclesiastica, quàm profana ex receptissima omnium sententia, nihil aliud est, quàm suprema iurisdictio, qua superiores ex iustitiæ erga subditos denegatione, non solum ipso iure priuati, verùm etiam ipsius rursus recuperandæ incapaces perpetuò fiunt: † proinde Principibus summoperè cauendum est, ne dum iniuria ad iustitiæ denegationem properant, ipsi quoque subditi ad defectionem & inobedientiam iure festinent. Néve ex huiusmodi contentione, quod Deus auertat, infundatur venenum in Ecclesiam Dei, si fortè iniuria lacesiti de rebus Ecclesiæ eo loci transferendis, in quo à nemine iniuria affici possint, cogitauerint, id quod olim leuioribus ex causis factum fuisse ignorat nemo (quod acerbioribus aliquantulum verbis dictum, quàm hic scribitur, fuit) ne denique nostrorum animi iniuriæ illatæ impatientia ac dolore irritati, Gallorum non paucis, Ecclesiæ Romanæ iurisditionem adoriuntibus obsistere desinant, aut tardius resistent. Vnde pro nostra antiqua & æterna in Ecclesiam reuerentia, & pro ipsius tranquillitate & incolumitate, vestraque illustrissimorum DD. sanctitate oramus, & deprecamur, vt quæ iam & à nobis petita, & à vobis ferè pollicita fuerunt, ad effectum perducatis.

Annuerunt legati illustrissimi, & iuxta ordinem gradus ac promotionis, vt vnusquisque ex suggesto oraret, iusserunt, id quod iudicialiter pronuntiârunt. copiamque Authenticam ac publicam illius actus iudiciarij cuique petenti dari mandârunt. Istorum occasione liber hinc referre ea argumenta, quibus tunc ad nostram intentionem iustificandam vsi fuimus, in quibus de potentissimi Hispaniarum Regis Domini nostri dignitate & sublimitate meminimus, non quòd ea contentio ad eum principaliter spectaret, sed quòd ab eius sublimitate, meritum, honor, dignitasque suorum subditorum, & sic nostra penderet, vt per omnia sequentia maximè in secundo argum. apparebit. nec est intelligendum omnia, quæ hic subiiciuntur, dixisse tunc nos, sed istorum ea tantum, quæ iustitiam nostram potissimum commendabant & fouebant,

15
Iustitiæ commendatio.

16

17

uebant, reliqua verò (vt fieri solet) addidimus ornatus causa.

PRIMUM ARGUMENTVM.

MAIORA† maioribus præmia vt debeantur habita ratione, siue honoris & gloriæ, siue quantitatis aut cuiusuis emolumentis edocemur à beato Augullino in Homilia super illud Matth. 5. cap. Cùm ergò, inquit, minor minoribus, & maiora maioribus dantur, ab eo donantur, qui solus nouit congruentem suis temporibus generi humano exhibere medicinam. Vnde maiores debent esse portiores in portionibus percipiendis. c. statui- mus, de maior. & obed. & c. fin. de const. fecit text. in c. consuluit. 74. distinc. c. de multa, ad finem. de præben. & c. penult. 1. q. 2. & denique in omnibus anteponendos esse maiores edocemur in l. nobiliores. C. de comer. & mercat. qua de re tradit multa Felix. in Rub. de maio. & obed. col. 3. & Dominicus in c. 1. dist. & in c. quorundam. de elect. lib. 6. & vt maioribus maiora in reliquis omnibus, ita & loco ac sede debetur prærogatiua in omni hominum cœtu ac confessu, & hoc est, quod Horatius in arte Poëtica cecinit:

Singula quæq; locum tenent sortita decenter.

Nec † hisce in prælationibus locorum concedendis vllum periculum inuidiæ aut liuoris est, qui parestantùm, non etiam maiores insequitur, teste Cic. 2. de Oratore, Inuidet inquit homines maximè paribus aut inferioribus, cùm se relictos sentiunt, illos autem dolent euolasse. sed etiam superioribus inuidetur sæpè vehementer, & eò magis, si intolerantius se iactant, & æquabilitatem communis iuris, præstantia dignitatis aut fortunæ suæ transeunt: quæ res facilius est, quando sublimitas & potentia virtute bellica aut alia simili comparata fuit. nihil enim est, quod æquè remoueat liuorem, vt testatur Claudianus in Stiliconis laud. 3.

† Nulli pars amula defuit vnquam,
 Quæ grauis obstreperet laudis stimuluq; maligni.
 Facta sequebatur quamuis ingentia liuor,
 Solus hic inuidia fines virtute reliquit,
 Humanumq; modum, quis enim liuescere possit,
 Quod nunquam pereunt stella, quod Iuppiter olim
 Possideat cælum, quod nouerit omnia Phæbus,
 Est aliquod meriti spaciū, quod nulla furentis
 Inuidia mensura cadit.

Nec dubium est virtute bellica Principes nostros sublimitatem & potetiam maiorem, quàm reliqui Principes acquisisse, sicque inuidiæ labem post tergum reliquisse, & æquale nihil esse in orbè, summus ille parens & opifex Deus voluit, vt testatur Manilius lib. 4. Astro.

† Est æquale nihil, serrenos aspice tractus.

† Quæ res conueniebat maximè ad decorem vniuersi orbis, & ad contentum ipsius, vt ad nutum imperantis reliqui omnes, reliquæ uero omnia commouerentur, non aliter atque membra ad capitis imperiū, aliter enim singuli homines separatim per se nullū egregium opus perficere possent, cessaretque decus vniuersi, vt ex linguarum variatione, quæ contigit in turris Babylonice ædificatione, illuxit, vt habetur in veteri testamento. † Hinc apparet inuidiosam sicque breui repulsam fuisse illam omnimodā æqualitatē, † quam interciues Licurgus Lacedæmonum Dux (vt Plutarchus Apoph. lib. 1. author est) seruari voluit, quam rem probè experti sunt nostri Indorum regionibus noui orbis subactis, vbi omnia sunt syluestria & ferè infecta nulla forma urbium aut ædificiorum, aut agriculturæ ex hominum æqualitate, quæ efficit homines pigros, ignauos, manusq; ad labores minimè mouentes, adhuc tamè hæc æqualitas approbata reperitur † ex sententia Curiij viri vitæ inculpatissimæ, de quo lib. 6. Apoph. Plutarchus sic ait: Curius deuictis Sabinis, cùm ex Senatu cōsulto ei ampliaretur agri modus, quæ cōsummati milites accipere solebant, recusauit, & gregalium portione contentus fuit, dicens esse malum ciuem, cui non esset satis, id quod cæteris satis esset. Cuius sanè sententiam propè est, vt viri boni & æqui probaturi sint, cætera verò hominum turba non vtique.

Cùm ergò maioribus maiora præmia habita, etiam gloriæ & honoris ratione debeantur. Princepsque noster cæteris omnibus Principibus maior sit potestate, ditione & imperio, vt cæteris omnibus præferatur par est. Quòd autem maior sit cunctis mortaliū, qui non sunt rerum inexperti, notum & plus quàm manifestū est, cùm præter Hispaniam, Flandriam, & bonam Italiæ partem ditioni & imperio suo subiectam, præter Siciliam vtramque & alias quâplures Insulas sibi inobedientes, si ad nouum Indorū orbem ab Hispanis repertum, cui ipse dominatur, respexeris, innumerasq; ferè gentes & prouincias illas sibi obtemperantes inuenies, ipsius imperiū non solum longius latiusq; sese porrigere, quàm aliorū Principum imperiū, qui nunc sunt, sed etiam omnium aliorum, qui ab origine mundi vnquam fuerint, & in tam notorijs nulla probatione opus est. Sed tantum allegatione. quia notorium fide & velocitate vincit & superat omne genus probationis. l. si adulterium cum incestu. §. Idem polionis. ff. ad Legem Iulia. de adul. notorium enim seipsum ostendit teste Bald. consil. 323. proponitur, lib. 2. vbi etiam ait, quòd nulla tergiuersatione celari potest, & tradit ipse Bald. conf. 21. processus. colum. 1. lib. 2. Abbas. in c. fi. num. 7. de maled. Antonius Burgenfis in c. cum dilecti. colum. 10. de empt. & vend. Idem Burgenfis in c. peruenit. col. 2. eo. titu.

18
 Maioribus
 maiora de-
 bentur.

19
 Inuidia pares
 impetit.

20
 Inuidia sedat
 in virtute.

21
 Aequale ni-
 hil.

22
 Homines nō
 esse in æquali
 fortuna ad
 decus vni-
 uersi expedie-
 bar.

23
 Aequalitas
 inter homi-
 nes an esse ex-
 pediat.

24
 Historia Li-
 curgi.

25
 Historia Cu-
 rij.

Bal. in l. si certis annis. C. de pactis. Curtius Iunior conf. 60. casus num. 5. Idem Curtius conf. 61. habita. num. 7. Alexan. Imolens in l. qui bona. §. de illo. ff. de damno infecto. Petr. Ancha. conf. 388. in casu. Alex. in l. vnic. colu. 9. C. vt quæ defunt aduo. Bart. in l. cum quid. col. fin. ff. si cert. petat. Alexan. in l. si minorem. C. de in integrum rest. Guido Papæ conf. 42. credo, colu. 2. Bald. in l. veniam, col. 1. C. de in ius vocando. Felyn. in c. de quarta, col. pen. de præscrip. Marcus Mantua locorum cõmunium lib. 3. cap. 57. Bart. in l. certum. §. 1. ff. de confess. Alex. in l. 1. col. 6. ff. de edendo. Ludouicus Romanus conf. 77. pater reuerende, in princ. Seyfel. in l. 1. col. 3. ff. de legibus. Curtius Iunior conf. 24. cum sapius, num. 2.

Nec putauerit quisquam his impedimento esse, quod vulgo dici solet, Romanorum Imperatorum totius mundi dominum esse, sicque non posse non esse digniorem reliquis omnib. Principibus, nam id tam longè abest à vero, vt par sit fabulis puerorum, aut aniculatorum nugis, aut vmbre solliciti somni. quin imò nihil vnquam dici aut cogitari posset, quod magis ex Diametro summæ Dei omnipotentis prouidentia, iustitia, æquitati & bonitati aduersaretur, vt dicemus inf. c. 20. sicq; vt non sit dominus totius mundi non verior tantum, verum longè quoque receptior sententia est, quam teneuerunt multi per nos relati, infra d. c. 20. cum plu. seq. nec multum mouere debent autoritates eorum, qui in contrarium nituntur, nam vnico hoc argumento vtuntur, quod Dominus noster Iesus Christus fuerit inquam homo Dominus totius mundi etiam in temporalibus, & quod eius Vicarius fuerit Papa, tam in temporalibus quam in spiritualibus, & quod in temporalibus Papæ Vicarius sit Imperator, sicque mediante persona Papæ sit Christi Vicarius in temporalibus orbis vniuersi, sed cum sit vera & communis Theologorum & reliquorum etiam sententia, Christum vt hominem non fuisse dominum (quia noluit) orbis in temporalibus, cessat deriuatio, quæ ab eo fiebat in Papam, & quæ à Papa fiebat in Imperatorem. Neque etiam ad rem pertinet, quod quædam leges Imperatorum Romanorum eos videantur dominos totius mundi appellare: nam ibi sumitur pars pro toto, vt in l. 2. cum ibi plenè not. per Gloss. & Doct. C. de hæred. instit. vel eis in hoc fides nulla adhibenda est. nec enim vno verbo imperium orbis potuerunt sibi arrogare, cum prælijs atque vulneribus etiam vnum oppidulum non semel frustra adoriri cõperint, quæ omnia fusius, vbi supra. Nec ad rem quoque pertinet, quod alius fortè Rex aut Princeps dixerit, se esse aut fuisse in quadam quasi possessione prælationis, nam ea res facti cum sit, credenda non esset, nisi probaretur (id quod rectè fieri nõ posset, cum fuerit nunquam) l. 1. & l. actor quod asseuerat.

& l. fin. C. de probat. l. qui accusare. C. de edendo. §. cõmodum. Instit. de interd. Quinimò etiam si id aut vnquam fuisset, aut fuisse gratis concederemus; adhuc obesset nihil, quia ius in rebus huiusmodi quotidie oritur, & quotidie finitur, vt ait text. in l. 1. §. interdum. ff. de vsufruct. sicq; res denuò agenda esset, & talium euentuum effectus finiuntur in actibus præsentibus, sicque in prima vel in qualibet vice, nec extendunt radices ad futura. argum. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signi. l. cum pater. §. pater certam. ff. de lega. 2. l. dotis promissio. prope finem. ff. de iure dotium. & l. stipulatio, de dote. eo. tit. l. matrimonij. ff. qui, & à quibus, quæ regula seruanda est in omni dispositione, auctore Alexand. Imolense confil. 16. breuiter in casu præmisso, colu. 2. lib. 4. quem refert & sequitur Andreas Tiraquel. in d. l. boues. §. hoc sermone, in prin. eademq; regula in omni materia obseruanda est, vt eidem etiã And. Tiraq. ibidem placuit. & etiam Iasoni conf. 36. in causa mota, col. fi. vers. ista responsio. lib. 3. Ergò vt in materia nostra procedat & obseruetur, necesse quoque & similiter erit. Præterea qui se Principem, locum & sedem tenuisse diceret, ac propterea in eo se tuendum etiam in sequentibus vel actibus vel temporibus cõtenderet, necessum est, vt eum locum sibi ex gratia & sponte datum fuisse agnoscat, vel vt ex iustitia sibi datū esse contendat, priore casu nullum ius in posterum acquitiuissè in confesso est, per totum titulum ff. de precario. quinimò ex diuerso ille, vt potè gratia & beneficij acceptor, & sic ab Antidora debitor, deberet simili liberalitate aut comitate vt in eum, qui erga se tali liberalitate vsus fuit. l. si pignore. in prin. ibi. & beneficij debitorem sibi acquirere. ff. de furtis. & multa de hac obligatione antidorali per Doct. in l. frater à fratre. præsertim per Ias. ibi. col. antep. ff. de condi. indebi. plenissimè per Andr. Tiraq. in rep. l. si vnquam. in verb. donatione largitus. C. de reuo. donatio. per Fernandum Loazes conf. pro Marchi. de Velem pagina . . . Vnde opportunè ait Plautus: Improbis ille est, qui scit beneficium accipere, & reddere nescit. Posteriore casu quando ex debito & necessitate id sibi concessum fuisse contenderet, id probare deberet: quia cum tale debitum in facto consistat, nec facta præsumantur, nisi probentur l. in bello. §. facta. ff. de captiuis. l. si emancipati. ibi. teque emancipatum probatum fuerit, vbi not. Iason C. de colla. par esset ac necessarium, vt ab eo probaretur. Nec ad rem pertinet, quod commodum possidendi sit, vt in ea possessione quis conseruetur, quamdiu alius sibi ius ad eam rem esse non probauerit, vt d. §. commodum. Inst. de interd. nam illud procederet in rebus corporalibus, vt ibi, & in alijs rebus incorporalibus, quæ tamen nomè, formam, aut substantiam, à iure receperunt, & ab eo sunt cognitæ, & habent tractū successuum,

fiuum, durantem & p̄seuerantem vsque ad tempus, quo ea de re quæstio fieret, vt dict. §. commodum: fecus autem si ea res sit huiusmodi, vt non habeat durationem aut tractum successiuum. tunc enim id ius possessionis (si modò id ius nominari fas est, nam vmbra iustius & commodius diceremus) in prima & p̄senti vice finiretur, iuxta regulam d. §. hoc sermone. & in singulis actibus videretur oriri & finire, iuxta regulam d. §. interdum. vt ex eo in posterum nihil omninò remanere aut superesse videatur, non magis quàm remanent in aëre vestigia volucrum euolantium, aut in flumine vndarum defluentium, vel scripturarum aut figurarum literalium, quæ in rapida aqua fierent, aut depergerentur. Nec dubium est, quin secundum mores hominum omniumque mortalium opiniones id proclamant, vt licet ego te anterior hodie Ecclesiam aut Palatium ingressus sim, non propterea ius in posterum acquiram ad hoc, vt te inuito deinceps quoties ad Palatium vel ad Ecclesiam coierimus, anterior ingressurus sim, aut sedem locumve, quæ semel cœpi, semper habiturus sim, non magis quàm si sedem, quam in campo cõmuni aut publico, aut in littore maris semel cœpisse m, vellem postea quasi rem meã vsurpare & arrogare aut vetare, ne quis enataret per flumina, in quibus semel nataueram, aut nauigaret per æquora, in quibus ego semel nauigaue-ram, aut ijs portibus maris se reciperet, in quibus ego semel naui euectus receptus essem. In omnibus enim ijs speciebus & similibus, quod attinet ad istas res communes vel publicas, p̄occupatio nihil omninò iuris in possessione, vel in proprietate tribuit, nam prout est in regula iuris, & vulgo iactatur, primo occupanti conceditur locus, non tamen perpetuo, sed tantum pro illa vice, & quandiu durat illa insistentia vel instantia, qua cessante, postea rursus primo occupanti conceditur, iure tam naturali quàm gentium, vt patet per omnia ferè iura, quæ sunt sub tit. Inst. de rerum diuisi. in prin. vsq; ad §. singulorum, & per totum tit. ff. de rerum diui. & ff. de acquir. rerum domi. Quinimò etiam in ijs, quæ nullius in bonis sunt, sicq; cõmunibus rebus asimulantur, si quis dominium quæsiuit, quandiu in eo perseuerat, & non amplius illud retinet, & sic si feram cœpisti, dominium eius retines, quandiu illa apud te mansit, at si semel euaserit, & rursus ab alio occupetur, iure naturali & gentium tua esse desinit, & illius, qui postea eam cœpit, fit. §. ferz. Inst. de rerum diui. l. ad eò. §. ferz. ff. de acquir. rerum domi. Sic ergò & multò magis in specie nostra locus, vbi Catholici conueniunt ad concilium, publicus aut communis est, nec quisquam priorum p̄sertim laicorum ibi à iure habet sedem aut locum designatum, vnde quem quisq; locum semel

p̄occupauerit, aut vsurpauerit, seu cœperit, eundem cras aut deinceps non poterit vendicare, non magis sanè, quàm si eum locum nunquam antea cœpisset, sed is locus vacuus communis & publicus perseuerabit, primoq; occupanti patulus competens & permissus. Et ad hoc ius spectat, proptereaque in omnibus concilijs p̄clamari & protestari ab illustrissimis legatis Summi Pontificis solemnè est, nemini mortalium ex loco aut sede ibi habita aut capta quicquam iuris in possessione vel proprietate, quo ad p̄lationem acquiri. Sed cum omnes homines sint in sorte æquali iure naturæ. l. quod attinet. ff. de reg. iur. l. libertas. ff. de statu homi. §. libertas. Inst. de iure personarum. ita ibi æquales esse & fore. Aliunde ergò argumenta sublimitatis, dignitatis, p̄lationis, excellentiæq; petenda sunt. Deniq; si fortè principum quispiam (Imperator Rex vel quocunq; nomine censeatur aut designetur) in aliquo ex sacrosanctis concilijs commodiorem locum aut sedem, quàm Rex Hispaniarum cœpit (id quod nunquam obtigisse verosimilius est) id vnica hac ratione aut occasione fieret aut eueniret, quòd tunc maior aut potentior esset, quasi maioribus & potentioribus eminentior sedes debeatur. §. alia. cum ibi plenè per Glos. & Doct. cõgestis. Inst. de bonorum possess. cum ijs, quæ supra adduximus. & licet hac in re (vt ostendimus) in futurum nullum ius quæzatur, tamè etiam si acquiri concederemus ac condonaremus, adhuc nihil pericli esset, nam ius possessionis tamdiu possessorem tueretur, quamdiu alter non probasset, se meliorem causam iusq; melius eam ad sedem habere. idque ius in maiori potentia & in nulla alia re consisteret, vt iam edocti sumus, de qua potentia maiortate simul, ac doceret is locus, sibi assignandus esset alio illius remoto, quia nihil tam naturale est, quàm vnūquodq; eo modo dissolui, quo colligatum est. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. c. omnis res. de reg. iur. §. sed naturalia. Inst. de iure nat. vnde vt illi, quo tempore maior erat, propter suam maioritatem is locus eminentior fuerat concessus, ita & quo tempore alius modo emergit maior propter eandem rationem & maioritatem is locus huic, qui modo potentior est assignandus illo illinc remoto est, & cum offertur probatio in continenti, & agitur de possessione adipiscenda, prout hic agebatur, possessorem etiam verus in sua possessione tuendus non est. Sed nullum genus probationis tam certum est, nec tam velox, quàm notorietas rei, qua de agitur, quam allegari fas est cessantibus moris & dilationibus ad probationem, etiam incontinenti faciendam necessarijs, ergò contra Regem nostrum ius notorium verisimè p̄tendenti nullus esset tuendus in possessione etiam vera, quandoquidem ista est longè iustior causa, quàm illius,

qui in continēti vellet de iure suo docere, hæc enim esset probatio probanda, nostri autem Regis ac Domini est probatio probata, vt de notorio omnes ferē illi, de quibus suprà mentionem habuimus, agnoscunt. Quòd autem agenti remedio etiā possessorio opponi possit exceptio de dominio vel iure in continenti probando, tenet gloss. in l. ille à quo. §. si de testamēto. in verb. verba. ad finem. ff. ad Trebell. Gloss. Bald. Paul. Castren. & alij communiter, in l. 2. C. de edi. diui Adria. tollen. gl. 2. in l. 1. C. de ordi. iudi. gloss. in l. in condemnatione. §. fin. & ibi communiter Doct. ff. de reg. iur. gloss. in l. si quis conductionis. C. locati. gloss. in l. dolo. & ibi DD. ff. de doli excep. Glo. & ibi Doctores in c. dolo. de regu. iur. lib. 6. Et licet Doctores in dictis locis, & in alijs non paucis (vt fufius agemus infrà lib. 2. c. penult. incipienti agenti remedio) teneant id procedere, quando ageretur de adipiscenda possessione, & negent id procedere, quando ageretur de ea recuperāda, & dubitēt an procedat, quando de retinēda possessione ageretur, tamē quando est probatio probata (quale est cū offertur probatio in cōtinenti per sententiam latam inter easdem partes) tunc nullus negat, quin omnibus his tribus speciebus siue de adipiscenda, siue de retinenda, siue de recuperanda possessione agatur, semper ea probatio, quæ in continenti offertur, admittatur, vt est vera & communis opinio, de qua per Franc. de Ripa, in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. num. 118. & per Iasonem ibi num. 43. vbi per Alexand. Imolensem num. 12. qui hanc affirmat esse communem opinionem, si ergò ius possessionis nō consideratur, nec attenditur contra ius proprietatis in continenti probandæ, vbi allegatione & probatione opus est, in qua probatione vtrunque in continenti fiat, non potest non interuenire aliqua mora, quanto magis in specie nostra, vbi sola allegatio notorietatis, in qua nulla mora opus est, sufficit ius possessionis, non poterit ius proprietatis morari aut impedire. Idque argumentum de maiori parte tam vrgens, tamque secundum ius & mores omnium hominum est, vt per se solum fat superque esse deberet ad huius controuersie definitionem, vt reliqua omnia argumenta quibus vtemur, non tam necessitatis, quam ornatus, aut nimis pertinacium hominum causa adiecta esse intelligi debent. Nostraque ratio tam efficax est, vt iniuriarum actione agere possit maior, si minor ei non asurgat, nōnye locum cedat, aut debitam reuerentiam exhibeat, vt per Gerardum singulari 33. nobiles. Bal. in l. obseruare. §. ante quam. ff. de offic. procon. & alij de quibus per ipsummet Gerardum, vbi suprà.

ALTERVM ARGVMENTVM.

26 *Dominū ha-* MELIORIBVS † & honestioribus qui præest, is melior & dignior esse intelligitur:

arg. in authen. de defensoribus ciuitatum. §. *bere nobilio* nos igitur. tradit in specie Nicolaus Boeius in *rem confert* tractatu de autoritate magni Consilij, in prima additione magna nu. 12. vers. hoc adiecto. *ad dignitatē* nam & ex diuerso qui sublimioribus principibus subditi sunt, hi honoratiores sunt ijs qui subsunt principibus, non ita sublimibus, *vassallorum,* vnde Boerius vbi suprà ita ait, Ad hoc c. per tuas. de maiori parte & obedientia, iuncta Glo. 1. quæ dicit, quòd Episcopi exempti, hoc est Pape immediate subditi, debent in Cōsilio generali sedere in altiori loco, quàm non exempti. idem c. vt apostolicæ, de priuilegijs. lib. 6. quòd Abbates exempti possunt in Consilio Prouinciali & Synodali vti mitra auri frigiata: sed non exempti debent deferre albam & planam. facit & c. dignum, de celeb. mis. in c. de cætero. c. cum dilectus, & c. ad audientiam. de cler. non residen. quod existentes in seruitio Cardinalium vel Episcoporum clerici seculares vel religiosi possunt se conformare in horis canonicis, & officio diuino persoluedis, consuetudini dominorū suorum, & item percipiunt fructus beneficiorum suorum, ac si in eisdem personaliter residereat. Item benefacit l. vlti. ff. de alb. scriben. quod inter habentes similem dignitatem vel officium præferatur ille qui eam obrinuit à Principe, & circa illam legem vide Fely. in rub. de maio. & obe. col. 2. in fi. vers. miles imperialis, & col. fi. in prin. & in c. per tuas. col. 2. vers. in quantum domi. Abbas. eo. ti. post And. Sicu. aliàs Barb. in c. quod clericis. col. pen. de foro compe. Vnde videmus quòd clerici & personæ ecclesiasticæ sunt digniores quàm laici. c. duo sunt genera. 12. q. 1. c. solitæ, de maio. & ob. & c. duo sunt quippè Imperator. 96. distin. quia clerici diuino manciantur seruitio, sed seculares vxorio & mundano. c. cum secundum Apostolum, de præben. & 21. distin. c. clericos, in princip. iuncto c. diuersis fallacijs. de clericis coniug. & eadem ratione quilibet Principes Christianorum digniores dicuntur, quàm Principes infidelium, etiam si infidelium Principes essent potentiores, vt per Doct. in dictis locis. Vnde Catholicus Princeps noster quum sit Rex Hispaniarum, & reliquarum prouinciarum ei accedentium, in quibus ex omnium Confessione perfectus & sanctus, quàm in reliquis mundi partibus Christi Domini nostri vera religio & fides colitur, reliquis principibus vt dignior. Et sic præferendus videatur par est, & de Dño nostro Iesu Christo eius fide ac vera religione sic cecinerunt poetæ:

Titus Calphurnius Ecloga 1.

*Vos ò præcipue nemorum gaudete coloni,
Vos populi gaudete mei, licet omne vagetur
Securo custode pecus, nocturnaq; pastor
Claudere fraxinea nolit præsepia crate.
Non tamen insidias prædator ouilibus vllas
Adferet, aut laxis abiget iumenta capistris,
Aurea securæ cum pace renascitur atas,*

27
Christi in genus humanæ beneficia.

Et

Et redit ad terras tandem squalore, situq,
 Alma Themis posito, iuuenemq, beat a sequuntur
 Secula, maternis causam qui lufit in vlnis.
 Dum populos Deus ipse reget, dabit impia victas
 Post tergum Bellona manus, spoliat aq, telis,
 In sua vefanos torquebit viscera morsus.
 Et modo quæ toto ciuili distulit orbe
 Secum bella geret: nullos iam Roma Philippos
 Deslebit, nullos ducet captiua triumphos:
 Omnia t. art. areo subigentur carcere bella,
 Immergentq, caput tenebris, lucemq, timebunt.
 Candida pax aderit, nec solum candida vultu
 Qualis sepe fuit, qual libera Marte professo,
 Quæ domito præcul hoste, tamè grassantibus armis,
 Publica diffudit tacito discordia ferro:
 Omne procul vitium simul a cedere pacis
 Iussit, & insanos dementia condidit ensis.
 Nulla catenati feræ pompa senatus
 Carnificum lassabit opus, nec carcere pleno
 Infelix raros numerabit curia patres.
 Plena quies aderit, quæ stricci nescia ferri,
 Altera Saturni reuocet Latialia regna,
 Altera regna Numa, qui primus ouantia cedo
 Agmina Romuleis, & adhuc ardentia castris
 Pacis opus docuit, iussitq, silentibus armis
 Inter sacra tubas, non inter bella sonare.
 Nec iam adumbrati faciem mercatus honoris,
 Nec vacuos tacitus fasces, & inane tribunal
 Accipiet consul: sed legibus omne reductis
 Ius aderit, moremque fori, voltumque priorem
 Reddet, & affictum melior Deus auferet auum,
 Exulter, quacunque Notum gens ima iacentem,
 Ereftumque, colit Boream, quacunque, vel Ortu,
 Vel patet Occasû, medio uè sub æthere feruit.

Et Dominus noster humano generi præsti-
 tit bona moraliter & verè multa.

Lucretius lib. 6. de nat. rerum.

Veridicus igitur purgavit pectora dictis,
 Et finem statuit cupidinis atque timoris:
 Exposuitque bonum summum, quo tendimus omnes,
 Quis foret, atque viam monstrauit tramite paruo,
 Qua possemus ad id recto contendere cursu:
 Quid uè mali foret in rebus mortalibus, atque
 Quod srueret naturali iure, atque veniret.
 Seu casu, seu vi, quod sic natura parasset:
 Et quid è portu occurrere cuique, deceret.
 Et genus humanum frustra plerumque probauit
 Voluere curarum tristes in pectore fluctus.

Et Claudianus de Christo seruatore
 sic modulatur:

Christe potens rerum redeuntis conditor aui
 Vox summi, sensusque Dei, quem fundit ab alta
 Mente pater, tantiq, dedit consortia regni.
 Impia tu nostra domuisti crimina vite,
 Passus corporea mundum vestire figura,
 Affariq, palam populos, hominemque, fateri.

Ibidem.

Quin & supplicij nomen nexusque subisti,
 Ut nos subriperes letho, mortemque fugares
 Morte tua:

Stat ergo eum digniorem esse, qui subli-
 mioribus Principibus rectè inferuit: sicque po-
 tentissimū Regem ac dominum nostrum, vel
 eo nomine reliquis antepōndum esse quod
 eis præsit, qui digniores sunt, eo potissimum
 nomine, quod veram Christi religionem pu-
 ram & immaculatam obseruent. in quo ma-
 ximè vera dignitas & meritum consistere pa-
 lam est. Et quod is qui præsit melioribus dig-
 nior sit, præter supra allegatos tenet etiam in
 specie, multa allegans Alphonsus Guerrerius
 in suo Thesauro Christianæ religionis c. 16.

Hinc olim, † cum ipse essem in prætorio Hi-
 spalensi, illius regni supremo, Iudex, simul
 cum reliquis collegis meis, in quo quidem
 prætorio ex quatuor Iudicibus, duo, à poten-
 tissimo rege nostro deligebantur, reliqui au-
 tem duo à duce Mendinz Sidoniz & à Mar-
 chione Tarifensi, ex facto dicebam, honora-
 tiores esse eos qui ab ipso rege, & sic à dignio-
 re, quàm qui à reliquis electi erant.

Hinc † similiter cum vrgentibus bellorum
 calamitatibus & pecuniarum, rei que fami-
 liaris necessitatibus ac penurijs, Reges nostri
 pijsimi oppidorum nonnulla vendidissent,
 pecuniarum comparandarum causa, eos ciues
 ac subditos sic alienatos respondimus domini
 minus potentis, minusque sublimis mutatio-
 ne, reddi minus honoratos, sicque damno &
 iniuria affectos videri, neque oportuisse, aut
 licuisse ob vniuersæ Hispaniæ utilitatem ipsos
 onerari, aut damno affici, longè que iustus
 fore, ut quæ ad vniuersæ regionis utilitatem
 comparandam, aut necessitatem subleuan-
 dam necessaria forent, cum vniuersorum quo-
 que damno & iactura, ut sic singuli leuius
 onerarentur, compararentur, quando quidem
 per indignum esset cum quorundam dunta-
 xat iactura plures vel omnes lætificari aut tue-
 ri, esseque contra ius naturæ relatum & con-
 firmatum per Iureconsultum in l. secundum
 naturam. ff. de reg. iur. nisi si reliqui cociues ijs
 qui damnum fuerant perpessi, æquam com-
 pensationem præstarent.

Cumque † aurum & argentum quod no-
 strates ab Indorum regionibus in Hispaniam
 reportabant, iisdem ex causis à principibus
 nostris (data tamen idonea compensatione)
 acciperetur, id quod & si non omnibus, non
 tamen paucis noxium erat, dicebam eandem
 rationem habendam esse. Ad idem tex in c. qui
 sentit. de regu. iur. lib. 6. vbi per scribentes l.
 si igitur, ad finem. ff. pro socio. c. rationi, de
 regu. iur. lib. 6. l. ad instructiones, vbi per Pau-
 lum Castrensem. C. de sacrosanct. Ecclesi. l. v-
 nica. §. pro secundo. & §. his ita. C. de cad. tol-
 len. c. translato. vbi plura per Felinum & per
 Philippum Decium colum. 2. de constitut.
 per Cornel. & alios in dicto §. pro secundo.
 & dicto §. his ita. l. 3. §. iudicio contrario. ff. de
 contr. actione tutelæ. Philippus Decius in l.
 si Ruffinus. colum. secunda. C. de milit. te-
 stam.

29
 Iudices Hi-
 spalenses à re-
 ge electi di-
 gniores ceteris.

30
 Vasallos an-
 principibus
 vendere li-
 ceat ob publi-
 cam necessi-
 tatem.

31
 Publica uti-
 litas reparan-
 dam non quo-
 rundam im-
 pensa aut da-
 no, sed vni-
 uersorum.

28
 Christi in ge-
 ni benedicti
 benedicti.

flam. Idem Decius & Hieronymus Cagnol. in d. l. secundum naturam: ergo si necessitas urgebat, ut illis suum adimeretur, Republicæ citius succurrédæ causâ, par erat, ut postquam Respublica ab illo periculo & angustia liberata fuisset, ex collationibus concium vel ex arario publico eis suum aurum restitueretur, & ipsi quoque redderent, quod eius loco acceperant. Neque obest l. item si verberatum. cum siml. ff. de rei vendi. ut plenè dicemus in secundo Tomo huius Operis c. 1. nam id est ius peculiare Romanorum, quod non ligat reliquas gentes eorum imperio non subiectas, vel illa l. cum simi. ad hunc nostrum sensum trahenda est, ita etiam voluit Plato & Cicero, qui eum refert lib. 1. Officiorum his verbis: Qui Reipublicæ præsent, duo Platonis præcepta teneant, vnum ut utilitatem civium sic tueantur, ut quid quid agant ad eam referant: alterum ut totum corpus Reipublicæ curent, ne cum partem aliquam tuentur reliquas deserant. nolunt ergo ut quorundam perniciæ alij salvi fiant: sed ut omnes ex æquo tueantur.

TERTIUM ARGUMENTUM.

QUI [†] potentior est, is omnibus in rebus & honoribus dignior. (secundum Boërium deci. 286. num. 6.) potior sublimior & antepotendus est reliquis. ita Bal. in c. 1. de pace Constantin. vers. ego. & in rubr. ff. pro socio, in prin. Fely, in c. 1. de maior. & obed. col. a. vers. demum. Nicolaus Boërius in tracta. de auth. magni consilij. nu. 133. in add. 1. mag. vers. & certū est. estq; communis & vera opinio ex quàm plurimorum sententijs nuper referēdis. [†] Potentioem aut accipere debemus eum, qui potentior est eo tempore quo controuersia vertitur, aut agitur de eo honore quo de agitur, non autem eum, qui olim potentior fuisset, si hodie quando ea res, siue honor controuertitur minus potens, quàm aduersarius est, nam ea qualitas potentiz adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, sicque de præsent non de præterita iamque finita potentia. l. in dilectis. §. si extraneus. ff. de noxal. actio. l. miles. ff. de mil. testam. Bart. & alij in l. ex facto. in prin. ff. de vulgari. §. illis autem temporibus. Instit. de mili. testa. l. 1. l. quamquam. l. milites. C. eod. tit. l. Papinianus. §. Papinianus. ff. de inoffic. testa. l. fin. in fine. C. eod. tit. Sed inspecto tempore præsent nulli omnino, qui non sit rerum inexpertus, definit esse certum, fixum & indubitatum, plusquam manifestum notorium (& ut tale allegatur) quin potentissimus Hispaniarum Rex ac Dominus noster sit omnibus totius orbis Principibus potentior, ergo reliquis omnibus præferendus. [†] Nec ad rem pertinet, quod præcis fortè temporibus alij Principes fuissent potentiores, nam nihil frequentius aut vtilitius, quàm regna, imperia, principa-

tus, potentatus, monarchias quotidie mutari, fluctuare, augeri, deminui, extingui, nasci, renasci, euanescere, ut quæ euauerint, semel tam pro fabula & umbra sint, unde Horatius Odo. 7. lib. 4. sic cecinit:

Quo pius Aeneas, quo Tullus diues, & Ancus Pulus & umbra sumus.

Et Ouidius lib. 3. de Ponto ita ait: *Adde quod extinctos vel aqua, vel Marte, vel igne, Nulla potest iterum restituisse dies.*

Et Seneca in Thyeste: *Instabile regnum est.*

Atque idem Seneca in Troade: *Quicumque regno fidis, & magna potens Dominatur aula, nec leues metuit Deos, Animumq; rebus credulum læuis dedit. Me videat, & te Troia: non vnquam tulit Documenta fors maiora, quàm fragili loco Starent superbi, quo lumen euersum cecidit Pollentis Asia, cælitum egregius labor.*

Et Manilius lib. 1. Astronomic.

Quot post excidium Troia sunt eruta regna, Quot capti populi, quoties fortuna per orbem Seruitium, imperiumq; tulit, varièq; reuertit Troianos cineres, in quantum oblit a refouit Imperium fati Asia, iam Græcia pressa est. Secula dinumerare piger, quotiesq; recurrens Lustraret mundum vario solignis orbe, Omnia mortali mutantur lege creatæ. Nec se cognoscunt terra vertentibus annis. Exutæ variam faciem per secula gentes.

Et [†] ciuitates præclaras aded destructas esse pleraq; ut nihil ex illis præter nudum nomen remanserit, testatur Ouid. lib. 15. Metam:

Sic magna fuit censuq; viruq; Perq; decem potuit tantum dare sanguinis annos, Hunc humiliter veteres tantummodo Troia ruinas, Et pro diuitijs tumulos ostendit auorum. Clara fuit Sparta, magna viguere Mycena, Nec non & Cecropis, nec non Amphionis arces, Vile solum Sparte est, alta cecidere Mycena. Oedipodione quid sunt nisi nomina Theba? Quid Pandonia restant, nisi nomen, Athenæ

Ouid. lib. 15. Metamor.

Nil equidem durare diu sub imagine eadem Crediderim, sic ad ferrum venisti ab auro Secula, sic toties versa est fortuna locorum. Vidi ego, quod fuerat quondam floridissima tellus, Esse fretum, vidi factas ex aquore terras.

Et Aufonius: [†]

Monumenta [†] fatiscunt, Mors etiam saxi nominibusq; venit.

Curtius [†] autem lib. 5. verustas inquit, non opera solum manufacta, sed etiam ipsam naturam paulo exedendo perimit. Seneca in remedijs fortuitorum ad Gallionem eleganter tempus vocat omnium sepulturam, ex Græcis quoque Sophocles in Aiace:

Omnia longum tempus tæbe facitq; & vrit.

35
Finitorū solq
remanet um
bra.

36
Historie va
riarum opi
tatum.

37
Fatiscunt sa
xa & mona
menta.

38
Tempus om
nium rerum
sepulturam.

Sed

32
Dignior qui
potentior.

33
Qualitas ad
iuncta verbo
intelligitur,
secundū tem
pus verbi.

34
Potentiā nul
la & finita
exequantur.

Sed & Platonis Distichon est:

*Aeuum fert omnia, longum tempus nouit mutare
Nomen, formam, & naturam, & fortunam.*

Gregorius Nazianzenus in Distichis sententiosus:

Qua enim tempus condidit, & soluet tempus.

† Ob hanc sanè causam Mythici existimant à Poëtis traditum, Saturnū filios suos deuorare solitum, ac eosdem denuò euomere, interpretantes id ad tempus referri oportere, quod Saturni nomine significatur, à quo vicibus cuncta gignantur & absumantur, quæ denuò renascantur, vt scriptum reliquit Augustin. de ciui. Dei, lib. 6. cap. 8.

Et Propertius Eleg. 9. lib. 2.

*Magni saepe duces, magni excidère Tyranni,
Et Thebae steterant, altaq; Troia fuit.*

Et Ouid. lib. 5. de Trist.

*Nos quoque floruisimus, sed flos fuit ille caducus,
Flammaq; de stipula nostra breuiusq; fuit.*

Et Horat. Oda. 7. lib. 4.

*Immortalia ne speres mones annus, & almuum
Que rapit hora diem.*

*Frigora micescunt Zephyrus, ver proterit aestas,
Interitura simul.*

*Pomifer autumnus fruges effuderit, & mox
Bruma recurrit iners.*

Et Ouid. lib. 4. de Trist.

*Sape etiam lacrymae sunt me scribente profusa,
Humidaq; est fletu littera facta meo.*

*Corq; vetusta meum tanquam noua vulnera norit,
Inq; sinum mesalabitur imber aqua.*

*Dum vice mutata qui sim, fuerimq; recordor,
Et tulerit quod me casus, & vnda subit.*

Idem lib. 15. Metamor.

Cuncta fluunt omnisq; vagans formatur imago.

Ipsa quoque assiduolabuntur tempora motu,

*Non secus ac flumen: neque enim consistere flumen,
Nec leuis hora potest, sed vt vnda impellitur vnda,
Vrgeturq; eadem veniens, vrgetq; priorem.*

*Tempora sic fugiunt pariter, pariterq; sequuntur,
Enona sunt semper: non quod fuit ante, relictu est,*

Fitq; quod aut fuerat, momentaq; cuncta nouantur.

Deniq; cum nihil vnquam in eodem statu (vt ex authoritatibus supra relatis apparet) permaneat, aut vnquam permanserit permansurumve sit, ex tempore præterito præteritaq; potentia ad præsens tempus arguere, præsentemve ad potentiam omnino commutatam ineptissimū omninoque hominis inexperti esset. Præsertim postquam recessit aurea ætas successeruntq; bella iure gentiū admilla, quæ vt nullus (modo sanus) ignorat, nullū principatum, regnum, imperium, monarchiam manere in eodem statu sinunt. † Vnde Archidamus à Plutarcho lib. 1. apoph. relatus. In Bello Peloponesiaco socij rogantibus quanta pecunia futura esset, satis ac postulantibus, vt tributorum certum modum præscriberent, bellum respondit non querit definita, significas postquam bella orbem adoriri cœperunt, nihil esse, foreve vnquam firmum aut immo-

bile. Præsertim cum tam insatiabilis sit principum ambitio. Vt Alex. à Plut. lib. 4. Apoph. relatus & depictus fuerit hunc in modū: † Nam cum Alexander (inquit Plut.) audisset Anaxagoram differentē innumerabiles esse mundos, illachrymasse dicitur, rogantibus nunquid accidisset lachrymis dignum, an non videor, inquit, merito fieri, qui cum mundi sint innumerabiles, nos nondum vnus domini facti sumus. Quinimò eorum bellorum pleraq; iniusta sunt & iniuria. † Vnde Antigonus à Plutarcho eod. lib. relatus, sophistæ cuidam librum de iustitia conscriptum porrigenti, desipis, inquit, qui quum me videas alienas vrbes armis vexantē, tamen apud me de iustitia disseris, sensit eos qui ditionis ampliandæ, gloriæ causa bellum inferunt alienis ciuitatibus, non posse queri iustitiæ leges. † Deniq; tam propter bella sæuientia incerta reddita est fortuna principatum, regnorum, imperij, monarchiarum, vt Ouidius lib. 1. de arte Amadi de bello sic cecinerit:

Quosque neques vnquam posse iacere cadunt.

Tamq; huiuscemodi monarchiæ & principatus, incerti & mobiles sunt, vt lib. 1. Bellorū ciuiliū Lucanus ita modulatus sit:

*Inuita fatorum series summisq; negatum
Stare diu.*

Et Ouidius Epist. consol. ad Lliuiam:

*Nempe per hos etiam fortune iniuria mores
Regnat, & incerta est hic quoque mixta rota.
Hic quoque sentitur, ne quid non improba carpat,
Sequit, & iniustum ius sibi vbique facit.*

*Scilicet immunis si luctus vna fuisset
Liua, fortune regna minora forent.*

Et Lucanus lib. 2. Belli ciuil.

*Sine nihil positum est, seu fors incerta vagatur,
Fertq; refertq; vices, & habens mortalia casum
Sic subitum quodcunque paras.*

Et Ouid. lib. 4. de Ponto:

*Ludit in humanis diuina potentia rebus,
Et certam præsens vir habet hora fidem.*

Et Boetius Metro. 5. lib. 1.

*Tigris & Euphrates vno se fronte resoluunt,
Et mox adiunctis dissociantur aquis.*

Et Ouidius lib. 3. de Tristibus:

*Nempe dat, & quodcunque libet fortuna, rapitq;
Irus & est subitū, qui modò Cræsus erat.*

Item 5. de Tristibus.

*Pasibus ambiguis fortuna volubilis erras,
Et manet in nullo certa tenaxq; loco.*

*Sed modò læta manet, vultus modo sumis acerbos,
Et tantum constans in leuitate sua est.*

*Nos quoque floruisimus: sed flos fuit ille caducus:
Flammaq; de stipula nostra breuiusq; fuit.*

Et Horatius Oda. 34. lib. 1.

Hinc apicem rapax

*Fortuna cum stridore acuto
Sustulit: hinc possuisse gaudet.*

Idem

39
Fabula Sa-
turni.

41
Hist. Alexan-
dri Magni.

42
Hist. Antigon-
ni, Macedo-
num Regni.

43
Regna, impe-
ria, principa-
tus, instabi-
les.

46
Hist. Ar-
chidami.

Idem Oda. 29. lib. 3.

Fortuna seno lata negotio, &
Ludum insolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alij benigna.

Et Seneca in Medea:

Rapida fortuna, ac leuis
Præceptis, regno eripuit, & exilio dedit,
Confide regnis, cum leuis magnas opes
Huc ferat, & illuc casus.

Idem in Octauia:

Quid me potens fortuna fallaci mihi
Blandita vultu, sorte contentum mea,
Alte extulisti grauius vt reuerem, edita
Receptus arca, rotas, prospicerem metus.

Et Boëtius Metro. 1. lib. 1.

Dum leuibus male fida bonis fortuna faueret,
Penè caput tristis merferat hora meum:
Nunc quia fallacem mutauit nubila vultum,
Protrahit ingratas impia vita moras.

Idem Metro. 3. lib. 2.

Cum polo Phœbus roseis quadrigis
Lucem spargere cæperit.
Pallet albentes hebet at a vultus
Flammis stella prementibus.
Cum nemus flatu Zephyri tepenti
Vernis irruerit rosis.
Spirat insanum nebulosus Auster,
Iam spinis abeat decus.
Sape tranquillo radiat sereno
Immotus mare fluctibus:

Et idem:

Sape feruentes Aquila procellas
Verso concitat equore.
Rara si constat sua forma mundo,
Si tantis variat vices.
Credet fortuna hominum caducis,
Bonis credet fugacibus.

Et Manilius lib. 3. Astrono.

Idcirco tanta est rerum discordia in ævo,
Et subrepta malis bona sunt lacrymaque sequuntur
Vota, hec in cunctis seruat fortuna tenorem:
Vsq; adeo permixta fluit, nec permanet vsquam,
Amisitque fidem variando cuncta per omnes,
Non annis anni, non mensibus mensibus vsque
Conuenient, seq; ipse dies aliumque relinquit,
Horaque non illi similis producitur hora.

Idem lib. 4. Astrono.

Quid numerem euersas vrbes, regnumque ruinas,
Inque rogo Crasum, Priamumque, in littore truncum,
Cui ne Troia rogas, quid Xerxem, maius & ipso
Naufragium pelago, quid captos agmine reges.

Manilius lib. 4. Astrono.

Tunc & opes, & regna fluunt, & sapius orta
Paupertas, artesque, data, moresque, creati,
Et vitia & clades, damna & compendia vite.
Nemo caret damno, poterit nec habere negatum,
Fortunamue sui in vitam perdere votis,
Aut fugere instantem, fors est sua cuique ferenda.
At nisi fata darent leges vitæque, neciisque,
Fugissent ignes Aeneam, Troia sub vno
Non euersa viro, fatiis vicisset in ipsis:

Aut lupa proiectos nutrifset Martia fratres.
Romaque sic enata foret, pecudumque, magistri
In Capitolinos auxissent culmina montem,
Includiue sua potuisset Iuppiter arce
Captus, vel Caput hic orbu foret igne sepulto,
Vulneribus victor reperisset Mutius urbem
Solus, & oppositus clausisset Horatius armis
Pontem, urbemque, simul rupisset fœdera virgo.
Tresque, sub vnius fratres virtute iacerent,
Nulla acies tunc euicit, pendebat ab vno
Roma viro, regnumque, orbi sortita iacebat.

De Crassi fine sic Ouid. lib. 6. Falto.

Crassus ad Euphraten Aquilas, natumque, suosque,
Perdidit, & lero est vltimus ipse dat us.

Et Lucanus lib. 1. Bel. ciuil.

Miserando funere Crassus

Asyrias Latio maculauit sanguine carras.
De Cresi fine in hunc modum Ouid.
lib. 4. de Ponto:

Diuidis audita cui non opulencia Cræsi,
Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit.

Ibidem de Dionysij Tyranni fine:

Ille Syracusia modo formidatus in vrbe,
Vix humili duram reppulit arte famem.

Ibidem lib. 5. de Tristibus de eodem:

Vilia qui quondam miseris alimenta negarat,
Nunc mendicatus pascitur ille cibo.

De eodem sic Iuuenalis 10. Saty.

Qui dabat olim

Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se
Continet, atque duas tantum res anxius optat.

Idem eadem Satyra de Han-
nibalibus fine:

Expende Hannibalem: quot libras in duce summo
Inuenies, hic est quem non capit Aphrica Mauro
Perfusa Oceano, Niloque, admot a repenti.
Rursus ad Aethiopum populos, aliosque, Elephantes,
Adducit imperijs Hispania, Pyrenaum
Transilii: opposuit natura alpemque, niuemque,
Diduxit scopulos, & montem rupit aceto.

Iam tenet Italicum, tamen vltra pergere tendit,
Actum (inquit) nihil est, ni Pæno milite portas
Frangimus, & media vexillum pono Suburra.

O qualis facies & quali digna tabella,
Cum Getula ducem portaret bellua luscum,
Exitus ergo qui est? gloria, vincitur idem,
Nempe, & in exilium præceptus abit, atque ibi magnus
Mirandusque, cliens sedet ad prætoria regu,
Donec Bithyno libeat iugulare Tyranno.

Sic & Manilius lib. 4. Astrono.

Quid referam Cannas, admotaque, manibus arma,
Varronemque, pigrum, magnum quod viuere passet,
Postque tuas Trasimene lacus Fabiumque, morantem
Accepisse iugum victas Cartaginæ arces,
Spectatur Hannibalem nostris cecidisse catenis,
Exiliumque, cogi furtiua morte luisse.

Et etiam de Marij fine, qui septies Conf. fuit,
sic Ouidius lib. 4. de Ponto:

Ille Inguartino clauis Cymbroque, triumpho,
Quo victrix toties consule Roma fuit.

In cæno Marius iacuit, cannaque, palustri,
Pertulit & tanto multa pudenda viro.

De Pom-

46
Histo. Romul
& Remi

74
Histo. Scæuo-
le.

48
Histo. Horatij.

49
Histo. Terge-
minorum.

50
Histo. Crassi.

51
Histo. Cræsi.

52
Histo. Dionysij.

53
Histo. Han-
nibalibus.

54
Histo. Fabij
Maximi.

55
Histo. Marij.

44
Historie va-
rie Priami et
Cræsi & Xer-
xis.

45
Histo. Aeneæ.

De Pompeij Magni sine sic Ouid.
lib. 4. de Ponto:

Quid fuerat Magno maius, tamen ille rogauit
Submissa fugiens voce clientis opem.
Cuius viro totus terrarum paruit orbis,
Indignus effectus omnibus ipse magis.
Item Iuuenalis Satyra 10.

Prouida Pompeio dederat Campania febres
Optandas, sed multæ vrbes, & publicæ vota
Vicerunt, igitur fortuna ipsius, & vrbi
Seruatum victo caput abstulit: hoc cruciatus
Lentulus, hac pœna caruit, ceciditq; Cethegus
Integer, & iacuit Catilina cadauere toto.

Manilius item lib. 4. Astrono.

Quis te Niliaco periturum littore Magne
Post victas Mithridatis opes pelagusq; receptum,
Et tres emenso meritos ex orbe triumphos.
Cumq; etiam posses alium componere magnum
Crescere, vt corpus sepeliret naufragus ignis.
Et collecta rogum facerent fragmenta carina.
Quis tantum mutare potest sine nomine fati
Et similiter de Cæsaris miserabili sine hæc
Manilius lib. 4. Astrono.

Ille etiam calo genitus, celoq; receptus,
Cum bene composita victor ciuilibus armis
Iura toga reget, toties predicta cauere
Vulnera non potuit, toto spectante Senatu
Indicium dextræ inens, nomenq; cruore
Deleuit proprio, possent vt vincere fata.

De Priami sine miserabili Iuuenal.
Saty. 10.

Incolumi Troia Priamus venisset ad umbras
Assarici magni solemnibus, Hectoris funus
Portante, ac reliquis fratrum cernicibus, inter
Iliadum lachrymas, vt primos edere planctus
Cassandra inciperet, scissaq; Polyxena palla.
Si foret extinctus diuerso tempore, quo iam
Cæperat audaceis Paris adificare carinas.
Longa dies igitur quid consulit? omnia vidit
Euersa, & flammis Asiæ, ferroq; cadentem.
Tunc miles tremulus posita tulit arma tiara,
Et ruit ante aram summi Ioui, vt vetulus bos,
Quid domini cultus tenue & miserabile collum
Præbet, ab ingrato iam fastiditus aratro.
Exitus ille vt cunque hominû.

Seneca in Troado de eodem:

Ille tot Regnûm parens
Caret sepulchro Priamus, & flamma indiget
ArdenTe Troia.

Manilius lib. 4. Astrono.

Quid numerem euersas vrbes regnûmq; ruinas,
Inq; rogo Cræsum Priamumq; in litore truncum,
Cui nunc Troia rogu.

De Rufini intoritu Claudia.
lib. 2. in Rufi.

Vnus per medios audens pronior ense
Profluit eiecto, dictuq; & vulnere toruus
Appetit, ac Stichio, quem istas pellere dextra
Referit, hoc absens innadis viscera ferro
Sic fatuus: meritoq; latius transuerberat istu
Felix illa manus, talem qua prima cradrom
Hauerit, & sese panam libauerit orbis.

Mox omnes fodiunt bassu, artusq; nefandos
Dilaniant, vno tot corpore pila reuescunt.
Et non infecto puduit mucrone reuersi,
Hi vultus auidos, & adhuc spirantia vellunt
Lumina, truncatos alij rapuere lacertos:
Amputat ille pedes, humerumq; quatit ille solutus
Nexibus, hic fracti reserat curuamina dorsi:
Hic iecur, hic cordis fibras, hic caudis anbelas
Pulmonis latebras, spatium non inuenit ira.

De Xerxis exercitu ac sine, Iuuenal. 10.
Satyra in hunc modum scribit:

Creditor olim

Velificatus Athos, & quidquid Græcia mendax
Audet in Historia, cum stratum classibus isdem,
Suppositumq; rovis solidum mare, credimus alios
Defecisse amens, epotaq; flumina Medo
Prudente, & madidus canat que Sostrius alio.
Ille tamen qualis redijt Salamine relictæ,
In Corum atque Eurum solitus seuire flagellis
Barbarus Aeolio nunquam hoc in carcere passus,
Ipsam compedibus, qui vincerat Ennosigam?
Mirum id sane, quod & non & stigmatæ dignum
Credidit, huic quisquam vellet seruire deorum?
Sed qualis redijt? nempe vna nane cruentis
Fluctibus, ac tarda per densa cadauera prora.
Hæc roties optata exegit gloria panas.

Iuuenalis Satyra 10.

Festino ad nostros, & regem transeo Ponti,
Et Cræsum, quem vox iusti facunda Solonis
Respicere adlonge insit spatia vltima vitæ.

† Nec hinc longè abest quod egregius Epaminonda à Plutarcho Apoph. lib. 5. relatus, interrogatus quem arbitraretur ducem præstantissimum, seipsumne, an Chabriam, an fortè Phieratem, id, inquit, iudicatu difficile est donec viuimus, alludens ad illud Solonis, neminem ante obitum beatum dicendum, quandiu enim viuit homo, potest & ad meliora proficere, & ad deteriora degenerare. Quia, vt non semel admonuimus, nihil mansit, manebit vnumquam sub imagine eadem. Præsertim in principatibus & monarchijs, quæ huiusmodi mutationibus, & volubilis fortunæ rotis reliquis rebus humanis procliuiiores sunt: vt apparet ex supra relatis historijs, Marij Pompei Magni, Iulij Cæsaris, Marci Antonij, Hannibalis, Cræsi, Cræsi, Rufini, Iri, Xerxis, Casandræ, Polyxenæ, Paridis, Aenæ, Luculli, Anci, Archidami, Alexandri Magni, Antigonij, Romuli, Remi, Mutij, Horatij, Tergemionû Fratrum, Dionysij, Varronis, Fabij Lentuli, Cethegi, Catilinæ, Troiæ Priami, Spartæ Mycenarum, Cecropis arcium Amphionis, Thebarum, Athenarum, Carthaginis, & similia, tam Ducum, Principum, Imperatorum, quàm vrbiû & Monarchiarum.

Quæ omnia eò pertinent, vt potentia præterita. Tamque finita ad viuæ stantis presentisque potentia congressum, † longè impar sit, sicque cum ea minimè conferenda, nisi ineptiremur ad imaginem Orlandi, qui (teste Ariosto) cum fureret equamq; quæ vehetur, ni-

B

tur, ni-

56
Hifor. Pompeij Magni.

57
Hifor. Lentuli & Cethegi & Catilina.

58
Hifor. Iulij Cæsari.

59
Hif. Priami Hectoris, Polyxenæ et Casandræ.

60
Hif. Solonis & Cræsi.

61
Hif. Epaminonda.

62
Fabula Orlandi furiosi.

tut, nimia agitatione necasset, offendit hominem quendam equitanti, quæsiuitq; ab eo, an vellet equum suum viuum pro equa sua mortua permutare, cui ipsius insaniam ore pleno ridenti, Orlandus strenui mercatoris de more ait, suam equam optimam pulchramque esse, omniq; vicio carentem, nisi quod mortua erat. Non huic absimilis mihi videretur, qui de potentia præterita & finita ad præsentem, quæ ex confessione omnium inspecto præsentis statu, maior esset, arguere vellet. † Quinimò si quis Princeps, aut si qua ciuitas ad potentiam, opes & diuitias præteritas, etiam semel amissas & extinctas reuertetur, nõ tam prior potestas, quàm alia noua & diuersa, quæ modò nasceretur denuò, aut renasceretur, videretur. argum. text. egregij in l. si feruus legatus. §. si. ff. de adim. lega. ibi, nouus homo esse videtur (nisi in casu speciali, de quo in l. filio, quem pater. ff. de lib. & posthu. vbi multa per la. post alios) res enim semel extincta aut finita suscitari non potest l. inter stipulantes. §. sacram. ff. de verb. oblig. vbi multa per Doct. l. qui res. §. aream. ff. de soluti. §. 1. In tit. de inut. stipula. † Adeò vt postquam Lazarus miraculose suscitauit, non idem homo qui antè erat, sed nouus homo esse videretur. sicque nec vxorem nec bona recuperasset, vt tradunt Doct. in dictis locis. & per Glo. & Doct. in l. nam ad ea, cum l. seq. ff. de legibus.

Ad huius tamen rei definitionem præfari oportet circa animarum immortalitatem, & resurrectionem, varias fuisse antiquorù sententias, alijs animas esse mortales, non secùs quàm corpora existimantibus, cuius sententiæ fuisse videntur fortè ij, qui Lazarum vxorem & bona non recuperaturum scripserunt. † Alij verò arbitrabantur, animas esse æternas, & prioris quidem sententiæ (alijs non tanti nominis prætermisissis) fuisse intelliguntur, Horatius, & Lucanus, & Seneca, & Ouidius, & Lucretius, & Ennius, & Socrates, & Plinius, & Diagoras, & similes, vnde Horatius Oda. 7. lib. 4. siccecinir:

*Cum semel occideris, & de te splendida Minos
Fecerit arbitria.
Non te Torquate genus, non te facundia, non te
Restituet pietas.
Inferni neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum.
Non Lethæa valet Theseus abruptere charo
Vincula Perithoo.*

Et Lucanus bell. ciuil. lib. sic modulatur:

*Neque enim animam sibi reddere fata,
Consumpto iam iure semel.*

Et Seneca in Hippolyto sic scriptum reliquit:

*Non vnquam amplius
Conuexa tetigit supra, qui mersus semel
Adijt silentem nocte perpetua domum.*

Et Ouidius lib. 3. de Trist.
Adde quod extinctos, vel aqua, vel mare, vel igne,

Nulla potest iterum restituisse dies.

Et Lucretius lib. 3. de rerum naturâ
*Præterea gigni pariter cum corpore, & vnâ
Crescere sentimus, pariterq; senescere mentem.
Nam velut infirmo pueri, teneroq; vagantur
Corpore, sic animi sequitur sententiâ tempus.
Inde vbi robustu adoleuit viribus ætas,
Consilium quoque maius & auctior est animi vis.
Post vbi iam validu, quassatum est viribus aui
Corpus, obtusis ceciderunt viribus artus:
Claudicat ingenium, deliras linguaq; mensq;
Omnia deficiunt, atq; vno tempore defunt.
Quapropter fatere necesse est, quæ fuit antè
Interijisse, & quæ nunc est, nunc esse creatam.*

Huius quoque sententiæ fuerunt Vasmothei, teste beato Clemente Romano, constitit. Aposto. lib. 6. cap. 6. ijque (inquit) animæ immortalitatem negant. Quibus etiam proximè accedebant Saduczi, qui secudum eundem ibi mortuorù resurrectionem negabant. Socrates quoque his ad stipulanti videtur, qui (vt referunt Cicero lib. 2. & Plutarchus lib. 3. Apoph.) Cum iam tempus vrgeret moriendi, rogatus à Critone, quomodo sepeliri vellet, multam (inquit) ð amici operam frustra consumpsi, Critoni enim nostro nondum persuasi me hinc euolaturum, neque quicquam mei relicturum, verum tamen, ð Crito, si me assequi poteris, aut sicubi nactus eris, vt tibi videtur, sepelito, sed, mihi crede, nemo me vestrum, cum hinc excessero, consequetur. Sentit Socrates animum esse hominem, corpus nihil aliud esse, quàm animi vel organu vel domicilium, eoq; stultè facere illos, qui solliciti sunt, quomodo sepeliantur, sensuque viuientium neminem præmorientem amicum assecuturum, quasi alia vita non sit, vbi mortales conueniant.

Et Seneca in Troade:

*Hæc omnes petimus fata, nec amplius
Iuratos Superis qui tetigit lacus,
Vsq; quam est: vt calidis fumus ab ignibus
Vanescit per spaciū breue sordidus:
Vt nubes grauidas, quas modo vidimus,
Arcto Boræa dissipat impetus:
Sic hiæ, quæ regimur, spiritus effluet,
Post mortem nihil est, ipsaq; mors nihil.
Veloç spaciū metæ nouissima.
Spem ponant auidi, solliciti metum.
Quæru quo iaceas post obitum loco?
Quo non nata iacent,
Tempus nos auidum deuorat, & chaos.
Mors indiuidua est noxia corpori,
Nec parcens anima, & c.*

Lucretius 1. de nat. returum.

*Ennius æternis exponit versibus, edens,
Quod neq; permaneat anima, neq; corpora nostra.
† Neque isthinc longè abest sententiâ Dia-
goræ, relata à Cicerone Apop. lib. 2. Ipse enim
Diagoras, cum Samothracia venisset, Atheos
ille qui dicitur, atque ei quidem amicus, tu
qui Deos putas humana negligere, nõnne
animad-*

63
*Suscitari non
potest extin-
ctum natura
liter, quod si
supernatura-
liter suscite-
tur, tunc non
eadem res, sed
alia noua vi-
detur.*

64
*Lazarus re-
suscitatus.*

65
*Animas mor-
tales esse, qui
falso credi-
derint.*

66
Opinio Vasmotheorù & Saduceorù.

67
Historia Socratis.

68
Mors quid sit.

69
Mortui loca iacebunt.

70
Mors indiuidua.

71
Historia Diagora.

animaduertis ex tot tabulis pictis, quàm multo votis vim tempestatis effugerint, in portumque salui peruenerint. ita fit, inquit, illi enim nunquam picti sunt, qui naufragium fecerunt, in marique perierunt. Itemque cum ei nauiganti victores aduersa tempestate timidi & perterriti dicerent, non iniuria sibi illud accidere, qui illum in eandem nauem recepissent, ostendit eis in eodem cursu multas alias laborantes, quæsiuitque, num etiam in ijs nauibus Diagoram vehi crederent. 3. de nat. Deorum ita Cicero scriptum reliquit.

Istorum autem omnium sententiæ, vt à pietate remotæ, per quàm plures, & potissimum per veram Catholicamque doctrinam repudiatur sunt, vt propè edocebimur.

Fuit, vt iam meminimus, altera sententia existimantium animas esse immortales, quæ etiam tam variat, vt quadripartita inueniatur: nonnulli enim intellexerunt, omnes hominum animas ab cælo descendisse, ad ætheraque euolaturas ac reuersuras. Alij sentiunt omnes humani generis animas ad inferos descenduras, eorumque sedes subituras. Tertij disserebant, iustorum animas ad æthera redituras, iniustorum verò in Flegethontis vndis perituras. Alij vaticinati sunt, animas omnium mortalium æternas esse, non tamen ad cælos euolaturas, aut inferorum ædes subituras, sed in hoc eodem orbe permanentes in alia animalium corpora migraturas. Vltimi contendunt, bonorum animas ad campos Elysios ituras, malorum verò ad impia Tartara: sicque hi quasi paradysum terrenale bonis constituunt.

Vnde Manilius lib. 4. Astronom. prioris sp. author ait:

*An dubium est habitare Deum sub pectore nostro,
In cælumque redire animas, cæloque venire?
Vtque sit ex omni constructus corpore mundus,
Ætheris atque ignis summi, terraque, marisque
Spiritus & in toto rapidum qui iusta gubernat:
Sic esse in nobis terrena corpora sortis,
Sanguineasque animas animi, qui cuncta gubernat,
Dispensatque hominem, quid mirum noscere mundum
Si possunt homines, quibus est & mundus in ipsis.
Exemplumque Dei, quisque est, & in imagine parua,
An quoquam genitos, nisi cælo credere fas est
Esse homines?*

Et Valerius Flaccus lib. 3. Argonauticom. morantes.

*Exire hinc animas, redituraque semina cælo.
Et Silius Italic. lib. 15. belli punici:
Cui ratio & magna cælestia semina mentes
Munere sunt concessa Deum, mortalibus alti
Quantum cælicolæ tantundem animalibus isti
Præcellunt cunctis, tribuit nanque ipsa minores
Hos terris natura Deos.*

Boëtius Metro. 9. lib. 5.

*Tu cauis animas paribus, vitasque minores
Prouebis, & leuibus sublimes curribus aptas,
In cælum terramque seruis, quas lege benigna*

Ad te conuersas reduci facis igne reuerti.

† Istorum sententiæ aliquantulum accedit opinio eorum qui existimant, igneas esse animas, à cæloque descendisse. Primum, quia ignis petit sursum, & sic cælum, non autem deorsum, vt sunt inferna loca: animas autem igneas esse edocemur ex locis supra memoratis. Et voluit Virgilius 6. Aeneid.

igneus est ollis vigor & cælestis origo.

Et Paulinus ad Ausonium:

*Mens quippe lapsis quæ super est artibus,
Destirpe durat cælitis.*

Et Iuuen. Satyr. 15.

Sensum à cælesti demissum traximus arce.

Et Boëtius Metro. 6. lib. 3.

Hic clausit membris animos

Celsa sede petitos.

Mortales igitur cunctos

Edit nobile genus.

Lucretius sibi contrarius 2. de natura rerum:

Et quod missum est ex ætheris oris,

Id rursum cælesti stellantia templa receperant.

Et pro istorum sententia facit, quod quæque res ad suam appetit ac properat originem reuerti. Vnde Boëtius sic modulatur:

Repetunt proprios quæque, recursus,

Redditurque, suo singula gaudent.

Et res facillè reuertitur ad suam naturam. I. si vnus. §. pactus ne peteret, vbi multa per DD. ff. de pact.

Et Horatius lib. 1. Epist.

Naturam expellas furca, tamen vsque recurrit.

Ergò procliuus est, vt animæ à cælo venientes illuc reuertantur, sicque ad suam originem, præsertim cum sint volucris leuisque materix (hoc est, igneæ) quæ non potest non astræpetere. Et his ad stipulatur, quod ex confessione omnium, quos iam retulimus, nuperque referemus animorum materia ignea est, à cæloque descendit, nec cum ab mortalibus corporibus euolant animæ, intereunt, teste Ouidio lib. 15. Metamor. qui sic cecinit:

*Omnia mutantur, nihil interit: errat, & illuc
Huc venit, hinc illuc.*

Et rursum ibidem ait:

Cum sint huc forsitan illa

Hæc translata illuc, summa tamen omnia constant.

Cum ergò animæ à corporibus euolantes non intereant, nec pereant, cumque quæque res suam naturam (id est, originem) reddere properet: consentaneum esse videtur animos ad cælum, vnde descenderunt, reuerti.

† In secunda autem tentetia existimantium omnes animas infernas ad vmbas properare, simulac à corporibus liberantur, fuisse videtur Anaxagoras relatus à Cice. Apoph. lib. 2. is enim quærentibus amicis vellet ne clazomenas in patriam si quid accidisset referri, nihil necesse est, inquit, vndique enim ad inferos tantundem viæ est. Significans omnes animas eodem festinare, aliter enim si sentiret

B 2

anima-

72
Animas in
cælum redi-
tura afferens
etc.

73
Animas esse
igneas.

74
Anaxagore
Historia &
sententia.

animarum quasdam infernas ad sedes, quasdam verò ad supernas migraturas, non dixisset tantundem viæ esse. Huic etiam sententiæ videtur accedere Socrates à Plutarcho relatus Apoph. lib. 3.

Ibidem Socrates (inquit Plutarchus) dicere † solebat, mortem similem esse profundo somno, ergo vt somno durante animæ dormientium omnium diuersa ad loca non properat, ita ille significare voluit, postquam à corporibus humanis decessissent diuersa ad loca non migraturas. In tertia sententia vt boni æthereas ad sedes, mali verò Flegethontis ad vndas ituri sint, postquam à corporibus humanis liberati fuerint, fuit idem Socrates in hoc sibi contrarius, vt de ipso loquens refert Cicero lib. 1. Tuscul. & rursus apoph. lib. 2. sic inquit: Dux sunt viæ, duplicesque cursus animorum è corpore exeuntium. nam qui se vitijs humanis contaminarunt, & totos libidinibus se tradiderunt, ijs deuium quoddam iter est seclusum à concilio Deorum: qui autè se integros castosque seruârunt, quibusque fuit minima cum corporibus contagio, suntque in corporibus humanis vitâ imitati Deorum, ijs ad illos, à quibus sunt profecti, facile patet redditus. Et Cicero 2. de legi. ait, omnium animi immortales sunt, sed bonorum fortiumque diuini. Et rursus pro Cayo ait, bonorum virorum mentes mihi diuinæ atque æternæ videntur, & ex hominum vita ad Deorum religionem sanctimoniamque migrare. Et in somno Scipionis ait, sic habeto te non esse mortalem, sed corpus hoc. Et pro Sextio ait, corpus hoc est mortale, animi verò motus sempiterni. Et Propter. lib. 4. eleg. ait:

*Sunt aliquid manes, letum non omnia finit,
Lucidaque euictos effugit vmbra rogos.*

Quarta sententia fuit existimantium animos immortales, ab humanis corporibus euolantes in diuersa animalium brutorum corpora, (qualia sunt terrestrium, volatilium, & aquatilium) migraturos, id quod sensisse videtur Socrates in loco proximè allegato, dum scripsit, mortem esse similem diutinx peregrinationi, nam vt peregrinus errans, vagus & varians per varias mundi regiones migrat, ac remigat, ita significauit animos à corporibus exeuntes per varia aliorum animalium corpora meaturos, & huius sententiæ fuit Ouidius & Tibullus & Claudianus. Vnde Ouid. lib. 15. Metamorph.

*Carent † anima, semperque priore relicta
Sede, nouis domibus viuunt, habitansque recepta.
Ipse ego (nam meminì) Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram.*

Ibidem inque ferinas:

*Possumus ire domos, pecudumque in corpora condi,
Corpora que possunt animas habuisse parentum,
Aut fratrum, aut aliquo iunctorum faderenobis,
Aut hominum certe.*

Tibullus 4. Eleg. lib.

*Quin etiam, mea tunc tumulus cum tegeris ossa;
Seu matra dies fato properat mihi mortem,
Longa manet seu vita, tamen mutat a figura,
Seu me finget equum rigidos percurrere campos
Doctum, seu tardi pecoris sim gloria aurum,
Siue ego per liquidum volucris vebat aera pennis,
In quemcumque hominem me longa receperis asus,
Inceptis de te subrexam carmina chartis.*

Claudianus 1. de raptu Proserpinæ:

*Quos vbi per varios annos, per mille figuras,
Egit Lethæo purgatus flumine, tandem
Rursus ad humanæ reuocat primordia vitæ.*

Virgilius Ecloga 4.

*Pauca tamen suberunt prisca vestigia fraudis,
Qua tentare Tebyn ratibus, qua cingere muris
Oppida, que iubeant telluri infundere sulcos.
Alter erit dum Tiphys, & alter que vebat Argo
Delectos Heroas: erunt etiam altera bella,
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.*

Idem Virgil. lib. 6. Aeneid.

*Et pauci lata arua tenemus:
Donec longa dies perfectio temporis orbe
Concretam exemit labem: purumque reliquit
Aethereum sensum, atque aura simplicis ignem.
Has omnes, vbi mille rotas voluere per annos
Lethæum ad fluium, Deus euocat agmine magno:
Scilicet immemores, supra vt conuexa reuisant,
Rursus & incipiant in corpora velle reuerti.*

Et Virgilius 6. Aeneid.

Aenea verba ad patrem, sic scripsit:

Da iungere dextras,

*Da genitor: teque amplexu ne subtrahere nostro.
Sic memorans, largo fletu simul ora rigabat.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum:
Ter frustra comprehensa manus effugit imago
Par leuibus ventis, volucrisque, similima somno.*

Et Ouidius lib. 8. Metamor.

Inque leues abijt paulatim spiritus auras.

Et Silius Italicus lib. 13. bel. pu.

*Hic alacer colla amplexu materna peribat,
Vmbraque, ter frustra per inane perita sefellit.*

Et Boetius Metro. 10. lib. 3.

*Hoc quidquid placet, excitatque mentes,
Infirmis tellus aluit cauernis.
Splendor quo regitur, vigetque cælum,
Vitat obscuras anime ruinas.*

Et idem Metro. 1. lib. 4.

*Huc si te reducem referat via,
Quam nunc requiris immemor,
Hic, dices, meminì patria est mihi,
Hinc ortus, hic sistam gradum.*

Et etiam quinta sententia existimantium impiorum animos tartara impia, piorum verò campos Elyseos petiuros, quæ opinio ab ea, de qua supra tertio loco mentionem habuimus, non differt quo ad impiorum, sed tantum quo ad animos piorum, quibus quasi terrenum non caelestem paradysum videtur designare, & huius sententiæ esse videtur Virgilius 6. Aeneid.

*Hic locus est, partes vbi se via findit in ambas:
Dextera, que dictis magni sub mœnia tendit:*

Hæc

*Hæc iter Elyfium nobis: At leua malorum
Exercent panas, & ad impia Tartara mittit.
Ibidem:*

Exinde per amplum

Mittimur Elyfium, & pauci læta arua tenemus.

Lucanus lib. 31. bel. ciuil.

*Sedibus Elyfius, campoq; expulfa piorum,
Ad Stygias, inquit, tenebras, manesq; nocentes
Post bellum ciuile trahor.*

Lucret. 2. de Natura rerum:

*Et quod missum est ex aetheris oris,
Idrursum cæli stellantia templa receperant.*

Martial. 12. Epigram.

Accipiant olim cum te loca læta piorum.

Non erit in stygia notior vmbra domo.

Silius Italicus lib. 2. Bel. pu.

*At vos sydereæ, quas nulla equauerit atas,
Ite secus terrarum anima, venerabile vulgus
Elyfium, & castas sedes decorate piorum.*

Idem lib. 10. bel. pu.

*Hæc Libys, atq; repens crepitantibus vndiq; flâmis
Aethereæ anima exultans euasit in aurâs.*

Idem 13. bel. pun.

*Tum seducta loco, & laxata lucida nocte
Claustra nitent, qua secreti per limitis vmbra
Elyfios ducunt campos, hic turba piorum
Nec stygio in regna, cæli nec postea sub axe,
Verum vltra Oceanum, &c.*

Idem 15. lib.

*At quis seruat us semini ortus,
Cæli porta patet.*

Stattius lib. 10. Thebai:

Dant clara meanti

Astralocum.

Idem lib. 5. Syluarum:

*Parce precor lachrymu, seuo nec concute planctu
Pectora, ne crucia fugientem coniugis vmbra am.
Sic ego nec furias, nec deteriora videbo
Tartara, & Elyfias felix admittat ad oras.*

Manilius lib. 2. Astrono.

*Nostri loquar, nulli vacum debemus orsa
Nec furtum, sed opus veniet, soloq; volumus
In cælum curru, propria rate pellimus vndas.*

Horum sententiæ etiam accedere videntur Saduczi, qui (secundum Clementem Romanum const. apost. lib. 6. c. 6.) resurrectionem mortuorum quo ad corpora negabant. Denique cum verissima catholicorum sententiæ (quæ cû ea quam supra tertio loco retulimus eadem est) edoceamur piorum animas æthereas ad sedes euolaturas, impiorum verò impia tartara subituras, quumque contrariæ sententiæ procedant naturaliter duntaxat quatenus ijs quos supra retulimus, & omnes Epicurei, & Stoici, resurrectionem defunctorum negant, nam corruptum semel idem numero resurgere ac resumere nequit naturaliter, sed supernaturaliter, proculdubio id potest per Deum Opt. Max. fieri, quod illos latuit. Quum ergo hæc omnia ita sint, quod attinet ad questionem de Lazaro resuscitante (vt è diuerticulo ad viam redeamus) vt ille & vxorem si

quam habebat, & bono sua recuperaret, tenendum esset: quia id magis ad veram & catholicam sententiæ, qua edocemur, animas esse immortales, accedit, sicque cum ille idem homo qui antea erat, videretur, non est cur sibi sua denegarentur, non magis quam cuidam è somno surgenti.

ARGUMENTVM QVARTVM.

DIVIITIÆ † & opes pariunt potentiam, potentia autè dignitatem & iustam prælationem, vt proximè admonuimus, in qua Princeps noster reliquos omnes antecellere non semel edocti sumus. † Quod autem diuitiæ & opes pariant potentiam, aded verum est, vt illinc descendere summam potestatem Ouid. author sit, qui cecinit:

Iuppiter admonitus nihil esse potentius auro.

Et Lucretius lib. 5. de Natura rerum ait:

Aurumq; repertum

Quod facile & validum, & pulchrum dempsit honorè.

Diuitioris enim sectam pleriq; sequuntur

Quamlibet & fortes, & pulchro corpore creti.

Petronius Arbiter in Satyr.

Quisquis habet nummos secuta nauiget aura,

Fortunamq; suo temperet arbitrio.

Vxorem ducat Danaen, ipsumq; licebit

Achrisium certo credere quod Danaen.

Carmina componat, declamet, concrepet, omneis

Et peragas causas, sitq; Catone prior.

Turiconsultus paret, non paret habento

Atque esto quid quid Seruius & Labeo.

Multa loquor, quid vis nummis presentibus opta

Et veniet clausum possidet arca Iouem.

Horatius Satyr. 3. lib. 2.

Omnis enim res,

Virtus, fama, decus, diuina, humanaq; pulchris.

Diuitijs parent: quas qui construxerit, ille

Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, etiam & rex,

Et quidquid volet. Hoc veluti virtute paratum

Sperabit magna laudi fore.

Et Plautus in Sticho:

*Nã hoc tu facito cogites, vt cuiq; homini rex parat
est*

*Firmi amici sunt: si res lassa labant, itidem amici
Res amicos inuenit. (collabescunt.)*

Et Ouidius ad Pisonem:

Sed lateri nullus comitem circundare querit,

Quem dat purus amor, sed quæ tulit impia merces.

Et Petronius Arbiter in Fragment.

Cum fortuna manet, vultum seruat amici,

Cum cecidit, turpi vertitur ora fuga.

Et Ouidius lib. 2. de Ponto:

Turpe quidem dictu, sed si modò vera fatemur,

Vulgus amicitias vtilitate probat.

Et Ouidius ipse 2. de Ponto:

Turpe sequi casum, & fortuna accedere amicum

Et, nisi sit felix, esse negare suum.

Vides ergo † vt qui maiores diuitias, reditus, & prouentus, ac opes habet, is potentior intelligatur, nec dubium est, quod in per hoc dignior & nobilior habeatur, vt per Nicolaum Boerium decis. 286. Magister Ioannes num.

77
Diuitiæ conferunt ad maiorem potentiam.

78
Diuitiæ pariunt potentiam.

79
Potentiores digniores.

8. vers. tunc si queratur. quæ sit maior dignitas. nam maior inquit is dicitur, qui plurimum potest, id quod & tehent alij in superiore fundamento relati. Sed potentissimum Regem ac Dominum nostrum reliquis omnibus Principibus longè ditiorè ac opulentiorè esse nullus ignorat: ergo ijs præferendus.

ARGUMENTVM QVINTVM.

† EX modo mensurave emolumentum ad ministrantium colligitur quanta, qualisve sit eius dignitas, aut eminentia. l. nemo, ad finè. C. de offi. ma. offi. dum ait, is gradus cæteros antecellat, quem stipendia mesent anteire. & ibi tradit Doct. & Nicolaus Boerius de auth. mag. consi. add. 1. mag. num. 28. vers. & ex præmij quantitate. Ad idem c. offi. 59. distin. & l. 1. C. de agëtibus in rebus. lib. 12. ibi, sed is qui ordine stipendioru. Ad idem l. iube mus. 2. c. de eroga. mil. ann. lib. 10. Et quilibet secundum dignitatem suam eget al. mentis, vestimentis, & reliquis ad vitam necessarijs, & consequenter stipendia & emolumenta minitterij & administrationis ad eandem mensuram sunt aptanda dignitatis, sicq; & de dignitate ad emolumenta & de emolumentis ad dignitatem metiendam & conijcienda legitimum erit & civile argumentum. l. sed & si quid. §. sufficienter. ff. de usufr. notant glo. 1. & ibi scribentes in c. quia nonnulli, de cleri. non. resid. & vt maior in ordine debet esse potior in percipienda portione. c. statuimus, de maio. & obe. c. vii. de consli. resque ecclesiarum pro meritis personarum & qualitatibus sunt distribuenda. c. consuluic 74. distin. c. si. 1. q. 2. & 12. q. 2. c. Vulteranz. ita & qui in percipienda portione potior est, in qua, emolumento capiendor, is sanè & in dignitate vt potior intelligatur par est: arg. l. 1. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. & huic rei etiam accedit vulgi & popolare iudicium, vt colligitur ex glo. celebri. per tex. ibi. in l. item apud labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniur. Paris de Puteo de Syndi. vers. nuncius. c. 1. per Speculatorem tit. de aduo. §. sequitur, per Nicol. Boer. vbi supra nu. 150. & ex ipso præmio quod accipit, colligitur virtus & prolatus cuiusque. l. 1. ff. de iust. & iure, ibi, bonos non solum metu pœnarum, vtum præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes. † Vnde duabus potissimum rebus Respublicas contineri Philosophi tradiderunt, pœna & præmio. † Vnde Lisander etiam à Plutar. Apoph. lib. 1. relatus interroganti Persæ, quam Rempub. maxime probaret: eam, inquit, in qua fortibus viris ac meticulous congrua vtrisque redduntur. sensit virtutem inuitari præmij, ignavos excitari ignominia. nimirum hoc est, quod apud Homerum stomachatur Achilles idem honoris haberi ignavis ac fortibus, ea sententia non solum habet locum in Repub. verum etiam in priuatis familijs: unte enim hæc duo præcipua ad conseruandam cuiuslibet gregis disciplinam. honos enim non solum alit artes, vt hæ-

80
Stipendium denotat dignitatem mercenarij.

81
Pœna & præmio rempublicam contineri.

82
Historia Lisandri.

bet prouerbium, verum etiam virtutem: Nec tam refert monarchia sit, an Aristocratia, an Democratia, an aliqua Reipub. forma ex his temperata, quam vt in quacunq; gubernatione discrimen habeatur publicum inter viros vtilis Reipub. & alios duntaxat sibi uiuentes. nam † Deus Opt. Max. iuxta mensuram virtutis præmium solet cuiq; elargiri. Vnde Pluatus in capt.

Est profecto Deus, qui qua nos gerimus auditq; & videt. Bene merenti, bene profuerit, male merenti par erit.

Ouid. lib. 2. Fasto.

Dij pia facta vident: astris delphina recepit Iuppiter, & stellis insit habere nouem.

Virgil. lib. 6. Aeneid.

Pauci quos æquus amauit Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus.

Ibidem:

Pauci lata arua tenemus.

Denique vulgus quoque iuxta præmium & compendium seu emolumentum, quod inde descendit, vnamquamque rem eiusque dignitatem probare solet, vel improbare. Vnde Ouidius lib. 2. de Ponto sic cecinit:

† Turpe quidem dictu. sed si modò vera fatemur, Vulgus amicitias vtilitate probat.

Cura, quid expediat, prior est quàm quid sit honestu.

Et cum fortuna statq; caditq; fides.

Nec facile inuenies multu de millibus vnum,

Virtutem pretium qui putet esse sui.

Ipse decor recti, facti si præmia desint,

Non mouet, & gratis pœniter esse probum.

Nil nisi quod prodest charum est: en, detrahe menti

Spem fructus auida, nemo petendus erit.

At reditus iam quisq; suos amat, & sibi quid sit

Vtile, sollicitu computat articulis.

Cum ergo potentissimus Hispaniarum Rex longè à Deo Optimo Maximo amplioribus emolumentis censibusque quàm vllus alius mundi totius Principum sit honestatus, donatus, decoratus (vt omnibus notum & plusquam manifestum est) par est, vt reliquis omnibus orbis Principibus dignior sublimiorq; intelligatur.

ARGUMENTVM SEXTVM.

ILLE † demum maior, dignior & excellentior est, quem generaliter homines maiorem ac digniorem esse existimant, ita probat tex. in l. Athletas. in prin. vers. Celsus. ff. de his, qui nota. infami. tenet in specie Nicolaus Boerius doc. 286. nu. 9. vers. item illa est maior dignitas, sentit Alex. quem ipse allegat in consilio 142. viso processu causæ, lib. 6. per Beatum Anto. in simili in sua summa, par. 3. titu. 15. c. 2. §. 11. Ioannes de Selua de benefici. par. 1. q. 2. & in simili est decisio Rotæ 451. in nouis vers. ego verò dicebam. vbi sic dicitur, ego verò dicebam, quod super hac maiortate seu principitate recurrendum est ad consuetudinem generalem, vox enim populi vox Dei est, secundum

83
Deus præmij & pœna probe dispensat.

84
Lucrum res efficacissima.

85
Dignitas pœnet ab hominum opinione.

tundum Dominicum Sotum de iust. & iur. lib. 5. q. 1. art. 6.

Nec dubium est quin ex plerisque hominū sententijs, ille qui rerū opulentia & affluentia, atque per hoc etiam potentia reliquos præcellit, maior & dignior iudicetur, vt testatur Lucretius lib. 5. de natura rerum, dum ait:

Aurumq; repertum

Quod facile & validis, & pulchris dempsit honorē.

Ditioris enim scētam plerumque sequuntur

Quamlibet & validis, & pulchro corpore creti.

Denique † vt reliqua omnia ita & hoc scire, & prudenter Cicero nobis exhibuit, dū lib. 3. Tusculanarum ait, max. magister populus: & rursus idem Cicero pro Roscio ait, sic est vulgus, ex opinione multa æstimat. & rursus 2. Tusculanarum & multitudinis iudicio mouentur homines, vt id honestum putent, quod à multitudine laudatur. & rursus 2. de legibus ait, nos vulgi opinionibus rapimur. Vnde Ioan. Boemus nō incitē in lib. de moribus gentium ait, Multis in rebus turpe & honestum non tam natura quā hominum distinguit moribus & sententijs, vt multis exemplis nos quoque differimus lib. 2. de succo. crea. §. 15. his ferē verbis: nonne flagitium adulterij, quod apud nos terribilissimum est, apud Persas impunitū, quinimō non solum tolerabile, sed etiam irreprehensibile ac inculpatum erat. Et vilissimum furādi flagitium, nonne similiter apud Lacedæmonas inculpatum erat, vt Aeneas Silvius postea summus Pontifex, Pius secundus nomine, testatur, quinimō nefandum flagitium (supra omnia scelera detestandum) nonne permissum. & omnino inculpatum apud Tartaros & Saracenos est, vt & omnibus notum est. & scripsit Ioan. Boemus, c. 10. lib. de ritu, moribus, & legibus diuersarum gentium, nōne cum matribus, & etiam cum filiabus, pædum more, miscere sese viris Pœnis seu Africanis, & communes etiam vxores habere non solum permissum, sed etiam omnino inculpatum erat, vt & ipsemet ibi c. 6. auctor est, & nemini notum non est. Et ex lege veteri Iudæis permissum, nonne similiter erat nuptias cum sororibus contrahere, idque hodie flagitiosissimum esset. Quum itaque maximus magister populus sit, eiusque iudicio standum, parendumque necessario sit, isque opibus, diuitijs, rerumque affluentia præcellentes cæteros dignitate antecire semper iudicauerit, reliquum est, vt Rex ac Dominus noster potentissimus, quem constat diuitijs, opibus rerumque affluentia, imperio & ditione reliquos omnes Principes transuolare, dignitate quoque eos transgredi intelligatur, deniq; idem Cic. in Topicis, sed vulgi (inquit) opinio vix mutari potest. Quinimō doctissimus Dominicus de Soto de iust. & iur. lib. 5. q. 1. art. 9. palam testatur, vocem populi vocem esse naturæ, atque naturæ incommutabilis est. l. 4. ff. de leg. 1.

86
Populi vox
& opinio maximam vim
habet.

ARGUMENTVM SEPTIMVM.

PREFERENDVS ille est, quialium superat † comparatione laborum, quos ex munere sibi iniuncto subiturus est. l. vnicuique, in prin. C. de proxi. sacra. scri. lib. 12. & l. 2. C. de off. mag. offi. & l. contra publicam. in fi. C. de re mili. eod. libro ibi. quia honoris augmentū non ambitione, sed labore ad vnumquemque conuenit deuenire; tradit Lucas de Penna in l. 1. C. de com. & trib. scho. eodem lib. & in l. de diuer. eo ti. & Nicolaus Boerius de auth. magni concii. num. 145. vers. nam profecto, facit l. aduocati. C. de aduo. diuerforū iudi. † Vnde laboribus suis viroꝝ illustrissimi celebrantur, teste Boetio Metro. 7. lib. 4. sic canēte:

87
Labor præmio dignus.

† Herculem duri celebrant labores:

Ille cent auros domuit superbos,

Abstulit fauo spoliū leoni,

Fixit & certus volucres sagittis:

Poma cernenti rapuit draconi,

Aureo laua grauior metallo:

Cerberum extraxit triplici cathena:

Victor immitem posuisse fertur

Pabulum fauis Dominum quadrigis.

Hydra combusto perijt veneno:

Fronte turpatius Achelous amnis

Ora demersit pudibunda ripis:

Strauit Antheum Lybicis arenis:

Cacus Euandri satiavit iras:

Quosq; pressurus foret altus orbis.

Setiger spumis humeros notauit:

Vltimus cælum labor irreflexo

Sustulit collo: pretiumq; rursus

Vltimi cælum meruit laboris.

Ite nunc fortes, vbi celsa magni

Ducit exempli via.

Et Claudianus in Nupt. Honorij:

Non quisquam fruitur veru odoribus,

Hyblaos latebris nec spoliat fauos,

Si fronti caueat, si timeat rubos,

Armat spina rosas, mella tegunt apes.

Sed † Hispaniarum Rex ac dominus noster potētiss. nullus ignorat, quin eo magis ac magis immensos labores subiturus sit, subeatq; semper, quōd latius ac latius suæ ditionis, ac imperij fines sese porrigunt. Nam præter bonam totius Europæ partem in orbe nobiliore eius dominatui subiacentē, si nouum orbē quem temperat ac dominatur respexeris, inuenies suam monarchiam, reliquas omnes mortaliū Principum longē antecire ac præcellere, siue illi reges sint, siue Imperatores, & dum omnibus ciuib; parem æquumq; sese præbere studet, iuxta illud Virgilij sic canentis:

Rex Iuppiter omnibus idem.

Quasi † eius animus, mens & spiritus vniuersū per orbē diffusus sit, posset non iniuria aut non abs re cum Horatio lib. epod. ad candidam testificari.

Nullum à labore me reclinat ociū:

Vrget diem nox, & dies noctem, neque est

Leuare tens a spiritus præcordia.

88
Labores faciunt viros celebres.

89
Historia & labores Herculis.

90
Hispaniarū Rex vt præfatus oneribus ista excellent honoribus.

91
Regū verum tropheū esse omnibus parem.

B 4

Aut

Aut sanè cum Ouidio lib. 1. de Ponto, blandam humanam ac iustam illam querelam proferre:

92
Labores ut
ad verã glo-
riam & æter-
nam vitam
conducibiles,
ita ad huma-
nam noxijs
sunt.

*Cōfiteor † facere hoc annos: sed & altera causa est,
Anxietas animi, continuusq; labor.
Cernis, vt in duris (& quid boue firmius) aruis
Fortiat aurorum corpora frangat opus?
Que nunquam vacuo solita est cessare nouali,
Fructibus assiduus lassus senescit humus.
Occidet, ad circi si quis certamina semper
Non intermissis cursibus ibit equus.
Firma sit illa licet, soluetur in aqore nauis,
Que nunquam liquidus sicca carebit aquis.
Me quoque debilis at series immensa laborum:
Anse meum tempus cogit & esse senem.
Otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis,
Immodicus contra carpit vtrunq; labor.*

93
Historia &
error Pom-
peij Magni.

Isq; labor immensus, fastidiosus, inamœ-
nus, Principi ac domino nostro Hispaniarum
Regi, tantò magis, quàm cæteris mundi Prin-
cipibus imminet, quanto suum imperium reli-
quorum imperijs amplius latiusq; est, nam
& si Pompeij Magnus (vt Plutarchus Apoh.
lib. 4. refert) proclamauerit, plures adorare
Solem orientem quàm occidentem. tamen
postquam nos Hispani nouum hunc orbem
occidentalium Indiarum inuenimus, appa-
ruit plures occidentem quàm orientem So-
lem adorare.

Vnde vix inuenitur, qui laboribus susce-
ptis, periculisque additis, non quasi merce-
dem rerum gestarum desideret gloriam. Ita
Cicero 1. Offic. Vnde cum hic agatur de gloria
& honore, quin ei Principi deterenda sit, qui
grauioribus curis, laboribus, solitudinibus
ex munere à Deo sibi iniuncto subest, dubi-
tare non oportet. Est autem ab ipso Deo Opt.
Max. datum regnandi regendive munus, iux-
ta illud Prouerbiorum cap. 8. Per me Reges
regnant. Denique † tantus labor tam grauis
est, & consequenter tanto præmio saltem glo-
riæ & honoris dignus, vt ex multorum Philo-
sophorum sententijs, Plutarchus illum librum
nobis reliquerit, qui sic inscribitur: Sic vix-
eris, vt nemo te vixisse sentiat. Et, vt idem Plu-
tarchus Apoph. lib. 7. refert, Epicuri sententia
fuerit, obscuritatem esse bonum appetendum,
vt vitam degere liceat in otio. Et Ouidius his
arridet sic, dum cecinit lib. 3. de Trist.

94
Labores an
jugiendi.

Vitæ sine inuidia moles inglorius annos.

Facit, nam & clericorum statum quàm mo-
nachorum honoratior ad eò esse edocemur,
quòd illi non vitæ contemplatiuæ tantum,
verum etiam actiuæ inseruiunt, hi autè con-
templatiuæ duntaxat, sicq; in honoribus in-
feriores sunt, ita patet in c. leg. & cap. alia. 16.
q. 1. & not. Ioan. Andr. in regul. delictum. de
reg. iur. lib. 6. in Merc. col. 3. & glo. fin. in c. qua-
liter, in secundo, de accusat. dicens, quòd di-
gnior est cæteris clericorum quàm monacho-
rum, & tenent Domini. & Car. Alexandrin.

95
Clerici mona-
chu quare ho-
noribus præ-
ferantur.

in d. c. Episcopos. 17. dist. & glo. in c. religioso,
in vers. exhiberi, de senten. excōmunic. lib.
6. Ioan. Franc. de Ripa. lib. 2. respon. c. 2. num.
19. fol. 3. & Nicolaus Boërius in Tractatu de
authoritate magni concilij additione 1. num.
84. vers. item etiam clerici seculares. Non ali-
ter & Princeps noster potentissimus reliquis
omnibus Principibus, vt præferatur in gloria,
& in omnibus honoribus par est, quando qui-
dem grauioribus subest laboribus. Nam & de
Agamemnone refert Plutarchus, quidam se
Regum Ducumq; felicissimum primarium-
que omnium Græcorum decus appellanti re-
spondisse à Dijs immortalibus se ingentibus
miserijs, curis & laboribus destinatum, vt
sic appareat, & honorum comitem esse curam
& laborem, & curarum laborumq; comitem,
& quasi iustam compensationem ac remun-
erationem esse, foreque semper honorem &
gloriam. Vnde Horatius cecinit:

Nil sine labore magno vita mortalibus dedit.

Et alibi:

† Dijs nobis laboribus omnia vendunt.

Qui studet optatam cursu contingere metam.

Multa tulit fecitq; puer sudauit & alfit.

† Quibus proximum est quod de Adriano
Imperatore Plutarchus Apoph. lib. 6. scriptum
reliquit, florum quendam hos versiculos in
Cæsarem scripsisse:

Ego nolo Cæsar esse,

Ambulare per Brit. annos,

Scythicas pati pruinas.

Huic tamen Cæsar succinuit ita:

Ego nolo forus esse,

Ambulare per tabernas,

Latitare per popinas,

Culices pati rotundos.

Curas denique Principum & cathenatos
labores depinxit Seneca in Agamemnone,
his versibus:

Nunquam placidam sceptræ quietem,

Certumve suis tenuere diem.

Alia ex alijs cura fatigat,

Vexatq; animos noua tempestas.

Non sic Lybicis syribus equos

Furit æternos voluere fluctus.

Idem in Hercule Oetheo:

Aurea rumpunt tecta quietem,

Vigilesq; tradit purpura noctes,

O si pateant pectora dirum,

Quantos intus sublimis agit

Fortuna metus.

Et Lucretius lib. 5. de nat. rer.

— Nunc aurum & purpura curis

Exercent hominum vitam, belloq; fatigant.

Cum ergo quòd latiora & plura sunt regna,
eò plures & grauiores curas, labores & mole-
stias secum adferant, inq; earum veluti com-
pensatione honor & gloria Principibus con-
cedatur, par est, vt quòd maiora & plura sunt
regna, eò plures & maiores gloria & honores
arrogantur. Nec dubium est Hispaniarum
Regem

96
Gloria vera
labore emen-
da.

97
Hist. Adria-
ni Imperato-
ri.

Regem potentissimū ac dominum nostrum plures & ampliores regiones sub ditione & imperio suo temperare, quàm vllum alium mundi Principem.

ARGVMENTVM OCTAVVM.

VBI vel plura † sunt vel maiora pericula, ibi maior beneficij remuneratio debetur, tex. in Auth. habita. C. ne filius pro patre. ibi, vitam suam multis periculis exponunt, nec dubium est, quin Principes & quilibet alius quod maioribus subest periculis, eò plenius & pinguius sit remunerandus. l. semper. §. negotiatores. ff. de iure immunita. & §. quibusdam. eadem lege. & l. milites. & l. nec quidam. ibi, his solis, qui in expeditione occupati sunt, C. de testa. milita. §. his autem. Instit. eo. tit. l. diuus. ff. eo. & c. cum eo, de elect. lib. 6, facit C. de naut. sc̄nore. ferè per totum. facit. l. fin. C. de inoffic. test. sed Princeps ac Dominus noster potentissimus, quanto reliquis omnibus Principibus (siue illi Imperatores sint, siue Reges) plura & latiora regna habet, & gubernat (id quod euidentius magisque notorium est, quàm vlla demonstratione egeat) tantò maioribus subest periculis, teste Seneca in Troade:

Quoque fortuna altius

*Fuerit, † atq; leuauit humanas opes,
Hoc se magis suppressere felicem decet,
Variosq; casus tremere.*

Et Claudianus lib. 2. in Rufi.

*Desinat elatus quisquam considerare rebus,
Instabilesq; Deos, ac lubrica numina discat.*

Et idem in Epigram. satisfactionis ad Hadria.

*In breuibus nunquam sese probat Aeolus vndis,
Nec capit angustus Borea certamina collu,
Alpes ille quatit, Rodopeaq; culmina quassat,
Incumbit nunquam celestis flamma salictis,
Nec parui frutices iram meruere Tonantis,
Ingentes quercus, annosus fulminat ornos.*

Et † Plutarchus Apoph. lib. 6. sic scriptum reliquit: Rex quidam, cuius nomen suppressitur nominari, alioqui dignissimus, quum ipsi porrigeretur diadema, tenuit aliquandiu manu, dixitq;: O nobilem magis quàm felicem pannum, quem si quis penitus cognoscat, quàm multis periculis, solitudinib. ac miserijs sit refertus, ne humi quidem iacentem tollere dignetur.

Et Ouid. lib. 3. de Trist.

Tu quoque formida nimium sublimia semper.

Et Claudianus de Sepulchro spe.

Magna repente ruunt, summa cadent subito.

Et Horatius:

*Excelsa grauiore casu decidunt turres,
Feriuntq; summos fulgura montes.*

Adde text. celebrem in l. principes. ibi, quos sepe sc̄ua pericula vitæq; interdum renunciatio. C. de princ. agen. in reb. lib. 12. vbi dicit, quòd ille renunciat vitæ, qui se supponit pe-

riculo. & text. sing. in l. vna. C. de cast. l. omnium Palatinorum pecul. eo. lib. ibi, nec alieni sunt à puluere & labore castrotum, qui signa nostra comitantur. qui pr̄stò sunt semper actibus, quos intentos & eruditos studijs itinerrum prolixitas, & expeditionum difficultas exercet. & glo. dicit not. de puluere, & bene dicit, & illi sciunt, qui dixerim experiuntur, in cuius testimonium Christus dicit Luc. 9. & 10. Exeuntes de ciuitatibus, etiam puluerem pedum vestrorum excutite. Et idem Matth. 16. Nec mirum, cum omnis noster status super perpetuo motu consistat, vt inquit Imperator in Auth. de non alie. §. vt autem lex. coll. 2. & talis peregrinatio facit nos pauperes, vt Auth. de exhibend. reis. in princ. & ibi glof. in vers. aguntur. coll. 5. quia nullam amicitiam, vt inquit Seneca, peregrini acquirunt. & facit text. in l. 1. de Castren. & minister. lib. 12. & l. si. de tyro. & l. 1. de diuersis offic. & in Auth. de tab. §. si verò indignus. coll. 4. cõcordat. c. cum sit ars de æta. & quali. Vnde glo. in d. §. si verò indignus. in verb. cautè alle. illud Sal. quòd melior est bucella panis sicca cum gaudio, quàm tota domus plena victimis cum iurgio. §. ne aut. in Auth. de iudi. col. 6. vbi gloss. alleg. illud Catonis, si labor in damno est, crescit mortalis egestas, & virtuosus pr̄mia sunt danda, & facit bonus text. in l. 1. C. de princip. agen. in rebus. ibi, sed is, qui ordine stipendiorum & laborum meritò ad gradum militiæ sequebatur. & in l. 1. ibi, eos enim ad hæc officia volumus aspirare, quorum labores scholæ agentium in rebus testimonio comprobatur. C. de prin. agen. in rebus. & in l. fin. §. viri etiã ibi, hoc etiam non corroborantes intuitu laborum, quos multos longo prolixoque tempore pertulerunt. C. de dec. lib. 10. & idè post labores victoriæ expectamus palmam, vt sc̄ritiz publ. l. 1. quam Princeps pollicetur nobis dare. l. 1. C. de prin. agentibus in rebus ibi, post palmam laboris, & meriti principatus honore remuneramus. Cætera curialium pericula & damna, vide per Aeneam Silium in Epi. de miserijs curialium. & tex. in §. Romani verò Cardinales. ibi, actu in curia suis officijs insistentes. tit. de causis in pragmatica sanctio. Denique magni Principes & Monarchæ subsunt ingentibus timoribus atque periculis, qualis est nauigatio & belligeratio, & similia, teste Propert. lib. 3. Eleg.

*Nunc maris in tantum ventis iactamur, & hostem
Quarimus, atq; armis necimus arma noua.*

Et Iuuen. Satyr. 14.

*Tanti pars a malis, cura maiore metuq;
Seruantur.*

Cum ergò Principes quòd maiores sunt, eò grauioribus periculis subiecti sint, eaq; pericula iusta honoris potissimum & gloriæ remunerationem sint condigna, cõsequens est, vt Hispaniarum Rex & dominus noster potentissimus,

98
Periculū ubi
maior, ibi ma-
ior remune-
ratio.

99
Imperij quò
maior, eò ma-
ior periculū.

110
Esor. Regis
conspicuum.

tissimus, ut reliquos omnes orbis Principes (sive illi reges sint, sive Imperatores) imperij & ditionis magnitudine excellit, ita honore & gloria in omni loco & confesso, in omnibus denique rebus antecedit.

ARGUMENTVM NONVM.

BONVM quo communiuseo dignius est, eumque qui tale bonum sic communius & vniuersaliter in genus humanum confert digniore reddit, ut per Alphonsum Guerrerii in spe. Principum c. 54. nu. 41. † & qui bonum efficit aut operatur in plures, maiore premio dignus est, quam qui id in pauciores efficeret, l. nuper. C. de nat. liberis. non secus quam ex diuerso, qui pluribus nocet grauius peccat & punitur, quam si paucioribus noceret. l. Athletas. §. ait prator. ff. de his. qui notantur infamia. auth. ut iudices sine quoquo suffragio. §. eos aut. l. quicumque. §. si. C. de hæreticis l. 1. ff. de priuatis delictis. & Institut. si quadrupl. pauperiem fecisse dicatur. in fine principij, sed Hispaniarum Rex ac Dominus noster potentissimus ut pluribus præest tam regionibus, quam personis, id quod plusquam manifestum est, ita pluribus quoque prodesse, profuisse & profuturum intelligitur. † Principatum. n. suum & legitimum cuiusque Principis, non tam ad suam quam ad suorum ciuium utilitatem inuentum esse & pertinuisse diuinus Plato author est, quod etiã docemur à Cicero primo Officiorum, & sanctus Irenæus lib. 5. contra hæreses, & Alphonsus Guerrer. c. 54. num. 52. versiculo, item notate in thesauro Christianæ religionis, & beatus Thomas in opusculo 21. ad ducissam Brabantæ. & Nicolaus Boerius in tractatu de autoritate magni concilij, additione 1. num. 131. & Arist. 5. Politicorum. glo. & Abbas. in Clémentina vnica, de baptismo. Lucas de Penna in l. militaribus. C. decurionibus. lib. 10. Albericus de Rosatis & alij in l. decernimus. C. de Episc. & cle. Bar. in tract. de reg. ciui. Vnde sanctus Thomas in loco supra citato ita ait: Considerare debetis, quod Principes terrarum sunt à Deo instituti, non quidem ut propria lucra quærant, sed ut communem populi utilitatem procurent, in reprehensionem enim quorundam Principum dicitur Eze. c. 34. Principes eius in medio eius quasi lupi rapaces, positi ad effundendum sanguinem, & ad quærendas animas, & auaritiz lucra sequenda. Et alibi dicitur per quendam Prophetam, Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. † His arridet quoddam Plutarchus Apoph. lib. 4. de Antigono Macedonum rege scriptum reliquit, qui quodam dicente omnia regibus honesta iustaque esse, sunt per Iouem, inquit, Barbarorum duntaxat regibus, at nobis ea duntaxat honesta sunt, quæ honesta sunt, & ea tantum iusta quæ iusta sunt, grauius retulit adularicæ vocæ, volētis omnia li-

tere regibus. Non. n. rex est honesti iustique regula, sed honesti iustique minister est. atque vti nam similes voces non audiant Christianorum aures, aut si audiant, simili seueritate reiciant, quid. n. aliud dicunt qui occidunt, quod Principi placuit, legis vigorem habet, qui negat Principem teneri legibus, qui tribuunt illi geminam potestatem, ordinatam & absolutam, quarum altera poscit quod leges, pacta, & fœdera postulant, altera quodcunque libuit. Ista sunt verba Erasmi Roterodami in expositione illius sententiæ Antigoni regis. Denique Cicero lib. 1. Officiorum ita ait, Omnino qui reipublicæ præsumt duo Platonis præcepta teneant, vnum, ut utilitatem ciuium sic tueantur, ut quidquid agant ad eam referant, obliti commodorum suorum, Alterum ut totum corpus Reipublicæ curent, ne cum partem aliquam tuerentur, reliquas deserant. ut enim tutela, sic procuratio reipublicæ ad utilitatem eorum qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa est, gerenda est. Itaque † (ut & Alphonsus Guerrerius, vbi supra expressit num. 52. & est sententia S. Irenæi & Beati Thomæ & Platonis & Ciceronis & Antigoni regis & Erasmi & Nicolai Boerij, & Bartoli, & Lucæ de Penna, & aliorum de quibus supra mentionem habuimus) regnum non est propter regem, sed rex propter regnum, vel propter regni ciuium utilitatem. † Vnde regum creandorum originem ex iure gentium processisse bellorum calamitatibus iniuriam, rapinarum, violentiarum imperus, internecionum, seditionum, rixarumque vitandarum causâ scripserunt Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. Alphonsus Guerrerius in d. c. 54. Idem Bal. in tractatu Schismatis, quasi impossibile sit, aut parum commodum sit viuere sine regibus & magistratibus, in l. 2. §. post originem. ff. de iust. & iure. & in auth. ut omnes obediant iudicibus, notatur per glo. in l. 2. §. pen. ff. de orig. iuris. & in l. 1. ff. de iuris. om. iudi. vbi plenè per Doct. & per Paridè de Puteo in tract. de synod. tit. de excessibus regum. Sunt † tamen qui velint regna esse de iure diuino, iuxta illud prouerbum c. 8. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. & iuxta illud Demosthenis per Iureconsultum relatum in l. 2. ff. de legibus. ait, legem esse inuentionem quãdam & donum Dei. Cumque lex, rex aut regina esse dicatur, ab ipso Deo Opt. Max. reges dati esse videntur ad præmium bonorum, & pœnam malefactorum. c. magnum. 11. q. 1. vb. Sanc. Ambrosius ait, magnum quidem & speciale documentum esse, quo Christiani viri sublimioribus potestatibus docerentur debere esse subiecti, ne quis constitutionem terreni regis putet esse non soluendam, si. n. censum filius Dei soluit, quis tu tantus es, qui putas esse non soluendo. Denique Petrus Apostolus Epi. 1. c. 2. sic scripsit, Estote subditi Dominis vestris sive regi

101

Vtilior pluribus maiore premio dignus, quam qui paucioribus utilis est.

102

Principatus ad utilitatem subditorum inuentus.

103

Historia Antigoni regis.

104

Rex est propter regnum, non regnum propter regem.

105

Regnum est iure gentium.

106

Regnum an sit iure diuini.

regi quasi prae excellenti, siue ducibus tanquam ab eo misis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Et Paulus Apostolus ad Roma. c. 13. non est. n. potestas nisi à Deo, facit. non frustra. 13. q. 5. Et generale videtur pactum societatis humanarum obtemperare principibus. c. quid culpatur. 23. q. 1. Et cor regis dicitur esse in manu Dei, ut in Epistola inter Claras. C. de summa Trini. & fide catho. & dicit Hieronymus in c. Regnum. 23. q. 5. principibus, & potestatibus fidem & reuerentiam seruari oportet, quam qui non exhibuerit apud Deum premia inuenire non poterit, facit etiam, quod notatur in l. fi. C. de exactioibus tributo. lib. 10. Apostolus etiam ad Titum scribit 3. cap. Admone illos principibus & potestatibus subditos esse. & E. (drz 3. 4. ca. dicitur, Rex autem super omnia dominatur, & precellit, & cetera. & principes sacerdotes constituebant ex commissione diuina duces, pro ut habetur Exo. 28. de Moyse Hebræorum duce, qui constituit Aaron Fratrem suum sacerdotem. & de Iuda Machabeorum duce, qui elegit sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Dei, ut mandarent sancta, ut habetur in primo libro Machabeorum c. 4. & prelatus electus & confirmatus non debet administrare, donec fecerit regi reuerentiam, notatur in c. cum longe. & in c. lectis. 63. distin. & in c. Abbates. 18. q. 3. vide Henri. in c. nobis. de iure patrona. pro rege etiam orandum est ex eplo Baruc. cap. 1. ubi dicit, orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Balthasar filij eius, ut sint dies eorum, sicut dies cæli super terram, & cetera. & Apostolus ad Timotheum capit. 2. dicit, obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes, orationes, & c. pro Regibus, & c. & quod Dominus noster Iesus Christus Pilato respondit dicens, non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi datum esset tibi desuper. Quibus verbis planè significauit omnem iudicium regum potestatem à Deo esse. Imperium ¶ enim & regnum nihil aliud est quam iurisdictio, ut in prin. Inst. de perpe. & temp. act. verb. Imperium. & in l. 1. ff. de consti. principum, & l. 2. tit. 15. par. 4. Et idem in veteri Testamento liber ille qui Iudicum inscribitur, magna ex parte circa reges versatur, & tamen Iudicum inscribitur, quasi Iudices, & Reges pro eodem accipiantur. Regum enim appellatio lata est, comprehenditque sub se tam Iudices quam omnes reliquos Reipublicæ regentes. Vnde Cicero lib. 1. Epist. fam. ad Lentulum ait, Quales in Republica Principes essent, tales reliquos solere esse ciues.

Et Claudianus sic cecinit:

*Nec tam inflectere sensus humanos edicta valent,
Quam vis a regentibus,
Mobile semper mutatur cum Principe vulgus.*

Et Horatius Oda 4. lib. 3.

Diuosq; mortalesq; turbas

Imperio regit vnus æquò.

Et ¶ Guerrer. vbi supra c. 84. hac in te scripsit verba sequentia. Et est notandum quòd gentes prius quam reges essent, regnabant in puritate prima & sola naturæ. Ideo dixit Bal. in l. 2. ff. de origi. iuris. quod in Principio vrbis conditæ populus orbis non habebat legem, sed habebat regem. & quòd omnes reges habent supremam potestatem, ut dixit Innocentius in c. cum P. tabellio, de fide instrum. & manu regia, id est, arbitrio regio omnia gubernabantur.

¶ Adduco etiam Hostiens. Innocen. Io. Andrez. & Abbatem in c. licet ex suscepto, de foro compe. vbi referunt, à principio Deum creasse cælum, & terram, & omnia quæ in eis sunt, angelicam, & humanam naturam, spiritualia, & temporalia, quæ per se ipsum regit, sicut factor suam rem gubernare solet, & hominem quoque fecit, præcepta dedit, & transgredienti pœnam imposuit per se ipsum, id est, Adæ, & Euz Gen. 3. mulieri verò dixit, & cetera. ut ibi. Adæ vero dixit, & cetera. & qualiter etiã per se ipsum Caym puniuit, & lamah, & quosdam alios Gene. 4. & 5. & sic Deus rexit mundum per se ipsum vsque ad Noe, & tempore Noe cepit Deus creaturas suas regere per ministros, quorum primus fuit Noe, cui Dominus gubernationem archæ sibi dedit, per quam Ecclesia significatur, Gene. 5. & 7. nam Noe, & filijs rectorem, & legem dedit, Gene. 9. vbi licet non legatur, sacerdos fuit, & officium sacerdotis exercuit statim post egressum archæ, ante quam leges populo daret, Gene. 8. ædificauit autem Noe, & cetera. quod officium sacerdotis simul Abel, & Caym primò fecerant. In hac autem vicaria successerunt Patriarchæ, Reges, Iudices, Sacerdotes, & alij, qui pro tempore fuerunt in regimine populi Iudzorum, & sic durauit vsque ad Christum, qui fuit naturalis Dominus, & rex noster, de quo dicit Psalmista: Deus iudicium tuum regi da. ita quæ ex supra dictis concludo, quòd si consideramus causam primariam, & immediatam, Reges sunt de iure diuino, & procedunt à Deo, cum sit rex regum. aut consideramus causam mediatam, & tunc sunt de iure gentium, & ad prædicta vide Oldra. consi. 69. & Ancha. in consi. 339. vbi dicit, Regna iure gentium distincta sunt, & reges etiam iure diuino cœperunt. Quibus concinnunt verba Boetij Metro. 5. lib. 1. sic canentis:

*Ostelliferi conditor orbis,
Qui perpetuo nexu solio
Rapido cælum turbine versas,
Legemq; paci sidera cogit:
Omnia certo sine gubernas.*

Et Horatius Oda 4. lib. 3.

*Diuosq; mortalesq; turbas
Imperio regit vnus æquò.*

Et Virgilius Eclog. 8.

Nec curata Deum credis mortalia quemquam.

108
Reges prius
quam leges
scripsit.

109
Deus olim
mundum per
se ipsum re-
gebat.

107
Regum &
rex sunt no-
mina genera-
ta, ad omnes
magistratus
pertinentia.

110
Deus cunctis
humanis præ-
est, & cuncto-
rum author
est.

Et

Et idem Virgilius:
At sperate Deos memores sancti atque nefandi.

Et Titus Calpurnius Ecloga 4.
Qui populos urbemq; regit pacemq; togatam.

Et Boëtius Metro. 6. lib. 4.
*Sedet interea conditor altus,
 Regumq; regens flexit habenas
 Rex & Dominus, fons & origo,
 Lex, & sapiens arbiter aequi.*

Et Silius Italicus lib. 6. Bel. pu.
Iustitia rectiq; dator qui cuncta gubernas.

Et Statius lib. 5. Theba.
*Cuncta hac Superam demissa, suprema
 Mens afluunt.*

Et Manilius lib. 1. Astrono.
*Ac mihi tam presens ratio non vlla videtur,
 Qua pateat mundum diuino nomine verti.*

Et Boëtius Metro. 9. lib. 5.
O qui perpetua mundam ratione gubernas.

Denique † isthæc omnia eò pertinent, vt
 Deustanquam causa vniuersalis omnibus re-
 bus insit, siue aëris, siue ignis, siue pelagi, siue
 terrarum: nam nihil in orbe fit, aut homines
 agunt, nisi Dei voluntate, teste Lucano lib. 9.
 belli ciuilib, dum ait:

Nil agimus nisi sponte Dei.

Item eò pertinent vt quidquid agunt, siue
 homines, siue bruta, siue reliqua omnia ani-
 mantia, vel inanimata, quæ mari, cælo terræ
 continentur ad omne quasi nutu & iussu Dei
 facta videantur, ex sententia Ouid. lib. 4. de
 Tristibus, sic canentis:

*Nil ita sublime est supraq; pericula tendit,
 Non sit vt inferius, suppositumq; Deo.*

Et vt Iustinianus Imperator in l. 1. de vetere
 iure enucleando. C. ait, omnia meritò nostra
 facimus, quibus auctoritatem impartimur.
 Ad idem l. lege obuenire. ff. de verbo. signif. &
 l. 1. §. penult. & final. ff. de lega. 3. & text. ele-
 gans in l. vnum ex familia. §. si de Falcidia. ff.
 de lega. 2. l. conficiuntur. in princ. ff. de iure
 Codicillorum. Quaratione domos, templa,
 vasa, vestes, imagines, picturas, & similia, non
 tam ipsi artifices quàm domini, quorum ius-
 su & impensa fiunt fecisse videtur, teste Mar-
 tiali lib. 8. Epigram. sic dicentis:

*Qui fingit sacros auro vel marmore vultus,
 Non facit ille Deos, qui rogat ille facit.*

Ergò † quòd Reges à Deo sint dati vel crea-
 ti, in hunc sensum & defendi & accipi oportet,
 quòd mente ipsius tacita tacitoque eius
 iussu, permissu vel imperio dentur, fiant, cre-
 entur, eligantur ab hominibus. † Constat en-
 nim, neminem vnquam mortalium Deum
 oculis corporeis vidisse, teste Ioanne Euange-
 lista Epist. 4. dum ait: Qui nò diligit fratrem
 suum, quem videt, quomodo diliget Deum,
 quem non videt? Item & in alium sensum ac-
 cipere possumus. Reges datos esse ab ipso Deo
 optimo maximo, nempe, quòd ipse Deus in
 omnibus, siue rebus, siue actionibus, concur-
 rat vel præcurrat mouens & regens, quasi ni-

hil vnquam creatorum ad quicquam agen-
 dum moueatur, nisi inspirante Deo. Vnde
 Manilius lib. 1. Astrono.

*Hoc opus immensi constructumq; corpore mundi,
 Membraq; natura diuersa condita forma
 Aëris atque ignis, terra pelagiq; iacentis,
 Vn animo diuina regit, sacroq; meatu
 Conspirat Deus, & tacita ratione gubernat.*

Et Lucanus his concinit lib. 9. belli
 ciuilib, dum ait:

Iuppiter est quòdcunq; vides, quòdcunq; moueris.

Denique † illa demùm est perfecta & certa
 hominum cognitio & notitia, quæ percipitur
 aliquo ex quinque sensibus corporeis, nem-
 pe, per visum, per auditum, per gustum, per
 tactum, per odoratum. † Vnde testes de ijs
 tantùm, quæ aliquo ex his quinque sensibus
 corporeis percipiunt & comprehendunt, de-
 bent testificari, nec certam aut idoneam ra-
 tionem suæ dispositionis reddere intelligun-
 tur, nisi cùm eam reddunt, quæ talibus sensu-
 bus corporeis colligitur. l. testium, vbi tradunt
 communiter Doct. C. de testib. qua dere per
 gloss. in l. 2. §. idem labeo. 1. ff. de aqua pluuiæ
 arcenda. Dec. conf. 354. in casu proposito nu-
 mer. 1. Petrus Paulus Parisius conf. 33. colum. 1.
 lib. 2. Petr. Philipp. Corneus conf. 18. in nomi-
 ne domini, lib. 2. num. 4. Fulg. in l. si non spe-
 ciali. C. de testam. vbi Bart. Salic. Paul. Castr.
 Benedictus de Plumbino, Alexand. & Cynus
 num. 6. & Pet. Philippus Corneus eod. num.
 6. & Ias. in 1. & 3. notab. Bart. Ioan. de Imol. &
 Paul. Castr. in d. §. idem labeo. & Ludouicus
 Pontanus in d. l. si non speciali. Vnde & si re-
 ges iure diuino regnare dicantur ex sententia
 eorù, quos supra retulimus, vel iure gentium,
 vt placuit ijs, quos etiam similiter adduxi-
 mus, sitque etiam tertia eorum sententia,
 qui contendunt id iure ciuili fieri, vt per Pa-
 ridem de Puteo in tracta. de synd. titu. de ex-
 cessibus regum. † Tamen si certiore rationem
 sequamur, reperiemus huiusmodi sententias
 inter sese non tam sensu quàm
 verbis distare. nam simul atque quædam
 ciuitas regem sibi delegit, is sanè rex est
 ex mero illius ciuitatis consensu & actu seu
 actione, electione de electo, vel concessione,
 qua ratione iure ciuili, id est, illius ciuitatis is
 rex esse intelligitur, arg. l. omnes populi. l. ius
 autem ciuile. ff. de iust. & iure. §. ius autem
 gentium. Instit. eod. tit. † Sed & is iure etiam
 gentium rex illius ciuitatis non congruè aut
 ineptè diceretur. Quandoquidem ius gentium
 esse intelligitur, non id modò, quòd ab omni-
 bus omninò gentibus perzquè obseruatur,
 sed etiam id, quòd ab earum plerisque admis-
 sum est. Quinimò etiam si non à gentium
 plerisque receptum sit, sed tantùm à plerisque
 earumq; honestis legibus & moribus regun-
 tur, adhuc dicitur esse ius gentium, vt in d. l.
 omnes populi, & d. §. ius autem gentium, &
 diximus plenè lib. 1. de successiõnũ progressu
 in pr-

111
 Deo auctore
 omnia fieri,
 quo sensu ac-
 cipiendaum.

112
 Fecisse non
 tam videtur
 qui iussus pa-
 ret quàm qui
 iubet.

113
 Reges à Deo
 esse, quo sen-
 su accipien-
 dum.

114
 Deum nullus
 mortalium vi-
 det.

115
 Humana co-
 gnitio est per
 aliquem ex
 quinque sen-
 sibus corpo-
 reis.

116
 Testis id tan-
 tum scire di-
 citur, quod
 percepit ali-
 quo ex quin-
 que sensibus
 corporeis.

117
 Principatum,
 imperium, re-
 gni dici posse
 sunt de iure-
 gentiũ ex de
 iure diuino.

118
 Ius gentium
 quid.

in præfa. Nec dubium est quin pleræque gentium, quæ honestis legibus & moribus reguntur, Regibus gubernentur. Vnde tale gubernandi ius ditioque & imperium à iure gentium, vt descendere videatur par est. Sed & à iure diuino similiter descendere non in scite intelligemus, in eum modum, de quo supra mentionem habuimus. † Dummodò reges generaliter accipiamus, eamq; vocem ad omnes & quoslibet omnino regentes referamus (quales hodie sunt Duces Venetorum, vel Genuensium, vel Pisanorum, & similia). Et quales olim erant consules Romanorum, & Rectores Carthaginensium seu Pœnorum, & similia. (Hi etenim omnes & similes legitimi Reges, Regentes, Rectores, Principes, Iudices, Imperatores, quocunq; nomine aut voce nuncupentur, non propter se aut suam utilitatem, sed propter ciues ciuiumve utilitatem creati, delecti, aut dati intelliguntur, ad similitudinem ac imaginem tutelæ minorum, quæ est vis ac potestas in capitibus liberis ad tuendos eos, qui aliter se tueri commodè nequirent. l. i. ff. de tutelis in prin. Instit. eod. tit. vt supra plenius ostendimus. † Nam vt tutela inuenta fuit ad tuendum eum, qui se per ætatem tueri non potest, vt in dictis legib. ita & regnum ad tuendos eos, qui vel per ætatem, vel senium, vel morbum corporum, vel animorum, vel sexum, vel imbecillitatem sese aduersus potentiores tueri nõ possunt. inuentum datumque fuit, sicque humanis necessitatibus id exigentibus. ita Bald. in d. l. ex hoc iure, videtur sentire, & etiam in suo consilio schismatis. & Alphonus Guerrerius cap. 54. in suo Thesauro relig. Christi. in pfin.

Denique † vt Cicero in Lælio testatur, sic nos nati videmur, vt inter nos esset societas quedam. Id quod idem Cicero repetit 4. de finibus his verbis: Hoc solum animal hominum est pudoris ac verecundiæ particeps, appetens coniunctionem hominum ac societatem. Nec dubium est, quin hæc societas ac communitio seu familiaritas soleat parere discordias. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. † Est enim ingenium humanum procliuè ad dissentendum, iuxta illud Virgilij:

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

Et Silius Italicus lib. 9.

Discordia demens

Intrauit caulas, superosq; ad bella coëgit.

Cumque natura ita comparatum sit, vt omnis sibi melius quam alteri esse malit, vt Terentius auctor est, & probate elegans text. in l. si voluntate. C. de resein. vendi. necessum fuisse esse & præesse, qui huiusmodi discordias ac lites componeret, ne ad arma necesse; passim ciues proflirent ac furerent. Ergo & humana necessitas, & naturalis appetitus societatis (est enim homo secundum Philosophum animal sociabile) peperit hominum

vitam socialem atque politicam, societas discordiam, dissensum, discordia principatum iuridicamque potestatem ciuilem, & in hunc sensum dici potest, regnum esse de iure naturali & gentium. & ita intellige d. l. 2. ad princ. ff. de orig. iuris. cum supr. alleg. verum is principatus naturaliter loquendo descendit immediate ab hominum concessione, facto vel delectu concurrente. Dei permisso & ordinatione, secundum ea, quæ proposuimus, potest tamen quotidie ferè (& non raro expedit) mutari & variari quo ad regentium personas, quo ad tempora, loca, causas modosq; regendi & administrandi. c. nõ debet, de consang. & affini. d. l. 2. §. sed cum paulatim.

† Qua in re accipimus principatum pro quolibet magistratu, & sic in genere, iuxta l. magistratibus. ff. de iur. om. iud. & iuxta illud Ciceronis 3. de legib. magistratus lex est loquens. Et rursum idem Cicero ibi. magistratibus opus est, sine quorum prudentia ac diligentia ciuitas esse non potest, quorum descriptione omnis Reipublicæ moderatio continetur. neque ijs solum præscribendus est imperandi, sed etiam ciuibus obtemperandi modus. Itaque populus sine Imperatore, sine Rege, sine Duce, sine Comite, sine Marchione in specie sumptis consistere & potest & non raro solet, (sunt. n. varijs in orbis regionibus, varia non solum regentium nomina, sed & potestas, vis, imperium ac ditio) Ceterum sine illo omnino magistratu, qui vel ad omnes causas & lites delectus esset, vel saltem quando exorirentur, is ad eas sedandas & definiendas deligeretur, consistere vix posset, quin is mos, & viuendi ritus, & modus plane à iure gentium disideret aut aduersaretur, & iuri naturæ quatenus peculiariter conuenit hominibus. † Quamuis enim reliquis animantibus brutis is magistratus opus non sit, quippe quæ ex raptò plerunque viuunt, famis necessitate cogente. tamen victum quærunte ex raptò & violentia in animal diuersatù specierum illata, non ex illata in animal eiusdem speciei, vt Horatius auctor est, & Plutarchus in opere illo, quod inscribitur, an Brutis ratio insit. Ceterum cum Deus Opt. Max. (iuxta illud Psalmistæ, omnia subiecisti sub pedibus eius) omnia huius mundi hominibus concesserit, hinc fit, vt homo in hominem non raro imperum faciant violentiæ; iuxta illud Ouidij:

Non hospes ab hospite tutus, viuatur ex raptò.

Denique violentiam inferre in animal diuersæ speciei fas est, fuitque semper tamque hominibus concessum quam reliquis animantibus vsitatum, & peculiare ac natura insitum. Nam vt hominibus impetum facere liberum est in omne genus Brutorum, siue illa volucra sint, siue terrestria, siue squamea, vel aquatilis turba, iuxta illud: Omnia subiecisti, &c. ita quoque & Brutis in diuersæ speciei

C

anima-

119
Reges dici possunt omnes legitimi magistratus.

120
Reges quare inuenti.

121
Homo est animal sociabile naturali insitum.

122
Hominum ingenium procliuè ad dissentendum.

123
Magistratus quilibet large dicitur rex.

124
Reges quare non hauriunt aut egunt Bruta.

animalia natura insitum est prædam facere, quorum pleraque ex rapto viuunt, præsertim volatilia & etiam squamea turba, & ex quadripedum genere non pauca, vt vrsi, leones, lupi, vulpes, canes, cati, & similes, sed in animal eiusdem speciei, aut nunquam, aut sanè perrarè impetum, aut prædam faciunt, homines autem in reliquos homines frequenter. Ergò principatus, qui (vt iam ostendimus) ad conseruationem speciei fuit inuentus, necessarius fuit in hominibus, ne eorum imbecilliores à fortioribus opprimentur. non sic in reliquis animantibus, quæ, vt prædam in alterum animal suæmet speciei non exercent, ita & principe aut moderatore suæmet speciei non egent; sicque leo non præest leoni, non vrsus vrsò, taurusve tauro, aut equus equo. Non quoque aquila aquilæ, miluus miluo, accipiter accipitri, aut columba columbæ. Nec delphin præest delphino, aut cætera id genus. Quæ omnia eò pertinent, vt intelligatur principatum non esse de iure naturali, prout vox conuenit omnibus animantibus, iuxta l. i. ff. de iust. & iur. & in pr. Inst. de iure nat. sed esse de iure naturæ, prout conuenit solis hominibus, quod peculiari nomine ius gentium appellatur, vt in dictis legib. non quoq; esse de iure diuino, nisi quatenus illud ius cum omnibus rebus humanis concurrat, quasi causa vniuersalis, vt iam ostendimus. Quod de iure naturæ sit principatus intellige, vt illicò subijciam.

Cum ergò (vt è diuerticulo ad viam redeamus) qui pluribus prodest, maiore præmio gloriæ & honoris dignus sit, quàm qui paucioribus prodest, cumque principatus ad subditorum duntaxat, non etiam ad principum vtilitatem inuentus sit, sequitur, vt qui pluribus latoribusq; principatibus à Deo & hominibus præfectus fuerit, is pluribus hominibus profuturus sit, ne aliter peccatū in principe præsumatur contra l. meritò. ff. pro socio. præsertim cum vt Ouid. cecinit:

*Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò maior qui peccat habetur.*

Vnde cum Princeps ac Dominus noster Rex Hispaniarum potentissimus longè pluribus regionib. & principatibus præsit, quàm vllus totius orbis Princeps, sicque longè numerosiori mortaliū turbæ profuturus sit, proficit, profueritque semper, par est, vt in gloriæ & honoris præmio reliquis principibus præferatur.

Denique videndum est, † cum principatus esse iuris naturæ vel gentium dixerimus, an sub principe viuere omnibus hominibus necessum sit? quod videtur iuxta c. 2. de maio. & obe. & iuxta illud Pauli Apostoli: Omnis anima (inquit) superioribus potestatibus subdita sit. Sed illud quoad spiritualia habet vim præcepti, sed quò ad temporalia vel non procedit, vel vim tantum consilij habet, nam

ius naturale est naturalis quædam inclinatio, & appetitus nullà inducens compulsionem præcisam aut coactionem, vt dixi.

Eius gentium est commutabile, nec vnquam, quò ad omnes homines induxit necessitatem præcisam, sicq; capti qui iure gentium serui fiunt capientiū. tamen inter Christianos non ita fit. & sic in alijs, vt plenè diximus de succ. progr. in præfa. ergò si in aliqua ciuitate libera ciues conuenirent, ne vllum haberent principem, magistratum aut iudicem, sed q; quando inter duos conciuces, vel inter plures esset lis ciuilib, vel criminalis, tūc reliqui conciuces iudices aut arbitri essent illius litis, talis conuentio & regimen proculdubio valeret. nec video quid possit huic rei impedimento esse, idque probatum est, quia omnia censentur permissa, quæ non reperiuntur nominatim prohibita. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. caus. maiores. l. super statuas. C. de religi. l. altius. C. de serui. & hæc est illa naturalis libertas hominibus à Deo optimo maximo data. l. libertas. ff. de statu hominum. §. libertas. Inst. de iure personarum. l. quod attinet. ff. de regulis iuris. sed talem conuentionem, aut regimen nullus vnquam inueniet prohibitam iure diuino, naturali, vel gentium: ergò remanet libera, & sub arbitrio cuiusque populi liberi, qui ius ciuile sibi possit hodie adoptare, & cras repudiare, iuxta §. sed naturalia. Inst. de iure nat. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. quod multum nota; quia de his vidi valentissimos Doctores hæsitare. & in cōtrarium inclinat Dominic. Sotus Theologorum nostræ tempestatis disertissimus de iust. & iure. pro nobis illud Domini: Omnia subiecisti sub pedibus eius, &c. cuius rei sensus est, non solum hominem nulli subesse, sed ex diuerso homini reliqua omnia præter hominem alterum subesse.

ARGUMENTVM DECIMVM.

QVO maiorem † in genus humanum administrationem quis habet, eò dignior, sublimior & eminentior omni loco, sede, gloria, & honore intelligitur. text. & ibi Lucas de Penna in l. 2. C. vt dignitatis ordo seruetur. & l. final. ibi, in ipso tamen actu. C. de Decur. lib. 10. facit l. benè à Zenone. C. de quadri. præscript. ibi, qui enim suis consilijs suisque laboribus pro toto orbe terrarum die noctuque laborant, quare non habeant dignam suam prærogatiua fortunam. id quod notat. Saly. ibi 9. not. l. ex agentibus. & ibi Gloss. in verbo, posteriores. C. de pri. agen. in rebus. lib. 12. & in l. 1. C. de proxi. sacro. scri. eodem lib. Nicolaus Boërius de auth. mag. conf. add. 1. nu. 142. vers. præterea non solam ratione. † Vnde tam ipse, quàm Ioannes de Platea, in l. 1. supra iam alleg. contendunt Doctores actu legentes reliquis, qui actu non legunt, præferendas esse, quod & tenet idem Ioann. de Platea, in l.

126
*Quò maior
administratio,
eò sublimior
administratio
fraus.*

127
*Doctores actu
legentes præferuntur
ijs qui actu non
legunt.*

125
*Regibus aut
magistratib.
subesse nõ est
necessarium
precise.*

in l. 1. C. de consulibus. Denique summus honor est in Reipublicæ administratione, tantoque sublimior quanto ea administratio; & Reipublicæ cura amplior, & latior est. l. honor. in prin. ff. de muner. & hon. gl. in l. 1. C. de mune. & hono. lib. 11. edocet Andr. Barb. ad Bald. in feudis, tit. quibus mod. feud. amit. in verb. carebit. sed Rex ac dominus noster immensas innumerasque regionum administrationes, plures sanè & latiores, quam reliqui omnes Principes habet, ut evidentiùs est, quam vlla comprobatione egeat, nulliq; ignotum, qui rerum non sit inexpertus: ergò ut reliquos omnes Principes antecellat, par est, præsertim cum tales administrationes, ditiones, regna, imperia, ab ipso Deo opt. max. sibi data fuisse intelligantur, iuxta illud Prouerbiorum c. 8. Per me Reges regnant. Et Apostolus ad Romanos c. 13. Non est, inquit, potestas, nisi à Deo. cum ijs, quæ iam suprà congestimus.

ARGVMENTVM VNDECIMVM.

QVI præstet loco digniori is dignior, sublimior, excellentiorq; esse intelligitur. Ita tradunt Nicol. Boërius in d. tracta. de aut. mag. cons. add. 1. num. 149. vers. præterea etiam, & fortius post Ioan. de Platea, quem allegat in l. 2. C. ut dignitatis ordo ser. lib. 10. vnde præfectus vrbis dicitur maior dignitate, quam reliqui magistratus Romanæ ditioni & imperio subiecti, ut per Gloss. & Doct. in rub. ff. de offic. præfe. vrbis. l. 1. C. de Silentii. vbi Ioan. de Platea, & l. 1. C. de præp. lab. lib. 12. facit l. ius Senatorum, de digni. & l. municipales. ff. de municip. ibi, quibus summa Reipublicæ commissa est, & in dictis locis tradunt communiter Doctores ratione loci & administrationis (hoc est loci vbi administrat) quem esse præferendum. facit l. quilibet. C. de decurio. lib. 10. ibi non solum à vobis, quibus propter loci dignitatem rerum summa commissa est. & ibi Bald. edocet, tantò maiorem esse Officiale, quantò digniori loco præstet, facit l. 1. & quæ ibi plenè dixerunt Doct. C. de priuileg. vrbis Roma. lib. 12. & fuit sententia Innocentij in c. 3. de sepultu. & Cardi. Alexand. qui etiam, ut refert Nicolaus Boërius. vbi suprà, & nu. 100. ait, Officiale in ciuitate administrantem præferendum esse ei, qui in vico administrat. † Nam & secundum eundem Nicolaum ibi ratione officij filius præfertur patri suo, ut per Valerium Maximum in lib. 2. ad finem de instit. antiquis Simo. de Bur. in Procemio Clemen. Alexand. in add. ad Bar. in l. 1. ff. de obseq. Aulus Cell. in notis art. lib. 2. c. 2. & facit l. nam quod. ff. ad Trebell. l. minimè. ff. de reli. & sump. funerum. † Id, quod in actibus publicis ita definitum fuisse ait Aulus Cellius, vbi suprà in persona præsidis Cretæ prouinciz, & rursus Romæ in persona Fabij filij Maximi, & attingit Bartholomæus Soci.

in l. cum quid. colum. 3. ff. si cer. peta. post Are. ti ibi. † Et ciues (ut ad viam redeamus) oriundos ex vrbe splendida nobiles esse attestatur Lucas de Penna in l. mulieres, colum. 3. C. de dignit. lib. 12. sentiens non ita esse in ijs, qui vicij aut villis orientur, tanti momenti esse, iudicans loci dignitatem & sublimitatem. facit 4. o. distin. c. nos qui. & c. illud. & c. Adam. & ff. de excusa. tuto. l. non tantum. §. 1. & C. de vi publica. l. seruos. in 2. responso. & l. in vrbe. ff. de statu hominum.

Quum † ergò qui præstet loco digniori, is dignior, sublimior & anteponeendus esse intelligatur, cumque Rex ac Dominus noster Hispaniarum regionibus præsit, quæ cum alijs nominibus, tum eò potissimum quòd in ea Christi Domini ac Redemptoris nostri vera fides & dogma integra, intacta, inuiolataque pmanet, qua in reliquis omnibus orbis pu. nicias (quæ nostræ répestatis calamitas, miseria, & infelicitas à lachrymis minimè temperanda est) superare vix est, ut non longè videatur. reliquum est, ut qui princeps ei præfuerit, is reliquis omnibus mundi Principibus potior sublimiorque esse intelligatur.

Nec mirum aut nouum est habitam loci rationem, † quò ad dignitatem, qua de egimus magni esse momenti, quandoquidem loci consideratio potens est ad rerum naturas mutandas, quò ad iuris effectus, quale est, cum pecunia loco circumscripta est, quo casu ob solam loci considerationem loco speciei habetur, & si loco generis sit, quando certo loco circumscripta non est, ut in l. incendium. C. si cer. petat. vbi not. omnes Doct. iuncta l. planè. 1. §. si eadem res sæpius, vbi plenè per Alexand. & Iason. post alios. ff. de lega. 1. l. si certos. ff. de verborum obligat. l. sed & si certos. & l. talis scriptura. §. item si legetur, & vtrobique per Doct. ff. de legat. 1. text. in prin. Inst. quibus mod. re contrahitur obligat. l. 2. §. mutui autem datio, cum ibi plenè not. per Gloss. & Doct. ff. si cer. petat. & in l. quod te mihi. eodem titul. l. si seruus legatus. §. qui quinque. ff. de lega. 1. l. 1. §. si decem, qui in arca. ff. ut legatorum nomine caue. Et hinc nascuntur plura vtilia, ut differuimus de suc. crea. lib. 1. §. 10. num. 93. vers. quod autem genera. Denique † ut ex dignitate aut qualitate loci, vbi quis inclusus, aut collocatus est, arguatur ad dignitatem, aut qualitatem inclusorum, aut collocatorum sensit Alexand. de quo quum Plutarchus lib. 4. Apoph. meminerit, sic scriptum reliquit: Quum delato ad ipsum scriniolo, quo nihil inter opes Darij preciosius pulchriusve repertum est, quæreretur, in quem vsus destinandum esset, alijs aliud suadentibus, dixit, hinc optimè seruadus dabitur Homerus sentiens, nullum esse Thesaurum illo preciosiorem, ita visum est iuueni, qui se totum ad exemplar Achillis componebat.

131
Cines an digniores. quam municipales.

132
Hispania dignissima.

133
Loci consideratio magni momenti est.

134
Histo. Alexandri.

127
Dignior est qui digniori loco præstet.

129
Filius an sit patri ratione officij præferendus.

130
Hist. per Aul. Cell. re-

ARGVMENTVM DVODECIMVM.

135
Dignior est, cui Princeps magis fauet.

SVPERIORIBVS † concinit. nam cui Princeps magis fauet & adspirat, is dignior esse videtur laude & honore, vt testatur Horatius lib. 1. Epistol. ad Seuam, dum ait: Principibus placuisse viris non vltima laus est. & est egregius text. in l. omnium. C. de testa. vbi cuius testamento Princeps ob gratiam præstouit, is ritè testatus videtur, etiam si solemnia non adhibuisset, quasi sublimior quodammodo, & legibus Principis ad imaginem iam veluti solutus esse cœperit. quem text. plenissimè ornamus de suc. creat. lib. 3. §. 26. per totum. facit l. siue apud acta. C. de transact. † Vnde Doctor ille, qui à Principe creatus fuit, reliquis Doctoribus dignior, sublimior & potentior in prælacione habetur. Ita Abbas in c. per tuas. per text. ibi, de maio. & obed. Andr. Barb. in c. quod clericis, de fo. compe. plenè per Felyn. in d. c. per tuas. col. 3. per Nicol. Boër. de auth. mag. cons. 1. add. mag. nu. 92. & rursus num. 133. per Petrum de Lefnand. in tract. de Doct. part. 3. quæst. 10. per Bart. in simili, in tract. de insign. & arm. col. 2. Paul. Castrenf. in l. quoties. C. vbi de crimi. agi oporteat. Bart. Sozin. regula 29. versic. fallit ratione promotionis. Neque ab simile est, † quod & Canonicus à Papa creatus præfertur Canonicis ab alio effectis, secundum Panormit. & Felyn. colum. 2. vers. in quantum. in d. c. per tuas. per Bart. in l. 2. ff. de albo inscrib. & ibi plenè per Alex. in addi. ad Bart. Petrus de Monte in sua Monarchia, quæst. 5. vers. post Archiepiscopos, cum seq. vers. Id quod ita demùm procedere intelligit Innoc. in c. 1. de maio. & obed. si in reliquis qualitatibus paritas sit. & Ioan. de Platea de decu. lib. 10. in l. 2. per Ioan. And. in d. c. 1.

137
Canonicus à Papa creatus, reliquis sublimior habetur.

Quum ergò eum digniorem ac sublimiorem videri, cui Princeps magis faueret & adspiraret, ostenderimus, nec dubium sit, quin summus Princeps Deus potentissimo Hispaniarum Regi ac Domino nostro longè magis, quàm reliquis Principibus adspirauerit ac fauerit, par est eum reliquos omnes anteire. Quod autem ei magis quàm reliquis mundi Principibus fauerit edocemur illinc, quòd ei longè latiore ditionem ac imperium, quàm reliquis concesserit ac commiserit, suoq; loco maioribus in negotijs ac regionibus substituit ac suffecit. Nam cum in principio Deus creasset cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt, angelicam & humanam naturam, spiritualia & temporalia, quæ per se ipsum regere initio cœpit, sicut factor aut cuiusq; rei creator solet eam gubernare, præceptaque dedit, & transgressoribus pœnam designauit ac imposuit per se ipsum (scilicet Adæ & Euz) eodemque puniuit, & Cain ac quosdam alios vsque ad Noë. testantur Hostiensis, Ioan. Andrez, & nouissimi in c. licet, de foro competen. Genes. cap. 3. & 4. qui quidem Deus Opt.

Max. vti Cæsar & Imperator. c. ad Apostol. in princ. de re iud. lib. 6. tempore Noë per ministros suos cœpit regere suas creaturas. & Boëri. vbi supr. nume. 127. subiicit sequentia verba. Et primò fuit Noë, cui Deus gubernatione Archæ, ac illius liberis & filijs eius Sém, Cham, & Iaphet rectoriam dedit, qua ipse Noe post exitum Archæ officium sacerdotis exercuit, vt Genes. 9. & post legem dedit populo suo, secundum quam voluit ipsum viuere, & transgressoribus pœnam imposuit, & hoc per Moysem: vt patet per discursum Exodi, & 22. q. 5. c. res. cum c. sequenti. & in hac vicaria successerunt Patriarchæ, Reges, & alij, qui pro tempore fuerunt in regimine ad aduentum Christi benedicti vsque, qui fuit & est verus & naturalis Dominus & Rex noster, vt tenet Petrus de Bel. in suo opere curiali, titul. de propositione grauami. coram principe in curia præsidenti facienda. colum. 1. & Bart. in tract. de regi. ciui. col. 3. circa medium. Et ab ipso excelso Principe Salvatore nostro pijsimo incipit magnum imperium: quoniam ipse fuit Princeps & caput magni consilij, vt habetur Isaiz 9. c. † Vbi dicitur & erit magni consilij Angelus, quæ verba in missa natalis eiusdem Domini repetuntur: Puer natus est nobis, & vocabitur nomen eius magni consilij Angelus, c. nos si incompetenter. §. his ita. 2. quæst. 7. & Gloss. sing. & ibi Abb. Sicu. in cle. vna. de Bapti. in verb. Regum. & Angelus secundum translationem septuaginta interpretum dicitur Christus, probatur Ecclesia. 22. Lumen quippe consilij, quod est donum Spiritus sancti, & cœleste, vel secundum Bonauen. exponitur propter inferiorum regimen, siue gubernationem, dicitur Angelus magni consilij, hoc est, Christus, qui omnium electorum mentes in sua custodia suscepit & tutela. Ioan. 17. Quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis. † Et summus Princeps noster Hispaniarum Rex est minister Dei in terris, secundum Doct. in d. c. licet. prout secundum eum sunt reliqui summi Principes, vt per Martinum Laud. in tracta. de princ. in princ. q. iuxta illud, Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis, vt in Psalmo 71. Tradunt per text. ibi scribentes in auth. de consul. ad finem. facit l. iubemus nullam. C. de fact. Eccle. & Bald. de pace Constantiæ. §. 1. vers. debitam fidem. Antonius Corsetus de potesta. regia. q. 45. Bar. in extrauag. quomodo in crimine læsæ ma. sit proc. verb. totius orbis. Car. Alexan. in c. quoniam. 15. dist. Cum ergò Hispaniarum Rex ac Dominus noster potentissimus sit Dei Vicarius & minister, ac substitutus in terris ad gubernationem regionum sibi ab ipso commissarum, eeq; sint longè plures ac latiores, quàm quæ ab ipso Deo vlli alij principum commissæ fuerunt. Sequitur vt ipse Deus Rex regum ei magis quàm reliquis principib. terre fauisse & adspi-

138
Angelus significet.

139
Principes sunt Dei ministri.

adspirasse videatur: & per hoc sit reliquis principibus præferendus.

Hæc duodecim argumenta cōmunia sunt, quò ad omnes totius orbis principes, sed in particulari præter hæc duodecim, est etiam respectu Regis Gallorum & tertium decimū argumentum, quòd Rex noster est legitimus Princeps & Dominus noster, legitimusq; in hoc Regno successor per lineam rectam à primo Gothorum Rege vsq; ad potentissimum Regem nostrum Philippum, vt supra attigimus. at Regnum Francorum, quòd hodie nō sit sub Principibus legitimis, quinimò à regia profapia transitum fecerit in ipsorum expulsores, auctor est Petrus Messias in vitis Cæsarium. & in Sylua variæ lectionis. Est & quartum decimum argumentum, quòd eadem ratione apparet, Reges nostros esse nobiliores, hoc est, ex stemmate clariore descendētes, vt potè quæ à veris & legitimis Regibus non à Tyrannis vtili descendunt, id quod multum confert ad nobilitatem, dignitatem, & prælationem, vt plenè per Nic. Boër. de auth. mag. conf. add. 1. num. 38. per Felyn. in rub. de ma. & obed. colum. 3. Domi. in c. quorundam. de elect. lib. 6. auth. vt ab illustribus. §. sancimus. l. nobiliores. C. de mercat. & comer. Vnde nobilitati fauendum esse à Cicer. docemur, qui pro Sextio sic scriptum reliquit: Omnes boni semper nobilitati fauemus, & quia vtile est Reipublicæ, nobiles esse homines dignos maioribus suis, & quia valere debet apud nos clarorum hominum senex de Republica meritorum memoria etiam mortuorū. Quartum decimū, quòd maior & dignior quis dicitur ratione antiquioris originis, & cum omnes ab Adam descendamus, quòd attinet ad propositū antiquiorem accipere debemus eum, qui descendit à parentibus, qui ab antiquo vel antiquiore tempore noscuntur esse potentes, & sic nobiles, vt per Nicolaum Boër. & Felyn. vbi supra. & d. auth. vt ab illius. §. sancimus. & d. l. nobiliores. Nec dubiū est, quin Rex potentissimus noster hac in re Gallorum Regem (vt nunc dicebam) præcedat. Sextum decimum ex parte ipsorum regnorum constat longè antè vera dogmata Christi à regione Hispana, quàm à Gallica fuisse recepta, nam parum post Christi redemptoris nostri passionem, Iacobus Apostolus per Hispaniam euangelizauit, gentesque ad Christi fidem redegit, id quòd longè tardius postea Gallis contigit, vt pereundem Petrum Messiam in opusculo de Europa. Decimum septimum respectu Ecclesiæ de hoc non dubitandum, quandoquidem ipsius interest, maxime vt inter regna Christianorum illud regnū primas tenere intelligatur, in quo integra fides Christi est (quale est in Hispania) ne si aliud regnum, in quo ea fides læsa cœpit labascere caput Christianitatis videretur, ad se facile reliqua membra traheret, suaq; contagione

corrumperet. Decimum octauum, Rex noster etiam de iure Imperatorem recognoscere desinit, non sic in rege Gallorum, qui eum recognoscit de iure: licet aliud de facto, vt per Alphonsum Guerrerium in Speculo principum c. 55. ad finem. Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. Panorm. in c. nouit. de iudici. Gloss. in c. Adrianus. 63. dist. Oldra. conf. 69.

Et hæc posteriora sex argumenta idèd tam paucis ac breuibus perstringimus, quòd nobiscum Gallis nullum certamen est, sed potius summa cum illis & principe suo tam nobis, quàm potentissimo Regi nostro & amicitia & cognatio est, sed nostrum de prælatione certamen respectu omniū mundi principum est, quotquot hodie sunt dignitate, honore, gloria, & sublimitate Princeps noster Hispaniarum Rex potentissimus excellentior intelligatur.

Omnia fundamenta aut argumenta, quæ in contrarium adduci possunt obiter in nostræ partis tuitione dissoluta inuenies id, quòd breuitatis studio sic factum curauimus, & Regis nostri mentionem toties fecimus, ed, quòd ab splendore ipsius honor & iustitia nostra pendebat, nostra enim de causa non de ipsius agebatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Principum triplex distinctio.
- 2 Princeps merus & legitimus.
- 3 Princeps legitimus non merus.
- 4 Princeps illegitimus.
- 5 Princeps ex bello an sit legitimus.
- 6 Princeps legitimus leges ferre potest.
- 7 Populus postquam Principem accepit, desinit habere ius legum ferendarum.
- 8 Principi à populo data potestas reuocari nequit, fallit in tribus casibus.
- 9 Vasallus dominum belligerantem quando sequi teneatur.
- 10 Principatus intuetur meram ciuium vtilitatem non principum.
Plato. Cicero. Arist.
- 11 Legum quàm Principum salubrius imperium.
- 12 Iudicii arbitrio quàm minima relinquenda.
- 13 Historia Antigoni.
- 14 Princeps est legis minister, sicq; eis subest.
- 15 Historia Archidami.
- 16 Historia Pausania.
- 17 Historia Heracliti.
- 18 Princeps continetur appellatione magistratuum.
- 19 Princeps subest legibus.
- 20 Historia Cæsari.
- 21 Faceria Anacharsis.
- 22 Intellectus l. princeps. ff. de legi. cum simi.
- 23 Legum & conuentionum eadem natura.
- 24 Principum creandorum aut legū finis, populorum vtilitas.
- 25 Reges sunt de iure gentium.
- 26 Principatus Ecclesiasticus ad populorū vtilitatem est.

CAPVT PRIMVM.

PRINCIPVM materia reliquis omnibus altior, frequentior, & vtilior, vt est, ita inertior incultiorq; à nostris maleq; digesta & elaborata relicta est. Principes autem accipere debemus omnes regētes, quales sunt Imperatores, Reges, & reliquos omnes, qui non recognoscunt superiorem, ijs in rebus agitur: siue illi singulares personæ sint, siue res publicæ, & ciuitates. vnde Claudia. Nectam inflectere sensus humanos edicta valent, quàm vita regentis. † Hi autem Principes reperiuntur in triplici differentia. quidam enim sunt meri & simplices atq; legitimi: quidam legitimi; sed non simplices aut meri: quidam nec meri nec legitimi. † Meri & legitimi sunt, qui à populo libero eliguntur ad regendum populum, quo principatu alius iustior esse nequit, aut gratior, isq; spectat ad meram ciuium non etiam ad regentium vtilitatem, vt prope edocebimur, de hoc agitur in l. 1. ff. de consti. prin. §. sed & quod principi. Instit. de iur. nat. l. 2. §. & cum placuisset. & circa prin. eiusdem legis. ff. de origi. iuris. † Legitimi, sed non meri dicuntur, quando in campo fortè latissimo meo, sub certis tributis & legibus aliquibus iure vasallitij pacto permisi ædificare, oppidumq; construere, & hi propriè vasalli appellantur, de quibus loquuntur pleraque iura feudorum, intellige quando in tali campo nullus, præter me, habebat iurisdictionem, & tacitè velexpresim hoc actum fuit, vt in talibus nouis habitatoribus iurisdictionē haberem aut exercerem, & hoc ius vasallitij facilius admittit alienationem, quàm ius meri principatus: quia hoc ius in meo, illud verò in alieno constituitur. Item hoc ad meam principaliter vtilitatem, illud verò ad subditorum ciuiumve vtilitatem, non ad meam creatum intelligitur, vt infra dicemus. † Illegitimi verò Principes dicuntur, qui vi, violentia & armis populum debellarunt, & istorum potestas de iure nulla est: quia iuridica aut legitima potestas non est ad malum, vt fusius infra edocebimur, & attigimus controuersiarum lib. 1. c. 1. num. 5. & 9. † De facto autem istorum potestas quanta sit, ex ipso facto pendet, quod intelligo quando bellum fuit iniustum: nam si iustum fuit, quia cum populus à Tyranno & malo Principe premeretur, alter Princeps eum populum ab illa Tyrannide liberauit, idque ipsius populi consensu fecerat, tunc ab illo populo concessa sibi est regnandi facultas, & purus legitimusq; Princeps erit, aut concessa non est, & quæstionis erit, quam ex causâ modò reticenda explanare nolo.

1
Principi tripliciter distinguo.

2
Principes meri & legitimi.

3
Principes legitimi non meri.

4
Principes illegitimi.

5
Principes ex bello an sit legitimus.

6
Principes legitimi leges ferre possunt.

† Princeps ergò legitimus eo ipso, quod à populo creatur, habet legis condendæ facultatem,

legesque veteres in nouare potest, dum modo id vtiliter fiat, vel saltem bono animo nec iuri gentium repugnent, iuxta ea, quæ infra dicentur, quæq; tradunt Bal. in l. non omnium. ff. de legi. & in l. de quib. col. 10. eodem tit. Andr. Tiraq. de vtroq; retr. in præfa. num. 75. † Et penes populum non videtur (quod intelligo in populo Romano) remansisse potestas circa easdem leges mutandas: vel alias denuò faciendas. quasi à se abdicauerit potestatem, quòd eam rem, eamq; in Principem transtulerit, vt tradit Andr. de Ifern. in const. Neapoli. cōst. 1. rubr. non sine. sub tit. de origi. iu. & rursus in Procem. earundem const. nu. 12. † Et ipse Andr. de Ifern. vtroque ait, potestatem regi à populo datam, reuocari per eundem populum non posse regulariter, quod est magnum & memorabile verbum, si verum est. Fallit quando Princeps fieret Tyrannus secundum eum, per l. 2. §. exactis. ff. de origi. iu. Idem quando non esset idoneus ad regendū, secundum eum, & per Paul. Castren. in rep. l. ex hoc iu. ff. de iust. & iu. colum. 4. vers. capio tertium. Franc. Purpurat. in l. fin. limita. 5. C. de pact. Fernandus Loazes in cōf. pro March. de Velez, pag. 249. nec obstat tertium. Facit l. 1. §. quibus. ff. quod cuiusque vni. vers. nom. Ioan. Imol. conf. 34. visis & ponderacis. Ioan. de Neuizanis inter consilia feudalia Alberti Bruni, conf. 12. patres comederunt. 23. col. Tertius casus, secundum Ifern. vbi supra, est quando Rex regio terminos excederet, nam tunc Rex non videretur. c. scelus. 2. q. 1. & q. 7. c. non omnes. Thomas in libello cogitanti mihi. Hostiens. in summa de const. §. quis posset facere constitutionem, ad fin. Quod diximus Principem eo ipso, quòd à populo creatur nouarum legum tam ferendarum quàm veterum mutandarum potestatem habere, intelligo procedere in populo Romano, non sic in reliquis, nisi expresim, vel tacitè id sibi à populo concessum fuisse appareat, quia Princeps subest legibus, non leges Principi, vt infra disseruimus.

Et quia non pauca aut leuia de Principibus acturi sumus, admonendi sumus Principum appellatione, quoties de ijs meminimus, de meritis, legitimisque Principibus intelligendum esse, quos meros idèd appellaui, quasi expertes totius mixturæ aut extranei accidentis, siue mixtura illa in facto consistat (qualis est Tyrannidis accessio) siue etiam in iure, quale esset ius vasallitij, secundum secundam principatus speciem supra relatum (quod ius vberius esse, quàm ius meri principatus, vel ex eo patet, † quòd vasallus talis suum dominum vel Principem ad bellum sequi tenetur proprijs expensis, sed merum Principem non, ita, vt per Fernandum Loazes, vbi supra, pagina 166. vt plenius infra dicemus) merum autem dicitur, quòd

7
Populus postquam Principem accepit, definit habere ius legum ferendarum, in populo Romano, non in reliquis.

8
Principi à populo data potestas reuocari nequit, fallit in tribus casibus.

9
Vasallus dominum bellum gerantē quamdo sequi tenetur.

quod omni mixtura caret. l. metum imperium. ff. de iur. om. iud. vbi plenè not. Andreas ab Exea. & infra edocebimur cap. 4. num. 2.

Denique per totum hunc librum, & principium sequentis, hunc ordinem seruabimus, nam veluti fundamentum proponemus regulam quandam quasi elementarem, ex qua bis centum ferè definitiones apprimè arduæ, vtilis, egregiæque deriuabuntur, regula fit hæc: † Omnes omninò principatus, regna, imperia, potentatus, legitimos legum & hominum ob publicam ipsorum ciuium vtilitatem, non etiam ob regentium commoda, inuentos, creatos, receptos, admissosque fuisse, communi frequentissimaque Philosophorum, & legumlatorum, & sanctorum & doctorum sententia proditum & testatum est, non secus quàm reliquos etiam magistratus, ita scriptum reliquit Plato, quem refert & sequitur Cicero lib. 1. Officiorum: Omninò (inquit) qui Reipublicæ præsum duo Platonis præcepta teneant: Vnum, vt vtilitatem ciuium sic tueantur, vt quidquid agant ad eam referant, oblitum commodorum suorum: Alterum, vt totum Reipublicæ corpus curent, ne cum partem aliquam tuentur, reliquas deserant, subiungit idem Cicero: Vt enim tutela sic procuratio Reipublicæ ad vtilitatem eorum, qui commisi sunt, non ad eorum quibus commissæ est, gerenda est. Idem vult Aristot. lib. 5. Ethic. Idem Aristot. 3. Polit. cap. 11. Nicolaus Boërius, de auth. magni consil. in 1. add. magn. num. 131. versic. ipse enim. exemplo Bart. in tract. de reg. ciui. Gloss. & Abbas in clem. vnica de baptismo. Lucas de Penna in l. militaribus. C. de decu. libro decimo. tradunt communiter Doctores, præsertim Alberic. de Rotatis, in l. decernimus. C. de Episcopis & Clericis. Alphonsus Guerrerius in Thesaurò Christianæ religionis, cap. 54. num. primo, & num. decimonono, post Sanctum Thomam in opusculo vigesimoprimo ad Ducissam Brabantæ, quem ipse allegat. & rursus idem Guerrerius, vbi supra, nume. 52. versicu. item notate, quia regnum (inquit) non est propter Regem, sed Rex propter regnum, quia ad hoc Deus prouidit de eis, vt rectè gubernent, & vnumquenque in suo iure conseruent, & hic est finis recti regiminis. & sanctus Thomas vbi supra, ait: Principes terrarum sunt à Deo instituti, non quidem vt propria lucra quærant, sed vt communem populi vtilitatem procurent, & secundum Bartol. & Nicolaum Boërium, vbi supra. & Aristot. 5. Politicor. & Alphonsum Guerrerium, vbi supra, numero 42. versic. expedit etiam regi. Rex à Tyranno ed differt, quod ille tendit ad bonum & commodum commune, hic ad proprium. Idem quod ad principalem conclusionem tenet sanctus Irenæus

libro quinto contra Hæreses. Idem sentit doctissimus frater Dominicus de Soto libro 1. de iust. & iure. quæstio. 5. articul. 1. post Aristot. quem refert, dum vterque sentit. † Vtilius, commodius ac tutius per legem, quàm per Principem Reipublicam gubernari, quod illa matura deliberatione & consilio, plerunque fiat, sicque publicæ vtilitati consulat, is non rarò, festinanter & nubila mente odij, amoris vel cupiditatis à bono publico abscedat: quare, inquit, Melius est, vt quàm maximè fieri possit, cuncta legibus explicentur. † iudicibus autem non nisi minima & quæ legibus comprehendi nequeunt, relinquuntur.

Vnde subiungunt tam Aristot. quàm Dominicus de Soto, qui legem præesse iubent, Deum præesse iubent, (vt pote à quo leges ipsæ promanant) qui autem hominem præesse iubent, adiungunt bestiam suam, quia libido atque ira obliquos agunt etiam viros optimos, dum sunt in potestate. Idem vult beata Brixida in quarto reuelationum libro cap. tertio. & Fernandus Loazes in suo consil. ad Marchi. de Velez, dubitatione 1. numero sexto, dum aiunt: Sibi enim data est duntaxat regni procuratio. † Idem vult Plutarchus & etiam Erasmus in add. ad eum in Apoph. libro quarto post Antigonom regem Macedonum, qui (vt ipsi referunt) dicenti omnia regibus licere per Iouem (inquit) Barbarorum regibus, nobis autem licent quæ honesta sunt. † Rex enim iusti & honesti minister est, vt ibi notat Erasmus: ergò bonum publicum violare non poterit, quia id iniustum & inhonestum esset, & (vt Aristot. 5. Ethicorum, & Dominicus de Soto, vbi supra, aiunt, & Iustina. in authentic. de iudi. 4. final. in fin.) Principes & magistratus esse debent fideissimi legum custodes, atqui dubium non est, quin leges meram ob ciuium vtilitatem ferantur. c. erit autem lex. 4. distict. l. 1. & l. 2. ff. de legib. ergò & Principes vt earum ministri ad eam tantùm vtilitatem proponuntur.

† Idem sentire videntur Plutarchus & Erasmus in add. ad eum, & Archidamus per eos relatus Apoph. lib. 1. qui roganti qui nam essent Spartanz ciuitatis præfecti, Leges, inquit, ac legitimi magistratus, quasi vterque sint in Republica Principes & Magistratus. semper tamen primarium locum præsidendi, regendi, imperandi, leges tenere videantur, quas constat ad meram ciuium vtilitatem ferri, vt iam ostendimus, vt sic appareat, qui dicunt, Principem legibus solutum, eos proximos fuisse adulationis vitio, nisi soluentur in casibus, vt infra attingemus, cum nulli siue magistratuum siue Principum regulariter fas sit contra leges quicquam attentare, easve transuolare.

† In eadem quoque sententia fuisse videntur

C 4

ijdem

10
Principatus
intueri me-
ram ciuium v-
tilitatem, nò
Principum.

Plato.
Cicero.

Arist.

11
Legi quàm
Principum sa-
lubrius impe-
rium.

12
Iudicis arbi-
trio quàm mi-
nima relin-
quenda.

13
Historia Anti-
gioni.

14
Princeps est
legum minister
sicque subest.

15
Historia Archi-
dami.

16
Historia Pan-
sansæ.

idem Plutarchus & Erasmus ad eum post Pau-
~~saniam~~ referunt in eod. lib. 1. is e-
 nim cuiusdam roganti quã ob rem apud Spar-
 tanos nefas esset vllam priscarum legum no-
 uare, quoniam (inquit) legibus conuenit au-
 thoritas in homines, non hominibus in le-
 gem. Intellexerunt ergo decere leges om-
 nibus Principibus & magistratibus esse supe-
 riores.

17
 Historia He-
 racliti.

His accedit † quod iidem Plutarchus &
 Erasmus post Heraclitum Ephesium tradide-
 runt Apoph. lib. 7. dum ciues pro legibus non
 segnus quã pro mœnibus pugnare suaden-
 tur. Facit tex. in prin. inst. in proc. ibi, sed etiã
 legibus oportet esse armatam. Facit totus ille
 liber Iudicum in testamento veteri, nam iu-
~~dicum~~ etiam si de regibus quã
 plura dixerat, quasi Iudicum voce etiam reges
 contineantur & iure, quia imperium nihil
 aliud esse quã summam iurisdictionem, &
 probat tex. in prin. Inst. de perp. & tem. act. &
 ostendimus cõtrouerf. vers. frequentium. lib.
 a. c. 1. quibus † adde quod Princeps dicitur esse
 de ordine ipsorum senatorum. l. ius senatorum.
 G. de digni. non secus quã ipse etiam
 pater familias appellatione familiz contine-
 tur. l. familia. ff. de verb. sig. & ita tenent Ioan.
 de Platea, d. l. ius senatorum. & Nicolaus Boe-
 rius de auth. mag. consi. add. 1. num. 130. vers.
 & ipse etiam Princeps. Idem etiam sensit
 Cice. in oratione pro Cecinna. Ius (inquit)
 † ciuile eiusmodi esse debet, quod neque in-
 flecti, neque perfringi potentia, neque
 adulterari pecunia possit, quod si non modò
 oppressum, sed etiam desertum, aut negli-
 gentius adseruatum erit, nihil est quod quis-
 quam se habere certum, aut à patre acceptu-
 rum, aut relicturnum liberis arbitretur, pro Ce-
 cin. Ergo quantacunque sit Principis pote-
 stas, ei fas, aut liberum esse non debet legem
 violare. Vnde Ausonius in Pythaci senten-
 tijs:

18
 Princeps con-
 tinetur appel-
 latione ma-
 gistratum.

19
 Princeps sub
 est regibus.

Pareto legi, quisquis legem sanxerit.

20
 Historia Ca-
 sari.

† Et cum Iulius Cæsar legem contra stu-
 pratores sanxisset, & postea eius filia à iuvene
 quodam stuprata esset, eum Cæsar ira percitus
 verberauit, cui adolescens ille ait, legem dixi-
 sti Cæsar, qui ea voce audita, per totum illum
 diem nihil omnino cibi aut potus sumpsit
 merore legis à se transgressæ, vtcunque teme-
 ritas & audacia iuuenis illius videretur into-
 lerabilis, vt potè in tanti Monarchæ ignomi-
 niam admissa, ita Plutarchus & Erasmus in
 Apoph. Et quod principatus sit ad ciuium vti-
 litatem, sentit etiam Sotus de iust. & iure, lib.
 4. q. 4. art. 2. dum ait, potestatem esse propter
 vsum, & Sanctus Bernhardus ad Eugenium
 Papam. Et quod sit ad bonum non ad malũ,
 tenet Bal. consi. 327. lib. 1. Marcus Mantua lib.
 1. locorum com. 112. & S. Tho. secunda secun-
 q. 187. arti. 3. lib. 1. Fernandus Loazes consi. pro

Marchi. de Velem, pag. 54. num. 65. & illi qui
 dicunt quod malum in Principe non esset po-
 testas sed tempestas, vt ait Sozinus iunior cõ-
 si. 65. lib. 2. Barth. Sozi. consi. 164. lib. 2. Card.
 in clem. pastoralis. de re iudi. Iaco. de Leon.
 inter consi. Bruni, consi. 117. col. fi. Sanct. Au-
 gust. in c. principium. §. charitas, de pœnit. dif.
 2. Fulgos. consi. 61. Curtius senior consi. 63.
 Aymon de antiquit. par. 1. vers. non omitto.
 num. 3. stat ergo Princeps fuisse creatos vt ci-
 uium vtilitatem. Idemque in legibus, vt su-
 præ ostendimus, & docet Cicero in vatin. sic
 inquires: A maioribus nostris nulla alia de
 causa leges sunt inuentæ, nisi vt suos ciues in-
 columes conseruarent. Et rursus idem Cicero
 2. de legibus. Ad salutem ciuium, ciuitatumq;
 incolumitatem, vitamq; hominum & quietam
 & beatam, conditæ sunt leges. & idem
 Cicero 1. de inuent. ait: Ea virtute & sapientia
 maiores nostri fuerunt, vt in legibus scriben-
 dis, nihil sibi nisi salutem, atque vtilitatem
 Reipublicæ proponerent, neque enim ipsi
 quod obesset, scribere volebant, & si scripsis-
 sent cum esset intellectum repudiatum iri le-
 gem intelligebant. Interdum tamen leges
 paruipenduntur, vnde Petronius Arbitrator sa-
 tyricus:

*Quid faciant leges, vbi sola pecunia regnas,
 Aut vbi paupertas vincere nulla potest.*

Plautus in Trinummio:

Mores leges perduxerunt iam in potestatem suam.

Et sequitur:

Ea misera etiam

*Ad parietem sunt fixæ clauis ferreæ, vbi malos mores
 Adfigi nimio fuerat æquus.*

Et Horatius oda 24. lib. 3.

*Quid leges sine moribus
 Vana proficiunt, sineq; feruidis
 Par inclusa caloribus
 Mundi, nec Boreæ finitimum latas
 Durat æq; solo niues
 Mercatorem abigunt, horrida callidi.*

Vincunt aquora nauis e.

Et † Anacarsis relatus ab Erasmo & à Plut.
 Apoph. lib. 7. illud facetum quamuis vulgatum
 dixit: Leges araneorum telis esse similes, in
 quibus infirmiora animalia hærent, valeuti-
 ora irrumperent, ita leges humiles ac tenues
 constringunt, à potentibus impunè violan-
 tur, ita meminit Valerius. † Regulariter ta-
 men Princeps, vt supra ostendimus, subest le-
 gibus, & dum in l. Princeps legib. ff. de leg. cõ-
 similibus. negatur Principes legib. obstringi,
 procedit in ijs quæ leuioribus sunt præiudicij,
 vt supra in simili dicebamus, qualia sunt ea,
 quæ pertinent ad solemniora iudiciorum & cõ-
 tractuum, & testamentorum aliarumque vlti-
 marum voluntatum, non sic quò ad pactio-
 nũ obseruantiam, siue illæ expressæ sint, siue
 tacitæ, siue priuatæ, siue vniuersales, vt tradit
 nouissimi in l. 1. ff. de const. prin. & in l. Prin-
 ceps, supra all. & diximus plenissimè de succ.
 creat.

21
 Facetia Ana-
 carsi.

22
 Intel. l. Prin-
 ceps. ff. de le-
 gi. cum simi.

creat. §. 26. pertorum, in lib. 3. Facit in simili egregius tex. in l. pater filium. §. quindecim libertis. ff. de leg. 3. sic intellige quæ diximus de successionum progressu in præfatione, nu. 131. & contractibus Principem obligari omnes omnino admittunt, vt infra dicemus. † Nec dubium est, quin lex sit contractus, & contractus sit lex, quod contractus sit lex, probat l. legem quam. C. de pact. vbi per las. Dec. & Alc. c. contractus, de reg. iur. lib. 6. l. contractus. ff. eo. ti. quod autem lex sit contractus, probat l. 1. ibi communis Reipublicæ sponso. ff. de legib. vt fusè eam legem inducens diximus de succ. progressu in præf. circa pri. quod probatur ratione. Nam vt contractus est duorum pluriùmve in idem placitum & consensus. l. 1. ff. de pact. ita & lex est plurimorum ciuium in idem placitum & consensus, d. l. 1. ff. de legib. ibi cõmunis Reip. sponso. §. lex. Inst. de iu. nat. l. iura non in singulas. ff. de legibus.

Stat † ergo ex superioribus, tam leges quàm Principes ad populi ciuiumque vtilitatem creati, legibusque Principes ipsos regulariter subesse, earumque videri ministros & custodes ac executores, exceptis quibusdam casibus. vtilitas autem ciuium ac populi quibus in rebus sita sit edocemur per Isidorum, quem refert & sequitur Ferman: Loazes hodie meritisissimus Archiep. Tarraconen. in consi. suo pro Marchio. de Velez dubit. 1. numer. 54. ver. ad hoc enim Principes. Ad hoc enim (inquit) Principes & reges fuerunt instituti, vt beatus inquit Isidorus, de summo bono lib. 3. c. 47. vt licentia mala agendi seruorum potestate restringatur Principum ac dominorum. Non enim frustra, vt beatus inquit August. (& habetur in c. non frustra. 33. q. 5.) instituta sunt potestas regia, vis gladij cognitoris, vngulæ carnificis, arma militis & disciplina dominantis: habent enim ista modos suos, causas, rationes, atque vtilitates: hæc enim cum timentur, coercentur mali, & inter malos magna cum quiete viuunt boni. Non enim regna absque regibus, nec ciuitates absque legibus, & consuetudinibus, minantibus atque pœnalibus esse poterant, vt Arist. Polyticorū lib. 4. & lib. 6. & Cic. Offi. lib. 2. narrant. Quis enim inexpertus absque directore viarum discrimina securus poterat peruagari, & quis sine præceptore disciplinam poterat ediscere: nullum enim regnum, nulla prouincia, nulla ciuitas, nullus populus, nullus exercitus, nullaque omnium congregatio absque duce, capite ac rectore, esse potest, quo mediante, indocti instruantur, simplices dirigantur, boni custodiantur, pusillanimes foueantur, superbi reprimantur, excedentes corrigantur, mali puniuntur, & tandem cuncti à quacunq; oppressione atque violentia defendantur, atque custodiantur, sine quibus, vt Cic. Offi. lib. 3. scribit, nec ciuitates, nec gentes ipsæ, nec genus hominum vniuersum posset stare, quinimò nec

mundus absque illis posset sustineri. Sicut enim omnem vitam nostræ ordinè peruertimus si iudiciaria tribunalia substulerimus: & sicut ad Antiochenum populū, Homil. 6. beatus scribit Chrysostr. Si duce ab exercitu abducimus, vinctos hostibus milites damus: ita si Principes de ciuitatibus abstraheremus, feris irrationalibus irrationabiliorè vitam degeremus, mutuo nos mordentes, mutuo nos deuorantes, deuastantes, atque opprimentes. Quod enim faciunt lignorum conglutinationes in domibus, hæc faciunt Principes in regnis ac ciuitatibus, & sicut si illas substulerimus, dissoluti parietes mox ruinam facient: sic si è mundo Principes amoueamus, & ciuitates & gètes in se corruent: nullo existèto qui homines coerceat, & timore pœnæ quiescere persuaदेat. ad extollendas igitur virtutes iustorum, & reprimendas insolentias transgressorum: diuina prospiciens è cœlo iustitia, regnantium folia in populis erexit, regesque ac Principes inter homines constituit: sunt enim reges, vt alibi latius de hac re tractamus, tales in regimine populorum ac ciuium, quales sunt fræni atque compedes in regimine ac domatione equorum, & similibus animalium, quæ sicuti hac atque illac rectè dirigi non valent absque calcaribus: sic & subditi ad bonum moueri, & à malo segregari non possunt absque legibus: & absque eorum minis pœnisque tū leuibus, tum etiã acerbis & grauibus.

Denique † isthæc vtilitas aut etiã necessitas que in Republica, & in genere humano sint reges ab ipso iure naturæ vel gentium originem traxit. homo. n. secundum Philosophos est animal sociabile (hoc est natura appetens societatem & communionem.) Nec dubium est quin societas & cõmunio pariat discordias. l. cum pater. §. dulcissimus. ff. de lega. 2. (Vnde perpetuè societati lex non assistebat, vt ibi tradunt communiter Doct. & in l. 3. ff. pro socio. etiam in contractu matrimonij, qui in sui dissolutione non secus quàm in inchoatione liber esse debeat. l. neque ab initio. C. de nupt. l. Titia. ff. de verb. obli. & vtrobiq; per Doct.) Ad huiusmodi ergo discordias sedandas, violentias, tumultus, factiones, seditiones remouendas, reges fuerunt necessarij. Quæ omnia eò magis ac magis suadent ac persuadent, ob vtilitatem ciuium, ac populorum, non ipsorum regentium reges desiderari ac creati. Et initio quidem antè, quàm scriptæ fierent leges per reges manumque regiam ac arbitrium omnia expediebantur, omnisque gubernatio & Reipublicæ administratio fiebat. l. 2. circa princi. ff. de orig. iur. facit tex. in prin. auth. quib. mod. nat. effi. sui. & in auth. quib. mo. nat. effi. leg. in prin. & d. l. 2. §. 1. cum seq. ff. de orig. iur. notant in specie Bal. in d. l. 2. in prin. & Alphonsus Guerre. in Thesauro relig. Christ. c. 54. nu. 4. vers. & est notandum. Deinde quia leges scriptas deesse, incertoque iura

25
Reges sunt de
iure gentiū.

23
Leges con-
stitutionū ea-
dem natura.

24
Principes
creantur
aut legum fi-
ni populo-
rum vtilitas.

populum vti, ac vagari in commodum esse, ipsa experientia docuit, vta it d. l. 2. §. 1. cum seq. & tradiderunt Arist. & doctissimus Dominicus de Soto, vbi supra, dum scripserunt tyrannidis imagine omnia repleti, quum arbitrio regentium deficientibus scriptis legibus populus gubernatur: ideo ad leges scriptas, iusq; scriptum & certum itum fuit, vt d. §. 1. cum seq. in d. l. 2. & tradunt Bal. & Guerre. vbi supra, quæ omnia efficacius etiam edocent regimen Principum sub legibus esse debere, legesque quasi principibus superiores latas constitutasque fuisse, atque vtrunque ad merum ciuium & populorum, non etiam regentium vtilitatem receptum fuisse † id quod & in ecclesiastica potestate obtinere vel illincilluxit quod Episcopi sunt Principes in ecclesia Dei, nec tamen dubium est, quin ob meram populivtilitatem creentur ac instituantur, nomenque Episcopi non tam honoris, quam oneris est, vt testatur diuus Augustinus in c. qui episcopatum. §. q. 1. vbi, qui præesse & non prodesse desiderat, episcopari non debet, sequitur & notat Guerrerius, vbi supra, c. 4. in prin. vnde ipse etiã notat, Episcopum dici ab epi, quod est supra, & scopos, quod est intentio, quasi Episcopus in hoc creatus sit vt iugiter intendat, & consulat vtilitati ac salutis populi.

26
Principatus ecclesiasticus ad populorum vtilitatem est.

SUMMARIVM.

- 1 Intellect. l. princeps. ff. de legib. l. 1. ff. de constin. prin. §. sed & quod principi. Inst. de iure natu. cum simi. legibus.
- 2 Principi quod placuit, ita demum habet vim legis, si populo vtile sit.
- 3 Causa iusta præsumitur in Principe, quod ad subditum, non quod ad alios.
- 4 Principum placita quando habeant vim legis.
- 5 Defendero res nostras, an etiam cum nece alterius liceat.
- 6 Intellectus plurimum legum.
- 7 Pecunia quando mutatur vt solutio fieri debeat, ardua questio.
- 8 Confessio illa occidi sed ad meam defensionem, an scindi possit, ardua questio.
- 9 Scripturam præsentans quatenus pro se faceret nõ ultra, an ea protestatio prosit, ardua questio.
- 10 Principum placita qua non recedunt à iure naturali vel gentium, legis ciuili vim non habent, vt inductiua, sed vt declaratiua.
- 11 Notorium quam habeat vim.
- 12 Principis præceptum notorie iniquum nõ exequitur.
- 13 Historia Aeliogabali Imperatoru.
- 14 Prescribi an possit ius superioritatis, ardu. questio.
- 15 Iniuriarum actio quo tempore finiatur, ardua qua.
- 16 Vendens rem alienam scienter an pretium recuporet, ardua questio.
- 17 Iuramentum an impediatur recessionem colore laesionis enormissima, ardua questio.
- 18 Intellectus l. fin. C. de legibus.

- 19 Princeps an possit leges mutare.
- 20 Leges ferre potest Princeps sine vllius consilio.

CAPVT II.



D MERAM † ergo ciuium, & populorum vtilitatem vtraque potestas tam canonica, quam ciuilis creata, data, recepta, admissa que fuit, quæ quum ita se habeat, nihil ad rem pertinet quod Princeps dicatur legibus solutus. l. Princeps. ff. de legib. §. si. Inst. quib. mo. testa. in fir. l. omnium. l. ex imperfecto. C. de testa. l. ex imperfecto. ff. de lega. 3. quodque quod ipsi placuit legis habeat vigorem. l. 1. ff. de consti. Principum. §. sed & quod principi. Inst. de iure na. nam de huiusmodi legibus quasi duris & inhumanis Erasimus ad Plutarc. lib. 4. Apoph. quasi detestans sic scripsit, in dictis Antigoni regis Macedonum, quid enim (inquit) aliud dicunt qui occidunt, quod Principi placuit legis vigorem habere, qui negant, principem teneri legibus, qui tribuunt illi geminam potestatem ordinatiam & absolutam, quarum altera possit quod leges, pacta & foedera postulat, altera quodcunque libuit. Alij sentiunt restringi debere (vt & supra attigimus) res, leges ad solemniam & ordinem formamve procedendi in contractibus, in iudicijs, in vltimis voluntatibus (& attigimus etiam de succ. progr. in præfa.) non quod ad alia magis substantialia maiorisque momenti (quale est obseruatio contractuum rerum, acquisitiones aut ademptiones & similia) quid dicendum, & sanè quod attinet ad nostram principalem conclusionem quæ habet regentes (siue illi homines sint siue leges) ad meram populorum ciuiumque vtilitatem institui, hæc obiectio omnino remota est: quia nos loquimur generaliter de regimine Principum, & regulariter quod ad os vel singulas regiones, in quibus ius peculiare & ciuile hac in re nihil innouasse reperitur, cæterum Romanus populus Romanumve ius & imperium hanc rem videtur innouasse, dum tam latè Principibus suis potestatem concessit. Nã & idè foret in reliquis ciuitatibus & gentibus, si tantundem Principibus suis concessissent, quinimò etiam in ipso populo & imperio Romano hæc obiectio nihil mutat, nam vt leges posteriores habent potestatem legum veterum derogandarum, abolendarum, innouandarum, §. sed naturalia. Inst. de iu. nat. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1. l. pacta nouissima. C. de pact. & tamen id ita demum intelligendum est, dummodo posteriores vtilis sint, siue prioribus contrariæ sint, siue non sint: aliter enim vel vim legis non habebunt, vel interea dum vtilis non sunt, executione & effectu carebunt. c. erit autem lex. 4. dist. l. 1. ff. de legib. diximus plenissimè de succ. progressu in præfa. vbi etiam adie-

Intel. l. Princeps. ff. de leg. 1. l. de constin. prin. §. sed & quod principi. Inst. de iure natu. cum simi. l.

adiecimus quod & si ab initio vtilis essent, si tamen postea ea vtilitas cessaret, ipsæ quoque leges quod ad sui executionem cessarent. l. unica, in prin. C. de caduc. tollen. ibi, vt quod bellicalamitas introduxit, lenitas pacis sopiret. † sic ergo in specie nostra, quod Principi placuit animo legis condendæ & habita causæ cognitione, ita demum legis vim habebit quod ad sui executionem si publicè vtile sit, arg. d. c. erit autem lex. & d. l. i. ff. de legibus. nam si vtile non sit in præsentia, si tamen vtilè fore speretur, vim quoque legis habebit, quamuis interea dum ea vtilitas aduentat, & accedit effectu, & executione careat, vt idem ipsismet legibus, quæ initio inuiles forent, eueniret, vt non minus vtiliter quam nouè differuimus in d. præfatione.

2
Principi quod placuit ita de manu habere vim legis si populo vtile sit.

3
Causa infra presumitur in Principe quod ad subditos, non quod ad alios.

† In re autem dubia in huiusmodi principum ac legum diffinitionibus præsumitur iusta causa, & publica vtilitas. Nam quamuis respectu non subditi, & sic contra non subditum, causa in principe non præsumatur: vt notat Panormita. in c. inter quatuor. de maio. & obe. & in c. cum nobis, de testi. Doct. communiter in c. quæ in Ecclesiarum, de consti. Paulus Castr. in cõsi. 158. incipi. viso, & examinato puncto. & tradit latè Carolus Ruinus in cõsi. 123. incipi. visa facti serie. col. pe. vol. 3. & in cõsi. 116. incipi. viso præcepto pœnali. col. vlt. vol. 5. Contra subditum tamen sine dubio secundum magis communem opi. causa in Principe præsumitur, præcipuè, vt diximus, quando Principes clausula, motu proprio: vel clausula, ex certa scientia, vtitur: vt notant communiter Doct. in d. c. quæ in ecclesiarum. vbi latissimè Fely. in 26. col. in 5. conclu. de consti. glo. Bar. & Doct. in l. relegari. ff. de pœnis. Idem Bar. in l. conficiuntur. ff. de iure codicillo. Cynus & communiter alij in l. quoties, & in l. rescripta. C. de preci. Imperatori offeren. & in l. si. C. si contra ius vel vtilita. pub. Inno. in c. ad aures, de temporibus ordinatio. vbi inquit, vani capitis esse, existimare non posse Principem sine causæ cognitione: vel absque causæ expressione aliquid præcipere. Iacob. Butri. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtilita. pub. Bal. in d. l. præscriptione, & in d. l. rescripta. & in l. si testamentum, & ibi Ias. & Doct. C. de testam. & in præludijs seu. in 9. col. & in c. Eccle. S. Mariæ, vt lite penden. inquit, sufficere quamcunque occasionem ad iustificandum Principis beneplacitum, Panormita. in c. si quando. col. fi. de rescrip. & in c. nisi specialis. col. 2. de offic. leg. & in c. cum venissent. col. 3. de iudicijs. & in c. quanto. in 4. col. de iureiu. & in c. cum inter, de excep. in c. cum olim. in 8. col. & in c. in causis, in 2. notabili. de re iudi. Anton. & Imo. & in c. cum inter, de renuntia. & in c. constitutus, de religio. do. & in c. quia pterique, de immunitate eccle. Gemi. in c. grandi. in 2. col. de suppl. ne-

gli. præla. Ange. in cõsi. 319. incip. Sereniss. Princeps. Petrus de Ancha. in cõsi. 279. incipi. vltra alia vt refert Fernandus Loazes, vbi supra, num. 134. & per Raphaellem Fulgosium cõsi. 144. Antoni. & Salyce. in l. ne causas. C. de appell. † Vnde si principi relatum esset, arduam esse controuersiam, cum quis pro rerum suarum defensione alterum interfecisset, vtum id non iniura fecisse videretur, (Fely. in c. 2. numer. 4. de homicidio post multos quos allegat existimante, communemque esse opinio. adfirmante, id non licere, alijs tamen contrarium dissentibus, quales sunt Ias. & Ioan. Orosius in l. vt vim. ff. de iust. & iu. & Carrerius in sua præcti. fol. 106. num. 31. Bernardus Diaz regula 597. quæ pars, secundum Ias. vbi supra, receptor est) certè si Princeps habita causæ cognitione ad definitionem causæ & litis quæ tunc ageretur inter partes, vel etiam si nulla lis esset, sed tamen animo definiendi generaliter, vel sententia sua definisset, vel ita definiendum esse in posterum ad suos magistratus, vel vnum, vel certos ex illis rescripisset, tale homicidium non iniuria factum videri, vtroque casu ea sententia iduè rescriptum legis vim haberet: eiusque exemplum reliqui iudices sequi tenerentur. † Eris est verus sensus ad d. §. sed & quod Principi. & ad l. i. ff. de consti. prin. & ad l. fi. C. de leg. & ad omnes leges de similibus rescriptis mentionem facientes, qualis est l. non iustam. C. ad Treb. l. licet Imperator. ff. de leg. 1. l. si Titio & Mzuio. §. Iulianus. ff. de lega. 2. l. si. ff. de hære. insti. l. cum hic status. §. ait Oratio. ff. de iure dotium. Fallit quando constaret Principem ob gratiam quid simile fecisse, vt d. §. sed & quod Principi. & d. l. i. Vnde nosti † quod debitor pecuniæ, si intra tempus dilationis ad soluendum mutetur pecunia, vel reprobetur, liberatur soluendo antiquam, secundum Bar. in l. quod te, numero 6. ff. si cer. pera. Et est communis opinio, secundum Sozi. ibidem numero 14. Contrariam opinionem dicit ibidem communem Ias. in numero 18. imò quod teneatur soluere pecuniam nouam: allegat Bar. in l. 3. ff. de solutio. Aliam tertiam opinio. tenet Imo. in l. in ratione. §. diligenter. ff. ad leg. Falcid. dicens quoddam est communis, quod si reperiatur pecunia antiqua, ex illa fiat solutio, & si non reperiatur, debet fieri solutio in noua pecunia, & istam tertiam dicit etiam communem Alexand. in d. l. quod te, numero 7. Est alia quarta opinio, quod debemus considerare, an pecunia sit reprobata ante moram vel post moram debitoris, si ante moram, liberatur solutio antiquæ pecuniæ, si post moram, debet soluere de pecunia noua, istam dicit communem opinionem Deci. in d. l. quod te, numero 8. & secundum hanc distinctionem vltimam ista quæstio potest practicari, & ex ea potest dari concor-

4
Principum placita quamdo habeant vim legis.

5
Defendere res nostras an etiam cum nece alterius liceat.

6
Intell. plurimum legum.

7
Pecunia quædo mutatur vs solutio fieri debeat, ardua q.

cordia ad alias opiniones suprà relatas, certe tunc si princeps secundum hanc opinionem, cum lis ageretur inter partes, habita causæ cognitione, pronunciaisset: ea sententia vim legis haberet, idemque si cum lis nulla esset habita deliberatione matura, ita ad vnum, vel quosdam, vel omnes magistratus rescripisset.

8
Confessio illa occidit, sed ad meam defensionem, an scindi possit, ardua questio

Denique si dixi, hominem me occidisse, sed ad meam rerumve mearum defensionem. Bar. in l. Aurelius. §. idem questio. ff. de lib. leg. tenuit, iudicem potuisse diuidere confessionem eam acceptando, quatenus dixi, hominem occidisse me, & in reliquo eam rejiciendo. & Bal. in l. si quidem. C. de excep. est communis opinio, vt firmat & approbat las. num. 13. & ibi Castalijus in d. l. vt vim. Alex. num. 7. in l. i. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. ibi Rom. num. 7. & num. 14. tenet contrarium. & Bald. in l. i. C. de adil. act. Alciat. num. 76. in l. i. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. Socin. in l. non vtique. num. 7. ff. de excep. per Aymon. in cōsuetud. Aluerniz. tit. 12. de successione. arti. l. ad fin. las. in l. i. §. editiones. ff. de edendo. & in d. §. si quis simpliciter. per Felyn. in c. cum venerabilis. colum. 5. de exceptio. sed hac in re, & si vix appareat vtra sit receptior opinio, tamen quod ad pœnam ordinariam, ea confessio non nocet, quod ad pœnam verò extraordinariam, vel adhuc similiter non nocet, vel non aliter nocebit, quàm si pœna modica sit. Si ergo Princeps ita vel rescripserit vel iudicauerit, id rescriptum eãve sententia vim legis habebit.

9
Scripturam presentans qua tenet pro se facere, an scindi possit, ardua questio

In summa, scis quod scripturam presentans in iudicio solet semper apponere clausulam, quod presentat eam in quantum pro se facit, & non aliter, in hac questio. an protestatio profit, determinat Bald. in c. presentium. colum. 1. num. 3. de testibus. quod nihil prodest, imò quod nihilominus parti contrariæ profit, in quo eum sequitur Pau. in l. vnic. colum. 2. C. vt quæ defunt aduoc. iud. supple. vbi idem Bald. hoc tenet, colum. 2. Idem Pau. conf. 81. volu. 1. & Roma. conf. 433. las. in l. i. §. morte. num. 26. ff. de noui operis nuncia. & idem las. in l. certi conditio. §. si nummos. colum. 8. ff. si cert. pet. & hanc dicit communem opinio. Aymon. Crauet. tract. de antiq. tempo. prima parte. c. incip. viso. nu. 72. Sed contrariam sententiam, imò quod talis protestatio profiteam facienti, est opinio Innocē. in c. cum venerabilis, de exceptio. & ibi Felyn. nu. 23. dicit, hanc opinionem esse communem. & idem in c. imputauit. num. si. de fide instrum. & hanc tenet Bald. sibi parum constans in l. vnica. col. 4. de confes. C. & in c. cum dilectus, de cōsuetudine. & hanc etiam dicit communem Ripa in c. cum M. Ferrariensis, de constit. num. 79. & hæc vltima est, secundum eos veterior, recipit tamen tres limitationes, quarum singulæ poterunt esse tres concordia inter has

duas communes opiniones cōtrarias, de quibus vide Deci. in c. cum venerabilis, de confes. num. 22. & Aymon. vbi suprà, num. 68. sed pro parte affirmatiua, quæ etiam in puncto iuris verior videtur, est cōmunis iudiciorum, quibus ipse interfuerim vsus, at si Princeps secundum alterutram harum partium, vel habita matura deliberatione rescriberet, vel cum causæ cognitione sententiam ferret, id rescriptum eãve sententia legis vim haberet, & in summa legis virtus in quatuor consistit. l. legis virtus. ff. de legib. in imperando, in vetando, in permittendo, in puniendo, nonnulli addunt quintum, nempe in declarando & interpretando, & quò ad hæc omnia, principum placita legis habent vigorem, d. l. i. ff. de consti. princ. d. §. sed & quod principi. Instit. de iur. nat. quod intelligendum est, quando iuri naturali, vel gentium tale placitum saltem aliquantulum aduersari videretur, & ab eo recedere, aliter enim si concors & consentaneum ex toto esset, non tam nouum ius ciuile productum, quàm ius naturæ vel gentium, quod iam proditum erat, repetitum videretur. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure, vbi notant Glof. & Doct. præsertim las. facit elegans text. in l. aded. §. cum quis ex aliena. ff. de acquiren. rerum domi. l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testa. Ergo si Princeps eos ciues, qui hostium finibus finitimi essent, iuberet arma vel equos paratos habere ad hostiū impetum propulsandum, id præceptum aut placitum legis imperatricis vim haberet: sin autem ciues vetaret arma, equos, aurum, argentum extra regni fines exportare, id placitum vim legis phibitoria haberet, vt apud nos Hispanos habetur per totum titulum de las cosas vedadas, lib. 6. ordi. quod si placuit Principi, vt bannitos aut exules interficere fas esset, cuique id placitum legis permissoria vim haberet. quod si ei placeret, vt fur in septies duplo puniretur: vt est apud nos Hispanos, id placitum legis punitoria vim haberet: Quæ omnia eandem vim & potestatem assequerentur, ac si lege ritè lata comprehensa fuissent, eaquæ procedunt in tribus speciebus: Prima, quando constat, Principem habere animum legis condendæ. Altera, quando id cum causæ cognitione inter partes litigantes pronunciauit. Vltima, quando lis nulla erat, si cum matura deliberatiõe id rescriptum ad suos magistratus, vel eorum quosdam, vel quendam. Inque his omnibus exemplis si rectè aduertis, inuenies à iure naturæ vel gentium aliqua ex parte recessum, aut declinatum fuisse: nam nullus eorum iure tenetur aut compellitur arma, aut equos paratos habere, nullus prohibetur eo iure arma, equos, aurum, argentum, extra regionis suæ fines exportare, nulli eo iure fas erat exulem bannitumve occidere. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. eoque iure fur simpliciter duntaxat fortasse, non etiam septies duplum resti-

10
Principi placita que non recedunt à iure naturali vel gentium legi vim non habent, vt inductina, sed vt declaratiua

restituere compelleretur. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. l. iure natur. eod. tit. l. nam hoc natura. ff. de statu hominum. §. libertas. Insti. de iure person. quæ duo iura faciunt ad primum & secundum exemplum supra relatam.

Denique si iussit, vt in uia forem pro rerum defensione occidere liceat, vel vt iudici confessionem diuidere non liceat, aut quòd scripturam presentanti eius tenorem diuidere non liceat, vt in exemplis supra relatis, ea quidem non tam ad ius nouum inducendum, quàm ad id, quod iam inductum erat, declarandum spectare fortè viderentur, adhuc tamen legis declaratoriz vim haberent. argum. l. fin. C. de legibus. & Inst. de bonorù possess. in prin.

Istæc autem omnium Principum placita, & similia, ita demum rata erunt, si populo utilia sint, non aliter, vt supra edocti sumus. Utilia autem accipere debemus, ac intelligere fuisse primum, quando de utilitate constat, deinde etiam si sumus in re dubia: quia in Principibus & legibus, vt supra ostendimus, iusta causa præsumitur, quod si notorium esset, esse talia Principum placita populo nocua, non haberent vim legis quandiu nocua forent, nec effectum, aut executionem fortiterentur: quia, vt plenissimè supra ostendimus, ad utilia tantum, non etiam ad cõtraria Principes omnes mundi potestatem, ditionem, & imperium habere videntur, in ciues & populos, quod si quis Principum à populis suis laxius mandatum aut imperium habuerit, id erit ius singulare illius ciuitatis aut Principis. Hoc vnum certò scio, ius ciuile Romanorum nostram interpretationem non solùm commode, sed etiam necessariò recipere. Idem quæ & in iure nostro Hispanorum, vt controuersiarum frequen. Tom. 2. lib. 1. c. 1. disseruimus; per l. 2. tit. 25. part. 4. & l. 8. tit. 4. part. 3.

11
Notoria quæ
habent vim.

Notorium ¶ autem, vbi est Principis placitum, fuisse irrationabile, tunc nõ haberet vim legis, per iura rationesq; supra relatas, & quia notorium se ipsum ostendit, si turpe est, vt inquit Bald. conf. 323. proponitur in prin. volum. 2. quod quæ nulla tergiuersatione cæleri potest, sicuti, vt idem Bald. dicit, nec candelabrum supra montem positum, nec circulus ante tabernam, nec scriptura pro rostris, conf. 21. pocius. col. 1. vol. 1. Paul. Grillan. in tracta. de quaestio. & tortu. in 3. quaest. col. 2. & 3. & ibi quid à manifesto differat: idè sola allegatio sufficit, & quid differat à publico, vide etiam Abb. in c. fin. nu. 7. de maledi. & per l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. ff. ad legem Iuliam, de adulterijs. Quamuis notorium releuet ab onere probandi, non tamen releuet ab onere proponendi, & debet omnino allegari, nota. & in cle. appellanti, de appella. & idem dicit Bald. in l. penult. C. de decu. lib. 10. in l. super longi. col. 3. C. de præscrip.

long. temp. & in l. quicunque, in prin. C. de ser. fug. Burg. in c. cum dilecti. col. 10. de emp. & vend. qui etiam in c. peruenit. col. 2. eodem tit. sentire videtur, hoc verum esse, quando præsumptio oritur ex facto partis proponentis, & est simile in l. si certis annis. vbi idem Bald. C. de pact. quod ex diuturna præstatione causa pariter præsumitur, si tamen allegata sit, & non aliter tradit Felyn. in c. de quarta. colum. penult. de præscrip. & Seyfel. in l. 1. colum. 3. ff. de legi. Et dicebat Pet. de Ancha. in conf. 188. incip. visis consilijs. ¶ Quòd si Papa aliquem prælatum per suas literas motu proprio, propter eius dementiam remoueri præceperit, tale mandatum exequi non debet, si notoriè contrarium apparuerit: & notat Felyn. in c. ad aures. col. 7. de rescrip. Alex. in conf. 215. incip. non obstat. volum. 7. Petrus Paulus Pari. in conf. 82. incip. aduertendum. colum. 8. volum. 1. & consil. 140. incip. in spectis indultis. colum. 1. vol. 4. Carolus Ruinus in conf. 215. incip. quia in hac causa. colum. 9. vol. 1. & Hieronymus Cratus in conf. 158. incip. difficultas presentis causæ. colum. fin. volum. 2. ¶ Ergò si Princeps iuberet, ne aliter acta iudiciaria valerent, quàm si nocte fierent, id quod Imperatorem Aeliogabalum iussisse, Petr. Mes. in vitis Cæsarum author est, tunc id præceptum vt pote notoriè irrationabile legis vim non haberet.

12
Principi præceptum notoriè iniquum non exequuntur.

13
Histo. Aeliogabali Imperatoris.

Denique sunt tres casus inspiciendi. nam præceptum Principis vel legis aut certum est non aduersari iuri naturali vel gentium, aut certum est naturali iuri vel gentium repugnare, aut dubitatur. primo casu talia præcepta vim legis habent. secundo casu non vtique. vltimo casu, quando dubitatur vim legis habere, non desinunt.

Quid enim ¶ si agatur de præscriptione iuris superioritatis? qua in re ius superioritatis posse præscribi contra Principem, tenet Abb. in c. cum non liceat. num. 4. de præscrip. Roma. conf. 371. lafon conf. 283. lib. 2. Dec. consil. 207. dicit communem opinionem Soci. consil. 275. col. 3. lib. 2. sequitur Purp. in l. 1. num. 4. ff. de officio eius.

14
Præscribi an possit ius superioritatis, ardua quæst.

Contrarium vt non possit præscribi ius superioritatis aduersus Principem, tenet Bar. in l. infamem. ff. de publicis iudicijs. Idem in l. 1. ff. de aqua plu. arcen. Idem in l. hostes. ff. de capt. Felyn. in d. c. cum non liceat. col. 4. & in c. cum nobis, de præscrip. laf. consil. 70. lib. 3. Curtius Iun. de feud. 2. part. Communis est, secundum Crauet. de antiquitate temporum parte 4. nu. 72. fol. 169. Purpu. in l. imperium. num. 164. ff. de iuridict. omni. iud. hodiè decisum est per l. fin. tit. 13. lib. 3. ordin. l. 2. tit. de las donaciones. lib. 5. ord. 1. & l. 7. tit. 29. par. 3. vt possit præscribi, quæ sententia etiam de iure communi Romanorum verior est.

Idem ¶ quid si de actione iniuriarum dubitetur? & quidem actio iniuriarum anno tantum

15
Iniuriarum actio quo tempore finiatur, ardua quæst.

D

tantum durat, nisi lis fuerit contestata: nam tunc perpetuatur. Idem si rei machinatione desijt contestari, qua in re sunt duæ cõmunes opiniones contrariæ, per las. relat. in l. si eum. §. qui iniuriarum. nume. 9. & nume. 10. ff. si quis caut.

16

Vendēs rem alienā scienter, an pretiū recuperet, ardua quæstio.

Præterea, † quid si rem, quam venditoris non esse sciebam, emi, & dubitetur de pretio reddendo? & sanè venditor non tenetur de euictione emptori scienti rem alienam, nec debet reddere pretium, communis opinio est secundum las. in l. fin. §. fin. C. com. de lega. Pala. Ruui. in rub. §. 65. num. 65. num. 63. de donat. inter virum & vxorem. Contrariam opinionem dicit communem Aret. in l. emptorem. §. final. ff. de actio. empt. quia alios allegat.

17

Juram. an impediat rescissionem colore lesionu enormissimæ, ardua quæst.

Quid denique si dubitetur enormissimè læsus an venire possit cõtra iuram. † Et quod enormissimè læsus non possit venire contra renunciationem vel actum iuratum, cõmunis opinio est, secundum Alex. in l. stipulatio. hoc modo concepta. num. 10. ff. de verb. oblig. Idem conf. 53. num. 20. lib. 3. & consil. 125. & conf. 42. lib. 1. Cur. Sen. conf. 65. Pari. consil. 26. num. 80. lib. 3. dicit communem. Imol. in c. cum contingat. num. 52. cum seq. de iureiuran. dicit communem las. in l. nam postea. §. si minor. eod. tit. Couar. in c. 2. de pact. in 6. part. 3. §. 4. num. 3. Contrarium tenet Anto. in d. c. cum cõtingat. in 4. casu principali, vbi Abb. num. 13. hanc dixit communem. & Abb. in c. in præsentia, num. 23. vbi Dec. nume. 36. de probat. Deci. conf. 181. num. 3. Rubeus consil. 101. sequitur Couarru. vbi supra. Quæ autem dicatur enormissima læsio, declarat optimè Hieronymus Vereus in d. c. in præsentia. colum. 5. & 17. hoc tamen casu petenda est relaxatio iuramenti ab ordinario loci. Cornel. in auth. sacramenta. colum. 36. C. si aduersus vend. per c. 1. & c. debitores de iureiur. Et ad relaxationem huius iuramenti requiritur citatio partis. Anto. Card. & Imol. in d. c. debitores. Abb. & Felyn. num. 23. in d. c. 1. Felyn. in c. 2. de spon. num. 25. Benedi. in c. Raynutius, in verbo, duas habens filias, nu. fin. de testam. Hippolytus sing. 421. & 450. & hæc est communis, secundum Deci. in conf. qua fronte. num. 2. de appell. Si ergo præceptum principis vel legis fuerit, vt talis restitutio concedatur, vel vt emptor talis malæ fidei pretium recuperet, vel vt ea actio iniuriarum anno finiatur, etiam post litem contestatam, vel vt ius superioritatis possit præscribi, id sanè præceptum, vt vim legis obtineat, par est, quia ea omnia dubium est, an æquitati & rationi naturali pugnent, an verò potius assentiantur, cum istarum rerum sint tantorum tamq; prudentium virorum contrariæ sententiæ. † Et inspecta censura cuiusque regionis, nullius sensus videri debet melior quam sui. Principis, aut suæ legis, sicque ab ijs declaratum, ho-

18

Intell. l. fin. C. de legi.

nestum & vtile reputari debet. l. fin. C. de leg. c. erit autem lex. 4. distin. licet alijs regionibus & nationibus, seu gentibus liberum sit id ita, vel non ita iudicare. Nam (vt supra aduertimus) in principis aut legis dispositione iusta causa præsumitur quoad subditos duntaxat, non etiam quoad reliquos.

Hactenus cum agitur de transgressione iuris diuini, naturalis, vel gentium, quod si de transgressione iuris positiui ageretur, tunc legum & principum par potestas non est, quia leges indistinctè possunt immutare, quod anterioribus legibus cautum fuerat. §. sed naturalia. Instit. de iu. nat. l. omnes populi. ff. de iust. & iu. Sed an princeps id possit? pendet à commissione & concessione sibi à populo facta. † Regulariter tamen Regibus leges etiam positiuæ suæ regionis subesse non videntur, sicq; eas mutare non poterit sine populi consensu, quia ipse non legum Imperator, sed custos, minister & executor esse debet, esseq; intelligitur, vt supra c. 1. & 2. fuisse disseruimus, fallit quando vel nominatim id sibi à populo concessum fuisset, vel quando populus omne imperium & potestatem à se abdicasset, & in principem transtulisset, & his duobus casibus potest intelligi l. 1. ff. de const. prin. & d. §. sed & quod principi. Fallit tertio in rebus modici momenti, in quibus & nouas ferre leges, & veteres mutare principem posse verosimile est, non aduersari populi concessioni. argu. l. scio. ff. de minoribus. & quæ tradunt Bart. & alij in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. dum differunt de statutis conditis à populo subdito. c. terrulas. c. bonæ rei. 12. quæst. 2. c. ceterum. & c. Apostolicæ, de donat. diximus plenè in tract. de succ. resol. lib. 1. §. 7. ornat latè Fernand. Loazes in consil. pro March. Vele. dub. 1. ad finem.

Sed † in quibus casibus leges nouas facere, & veteres mutare ei liberum est, in illis non eget alicuius consensu, aut consilio, aut interuentu, neque in alijs vtcunque arduis, ita tenent Albert. Cynus & Petr. de Bel. per. in l. humanum. C. de legi. Estque communis opinio, vt plenè resoluit Loazes, vbi supra in responsione ad 7. argu. dub. 1. num. 7. pag. 393. Gloss. in c. Anastasius, verb. conc. 19. dist. & in c. fundamenta. §. decet. verb. contingeret. de elect. lib. 6. tenuit Gloss. communiter approbata in c. ad Apostolicæ. in princ. de re iud. lib. 6. & in extrauaganti execrabilis. Ioannis 22. sub tit. de præben. in verb. de ipsorum consilio. & volunt communiter Doctores in rubrica, vbi Andr. Sicu. Felyn. Philip. Dec. Ioan. Franc. de Ripa, & Andr. ab Exea, hanc, inquit, esse communem opinionem de constitutione. Host. Anto. de Butrio, Panor. & communiter alij in c. ex gestis, de cle. non resid. Idem Albe. de Rosat. in l. quidam decedens. §. Papi-nianus. col. 3. vers. sed an Papa. ff. de administ. tu. Pet. Rauen. in conclusionib. suis, in 7. col.

19

Princeps an possit leges mutare, vel nouas condere quod non regulariter, est q; ardua q.

20

Leges ferre potest Princeps sine vllius consilio.

Martia-

Martinus Landens. in tract. de Card. in 45. q. Paulus de Castren. in l. fin. post Barto. Bald. & Doct. ibi. C. de legib. & in l. fin. ff. eod. tit. & in conf. 4. 4. incip. in facto present. col. pen. volum. 1. Andr. Siculus sibi contrarius in conf. 1. incip. ex sacris. colum. 9. vers. vlt. vbi hanc dixit esse communem opinionem. vol. 1. Lucas de Penna in l. omnes iudices. in 13. colu. C. de curio. lib. 10. Antonius de Rosellis in d. suo tractatu de consilijs, in tit. seu quæstio. incip. sententia, quæ potius attendenda sit Papæ solius aut totius concilij, colu. 8. vers. nota quod dicit, in fine las. in d. l. placet, in prima lectione, in 3. col. in princ. C. de sacrosanct. Eccles. & ibi Petrus de Bergnia in additio. ad Iacobum Butrigarium, vbi hanc dixit esse communem opinionem. Augustinus de Anchona in tractatu de potestate Ecclesiæ, quem refert, & sequitur Archiepiscopus Florenti. in tertia parte suæ summæ, tit. 22. c. 5. §. 5. Prædictam etiam opinionem tanquam communem tenet Rochus de Curte in c. fin. col. 9. de consuet. & glo. Pragmaticæ factionis, hanc, inquires, esse communem opin. in tit. de auth. generalium conciliorum, conf. 23. in verbo, concilio, & in tit. de numero & qualitate Cardinalium. fol. 86. in glo. in verb. Collaterales. Thomas Parpalia in d. l. placet. in 30. col. Claudius de Seyssel. aliàs de Aquis, in suo feudorum speculo, in titulo, qui feudum dare possunt, in 6. col. Philippus Dec. in c. edoceri. in penul. col. de rescriptis. lo. Crotus de Monteferrato, qui hæc communem dixit esse opinionem: & ab ea in iudicando atque consulendo non esse recedendum, in rubrica de constit. lib. 6. qui alios allegat: hæc quod ad formam legis à Principe ferendæ, qui consiliariorum interuentu non eget ex necessitate, sed consilio duntaxat: argu. d. l. humanum, cum supra latè congestis. Verum quoque est, idem fore & quod ad legis substantiam & firmitatem à Principe latæ, etiam si legibus positivis anterioribus repugnet, quæ in re dubia utilis non solum præsumitur, sed etiam esse intelligitur, quandiu contra bonos mores aut ius naturale vel gentium aperte non est, vt tradit Bald. in l. non omnium, per text. ibi. ff. de legib. Idem in l. de quibus. col. 10. eod. tit. Andr. Tiraquel. de vtroque retra. in præfa. num. 75. per l. 1. §. initium. ibi, quia moderatam hanc ætatem prætor ratus est, vbi not. gloss. ff. de postul. Decius conf. 563. duo dubia facit l. prospexit. ff. qui, & à quibus. dixi de succ. crea. §. 2. lib. 1. num. 7. Ergò dum non solum plures, sed innumeri ferè eorum, de quibus supra mentionem habuimus, tenuerunt, Principes sui natura (hoc est, eo ipso quod à populo creantur) posse novas facere leges, & veteres innouare, ab eis cauendum est, cum regulariter verius sit neutrum facere eos posse, nisi expressim, vel tacite, vel verosimiliter eis concessum esset, vt fuit in Principe Romano.

SUMMARIUM.

1. Princeps contrahendo cum subditis manet obligatus naturaliter, & ea obligatio est efficax etiam ad agendum, adeò, vt nec de potestate absoluta possit ab ea discedere.
2. Princeps contrahendo etiam civiliter obligatur contra communem opinionem.
3. Intellectus l. princeps. ff. de legib. cum firmi.
4. Principes regulariter non sunt legibus soluti.
5. Principales conuentiones non habere vim legis, contra communem opinionem.
6. Intellectus l. donationes quas diuus. C. de donat. inter virum & uxorem.
7. Princeps cum incapace scienter contrahendo, eum habilem facit.
8. Principem non posse vnum oppidum, aut urbem alienare, contra quamplures Doctores.
9. Iurisdictione concessa, an veniat etiam merum & mistum imperium, ardua quæstio.
10. Iurisdictione cum littera c, an iurisdictione sine littera c, concedatur, nil interest, nona declaratio.

CAPVT III.



ET IN primis ex superioribus colligitur, quod respondendum sit, quum quæritur, ¶ an ex contractu cum subditis inito Princeps obligetur. Nam eum naturaliter obligari omnes admittunt, civiliter autem non vti que. Ita Bald. & communiter alij in l. 1. ff. de pact. Idem in l. Princeps legibus. ff. de legi. Idem Bald. in l. final. C. de transact. & in l. si aquam. C. de serui. Doctor. communiter in c. 1. de consti. Bald. C. de cond. ob caus. in l. si pecuniam. Idem Bald. & alij in l. ex imperfecto. C. de testa. & in auth. omnes peregrini. C. commu. de succ. colu. final. Ludouicus Romanus consil. 352. Philippus Decius in c. 1. colu. 1. de probat. Archi. Tarracon. vbi supra, pag. 29.

Ea tamen obligatio naturalis obligat eum efficaciter, vel utilis & efficax est, etiam ad agendum, vt videtur esse communis Doctorum opinio, quam tenet Antonius Butrius colum. penul. in c. quæ in Ecclesiarum. vbi communiter reliqui de constit. & ibi Panormitan. colum. penult. Bald. in c. 2. colum. fin. de noua forma fideli in feudis. Fernandus Loazes, vbi supra, pag. 29. Idem in l. filius familiaris. §. diui. ff. de lega. 1. in 4. q. Bart. in 7. limi. col. 47.

Manetque Princeps tam efficaciter obligatus, vt nec de potestate absoluta ¶ possit à tali contractu recedere, aut illum vlla ex parte violare, vt est vera & communis sententia, quam tenet Philippus Decius conf. 528. Idem Decius conf. 600. Idem in c. 1. lect. 2. de consti. id quod etiam tradit Bart. in l. omnes populi. in 3. quæst. principali. ff. de iust. & iu. Doct. communiter in d. c. 1. de probat. Bal. & Paulus

1
Princeps contrahendo cum subditis manet obligatus naturaliter, & ea obligatio est efficax etiam ad agendum, adeò, vt nec de potestate absoluta possit ab eo discedere.

2
Princeps contrahendo etiam civiliter obligatur, contra communem opinionem.

de Castro. in l. fin. C. de transact. Idem Bald. in l. qui se patris. C. unde liberi. & in c. 1. in 4. col. de allodijs. Idem Bald. in consil. 318. incipi. examinato puncto. colum. final. volum. 1. Paulus de Castro in d. l. digna vox. C. de legib. & in consil. 317. incipi. viso & examinato puncto. col. fin. vol. 1. Alexand. conf. 101. incip. visis instrumentis. col. 2. vol. 1. & in consil. 361. incipi. nec arguendi sumus. vol. 2. Andr. Siculus in conf. 20. incip. pręclare. colum. 5. vol. 2. Bartho. Soc. in consil. 86. incip. visis capit. colum. 4. Ias. in consil. 1. colum. 8. volum. 1. & in consil. 86. incip. in causa reuerendi domini Gentilis. col. 5. vol. 3. Ioannes Crotus de Monreferrato in d. l. omnes populi. colu. 21. in fine. ff. de iusti. & iure. Ioann. Igneus in d. repetitio. l. donationes, quas diuus. in 3. col. Carol. Ruinus in consil. 35. incipi. in causa feudali. colum. 7. vol. 1. Ioan. Ant. Rub. Alexan. in consil. 128. incip. viso diligenter. in 2. col. & in consil. 196. incip. circa primum dubium. in penul. colu. & Ioan. Iacob. de Leonardis in quodam suo consilio posito inter consilia feudalia Alberti Brunii 114. in ordine incip. altissimi Redemptoris. in 13. colu. traduntque plenę Ferdinandus de Loazes in d. suo consilio, pag. 31. & Ludouic. Rom. & Phil. Decius ille in conf. 352. hic in c. 1. col. 1. de prob. Sed si verum amamus, quod nostrates aiunt, principem naturaliter subditis ex contractu obligari, verum est. Deinde, quod aiunt, eum contractum nō posse violari, etiam de plenitudine potestatis, verissimum quoque est, quod verō tertio loco affirmant, ciuilitate nō obligari, sed naturaliter tantum, id suspectum esse, vel ex eo apparet, quod, (vt supr. plenę edocemur) Princeps legibus positivis suę regionis aut populi subest, nec per ipsum principatus interuentū aut obtentum desijt esse vnus ex ciuibus, sicq; in contrahendo iure priuati vtitur, nec est legum Imperator, sed custos, minister, & executor, quod munus non quo minus, sed quo magis legibus alligetur, efficit, vt supr. diximus c. 1. & 2. Nec huius inuestigationis leues erunt, aut pauci effectus. Nam si procurator fortę fiscalis fisci nomine ante tempus petierit, duplicabuntur ex ciuili lege & obligatione inducię, quę ex sola naturali obligatione non forent duplicandę, vt id & reliqua colliguntur ex tit. Instit. de pœna temerę litigan.

† Nec ad rem pertinuit, quod princeps legibus solutus dicatur, l. princeps legibus. ff. de leg. cum simil. supr. alleg. nam vel id ius peculiare est in principe Romano duntaxat, nō sic in reliquis mundi principibus, eum vt superiorem non recognoscentibus, de quibus egimus, vel etiam ipsemet princeps Romanus legibus alligatus est, quandiu ipsę per eum immutatę aut abolitę non sunt. Et in hac sensum eum legibus solutum dicimus, & eas abrogare potest ad Reip. vtilitatem, & ad vtrunq; horum duorum sensuum possunt

& debent aptari, d. l. princeps. l. 1. ff. de consti. princ. §. sed & quod principi. Inst. de iur. nat. l. ex imperfecto. C. de testa. l. ex imperfecto. ff. de lega. 3. §. fin. Instit. quibus mod. test. in fit. cum simil. Estque tertius sensus, vt procedant quod ad omnes solemnitates, formas, vel obseruationes iudiciorum, contractuum, & vltimarum voluntatum, quas prętermittere potest princeps, non quod ad efficaciam, fidem & effectum. sicque quod ad modum ineundi, non quoad vim & effectum, postquam sunt in eo producta, vt & supr. attigimus, & plenius de succel. crea. §. 26. cum seq.

Illud autem non solum notandū, sed etiam admirandum est, quod tam efficaciter princeps ex contractu obligatur, quod cōventiones cum principe factę, & cum quocunque alio legis condendę potestatem habente, legis vim habent, & tanquam leges in iudicio alligari possunt, & ab omnibus, qui ipsius principis legibus ligantur, obseruari debent, vt est text. notabilis in d. l. donationes, quas diuus. ibi, vt potē imperialibus contractibus legis vicem obtinentibus. C. de donat. inter virum & vxorę, quem ad hoc ibi notant Cy. Bar. Bald. & cōmuniter alij, & est similis text. in d. l. Cesar. & ibidem Bart. & Docto. notant ff. de publi. Idem Bar. & alij in l. sicut, in prin. ff. quod cuiusq; vniuersi. & in d. l. ciuitates, in prima colu. ff. si cert. per. & in l. 4. §. si actori. & ibi Roma. & Paul. de Castr. ff. de re iudi. & in d. l. prohibere. §. planę. ff. quod vi aut clā. Raphael. Cuma. in l. cōtinuus. §. cum quis. ff. de verb. obl. & Ias. in l. quoties. col. 2. C. de rei vendic. in quibus locis dicunt, atque concludunt pręfati Doctores, pręcipuę Bart. in d. l. donationes. & in d. l. Cesar. quod si princeps pacta aliqua cum ciuitate fecerit, talia pacta possunt in iudicio cōtra quoscunq; tanquam si vna esset lex, vel vnum esset statutum, allegari, & quod iudices tenentur illa obseruare, sicut tenentur leges & statuta ciuitatis & regni ad vnguem sequi & custodire: quos refert & seq. Ias. in consil. 1. colum. 4. volu. 1. Alber. Brunus in consil. 1. incipi. omnipotentis Deī. Francischinus Curtius in conf. 174. volu. 2. & Marianus Soz. Iun. in conf. 65. vol. 1. vt refert & sequitur Archiep. Tarracon. doctissimus in d. conf. pag. 35. ipsamque ipsius verborum formulam idē expressi, quod mihi hac displicent, ne quicquam addere viderer, monstrō enim simile esset, si huiusmodi contractus, qui in penetralibus domus plerunque fiunt, legis vicem obtinerent, sicque omnes ciues ligarent, omnibusque inscijs atque ignaris nocerent, cum leges promulgari idē iubeantur, per auth. vt fact. nouę const. vt omnibus innotescant, sicq; matura cum deliberatione magnatumq; consilio fiunt. l. humanū. C. de leg. meritō ergo eas leges clādestinas appellaremus, si tales cōtractus pro legibus essent, ijs ergō

5
Principales
conventiones
non habere
vim legis cōtra cōmunes
opinionem.

3
Intel. l. princeps. ff. de legib. cum simi.

4
Principes regulariter non sunt legibus soluti.

ergo opinionibus repudiatis, ut potè populis, regnis, regentibusq; inimicis ac nociuis, nulum mouere debet. † d.l. donationes, quas diuus. cuius sensus est, quòd vt omnes contractus inter ipsos contrahentes inuicem legis tenere dicuntur. l. contractus. ff. de reg. iu. c. contractus. eod. tit. lib. 6. l. legem quam. C. de pact. l. 1. §. si conuenerit. ff. de positi. Ita & contractus Principis quòd ad ipsum, & eum, eòsue, qui cum, aut quibus cum contraxerit legis vicem assequetur, reliquis verò nec proderit nec oberit. nec tale exemplum reliqui iudices sequi debent. Hoc amplius in eo principis contractu erit, † quòd si sciens ac prudens cum prohibito aut incapaci vel inhabili contraxerit, videbitur cum eo dispensare, eumque reddere capacem habilemque ad talem contractum, vt enim lege positiua is impeditus inhabilitatusq; erat, ita & alia lege positiua (hoc est, principis indulgentia) capax & habilis, remoto legali impedimento, factus est, d.l. princeps legibus. d. l. 1. ff. de constit. prin. d. §. sed & quòd princ. Instit. de iur. nat. iuncta l. omnes populi. ff. de iust. & iu. §. sed naturalia. Inst. de iu. nat. Vnde & si regulariter donatio inter patrem & filium in potestate prohibita sit. l. donationes quas parentes. C. de donat. inter virum. tamen si fiat à principe, valebit, per d.l. donationes quas diuus. isue contractus habebit vim legis, non quidem quòd ad hoc, vt reliquis prater contrahentes is contractus (vt Doctores falsò opinantur) vel noceat vel profit: sed quòd ad hoc vt impedimentum legale per ipsius Principis interuentum cesset, nò secus quàm per legem etiam posset remoueri. Simillimum est in terminis. l. omnium. C. de testa. vt plenè dixi de success. crea. §. 26. Denique si quis pertinax hunc sensum ad d.l. donationes quas diuus, cum similibus, admittere nollet, ei que satisfacerem negando ius ciuile Romanorum ijs legibus relatum ad aliquos orbis principes, qui Romano imperio non subsunt, trahendū esse, cum tale ius sic perperam intellectum, esset ab omni ratione alienum, nec eius exemplum imitari aut sequi reliquas prouincias oporteret.

Secundò ex superioribus etiam colligitur, † an vera sit communis opinio existimatum posse principem vnum oppidum, aut urbem regni sui alienare, quam tenent Bar. conf. 189. Cyn. & Alber. in l. digna vox. C. de legi. & alij quàm plures, quos adduximus de succ. crea. §. 26. num. 83. quibus adde Fernand. Loazes in d. consil. pag. 75. qui ad c. intellecto, de iureiurand. vbi contrarium probari videtur, respondent procedere, quando alienatio cederet in magnam & enormem regni læsionem, non ita si in modicam tantum. Sed istorum opinio regulariter in omnibus orbis principibus vera esse non potest, nam iuri alieno quifquam nec in minima parte lædere potest.

l. id quod nostrum. ff. de reg. iu. l. iure naturæ, eod. tit. l. nam hoc. ff. de cond. in deb. id quod pater ad sensum naturalem, & querere legem, vbi naturaliter sentimus, nihil aliud est, secundum Philosophum, quàm infirmitas intellectus. Id quod si reliquis non licet, ipsis principibus quidem, qui ad ciuium vtilitatem & tutelam admissi sunt, non ad vtilitatem regentium, longè minus licere debet, vt supra fuse c. 1. & 2. ostendimus. Nec etiam si supremam iurisdictionem princeps retineat, quifquam proderit, quia eo ipso, quòd ordinariam alienauit, à seq; abdicauit, & iuribus regni sui non leuiter nocuit, & (quòd deterius est) ipsis popularibus, qui alienati sunt, vehementer nocuisse, eosque læsisse videtur, quibus ingens dedecus & ignominia est inferioribus à principe subesse, vt ostendimus supra in præfa. num. 26. nec id fas erit, etiam si fiat ob publicam necessitatem subleuandam, nam si publica (hoc est, totius regni, aut regionis) est necessitas & vtilitas, ea cum publica (hoc est, omnium regnicolarum) iactura & impensa reputari aut comparari debet, non cum quorundam tantum incommodo. d. l. nam hoc. d. l. iu. nat. c. quòd omnes. de reg. iu. lib. 6. multa in simili per Dec. & Cagnol. in d. l. iur. nat. quòd obtinet quòd ad omnes mundi principes regulariter. Fallit, in quibus regnis, principibus hanc ad rem potestas data est, quæ, an castellis aut regibus data fuerit, apparebit ex l. 5. tit. 15. part. 5. & l. 9. tit. 4. part. 5. l. 8. tit. de los emperadores. part. 2. l. 1. tit. 17. parte secunda. Quòd intelligendum, quando in minorem fieret alienatio, vt illic edocebimur, idque temperabis, vt valeat quidem alienatio, si fiat ex magna Reipublicæ necessitate, ita tamen, vt totum regnum postea contribuat ad oppidum alienatum redimendum.

Tertiò colligitur ex superioribus, † quid respondendum sit in illa ardua quæstione, qua controuertitur, concessa per principem alicuius castri iurisdictione, vel etiam vrbis, an merum & mixtum imperium concessum videatur, an verò ordinariam & simplicem iurisdictionem, quæ detractò mero & mixto imperio intelligatur, qua in re communis opinio est, merum etiam & mixtum imperium concessum esse, vt firmat Andr. ab Exea, in l. 1. ff. de iuris. om. iud. vers. sed maior est hæsitatio, quæ defendit Alciat. in c. quòd sedem, de offi. ord. & Barb. in rub. de rescrip. col. 3. Carolus Ruin. conf. 161. quia vt proponitur. nu. 8. lib. 5.

Contrariam tamen partem, vt simplex tantum iurisdictione contineatur, concessaque videatur, tenent Ias. & Longoualius in l. imperium. ff. de iuris. om. iud. & Andr. ab Exea, vbi supra, qui eò potissimum mouetur, quòd talis concessio permessa non sit Regibus. d. c. quanto, de iureiurand. sed sanè nostra quæstio non est de potentia, sed tantum de voluntate,

9
Iurisdictione concessa, an veniat etiam mero & mixtum imperium, ardua q.

6
Intell. donationes quas diuus. C. de donat. inter virum & uxorem.

7
Princeps cum incapace scilicet contrahendo eum habilem facit.

8
Princeps non posse vnum oppidum aut urbem alienare contra quàm plures Doctores.

tate, nec est quæstio de toto, sed de quanto. itaq; in quibus casibus ea alienatio valet, superest quæstio quo vsq; se ea concessio extendat & progrediatur, & vtriusque partis fautores conuenire videntur, vt in quibusdam speciebus ad meram & mistū imperium ea concessio porrigitur. Prima quando fieret motu proprio, quibus tunc adde Ang. & Ias. in l. fin. ff. de constitu. prin. Purp. in d. l. imperiū. col. 15. Altera species est, quando dictum esset integro statu eam cōcessionem fieri, secundum Andr. ab Exea, vbi suprà per l. 2. C. de bo. vac. lib. 10. Tertia est, quando dictum fuisset pleno iure. Quarta, quando mentio facta esset de omnimoda iurisdictione, secundum eundem. arg. cle. vni. in verb. omnimodo, de foro comp. vbi Glo. † Ultima species, quando esset dictum iurisdictionem concedi, quia tunc inspecta ipsius sermonis proprietate, quod componitur à ditione (hoc est, imperium & iuris) videretur concedi plenissimam iurisdictionem, quæ non modò simplicem iurisdictionem, sed etiam merum mixtumq; imperium comprehenderet, cōstat enim hanc vocem Ditio idem quod Imperium significare, ita docemur à Virgil. 1. Aeneid.

10
Iurisditio cũ
litera c, an in
risditio sine
litera c, conce
datur, nil in-
seress, nona
declt.

Quartum vastabat Cyprum victor ditione tenebat.
Vt per Vdalric. Zasium & Andr. ab Exea, in l. 1. ff. de iu. omn. iud. per Claudium Canti. de officio iudi. c. 6. Eguina. Baro. in d. l. diuersum esse videretur, si iurisditio (adiecta in Orthographia litera c.) concessa esset, quasi tunc sit actus cuiusque iudici vel ius dicenti congruens) cum componatur à verb. Iuris & verbo Dicitio) sicq; satis sit vt simplicem iurisdictionem comprehendat ea concessio. Sed hæc differentia parum verosimilis est, vsitatissimum est apud omnes probatos authores sermonis Latini indifferenter verbum illud, Iurisdictionem, interdum adiecta litera c. scribere, interdum ea litera detracta, & vtroque casu est idem sensus: quia vt ius dicere frequentissimè dicimus, ita & iura dare sæpè reperitur in eundem sensum, vnde vox illa, Iurisditio (detracta litera c.) cōponitur à ditione (litera a mutata in litera i.) & à iuris, sicut & verbum, Tango, tangis, componitur, dicimus, Attingo, Contingo, &c. quòd si vox illa Iurisditio scribatur adiecta litera c. tunc componitur à voce & verbo Dico (vnde dicitio) & à voce Iuris, vt in l. si filius qui patri. ff. de vul. ibi etenim iurisdicentis propositum est, id est, prætoris, & tamen constat, prætorem merum & mixtum etiam imperium habuisse.

Hac ergò differentia prætermissa, quòd ad quæstionem propositam potissimùm inspiciendum est præiudicium ipsorū vasallorum, qui alienantur, & ipsius etiam domini alienantis, & quom (vt in præcedenti articulo attingebam) subditis dedecus sit, & ignominia & pecuniarium damnum non leue, in dominum inferiorem, & minus potètem alienari,

qui (vt docet experientia rerum itragistra) solet esse exactor acerbior, quàm dominus potentior foret, superest vt si vasallorum alienatio fiat in potentiorum dominum, quàm erat alienans, (cæteris paribus) ij vasalli læsi non videantur, idem si erat æquè potens, quòd si erat pauperior ac minus potens, læsi videantur, sicque duobus primis casibus lata fieri poterit interpretatio, vt etiam merū & mixtum imperium comprehendatur, iuxta proprietatem verbi latè sumpti: arg. §. sed quoties. Institut. de iure natu. l. re coniuncti. ff. de lega. 3. Tertio verò casu quando in minus potentem alienatio facta fuit, stricta fiat interpretatio, referaturq; ad simplicem tantum iurisd. vt sic subditorum læsio minor sit, quàm foret si ad merum quoque & mixtum imperium referretur. Agnosco tamen, præiudicium quoque & qualitatem concedentis inspiciendam esse, & etiam illius, in quem fiebat concessio. vnde iudicis prudentiæ & arbitrio hac in re plurimum relinquendum est.

SUMMARIUM.

- 1 Donare an Principes & Reges possint res suorum regnorum, ardua quæst.
- 2 Merum quid significet.
- 3 Iure natura omnia erant communia.
- 4 Princeps etiam ob publicam vtilitatem oppidum nequit alienare, contra quamplures Doct.
- 5 Princeps res regia coropæ non alienat, nisi in casibus.
- 6 Papa non potuit alienare castellum Perusin. contra Doctores.
- 7 Imperator non potest castrum ciuitatis alicui concedere, contra Doctores.
- 8 Principi non erit miserrima conditio, licet nequeat oppida alienare, contra Doct.
- 9 Princeps oppida alienare nequit, licet retineat sibi iurisdictionem, contra Doct.
- 10 Principum, Regum, Imperatorum potestas non est legibus enodata, aut anormala, contra nouis.
- 11 Princeps an pro pace consequenda possit remittere damna priuatis illata, ardua quæst.

CAPVT IIII.



VINTO ex superioribus colligitur, an vera sit sententia Bart. in conf. 179. incipi. ciuitati Camerini prouincie Marchie, &c. Alberi. de Rosatis post Cy. in l. digna vox. C. de legi. & in l. iure nostro, in princ. col. final. in fin. ff. de testa. tutela. existimant enim ibi posse Reges ac Principes res suorum regnorum donare, & ad hoc successores suos obligare. Idem tenet Specula. in titu. de instrumentorum editione. §. nunc autem videndum, in fine Signorolus de Homodeis, in conf. 26. incip. quæstio talis est. Bald. in præludij feudorum. in 7. colu. & in 1. constitut. C. in 4. colu. & in l. 2. vers. nota tamen. C. de commu-

1
Donare an
princeps et re
ges possint res
suorum regno
rum, ardua
quæst.

commun. rer. alie. vbi inquit, posse principē iura fiscalia donare. Idem Bald. in l. 1. in fin. C. vnde cognati. & in l. 1. §. 1. ff. de offi. praf. vrbis. & in l. si certarum, post Barto. ibi. ff. de testam. mil. vbi cōtendunt quod licet Imperator non possit quotam imperij, puta dimidiam, vel tertiam, aut quartam partem alicui donare, potest tamen aliquas res particulares, puta oppidum, castrum vel ciuitatem, cui voluerit, concedere. Idem tenet Bal. in l. cum multa, quem ibi in hoc communiter sequuntur Doctor. C. de bonis quæ libe. vbi differunt quod quamuis Papa non possit vnam magnam atque preciosam ciuitatem sine Cardinalium consensu alicui in feudare, poterit tamen ciuitatem non ita preciosam & magnā, & multo fortius oppidum seu castrum alicui benemerito donare. Idem tenet idem Bal. in consil. 159. incip. super eo quod quæritur. colum. penult. volum. 3. vbi tradiderunt, posse regem militibus suis donare castra & alia sui regni oppida, atque alia regni sui iura. Idem tenet Oldra. in consil. 94. incip. eleganter circa negotium, & in consil. 252. incip. ad quæstionem. Ioan. Andr. & Doct. in c. grandi, de supplenda negli. præl. & in additio. ad Speculum. in tit. de iurisd. omn. iudi. in magna additione. Feder. de Senis in consil. 220. Paulus de Castro in consil. 74. incip. si frustrā disputaretur. Panormit. in consil. 3. incip. nitar in præsentī causa. in 18. col. in fine, in 26. q. in 2. volum. Antonius Corsetus in tractatu de potestate & excellentia regia, in 4. & 75. q. Ioan. de Imol. in rub. ff. de verborum oblig. in 6. col. & in cle. vnica. col. fin. de iureiurand. Ioan. de Anania in consil. 81. incip. viso instrumento. vbi ex professo affirmant, ducem Mediolani potuisse donare ciuitatem Astensem: quia secundum eos, talis donatio non continebat magnam Ducatus diminutionem. Idem tenet Ioan. Ray. & Andr. de Ifern. in c. imperialem. §. ita tamen, de prohibita feud. alienat. per Federicum, & in titul. quæ sunt regalia. & ibi Matthæus de Afflictis, in 7. col. Guilielmus Ocham. quem refert & sequitur Iacobus Almayn in tractatu de suprema potestate laica. c. 3. Iacobus Aluarotus, Martinus Laudens. & Præpositus Card. Alexand. in c. primo. in princip. in 6. colum. qui feudum dare possunt. Idem Card. in præludijs feudorum. Alexand. in l. filio quem pater. in prin. in fi. col. ff. de lib. & posthum. & in consil. 1. in fin. col. & in consil. 24. incip. ponderatis his, quæ in themate narrantur. col. fi. vol. 5. Ioan. de Platea in l. prædia. C. de loca. prædi. fisca. lib. 11. Lucas de Penna in l. 1. C. de petitis bonorum sublati. lib. 10. & in l. quicunque de omni agro deserto, eod. lib. & in l. 1. C. de capitatione ciuium. lib. 11. Andr. Sicul. in consil. 3. volum. 2. Bartho. Soz. in consil. 4. incip. super quæstione quæ vertitur. col. 6. vers. quinimò etiam bona & castra. vol. 3. Felyn. in c. ad audientiam, in 1. & 2. colum. de rescript. & in

c. 1. in 3. col. de probatio. Petrus Belluga. in suo principum speculo. in rub. 8. in 3. & 4. pagin. vbi inquit, in quæstione facti se respondisse donationem de ciuitate Sugurbina & alijs oppidis per serenissimum Regem Aragonum, Inclito infanti Henrico, ob bellorū necessitatem factam valuisse. & voluit etiam Rochus de Curte in tract. de consuetudine, in 95. colum. in 6. conclusionem. verflimita modò prædictam conclusionem. Matthæus de Afflictis in præludijs feudorum, in 12. colum. & in præludijs constitutionum Neapolita. in 24. quæst. las. in l. 1. colum. 3. ff. de constitut. principum, & in Procemio seu præludijs feudorū, in 28. colum. & in consil. 56. incip. circa primum. colum. 2. volum. 1. & in consil. 227. incipi. pro enucleanda præsentis consultationis veritate. colum. 5. versic. 5. facit. volum. 2. & in consil. 10. incipi. videtur prima consideratione. colum. 2. volu. 3. Claudius de Seycello in tit. qui feudum dare possunt, in 3. & 4. colum. Philip. Deci. in consil. 191. incip. in causā quæ agitur. colum. 1. volu. 1. Alber. Brunus in consil. 51. incip. in casu isto Montalbus foro legum, lib. 3. titu. de las donaciones. l. 9. Carol. Ruinus in consil. 91. incip. quæritur, & in dubium reuocatur. colum. 2. volum. 1. & in consil. 25. incip. viso legato. colum. 6. volum. 2. Petrus Pau. Parisi. in consil. 27. incip. in præsentī consultatione. colum. 2. volu. 1. Stephanus Bertran. in consil. 96. incip. dicit Oldra. & in consil. 92. incip. etiam si ex his. col. 1. vol. 1. Anto. Capytus in decisionibus Neapo. decisione 121. incip. in causā officij conseruatoris. in 1. colum. & Restaurus Castaldus in tract. de Imperatore, in 104. quæstione. & dixi in repetitione d. l. omnium. Sed isthæc omnia suspecta esse, vel illinc appareat, quod regna vt cunquæ potentissima, liberrima, nullumque superiorem recognoscētia, & ampla nihil aliud sunt, quàm merum imperium, vt testatur l. 2. tit. 25. partit. 4. & l. 18. titu. 4. partit. 3. vbi notat Gregorius Lupus, & patet ad sensum quandoquidem in eo duntaxat quæstio esse solet, an regna & reliqui principatus equari possint imperio, non an illud excedere aut transgredi fas sit.

Merum † autem imperium nihil aliud est, quàm habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur. l. imperium. ff. de iurisdictione omni. iudi. idque perfectum & merum imperium esse dicitur, vt ibi, & Festus ait, merum pro puro, hoc est, nullius alterius rei misturam habente, accipitur, vt merum aurum, in quo nihil sit alterius metalli. Plinius lib. 33. c. 1. Mero auro decorabāt, sic meras nugas, in quibus nihil serij esset, Cicer. ad Att. lib. 6. appellauit. hinc merum ius l. 3. & illic Bald. C. de obsequijs patro. præstant l. inter tutores, in prin. C. de admi. l. sequitur. §. si viuam. ff. de vsucap. Mera interpretatio. l. fin. C.

²
Merum quid
significet.

de legi. Mera liberalitas. capitu. statutum. §. in super. de rescrip. in 6. Mera fides. l. omnium, in prin. C. de testam. Mera & plena veritas. e. qualiter, & quando, in fi. extra de accusa. Merum factum. l. qui res. §. mihi Romæ, cum simi. ff. de solut. Merum ius gentium. l. bona fides, in prin. cum alijs. ff. depositi. Mera pœna. §. ex maleficijs. Instit. de actio. & l. vnica in finali- bus verbis. ff. si quis ius dicen. nō obtempera- ue. Merum ecclesiasticum crimē, caput inquisi- tionis. §. prohibemus, de hæreti. in 6. Merum prætoris & Merum iudicis officium. Inst. de diuisio. stipul. §. iudiciales. §. & prætoriz, & cum similibus §§. legis quintæ. ff. de verbo. oblig. sic imperium merum dicitur, non qui- dem ea ratione, quia liberum sit, sed ea ratio- ne, quia purum est, sine cuiusquam rei mistura, & sic sine vlla tyrannidis mistura, & conse- quenter pertinens ad solam iurisdictionem interciues exercendam, non ad eorum vtili- tates subuertendas, sic vt profit eis, non vt ob- sit, & id est verum & purum imperium, re- gnum, principatus, potentatus, reliqua verò quatenus hinc abscesserint, eatenus imaginē tyrannidis non dubiam præferent, quam- nis superiores quoque minus tutas magisque tyrannas sententias doctiss. Arch. Tarroc. vbi suprâ, sequatur, cuius verba ad vnguem ideò retulimus, quòd ab eius sententia discessuri eramus, ne quicquam ei falso adscribere vi- deremur. Nostraque sententia contra eum, & reliquos suprâ relatos confirmatur. Nam ini- tio rerum gentes viuebant sine legibus ac re- gibus, & omnia erant communia, & vt in- quit Macrobius primo saturn. nec signare so- lum, aut partiri limite campum fas erat, in medium quærebant. † omnia deque illo iure nemo poterat dicere quod aliquid esset sibi proprium. c. ius naturale. i. dist. cum simili, vt per Cal. in consi. 4. an valeat statutum, circa medium.

3
Iure nature
omni a erant
communis.

Nec dum erant inuenta, seu cognita domi- nia rerum, nec etiam possessiones, & conse- quenter nec contractus, nec commercia, quia non erat expediens, & tunc non erat cognita forma matrimonij, ideo omnes legitimi nascebantur. §. & licet. in authent. quibus mod. nat. effi. sui. Similiter nec erant inuentæ ser- uitudes, & sic omnes liberi nascebantur. l. ma- numissiones. ff. de iust. & iur. vnde Plutar. in lib. de Exilio. pagina 3. in prin. Liberi quidē, inquit, & soluti à natura in lucem prodeun- tes emittimur, ipsimet autem nos ipsos alligamus, locorumque coartamus angustijs. Et cum de iure naturali seruitus esset incognita, ex contractu inter dominum & seruum ori- tur naturalis obligatio. l. si id quod, de condi- & indebi. cum simil. vt per Glo. in §. item inutilis. Insti. de inutil. stipul. Ideò legatum factū seruo sine libertate, valet inspecto iure naturali: vt not. Ias. in l. huiusmodi. §. si à Ti- tio, & Mzuio. col. 4. ff. de leg. i. licet inspecto

iure ciuili nō valeat. §. an seruo. Inst. de lega. & l. planē. §. si coniunctim. vbi Ias. in 3. notabili de leg. i. & ideò dicit tex. in §. ius autem gen. Inst. de iure nat. gen. & ciuili. quòd seruitutes sunt iuri naturali contrariæ, & quod Macro- bius suprâ relatus, idem & Virgi. testatur lib. 2. Georgicorum:

*Ante Iouem nulli subigebant arua coloni:
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebant.*

Et Horatius Satyr. 3. lib. 2.

*Nam propria telluris herum natura, neque illum,
Nec me, nec quenquam statuit.*

Et Seneca in Hippolyto:

Hoc equidem reor

*Vixissetis, prima quos mistos dies
Profudit atas: nullus bis auri fuit
Cecus cupido, nullus in campo sacer
Diuisit agros arbiter populi lapis.*

Eteo tempore nondum erant bella,

vnde Poëta:

*Odis neque fusus acerbis
Cruor horrida tinxerat arma.
Quid enim furor hosticus vlla
Vellet prior arma mouere,
Cum vulnera seua videret?
Nec premia sanguinis vlla.*

Rursus Poëta egregius sic cecinit:

*Quam benè Saturna viuebat rege, prius quàm
Tellus in longas est patefacta vias.
Nondum caruleas Pinus contempserat vndas,
Effusum ventu prabueratq; sinum.
Nec vagus ignotis repetens compendia terris
Prefferat, externa nauita merce, ratem.
Illo non validus subijt iuga tempore taurus.
Non domito franos ore momordit equus.
Non domus vlla fores habuit. non fixus in agris,
Qui reget certis finibus arua, lapis.
Ipse mella dabant Quercus, vltroq; ferebant
Obuia securi vbera lactis oues.
Non acies non ita fuit, non bella, nec enses
Immiti saeuus duxerat arte faber.*

Quum ergo initio orbis conditi, antequàm infausta illa Pronomina Meum & Tuum re- perta essent, omnia forent communia, nec belligerandi vlla occasio, aut discordiarum esset, id quod & significat l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. §. ius autem gentium. Inst. de iu. na. quumq; ad huiusmodi discordias sedan- das, & ad tranquillitatem humanæ vitæ & so- cietatis, sicque ad meram ciuium vtilitatem omnis principatus, regnum, imperium, po- tentatus receptus inuentusque fuerit (vt fusc ostendimus) superest vt & ineunte illa ætate aurea, verosimile sit tales principatus in vsu non esse, vt pote non necessarios, & hodie ad solam illam necessitatem subleuandam adq; meram hominum vtilitatem vt admittantur plusquàm manifestum esse, & modò, & fusus suprâ c. i. differuimus. Vnde tales alienatio- nes, quales sunt ex, de quibus mentionē ha- buimus, cum si subditis, aut ciuibus nociuæ sint,

sint, non valeant, quia aduersantur fini & natura ipsorum principatum, in eo tantum questio manebit & inspectio, an nocius sint vel non sint. Et refert vtrum alienentur quidam ex vasallis, an quaedam ex rebus ad regiam coronam spectantibus, primo casu semper nocet, quia naturaliter videmus maiorem esse charitatem & affectionem dominorum vel principum erga subditos vasallos, vel ciues antiquos, quam erga recentiores, idemque e contra. Præterea ille demum est iustus & legitimus principatus, qui processit ex ciuium concessione & voluntate spontanea, arg. l. 1. ibi communis Reipublicæ sponso. ff. de legi. l. 1. ff. de consti. prin. §. ius autem. Inst. de iure nat. dixi plenius in præf. tract. de succ. progressu. Ergo ciues qui vnus Principis imperio se commiserunt, & præterea nemini, quonam modo poterunt sub alterius ditione inuiti aut in scij redigi, nonne obseruandierant ad vnguem fines mandati & commissionis? l. diligenter. ff. mand. §. Item is qui exequitur. Instit. quib. mo. recontr. ob. §. Item is. Instit. de mand. Nonne electa illius principis à se delecti videbatur industria, probitasque? quonam modo in alium transferentur, contra l. inter artifices. ff. de sol. Item persona extrinsecus nunquam subintelligitur. l. si ita stipulatus fuero, si Titius. ff. de verb. oblig. §. Chryzognus. ergo quomodo adijcitur persona noui domini. Adhuc nonne hi ciues, antequam sese huic principi commississent, liberi erant, nullius imperio aut ditioni obnoxij aut ligati (vt fuscè supra ostendimus) ergo quo pacto modò inuiti fient subiecti. Id quod etiam prætextu aut ratione beneficij sibi ipsis collati intolerabile, iniuile, & iniurium esset, cum inuis beneficium non detur. l. inuito. ff. de reg. iu. c. beneficium. de reg. iu. lib. 6. Vnde nec in æquè potentem, aut etiam potentiorum dominum transferri poterunt, & tandem quum omnis principatus, regnum, imperiū nihil aliud sit, quam suprema iurisdictio ipsorum ciuium duntaxat, non etiam ipsius regentis vtilitatem respiciens (vt non semel supra admonuimus, præsertim cum de iurisdictionis etymologia ageremus) iurisdictioni autem nihil tam contrarium sit, quam iniuriz datio, eaque alienatio vel translatio iniuriz plena sit, vt fieri nefas sit, consequens est.

4
Principi etiam ob publicam vtilitatem oppida nequit alienare, contra Doct.

Quinimò nec prætextu publicæ vtilitatis aut necessitatis fieri fas esset, nam aut vis ob vtilitatem totius regni & regionis vnum aut quaedam oppida alienare (vt non raro fit) & id fieri non licet, ne iactura & læsione quorundam vniuersorum vtilitas comparatur, cum iustius foret omnium impensa, damna, iactura aut periculo id fieri (vt supra attigimus) aut vis omnia regni oppida transferre ob ipsorummet vtilitatem, & tunc ipsis annuentibus fas erit, renitentibus verò nefas & in-

urium, iuribus & rationibus adductis. Sic ergo firma indubitataque regula. Principem ciues suæ ditionis irreuocabiliter alienare non posse, non magis vsque quam res omnino alienas, nisi ex consensu ipsorum, vt & aliena posset concedere dominorum permisso.

Quoad secundum casum sit regula negatiua, † vt res regie coronæ similiter alienare nequeat, nisi accedente ipsorum consensu, vel nisi ob publicam vtilitatem, vel necessitatē, vel nisi tam modicæ sint, vt verosimile sit ciuium voluntati id non aduersari, eosque id concessuros vel sub illa generali commissione tantū cōcessisse, & sic hæc tertia exceptio comprehenditur sub prima, nempe sub consensu ipsorum ciuium, qui & si tacitus tantum sit, sufficit. l. cum quid. ff. si cer. pe. vti hæc omnia ex supra dictis plenius probantur: Ex quibus etiam apparet errasse Innoce. & Bal. col. 7. in c. bonæ. 2. de postul. præla. quos sequitur doctiss. Archiep. Tarraco. vbi supra pag. 79. dum aiunt † potuisse Papam cum bona conscientia Ecclesiarum castella donare, sicque potuisse alienare castellum Perusinum.

5
Principi res regie coronæ non alienat nisi in casibus.

Apparet † etiam errasse eundem Archiep. ibi post Bal. in c. 1. de nat. feudi. Alex. consi. 1. lib. 6. Carol. Rui. consi. 26. lib. 1. quos ipse allegat, dum volunt, posse Imperatorem castrum alicuius ciuitatis alicui concedere. Vtrunque enim regulariter verum non est, nisi fiat ob publicam vtilitatem, vel necessitatē, vel nisi accesserit regni, aut imperij tacitus expressusue aut interpretatiuus consensus, cum alijs de quibus supra.

6
Papa non potuit alienare castellum Perusinum, contra doct.

Apparet etiam † Principes per hoc non videri esse miserimæ conditionis (id quod falso opinantur Archiep. vbi supra, post Old. consi. 94. Ioan. And. in c. grandi, de sup. negl. præla.) nam ex fructibus bonorum regalium poterit facere quas libuerit donationes, vel ex bonis suis proprijs.

7
Imperator non potest castrum alicui concedere, contra doct.

Apparet etiam † errare eundem Archiep. vbi supra (post Old. consi. 159. Alex. consi. 24. ponderatis his, lib. 5. colum. 4. Dec. consi. 468. superiore anno. Castal. de optimo imper. q. 104. quos ipse allegat) dum volunt, principem posse oppida alienare, retenta sibi suprema iurisdictione, quasi tunc alienare non videatur, aut regni sui iura deminuere, id quod parum vrget. nam si agnoscimus non ita magnam esse læsionē, vt foret si etiam suprema iurisdictio alienaretur, tamē non desinit esse læsio regni considerabilis, vt patet ad sensum, & docet experientia rerum magistra, & persuadent omnes rationes & iura supra allegata. Et præterea adest etiam læsio ingens & magnoperè considerabilis ipsorum ciuium, qui transferuntur vel alienantur, eaque ratio integra & inconcussa manet. Quæ omnia procedunt regulariter. nam in regnis Hispa-

8
Principi non erit miserima conditio, licet nequeat oppida alienare, contra doct.

9
Principi oppida alienare nequit, licet retineat sibi iurisdictionē, contra doct.

Hispaniarum seruanda sunt iura specialia illorum.

10
Principum, regū, imperatorū potestas nō est legibus enodanda, aut anomala, contra monis.

Apparet ꝑ etiam errasse Andr. ab Exea in suo libello pactorum numero 485. post Bal. in consi. 279. pridie enim consului, col. fi. lib. 3. dum scripserunt Imperatoris potestatem a normalam dici, eo quod nulla regula certa claudatur id quod suspectum esse supra c. 1. fuisse ostendimus, legibus Reipublicæ suæ regulariter subesse Principes asserentes, in quam eodem errore fuit idem Exea in l. 3. de iu. om. iud. ff. dum. in vers. imò verò ait, absolutum esse imperiū quod in Principe residet, quin imò est legibus alligatum.

11
Princeps an pro pace consequenda possit remittere damna priuatis illata, ardua questio.

Apparet ꝑ etiam, an verum sit quod frequentissimè Doctores aiunt, posse Principes pro pace consequenda remittere iniurias & damna, mutuasque prædas hinc inde factas, & quod Principes pro habenda pace possint damna subditis illata remittere, notant communiter Doct. Hostien. Anto. & alij in c. 1. & c. in nostra, de iureiuran. Aded quod in perpetuum non possunt subditi de tali remissione conqueri: vt notant Bal. in tit. de pace Cōstantiæ, in verbo, priuilegia. Idem Bal. Ang. & Docto. in l. conuentionum. ff. de pact. & in l. bene à Zenone. C. de quadriēnij præscriptione. Idem Ange. in l. venditor. §. si constat. ff. communia prædiorum. & in l. Antiochensiu, de priui. creditorum. Bar. in l. penul. C. de fide instru. & iure hæstæ fisci. lib. 10. Pet. de Ancha. in c. canonum statuta. col. 4. in 11. quæst. de constit. & in regula peccatum. de regu. iur. lib. 6. & in consi. 161. incipi. visio diligenter tenore. Panormi. in c. 1. in primo notabili, de parochijs. Ludoui. Roma. in l. sed si hac. §. liberis. ff. de in ius vocan. Alex. in consi. 101. incipi. visis instrumentis exemptionis. col. 5. circa finem. vol. 1. & consi. 94. incip. visis & sæpius recensit. col. penul. vol. 5. prout refert disertissimus Archie. Tarraco. vbi supra fol. 187. quæ receptissima sententia sic simpliciter intellecta vix defendi posset, verum ita demum procedit, si ea damna & mutuz fortè de prædationes bellorum tempore contigerūt, tunc enim iure belli factæ viderentur. Vnde cum apud Principes resideat ius, tam belli indicendi, quàm fœderis ineundi, consequens est, vt fædere post tales mutuas de prædationes acto, ipso iure gentium, & belli iniuriæ hinc inde illatæ, remissæ, sublatæque videatur, & ita procedat opi. communis supra relata.

Cæterum si tempore pacis homo fortè Hispanus homini Gallo, vel ex diuerso iniuriam prædamue fecisset, licet postea bellum esset ortum, ac deinde fædere icto per Principes prædæ hinc inde à priuatis inter se factæ remissæ essent, neque intelligerentur remissæ, quæ non iure pacis tempore factæ fuerant, neque remitti possent absque eo quod damnum pæsis recompensatio fieret, vel ipsi damnum pæsi possent ius suum persequi contra

violentos, coram suis iudicibus, vel Principibus, & ita vsus obseruat, argum. d. l. item si verberatum. ff. de rei ven. cum simi. l. id quod nostrum. ff. de regu. iu. l. iure naturæ. l. secundum naturam. eod. titu. l. nam hoc. ff. de condic. indeb. & quia hoc suadet & deposcit vita socialis & politica, nec par esset, vt quorundam tantum damno & iactura vniuersorum ciuium vtilitas (vt sæpè diximus) compararetur, ergo irrecuperabiliter nullo casu Princeps remittit, nam damna tempore belli illata, ipso iure belli vtrinque remissa sunt, sicque Principis remissio abundaret vel superflueret. reliquo autem tempore damna data non remittet, nisi data compensatione, quod est contra mentem Doctorum.

SUMMARIVM.

- 1 Nostrum nobis absolute non auferatur ob publicam etiam vtilitatem, sed demum data compensatione idonea, ardua questio.
- 2 Remunerationis etiam causa oppidum regia corona donare principi non licet, contra nouissimos.
- 3 Princeps oppidum alienare, etiam suprema iurisdictione retenta, non potest, contra nouissimos.
- 4 Ecclesia oppida donare non potest Princeps, contra nouissimos.
- 5 Vasallorum interest dominum non mutare, sicq; inuiti non alienantur.
- 6 Vasallus inuitus non alienatur, etiam domino aq̄ bono aut meliori.
- 7 Mandatum & commissionem, etiam in melius, egredi non licet.
- 8 Mandatum egressus interdum capere puniuntur, licet res bene cesserit.
- 9 Princeps necessitatis sua causa ciues alienare non potest, contra plurimos Doctores, fallit in vasallu feudatarijs vel feudo similes.
- 10 Principem possunt ciues abijcere ob ignauiam eius.
- 11 Princeps nec vnum aut certos ciues potest alienare, nec vniuersos, contra doctores.
- 12 Vasalli an possint ex causa remunerationis concedi à principe, licet ciues nequeant.
- 13 Dominium præscriptione questum nobis per principem adini non posse, contra Doctores.
- 14 Princeps ciuibus iussit vt se redimerent, eos in suos recepturos, & nunquam à regia corona separatos pollicitus, an contrarium facere possit de plenitudine potestatis, ardua questio.
- 15 Princeps rem ciui sine causa an auferre possit de plenitudine potestatis, ardua questio.
- 16 Communis Reipublicæ vtilitas priuato commodo præferenda.
- 17 Potestas plenitudo non est ad malum.
- 18 Inferior ius superioris potest interpretari.
- 19 Papa ius diuinum potest interpretari.
- 20 Iudex potest ex causa terminos legales alterare, etiam si esset dictio taxatiua.
- 21 Princeps non potest modum succedendi à testatore ordinatum mutare, contra Doctores.

- 22 Princeps, etiam de plenitudine potestatis, sine iusta causa, non potest modum succedendi a restitutorum dispositum, mutare, ardua questio.
- 23 Princeps regalia alienare nequit, in enorme nec etiam in mediocri damnum regni, contra novissimam. & quid si leuissimum esset damnum.
- 24 Ecclesia etiam favore non potest princeps cum magna regni lesione res regia corona alienare, contra Doct.
- 25 Princeps res regia corona regulariter alienare nequit.
- 26 Ecclesia quod conceditur, Deo quando gratum esse intelligatur.
- 27 Constantinidatio.
- 28 Princeps non est dominus personarum non magis quam rerum, contra Iferniam.

C A P V T V .



EXTO, haecenus de publicarum rerum alienatione, nunc vero superioribus proxima est inspectio illa, † quando Princeps, vel ciuitas libera possit ad publicam vtilitatem bona vnius, aut quorundam ciuium auferre: qua in re Fely. in c. quae in Ecclesiarum, in 20. col. de consti. Ias. post alios in l. Gallus. §. & quid sit tantum, in l. lectura, col. 16. & in l. lectura, col. 12. ff. de liberis & posthu. & in d. l. conuentionum. ff. de pactis, & in l. vnica. C. de in ius vocibus, in fi. col. & Anto. Capytius in decisionibus Neap. in 69. decisi. inci. in causa Ioannis, in 10. col. aiunt quod potest Princeps, & etiam ciuitas iura Principis habens, ex causa ob publicam vtilitatem, puta beneficio pacis, vel cuiuscunque alterius causae legitimae, priuatorum bona auferre, & alteri donare: vt. notnt Doct. supra dicti, & volunt communiter Doct. in c. quae in Ecclesiarum. de const. & in c. quia plerique, de immunitate Eccle. & in proximo ff. post Bar. ibi, & in l. fi. ff. de constit. Princip. & in l. Barbarius. ff. de offi. prae. & in l. item si verberatum. ff. de rei vend. & in l. Lucius. ff. de euiet. & in d. l. Gallus. §. & quid sit tantum, & ibi Ias. in 16. colum. Doct. communiter in l. fi. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. vbi Raphael Fulgo. inquit, se ita consuluisse, & ita consuluit in consi. 20. incipi. pro pleniori veritate, col. 4. versu. denique. & in consi. 61. inci. domina Catherina. col. 2. versu. quarto. & in consi. 142. inci. Antonius. & voluit Bal. in l. fi. in prin. ff. de Senatoribus, & in l. rescripta, col. fi. versu. 3. quae runt Doct. C. de precibus Impe. offeren. & in l. 2. col. 7. versu. item nota quod si Papa. C. de seruitu. & aqua. sequitur disertissimus Fernad. Loazes, vbi supra pag. 188. quae conclusio sic simpliciter intellecta, perniciofa esset, & contra omne ius, omnemque aequitatem, vnde non aliter recipienda est quam sub duobus requisitis, primum vt ex causa publicae vtilitatis, vel necessitatis id fiat (quae

1
Nostrum nobis absolute non auferatur ob publicam etiam vtilitatem, sed de iure data consuetudine indones, ardua questio.

priuatorum vtilitati praefertur, auth. res quae. C. com. de lega) aliter enim iniurium esset, & contra l. id quod nostrum, & d. l. secundum naturam, & c. alteri, de reg. iu. lib. 6. Alterum requisitum est, vt & si fiat ob publicam vtilitatem, adhuc tamen non desinat recompenfatio, aut remuneratio domino illius rei praebere, ne fiat contra ius naturae quo edocemur, incommoda, expensamque; cuiusque rei eum sequi debere, quem commoda sequuntur. d. l. secundum naturam. l. vnica. §. his ita. C. de cad. tollen. Vnde si rem meam mihi auferri omnibus profuit: eius pretium vt ab omnibus mihi praestetur (dempta parte quae me attingebat) par & iuri naturae consonum est, id quod in simili attigimus. lib. 1. frequen. controuerfiarum. c. 1. Communi tamen opinione simpliciter retenta ex ea disertissimus Archiep. Tarraconen. vbi supra, colligit, quod † vt Princeps rem meam mihi potest auferre ad alterum remunerandum, ita & facilius poterit eam remunerationem facere de rebus regiae coronae, quae suae esse intelliguntur, sicque subinfert posse eum oppidum quopiam alicui benemerito donare id quod supra refutauimus per plures rationes, & quia talis alienatio fieri non posset sine idonea recompenfatione ipsius quibus facienda, eo casu quo ipsi assentirentur, sed vt consentirent, compelli non possent, cum alijs modis & non isto similes largitiones a Principe, quando necessariz sint, faciendae sint.

Apparet autem errare eundem doctissimum Archiep. vbi supra pag. 237. post Pet. Philipp. Corneum, quem allegat, consi. 79. lib. 2. dum volunt, quod si † Princeps retenta supra iurisdictione oppidum quopiam alienat, valet alienatio, quasi cedat in paruam regni lesionem, sed certe praeterea quod eam lesionem paruam non esse supra ostendimus, superest alia ratio efficacior (ad quam ipsi non aduertunt) nempe lesionem ipsius oppidi alienati, & praeterea ex parte alienantis non esse alienandi ius, vt iam edocti fuimus. Vnde † quod ipse doctissimus Archiep. vbi supra pag. 239. c. non obstat etiam post Afflictum lib. 1. consi. Neapol. ti. 7. de decimis. col. 9. quem ipse allegat, ait, Oppida, castra & ciuitates Ecclesiae donare licere Principi, quamuis ea concessio in lesionem regni, dummodo non enormem, cedat. id iisdem iuribus & rationibus confutatur, † & omnia superiora vel ex eo iustificatur quod vassallorum alienatio sine eorum consensu non valet, quia interest eorum dominum non mutare, sicque ad consentiendum suae alienationi compelli non possunt, vt est tex. in c. 1. §. si quis, quo tempore miles, & in c. 1. §. praeterea ducatus, & vbi And. de Iferniam. Bal. Marti. Lauden. Aluaro. Praepositus & alij notant de prohibita feudi aliena. per Fridericum, & in capitulo primo. §. eadem, de lege Corradi. & in l. in adoptionibus

2
Remuneratio etiam causa oppidi regiae coronae donare Principi non licet, contra nouissimam.

3
Princeps oppidum alienare etiam supra iurisdictione retenta non potest, contra nouissimos.

4
Ecclesia oppida donare non potest princeps, contra nouissimos.

5
Vassallorum interest dominum non mutare sicque inuiti non alienantur.

nibus. ff. de adoptio. & est glo. communiter approbata in l. inuitus. ff. de fidei com. liber. & in c. dilecti. & ibi Hosti. Inno. Ioan. And. Antonius de Butrio, Panormi. & communiter alij de maiestate & obediencia. & voluit Ioannes Faber in tit. de assignatio. liber. Iacobus de Arena, Dynus, Bar. Areti. Alexand. Iaso. & alij in l. 2. in princi. ff. solu. matrimonio. Inno. in c. auditis, de prescriptio. Idem tenet Bald. in consi. 327. incipi. pridie enim consului. volu. 1. & in d. c. 1. §. si quis, & in d. c. licet. §. in generali, si de feudo defuncti contentio sit inter domi. & agnatos, & in l. debitorum, & ibi Sally. Paulus de Cast. & alij. C. de pactis, & in l. 1. in 7. col. C. de seruis fugiti. & in l. in testamento. C. ad legem Falcid. & in c. 1. circa finem. de restitutio. spoliato. Idem Paulus Castr. in consi. 20. incipi. in causa statutorum. vol. 1. & in consi. 325. incipi. laudatio. Ludouicus Roma. in consi. 26. incipien. pro decisione, Petrus Philip. Corneus in consi. 221. incipi. in hac quæstione. col. 3. volu. 4. Nico. Milis in repertorio suo, in verbo, dominus, versi. dominus feudi, & versi. Dominus terræ. Luc. de Penna in l. 1. per illum tex. C. de capitatione ciuium, consi. eximenda. lib. 11. And. Siculus in consi. 11. inci. illud afferam in medium. Fely. in c. ad audientiam. col. 2. de prescrip. Sozi. in consi. 39. incipi. in quæstio. col. 3. vol. 1. Ias. in d. l. debitorum. col. 2. C. de pact. & in l. si non fortem. §. libertus. col. 10. ff. de cōdictione indebiti. & in consi. 56. incip. circa primum. col. 1. vol. 1. Ang. Ias. & Gomeus col. 16. Insti. de actio. in §. item seruiana. Cyprius deci. Neapo. 160. Corsetus de potestate regia, q. 4. vt refert Loaces, vbi supra pag. 24. Speculator & Ioan. And. ad eū ti. de feudis. §. quoniam.

6
Vasallus inuitus non alienatur etiā domino equè bono aut meliori.

7
Mandatum commissio etiam in melius egredi nō licet.

Amplia ¶ vt vasallus inuitus alienari non possit in dominum etiam æquè bonum, quinimò neque in dominum priore domino etiam meliorem & potentiozem, quia cum ¶ ius, quod habet Princeps in ciues & subditos, descendat ex eorum mandato & commissio, non potest mutari, etiam in melius, tex. notabilis in l. si. C. de nego. gest. maximè ibi, licet res bene ab eo gestæ sint, &c. & ibi vide plenè.

Secundò facit tex. notabilis in l. 3. §. in bello. ff. de re mil. ibi, licet res bene se gesserit, &c.

Tertiò facit tex. notabilis in l. si ex duobus, maximè in fine sui. ff. de nego. gest. ibi nulla ratione, &c.

Quartò ad idem tex. pulcher in l. quia aliena. §. liberos, eod. titu. maximè in ratione sui, quam bene pondera, ibi dum dicit cum voluntas finem erogationis fecerit. & illa ratio est generalis ad casum nostrum, & ad omnes alios, ergo, &c. l. generaliter. §. & licet. ff. de iu. & facti igno. & sic per rationem extenditur dictum, sicut è contra restringitur. §. dulcissimi. cum simil. in l. cum pater. ff. de leg. 2.

Quintò ad idem l. si. creditor. §. 1. ff. de pec.

Sextò facit l. hæreditas. §. 1. ff. de peti. hære. ibi, vel quātum testator iusserit non excedit, &c.

Septimò facit optimus tex. in l. si pro te. ff. manda. qui est singularis, & alia iura quæ adduximus de succ. crea. lib. 1. §. 4. quæstione si.

Quinimò ¶ tam vetitum est fines mandati transgredi, vt transgressor interdum capite puniatur & mulctetur, quamuis res bene cesserit. d. l. desertorem. §. in bello. de quo tex. elegantè per Cremen. sing. 150. mandatum quod licet dux. Rochus de Curte in c. fi. 36. col. Io. de Neuizanis fol. 87. in sua Sylua nuptiali, limi. 6. ergo cum principes legitimi, de quibus loquimur regulariter (nisi aliud ius plenius & maius habeant quàm principatus quod habet, nitatur & oriatur in solo ciuium mandato & concessione, quod sui natura est personale, nec egredi potest personam ipsius Principis, impossibile est quod eos in alium Principem alienare aut transfere possit, & ad d. §. in bello. adde historiam not. Torquati, de quo Claudius ait:

Turpe rigor nimius Torquati desue mores.

Vnde ¶ quod doctissimus Loazes, vbi supra pag. 249. c. nec obstat tertium, post Bal. in c. generali, si de feu. fue. contr. inter dominum & agna. Ioan. Andrez ad Specul. ti. de feu. §. 1. Alex. consi. 25. attentis narratis. col. penu. lib. 5. Pet. Philip. Corneus consi. 321. in hac cōsultatione, col. 3. lib. 4. Purpuratus in l. si. limi. §. C. de pact. quos ipse allegat, quod (inquam) hi aiunt vt libertos à dominis, ita & ciues à principe suo ex causa necessitatis posse alienari, ita planè suspectum tam est, quàm si affirmarent pupillum à tutore ex causa necessitatis ipsius tutoris alienari fas esse, per omnes rationes & iura supra allegatas, præsertim, quia, vt ostendimus, principum in subditos & tutela in pupillos exequantur. Fallit in vasallo strictè sumpto, quale est, cum campum habebam meum iure tam proprietatis quàm iurisdictionis, & ibi oppidum aut oppidulum ædificare sub certis legibus & tributis permisi. tunc enim ex tali necessitatis causa eos vasallos fortè alienare fas esset, ratio differentie perspicua est: quia hoc casu principatus ius in meo proprio constitutum est, at quando ex solo consensu populi Princeps cōstitutus fuit, tunc ius principatus in alieno constitutum & concessum fuit, & sic illo casu possunt & debent saluari multa quæ dicuntur per Doct. confundentes (& non iure) iura vasallitij & principatum.

Septimò apparet etiam ex superioribus ¶ non iure per doctissimum Fernand. Loazes, vbi supra pag. 250. in c. nec obstat tertium, fieri eam æquiparationem, dum ait, quod si suæ necessitatis causa ipsi ciues possunt omisso relictoque priore Principe, qui ad eos defendendos aut regendos erat ignauus, alteri Principi se committere, idem similiter lice-

8
Mandatum egressus inter dū capite puniatur licet res bene cesserit.

9
Princeps necessitatis suæ causa ciues alienare nō potest, cōtra plurimos Doctores, fallit in vasallo feudatarijs vel feudo similes.

10
Principem possunt ciues abijcere ob ignauiam eius.

bit

bit ipsi principi, vt eos inuitos necessitatis causa possit alienare, sed ipse non aduertit (id quod supra eum in hoc improbantes attigimus) principatum fuisse creatum ob subditorum vtilitatem & rem, non ob rem aut vtilitatem regentium, nec dubium esse, quin vtilitatibus proprijs tantum, non etiam alienis homines possint renunciare. l. penult. C. de pact. l. si quis in conscribendo. C. de Episc. & Cler. l. quoties ab omnibus. C. de fideicom. l. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de verbor. oblig. l. Titio centum, in princip. ff. de cond. & dem. Quod autem ipsismet ciuibus liceat ex causa ignauitatis principis sui alteri principi priore relicto sese committere id, & verum est, & tenet Paul. Castrenf. in rep. l. ex hoc iure. ff. & iust. & iure. colu. 4. ver. 10. c. tertium. Ioan. de Imo. consil. 34. visis & ponderatis. Ioan. de Neuzanis in suo consil. inter consilia feudalialia. Alberti Bru. in sermo consil. 12. patres comederunt.

11 *Principi nec vni aut certis ciues potest alienare, nec vniuersis, contra Doctores.*
 Octauo apparet etiam minus iustam esse eam differenciam, quam doctissimus Loazes, vbi supr. pag. 251. vers. non obstat, quarto constituit, dum ait, referre vtrum princeps vnum aut certos vasallos alienare inuitos velit, vt id sibi non liceat, (& ita procedat regula negatiua supra posita) an verò velit vnum integrum oppidum aut urbem alienare, vt tunc ex causa id possit etiam eis inuitis: aitq; idem tenuisse (etiam si in duriore dominu transferretur) multos, & esse tex. in c. 2. §. ex eadē lege, de lege Corradi. & notat. Iacob. de Aren. & Bald. in l. 2. in prin. col. fin. in fine. ff. soluto matri. Idem Bald. in l. 1. col. 5. in fine. vers. vasalli tamen. C. de ser. fug. & in l. si plures, in 2. colum. C. de cond. insertis. & in l. 2. C. de don. & in c. 1. §. praterea ducatus. col. fin. circa finem. versic. prater datus dominus de prohibita feudi alienatio. per Fridericum, & in additio. ad Specu. in tit. de feudis. Doct. communiter in l. inuitus. ff. de fideicom. libera. & in c. dilecti, de maiori. & obed. Nicol. Milis in reperiario suo in verbo, dominus feudi. & Fabianus de Monte in tracta. suo de emptio. & vendit. in 3. parte principali, in 2. quæst. Alex. in consil. 25. incip. attentis narratis, col. penult. volum. 5. Andr. de Isernia in c. 1. de prohibita feudi aliena. per Lotha. Sed certè talem alienationem fieri non posse quò ad ciues, in quibus princeps habet simplex nudumque ius principatus, plusquam manifestum esse debet, ex ijs quæ fufius supra edocti sumus, & quia bonum est argu. de toto ad partem. l. que de tota. ff. de rei vend. l. an pars. ff. pro dereli. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. Vnde quare non licet vnum vel quosdam ciuium alienare, eadem ratione nec vniuersos alienare fas erit. Quinimò si vniuersos alienare liberum foret, longè facilius quosdam alienare liceret, ex regula dictate, quod cui licet, quod est plus, licet vtique quod est minus. c. cui licet, de reg. iur. lib. 6. Ergò in tali simplici iure

principatus nec singulos nec vniuersos alienare ex similibus causis fas erit. Sed opinio Doct. supra relata fortè procedere poterit in iure vasallitij, de quo proximè mentionè habuimus, vt ex causa vasallos alienare liberum sit vniuersos, singulos autem non ita facile liceat, idèd semper ferè, dum de simplici principatu agimus, subditos appello ciues non vasallos. Qui quidem vasalli et possunt ex quacunque iusta causa, & signanter ex causa remunerationis in alium transferri, vt notant communiter Doct. in d. l. inuitus. ff. de fideicommissa. liberta. & in locis superius allegatis. Claudius de Seycello in suo feodoru speculo. in tit. qui feud. dare poss. in 5. col. Felyn. in c. quæ in Ecclesiarum. in 19. colu. de consti. Hippolytus de Marsilijs in l. 1. §. cum quidam. in 1. colum. ff. de quæst. quos refert & sequitur Gomefius Sarnensis Episc. in §. item seruiana, in 16. col. in 2. limita. Instit. de actio. quidquid dixit Io. Igneus in repeti. l. donationes, quas diuus. C. de donat. inter virum & vxor. Princeps autem ius simplex principatus habens ciues suos ex tali causa alienare, aut transferre minimè poterit, vt ex superioribus apparet.

Nonò apparet ex superioribus, suspectum esse quod multi contendunt, et dominiu præscriptione nobis quæsitum per principè posse auferri, vt retulimus controuersiarum lib. 1. c. 1. nu. 9. & nu. 15. quibus adde Panormit. consil. 85. illud præsumam. & consil. 3. q. 19. lib. 2. Fernand. Loazes, vbi supr. pag. 304. sed cum is principatus ad ciuium non ad ipsius principis vtilitatem cõcessus fuerit, ineprum esset, concessam videri facultatem talis domini adimendi.

Decimò apparet et ex superioribus, suspectum esse, quod definiuit consil. Neapolita. vt referunt & sequuntur Fernand. Loazes, vbi supr. pag. 308. & Antonius Capytius decisio. Neapolita. 166. in causa illustriſſimorū, aiunt enim, quod si rex cum suis subditis talem conuentionem atque contractum fecerit, quòd si proprijs ipsorum subditorum pecunijs se à dominis suis redemerint, eos in suos princeps recipiet, coronæque suæ incorporabit: & nunquam à regia corona regioq; patrimonio eos alienabit, non obstante tali conuentione, de plenitudine potestatis eos princeps licitè alienare poterit, id quod conuentum fuit inter Serenissimum Regem Henricum Quartum, & ciues oppidi de Moia. Sed hæc opinio tam à veritate longè abest, vt impia iniuria & perfidia sit, & contra ius diuinum, naturale, & gentium, & palàm egrediatur notissimos & angustissimos terminos simplicis principatus, vt ex superioribus constat.

Vndecimò apparet ex superioribus, an vera sit opinio existimantium, et quòd princeps rem propriam subditi potest sine causa de plenitudine potestatis auferre, & alteri dare, vt

E

notat

12
Vasallian possunt ex causa remunerationis concedi à principe, licet ciues nequeant.

13
Dominiū præscriptioe quæ sit nobis per principè adimi non posse, contra Doct.

14
Principi ciuibus iussit, vt se redimeret, eos in suos recepturos, & nunquam à regia corona se paraturos pollicitus, an contrariū facere possit de plenitudine potestatis, ardua quæst.

15
Principi rem ciuium sine causa an auferre possit de plenitudine potestatis, ardua quæst.

notat glo. communiter approbata in d. c. cōstitutus, de religiosis domi. & volunt Docto. communiter in d. c. quæ in Ecclesiarum, de consti. & in c. nonnulli, de rescriptis, glo. & communiter Doctores in l. fi. C. si contra ius vel vtilita. publicam, & in l. quoties. C. de precibus Imperato. offeren. & in d. l. ff. de const. princip. Oldra. in consi. 257. incip. factum tale est. Bar. in l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iure codicill. & in consi. 189. incip. ciuitati Camerini. Ang. & in d. l. item si verberatum. ff. de rei vendicat. & in l. 2. C. de quadrie. præscrip. & in l. 3. §. si is pro quo. & ibi Doct. ff. quod quisque iuris. Ioan. de Anania in consi. 81. incip. viso instrumento, in fi. colum. Alexand. in consi. 92. incip. perspectis, & in consi. 106. incip. circa principalem, colum. 5. volum. 1. & in consi. 138. incip. habita diligenti ac matura consideratione. & in consi. 215. incip. nec arguendi sumus. colum. 6. vol. 2. & in consi. 1. incip. ponderatis his. colum. 18. volum. 5. & in consi. 3. incip. perspectis literis. colum. 2. & in consi. 92. & in consi. 155. vol. 6. & consi. 357. incip. nec arguendi sumus. volum. 7. And. Siculus in consi. 24. incip. clementissimi. & in cōsi. 64. col. pe. volum. 4. Aluarotus in c. 1. in pe. colum. qui feudum dare possunt, & in c. 1. in prin. in 2. col. de natura feudi. Marianus Sozi. in consi. 56. incip. circa primum. colum. 3. & in consi. 65. incip. cum in præsentia casu. colum. 14. vol. 1. & in consi. 156. inci. pro fundamento decisionis. col. 2. & in consi. 164. inci. visa bulla Bonifacij, col. 4. vol. 2. & in consi. 63. incip. vis testament. nobilis, colum. 2. & in consi. 120. col. 3. Anto. Corsetus in tract. de potestate & excellentia regia in 4. q. Albertus Brunus in consi. 1. incip. circa primum. in 5. col. Fely. in consi. 30. inci. oportet. in 6. col. versi. a dest etiam clausula. las. in consi. 56. inci. circa primū. col. 3. vol. 1. & in consi. 143. incip. circa primū. colum. 3. & in consi. 213. incip. in præmissa cōsultatione. col. 2. & in cōsi. 227. incip. Carol. in 2. col. & in consi. 233. incip. præsens consultatio. col. 2. & in consi. 236. incip. viso ti. q. col. 2. vol. 2. & in consi. 107. incip. in præsentia consultatione. col. 2. vol. 4. Petrus Belluga in suo principum speculo. in 46. rubrica. in §. donū. in 3. pag. Curtius in consi. 1. col. 7. vol. 1. & in consi. 35. in fi. col. & in consi. 47. in 12. col. & in consi. 49. in 33. & 65. colum. & in consi. 65. in 9. col. & in consi. 108. incip. circa controuersiam. col. 3. & in con. 173. incip. in causa vertente. colum. 2. vol. 2. Philip. Decius in con. 191. incip. in causa quæ agitur. colum. 2. vol. 1. & in con. 198. incip. & pro tenui. col. 1. & in consil. 269. & in consi. 261. incip. in causa, & in con. 390. vol. 2. Ludo. de Gozadinis in consi. 8. inci. in hac causa. col. 8. in prin. & in consi. 26. incip. in causa illustrissimorum. in 2. col. Petrus pau. Parisius in consi. 1. in 14. col. & in consi. 22. inci. illustrissimam dominam. col. 11. & in consi. 106. incip. circa principalem. col. 5. vol. 1. & in

consi. 46. incip. primum testa. colum. pe. & fi. vol. 3. & in consi. 3. in 7. col. & in consi. 5. inci. vnus iustus, in 16. col. vol. 4. Bal. in proœmio decreta. in 4. col. & in c. 1. in 11. col. de consti. & in c. Ecclesia S. Mariz, in pe. col. vt lite pendē. & in c. cum super. in 1. col. de causa posseff. & proprietate. & in l. eos. C. de appellatio. & in præludijs feudorum, in 11. colum. & in titu. de pace Constantiz, in prin. versi. non admitteremus, & in consi. 333. incip. ad intelligendam, vol. 1. Fernand. Loazes qui alios refert, vbi supra pag. 310. Hieronymus Gratus consi. 9. facti speciem, col. 19. lib. 1. Sed in hoc non minus frequenti quàm arduo & malè digesto articulo quamuis omnibus ferè ijs, de quibus mentionem habuimus, repugnantibus, vix est vt in principe legitimo & simplex ius principatus habente sit dare plenitudo potestatis, quæ quicquam differat aut distet ab ordinaria potestate, nam quod attinet ad speciem propositam sit conclusio talis, Princeps merum ac simplex ius principatus obtinens, cuius sui aut subditi rem duobus demum concurrentibus requisitis auferre potest & non aliter, Primum quod id fiat ex causa publicæ vtilitatis vel necessitatis, Alterum quod ei detur congrua & moderata recompensatio, per iura & rationes de quibus supra. Idem esse diximus, quando Princeps potestate ordinaria hanc ad rem vteretur, quæ ab absoluta hac in re differt nihil. Ratio conclusionis est, quia tempore necessitatis omnia sunt communia, sicque qui vitam sociale, popularem ac politicam delegit, huic legi sese submittere videtur, † vt publicam vtilitatem commodis priuatis anteponat, auth. res quæ. C. com. de lega. & consequenter poscente Reipublicæ vtilitate & necessitate, res suæ ei conferat & concedat, Vnde Cicero 2. de legibus sic ait, Respublica nomen vniuersæ ciuitatis est, pro qua mori, & cui nos totos dare, & omnia nostra ponere, & quasi consecrari debemus. Idem Cicero Philip. 13. Omnibus bonis expedit saluam esse Rempublicam. Idem 3. de finibus ait, Laudandus est, qui mortem appetit pro Republica, qui doceat, chariorem esse patriam nobis quàm nosmet ipsos. Idem Cicero in vati. Omnia quæ à nobis geruntur non ad nostram vtilitatem & commodum, sed ad patriæ salutem conferre debemus. Idem 4. ad Heren. Non mihi soli sed etiam atque adeo multo potius notus sum patriæ, verum & si nostra tempore necessitatis patriæ conferre debeamus, tamen quia iure naturæ congruit vt communis salus, communis necessitas, aut commune periculum non vnus duntaxat aut alterius, sed cōmunibus impensis, iacturis, periculisq; comparetur. l. secundum naturam. ff. de reg. iu. §. his ita. C. de caden. tollen. l. iure naturæ. ff. de regu. iuris. l. nam hoc. ff. de condi. indeb. ideo respublica congruā moderatamq; compensationē huic, qui rem suā dedit

16
*Communis
 reipublicæ
 vtilitatis priuatis
 commo-
 do preferenda.*

dit ad subleuandam subueniendamq; publicam necessitatem, prestare debet, detracta particula quam illemet vt vnus de populo conferre debebat. Intellige vt prabeat & remuneret Respublica, si potest ex integro, sin minus saltem qua ex parte potest, quod si nec etiam ex parte potest, tunc impossibilium. nulla est obligatio. l. impossibilium. ff. de regul. iur. verum siue compensationis nomine nihil prastiterit, siue minus integram prastiterit, quod deest, vt quum primum venerit ad pinguiorem fortunam, suppleat par est, vt in simili tradunt Decius & Hieronym. Cagnol. in l. diuus Pius. ff. de reg. iur. & nostram sententiam tenuerunt Plato & Cicero, vt diximus supra in prafa. argu. 2. in fi. num. 31. vbi alios adduximus, & adhuc omnia extendit sese potestas ordinaria & potestas absoluta vel potestatis plenitudo, vltra progredi neq; in minimo potest. nam etiam de plenitudine potestatis princeps efficere nequibit, vt cessante publica vtilitate & necessitate, res mea mihi inuito auferatur, per hoc enim mihi fieret iniuria & violentia, quæ res longè aduersantur iuri & naturæ meri principis, qui vt proficit & tueatur, non vt obsit & lædat, creatus fuit. Quinimò etiam vrgente publica necessitate, si res mihi auferatur, etiam de plenitudine potestatis efficere nequibit, vt moderata compensatio mihi prastari desinat, si quidem ad id prestandum Respublica idonea est, pereandem rationem, eaque omnia sunt ex visceribus iuris gentium naturalis & diuini, quibus iuribus principes subiacere ac subesse certum est, nec ea posse violare. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. §. sed naturalia. Instit. de iur. nat. quamuis in vtroque (nempe vt de plenitudine potestatis res mea mihi per principem cessante etiam publica vtilitate vel necessitate auferri possit, quodque vrgente necessitate publica eius ablatæ recompensatio nulla detur) contrarium plerisque nostrorum, de quibus mentionem habuimus, sensisse, responsurosque fuisse verosimilimum sit.

17
Potestas plenitudo non est ad malum.

Confirmantur nostræ sententiæ, quia plenitudo potestatis ad malum & iniuriam non extenditur. illa enim non potestatis sed tempestatis plenitudo foret, vt multi dicunt, quos retulimus supra lib. 1. controuersiatum. c. 1. num. 5. quibus adde Fernandum Loazes in suo consil. pro Marchi. de Velez, pag. 54. num. 65. Sozinum Iunior. consil. 65. in causa occurrenti, lib. 2. Bart. Sozin. consil. 164. visa bulla, lib. 2. & consil. 120. memini. lib. 3. per Cardina. in clem. pastoralis. de re iudi. Ioan. Iacob. de Leonar. inter consilia feudalia Alberti Bruni consil. 117. in hac causa, eolum. fin. vnde cum superiora quæ improbamus, non solum mala, verum pessima, nefanda iniuriaque sint, vt fieri etiam de plenitudine potestatis nequeant, par est.

Ex causa tamen publicæ vtilitatis & neces-

sitatis per principem nostrum (vt dictum est) adimi potest, quia licet id videatur prima fronte contra ius naturale, tamen hæc est congrua illius naturæ aut diuini iuris interpretatio, quam inferior, vt est princeps, facere non prohibetur. Et idè dici solet, quod quæuis Summus Pontifex non possit ius diuinum in totum tollere: potest tamen ex causa illud moderare, interpretari, ac limitare, vt in d. c. quæ in ecclesiarum, de constitutio. & in c. post translationem. de renunciatio. & in c. ex parte, el primo. de officio delega. & in c. literas, de restitutio. spolia. Vincen. Ioan. Andr. Panorm. in c. proposuit, de concessione præben. & in c. à nobis, post Glossam ibi, in verbo, exemptus, de decimis. & in c. cum ad monasterium, de statu monachorum, & in c. gaudemus. de diuortijs, & in c. per venerabilem, qui filij sint legitimi. & in c. sunt quidam. 25. quæst. 1. & in regula actus legitimi. de regulis iuris. lib. 6. Bart. in proæmio ff. in 6. colu. & in l. ex hoc iure gentium. ff. de iusticia & iure, & in d. l. omnes populi, eod. tit. & in l. rescripta. C. de precibus Imperato. offeren. & in l. final. C. si contra ius vel vtilitatem publi. & in l. 1. ff. de constitutio. principum. Albericus de Rosate in 1. parte statutorum, quæst. 7. Bald. in auctenti. ad hæc. C. de vfuris. & in l. 1. C. de iure aureo annulo. Alexan. in consil. 249. incip. pro inuestigatione. colum. 3. volum. 2. & in consil. 183. incip. perspectis verbis. col. fin. volum. 5. Marianus Sozin. in consil. 28. incip. circa primum quæsitum, volum. 1. Petr. Philippus Corneus in consil. 189. incip. quanquam. col. 2. volum. 4. Fely. in c. postulasti. col. 15. versi. tertius casus. de rescriptis. & in c. humilis. de maiortate & obedientia. Deci. consil. 12. col. 2. bonus text. in l. si hominem. ff. mandati.

Hinc dici solet, quod posse iudicem ex causa omnem iuris terminum minuere atque alterare, etiam si lex terminum taxet, & addat, non plus nec minus à iudice posse dari, vt probat text. in l. ad peremptorium. cum lege sequenti. in verbo, non minus. & ibi Paulus de Castr. iuncta l. non nunquam. ff. de iudicijs. & est text. per quem hoc ibi notant Bart. Angel. Alexand. Iaf. & Doct. in l. 2. ff. de re iudica. Gloss. Panormita. Ant. de Butrio, & communiter omnes in c. cum sit Romana. vbi latè per Philippum Decium in 5. colum. cum sequenti. de appellatio. & voluit Gloss. & ibi Doct. in regula, indultum de regulis iuris. lib. 6. & in §. sancimus, in verbo viginti, in auctenti. de exhibendis reis, colatio. 5. & in §. omnè, in verbo, cautione. in fine, in auctenti. de litigio. colla. 8. facit text. in c. pastoralis. vbi Panorm. Felyn. & omnes idem notant de exceptio. & in c. si tibi absenti. de præben. lib. 6. & in l. si quis à quo fundus, vbi Gloss. Ange. & Doct. ff. de damn. infecto. & in c. cum venissent de eo, qui mitti. in posse. & voluit Innocen. in c. ad petitionem. de accusatio. Panormi. inferendo

18
Inferior ius superioris potest interpretari.

19
Papa ius diuinum potest interpretari.

20
Iudex potest ex causa terminos legales alterare, etiam si esset dictio taxativa.

ad notabilem quaestionem in consil. 60. incip. venio ad primum. colu. pen. volu. i. istorumq; ratio ea est, quod ubi adest iusta causa, tunc non tam legis transgressio, quam iusta interpretatio fieri videtur, quam magistratus non solum facere possunt, sed etiam debent, ne aliter ipsam legem fraudare videantur, tantum abest ut custodire credantur. l. fraus. ff. de legib.

21
Princeps non potest modum succedendi a testatore ordinatum mutare, contra Doctores.

22
Princeps etiam de plenitudine potestatis sine iusta causa non potest modum succedendi a testatore dispositum mutare, ardua q.

23
Princeps regalia alienare nequit in enorme, nec etiam in mediocri damnum regni, contra nouiss. quod si leuissimum esset damnum.

Duodecimò apparet, † an verum sit quod tradunt Ludouicus Gozadinus consil. 26. in causa illustrissimorum. col. 9. post dominum suum, quem refert in quodam consil. & Fernandus Loazes, ubi supra pag. 98. vers. & propterea dicebat. aiunt enim modum succedendi a testatore ordinatum posse per principem alterari ac immutari, quando per talem alterationem reducitur successio ad ius commune, quos auctores adde ijs, quos congestissimus de succ. crea. lib. 1. §. 1. nu. 29. illatione 23. † ubi eundem articulum dum attingeremus, tenuimus de potestate ordinaria sine iusta causa id fieri non posse, de plenitudine vero potestatis posse fieri, etiam sine vlla causa, quod vltimum emendandum est. nam cum iam hodie ius succedendi sit iuris gentium, ut plenè ostendimus de succ. crea. §. 1. & de succ. progressu in praefatione, cumque ea, quae iuris gentium esse noscuntur a principe sine iusta causa immutari nequeant. §. sed naturalia. Instit. de iur. nat. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. superest ut ea immutatio principis meri & legitimi potestati non subsistat, quinimò nec si esset de iure ciuili ea succedendi facultas, per eum immutari sine iusta causa posset, cum meri & legitimi principes legibus, non leges huiusmodi principibus subsint, ut fusius supra c. 1. & 2. admonuimus, & omne ius cuiusque ciuitatis firmum & obseruandum esse intelligatur, ut in princ. Instit. de obliga. ibi, secundum nostrae ciuitatis iura. Nec dubium sit, quin æquum & bonum Reipublicaeque illi vtile praesumatur, ut plenè per Bald. in l. omnium. ff. de legibus. & in l. de quibus. colu. 10. eodem titu. plenè per Andre. Tiraquell. de vtroque retra. in praef. num. 75. Nec ad rem pertinuit, quod princeps plenitudine potestatis utatur, nam eam potestatem potestate ordinaria maiorem non esse saltem, quod ad hanc rem & similes, supr. admonuimus.

Tertiodecimò apparet etiam, † an talis merus & simplex princeps possit res & iura ad regiam coronam spectantia alienare, quando regno & regni successoribus enorme praedictum non infertur id, quod voluit doctissimus Loazes, ubi supra post Mathæum Afflictum constit. Neapol. lib. 1. titu. 7. de decimis. & post eundem Afflictum, quem allegat in titu. quae sint regalia, per Imperatorem Frideric. in prin. colu. 8. sed longè verius & consultius respondetur in contrarium, etiam si læcio enormis non esset, sed tantum mediocris, quamuis aliud esset, si tam minima esset,

ut tanto principi verosimilimum foret, id in specie a ciuibus denegatum non iri, ut patet iuribus & rationibus iam adductis, quae non expedit repetere.

Quartodecimò apparet similiter, † an tantum sit quod scripsit idem doctissimus Archiep. Tarraco. ubi supra pag. 239. vers. vel aliter post Andream Iserniam in titu. qui feudum dare possunt. c. 1. colum. 6. Cardinal. Alexandri. in praedictis feudorum. colum. 10. Claudia. de Seycello in suo feudorum speculo. d. titu. qui feudum dare possunt, in princ. colu. 5. aiunt enim, tales principes posse liberè quaecunque regnorum suorum bona, etiam si magna sint, Ecclesiae alienare, concedere, & donare, quo nihil à veritate remotius, ut nobis videtur dici potuisset, nam Ecclesia debet esse cultrix iustitiae, ut in titu. de alien. feudi. c. 1. §. 1. ut in specie hoc vtens argumento ait And. Tiraquell. de priuil. pix. caus. priuil. 100. vnde actus turpis in Ecclesiastico magis detestatur quam in reliquis. §. cogitandum. in auth. de monachis, sicque cum turpissimum esset Ecclesiam locupletari cum aliena iactura. l. nam hoc natura. ff. de condi. indeb. l. iure naturae. ff. de regu. iur. cumque; regibus tales alienationes interdictas esse constet propter suorum ciuium lætionem & praedictum, vitandum par est, in Ecclesias tales iniquas concessiones collatas, turpiores esse, quam si in profanos conferrentur, & consequenter minus ratas fore, quam si profanae fierent, nec enim Deus Opt. Max. gaudet donis impiorum, cum ipse sit iustitiae rectus; dator, vnde Silius Ital. lib. 6. bel. puni. ait:

Iustitiae rectus, dator qui cuncta gubernas.

Vnde par est talem alienationem etiam Ecclesiae collatam infirmam esse, ex regula dictante, † principes non posse res ad regiam coronam spectantes alienare, ut est text. apertus, per quem ita tenent Host. Innocen. Ioan. Andr. Antonius de Butrio. Panor. & communiter Doct. in c. intellecto de iure iuran. Doct. communiter in c. 1. de proba. & in proemio ff. & in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. Cynus, Alberi. & communiter alij in l. digna vox. C. de legi. & in l. benè à Zenone. C. de quadrien. praescriptione. Oldra. in consil. 74. incipien. eleganter circa negotium. Andr. de Isernia in c. 1. §. praeterea ducatus, de prohibita feudi aliena. per Fridericum Ioan. Andreæ, in additio. ad Specu. in titu. de instrumentorum editio. §. nunc autem. Bald. & alij in proemio seu praedictis feudorum. Idem Bald. in c. licet. §. in generali, si de feudo defuncti contentio sit inter domi. & agnatos. & in c. 1. versic. possideant, de pace Constantiae. Idem Bald. in c. 1. qui successores teneantur. & in l. cum multa. colum. penult. versic. nota quod Ecclesiae, de probatio. & tradit Baldus in sua margarita, in verbo, rex. iura enim regia,

24
Ecclesiae etiam fauore non potest princeps cum magna regni læsione res regiae coronae alienare, contra Doct.

25
Princeps res regiae coronae regulariter alienare nequit.

regia, & quæ de demanio, hoc est, de regia corona existunt, de quibus in c. 1. & ibi tradit Bald. quæ sunt regalia, nemo potest alienare, vt inquit in tit. de allodijs, in prin. ibi, districtum & iurisdictionem Imperatoris non presumat vendere, quia ea tenetur princeps illibata seruare. d. c. intellecto, & de supplenda negligenti. prælato. c. grandi. lib. 6.

26
Ecclesie quod
conceditur,
Deo quando
grati esse im-
elligatur.

Denique † vt Panormita. ait. c. relatum. de testam. & Andreas Tiraquell. de priuilegijs piz causæ priuilegio 140. id quod Ecclesiæ conceditur, hoc vno nomine commendatur, quod Deo gratum sit, sed hæc concessio cum in ciuium præiudicium esse intelligatur, eo ipso quod eorum consensus non accedit, superest, vt Deo grata non sit, & consequenter impia & iniusta videatur, præsertim per iura & rationes sæpè in superioribus memoratas, quas non expedit repetere.

27
Constantini
demanio.

Neque ad rem pertinet, † quod Constantinus Imperator Romam urbem & alias ciuitates cum quamplurimis alijs oppidis & castris Ecclesiæ donauit, vt habetur in c. Constantinus. 96. distinct. & in c. fundamenta, de electio. lib. 6. nam fortè ibi interfuit consensus populorum, vel illi principes erant tyranni & violenti, sicque illud ius quod habebant quale quale, illamve iniuriam & tyrannidem transtulerunt, quæ tempore potuit in ius conuertere, & his adde quod diximus de successio- num creatione. §. 26. numer. 83. vel dic vt per Laurentium Valenssem lib. de mentita Constantini donatione.

28
Princeps non
est dominus
personarum, nō
negi quàm
rem, contra
seruam.

Quintodecimò apparet etiam ex superioribus, quod scripsit Andreas ab Ifernica super 3. constitu. Neapolit. rubrica incipiente, quia frequenter, longè ab omni rure remotum esse. ait enim hæc verba: † Rex enim est dominus personarum tantum, id quod suspectum esse luce clarius supra ostendimus differentes, reges legitimos non ad suam, sed ad ciuium utilitatem creatos fuisse, porro dominum habere utile non est, sed omnium rerum ingratißimum, vnde ipse Andreas in eadem 3. constitu. rubrica incipiente, cum vniuersis. ait, esse contra naturalem rationem, vt princeps vasallum suum alteri baroni dare possit, & est æqua opinio, facit l. seruitutem. ff. de reg. iur.

S V M M A R I V M.

- 1 *Castrum vnius ciuis munitur impensis communibus, si bellum imminet.*
- 2 *Bellorum impense quando per Principem fieri debeant.*
- 3 *Bellorum tempore, vrbs cuius expensis muniri debeant.*
- 4 *Bellorum tempore ciuis Principem sequi suis expensis non tenetur, & quid in vasallo respectu domini. & quid si Princeps non habeat idoneos redditus.*
- 5 *Princeps rem ciuis etiam tempore necessitatis ven-*

dere non potest. & quid si sit extrema necessitas.

- 6 *Vasallus an dominum ob debita incarcerationum liberare teneatur.*
- 7 *Necessitatis aut bellorum tempore, iudex potest compellere ciues ad pecunias mutuandas Reipublicæ.*
- 8 *Vsuras recipere potest, qui coactus mutuauit.*

C A P V T V I.



EXTODECIMO apparet, † quid si princeps iussit castrum aut villam vnius ciuis munire, vt difficilis captu fieret, ed quod bellum imminet, & fortè hostium finibus contigua erat, an proprijs expensis facere teneatur ille ciuis, vel si Principis expensis fiat, an repetere possit, & magis est, vt neccius suis expensis facere teneatur, nec expensas factas refundere, sed si princeps ille idoneos redditus ad hæc & similia non haberet, fieret expensis totius regni, & ipse dominus villæ tanquã vnus ex regnicolis symbolum dabit, iuxta modum facultatum suarum, ita notat. Bal. in l. si in aliquam. ff. de offi. proconsulis & lega. Franci. Crement. singulari 26. si Princeps vel Rex. Bart. Veronen. tit. de serui. vrb. præd. c. 39. col. fina. Archiepiscopus Tarraco. vbi supra, pagin. 170. post Nicol. Boërium in tracta. de custo. clauii ciui. quem refert & Thomam Gram. cons. 13. in causa Miloniana, colum. penult. Ioan. de Soccarra in consue. Catalanix. fol. 53. ratio est, quia vt habet sententia nostra iam fusc probata, omnis principatus creatus fuit ad ciuium utilitatem, hæcque munitio ad vniuersorum utilitatem spectat, vnde vniuersorum expensis vt fiat par est.

1
Castrum vnius
ciuis munitur
impensis com-
munibus, si
bellum im-
minet.

Quod obtinet, † quando princeps ille à regno ad tam ingentes expensas belli faciendas redditus regales idoneos nō haberet (quale sanè est in regno Aragonensium) secus si idoneos haberet redditus regales à ciuibus assignatos (vt est in regno Castellæ) tunc enim ipsius principis expensis id fieri deberet, ita Angelus in l. turres, per illum text. C. de operibus pub. Archiep. vbi supr. pag. 163. Ias. in l. diuortio. §. impendia. & ibi Vdalricus Zazius. ff. solut. mati. Idem Ias. in l. sumprus, ad fin. ff. de lega. 1. Geran. de Petrasan. sing. 37. nota quod signanter. num. 3. allegat Ias. vbi supra, & Angelum in l. turres, per illum text. C. de operibus pub. Idem tenet Cattelianus Cotta in suis memo. in verb. castrum, & rursus in verbo, rex, qui omnes idem sentiunt in munitione cuiusque ciuitatis regni, † vt si princeps hanc ad rem & similes, à ciuibus suis idoneos redditus habet, eius impensis fieri debeat, sin minus, tunc impensis totius regni, conferendo suam quotam partem ipsa vrbs quæ munitur. In principe autem ratio est, quia eius principatus

2
Bellorum im-
pense quado
per Principem
fieri debeant.

3
Bellorum tem-
pore vrbs cui-
us expensis
muniri de-
beat.

estatus non ad suam sed ciuium vtilitatem constituitur, cum idoneis illis redditibus, vnde hanc ad rem sunt couertendi, quod & tenent Guiliel. de Cuneo, Bald. Cynus, & in l. nemi- nem. C. de sacros. Eccles.

4
Bellorū tēpo-
re ciuis prin-
cipē sequi sui
expensis non
tenet, & quid
in vasallo re-
spectu domi-
ni, & quid si
princeps non
habeat idone-
os redditus.

Decimosēptimò apparet etiam, † ciuem nō teneri proprijs impensis principem suum ad bellum pergentem insequi, sed moderata stipendia ab eo percipere debet, quando is princeps idoneos à regno redditus habebat, quos in rebus consumere debet, cum ad ciuiū non ad suam vtilitatem constituti principatus & redditus illi intelligantur. ita Iacobus de Arena in §. præiudiciales. Institut. de actionibus. Bart. in l. Mæuia. §. 1. per illum text. ff. de annuis laga. Oldra. consil. 234. factum tale est. Andr. de Isernia in §. fin. titul. de pace iur. fir. Bald. in l. qui manumittuntur. C. de oper. lib. Loazes in cons. pro March. de Velez, pag. 166. Bald. in c. cum ex officij. 3. not. per illum text. de præscrip. quos ipse Fernand. Loazes refert, & Ias. in l. si non sortem. ff. de condi. in deb. in §. libertus, col. 11. & Paris de Puteo de re mili. in rub. an dominus vasallum cogere possit, vt pro eo pugnet. Lucas de Penna in l. 1. colu. 4. C. ne rusticani, lib. 11. Bart. Casseneus in consue. Burgundia, ritu. de iusti. §. 4. colu. 4. Boërius decis. 303. clericus captus. num. 9. vers. & idem. Quodq; si princeps hāc ad rem idoneos census non habebat, nec malè consumpserat, stipendia ex ciuium collationibus penderentur ex mente eorundem. Quamuis feudatarius vasallus regulariter teneatur dominum suum in przlio iusto, etiam extra regnum existentem, proprijs sumptibus adiuuare, arg. l. suo victu. ff. de operis liberto. & notant Spec. in tit. de feu. §. quoniam. vers. 21. Andr. de Isér. & Bald. in c. 1. quibus modis feudum amittatur. & in c. 1. §. sed nec alia iustior, quæ sit prima causa benefi. amittent. Bald. & alij in c. 1. ad finem principij. vers. alia quæstio formatur, de Capitaneo, qui curiam vendidit. Idem Bal. in l. liberti libertæque. colum. 4. in princ. versic. circa prædicta. & vers. dubitatur si est bannū. C. de ope. liberto. Ludo. Rom. in l. recusare. §. si quis alio. colum. 1. & 2. ff. ad Trebellian. & Matthæus de Afflictis, in decisio. Neapolit. decisio. 265. incip. illustrissime. colum. septima, in fine.

5
Princeps rem
ciuiū etiā tem-
pore necessita-
tis videri nō
potest, & qd
si sit extrema
necessitas.

Decimooctauò apparet † etiam veram esse sententiam Bald. in l. penult. C. de bon. quæ lib. quem refert & sequitur Gerar. de Petra San. sing. 100. qui est vltimus. vers. adde etiam quod tempore necessitatis. nu. 17. aiunt enim dominum rem subditi sui etiam tempore necessitatis vendere non posse, id quod in simplici Principe intelligendum est respectu ciuis non feudatarij, quod Gerar. sentit regulariter procedere non sic, si extrema esset necessitas, quod tolerari potest, quia eo tempore omnia sunt communia, vt multa congestit Franc. à Ripa. in tracta. de peste, ferè per to-

tum. sed principalis opinio iustificatur ex sententia nostra dictante merum simplicemque principatum ad meram ciuium, non etiam principum vtilitatem inuentum. Sed & si sit extrema necessitas, adhuc principi in vim iurisdictionis non rem ciuis vendere non licet, non magisquam cuiquam priuato, sed ex re naturalis cognationis & societatis aliud erit, quo casu plus iuris aliquantulum principi quàm alteri conciuui tribuerem, facit l. vt vim, in fin. ff. de iust. & iure.

Decimononò apparet ex eadem sententia, † quod etiam si talis Princeps (ab Imperatore fortè) carcere ob molem debitorum tentus esset, eius ciues, & si diuites essent, non tenerentur eum liberare, eiusque debita creditoribus soluere, ita Aluarotus & Præp. & alij in c. licet, si de feudo defuncti contentio sit inter dom. & agn. estque communis & recepta opinio, teste Vdalrico Zasio de feud. par. colum. penultim. sequitur disertissimus Archiep. Tarrac. vbi suprà, pagi. 171. qui loquuntur etiam in vasallo feudatario, sicque longè facilius idem in simplice ciue respectu meri & simplicis principis admitterent, cum ipsi agnoscant vasallū feudatariū ad multa teneri, ad quæ ciues respectu principis minimè tenentur, vt per eundem Archiep. ibi, & per ea, quæ suprà disseruimus.

Denique † hoc casu fortè ad mutuandas pecunias is vasallus aut etiam simplex ciuis compelleretur, si verosimiliter ex redditibus sequentium annorum princeps ille percipere posset, vnde redderet. Nam tempore summæ necessitatis belli sauiantis etiam iudex ordinarius tales ciues potest compellere ad pecunias Reipublicæ mutuandas, pro alendis exercitibus, aut præsidiorum militibus, proque reliquis ad bellum necessarijs, ita Guiliel. & Nicol. de Neap. in l. scrinarios. C. de nu. lib. 12. in simili per Andr. de Isern. in c. 1. quis dicitur Dux. & in c. 1. §. sed nec alia, quæ sit prima cau. benefi. amitt. & in c. 1. §. simpliciter, de capi. Corrad. Bald. in l. 1. C. de oper. lib. Fernand. Loazes, vbi suprà, pag. 171. † Et hoc casu vsuras moderatas recipere potest ciuis ille, qui cōpulsus mutuauit, & id ita fieri æquum est, vt de succ. crea. lib. 1. §. 6. num. 22. disseruimus post Paul. Castr. in l. si quis nec causam. ff. si cert. petat. Ioan. Crotum num. 3. in rep. l. nemo potest. ff. de lega. 1. Et quod talis vasallus mutuando subuenire debeat principi suo, tenet etiam in tali summæ necessitatis periculo Ioan. de Anan. cons. 7. visis & ponderatis. refert & sequitur Loazes, vbi suprà, & Ias. in l. si ex toto. col. pen. ff. de lega. 1. Bonus de Curtili, de nobilitate par. 4. col. 7. Resta. Castaldus de optimo Imperatore, q. 57. Quod obtinet generaliter, ita tamen vt princeps ille postea si idoneos redditus à regno habebat, reddat integram pecuniam cum moderatis vsuris, quod si minus idoneos aut nullos habebat, idem

6
Vasallus an
dominum ob
debita incar-
ceratū libera-
re teneatur.

7
Necessitatis
aut bellorum
tēpore iudex
potest compellere
ciues ad
pecunias mutu-
uandas Reipublicæ.

8
Vsuras recipere
potest, qui
coactus
mutuauit.

idem fiat ex ciuium collatione, detracta ea particula quæ ad ciuem mutuantem, habita bonorum suorum ratione, spectabat, tanquã ad vnum è populo, vt supra edocemur, & ita sæpissime obseruatum fuit Hispaniæ cum bel- lis sæuientibus, Hispalensibus ciuibus & alijs aurum & argentum ab Indorum regionibus exportatum ac relatum mutuo publicè acci- poretur.

SUMMARIVM.

- 1 *Iustitia gratis exhibenda est à Iudicibus & à prin- cipibus, nec valeret consuetudo contraria in ec- clesia.*
- 2 *Historia Hispalensis.*
- 3 *Dotanda filia causa, an princeps possit ciues col- lectare, ardua questio?*
- 4 *Dotis spiritualis causa filia danda, an princeps ciues possit collectare?*
- 5 *Princeps femina pro se dotanda, an ciues possit collectare, ardua questio.*
- 6 *Principem captum, an ciues redimere teneantur?*
- 7 *Dotanda filia causa, an Princeps femina ciues collectare possit, & quid in fratre pro sorore do- tanda, vel in sorore pro altera sorore.*

CAPVT VII.

¹
Iustitia gratis exhibenda est à Iudicibus & à Principibus, nec va- lere consue- tudo contra- riam ecclesia- rum.



VIGESIMO † apparet Princi- pem subditis iustitiã gratis ex- hibere debere, & in simili tra- dit Ioan. Andr. in cle. statutum, in verbo, ex iurisdictione, de e- lect. vbi concludit, quòd cum iudex ordina- rius gratis teneatur subditis iustitiam mini- strare, si aliquid etiam pro sportulis receperit, illud teneretur restituere, etiam si consuetudo in contrarium fuerit. Nam non potest con- suetudine introduci, quod Iudex ordinarius Ecclesiasticus aliquid pro sententia possit re- cipere, cuius doctrinam referunt, & sequun- tur Car. Anto. de Butrio. & Panormi. in c. cum ab omni, de vita, & honest. cleri. Bonifacius de Vitalinis in d. cle. statutum, in pen. col. ver- si. contra partem 2. Anto. Corse. in singu. suis, in verbo, sportulæ. Ludoui. Roma. hanc, in- quiens, esse communem opi. in singul. 180. in- cip. tu scis quòd ius canonicum, quam etiam dixit communem opi. licet ipse eam non se- quatur Cardinalis Zabarella in d. cle. statu- tum, in 1. colum. Fely. in c. ad Apostolicam de simo. & Syluester de Pierio in sua summa, in verbo, iudex. el primo, in 8. quæstio. in fine. quamuis multi alij Doctores contrarium vi- deantur affirmare, cuius opinionis fuit Glo. in l. fori. in verbo, Castren. ibi, sed certè cum istud sit subrogatum. C. de aduocatis diuerfor- um iudiciorum. & in authen. offeratur, in verbo, prohibitis, in fi. C. de litis contestat. & in §. si quis autem. versi. ne autem. in authent. de iudicibus. collatio. 6. Specula. in tit. de sa-

larijs. §. 1. versi. cum si verò ordinarius. Hosti- Henri. Bouih. & Car. in d. c. cum ab omni. Pe- trus de Ancha. in confi. 201. incip. præmitten- dum. in 1. col. & Iaf. qui hanc dixit commu- nem opi. in §. tripli. in penul. col. Institutio. de actio. sed prior opinio æquior est, & publicæ rei vtilior, & in foro ecclesiastico sequenda, quia Ecclesia debet esse cultrix iustitiæ. auth. de monach. in prin. c. 1. §. 1. de alien. feudi. An- dr. Tiraquel. de priui. piæ. causæ pri. 100. Idem in foro seculari, vbi Principes à subditis & ci- uibus suis congruos redditus ad isthæc omnia recepissent, vt est in regno Castellæ, non sic, quando minus cõgruos, aut minus idoneos, vt est in Regno Aragonum. † Secundum quæ apparet, an iure accipi poruissent illa quinq- ginta millia aureorum, quos Ciuitas Hispalen- sis præbuit deditque ne denuo sibi impone- rentur illi iudices, qui vulgo auditores ap- pellantur.

²
Histor. Hispa- lensis.

Apparet ex eadem nostra sententia, quid respondendum sit in illa ardua quæstione, † an merus Princeps possit ciues suos colle- ctare (vt more nostrorum loquar) pro filia sua matrimonio collocanda, id quod videntur negare Ioan. Faber, Pau. Castren. & alij com- munitè in l. 3. per tex. ibi. C. de statu. & ima- gi. facit l. cum satis. §. caueant. C. de agrico. & cen. s. lib. 11. & per totum titu. C. ne rustici ad vllum officium. eod. lib. l. ab omnibus. §. si Ti- tio. ff. de lega. 1. l. iubemus nullã. C. de sacro- sanct. eccle. & per totum titulum C. vectig. noua. Bal. & Pau. Cast. in l. neminem ab anga- rarijs. C. de sac. eccle. Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. ad fi. versi. 10. quæritur Iac. de sancto Georgio in tract. de homagijs. colum. 10. & 2- lij plures quos allegat Nico. Boer. decisi. 126. & in dicto processu. num. 6. qui tamen agnoscit in contrarium se habere receptiorem opinio- nem. Sed pars negatiua videtur longè verior per nostræ sententiæ fundamenta, & per om- nia supra relata, & quia iure naturali inspec- to etiam hodie omnes homines æquales sunt etiam serui. l. quod attinet. ff. de reg. iu. ibi. quia iure naturali omnes homines æqua- les sunt. Nec ab hoc iure recessit ius gentium nisi in seruis & mancipijs. d. l. ex hoc iure, cum simi. nec recessit etiam ius ciuile, quinimò enixè amat, & præcepit seruari inter homines æqualitatem. l. cum oportet, in prin. C. de bo. quæ lib. l. illam. l. illud. C. de collati. & dd. ll. supra alleg. & quia principatus ad meram ci- uium vtilitatem inuentus (vt supra ostendi- mus) in eorundem perniciem & internecio- nem conuerti nefas in ciuile ac turpissimum esset. l. legata inutiliter. ff. de adim. lega. l. le- gata inutiliter. ff. de leg. 1. l. quod contra. ff. de reg. iu. vnde tales ciues ad id nullo iure cogi possunt, nõ magis quàm quilibet extraneus, nõq; magis quàm pupillus posset cogi ad do- tandam filiã tutoris sui, cui tutelæ adz quatur principat^{us}, vt nõ semel admonuim^{us} sup. c. 1. 2.

³
Dotanda fi- lia causa, an Princeps pos- sit ciues colle- ctare, ardua questio.

4 *Dotu spiri-
tuali causa
filia danda,
an Princeps
ciues possit
colleſtare.*

Vigefimoprimum apparet hinc non teneri eos ciues pro principis sui filia monasterium intrante dotanda, non magis quam pro ea matrimonio collocanda, cum utroque casu par ratio sit, qua de re per Bar. Cassan. in addi. noua. in l. cōsu. Burg. fol. 34. col. 4. Soz. reg. 12. & sunt alij multi, vt per Boer. vbi supra num. 12. vers. non solum pro filia.

5 *Princeps fa-
mina pro se
dotanda an
ciues possit
colleſtare, ar-
dua que.*

Vigefimo secundo apparet etiam, an ipsa filia si esset principis patris sui hæres, posset tanquam in ipso principatu succedens, similia tributa pro se ipsa matrimonio collocanda imponere? & tenentes partem affirmatiuam, vt pater ipsius id possit, verosimilimum est id facilius ipsi filia concessuros, quia propter vnumquodque tale & illud magis, secundum Philosophum, vt rectè notant Doct. per tex. ibi in l. sed si plures. §. filio. & §. in arrogato. ff. de vulg. & pupil. substit. & ita in specie tenet Boer. decisio. 130. quintò, an filia hæres post alios quos ipse refert contra Cassanum per eum relatum, cuius opinionem negatiuam longè veriorè & æquiorè existimo per proximè adducta, quæ non expedit repetere, & huic parti tacitè ad stipulantur omnes illi, quos partem negatiuam in parte dotante diximus tenuisse. Et vtriusque partis fautores (quantum suspicor) in hac conuenissent sententia in meris principibus, remoto & cessante omni iure locali & particulari scripto vel consuetudinario. Et si quæ iura in contrarium adduci possunt, loquuntur in alijs terminis, puta in libertis respectu patronorum, vel ipsius liberorum, vel in dominis qui vassallis suis feudum concesserunt, & in reliquis similibus casibus specialibus, non in simplici ac mero principatu.

6 *Principem ca-
prum, an ci-
ues redimere
conſentur.*

Vigefimo tertio apparet etiã, quid si ab hostibus princeps merus captus esset, an vassalli eum redimere tenerentur, & si quidem captus fuit dum pugnaret, vel aliter res ipsorum ciuium & regni ageret, aggressus uè fuisset, par est, vt ab eis redimatur, & ita procedunt omnes leges titularum. ff. & C. de negotijs gestis. & ff. & C. manda. cæterum si vel eorum res non agebat, vel inutiliter aggressus fuisset, & parum consultè, contrarium responderem per iura & rationes, de quibus supra, qua de re plenè per Nico. Boer. decisio. 126. num. 8. cum seq. Et faciunt quæ supra diximus. c. præ. dum tenuimus talem principem pro debitis incarcerationum, non teneri ciues liberare proprijs expensis, præsertim cum ipse sibi consulere possit bonis cedendo, plenè per Boer. deci. 128. tertio ad aliam quæstionem, vbi disputat quid si debitum illud descenderet ex causa ciuili, & quid si ex causa criminali.

7 *Dotande fi-
lie causa an
Princeps fa-
mina ciues
colleſtare pos-*

Vigefimo quarto apparet etiam, an mater Princeps pro filia sua dotanda, tributum ciuibus suis possit imponere? id quod disputat Nicol. Boer. decisio. 129. quarto, an subditi & cū ad patrè spectet onus dotandæ filia, ad ma-

trem verò regulariter non vtique. l. fi. C. de dotis promi. iuncta l. neque mater. C. de iure dotium. superest vt matri id liberum non sit, quandoquidem etiam in patre idem renuimus supra.

*fr, & quid in
fratre pro so-
rore dotada,
vel in sorore
pro altera so-
rore.*

Vigefimo quinto apparet ergo fratrem pro sorore dotanda, aut vna soror pro alia sorore dotanda, id longè minus efficere posse. quandoquidem talia dotandi onera ad has personas regulariter non spectat, licet aliquando sic, qua de re in specie per eundem Boer. d. decisio. 229.

SUMMARIUM.

- 1 Princeps bis aut pluries quando possit ciues colleſtare.
- 2 Princeps censum antiquum ciuibus inuitis augete non potest.
- 3 Charitatum subsidium quando exigi possit.
- 4 Vocabula rerum immutabilia.
- 5 Demones non homines sunt appellandi, qui vitia induunt virtutis nominibus.
- 6 Ciceroni graui sententia.
- 7 Maior atque vni diuitias, multis seruitutem miseram inducit.
- 8 Collationes ciuium expilationem presentem, & seruitutum futuram inducunt.
- 9 Principi homines ciues non rectè appellari contra Afflictum.
- 10 Nobiles, an homines suos cedere plagis possint, ardua questio.
- 11 Vassallus & dominus an iudicentur à pari.
- 12 Iudeorum paruuli non possunt eripi parentibus vt baptizentur.
- 13 Delictum extra fines regni commissum, an puniatur.
- 14 Princeps agere potest & debet, pro vexatione, aut damno ciuibus suis illato.
- 15 Hospitia gratis, an regis familia à ciuibus debeatur, not. questio.
- 16 Ciues regem etiam habentes dicuntur ingenui, & possunt esse testes in causa regis.
- 17 Ciuibus à principe moderatam sauitiam, an inferre liceat? ardua questio.
- 18 Ciuem malè tractatum à domino, Princeps superior eximere potest, etiam non requisitus.
- 19 Princeps tyrannicè aut perperam regens, an ipse iure desinat esse princeps.
- 20 Princeps imperio abutentes, an possint per Papam priuari principatu.
- 21 Historia Samuelis.
- 22 Historia Innocentij Primi? papa.
- 23 Historia Leonis Primi Papa.
- 24 Historia Zacharia.
- 25 Historia Gregorij Septimi Papa.
- 26 Historia Papa Leonis.
- 27 Historia Constantini Papa.
- 28 Historia Innocentij III. Papa.
- 29 Historia Martini IIII. Papa.
- 30 Historia Bonifacij Octauis Papa.
- 31 Historia Papa Alexandri.

- 32 Historia Adriani Papa.
- 33 Princeps imperio abutens, quid à ciuibus iure spectet, ardua quaestio.
- 34 Publicè vrile quid videatur, vt q², priuato commo-
dopraferatur.
- 35 Tyrannidis descriptio.
- 36 Tyrannorum infelicitas.
- 37 Historia Dionysij.
- 38 Historia Caracalli.
- 39 Historia Caracalli, alia.
- 40 Historia Caligula.
- 41 Tyrannorum occisio inculpar a est.
- 42 Occisionis vitanda praecipu, egregia declaratio.
- 43 Legum verbo aut scriptura non obligamur, sed
mente.
- 44 Indefinita aequipollet vniuersali.
- 45 Verosimilitudo verbis praefertur.
- 46 Declarans nihil denuo inducit.
- 47 Occidere licet, etiam extra casus veteri lege con-
tentos.
- 48 Furem diurnum an occidere liceat, ardua quaestio.
& leges contrarium iubentens, an sint noxia?
- 49 Adulteram occidi leges iubentes sunt iusta.
- 50 Leges nouare malum.
- 51 Pœna culpa par.
- 52 Iurisdictioni aliena se committere stultitia est.
- 53 Imperio omnes initio vtuntur, sed ilico abutuntur.
- 54 Fides ideo in terris non est, quod in caelum euo-
lauit.
- 55 Fabula Fidei.
- 56 Fabula Cuculi.
- 57 Hypocrisis.

C A P V T V I I I.



VIGESIMO sextò apparet etiã his casibus & similibus, quibus negauimus tributum imponere ciuibus suis principem merum posse semel, † longè min⁹ bis aut pluries imponere fas ei esse, id quod disputat Boerius, decisi. 131. quæ controuersia iustiorerit in vasallis feudum accipientibus à tali domino, in quibus lex conuentionalis ipsius feudi seruanda est.

Vigesimo septimò † apparet, talem principem talibus ciuibus non posse augere censum antiquum nolentibus, nec valeat: conclusum ex facto fuit, quod nō per textum, in d.l. cum satis. §. caueant. & ibi Iaco. Rebuf. de agrico. & censi. & Ioan. de Plat. in l. domini, eod. tit. & in l. missi, de exacto. trib. lib. 10. & in l. quicunque. & l. penu. de omni agro deserto, & Specu. tit. de censib. §. nunc dicendū. vers. saepe quoque. cum vers. sequen. & Bal. in c. 1. qualiter vasal. iura debeat. fidei. Bertran. de Carpentā. consi. 17. vol. 1. cum alijs pereum alleg. & Iaco. de sancto Geor. in quaest. feud. quæst. vlt. quas posuit in fi. ff. de iure dotium. Petr. Sacco. in sua praxi. & tex. in l. 1. & ibi Bar. Ioan. de Plat. Iacob. Rebuf. & Lucas de Penna. C. in quibus casu. coloni dominos accusa. po. lib. 11. & in l.

coloni, ibi, exceptis superexactionibus, eod. tit. & in l. 1. C. de pasuis publ. lib. 11. signantur per Iacob. Rebuf. & Bal. in l. cum multa. C. de bonis quæ lib. & Alex. consi. 195. incip. quoniam abundè, & rectè, lib. 2. & Lucas de Pen. in d. l. 1. de superindi. col. pen. & ad hoc facit tex. in c. cum Apost. §. prohibemus, & cap. grauis, & c. prohibemus, de censi. & in c. 2. & ibi per Ioan. de Anan. in 3. notab. de Iudæis. Albe. de Rosa. in l. diuus. §. vsu legato. ff. de vsu & habit. & in l. vlti. C. de offic. præfect. prætor. orient. nisi de consensu eorum augmentum factum fuisset. vt volunt Doct. supra alleg. & Philip. Decius. consi. 191.

Vigesimo octauò deducitur † etiam ex nostra sententia, quid respondendum sit in subsidijs charitatiuis, quæ à subditis exigere possunt Papa, Patriarchæ, Cardinales, Primate, Archiepiscopi, Episcopi. c. fi. de dilata. ad de liberandum, de Iudæ. & in clem. de decimis. c. conquereute, de offi. ordi. c. cū Apostolus. §. prohibemus, de censibus. c. quia plerique de immuni. eccle. clem. frequens. §. in exigendo, de excess. præla. quæ sanè ex mente ipsorum iurium non nisi ex necessitate vrgentissima debent imponi aut exigi, & quando exigens aliunde sibi consulere non potest, qua de re fusc per Nico. Boer. decisi. 133. cum trib. sequè. & decisi. 136. incip. charitatiuum subsidium. ipse post plures, quos allegat, disputat, an is prælatus ad solutionem eius subsidij per excommunicationem procedere possit, quod quasi durum abnegare plerique videntur, ne ipse in causa sua sibi ius dicere videatur, cōtra l. vnicā. C. ne quis in sua causa iudicet. aut ius sibi dicat. l. magistratibus. ff. de iurisdic. omni. iudi. Ipsi autem isthæc omnia pessimè seruant, nam & eorum ditissimi non rarò, & necessitate minimè vrgente, vel quam aliunde facile reparari licebat, id exigūt à pauperibus subditis, nec pudet falsis mentitisq; nominibus teterrimam illam rapinam charitatiuū subsidium appellare, d̄ quam deceptus erat prudentissimus Iureconsultus, qui in l. si quis fundi vocabulo. ff. de leg. 1. scripsit † Rerum vocabula immutabilia esse, † nec suspicatus nimirum fuit ad ferè tempus quo vitio etiam turpissima mentitis virtutum nominibus induerentur armarenturq; fierent vt sic in expugnabiles. Istorum ergo hominum mores (si hominum, & non dæmonū nomine digni sunt) præfagebat prudentissimus Cice. † dū scriptū reliquit ita lib. 1. Off. Nulla generi humano & iustitiæ maior pestis est, quàm eorū, qui cum maximè fallunt, id agunt, vt boni viri esse videantur, id quod vt nobis videretur, in ijs rectissimè ac dilucidè inuenies, qui honestis mentitis tamen nominibus sua teterrima facinora tegūt, cuius nefadi, & infausti moris docile in prauis humanum genus probè & nouit & seruat. Quod † si discere cupis quorsū quæque ad opera tales pecuniarum collationes

3
Charitatiuū
subsidium quā
do exigi possit

1
Princeps bis
aut pluries
quando possit
censu collectas
re.

2
Princeps censu
sem antiquū
ciuibus immi-
tis augere nō
potest.

4
Vocabula rerum
immutabilia.

5
Dæmones nō
homines sunt
appelladi, qui
vitiā indu-
unt virtutis
nominibus.

6
Ciceronis gra-
uis sententia.

7
Maioratus
vni diuitias,
multū ser-
uitutem mi-
serā inducit,
ab

ab miseris plerunque personis exigantur, patitis exponam, ut immensa spes & diuitiarum tales praelatos confluant, hocque insuper eorum addatur aceruo, quid inde ut omnes ege norum possessiones, agros, campos, annuos redditus, census & denique omnes fortunas, facultates, substantiam emant, comparent, liberis, nepotibusue suis concedant, relinquat. † sicque ea bona, quibus innumera hominum millia alebantur, ad perpaucos deueniant, quid tunc postea, quid rogas, in promptu perniciis est, nonne si in quadam prouincia per hos modos, aut similes, ad homines (verbi gratia) centum vniuersa regionis substantia defluxit, necesse erit ut innumera reliquorum hominum millia vel fame pereant, vel his ditioribus ut serui & mancipia seruire cogantur, id quod iam euenisse in latissima Hispaniarum regione & patria nostra, & cum magno nostro ac lugubri malo experti sumus, ut iam omnes vniuersique homines illic (paucis diuitibus demptis) tam nudi nascantur quam iumenta, nascanturque quasi serui & mancipia, eo quod æternum pauculis illis ditioribus seruire necesse habeant, nisi malint fame perire, aut à patria dulci exulare. ergo hoc malum quin omnium perniciosissimum sit, dubium non est. Primum, quia infligit indicitque reliquis omnibus hominum millibus lamentabilem, inuisamque seruitutem, quæ mortalitati comparatur, l. seruitutem. ff. de reg. iu. Deinde quia id malum non temporale est, sed æternum, præsertim ex more nostræ tempestatis, quæ induxit, ut istorum bonorum sic cumulatorum semper constituentur vincula & maioratus prohibita in perpetuum omni alienatione & diuisione talium bonorum, & tamen humani generis tanta mentium cæcitas est, ut vel hanc rem & usum maioratum reliquis omnibus malis longè pestilentio rem fauoribus prosequendum existimauerit. Id quod inducit Taurina lex. Denique ut è diuerticulo ad viam redeamus, cum omnis principatus & superiorum dignitas ad bonum & non ad malum sint creati, ea subsidia charitatiuè parcissimè & ex necessitate duntaxat urgentissima admitti oportet & decet, & curare ne denud tales bonorum maioratus constituentur, ne è constituti conseruentur.

9
Principi homines ciues non recte appellari, contra Afflictum.

Vigesimo nonò deducitur etiam ex eadem sententia nostra, ut & supra incidenter attigimus, † veram non esse opinionem Mathæi Afflicti, dum decisi. 307. incip. regia maiestas, num. 2. versu. ad primum. scripsit, omnes regis vasallos homines regis appellari: quia (inquit) dominus rex, est dominus personarum, vox vniuerso generi humano noxia & inimica, & à natura principatus meri longè aliena, ut iam ostendimus. hæc tamen opinio ex lege conuentionis saluari posset. In eodem tamen errore fuit ipse Affli. decisi. 551. nu. 2.

Trigesimò apparet similiter, † an sustineri

possit sententia Bal. qui in auth. ad hoc. C. de lati. libertate tollenda scripsit, quod ut liberum est domino seruum suum capere, & plagis mediocribus cedere, ita idem facere fas est nobilibus quo ad homines suos. Idem Bal. consi. 439. Magnificus dominus, colum. 2. lib. 3. Contrarium sentit Ang. in l. sancimus. C. de pænis. & Nicol. Boeri. decisi. 55. quia supra col. si. quorum opinio ex superioribus veriore esse constat. Facit, nam † dominus & vasallus iudicantur à pari. Glo. & Doct. in c. 1. qualiter dominus proprietate priuetur. Math. Afflicti. decisi. 396. in causa comitis, num. 6. & in decisi. 265. illustrissime, num. 2. & nu. 13. per c. 1. de forma fide. & ibi Bal. & c. de forma. 22. q. 5. Fallit in quindecim casibus, quos enumerat ipse Afflictus in d. decisi. 265. Sed ista procedunt in vasallo feudi, vnde is vasallus per ipsum dominum propria autoritate potest feudo priuari, secundum eundem Afflictum decisi. 392. Rex Ferdinandus, nu. 19. Bal. in c. si. in si. per quos fiat inuestit. bene tamen iudicantur à pari quoad hoc, ut si vasallus delinquat in dominum, perdat utile dominium, & ex diuerso, si dominus delinquat in vasallum, amittat directum. c. 1. qualiter dominus propr. priuetur. Fallit in regibus & principibus superiorem non recognoscentibus in temporalibus. ita Afflictus d. deci. 265. num. 13. versu. tertia fal. Lucas de Penna in l. in sacris. C. de proxi. sac. scri. lib. 12. ad finem. Bal. in d. c. 1. qualiter dominus propr. priu. sed ipsi sanè loquuntur contra iura per eos allegata, quæ longè facilius locum habent in principatu simplici & mero quàm in iure feudali, ut non semel supra meminimus, & ita ut in tali princeps malè regens regis nomen exuat, & tyrannus esse incipiat & appelletur, tenent alij quos allegauimus de succ. crea. lib. 3. §. 26. nu. 47. faciuntque omnes leges sub tit. ff. C. & Instit. de susp. tut. nam ut talis tutor remoueretur, ita & talis princeps qui tutori exequatur, ut supra ostendimus.

Trigesimo primò † apparet etiam sententiam nostram facere pro parte negatiua existimantium principes temporales nullam habere potestatem super animam ciuium suorum, & consequenter non posse paruulos infantes Iudæorum, si subditi sint, à parentibus abducere ut baptizentur, quam opinionem tenuerunt Glo. Ioan. theuto. in c. Iudæorum. 28. quæst. 1. quia si possent eripi in paululum temporis, nullus esset Iudæus in mundo, & sic non posset adimpleri illa propheta Esaiæ 10. & Roma. 9. c. quod reliquæ Israel saluæ fient. hanc Glo. sequitur Card. Florenti. & Marianus in c. sicut, de Iudæis. tenet S. Thomas de Aquino 2. q. 10. arti. vlti. idem confirmat Richardus in quarta sententia, distin. 6. Abb. Sicut. in d. c. sicut, Calderi. in consi. 3. in tit. de Iudæis. quia nullus ad fidem est cogendus, ut dicit tex. in d. c. sicut. & quia voluntarium militem Chri-

10
Nobiles aut homines suos cedere plagas possint, ardua 9.

11
Vasallus est dominus et iudicatur à pari.

12
Iudæorum paruuli non possunt eripi parentibus ut baptizentur.

Christus elegit. 15. quest. 1. c. non est. & quia iura communia volunt, quod nulla iniuria & nulla violētia debeat fieri Iudæis, vt in l. Christianis. C. de paga. & sacri. cor. & in c. final. c. Iudæos, de Iudæis. q. 1. c. si quis. Inde dicit Car. in c. de vxore, in fin. in princ. de sepul. quod quod ad sacramenta seruus liber est, de coniugio seruo. c. 1. hanc sententiam firmant etiam Card. Flo. in clem. 1. in fin. de Iudæis. & Ioan. de Ana. in d. c. sicut. & Ioan. de Ligna. qui dicit quod probant illam gloss. Ioan. Theu. & idem Alexan. de Imol. in l. 2. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. & illam Glof. sequitur Stephanus de Caieta in suo sacramentali, in sacro baptismi, quæst. 42. in fi. Laudinus in sacro de baptismi. penul. col. & frater Ang. de Clauasio in summa sua, in verbo, baptismus. §. 2. & Car. Alex. 45. dist. c. qui syncera. & Pet. de Palude in 4. sententiarum, dist. 4. Idē enim in summa Pisanella, in verbo, Iudæus 3. & in summa confessorum ibi allegata. Quā plures tamen tenent contrarium, vt per Afflict. vbi supra, & per Guerre. in speculo prin. c. 31. nu. 11.

Trigesimosecundò apparet ex nostra sententia, & omnibus eius fundamentis, tenendam esse partem affirmatiuam existimantium regem in subditos perperam agentem regno remoueri, vt attigimus supra & infra latius.

Trigesimotertiò † deducitur etiam ex sententia nostra, veram esse opinionem Alexan. consil. 15. lib. 5. colu. 2. & Bald. in c. 1. §. iudices, de pace tenenda. & Matth. Affli. deci. 265. nu. 6. vers. nec tenetur inquirere. aiunt enim vassalli aut subditi de crimine extra fines regni, principem suū inquirere nō debere, & rectē. Nam quāuis ipsi non pbent, patet ex ratioe & sententia nostra, principatus enim ille est ad meram subditorum vtilitatem, is autem cum non deliquerit in læsionem alicuius ex subditis, nihil sanē interest eorum, deliquerit nec ne. sicque cessat effectus collatz & concessz iurisdictionis, vel cessat finis, & contēquenter debet cessare effectus l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. vnde hæc opinio par est, vt eo casu moderetur, quo in læsionem alicuius ex ciuibus & subditis ille deliquisset, quamuis extra regni fines, quod nota, quia frequentissimum, & intellige non ex mero officio regis sui, nam ad postulationem damnus passus fortē secus, ne aliās à rege, vel regione illius bellum inferatur, vt in sequen. collectione.

Trigesimoquartò apparet etiam ex sententia nostra, † Principem agere posse pro vexatione, quæ subditis inferitur, non aliter atque tutor pro læsione pupilli sui, quia vtriusque munus hanc ad rem proditum fuit, vt per Bald. in dicto §. iudices. Oldra. conf. 206. in causa Carmonensi. Hostiens. in c. licet. in fin. de prob. & hæc est iusta causa belli indiciendi, & represaliarum concedendarum: vt

plenè per Bart. in tract. repre. per Alfon. Gue^r. in speculo principum. c. 4.

Trigesimoquintò apparet ex sententia nostra, † an ciues familiaris regis hospitia gratis dare teneantur, id quod Hispaniæ in viu est. Sed de iure communi sunt variaz opiniones. nam Bald. in l. obseruare, in princ. ff. de offi. procons. & Andreas de Ifern. in c. 1. quæ sint regalia. & Matth. Afflict. decisi. Neap. 265. num. final. tenent partem affirmatiuam, loquuntur tamen non satis apertè, nec expriment quod fiat gratis. Alij aliter sentiunt. Sed iudice me vbi princeps à regno habet cōsignatos idoneos census & annuos redditus ad omnem impensam, id gratis fieri non debet, aliās vtique. Neque quisquam ciuium in hoc magis oneratur quàm reliqui, cum principis officium sit circumire, & visitare omnia oppida omnesque ciues suos, sicque erit huius oneris vicissitudo.

Trigesimosextò † deriuatur etiam ex sententia nostra, vassallum, hoc est, ciuem ratione tantū iurisdictionis subditum, præter feudum, ingenuum esse, vt tenet Matthæus Afflict. decisi. Neap. 304. in causa baronis, nu. 6. & 7. Bal. in c. ego Episcopus, de iure iurand. & idē talis ciuis potest esse testis in causa principis sui, vt per eosdem ibi. & ita Hispaniæ feruat consuetudo, qua in re sunt vndecim diuersz Doctorum sententiæ, quas refert Affli. vbi supra.

Trigesimosseptimò † apparet etiam ex sententia nostra, suspectam esse opinionē Angeli Aretini in §. in potestate. col. 3. in Instit. de his, qui sunt sui vel alieni iur. & quæ nota ibi Ioan. Christoforus Portius colu. 3. in addi. incip. adde quod hodiè. & ibi etiam Ias. in addi. incip. not. quos refert & sequitur Thomas Grā. in addi. fi. ad Matth. Affli. deci. Nea. 265. aiunt enim dominorum in subditos moderatā sēuitiam permissam esse, id q. verū nō est simpliciter, quia nec moderata, nec etiam minima sēuitia principis meri permissa est in ciues ingenuos & liberos, vt ex omnibus superioribus luculenter constat. Sed illud procederet in domino respectu seruorū. §. sed maior asperitas. Inst. de his qui sunt sui vel alieni. iur. l. in suis. ff. de lib. & posth. Idemque in filijs, vt ibi. Quinimò † si dominus subditū enormiter & atrociter oneraret, Princeps superior posset talem vassallū ex toto eximere à sua iurisdictione, etiam tacente ipso subdito, & nihil petentis. Ioan. Fabr. in §. fi. Insti. qui sunt sui vel alie. iu. Guid. Papa in suis decisi. parlamenti Grati. decisi. 62. si quis Baro. Thom. Gram. vbi supra. Quinimò ipso iure talem iurisdictionē amittere videretur, vt probaui de succ. crea. lib. 3. §. 26. nu. 47. † Et talem dominum, quod Imperator vel Papa possent ab ea iurisdictione priuare, vel ipso iure priuatum esse declarare, tenent Alber. in l. benè à Zenone. C. de quadri. præscri. & Tho. Gram. vbi supra in simili, per Bal.

15
Hospitia gratis in an regni familiaris à ciuibus debeatur, not. q.

16
Ciues regem etiam habentes dicuntur ingenui, & possunt esse testes in causa regis.

17
Ciuius à principe moderatam sēuitiam an imo ferre liceat, ardua q.

18
Cinem malè tractatum à domino, princeps superior eximere potest etiam nō requisitum.

19
Princeps tyrannicè aut perperā regēs an ipso iure desinat esse princeps.

13
Delictum extra fines regni commissum an puniatur.

14
Princeps agere potest & debet pro vexatione, aut damno ciuib. sui illato.

Bal. in 1. rub. ff. dum ait quod tales vasalli oppressi non tenentur domino obedire. Idem Bal. in c. 1. §. publici latrones, de pace tenen. qui loquitur in fortioribus terminis. nempe in feudo quo priuatur dominus vasallos perperam tractans, & Bal. in c. 1. qualiter dominus propr. priu. ait † quod abuterès dominio vel iurisdictione facit se indignum dominari, sequitur Iacob. de sancto Geor. in tract. de homo mag. in quinque. col. vlti. per Franc. Curt. de feudis. par. 6. prin. colum. 1. vers. que-ro ergo. Fel. in c. cum nobis. colum. 3. de præscrip.

Denique Papa Imperatores etiam ac Reges imperio, ditione, principatu abutentes, potest deponere & priuare, vt refert doctissimus Archi. Tarra. vbi supra, pagi. 398. in hæc verba, ita inquit, notant Bar. Bal. Pau. de Cast. & communiter Doct. in d. l. fi. C. de legibus. Idem Pau. de Cast. in d. l. fi. ff. eodem ti. Bal. in l. rescrip. C. de precib. Impera. offeren. Ioã. de Imo. in c. dilectus, el primo. colum. 1. de præben. Petr. de Monte in sua monarchia, in 4. q. in fine. Martinus Lauden. in trac. de principibus. in 10. & 111. notabili. Præpo. Alex. in c. si Papa. col. 5. 40. dist. Io. de Selua in d. tract. de beneficio, in 4. par. in 8. q. vers. 16. 17. & 18. & Andr. Alcia. in l. bona ciuitatis. ff. de ver. si. & in l. inter claras. C. de summa Tri. & fide catho. Card. Iacobatus in d. tract. de Concilio, lib. 4. arti. primo, pag. 130. Restaurus Castaldus in tra. de optimo Imperatore, in 81. quæst. & Petrus Albinianus in tractatu de pontificia potestate, fol. 25.

Et † pater de Samuele, qui vt scribitur Regum primo, c. 16. Saulem Regem deposuit, & in locum illius Dauidem Regem constituit.

Et † patet de Innocentio primo Pontifice, & post Petrum 40. in ordine, qui vt Baptista Fulgo. exemplorum lib. 6. de seueritate refert, Archadium Augustum & Eudoxam eius vxorem extra communem fidelium gregem fecit, eo quod Chrysofomo Patriarchatus sui honore depulso, Theophilum Alexandrinum Patriarcham suffecit.

Et de Leone Primo & summo Pontifice, & quadragesimo quinto post Petrum in ordine, qui (vt Matthæ. Palmerius Florentinus in chronic. Eusebij tradit) Theodosium Imperatorem deposuit, qui sacerdos inde effectus reliquum suæ vitæ tempus priuata quiete peregit.

Et † de Zacharia summo Pontifice, qui, vt habetur in c. alius. 15. quæst. 6. Ildebrandum Gallorum Regem, tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo quod tantæ potestati erat inutilis, à regno deposuit, & Pipinum Caroli Imperatoris patrem in eius locum substituit, omnesque Francigenas à iuramento fidelitatis absoluit.

Et † de Gregorio Septimo, qui (vt idem Matth. Palmerius tradit, & Baptista Fulg. in

d. lib. 6. retulit) Henricum Tertium imperio priuauit, post cuius priuationem Rodolphus Imperatoriam maiestatem per electionem obtinuit.

† Et de Leone Trigesimo quinto, Constantinopolitanorum Imperatore, qui, quia sanctorum imagines à templis abradi atque auferri iusserat, à Gregorio summo Pontifice Imperio simul & fidelium communionem priuatus, maledictus interiit.

† Sic & Constantinus Papa Philippum ab Imperio expulit, & Adrianus Desiderium, Longobardorum Regem, regno priuauit.

† Sic etiam Innocentius Tertius Otthonem, Saxoniarum Ducem ac Romanorum regem, deposuit, & Innocentius Quartus, vt habetur in c. ad Apostolicam, de re iudi. lib. 6. Federicum Imperatorem in Lugdunensi concilio ab imperio abdicauit, indignumque imperio fecit.

† Sic Martinus Quartus Petrum, Aragonum regem, deposuit, & secundo genito regnum contulit.

† Sic etiam Bonifacius Octauus, Lusitaniarum Regi remisso ac negligenti (vt habetur in c. grandi, de supplen. negli. præla. lib. 6.) nobilem virum Bononiensem Comitem, illius fratrem collegam dedit. Et quod id facere possit Papa, tenet etiam Alphonsus Guerrer. in speculo principum. c. 31. nu. 17. vers. ideo Papa. referens quemadmodum summus Pontifex Imperium à Græcis ad Romanos transtulerit, per c. venerabiles, de elect.

† Et vt Alexander VI. Pontifex max. Fernandum Regem Hispaniarum catholicum Imperium noui orbis transtulerit, hoc est concesserit.

Idem refert Guer. in eod. tract. c. 16. 13. num. vers. sed Papa Adrianus. Sic Iulius Secundus Pontifex max. Ioannem, Regem Nauaræ, regno priuauit, illudque regi Catholico Ferdinando concessit. Stat ergo quod Princeps, qui principatu abutitur, ius principatus ipso facto amittit, vt multi disseruerunt quos supra retulimus & diximus, §. 26. num. 47. de succ. cre. Et, vt alij tradiderunt, ei possunt ciues obedientiam denegare, & potest per Imperatorem si eam recognoscit principatu remoueri, sin minus per Papam.

Quinimò † si principatu intolerabiliter abuteretur, posset per ipsos ciues interfici, secundum sanctum Thomam. 2. senten. dist. 46. quæst. 2. art. 2. vt eum refert, & ita intelligit Tho. Gram. in add. fi. ad Matthæ. Affli. decis. Neapo. 265. in fine. quem doctrinam ipsemet S. Tho. repetit opusculo 20. de regimine prin. c. 6. cuius doctrinæ aliquantulum aduersari videtur concilium Constan. sessione 15. & ab illa doctrina recedere videtur Fely. in c. cum nobis. colum. 3. de præscri. & Tho. Gram. vbi supra, & Augusti. de Ancona in tract. de potest. eccle. quæsti. 54. arti. 3. & Prixiensis in re-per.

gorij Septimi
Pape.

26
Histo. Papa
Leonis.

27
Histo. Constā-
tini Pape.

28
Histo. Inno-
centij III.
Pape.

29
Histo. Marti-
III. Pape.

30
Histo. Boni-
facij VIII.
Pape.

31
Histo. Pape
Alexandri.

32
Histo. Adria-
ni Pape.

33
Princeps im-
perio abuterès
quid à ciui-
bus iure spe-
ret, ardua
quæst.

20
Principes im-
perio abutent-
es, an possint
per Papam pri-
uari principa-
tu.

21
Historia Sa-
muelis.

22
Histo. Inno-
centij Pape.

23
Histo. Leonis
primi Pape.

24
Historia Za-
charia.

25
Histo. Gre-

per. in verb. tyrannus. Quid dicendum? & fanè (si non longè fallor) verus sensus diui Thomæ in duobus locis supra allegatis non is est, quem ipsi perceperunt, aut collegerunt. Vnde sunt duz species inspiciendæ, prima quando loquimur in Principe illegitimo, qui per tyrannidè vi & armis aut dolis principatum adeptus est, & is à quouis ciuium interfici potest, Quia iure naturæ vim vi repellere licet, vt l. vt vim. ff. de iust. & iure, vbi plenè per omnes. Intellige dupliciter, Primùm, quando in cōtinenti post ademptam tyrannidem interfectus fuisset, vt ibi. Deinde etiam si ex interuallo, quia eadem vis perdurare, & veluti in eodem vis statu perseuerare semper videtur, ita sentiunt diuus Thomas in locis supra citatis, & clarius doctissimus Dominicus de Soto de iust. & iure. lib. 5. quæst. 1. artic. 3. Altera species est, nempe, quando initio legitimus erat princeps, fortè per ciuium electionè vel succelsionem, & tunc si quidem quempiam ciuium tyrannicè aggredere, vt ipsum trucidaret, vel eius bona raperet, poterit ille ciuis eum occidere vim vi repellendo, cum ijs qualitatibus, de quibus per Gloss. & Doct. in d. l. vt vim, ita vult Dominicus, vbi supra ex sententia diui Thomæ in locis supra allegatis, quod si is princeps in vnum tyrannidem attentabat, alius vel alij ciues non possunt eum occidere, præter eum, qui vim patiebatur. quamuis ipsa Resp. possit armati resistendum, vel adire Imperatorem si erat superior, vel Papam, vt eos ciues tueretur, quod si nec id sufficeret, tunc Deus (inquiunt) est orandus. ita ex mente diui Thomæ dixit Dominicus, vbi supra, contendens hunc ad modum accipiendam esse selsionem & definitionem concilij supra relatam. Quæ res alterius stat iudicio, eam enim idèd attigimus, ne D. Thomæ sentètia tam acerbè & rigorosè intelligeretur, vt alij eam acceperunt, quando quidem nõ desinit eam interpretationem, de qua supra, recipere, quæ lenior aliquantulum est.

† Huiusmodi autem necem idèd fieri permissam intellige, quia salus publica priuatæ personæ vtcunq; egregiæ præferenda est, non aliter atque salus totius corporis saluti vnus membri, ita idem Sorus vbi supra, artic. 2. & artic. 3. auth. res quæ. C. com. de lega. nec dubium est, quin stante principe tyranno salus vniuersorum ciuium periclitetur. vnde scriptum reliquit Claudianus de bel. Gildon.

*Instat terribilu viuis, morientibus heres,
Virginitus raptor, thalamus obscænus adulter.
Nulla quies, oritur præda cessante libido.
Diuitibusq; dies, & nox metuenda maritus.
Quisquis vel locuples pulchra vel coniuge norus,
Crimine pulsatur falso: si crimina desunt
Accitus conuiuia perit, mors nulla refugit
Artificem, varios succos, spumasq; requirit
Serpentum virides, & adhuc ignota nouercis*

34
Publicè utile
quid videatur,
vbi priuato
commodo
preferatur.

35
Tyrannidè
descriptio.

*Gramina si quisquam vultu præsentia daninet
Liberiusve gemat, dapibus crudelis in ipsis
Emicat ad nutum stricto mucrone minister.
Fixus quisque toro tacita formidine libat
Carnifices epulas, incertaq; pocula pallens
Haurit, & intentos capiti circumspicit enses.
Splendit Tartareo furialis mensa paratu,
Cade madens, atrox gladio, suspecta veneno.*

Et idem Claudian. de 4. Honorij Consul.
*Qui terret, plus isse timet, fors ista tyrannis
Conuenit, inuideant claris, fortesq; trucidant,
Muniti gladijs viuant, septiq; venenis
Ancipites habeant arcus, trepidiq; minentur.*

Denique † Plutarchus in Apoph. dum de Dionysio, Siculorum tyranno, meminisset, sic ait in lib. 6.

Omnibus Dionysio tyranno exitium imprecantibus, vna fœmina anus quotidie diluculo Deos comprecari solet, vt esset incolumis, sibiq; superstes. Accita à rege mulier rogata est, vnde tanta in Regem benevolentia, quoniam, inquit, quum puella essem & grauem tyrannū haberemus, optabam mortem illius, eo interfecto deterior arcem occupauit, & huius exitium optabam. Nunc cum te habeamus superioribus etiam grauiorem, vereor ne si tu pereas, succedat etiam deterior te, eoq; caput meum pro tua salute deuoueo. tam facetam audaciam Dionysius punire erubuit.

Et Balsianus. † præfectus suadebat Caracallo, vt ad mitigandam inuidiam fratricidij, fratrem Getam appellaret diuum, Sit, inquit, diuus, dum non sit viuus, & fratrem in diuos retulit. nescit pietatis iura regnandi cupiditas. ita scripsit Plutarchus in Apoph. in dictis Caracalli Romanorum Imperatoris, vbi etiam ita subdit:

Antonini Caracalli nouerca, † quum esset pulcherrima, veluti per imprudentiam corpus magna ex parte nudauit, cumque dixisset Caracallus: Vellem si liceret, si libet, inquit, illa, licet, an nescis te Imperatorem esse, & leges dare, non accipere. ea mulieris vox Caracallum ad detestabile facinus pertraxit.

Trigesimooctauo & idem Plutarchus lib. 6. Apoph. & Erasmus in add. ad eum referunt sequentia de Caio Caligula Romanorū Imperatore † Antonia auia pro sua auctoritate momenti, vt quædam secus ageret, Memento, ait, mihi omnia in omnes licere, talia portenta tum principum titulo pertulit mundus, quæ non cōmemorarem, nisi vt ex his principibus prodigiosæ feritatis horror incutiatur. meritò ergò Cicero ait † sub præcepto illo, non occides, non comprehendi tyrannorum neces. nam lib. 3. Officiorum sic scripsit Non se obstrinxit scelere si quis tyrannum occidit, quamuis familiarem. Idem Cic. Phil. 13. ait: Quem discordiæ, quem cædes ciuium, quem bellum ciuile delectat, eum ex numero hominum eiiciendum, ex finibus humanæ naturæ

36
Tyrannorū
infelicitas.

37
Hist. Dionysij.

38
Hist. Caracalli.

39
Hist. Caracalli.

40
Hist. Caligula.

41
Tyrannorū
occiso inculcata est.

naturæ cenſeo exterminandum. Et idem ſcripſit, Nulla nobis cum tyrânis ſocietas eſt, ſed ſumma potius diſtractio: neque eſt contra naturam ſpoliare eum, quem honeſtum eſt necare. 5. Tuſcul. ſic ſcriptum reliquit.

His tamen non obſtantibus, non deſunt qui velint homicidium fieri nefas eſſe, exceptis ijs dûtaxat caſibus, qui lege diuina nominatim comprehenſi reperiuntur, & ita tenuit. Scotus per doctiſſ. Dominicum de Soto lib. 5. de iuſt. & iur. q. 1. art. 2. relatus in hæc verba.

At verò, inquit, hoc occurrere cuique poſteſt argumentum, contra hanc aſſertionem prohibito hæc, non occides, eſt diuina eadem que generalis, que cunctos mortales, nemine excepto, occidere vetat, nemini autem inferiorum facultas ſuppetat diſpenſandi in lege ſuperioris: ergo nullo humano iure conſtitui poteſt vt homo quantumuis peccator occidatur, hoc argu. Scotus in 4. diſtinct. 15. q. 3. perſuaſus quatuor aſſeruit, Primum illud præceptum eſſe generale, nam Exodi 20. abſolute ponitur, & Matthæi 5. ſub eadem forma referitur Non occides. Secundò ex hoc inferit quòd nullum nocentium hominem, priuata publicaue authoritate interficere licet, niſi in caſibus veteri lege exceptis, ideo neque verò lex humana vllum poteſt aliud crimen, morte vlcifci, illud probat eodem argumento. nam cum hoc ſit præceptum diuinum, nulli poſſunt homines ſuper eo diſpenſare. Tertio inferit nõ eſſe licitum, furem interficere diurnum: ſcilicet illum, qui latèter furatur. hoc probat: quia vt patet Exodi 21. vbi denarrantur crimina & ſcelera quæ erant capite plectenda, caſus iſte connumeratur: quin verò capite ſtatim 22. exprimitur vt nocturnus fur inſagranti delicto captus morte opprimatur: diurnus verò minime: & bullam, inquit, ſuper hac exceptione nullam audiuiſimus. Quando demum inferit, † quòd neque inter Chriſtianos adulteram interficere fas eſt, quoniam licet olim Leuit. 24. id præcipiebatur, tamè Ioan. 8. Chriſtus idem præceptum reuocauit. vbi adulteram impunitam dimiſit. quare ſecundum Scotum leges quæ contrarium præcipiunt, non ſunt iuſtæ. hanc opinionem ipſe Dominicus de Soto improbens, ita ſe tamen circa argumenta diſſoluenda inuoluit, vt vix appareat quid ſentiat, eaque non minus fortè cæca quàm antea erant reliquerit, quæ tamen recipiunt tres ſolutiones (& ſi non fallor) fatiſ ſuperque dilucidas. Prima eſt, † quòd legum quidem verbis non tam obligamur quàm earum mente & ſenſu. l. non figura literarum. ff. de act. & oblig. vnde vt in regula iuris eſt, ſcire leges, eſt non earum verba tenere, ſed vim ac poteſtatem, verba enim reperta ſunt non quæ impedirent ſed quæ indicarent noſtram voluntatem. ita Ci. in Ora. pro Cecinna. facit. l. Labeo. ff. de ſupellect. leg. ſicque; transgredimur proprietatem verborum ſiue illa ſcripta ſint, ſiue

ore prolata, vt mentem ſenſumque; loquentium ſequamur. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. ff. de cond. & demon. l. ita ſtipulatus. in magna. ver. Sabinus. verbo, ex mente. & ibi notant Paulus Caſtren. & Iaſ. ff. de verb. oblig. l. quibus. §. dominus. & ibi notant Bart. Sozinus. ff. de cond. & dem. l. ſtipulatio iſta. §. hi qui, & §. hæc quoque. ff. de verb. obligatio. vbi notant ferrè omnes Doct. † Sic ergo & in ſpecie noſtra qui priuata manu tyrannum principem interfecerit. vel authoritate publica tâquam princeps, aut magiſtratus malefactorum occiderit. quin contra præceptum illud diuinum (non occides) fecerit, dubitari non oportet inſpectis quidem præcepti verbis, quæ ſunt generalia. l. ſi is qui ducenta. §. vtrū. ff. de rebus dubi. l. quis cum totum. ff. de excep. rei iud. l. Mzuio, in pr. in verb. tortus. ff. de leg. 2. l. ſi ſeparatim. l. hæc ſcriptura. ff. de cond. & dem. l. coniuñctim. ff. de lega. 3. l. vnica. §. ſi verò non omnes. C. de cadu. tollen. §. ſi eadem res. cum §. ſeq. Inſtit. de lega.

Cæterum iſte diuinorum illius præcepti verborum transgreſſor contra mentem tamen diuinam nihil egiſſe intelligitur. nam verofiſimum eſt, ipſummet Deum optimum maximum interrogatum, an talem hominem interficere liceret, reſponſurum eſſe vtique, nam viginti tria millia hominum neci tradita iuſſu ipſius propter peccata eorum, vt refert idem Dominicus, vbi ſuprà, & habetur in libro Moyſi.

Nec † dubium eſt quin id à legiſlatore præceptum iuſſumque videatur quòd prætermiſit ſi verofiſimile eſt quòd interrogatus id vt fieret, reſponderet Glo. communiter ibi approbata (per l. cum auus. ff. de cond. & demonſtra.) in l. tale pactum. §. ſin. ff. de pact. Iaſ. in auth. quas actiones. C. de ſacr. eccleſi. Idem in l. de quibus. ff. de legibus, & in l. quamuis. C. de fidei com. ergo quòd ille malefactor necetur lege diuina tam præceptum fuiſſe intelligendum eſt, quàm fuit ea lege vt homo innocuus non occideretur. Altera ſolutio eſt, quòd nullum argumentum certius aut tutius eſt, quàm à coniuñctione duarum legum. l. Gallus. §. ille caſus, ibi, quaſi duobus capitibus legis commiſt. ff. de lib. & poſth. ſed ipſe Deus optimus maximus Exodi 23. dixit, in ſontem & iuſtum non occides, ergo palam declarauit vt quòd nuper eod. lib. c. 22. dixerat Non occides, intelligeretur de inſontibus hominibus, non de nocentibus, quando quidem eadè lex diuina ita vterius proceſſerat ſe ipſam declarando. idque à Legiſlatoribus frequentiſſimè fit, vt lib. 1. de ſucc. crea. §. 4. num. 4. cum pl. ſeq. fuſe diſſeruiſimus. nec tutior aut iuſtior ſolutio inueniri poſſet. quamuis eam Dominicus, vbi ſuprà (nullo iure vt nobis videtur) mordere ſtudeat. Tertia ſolutio eſt, quòd

44
Indefinita e-
qui pollet vni
uerſali.

45
Verofiſimi-
tudo verbis
preferatur.

42
Occiſionis vi-
ſanda præ-
ceptum, egre-
gia declara-
tio.

43
Legum ver-
bo aut ſcri-
ptura non ob-
ligamur ſed
mente.

quod quando ius diuinum posituum nihil denuò adijcit, sed id tantum, quod iure naturali indictum erat, tunc non tam ius nouum induxisse, quam antiquum ius naturale repetiisse, vel detegisse videtur, ita eleganter Dominicus, vbi supra: quod licet ipse non probet, probatur tamen per text. elegantem in l. aded. §. cum quis ex aliena. ff. de acqui. rerum dominio. l. hæredes palam. §. i. ff. de hære. institu. l. illa institutio, eodem titu. l. si ita scripsero. ff. de cond. & dem. † Hinc vulgo dicitur, qui declarat, nihil denuò agit, vt dd. ll. ergò cum non occidere, præceptum esset iuris naturalis (l. vt vim. ff. de iust. & iure. ibi, nam cum cognationem quandam inter nos natura constituerit, hominem homini insidiari nefas est, vbi per omnes Doctores.) & diuina lege repetitum tantum, non etiam denuò inductum fuisse constat, & consequenter vt iure naturæ ad incolumitatem multorum & bonorum noxium interficere licebat. l. omnes. C. de ferijs, cum alijs supra allegat. ne, vt Paulus 1. ad Corinth. ait, modicum fermentum totam massam corrumpet (hoc est, vnus malus pluribus bonis noceret) ita & post illud ius diuinum posituum iuris naturalis repetituum aut declaratum idem licebit, adde S. Thomam 1. 2. q. c. arti. 8. Ergò dum Scotus supra relatus ait illud præceptum (non occides) esse generale, quod negat Dominicus. Veritas est, generale esse, quò ad verba, & ita saluetur Scotus, sed minus generale quò ad mentem, & ita saluetur Dominicus. Itè deinde dum Scotus nocentium hominum nullum occidere priuata aut publica autoritate licere, nisi in casibus veteri lege exceptis nominatim contendit, id quod Dominicus negat, magis est, vt liceat etiam in alijs, in quibus Deus Opt. Max. idem concessurum verosimillimum est, verosimile autem est id, non aduersaturum quoties ad bonorum tranquillitatem & incolumitatem noxium perire expedit, vt supra ostendimus.

Tertio, dum Scotus contendit diurnum furem occidi non licere, id quod Dominicus negare videtur, & humanae leges in prouinciarum plerisque, sanè Scoti sententiam probo regulariter, nisi ille incorrigibilis esset, tunc non admitterem Dominici sententiam. Poena enim debet commensurari delicto. l. sancimus. C. de poenis. Homo autem reliquis omnibus rebus caducis preciosior est. §. fin. Instit. de iure perso. l. filius familiars. §. secundum vulgarem. ff. de lega. 1. l. libertas. vbi in simili per Deci. & Cagno. ff. de reg. iur. homo enim cum ceteris omnibus rebus dominari natus sit, pro eis permutari, eisve comparari non licet, nec est par aut æquum. Quòd sit natus reliquis rebus dominari, patet ex Psalmista: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Vnde Ouid. lib. 1. Metam. sic cecinit:

Sanctius hu animal mentisq; capaxius alia,

*Deerat adhuc, & quòd dominari in cetera posset,
Natus homo est. Ergò leges contrarium iubentes sunt noxiæ.*

Quòd si is incorrigibilis esset, tunc iam non tam de solis rebus, quam de reliquorum quoque ciuium tranquillitate agi videretur, sicq; Dominici sententia admitti posset, & hoc casu procederet, quod Cicero pro Milone scriptum reliquit: Insidiatori & latroni non potest afferri iniusta nex.

Quartum quod firmat idem Scotus leges † iubentes adulteram occidi non esse iustas, idem probo, sed eget declaratione, quam scriptissimus in tracta. de succ. crea. lib. 1. §. 10. num. 499. & §. 7. num. 22. Nec miremur eas leges durissimas latas fuisse, nam id descendit ex naturali hominum ingenio. Nemo enim, vt Poeta ait, sine crimine nascitur, quamuis alij in alia vitia sint procliuiiores. Vnde Propert. lib. 2. elegiarum ad Herennium sic cecinit:

*Vnicuique dedit vitium natura creato,
Mè fortuna aliquid semper amare dedit.*

Sed tamen hac in re omnes homines iniqui iudices sunt, quia vnusquisque magistratus aut princeps cum leges poenales fert, vitia quibus ipse deditus est, leuiora existimat ac censet, quam ea, quibus alij homines vexantur, sicq; illis de vitijs puniendis siue leges ferenda sunt mitiores siue sententiæ ferenda sunt mitiores, profert sententias ac condemnationes, acerbiores laturus siue leges siue sententias si de vitijs, quibus alij homines notantur, ageretur. Vnde adolescens, vt Terent. ait, iniquitatem patris sui hac re denotans aiebat, Quam iniqui sunt patres in omnes adolescentes iudices. Et subiungit, Qui nos volunt illico nasci senes. Et Horatius ait:

*Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum?*

Ergo non miremur si legislatorum alij acerbis quam parerat adulteria punientes leges tulerint, alij verò non ita; hinc est quod & si Romani poenas mortis huic rei definierint, alij tamè nullam omnino poenam definierunt, quasi rem inculpatam vel nulla poena & coactione dignam, quales (teste Ioanne Boemo lib. de varijs gentium moribus) fuerunt Persæ & aliz gentes, vt lib. 2. de succ. crea. §. 15. attigimus. Et quum tanta mentium discordia sit, ideò non faciliè ad leges nouas ferendas veteris nouandas accedendum est, adeo vt Turcides scriptum reliquerit, † Melius agi cum Republica quæ malis moribus constanter vititur, quam cum ea quæ bonis, sed inconstanter, & cum in poenis mitior pars sit eligenda, vt in regula iuris, & leges acerbæ poenales minimè sint ferenda, sed tantum vel eatenus † vt peccati mensuram & fines non egrediantur, Iudice Horatio Satyra 3. lib. 1.

*Adsit (inquit)
Regula piscatis, quæ panas irroget aquas.*

F 2

Et

46
Declarans nihil denuò inducit.

47
Occidere licet etiam extraneis veteri lege contentos.

48
Furem diurnum an occidere liceat, quædam quaestio, & leges contrarium iubentes an sint noxiæ.

49
Adulteram occidi leges iubentes sunt iniuste.

50
Leges nouæ re malum.

51
Pena culpæ par.

Et Claudianus in Epig. satisfactionis:
*Me dolor incautus, me lubrica duxerit etas,
 Me timor impulerit, me deuius egerit ardor:
 Te tamen haud decuit paribus concurrere telis.*

Et Ouidius Epistola 5.

*Leniter, ex merito quidquid patiere, ferendum est,
 Quae uenit indignè, poena dolenda uenit.*

52
 Iurisdictioni
 aliena se com-
 mittere stul-
 titia est.

Quum (inquam) † leges poenales peccati
 metam egredi non debent, & poenales leges
 tam impiè & intolerabiliter eam metam ex-
 cedentes passim uideamus, inde edocebimur,
 quàm periculosum sit confidere alicui, aliqui-
 busue facultatem legum nobis imponenda-
 rum praesertim poenaliu. Quod periculum
 (ne dicam stultitia) inest in omni ditionis
 imperijue concessione. † Nam iurisdictione
 & imperio plerunque utimur initio, sed pau-
 latim eo deinceps abuti non cunctamur. Ist-
 hinc iure legitur in sacra pagina, Maledictus
 homo qui confidit in homine. Et rursus il-
 lud, Omnis homo mendax. Pulchrè Manili-
 us lib. 2. Astron. canebat:

Cum fortuna fidem quarat, vix inuenit vsquam.

Et Vergilius lib. 4. Aeneidos:

Nusquam tuta fides.

Et Ouidius lib. 1. Metamor.

Nusquam tuta fides, non hospes ab hospite tutus.

Et Silius Italicus lib. 2. bell. pun. dum preces
 humani generis ad finem referret, ait:

Fer caelo auxilium, & fessis da surgere rebus.

53
 Imperio om-
 nes initio u-
 tuntur sed il-
 lico abutun-
 tur.

54
 Fides ideo in
 terra non est
 quod in calu
 euolauit.

Et ibidem fingit fidei responsionem ad Her-
 culem in hunc modum:

_____ contra cui talia uirgo:

Cerno equidè, nec pro nihilo est mihi foedera rumpi,

Statq; dios ausis olim tam tristibus ultor.

Sed me pollus ut properant em linquere terras,

Sedibus his, rectuq; Iouis succedere adigit

Faecundum in fraudes hominum genus: impialiqui.

55
 Fabula fidei.

Huc alludit faceta illa fabella Cuculi & a-
 uicularum cui percontanti cur ipsam fuge-
 rent, quoniam (inquiunt) suspicamur te ali-
 quando futurum accipitrem, hanc fabellam
 Plutarchus Apoph. lib. 6. Dionysio Siculorum
 tyranno accommodat.

56
 Fabula Cu-
 culi.

Id † autem vitium hypocrisis peculiare est,
 qui principio mansuetudinem lenitatemque
 praeserunt, mox acerbam rapinam imma-
 nemque crudelitatem exercent, falsa & men-
 tita nomina, rebus accommodantes, nam cum
 ut in Prouerbio est proxima sint nonnulla vi-
 tia uirtutibus, facile eis est componere frau-
 des honesta nomina suspectis improbisque
 rebus aptantes, de quibus sentiebat Ouidius
 lib. 11. Metamor. dum ait:

Nascitur Autolicus furtum ingeniosus ad omne,

Qui facere assuenerat patria non degener artu

Candida de nigris, & de candendibus atra.

Et Iuuenalis Satyra 3.

Maneant qui nigrum in candida vertunt.

Et Seneca in Hippolyto:

O uita fallax abditos sensus geris

Animūq; pulchram turbidū faciem induū.

De his loquitur Cicero lib. 1. Offi. cuius me-
 minit Hiero. Cagnolus in l. fraudis. ff. de re-
 gulis iuris dum ait, Aut vi, aut fraude fit iniu-
 ria fraus quasi vulpeculae vis Leonis, utrunq;
 alienissimum ab homine est, sed fraus odio
 maiore digna. Totius autem iustitiae nulla pe-
 stis capitalior est quàm eorum qui dum ma-
 ximè fallunt id agunt, ut boni uiri esse uideā-
 tur. Quae omnia eo pertinent ut edoceamur
 hypocritarum morem declinare, qui leges
 poenales acerbissimas humano generi perni-
 ciosissimas peccatorumq; metam longè cru-
 enta & luctuosa immanitate excedentes ede-
 re solent: quo magis ipsi uideantur san-ctimo-
 niz sectatores uitorumq; abstinentes ac ini-
 mici.

SUMMARYM.

- 1 Homo liber est.
- 2 Seruitus quadruplex.
- 3 Seruare hebetiores an prudentioribus uideantur naturaliter.
- 4 Seruitus mala est, sed maioris mala uitandi causa iure gentium introducta.
- 5 Bellum iuris gentium est, non dispositiue sed occasionaliter.
- 6 Dei qualis potestas circa animorum uarietatem, contra nouissimos.
- 7 Bellum ius gentium non induxit sed belligerandi occasionem.
- 8 Bellorum calamitas.
- 9 Occasio quid.
- 10 Seruitus uoluntaria.
- 11 Mentium humanarum uarietas.
- 12 Libertas corporu & animi non aquantur.
- 13 Libertas animorum describitur.
- 14 Seruitus an causetur ex bello etiam iniusto, egregia questio.
- 15 Bellum an utrinque iustum esse possit?
- 16 Bellum iniustum quo ad Principes, non esse iniustum quo ad milites, egregia & noua declaratio.
- 17 Bellum contractibus simillimum, quo ad acquisitiones.
- 18 Prodigere licitum.
- 19 Bellum iniustum si sit publicè indictum, tribuit dominium etiam Principibus, egregia declaratio, id tamen dominium est reuocabile.
- 20 Intellectus ad titulum ff. pro derelicto, qui est omnium firmissimus titulus.
- 21 Seruus bello captus, tutus erit si fugiat, etiam in conscientia, estq; egregia q.
- 22 Dominium reuocabile sine facto nostro nobis aueli potest.

CAPVT IX.



RIGESIMONONO colli-
 gitur ex cōclusionone nostra prin-
 cipali, † hominem non posse
 seruum per legum dispositione
 fieri, quando quidem, ut nostra
 conclusio docet, ut Principum ita & iurium &
 legum

Homo liber
 est.

legum imperium fuit ad hominum vtilitatē, hominibus autem nil nocentius seruitute, quæ morti comparatur, l. seruitutem. ff. de reg. iu. Denique seruus vt homo fieri non posset videbatur, quia homo natura liber creatus est, l. libertas. ff. de statu hominum, & per totum titulum Inst. de iure personarum, & habetur Matth. 17. liberi sunt filij, homoque à Deo Opti. Max. non liber modò, verum dominitor & dominator reliquorum animantiū creatus fuit, iuxta illud: Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues, in super & pecora campi. Vnde Ouidius lib. 1. Metam.

*Sanctius bis animal mentuq; capaxior alta,
Deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset,
Natus homo est.*

Adhuc tamen hominem seruum fieri posse constat, quinimò vt non paucis nostrorum placuit, † in quadruplici differentia seruitus hominum reperitur, Alia enim descendit à iure diuino, Alia à iure naturali, Alia à iure gentium, Vltima à iure ciuili. A iure diuino quasi supernaturaliter homines serui pœnæ efficiuntur per peccatum, vt in c. ita quorundam, de Iudæis. Bar. Veronen. rub. 1. de serui. personali. Hieronymus Cagno. in l. quod attinet. num. 3. ff. de reg. iu. Alphonfus Guerre. in Thesaurio Christ. relig. c. 41. Aquen. in l. manumissiones. ff. de iusti. & iu. col. 2. c. cum redemptor. 12. q. 2. & huic seruitutis speciei ad numeranda est seruitus per ebrietatem contingens, c. sexto die. 35. dist. tunc enim quasi serui pœnæ homines efficiuntur, Vnde Horatius rectè ait:

Seruiet athenum qui paruo nesciet vti.

Et Statius lib. 2. sylvarum:

Nos vilis turba caducis deseruire bonis.

Et Claudianus de 4. Honorij consulatu opportunè ait:

*Tu licet extremos late dominere per Indos,
Te Medus, te mollis Arabs, te Ceres adorent,
Si metuis, si praua cupis, si duceres ira,
Seruuij patiere iugum.*

Et Boetius metro. 2. lib. 4.

*Hinc enim libido versat
Auidu corda venenu,
Hinc flagellat ira mentem
Fluctus turbida tollens.
Mæror aut captos fatigat,
Aut spes lubricatorquet.
Ergo cum caput tot vnum
Cernas ferre tyrannos,
Non facis quod optat ipse
Dominos ferre casthenas
Dominus pressus iniquus.*

Altera † seruitutis species est, quæ à iure naturali descendit. nam vt reliqua animalia bruta hominib. (propterea quòd mente præcellunt) natura seruiunt, iuxta illud etià Ouid.

Longa dies docuit homini parere leones.

Et idem Ouidius:

Tempore ruricola patiens sit tauris aratri

Sicipforum hominum quidam hebetiores quasi natura seruiunt prudentioribus à quibus reguntur, quasi in remunerationem accepti beneficij, ita Aristoteles Politi. 1. & Doctissimus Dominicus de Soto de iust. & iur. lib. 4. q. 2. arti. 2. & meminit Alphonfus Guer. vbi supra, & etiam Hieronymus Cagno. in d. l. quod attinet. Etenim qui ab alio beneficium accepit, illius debitor fit ab antidora. l. si pignore, in prin. ff. de furis, ibi & beneficij debitorem sibi acquirere. debitor autem vulgo dicitur seruus esse creditoris, quia ei obligatus est, obligatio autem vinculum est, in prin. Insti. de obliga. quæ omnia impropria nec bene apta sunt, cum ea obligatio minimè constringat inuitum. l. 1. ff. de donat. in prin. Insti. eod. titu. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de pet. hære. ibi, dum re sua, & l. in re mandata. C. manda. quamuis negare non possimus quin & natura qualis qualisea obligatio sit, consideretur, vnde Terentius:

*Sed isthac commemoratio quasi exprobratio est
Immemoris beneficij.*

Et Plautus in Persa:

Etenim nihil amas cum ingratum amas.

Et Luuenalis in Satyra:

Ingratos ante omnia pone sodales.

Et Aufonius in Epigram.

Ingrato homine peius nil terra creauit.

Sed cum seruitus constringat inuitos, hæcque seruitutis species inuitos nò teneat, quia beneficium non confertur in inuitum. l. inuito. ff. de regu. iuris. non potest videri propria seruitus, sed sanè imò omnes ætate minores id beneficium accipere compelluntur, vt per omnes leges de minorum ætate loquentibus, idemque in nonnullis ex maioribus, quales sunt furiosi, prodigi, & mente capri, per totum titu. ff. & C. de cura. furiosi, vel prodigi. idemq; in reliquis minus industriosis. l. Titio centum, in princ. ff. de condi. & dem. Deniq; cum huiusmodi seruitus ipsi seruientibus sit, seruitus autem propria seruientibus nò noxia modò verum nocētissima adeo fit, vt morti comparetur. l. seruitutem. ff. de regu. iu. Apparet superiorem seruitutis speciem propriam non esse, cum damnum non inferat, sed potius vtilitatem afferat eis, quieo modo seruire dicuntur.

Est ergo † tertia seruitutis species, quæ à iure gentium descendit, quæ & si iuri naturæ, quo omnes liberi nascebamur, contraria sit, l. manumissiones. ff. de iusti. & iure. §. ius autè gentium. Insti. de iure nat. sicq; noxia sit vt proximè attigimus per d. l. seruitutem. tamen maioris mali vitandi gratia ab omnibus gentibus admissa fuit, olim enim antequam ea seruitutis imago admilla esset, victores victos trucidare solebant, cum ipsorum emolumentum nullum viderent, & periculum esse eos saluos, liberos, incolumesq; fore, harum ergo tristissimarum immaniumque cædium vitanda-

⁴
Seruitus mala est, sed maioris mali vitandi causa iure gentium introducta.

2
Seruitus quadruplici.

3
Seruire hebetiores an prudentiores videantur naturaliter.

bandarum causa, remedij loco seruitus permissa fuit, quia sic victores captiuos vendere nec occidere cœperunt, d. l. libertas, & pertotum. Insti. de iure personarum. cum ibi not. unde nō solum licitum, sed etiam plijssimum; mortalibusque vtilissimum inuentum fuisse doctissimus Dominicus de Soto loco iam relato attestatur: & istud fuit de iure gentium. d. l. manumissiones. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, ex quo iure (Andr. ab Exea, lib. pact. ad princ. inquit) cœpit esse in vsu Meum & Tuum, Lud. Comestius in princ. tit. Inst. de actio. col. 16. post medium. † & sic dominia distincta propter illud, quodcunq; calcauerit pes tuus, tuum erit. Et inde bella inuenta sunt, non dispositiue, vt quidam arbitrati fuerunt, sed causatiue & occasionaliter, quia ius gentium non statuit bella, sed ex quo distincta fuerunt dominia rerum, in surrexerunt etiam bella, vt declarat Portius in §. ius autem ciuile. col. 2. Insti. de iure natu. gent. & ciuili. dicens quod si Meum & Tuum de medio tollerentur, homines mundi quiete viuerent. Et ante eum hoc dixit Seneca in lib. de moribus: Quietissimam, inquit, vitam agerent homines, si hæc Pronomina tollerentur, Meum scilicet & Tuum. Hæc ille. Et Plato, vt refert Plutarchus in lib. de præceptis cōnubialibus, in 20. præcepto: Fœlicem dicit esse ciuitatem, in qua meum non meum quidicant non audiuntur: dominium enim ex quodam fastu & libidine dominandi ortū habuit, vt ostendit Chassaneus in prima cōsideratione 5. partis sui Cathalogi gloriæ mundi, & diuersitas animorum induxit bella. idē † sicut Deus de potestate ordinaria nō posset tollere hanc diuersitatem animorum, ita de potestate ordinaria non posset facere pacem in mundo, ita Gemin. post alios per eum relatos in c. ad Apostolicæ. §. sed licet. colu. 2. in fin. de re iudic. in 6. quod dictum non laudo, attamen sanctus Thomas secunda secundæ quæst. 66. articu. 2. ponit tres rationes, quare distinctio dominiorum fuerit necessaria ad humanam vitam. Sozin. in l. 1. in princ. ff. de acquirend. possessio. & dictum Geminiani supra proximè relati sequitur Andr. ab Exea lib. pactorum, in princ. sed etiam de potestate ordinaria Deus posset animorum diuersitatem à mortalibus remouere (vt nobis videtur) nam quod fides Catholica tenet, Deum esse omnipotentem, id ad potestatem ordinariam (iudice me) referendum est, & ita intelligo illud Virgilij:

Iuppiter omnipotens precibus si flecteris vllis.

Et rursus idem Virg. 4. Aeneid.

Iuppiter omnipotens adigat me fulmine ad vmbra.

Deniq; † quodd ius gentium bella occasionaliter tantum non etiam dispositiue prodiderit, sed mera cupiditas aut libido, illaq; infauista Pronomina Meum & Tuū patet, nam Lucanus lib. 3. bell. ciuil. sic cecinit:

Sed pars vilissima rerum,

Certamen mouisti opes.

Idem Lucanus lib. 1. bell. ciuil.

Hinc vsura vorax, auidumq; in fenore tempus,

Et concussa fides, & multu vile bellum.

Et Tibullus Eleg. 10. lib. 1.

Quis † fuit, horrendos primus qui protulit enses?

Quam ferus, & ferè ferreus ille fuit.

Tunc cades hominum generi, tunc pralia nata,

Tunc breuior dira mortis aperta via est.

At nihil ille miser meruit, nos ad mala nostra

Vertimus, in saeuas quod dedit ille feras.

Diuitu hoc vitium est auri: nec bella fuerunt,

Faginus astabat cum scyphus ante dapes.

Non arces, non vallus erat, somnumq; petebat

Securus varias dux gregis inter oues.

Lucanus lib. 7. bell. ciuil.

Impulit amentes, aurig, cupidine cacos

Ire super gladios, superq; cadauera patrum,

Et casos calcare duces.

Facit l. vnica, in princ. C. de cad. toll. ibi, vt

quod bellicalamitas † occasio autem quid sit,

diximus. dē succ. crea. lib. 3. ad finem.

Quarta † species seruitutis descendit à iure

ciuili, quo iure permissum est homini libero

ætatis liberæ vendere sese, l. si quis filio exhæ-

redato. §. irritum. ff. de iniusto, rupto testa. §.

fin. Insti. de iure person. & ista quoque licita

est, vt per Dominicum vbi supra, & legitur

Exod. 21. Si emeris Hebræum, sex annis ser-

uiet tibi, in septimo autem egredietur liber.

Huic speciei annumerare licet illam, de

qua in l. 2. C. de patribus, qui filios suos dis-

strax. & in l. in suis. ff. de libe. & posth. Facit §.

item vobis. Insti. per quas pers. nob. acq. Illud

autem tam mirabile est, vt monstruo simile

nobis videatur, & docet † quanta sit huma-

narum sententiarum mentiumq; discordia,

& varietas etiam in legislatoribus, qui habita

cæterorum hominum collatione aut compa-

ratione summæ prudentiæ præditi fuerunt, &

tamen introduxerunt hominem annis 25. mi-

norem, vel minimum prædium alienare non

posse, etiam cum autoritate curatoris, nisi

iudicis decretum adesset, vt per totos titulos.

C. de prædi. minorum. & ff. de rebus eorum. &

tamen seipsum suamq; libertatem alienare

posse permiserunt, etiam sine curatoris consi-

lio aut autoritate, & etiã si minor esse annis

25. dummodò annum vigesimum expleisset,

d. §. final. Insti. de iure personarum. De-

nique cum nemo eam legem sibi dicere pos-

sit, à qua non liceat ei recedere. l. si quis in

principio testamenti. ff. de leg. 3. l. si mihi &

tibi. §. fin. de lega. 1. l. 4. ff. de admi. leg. c. cum

Marthæ, de celebra. missarum. † mirantur no-

stri, quonam modo, qui vendidit sese, neque-

at ab ea voluntate recedere. cuius rei illa egre-

gia ratio est, vel quod illud procedat in vlti-

mis voluntatibus, non sic in contractibus, vt

dd. ll. iuncta l. sicut ab initio. C. de act. & ob-

ligat. l. si maior. C. de repudian. hære. c. quod

semel,

5
Bellum iuris gentium est, nō dispositiue sed occasio-

6
Dei qualis pp- testas circa animorum va- rietatem, con- tra nonis.

7
Bellum iuris gentium non induxit, sed bel- ligerandi oc- casionem.

8
Bellorum ca- lamitas.

9
Occasio quid,

10
Seruus vol- untaria.

11
Mentium hu- manarū va- rietas.

12
Libertas cor- poris et ani- mi nō æquan- tur.

semel, de reg. iu. lib. 6. Suntque alia multæ differentia inter contractus & ultimas voluntates, vt plenè per Ias. in l. q. uz de legato. ff. de lega. 1. vel (quod elegantius est) animum & voluntatem suam homo seruam facere non potest, corpus verò suum seruū facere potest, vt diximus de succ. cre. lib. 1. §. 1. num. 39. Vnde eleganter Ouidius lib. 3. Eleg. ait:

Dure vir imposito tenera custode puella

Nil agis ingenio quæq; tuenda suo est.

Siqua metu dempro casta est, ea deniq; casta est,

Qua, quia non liceat, non facit, illa facit.

Vt iam seruaris bene corpus, adultera mens est,

Nec custodiri, ni velit, vlla potest.

Nec mentem seruare potest, licet omnia claudas,

Omnibus exclusis intrus adulter eris.

Hinc est quod seruus obligationis naturalis capax actiue & passiuè esse non desinit. l. si id quod. ff. de con. indeb. l. frater à fratre. ver. naturalem. eo. titu. & vtrouque per Ias. & alia multa quæ notauimus lib. 1. cōtroue. freq. §. 1.

Verum † quia inter has seruitutum species illa quæ ex captiuitate descendit, non solum frequentior, verum frequentissima est, perq; orbem vniuersum vagauit. d. l. manumissiones, cum simi. supra allegatis. & in auth. quibus mod. natu. efficia legitimi, in prin. & aut. quib. mo. nat. effi. sui. in prin. l. naturalem. §. si. ff. de acqui. rerum domi. Inst. de iure perso. §. seruitus. ideo vtilissimum est scire quando ea captiuitas iustam pariat seruitutem, id quod tum demum cōtingit cum bellum iustum fuit, non aliter hæc est communis & receptissima opinio nostrorum in d. l. manumissiones, vt plenè per Fortunium ibi, per Paulum Castren. num. 10. in repet. & per Ias. num. 23. in d. Lex hoc iure, per Dominicum de Soto. d. lib. 4. de iust. & iure. q. 2. arti. 2. Andr. ab Exea vbi supra, Alphonsus Guerrerius vbi supra. c. 41. in suo Speculo principum, quam conclusionem suspectam, periculofam ac perniciosam esse, vel ex eo apparet, quod vniuersum per orbem contrarium seruat, quodque par eademque ratio viget in bello iusto quæ in bello iniusto. quodque & tertio iura nostra generaliter loquuntur hanc differentiam minimè inducentes, si enim seruitus permiffa fuit iuregentiū vsuque earum, non quod iniqua & dura non esset, sed vt duriora immitioraque mala vitarentur, nempe neces, trucidatio, dilaniatioq; cruenta, tristis, luctuosaque captiuorū, quid interest vtrum ex bello iusto, an ex iniusto hostes victi capiantur, quo ad hoc vt serui fiant capientium, vel non fiant, quandoquidem si ex iniusto bello capti, serui non fierent capientium, verosimiliter ab eis trucidarentur, cum aliter periculum esset, eos saluos incolumesque relinquere, nec eorum domi retentorum emolumentum vllum esset.

Iustificatur hæc conclusio, † quia bellum vtraque ex parte licitum inuenire vix possibile est. Nam si altera pars iustam bellandi cau-

sam habebat, quin altera pars aduersa iniustam causam foueret possibile non est, aut raro est, vt per Paulum Castren. & Ias. vbi supra. ergo ex nullo vnquam bello captiui omnes fierent serui capientium, id quod generalitati nostrarum legum plusquam dilucidè aduertaretur, ergo quo ad forum contentiosum sententia nostra (iudice me) tenenda est, dummodò bellum autoritate publica fiat habentis ius bellum indicendi. (Adde, an bellum vtrinque iustum esse possit, Dominicum de Soto lib. 5. de iusti. & iu. quæst. 1. arti. 7.) Confirmatur ex nostra princ. op. quæ docet, omnem tam legum quàm principum imperium esse ad proficiendum, non ad nocendum, noxiū autem esset, si capti etiam in bello iniusto serui capientium esse desinerent, vt probaui, ergo, &c. Retenta tamen receptiore opinione eorum qui generaliter volunt † captos in bello iniusto seruos non fieri, ea saltem moderanda est, vt procedat solum quo ad Principem qui iniustum bellum indixerit, vt is in captiuis ius seruitutis non assequatur, non sicut in militibus eius imperio & ditioni subiectis, qui nō habeant malam fidem, nam si bellum hodie inter Regem potentissimum Hispaniarum & Regem Gallorum fortè ardesceret, causa aut occasione regni Neapolitani, aut ducatus Mediolani, superque iuribus horum statuum, militibus isthæc disputate aut inquirere non datur nec licet, sed tantum Principum suorum iussa capessere fas est, existimareque debent bellum publicè indictum, non iniuria indictum fuisse, † & vt in cōtractibus, & si vnusquisque studeat suam conditionem meliorem facere. l. si voluntate. C. de rescind. vendi. tamen vel cogitat, vel cogitare debet fieri posse, vt illinc plus damni quàm emolumenti referat, & sub hac demum conditione, forte & periculo ac fortuna ad contrahendum accessisse videtur, vt ibi & in simili. in l. qui iure militari. ff. de mili. testam. Idemque in alex. Iusu, & in emente iactum retis, & similia. Ita & qui milites ad bellum vel ad prælium accedunt & congregiuntur, huius animi esse intelliguntur, vt possint animam, corpus, arma, equos, reliquaque bona perdere, aut vulnera accipere, vel ex diuerso hostes occidere, vulnerare, prædamque referre, seruorum, equorum, armorum, & aliarum rerum, & sub hac sorte & fortuna, incertitudine & periculo sese huic rei committunt, vt sic quidquid euenerit, sibi suæque spontaneæ voluntati imputandum sit, quia damnum quod quis sua culpa aut spontanea voluntate senserit, id sibi non alij debet imputari. c. damnum, de regu. iu. lib. 6. l. iam dubitari. ff. de hære. insti. ibi, iam non vt voluntarij, sed sua sponte. l. si filius qui patri. verbo, non sponte, vbi notat in simili Bart. Soz. ff. de vulg. & pug. l. si fideius. §. si necessaria. vbi multa per Ias. ff. qui satis dare. cogan. Ergo vt potest quis sui libertatē amittere sua

13
Liberi an
morum de-
scribitur.

14
Seruus an
causetur ex
bello etiam
iniusto, et re-
guæ quæstio.

15
Bellum an vtrouque
iusto iustum
vbi possit.

16
Bellum iniustum quo ad Principes nō esse, iniustum quo ad milites, egregia & noua declaratio.

17
Bellum cōtractibus simillimū, quo ad acquisitiones.

sponte, siue contrahendo, d. §. fin. Instit. de iure perf. & supra diximus, siue delinquendo, se que seruum pœnz faciendo, d. §. irritum. tradit Cagnol. in l. seruitutem. ff. de reg. iur. Socinus in l. cognatis. ff. de rebus dubijs. ita quoque accedendo ad tale bellum vel prælium siue contrahere, siue delinquere videatur, spôte sua potest & libertatem, & bona amittere, hisque tacitum consensum præbuisse videtur. † nostra enim possumus etiam prodigere, iisque abuti. l. sed & si lege. §. consuluit, ibi, dum se re sua abuti putant. ff. de per. hære. l. 1. §. & magis, in verb. prodegit. ff. si quid in fraudem patro. & l. in re mandata. C. manda. l. 1. §. 1. ff. quæ in frau. creditorum. l. non vsque. ff. si quis à paren. ergò cum ista mutua militantium vel acquisitio vel amissio procedat ex consensu ipsorum iure naturæ rata & firma esse debet, quia nihil tam naturale quam voluntate domini rem suam in alium tacitè vel expressè transferre volentis ratam esse. §. venditæ, & §. per traditionem. Instit. de rerum diui. l. 1. ff. de pact. c. 1. eod. tit. in decret. l. 1. ff. de const. pecu. Iam ergò dubitari non oportet, quin regulariter milites belligerantes ex alterutra parte legitime vel amittant suâ, vel capiant & acquirant quæ hostium sunt, & in eo tantum quæstio manebit, an idem sit in principibus bellum indicentibus, & idem quoque erit ex parte illius, qui iustam causam belligerandi habebat, sed in habente causam iniustam, nõ ita expeditam, at adhuc idem quò ad captiuos, ne aliter eos trucidet, id quod maius malum esset, vt supra attigimus, sed reliqua omnia, quæ cœperit fortè etiam in foro contentioso restituere tenebitur, quinimò fortè etiam eorum dominium acquisisse legitime non videbitur.

Quid dicendum? & sanè inspecta generalitate legum & iurium hac de re loquentium tutius est tenere † vt bellum publicè indictum fuerit, licet minus iuste à principe quodam adhuc dominium sibi iure gentium quæserit, non solum captiuorum, sed etiam reliquarum rerum, quos quasve ex tali bello cœperit, per leges supra allegatas, & quia dominium cœpit ex possessione naturali. l. 1. vbi per Doct. ff. de acquir. posses. in princ. ibi, dominiumque ex naturali possessione cœpisse, neque ad rem pertinet, quòd modus acquirendi fuerit violentus & iniustus. Nam & similiter vim passus perdit ius possessionis suæ, idque ius transfertur in eum, qui vim intulerat. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. pos. vbi per omnes, & huiusmodi acquisitionis iniustitia non eò pertinet, vt desinat acquisitum translatumque videri ius, siue proprietatis siue possessionis, sed eò pertinet, vt sic perperam acquisitum plenè restitui debeat cum fructibus & accessionibus, & omni indemnitate, iure tam ciuili quam naturali prohibente alterum lædere. l. iustitia. ff. de iu-

sti. & iure. §. iuris præcepta. Instit. eodem tit. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. l. nam hoc. ff. de condi. indeb. d. l. iure naturæ. ff. de regu. iur. Nec putauerit quisquam talem dominij acquisitionem nihil priori domino nocere, non magis quam si à se dominium non abscisisset, cum ex integro sit ei res sua restituenda, nam imò ei nocere potest, quid enim si is victorales captiuos, aut res raptas venderet, donauerit, legauerit, dotis nomine aut institutionis titulo dederit: certè in omnibus his speciebus, & similibus, dominium transtulit in accipiente, quamuis qui amiserit ad æstimationem rerum suarum agere contra violentum belligerantem non prohibeatur. Sed eo in lite superato, dicit quis etiam à tertio possessore dominium auocabitur, quia resolutio iure datoris, licet transtulerit dominium, resoluitur quoque ius acceptoris. l. 2. §. ex his. ff. de verbo. obligati. vbi per omnes. l. si. §. fin. autem sub conditione. C. com. de lega. Respondeam dari adhuc casus, in quibus tale dominium recuperari nequeat de iure, † quale esset, si ille victor prædam captâ habuit pro derelicto, relictamque; alius occupauerit, p quod eius dominium iure tam gentium quam ciuili quæsiuit, per totum ff. pro derelicto. l. 3. & l. naturalem. ff. de acquir. rer. dominio. §. ferz. Instit. de rer. diuisi. ergò cum is dominium à manu & concessione illius non quæserit, sequitur quòd etiam si ille condemnatus sit, nihil oberrat huic tertio, qui iure suo acquisiuit, facit l. si id, quod. ff. pro derelicto. Quod obtinet quòd ad res inanimatas vel animam irrationalem habentes, non quòd ad hominem captum, qui sui iuris fieret, simul ac p derelicto haberetur; d. l. 3. d. l. naturalè. d. §. ferz. quòd si alienatus esset, cogita quonam modo contra nouum dominum, vel etiam cõtra priorè agere posset, cum pro nihilo reputetur. l. quod artinet. ff. de reg. iur. † de facto verò si fugere posset, pristinam libertatem reciperet simul, ac ad suos reuertetur, in quam pristinam laxitatem sese reciperet. d. l. naturalè. d. l. 3. §. si. d. §. ferz. expressius in §. itè ea, quæ ab hostibus. Instit. de rer. diui. Id quòd nihil allegans, tentat titubans tamè dominicus de Soto, vbi supra, quamuis contrarium & malè tenuerit glo. cum qua trãseunt nimis oscitanter Doctores. ibi, in c. ius gentium. 1. distin. quam etiam sequitur Alphons. Guerr. in Speculo prin. c. 47. nu. 5. per c. si quis seruum. 17. q. 4. qui text. nil facit, quia solum ait nõ licere seruum alienum ad fugam persuadere, id quòd cautum erat per l. si quis seruo alieno persuaserit. C. de furtis, per totum. ff. de seruo corrupt. vnde Dominicus de Soto, vbi supra, ait, illum text. posse intelligi in seruo facto de iure ciuili per sui venditionem, sed quia ea restrictio violenta est, verius est illum text. generaliter in omni seruo intelligendum esse, vt qui ei fugam persuaserit, teneatur & puniatur, quamuis si ipse fugerit, iure suo facile

18
Prodigere licitum.

19
Bellum iniustum si sit publicè indictum tribuit dominium, etiam principibus egressa declaratio id tamè dominium est reuocabile.

20
Intellectus ad titul. ff. pro derelicto, què est omniū firmissimus tit.

21
Seruus bello captus iustus erit si fugiatur etiam in consuetudine, est egregia questio.

fecisse videatur, si quidem captus in bello fuerat, liberq; manebit, nec in foro animæ mortaliter, quinimò nec venialiter peccasse videbitur, etiam si in libello iusto captus fuerit; quamuis nullo colore aut iure contrarium teneat gloss. vbi supra, & d. Guerrerius; contra quos sunt iura aperta in d. §. item ea, quæ ab hostibus, cum similibus supra allegatis. nam talis seruus quadrupedibus & similibus aut etiam feris captis exæquatur, vt tradit Hieronym. Cagno. ff. de reg. iur. in l. seruus Reipublicæ. nu. 1. per tex. in l. 2. ff. ad legem Aqu. vnde leges, quas supra allegauimus, loquentes in fera capta, quæ cum primum euaserit à manibus nostris libera fit, rectissimè etiam ad seruos (id est, ad captiuos in bello etiam iusto) aptantur, vt cum primum à manibus capientis euaserint, sui iuris fiant, nec peccare mortaliter aut venialiter videantur, non magis quàm ipsa fera, quæ capta quum esset, aufergit, euasit, euolauit.

Neque ad rem pertinet, † quòd id quod nostrum est sine facto nostro à nobis auelli non debeat. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. nam illud procedit, quando irreuocabiliter id nostrum esset, secus si reuocabiliter, nam dominium reuocabile à nobis sine facto nostro auelli potest, textum habes & exemplum in l. libello. §. si quis seruum. ff. de captiuis. Simile exemplum in l. fin. §. si in autem sub conditione. C. com. de lega. Simile exemplum in l. 1. ff. de condi. cau. Da simile exemplum in l. si tibi homo. §. cum seruum. ff. de lega. 1. Alia multa exempla in l. videamus. 2. ff. de vfuris. Aliud exemplum in tit. ff. de in diem addi. Aliud exemplum in tit. ff. de lege cõmiss. Sed dubium non est, quin dominium hominis in bello etiam iusto capti à lege concedatur reuocabiliter tantum, non etiam incommutabiliter, vt ll. supra allegatis, & c. dixi in simili lib. 3. controuersiarum frequen. c. 70.

S V M M A R I V M.

- 1 Seruus dominum fugere in cõscientia non potest, secundum nouissimos, nos contra.
- 2 Bello iniusto capta, capientium fiunt, contra nouissimos.
- 3 Seruus delicto effectus fugere potest tutus in cõscientia.
- 4 Homines bebetiores venari vt feras non licet, cum Soto, contra Aristotelem.
- 5 Ingenium labascit calamitatibus.
- 6 Bellum inducit nequisia.
- 7 Bellorum mala.
- 8 Historia Antigoni.
- 9 Alexandri Magni & similitum belligerandi occasio & color notatur.
- 10 Indorum bellum.
- 11 Indorum regiones an bello infestare liceat.
- 12 Seruire ceteris mortalibus hominum nulli à domino Deo creati.

- 13 Seruorum status quo iure fuerit ammittitur, egregia questio.
- 14 Seruus an Reipublicæ causa abesse possit.
- 15 Seruus panæ an testari possit.
- 16 Seruus an naturaliter, & quo iure obligetur.
- 17 Intellectus l. in personam. ff. de reg. iur.
- 18 Ius gentium primæuum appellatur natura vel naturale ius.
- 19 Obligatio naturalis vnica est.
- 20 Obligatiõni naturali quare nõ assistat lex ciuili.
- 21 Ratione legis cessante, cessat eius dispositio, licet ratio in lege non esset expressa, contra Galinulam.
- 22 Obligatiõni naturali, an lex assistere desinat, egregia declaratio.

C A P V T X.



HACTENVS de seruo per captiuitatem effecto, nam † is qui vèdidit sese; aut qui domo nostra seruus ex ancilla nostra natus esset, sine dubio à nobis fugere abique peccato mortali non posset, & ita potest defendi sententia gloss. d. c. iuris gentium. vt & in specie tenuit Dominicus de Soto, vbi supra, & addel. nihil interest. ff. de capti. id quod in eo, qui se vendidit æquum est, sed in nato ex ancilla capta fortè secus esset, argum. l. si quis ita hæres institutus. ff. de acquir. hæredi. ibi, sunt enim appenditiæ præcedentis institutionis.

† Quadragesimò apparet ex superioribus, veram non esse opinionem Dominici de Soto, vbi supra, & Alphons. Guerr. in d. c. 47. l. 1. nu. 23. & Paul. Castr. nu. 10. in d. l. ex hoc iure, dum contendunt ex bello non iusto capta capientium non fieri, quinimò quòd serui fiant est humano generi vtilius, sicq; serui fiunt.

Quadragesimò primò † illud autem dubiū est, an si capiatur ille, qui ad hostes arma portabat, is seruus fiat? & an si fiat, possit sine peccato mortali fugere? & quòd is seruus fiat capientis, tenent loã. And. in c. ita quorundã, de Iudeis, per l. 2. C. quibus ad liber. procl. non liceat, vbi etiam, scilicet, in d. c. ita quorundã, sequitur Panor. ad finem. & Ludo. Rom. sing. 683. nullus, qui ex suo. & Nic. Pign. in addi. ad eum. Quod autè is fugere nequeat, vix mihi persuadere possum, quia odia restringi oportet. c. odia, de reg. iur. l. cum quidã. ff. de liber. & posthu. vnde in re dubia non est, cur talem seruum interpretatiuum desinat comparari seruo per captiuitatè effecto, potius quàm ei, qui fit per sui venditionem, ergò magis est, vt sine peccato mortali fugere queat.

Quadragesimò secundo illud deniq; controuersum sæpè fuit, † an vt feras & bruta venari, ita fas sit eam gentem aut eos homines capere, & contra eos belligerare, qui ad parendum nati videntur, eò quòd hebetioris ingenij sint, quòd Aristot. admisit lib. 1. Politi. c. 3. quem & rectè doctissimus Dominicus de

1 Seruus dominum fugere in cõscientia non potest, secundum nouissimos contra.

2 Bello iniusto capta capientia fiunt, contra nouissimos.

3 Seruus delicto effectus fugere potest tutus in cõscientia.

4 Homines hebetiores venari vt feras non licet, cum Soto contra Aristotelem.

22 Dominus reuocabile sine facto nostro nobis auelli potest.

Soto d. arti. 2. quæst. 2. lib. 4. de iusti. & iure. reprehendit, nam si, vt plenè suprà ostendimus, omnes æquè liberi nati sumus, & summus illè rerum opifex ac parens Deus nō omnes creauit, quid peccauerunt qui altiozem, aut acutiorem mentè arripere non potuerunt, quam qua à Deo Optimo Maximo donati ac præditi fuerunt, ipse enim fecit nos, nō ipsi nos, ergo huiusmodi hebetioribus magis miserendum esset, quàm irascendum, magisquè consulendū & subueniendum quàm persequendum. † Nec dubium est quin stolidā ingenia hominum stolidæquè mentes aduersis calamitosisque rebus, miserijs, ærumnis stolidiores fiant, teste Ouidio canente de Sappho:

*Nunc vellem facunda forem, dolor artibus obstat,
Ingeniumq; meis substitit omne malis.*

Et Horatius Satyra 8. lib. 2.

Ingenium res

Aduersa nudare solent, celare secunda.

Et Virgilius scite & pie. lib. 11. Aeneid. cecinit:

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

Ergo qui dum agrestes homines incultisq; moribus vitam degentes meliores ad mores reducere studet, beneficiumquè conferre eis, id belligerando efficere non properet, quum de bello sic cecinerit Horat. lib. Epodon:

*Quo quò scelesti ruitis? aut cur dextris
Aptantur enses conditi?*

Parum ne campis, atque Neptuno super

Fusum est Latini sanguinis?

Neg, hic lupus mos, uec fuit leonibus

Vnquam, nisi in dispar feris.

Furor ne cecus, an rapit vis acrior?

Anculpa responsum date.

Tacent, & ora pallor albus inficit,

Mentesq; percussa stupent.

Tibullus Eleg. 10. lib. 1.

Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses?

Quam ferus, & verè ferreus ille fuit.

Tunc cades hominum generi, tunc praliam nata,

Tunc breuior dira mortis aperta via est.

Virgil. lib. 1. Georg.

Quippe vbi fas versum, atq; nefas tot bella per orbem.

Tam multa scelerum facies, non nullus aratro

Dignus honos, squalent abductis arua colonis,

Et curuæ rigidum falces conflantur in enses.

Virgil. 11. lib. Aeneid.

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

8
Histo. Antigonis.
His aptissima est responsio † regis Antigonis Macedonum ducis, cui adstipulantur Plutarchus & Erasmus in annot. ad eum lib. 4. Apoph. Antigonis ergo Sophistæ cuidam librum de iustitia conscriptum porrigenti, desipis (inquit) qui quum me videas alienas vrbes armis vexantem, tamen apud me de iustitia differis. Sensit sanè illos, qui bellum inferunt, nec posse nec velle tueri iustitiæ leges. † Idq; plerunq; ditionis gloriæ amplandæ libidine fieri, quamuis honestioris causæ præ-

9
Alexandri Magni & si-

textu; quale esset in specie nostra si (cum Aristot. Magistro & hat in re Alex. Magni assentatore parum dissimulato) vellemus dicere eū Principem qui alienis regionibus bellum inferret, id earum gentium & incolarum ob vtilitatè facere, quo magis in posterum cultiorem vitam ageret. O mitis, humana, & pia charitas, quæ naturalis inter homines cognitionis iura (de qua in l. vt vim. ff. de iusti. & iure) violare non pudet, sed properat, ac præcipiti manu vesana & rabida, omni genere cladum, tormentorum, internecionum, incendiorum innumera hominum millia quasi fulminibus ad ymbras Cerberi adigere festinat, vrbes incendere, populari campos, virgines violare, senes, pueros, fæmineumquè genus trucidare, & isthæc omnia & alia longè peiora magisque nefanda & detestanda non pudet appellare beneficium, de tali ergo Principe dicere possemus cum Terentio:

Erras, tui animi si me esse ignarum putas.

Aut cum Ouidio:

Vetus frequensq; via est sub amici fallere nomen.

Et cum Cicero. lib. 1. Offi. Totius iustitiæ nulla est capitalior pestis, quàm eorum qui tunc dum maximè fallunt, id agunt vt boni viri videantur.

Ex superioribus 43. apparet, non iure eas regiones ab Alex. Magno subactas fuisse, quæ vulgo notæ sunt. licet illustria ac memorabilia illa facinora dominandi libidine reuera perpetrata, eo prætextu honestare voluerit, quòd eas gentes ad cultiorem vitam, ac mores mitiores reducere studuerit, easquè à ritu & more ferarum declinare coegerit. nam is viuendi modus aureæ ætati ab antiquis & nouis tam non solùm decantatæ & laudatæ, sed etiam lamentatæ fortè similior & proximior erat, quàm ille quem ipse edocuit intrusitque.

10
Indorum bellum.
Apparet † etiam quid respondendum sit quo ad bellum, quod Indorum gentibus & regionibus serenissimus Lusitaniz Rex inferre solet. de quo per Dominicū de Soto in suo libello de ratione promulgandi Euangelium.

11
Indorum regiones an bello infestare liceat.
Noui † autem orbis infideles ac incolæ, an si potentissimo domino nostro Hispaniarum Regi seruire parati non sint, possint iuste debellari, tradit Alphonsus Guerrerius in Speculo principum c. 31. num. 5. cuius sententiam nec probo nec improbo, quia non vacat inuestigare aut scribere.

12
Seruire ceteris mortalibus hominibus nulli à domino Deo creati.
Dum autem diximus † quosdam hominum natura ad seruiendum natos videri, quales sunt qui hebetioris ingenij sunt, vt voluit Aristot. lib. 1. Polit. & Soto. de iust. & iure, lib. 4. q. 2. art. 2. idè tenuit Guerrerius in Spec. prin. c. 31. ad fi. & Aegidius Romanus. 3. par. lib. 2. de regimi. prin. c. 13. & c. 14. Sed veritas (mihi credite) mera est, istorum doctrinam meram esse tyrannidem, boni consilij & amicitia tegmine intrusam, incertam humani generis

malium belligerandi occasio & color notatur.

5
Ingenium la bascit calumniaribus.

6
Bellum inducit nequitia.

7
Bellorum mala.

8
Histo. Antigonis.

9
Alexandri Magni & si-

neris internecionem ac miseriam. vt enim tyrannidem, rapinam, violentiam, liberius exercere liceat, mentitis nominibus eā honestare student, doctrinam appellātes ipsi patientibus ac vexatis salubrem, quo à veritate remotius, aut risu & ludibrio magis dignum nihil vnquam fuit auditum, aut relatum. vt præsensit Dominicus de Soto, vbi suprā, & idē in suo libello de ratione promulg. euang. doctrinā tamen Aristot. suprā relatā aliquantulum ad stipulatur sanctus Thomas lib. 4. de regi. prin. c. 11. pro nobis tex. clarus in l. quod attinet. ff. de regu. iur.

13
Seruorum status quo iure fuerit annihilatus, egre quaestio.

13 Illud autem dubium est, † an quo casu bellum inferre fas est iusteque, inde procedunt captiuitates ac seruitutes, an captiuorum sicque seruorum status sit iure tantum ciuili annihilatus (vt ita loquar) an verò iure gentium, an fortè vtroque iure, tam ciuili quàm gentium, & veroque iure tam ciuili quàm gentium secundario id contigisse, authores sunt Accursius, Bar. & las. in l. id quod. ff. de cond. indeb. Hiero. Cagnolus in l. quod attinet. nu. 2. & in l. in personam. ff. de reg. iur. Idem in rubr. ff. de orig. iuris. Glo. in d. l. quod attinet. allegat Cagnolus ad idē in d. l. quod attinet, Aquesem in l. 1. ff. de orig. iuris. & Cardin. Alex. in c. ius gentium, distin. 1. col. 1. qui non id palam dicunt, sed tantum iure gentium secundario captiuitates, & sic seruitutes fuisse introductas, quod verissimum esse patet ex d. l. manumissiones. & ex §. ius autem ciuile, & §. ius gentium. Inst. de iure natu. vt fusius docemur suprā cap. prae. Sed non benè sequitur, Seruitus introducta fuit iure gentium secundario, ergò seruorum status eo iure annihilatus fuit ex toto, aut quò æquo modo & mensura, æquis paribusque; numeris in omnibus orbis regionibus, vel in ijs, quæ moribus & legibus reguntur, annihilatus esset, huiuscemodi enim particulæ & indiuiduorum nullus potuit esse tam diligēs inquisitor aut indagator, vt particeps esset, aut idoneam noticiam haberet: Romani enim Iureconsulti quamuis habuissent noticiam, vt per omnes ferè, aut plerasque regiones tunc notas, quæ legibus aut moribus regebantur, captiui fierent serui capientium. tamen an ex toto, an verò ex parte tantum, & qua ex parte seruorum status annihilatus in quaque prouincia esset, verosimiliter nouisse non potuerunt, sed quia in sua Republica se suorum statum ex toto annihilatum fuisse, quò ad ea, quæ iuris ciuilis erant, sciebant, ided scripserunt iure ciuili non etiam naturali eorum statum fuisse annihilatum, vt annotauit & rectè Fortunius in d. l. manumissiones. alijs non ita fortè appositis & opportunis vsus rationibus. † seruus ergò Reipublicæ causa in alijs regionibus fortè abesse poterit publicæ rei agendæ causa, qui tamen iure ciuili Romanorum non potest. l. seruus Reipublicæ. ff. de regul. iuris.

14
Seruus an rei publicæ causa abesse possit.

† Sic & iure ciuili Romanorum seruus pœnz testari minimè poterat. l. si quis filio exheredato. §. irritum. ff. de iniusto, rup. & tamen hodie potest: vt ibi not. per Docto. & plenè per Cagno. in l. seruitutem. ff. de reg. iur. Sozi. in l. si cognatis. ff. de reb. dub. nisi cum est damnatus ad mortem naturalem, vt ipsi aiunt, & diximus de succ. prog. lib. 1. tit. qui testa. fa. poss. sed & iure ciuili nostro Hispanorum seruus pœnz etiam si ad mortem naturalem damnatus sit, testari non prohibetur, per l. Taurinam. sic ergò leges ciuiles, captiuitates & seruitutes inde nascentes iuris gentium esse intellexerunt quò ad originem, nō autem quò ad effectus, ad quos pertinet hæc inuestigatio de status annihilatione non ad originem.

15
Seruus pœnz an testari possit.

16 Quadragesimo quartò, † hinc apparet vt intelligendus sit text. in l. in personam. ff. de reg. iur. qui ait, in personam seruilem nulla cadit obligatio, si nulla, ergò nec ciuilis nec etiam naturalis. cuius contrarium in naturali obligatione probat † text. in §. 1. Instit. de fideiuf. & in l. quod attinet. ff. de reg. iuris. dum ait, quò ad ius naturale omnes homines æquè liberos esse. ad idem l. serui. ff. de actio. & oblig. l. naturaliter. ff. de cond. ind. l. si id q. eod. tit. l. frater à fratre. vers. naturalem. eod. tit. l. interdum, eod. tit. & Bart. & las. in d. l. si id quod. & idem Bar. & las. col. fin. in d. l. interdum. Philippus Decius & Hieron. Cagnolus in d. l. in personam. Idem Cagnolus in d. l. quod attinet. sentiunt naturaliter non obligari seruum, quò ad ius gentium secundariū, quo manu regia obligationes naturales (vt ipsi sentiunt) exequi & effectum assequi cœperunt, obligari tamen naturaliter quò ad ius gentium primæuum, quò ius rectè appellatur naturale, quia simul cum ipso genere humano proditum fuit. c. ius naturale. 1. distin. §. singulorum. iuncto §. per traditionem. Instit. de rerum diuifi. Cagno. in d. l. quod attinet. illaq; obligatio naturalis non iure gentium secundario, sed tantum iure gentiū primæuo approbata, ex toto (vt ipsi sentiunt) inutilis erit, cum isto iure gentium secundario seruorum status annihilatus fuerit, & obligationes naturales iuris gentium primæui nullū omnino effectum haberent contra inuitū, sed tantum ipse obligatus posset placita explere si vellet. aliter minimè vllò iure aut vllò rege vel magistratu cōpellente, cum eo tempore nec reges essent, nec magistratus, sicq; id ius naturale primæuū (quò attinet ad has obligationes naturales) nihil aliud erat, quàm quidam naturalis instinctus, & ratio non datua, sed natua, suadens honesta, dissuadens cōtraria. id quod præter ipsos sentit etiā And. ab Exea, lib. pact. ad prin. Dec. in l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. † & id ius naturale Cicero naturam appellauit, qui in Cato. mai. ait: Natura Dux optima. & 3. Tuscula. ait: Sunt enim ingenijs nostris semina innata virtutum. & lib. primo de nat.

16
Seruus an naturaliter & quo iure obligetur.

17
Intellectus l. in personam. ff. de reg. iur.

18
Ius gentium primæuū appellatur naturale ius.

de nat. deorum. Omnes natura duce vehimur. & 1. Offi. ait : Naturam ducem si sequamur, nunquam aberrabimus. Habes ergo primum esse ius gentium primzuum, quod simul cum ipso genere humano proditum fuit, & secundarium, quod postea esse cœpit, deinde quod ius gentium primzuum quod ad homines attinet, nihil aliud est, quàm ipsa natura hominum, aut instinctus quidam naturalis, ratioque naturalis suadens honesta, dissuadens contraria. Tertio quod id quod ex isto iure descendit, nullo cogente imperio, sed spontanea voluntate ad effectum perducebatur in primordio mundi, sicque id ius naturale primzuum & natium nullam inducebat vim aut compulsionem. Quarto quod ius gentium secundarium inducebat compulsionem per manum regiam. l. 2. ad princ. ff. de origine iuris, quæ omnia verissima sūt. Quinto habes quod seruorum status fuit iure gentium secundario annihilatus, id quod supra improbauimus. Sexto quod obligationū naturalium alia descendit ex iure gentium primzuo eaq; in inuitum nō exequitur, alia verò descendit ex iure gentium secundario, quæ etiam in inuitos alicuius momenti esse solet, † sed certè longè aptius & commodius erit dicere, vnicam esse obligationem naturalem, quæ ex consensu nostro oritur, d. §. per traditionem. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de constit. pec. d. l. naturaliter, cum simil. hæc autem & si iure gentium primzuo ad effectum non perduceretur, quia eo tempore & iure nondum erant Principes, magistratus, aut iudices, tamē successiuis temporibus, quib. iudices Principesque esse cœperunt, licet nondum leges scriptæ essent, ad effectū illo iure gentium ducebatur, etiā in inuitos. Hodie verò idem vbi ius ciuile peculiare non est, non sic apud nos qui habemus ius ciuile quod à iure gentium hæc in parte aliquantulum discessit, dum & si nō nullos effectus obligationi naturali reliquit, actionem tamen ei ademit, vel non concessit. l. conuentionum. l. iuris gentium, in prin. & in §. igitur nuda. ff. de pac. & attigimus de suc. cre. lib. 1. §. 1. num. 35.

19
Obligatio naturalis unica est.

20
Obligationsi naturali quare non assistat lex civilis.

Quæ † autem sit ratio quare lex ciuilis noluit assistere obligationi naturali, quæ resultat ex pacto nudo? dic quod istud est ea ratione, quia multi, vt se ostendant liberales & gratos, indeliberatè & aliter non requisiti multa promittunt, vt inquit Conradus inter consilia Frederi. de Senis, in responsione consilii. 169. domino Conrado, vbi dicit quod in solis verbis sunt communiter homines largissimi promissores, suasque vires sapius excedentes. & inquit Richardus de Mediauilla in 4. senten. distinct. 38. art. 3. quæst. 3. Quod multi etiam ex deliberatione aliqua bona dicunt se facturos: qui hoc non dicerent, si per hoc crederent se esse obligatos ad id faciendum tanquam necessarium ad salutem: Facit tex. in c. cum ve-

nissent, extra de insti. per quem tex. solent communiter dicere scribentes, q. si ego dico tibi, Vis mihi dare talem rem. & tu respondeas, Nō solum istam rem, sed quæcunque habeo: ex istis verbis generalibus non nascitur obligatio, Refert & sequitur Franc. de Curte in ior in l. ea quæ cōmendandi. ff. de contrah. empt. ideo ius ciuile non putauit æquum esse quod quis astringatur huiusmodi promissionibus. Nam, vt inquit Plato in Alcibiade 2. turum non est quæ offeruntur temerè acceptare vel optare, & istam rationē considerauit Bar. in l. 1. §. si quis simpliciter. ante si. ver. præterea probemus. ff. de verb. obli. Salyc. in l. legem. in §. col. C. eod. Paul. de Cast. in rub. ff. de verb. oblig. in 4. quæst. vbi etiam Soz. in col. 7. vers. vltimus quæritur. & Bal. Nouel. etiam col. 7. vers. ideo enim. And. ab Exea vbi supra, cuius formalia verba sunt quæ retulimus, & hanc rationem probant duo iura, de quibus nullus ipsorum meminit. † nempel. diuus. ff. de mil. test. & §. planè. Inst. eod. tit. Secundum quæ videtur quod si quis pacto nudo deliberatè promitteret, teneretur efficaciter, quia tunc cessaret præcedens ratio: argumen. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. sed Lancelotus Galiaula per Exeam relatus respondet, Non cessare legem generalem quamuis eius ratio cesset, quando ea ratio non fuit expressa in lege, id quod verum non est, si ea ratio subintelligeretur etiam tacitè, vt tradunt Paulus Castrensis & Ias. in l. quamuis. C. de fideic. post Glo. ibi. Exea autem hac in re ait, Doctores hæc tenus mus ita se, seque planius respondere, quod lex ciuilis hac in re circa dandam vel non dandam actionem nihil disposuit, sed tantum actionem dare omisit, quod si rectè inspexeris nihil est, nā id est de quo disputatur, quare lex ciuilis actionem non concesserit pactiōni nudæ, quando quidem nihil tam fidei & rationi humanæ congruit, quàm eam seruare, vnde renuentes & perfidos ad eius obseruationem debuisset compellere.

21
Ratione legis cessante, cessat eius dispositio, licet ratio in lege non esset expressa, contra Galiaulam.

Dic ergo nouissimè tria † fuisse tempora, Primum à primordio mundi, quando nec erant principes nec iudices aut magistratus, nec leges scriptæ, Alterum quo esse cœperunt principes, nondum tamen erant leges scriptæ, Vltimum quo & leges scriptæ vel etiam mores & consuetudines regionum particulares esse cœperunt. Primo tempore vigeat solum ius naturæ, quod gentium primzuum appellamus, quodque omni compulsionem (vt iam attigimus) carebat, sicque eo tempore pacta nuda non exequebantur vlllo iure in inuitum: quia non erat vllus cuius imperio id fieret, parum enim profuerat esse ius, cum desissent magistratus, qui illud ad effectum perducerent. l. 2. ff. de ori. iu. Secundo tempore quo vigeat ius gentium, erantque principes qui illud ad effectum perducerent. d. l. 2. ea pacta regis

22
Obligationsi naturali, an lex assistere desinat, egressa declaratio.

regis imperio ad effectum perducebatur. cum quod id semper fuit eratque æquum, tum etiã quod eo tempore æquius erat, quàm à primordio mundi: quia, vt patet ad sensum humanum, commercium esse non potest, vbi fides conuentionum non seruatur. Vnde eam iuratum violare, capitale crimen erat apud Aegyptios, teste Ioan. Boëmo lib. 1. c. 5. de moribus var. gen. ed, quod ea fidei violatio humanum commercium dissiparet, sicq; cum quo tempore ius gentium vigere cœpit, populi & principes esse cœpissent, & frequentissima cōmercia eorum (quæ antea non ita frequentata erant, cum homines dispersi & ferè more ferarum vitam agerent) par erat, vt tunc ea fidei obseruatio arctius commendaretur, ad effectumq; perduceretur, sicq; sicq; manu regia id fieret. Verùm quia sæpe iactationis causa, vel loquendi libidine, aut leuitatis lociue causa, promissiones & verba iactantur, vt iam ostendimus, & præterea probatur in l. non solum. ff. de act. & oblig. iuncta lege an inutilis. ff. de accepti. idèd ius ciuile, quod tertio tempore esse cœpit, illum rigorem temperauit, mediamq; viam elegit, hominum conuentiones interdum exequendo, interdum executionem prætermittendo. Perducit enim ad effectum eas conuentiones, quæ & frequentiores sunt, & sic ad vitam socialem & politicam magis necessariæ, quales sunt emptionum, venditionum, locationum, conductionum, societatum, mandati, cōmodati, depositi, pignoris, & similia, quæ enumerantur in l. iuris gentium, in prin. ff. de pact. in prin. Instit. de oblig. ex cons. reliquas verò conuentiones non ita frequentes & necessarias ad effectum contra inuitos non exequitur iure actionis, quamuis etiam eas ex toto inermes non reliquerit, quandoquidem eis concessit ius excipiendi. §. præterea. Instit. de except. d. l. iuris gentium. §. igitur nuda. Ius itque vt naturalis obligatio, quæ ex illis nascitur, prodesset ad nouationem. l. 1. ff. de nouat. & ad delegationem. §. præterea. Instit. quib. mod. toll. ob. & ad fideiusionem. §. 1. Instit. de fidei. cum simil. haberetq; alios effectus à iure ciuili sibi accõmodatos, de quibus per Gloss. & Doct. in d. §. præterea. Instit. de excep. Sed generales etiam conuentiones tam legitimas (quas nominatas appellamus) quàm reliquas quibusdam in in casibus voluit effectum actionis carere, veluti si promitterent minores ætate, aut prodigi post bonorum interdictionem, aut mulieres ex causa fideiusionis, aut filij familiæ ex causa mutui, aut furiosi, aut serui, vt per totum ff. & C. ad Velleia. per totum titulum ff. & C. ad Maced. per omnes titulos ff. & C. de minori. per totum titulum ff. & C. de cura. furi. l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. d. l. quod attinet. d. l. in personam, cum simi. Cum ergò interdum conuentionem seruare æquum sit, interdum etiam non sit, consultissimè ius ciuile neque

semper conuentionibus actionem denegauit, vt erat primæuo tempore, neque semper ad effectum eas perduxit, vt erat sequenti tempore, quo viguit ius gentium secundarium, sed distinxit inter personas & causas, inter personas, vt soli prudentiores & grauiores arctarentur, in causas, vt nec illi arctarentur, nisi promitterent ex causis frequentioribus, & sic magis necessarijs ad socialem & politicam hominum vitam, quo casu quia res non tam ad manus in promptuq; sunt paratæ quàm verba, consultissimum fuit ex sola verbali conuentione quem obligari, quo facilius expeditiusq; negotia fieret, in reliquis verò cōuentionibus non ita frequentibus, & necessarijs sola conuentione non obligari, quandiu res integra esset, vt in omnibus contractibus in-nominatis, sed tunc demum cum res integra esse desisset, ne variatione permissa alter ex contrahentibus læderetur. l. naturalis. ff. de præf. verb. l. 3. l. qui pecuniã. ff. de cond. ca. da. per totum C. eod. tit. Ergò si promisi tibi centum, vtcunq; solenniter etiam per stipulationem, si nõ expressi qua ex causa pmittebam, liberabor. l. 2. §. circa. ff. de doli except. quia promittendi causa esse potuit ex ijs, quas lex legitimas & nominatas esse voluit, quibusq; effectum & actionem accommodauit, potuitq; ex diuerso esse ex ijs, quas vt sic legitimas non adoptauit, sicq; in hacre dubia succumbit actor. c. cum partium iura, de reg. iur. lib. 6. l. 1. l. actor. C. de prob. l. qui accusare. C. de edendo. §. commodum. Instit. de interdi. Sicq; interim qui verba tantum accepit verbis, vt contentus sit, par est.

Ergò (vt tandem è diuerticulo ad viam redeamus) cum seruus promittit ciuilitè, non obligatur: quia eo iure ciuili est eius status annihilatus, d. l. quod attinet, comparaturque iumentis. l. 2. ff. de noxali. act. l. 2. ff. ad legem Aquil. Sed obligatur naturaliter. l. naturaliter. l. si id quod. l. interdum. ff. de cond. indeb. cum alijs supra all. quia quod ad ius naturale reliquis hominibus par est, d. l. quod attinet. sed talis obligatio naturalis passiuæ caret effectibus, quos legem ciuilem naturalibus obligationibus cõdonasse supra diximus, ita procedit l. sed si serui. ff. de fideiuratic, quia eo iure seruus nihil est, non magis quàm iumentum. Sed quo ad reliquas regiones, in quibus ius ciuile nostrum non seruaretur, quæstio facti erit.

Adde superioribus (vt clariora reddantur) quod lex ciuilis non est, neque esse potest certa, vtrum promissor deliberato sese obligandi animo promiserit, an fortè ioci, ludibrii, iactationis, ostentationis, aut nugandi causa? priore enim casu iustum esset actionem polliceri, posteriore autem non vti que, in re dubia tutius & humanius est promissorem absolue-re quàm condemnare. l. absentem. in princ. ff. de pœnis. c. cum partium, de regu. iur. lib. 6. l.

G

fauo-

favorabiliōres. ff. eod. tit. l. Arrianus. ff. de act. & obli. idēd hominum promissiones regulariter non exequitur. Fallit in cōventionibus frequentioribus, & sic ad commercium & hominum vitam socialem & popularem magis necessarijs, quales sunt eę conuentiones, quas nominatas appellamus, (vt dixi) Ratio est, quia si non exequerentur, humana vita & popularis societas non posset commode agi aut subsistere. Sicque reliquę conuentiones innominatę vtpotē minus frequentes, sicque minus necessarię remanent sub regum, quia per hoc humana societas & commercia non tam impediuntur. Ergō lex ciuilis omnem obligationem naturalem, quę ex consensu cuiuslibet cōuentionis siue nominatę, siue innominatę oriretur, libentissimē exequeretur, si certō sciret deliberatē promissum fuisse, sicque obligationem naturalem ortam fuisse. Verūm quia vtrunq; incertum est. idēd actionem in re dubia non pollicetur regulariter. Ergō non commode dicitur obligationem naturalem à lege ciuili non exequi, sed obligationem naturalem à l. ciuili non præsumi per interuentum cōuentionibus, nisi ea conuentionio sit nominata, intellige non præsumi quōd ad dandam actionem, præsumi tamen quōd ad dandam exceptionem, & quōd ad alios effectus suprā relatos, qui leuioris damni & momenti legi visi fuerunt, & est reliquis longē elegantior & planior expositio.

SUMMARIVM.

- 1 Homicidium sui facere quare homini nō licet, ratio improbat a nouiss.
- 2 Deus dedit omne quod habemus.
- 3 Prodigere nostra fas est.
- 4 Seruus domini salutem suā praponere debet.
- 5 Vasallus domini salutem suā praponere non tenetur.
- 6 Visa aut bona non eadem ratione nobis à Deo data.
- 7 Honor sui homo an sit dominus.
- 8 Honor vitę equatur.
- 9 Honor reliquis rebus preciosior.
- 10 Honor defendendę causa licet alterum occidere.
- 11 Honor amissus an reparari possit.
- 12 Historia Coriolani.
- 13 Historia Labieni.
- 14 Nobilis aggressus non tenetur fugere.
- 15 Honor causa licet inire duellum.
- 16 Historia Ambrosij.
- 17 Honores separari possunt per actum meritorium vel demeritorium.
- 18 Honor virtute paratus ladi potest per actum demeritorium, non per meritorium, vel medium.
- 19 Historia Lucretia Romana.
- 20 Historia Caroli Quinti Imperatoris.
- 21 Historia varia.
- 22 Historia Marj.
- 23 Historia Cesaris.
- 24 Nobilitatis priuilegia à nobis possunt separari.

- 25 Hidalguę priuilegia à nobis possunt separari.
- 26 Vitam pro amico periculo exponere licet, iure fō. & po.
- 27 Virtutis opus non iactantia fuit facinus Murj. Scauole brachium concremantis, quicquid dicitur Aug. & Sotus interpretentur.
- 28 Historia Scauola.
- 29 Historia Piladę, & Orestis.
- 30 Historia vxorum Indarum.
- 31 Vitam pro patria periculo exponere licet & decet.
- 32 Historia Pompej.
- 33 Vitam pro parentibus exponere licet & decet.
- 34 Vox populi vox Dei aut natura est.
- 35 Duelli definitio improbat.
- 36 Duelli vera definitio.
- 37 Historia Regis Sanctij & ciuium Zamorensium.
- 38 Fabula Amadigj.
- 39 Historia trium Romanorum & totidem Albanorum.

CAPVT XI.



QUADRAGESIMO QVINTO colligitur iura disponere nō potuisse, vt homo possit honorem suum, aut vitā prodigere. Nam vt principum ita & legum imperium ad nostram vtilitatem est, nobis autem nihil perniciosius quā honorem aut vitā prodigere, ergō id non licere ex nostra opinione princ. fit consequens. Ergō † homo an vitę suę dominus sit dubium est, & quid quōd ad famam & honorem? & quod vitę dominus non sit, tenet doctissimus Dominicus de Soto lib. 4. quęst. 2. artic. 3. de iust. & iure: quia vitā (inquit) à summo Deo nobis data est, iuxta illud: Ipse enim fecit nos, non ipsi nos, vnde eius iniussu eam abijcere non licet, quę ratio nulla est, tum quod res alienas, quas attingere nefas est, per totum C. de reb. ali. & in præcepto Decalogi, possumus tamen eas nobis datas à domino suo abijcere & prodigere. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de pet. hæred. ibi, dum re sua se abuti putant, cum simi. infrā allegandis. tum etiam † quod reliquas etiam res, quas habemus, à summo Deo accepisse videamur, iuxta illud: Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues, insuper & pecora campi, vnde Poëta ait:

*Omnia cum dono tibi sint concessa Deorum,
Si quod habes non vis dic mihi quid capies.*

Et † tamen constat isthęc omnia bona terrena nos posse abijcere. d. §. consuluit. l. 1. & magis verbo, prodegit. ff. si quid in fraudem patroni. l. non vsq; ff. si quis à paren. fuer. manu. l. qui autē. in prin. & §. 1. ff. quę in fraudem creditorum. Adhuc tamen ipsius conclusio vera est, iuxta illud Sapien. 16. Tūc Domine, qui vitę & mortis habes potestatem, ergō non alius. Ad idem Deuteronom. 22. Ego occidam, & viuere faciam, ergō non alius. Et Cicero

1
Homicidium sui facere quare homini nō licet ratio improbat a nouiss.

2
Deus dedit omne quod habemus.

3
Prodigere nostra fas est.

Cicero lib. primo Tuscul. Vetat dominans ille in nobis Deus, iniussu hinc nos suos demigrare, quum verò causam iustam Deus ipse dederit, ne illa mediis fidiis vir sapiens lætus ex his tenebris in lucem illam excesserit, nec tamen illa vincula carceris ruperit. leges enim vetant, sed tanquam à magistratu, aut ab aliqua potestate legitima, sic à Deo euocatus, atque emissus exierit. Idem Cicero in somnio Scipionis: Tibi & pijs omnibus est animus custodia corporis retinendus, nec iniussu eius æquo ille est nobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus assignatum à Deo defugisse videamur. Idem Cicero in Cato. mai. Non est iniussu Imperatoris, id est, Dei de præsidio & statione vitæ decedendum. & rursus in somnio Scipionis: Nisi Deus istis te corporis custodijs liberauerit, ad Cælum aditus patere non potest. Et Silius Italicus lib. 4. sic cecinit:

Cadumq; feros auertere ritus.

Et Ovidius lib. 3. Artis:

Vacuas cadis habere manus.

Nec dubium est, quin ob charitatem & iustitiam homicidium prohibeatur, & contra eam charitatem immanius peccasse videatur, qui seipsum quàm qui alium interficeret, cum charitas benè ordinata à seipso incipere debeat. l. præses. C. de feruit. & aqua. vnde Terentius ait: Natura hominum ita comparatū est, vt omnes sibi melius esse malint quàm alteri. vnde Cicero in Orat. in Vat. ait: Nemo est tam demens tamque parum de se cogitans, qui alienam vitam magis quàm suam diligit. Et rursus 3. Offic. Sibi vt quisque malit, quod ad vitæ vsum pertinet, quàm alteri concessum est non repugnante natura. Quinimò vt ipse in Philip. 2. ait: Qui multorum se custodem profitentur, eum sapientes sui primum capitis aiunt, custodem esse oportere. † Vnde & si læterior lex iusserit seruum vitam pro domino ita exponere, vt domino pereunte nolit vitam sibi adseruari. l. 1. §. hoc autem. §. ad Syllani. per rationem pecularem, de qua ibi, & quia serui tam parui fiunt, vt iumentis æquentur. l. 2. ff. de noxal. act. l. 2. ff. ad legem Aquiliam. tamen nullus alius ad id teneretur, † etiam si sit Vasallus, qui à domino feudum acceperit, vt tradit Fernand. Loazes. consi. pro March. de Velez, dubitatione 1. pag. 174. subijciens quòd is in iplo prælio, si sibi mortem imminere viderit, debet suam salutem domini sui salutem anteponere, id quod etiam notat Gloss. communiter ibi approbata in cap. 1. in princ. quibus modis feudum amittatur. Glo. in c. si à morte, de alie. feu. paterni. Bal. & Aluaro. in d. c. 1. vers. 5. quaeritur quib. mo. feu. ami. Paris de Puteo, qui hanc affirmat esse communem sententiam in tractat. de re mili. lib. 5. vers. an vasallus. Afflic. in c. 1. §. fin. hic finitur lex. Zasius de feud. par. 7. colum. 4. Ioan. Iacob, de Leonardis inter

4
Seruus domini
in salutem suam
preponere
debet.

5
Vasallus domini
salutem
sua preponere
non tenetur.

consilia feudalia Albert. Bruni, consi. 117. in hac causa. colum. 11. Marti. Silimanus de feudis in rub. quib. mod. feud. amit. colu. 3. vt ita refert Loazes, vbi supra, id quod vt nobis videtur, parè admittendum est, sicq; non aliter, quàm si vasalli aut ciuis certum & indubitatum mortis periculum immineret, & faciunt quæ plenè in simili traduntur per Hieronym. Cagnol. in l. semper, qui non prohibet. ff. de reg. iuris.

Redeundo ad principalem conclusionem, quæ habet, neminem esse vitæ suæ dominum ea ex ratione iustificatur, quod etiam membrorum suorum nullus dominus esse intelligitur, vt in l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. & faciunt omnes leges, quæ sunt sub titu. ff. de ijs, qui mortem sibi consciuer. Facit etiam, quia licet † tam vita quàm res omnes in origine exequentur, quia vtrunque à Deo processisse videatur, tamen bona (vt ostendimus) concessa à Deo fuerunt ad meram nostram vtilitatem & vsum, vita verò non solum ad nostram vtilitatem & vsum, sed etiam ad Dei gloriam & honorem, idque fortè principaliter, teste Cicerone, qui ita ait lib. 1. de nat. Deorum: Omnia aliorum causa sunt generata, vt fruges, atque fructus, quos terra gignit animantium causa: animantes autem hominum, vt equum, vehedi causa, arandi bouem, venandi & custodiendi canem, ipse autem homo ortus est ad mundum contemplandū & imitandum. 2. de Nat. Deo. & 3. de natura Deorum. Sunt ex terra homines, non vt incolæ atque habitatores, sed quasi spectatores superiorum rerum atque cœlestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Itaq; cum Deus Opt. Max. qui omnia hominibus concessit, non tamen ad eundem vsum omnia concesserit: sed mentem & vitam ad ipsius Dei gloriam, honorem, & cultum, & ad contemplanda eius opera mirabilia, reliquas res, ad meram ipsorum mortalium vtilitatem & vsum. Cumq; ad cuiusq; vtilitatem cōcessa ipse possit abijcere, reliqua verò non vtiq; l. penul. C. de pact. l. si quis in conscribendo. C. de Episc. & Cle. cum alijs supra alleg. par est, vt reliquorum bonorum homo dominus esse videatur, vt potè ad sui merum vsum concessorum, vitæ verò suæ non ita vt potè ad Dei cultum potissimum concessæ. Vt sic non tam inspiciendum sit, à quonam isthæc omnia cōcessa fuerint (id quod parum aptè doctissimus Dominicus de Soto, vbi supra huius rei fundamentū esse putabat) quàm ad quem vsum concessa fuissent.

Quo † ad alterum articulum, an homo sit dominus famæ & honoris sui? pro parte negatiua facit, quòd honor vitæ æquatur. l. iusta causa. ff. de manumissis vind. tenet Gerar. de Petra sancta sing. 1. num. 10. † Vnde vt Iureconsultus refert in l. 2. §. penultim. ff. de origi. iur. Virginius filix suæ honorem ipsiusmet

6
Vita aut bona
non eadem
ratione nobis
à Deo data.

7
Honoris sui
homo an sit
dominus.

8
Honor vitæ
æquatur.

G 2 filix

9
Honor relig
rebus precio
sior.

10
Honoris def
dēdi causa li
cet alterū oc
cidere.

filiz anteponendum esse existimavit. † sicq;
honorem reliquis omnibus rebus preciosior
est. l. Iulianus. ff. si quis omni. cau. text. facit l.
3. §. si coniunctim. ff. de leg. præst. Vnde † vt
pro vitæ corporisque tutela impune aggressio
nem occidere fas est. l. vt vim, vbi per omnes.
ff. de iust. & iure. ita & pro honoris defen
sione, vt Gerar. de Petra sancta sing. 82. quæ sunt
contra honestatem, num. 7. sicque causa ho
noris dicitur esse ardua. Bald. in l. ex ratione,
colum. 2. C. de appell. facit Gloss. sing. in §.
suspectus autem. Instit. de susp. tut. in verbo,
ob culpam, per l. inimicitiz. ff. de his quib. vt
indig. Vnde Ouid. sic scripsit:

*Nulla reparabilis arte lesa pudicitia est.
Deperit illa semel.*

11
Honor am
sior, an repa
rari possit.

Et † diuus Hierony. in c. si Paulus. 32. q. 5.
audacter (inquit) dicam, Deus cum omnia
possit, suscitare virginem post ruinam nõ po
test, & infamiam facti tollere etiam summus
Pontifex non potest. Andr. Tiraquell. de iure
const. part. 3. limit. 7. dixi in §. 15. de succ. prog.
lib. 2. num. 17. & ita in specie, vt honoris sui ac
famæ homo dominus non sit, tenuit Cayeta
nus in 2. 2. quæst. 73. & idem Cayetanus in
sua summa.

12
Histo. Corio
lani.

Facit, † nam Martius Coriolanus ob ope
ram bene nauatam, ante prædæ diuisionem è
singulis rebus, equis & captiuis denos sibi eli
gere & optare à consule iussus, in super &
equo pulcherrimo donatus, equo quidem
quasi in signum fortitudinis & honoris acce
pto, reliqua quasi mercedē superent, respuit,
teste Plutar. lib. 6. Apoph.

13
Historia La
bieni.

Idem † Plutarchus eod. lib. ita refert, Ti
tus Labienus equiti strenuo de præda Gallica
aurum donauit, id videns Scipio, dixit equi
ti, habebis donum viri diuitis, hac audita vo
ce eques aurū ad pedes Labieni abiecit, idem
quum audiret Scipionem dicentem, Impera
tor te donat armillis argenteis, alacer gaudio
abiit, sicq; aurum contempsit, honorem am
plexus est. Vnde Ouidius ad finem operis sui
Metamor. sic quasi exultans cecinit:

Iam opus peregi dura quod nõ poterit abolere verustas.

Et Virg. Eclog. 5.

Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebunt.

Et Aufonius in Solonis sent.

Non erant honores vnquam fortuiti muneris.

Et Virg. 1. Aeneid. repetijt eundem ver
ficulum sic canens:

Semper honos, &c.

At si honor & fama, tam in æternum postq;
vitam viuat, in reliquis rebus non ita est. Vn
de Ouid. de tristib. lib. 5.

Diuitis ad manes nil feret vmbra suos.

Et Propert. lib. 3. Eleg. ad amicam:

Haud vllas portabis opes Acherontis adyndas.

Vnde Cicero pro Caio Rab. Exiguum (in
quit) vitæ curriculum natura nobis circum
scripsit immensum gloriæ. Idem Cicero pro

Sest. Vita breuis, inquit, est, gloriæ cursus sem
piternus. Idem Philip. 14. Breuis vitæ data
est, at memoria (inquit) bene redditæ vitæ
sempiterna, quæ si non esset longior quàm vi
ta, quis esset tam amens, qui maximis labori
bus & periculis ad summam laudem & glo
riam contenderet. Idem ad Plan. Fami. lib. 10.
Is honos (inquit) videri solet, qui non propter
spem futuri beneficij, sed propter magna me
rita claris viris defertur, & datur, estque non
inuitamentum ad tempus, sed perpetuæ vir
tutis præmium.

His tamen prætermisissis contrarium, vt ho
noris sui dominus quisque sit, contendit do
ctissimus Dominicus de Soto, vbi supra, aitq;
idem voluisse diuum Thomam 2. 2. q. 37. art.
4. dum ait, quod in cuiusque arbitrio est pati
famæ suæ detrimentum, nisi id vergat in pe
riculum aliorum, quod exemplificat ipse Do
minicus † fugiendo (inquit) præsensit tacitus
turpe esse homini nobili fugere, si à rustico
fortè aggressus esset: ad fugiendum enim
non teneretur, nec si talem rusticum occide
ret, teneretur de occiso. ita Gerardus de Petra
sancta singulari 82. quæ sunt contra honesta
tem. num. 5. Bald. in l. si filius. ff. de cond. in
stit. Idem Bald. in c. 1. col. 5. de pace tenenda.
qui etiam ibi & Gerardus, vbi supra ait, † pro
defensione honoris licere inire duellum: quia
crudelis est, qui negligit famam suam. c. nolo.
12. quæst. 1. & 31. distin. Nicena. id quod hodiè
vt fiat duellum vetitum fortè fiet, quia in hoc
Cõcil. Tridentino, vbi hoc anno M. D. LXIII.
mense Augusti iussu Hispaniarum Regis po
tentissimi domini mei, propositum est duella
vetari, quamuis nondum definitum stat.

Adducit † etiam idem Dominicus, quod
beatus Ambrosius, vt legitur in eius historia,
puellam in cubiculum suum immisit ac rece
pit, vt hæc infamia impedimento esset, quod
minus in Antistitem eligeretur, adducit Au
gustinum & Anselmum multa detegisse eo
rum honoribus noxia.

Quid dicendum? In hoc articulo difficili
& à nemine vnquam, in cuius scripta incide
rim, bene digesto, præfari oportet honorum
alium esse datiuum, alium natiuum, quod ad
datiuum, qualis est qui ex magistratibus, prin
cipatibus aut similibus contingit. Videndum
est an perdi possit per actum meritorium, vel
per actum demeritorium, vel per actum me
dium, qui nec meritorius sit, nec demerito
rius. † & potest per actum meritorium, puta:
quia is magistratus morbo, vel senio cum sese
impeditum videret, voluit à se magistratum,
munus, honorem abdicare, vel in alium trã
ferre. l. 1. ff. de const. prin. l. 2. §. deinde quia dif
ficile. ff. de origine iuris. vel monachus factus
fuit, vt in auth. ingressi. C. de sacrosanct. Ec
cles. Per actum demeritorium similiter amit
titur. c. infamibus. de reg. iur. lib. sexto. Idem
fieri & contingere potest per actum me
dium,

14.
Nobilis ag
gressus nõ te
netur fugere.

15.
Honoris cam
sa licet inire
duellum.

16
Histo. Ambro
sij.

17
Honores sepa
rari possunt
per actum me
ritorium vel
demeritoriũ.

18
Honor virtutis
et partus le-
di potest per
actum demer-
itorium, non
per meritori-
um vel me-
dium.

diū, puta per dementiam inculpabilē huic
superuenientem, vel quia iste voluit in alium
transfere & quē idoneum, vt dd. iuribus. & is
honor nō est propriē, de quo loquimur. † Sed
honor natiuus, quem quis consequitur per
virtutem suam, egregiaq; facinora (quem na-
tium libuit appellare, eō quōd ex ipsomet
facto citra vllius hominis ministerium honor
& egregia fama talibus egregijs facinoribus
accedit & comes est) non est migrabilis de
subiecto in subiectum, aut cessibilis, nō ma-
gis quā morte extinguiibilis, quem morte
non extingui suprà ostendimus: ergō si ta-
lem honorem virtute partum velles in ami-
cum tibi gratum cedere, nihil ageres, nisi in-
eptiri.

Sed an possit extingui, vel minui per actū
meritorium, vel demeritorium, vel medium?
& per meritorium non posse constat, sed po-
tius augeri, per demeritorium verō potest si-
ne dubio, vel minui, vel extingui, d. c. si Pau-
lus. 32. q. 5. † Quem quidem honorem & fa-
mam egregiam, qua pollebat Lucretia Ro-
mana, ne per vim sibi à Tarquinio Superbo
allatam periclitari videretur, mortē sibi con-
sciuit illa verborum memorabili testatione,
quam his verbis eleganter modulatus fuit
Quidius:

*Cum foderet ferro castum Lucretia pectus,
Sanguinis & torrens egrederetur, ait:
Testetur cunctis me non violasse pudorem,
Ante virum sanguis, spiritus ante Deos.*

E hoc modo accipi possunt & debent ex-
empla beati Thomæ, & Augustini, & Am-
brofij, & aliorum suprà per Dominicum re-
lata, & per talem actum demeritorium nihil
mirum si fama lēdi possit & honor, sitque ho-
mo dominus famæ ad eam prodigendā, nam
& vitæ similiter esset ad eam amittendam, vt
si capitaliter delinqueret, vt per omnes leges
ff. C. & Instit. quæ sunt sub titulis de publicis
iudicijs. Per † actum verō meritorium ex-
tingui, aut minui non posse constat, sed po-
tius augeri, vt proximē diximus, dum de
translatione huius honoris agebamus, exem-
plum in Carolo Quinto Romanorum Impe-
ratore inuictissimo Hispaniarum Rege ac do-
mino meo, qui dum sanctorum more solita-
riam vitam monasterio inclusus agere vellet,
habenas totius orbis regendi Philippo eius fi-
lio (similiter domino meo, qui imagine pa-
tris quasi humani generis delictum, & bono-
rum virorum refugium ac vnica spes est) com-
misit, quo non minus egregio quā raro fa-
cinore honores antea actos foelicissimē ac mi-
rē ornauit. Per actum verō medium, nec au-
gebitur, nec minuetur, sed conseruabitur, vt
patet ad sensum, huiusmodi autem honores
& fama minui solent sæpissimē ex accidenti-
bus & infortunijs.

Sic & Manilius lib. 4. Astro. cecinit:

Quid referam Cannas, ad moraq; manibus arma,

*Varronemq; pigrum magnum quod viuere posset,
Postq; tuos Trasimene lacus Fabiumq; morantem
Accepisse iugum victas Carthaginis arces.
Spectatum Annibalem nostris cecidisse carbenis,
Exiliumq; rogi furtiua morte luisse.*

De Marij fine, qui septies Consul fuit,
sic Ouid. lib. 4. de Ponto:

*Ille Iugurthino clarus Cymbroq; triumpho,
Quo victrix toties consule Roma fuit.*

*In cæno Marius iacuit, cannaq; palustri,
Pertulit, & tanto multa pudenda viro.*

De Cæsaribus miserabili fine hęc Ma-
nilius lib. 4. Astro.

*Ille etiam celo genitus, celoq; receptus,
Cum benè compositis victor ciuilibus armis
Iura toga regeret, toties predicta cauere
Vulnera non potuit, toto spectante senatu
Iudicium dextra retinens, nomenq; cruore
Deleuit proprio, possent vt vincere facta.*

Est alius honor natiuus, puta nobilitas,
non propria virtute parta, sed à maioribus he-
reditario, aut paterno iure habita, quæ simili-
ter à nobis, nisi per actus demeritorios sepa-
rari nequit, quāq; non possumus renuncia-
re, aut alienare gratis, vel precio, sicque meri-
tō eius dominium nos habere liberum, quale
in reliquis rebus habemus, negandum est, vt
nos contra nouissimos contendimus de succ.
crea. lib. 3. §. 3. num. 295. & §. 22. num. 78. & ista
ex virtute similiter originem habuit maiorū
nostrorum, quæ iure sanguinis ad nos delata
fuit, sicque is honor & superior similimi sunt
& pari ferē iure moderandi.

† Quando verō huiusmodi honoribus na-
tius datius honor accedit, tunc datius ille
honor migrare & abscedere potest immoto
manente honore natiuo, quid enim si mos,
aut scriptum est in regione quadam, vt post
quæsitam per egregia facinora nobilitatem
sequantur, & accedant quidam honores, pri-
uilegia, prærogatiuæ, immunitates, quale est,
† vt talis pro debito ciuili carceribus detineri
non posset, aut vt non possit contra eum fieri
executio in lectulo suo, nec in vestibus quoti-
dianis, nec in equo, armis & supellectili-
bus, vt est apud nos Hispanos (in nobili, qui
vulgo hidalgus vocatur) & propterea in qui-
busdam oppidis sunt statuta, vt reditus & bo-
na communitatis per talem nobilem neque-
ant conduci. Alibi etiam sunt statuta, ne ta-
les nobiles possint habitare, quale apud nos
Hispanos est, in oppido, quod Espinar voca-
tur, & in altero, quod dicitur Villacastin.
Quid, inquam, si talis nobilis mauult illis in
oppidis habitare, quā splendore & præro-
gatiuis nobilitatis gaudere id, quod sæpē ac-
cidit, vel mauult conducere bona communi-
tatis, quā talibus potiri priuilegijs, an po-
terit repudiare & renunciare, à seq; separare
alia priuilegia, talesq; honores? & magis est
vt possit id, quod probat, si rectē inspiciatur,
d. l. pen. C. de pact. l. si quis in cōscribendo. C.

21
Historia va-
ria.

22
Hist. Marij.

23
Hist. Cæsarū.

19
Historia Lu-
cretie Roma-
ne.

20
Histo. Caroli
V. Imperato-
ri.

24
Nobilitatis
priuilegia à
nobis possunt
separari.

25
Hidalguia
priuilegia à
nobis possunt
separari.

de Epif. & Cler. manebit tamen saluus & immotus honor ille natiuus & splendor, siue par tus sit propria istius renunciantis virtute, siue à maioribus suis etiam tractus fuerit, & ita v- sibus sæpe admissum fuit in oppidis duobus suprà commemoratis, quod tenendum est, quamuis aliquantulum hæc aduersentur his, quæ disseruimus d. lib. 3. de succe. crea. in duobus locis, ad quæ me suprà retuli, quæ hic iungenda sunt.

26
Vitam pro amico periculo exponere licet iure fori & poli.

Superioribus proxima est quæstio illa, † an vt quis seipsum necare temere non potest, vt iam fusè edocti sumus, ita quoque pro amico vitam exponere non liceat: id quod aliquantulum significare visus fuit diuus Augustinus lib. de mend. c. 6. sed ipsemet c. 10. lib. de amici. contrarium dilucidè tenuit, quem sequitur Dominicus de Soto lib. 5. quæst. 1. arti. 6. de iusti. & iur. affirmans hanc esse communem opinionem Philosophorum, allegat verbum Christi Ioan. 15. dum ait: Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam quis ponat pro amicis suis, quæ verba non videntur ei fecisse satis, eò quòd ibi intelligitur pro salute spirituali amici, non pro corporali, sed certè verus sensus est, vt Redemptor noster senserit, etiam pro vita corporali amici licere vitam corporale exponere. Nam quamuis ipse vitam suam pro vita nostra spirituali, non pro corporali exposuerit, & exponere proposuerit, tamen eam similitudinem, qua vsus fuit, tacitus imò palam approbavit, significans quod vtamicus non solum licitè & legitimè, sed etiam laudabiliter & egregiè ponit vitam corporalem suam pro vita corporali amici, ita ipse Dominus noster vitam suam corporalem pro vita & salute nostra spirituali exponebat, & vtroque casu facinus egregium esse significauit, & laudis, virtutis, charitatis, trophæique plenum. corporea denique vita est temporale bonum, nec enim est vltimus finis nostræ felicitatis, sed tantum id est vita spiritualis, ergò pro alijs bonis temporalibus tuendis periculo exponi potest. licet sint minoris precij, vt patet ad sensum. & tenet Gloss. & communiter Doct. in l. vt vim. ff. de iusti. & iur. estque opinio communis, quòd in tali certamine impunè occidere potero inimicum, hoc est, eum, qui bona mea mihi rapere volebat, id quod plerumque fieri non posset sine periculo vitæ defendentis, vt diximus de suc. prog. lib. 1. in præfa. ergò vt vitam corpoream periculo exponere possum pro rerum mearum defensione, ita & longè honestius pro vita amici defendenda, quæ etià quòd ad me charior videri debet, quàm bona mea. Quæ omnia procedunt dum modo spes aliqua esset vitæ amici saluandæ, nam si omninò desperatum fuisset, tunc non liceret, nec videretur virtutis opus, sed temeritas, aut dementia, aut inanis gloriæ & iactantiæ vitium, quia charitas benè ordinata debet

incipere à seipso. l. præses. C. de serui. & aqua. Vnde Terentius ait: Proximus sum egomet mihi, ad eò, vt etiam va fallus feudatarius ad id non teneatur, vt suprà num. 5. scripsimus. † Vnde facinus Mutij Scæuolæ, qui pro patria saluanda vitam periculo ingenti exposuit, summæ virtutis opus fuit, sed postquam id ausum malè cesserat, brachium flammis admouere gloriæ & iactantiæ opus fuit, secundum diuum August. & Dominicum de Soto, qui eum refert de iusti. & iur. lib. 5. q. 1. arti. 3. quod non abnegauerim. Sed quin similiter fuerit egregiè fortitudinis opus & tolerantia negari non potest. Quinimò si verum amans (cum Scæuolæ animum non diuus Augustinus, nec Sotus, sed solus Deus tunc verè nosset) non ineleganter defendi posset egregiè quoque virtutis & consilij prudentissimi opus fuisse, vt rex Porfena cum tam inuictum & fortem animum in eo cõspexisset, similem fortè virtutè & fortitudinem in reliquis quoque Romanis ciuibus suspicatus incœpto desisteret, qui quidem Scæuola huius animi & consilij vt fuisset, & possibile fuit, & successus mox comprobauit, quando quidem Porfena, qui urbem exercitu cingebat, eo facinore admiratus incœpto destitit, ne ergò videamur egregijs facinoribus inuidere, debitaque laude ea & trophæo fraudare, hanc animi & consilij illius interpretationem vt admittamus humanius & honestius est. † Et de Mutio Scæuola Claudianus de 4. Honorij Aug. Conf. sic cecinit:

*Vel solus quid fortis agat, te ponte soluto
Oppositus Cocles, Mutij te flamma docebit.*

Et Manilius lib. 4. Astro.

Vulneribus victor repetijset Mutius urbem.

Stat ergò amicum pro amico vitam exponere, nò solum in vtroque foro tam poli quam seculi fas esse, sed etiam opus egregium & trophæo laudeque dignum intelligi, & tale iudicatur in Pylade & Oreste, secundum ipsum Dominicum, de quibus Ouid. lib. 3. de Pont. sic ait:

*† Ire iubet Pylades charum periturus Orestem,
Hic negat, inq, vicem pugnat vterque mori.*

*Exitit hoc vnum, quod non conuenerit illis,
Cetera pars concors, & sine lite fuit.*

Et Ioannes Boemus lib. 2. c. 8. de varijs hominum moribus sic refert de penè incredibili ac ardentissimo amore vxorum erga maritos apud Indos Cathæos.

† In Cathæis Indis, ait, multæ vxores in vnus viri coeunt matrimonium, & is vbi vita discesserit, apud grauisimos iudices suam quæque de meritis agunt causam, & quæ officiosior præ cæteris viro chariorque fuisse iudicantium sententia comprobatur, illa in habitu ornatuque quo cultius se exornare potest, victrix & lætabunda rogam ascendit, ac iuxta mariti cadauer accubat, amplexans illud & deosculans suppositis ignibus pudicitia laude

27
Virtutis opus non iactantiæ fuit facinus Mutij Scæuolæ brachii concrematus, quidquid diuus Aug. & Sotus interpretentur.

28
Histor. Scæuolæ.

29
Hist. Pyladis & Orestis.

30
Hist. vxorū Indarum.

con-

contemptis cum coniuge defuncto concrematur, ceteræ cum nota & dedecore viuunt.

³¹ *Vitam pro patria periculo exponere licet & decet.*
Pro † patria autem velle vitam exponere ipse Dominicus & diuus Augustinus in locis supra citatis exclamant, vnde Cicero inquit: Respublica nomen vniuersæ ciuitatis est, pro qua mori, & cui nos totos dare, & in quæ omnia nostra ponere, & quasi consecrare debemus. 2. de leg. Cic. auctor est. Et rursus:

Laudandus est is, qui mortem oppetit pro Republica, qui doceat chariorem esse patriam nobis, quàm nosmetipfos. estque illa vox inhumana & scelerata eorum, qui negant se recusare, quo minus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur. 3. de finibus. Idem Cicero scriptum reliquit: Et qui pro Republica vitam reddiderunt, nusquam me hercule eos mortem potius, quàm immortalitatem assecutos putavi. pro Plancio idem Cicero testatur. Et Horatius Oda 2. lib. 2. ait:

Dulce, & decorum est pro patria mori.

Huius rei ratio est, quia amor & charitas omnia superat, teste Ouidio, sic canente:

Rursus amor patriæ ratione valentior omni.

³² *Historie Pompeij.*

Huius rei stat egregium testimoniū Pomp. Mag. teste Plutarch. & Erasmo libr. Apoph. † Quum ingens rei frumentariæ Romæ esset penuria, Pompeius titulo quidem annonæ procurator, re autem vera maris terræque dominus declaratus, in Africam, Sardiniam, ac Siciliam nauigauit, multaque frumenti vi collecta properabat ire Romam: verum cum ingente tēpestate oborta naucleri detrectarent nauigationem, ipse primus nauim ingressus, iussit ancoras tolli, clamans vt nauigemus, vrget necessitas, vt viuamus non vrget, significans patriæ periclitantis habendam rationem, potius quàm priuatæ incolumitatis, si quidem Reipublicæ subleuandæ curis immori pulchrum est, at patriam in extremo discrimine nostra cessatione deserui, turpissimū est. hic monemur non animalia brutā tantum ommissa libertate venire in seruitutem, verum etiam homines indomitos fame domari docemur, item publicæ salutis priuatam incolumitatem posthabendam esse.

Denique idem Cicero Phil. 9. ait: His maiores nostri, qui ob Rempublicam mortem obierant, pro breui vita diuturnam memoriam reddiderunt. Patria enim (vt idem Cicero ad Quirites post reditum ait) nihil dulcius aut charius in vita esse debet, sic ergo, &c.

³³ *Vitam pro parentibus exponere licet & decet.*

Pro † parentibus autem idem beatus Augustinus & Dominicus Sotus, vbi supra, aiunt, idem esse debere, & meritò, tum quia nullus amor est, qui vincat paternum. l. penult. C. de cur. fur. vnde quod licet pro amico, multò magis pro patre, tunc etiam quia parentes & patria hac in re exequari videntur, vnde Cicero inuect. 1. in Catil. sic ait: Patria est commu-

nis omnium parens. Ad idem l. veluti. ff. de iust. & iure.

Denique † vox populi vox Dei aut naturæ est, vt Dominicus ait, vbi supra, articul. 6. nec dubium est, quin si verum amamus & agnoscere velimus, vitam exponere pro patria, pro parentibus, pro amicis, pro cognatis, & similibus secundum mores hominum, opus intelligatur esse laude & trophæo dignum, sicque id de iure naturali esse intelligendum sit, ne dum de iure positiuo, quandoquidem id ius naturale nihil aliud esse supra ostendimus, quàm naturalis quædam ratio & natia insita humano generi. Postremò vox populi vox naturæ est, ita inquit Dominicus Sotus, vbi supra, quæstion. 1. articul. 6. nec dubium est superiora omnia à voce populi approbari, ergo, &c.

³⁴ *Vox populi vox Dei aut nature est.*

Superioribus proxima est quæstio illa, † an exponere se quis periculo pugnans in duello, permissum & inculpatum iure tam poli quàm fori esse videatur? Quia in re in primis videndum est, quid sit duellum? & sanè nihil aliud est, genericè sumptum, quàm quædam pugna & dimicatio. ita Hieronymus Cagnolus num. 16. vers. hanc igitur. in l. fauorabiliores. ff. de reg. iuris. nec tantum (inquit) duobus duntaxat (vt quidam perperam existimauerunt) sed multorum imò exercituū, alioquin (inquit) nō diceretur à Plauto duellum inter Thebanos & Theleboas, & ab Horatio:

Gracia barbarie lento collisa duello.

Sed certè secundum hoc idem esset duellū quod bellum, sicque de bello agendum nobis esset longè præterpositum nostrū. Duellum † ergo strictè sumptum, de quo agere animus est, nihil aliud est quàm singulare certamen aut pugna æquis legibus dimicantium. Singulare accipere debemus ad differentiam belli publicè indicti, æquis legibus duximus: quia nulla alia tam discreta differentia inter bellum & duellum est, quàm quod bellū non desiderat, vt æquis legibus dimiceretur, possunt enim & solent plures contra pauciores, armati contra inermes, equites contra pedites, muris vallisque muniti & recti contra huiusmodi tegminibus carentes pugnare, quin imò in bello pugna aut prælium nunquam fit æquis legibus vt consistat. in duello autem fit æquis legibus regulariter, quamuis & aliter fieri possit ex lege conuentionis, nec propterea desineret esse duellum, quis enim vetat, quin vnus possit duos diffidare (vt ita loquar) seu ad pugna prouocare, nec propterea illud desineret esse duellum. bellum. n. non tam propriè diceretur: & ita in Hispanorum regum Historijs legitur, postquam Rex Sanctius vel Sancho urbē Zamoram obsidens à ciue quodam (nomine Vellidodolphos) Camorensi proditoriè interfectus fuit, nobilem quendam equitem exercituum Regis proditores & perfidos omnes ciues Zamoranos publicè

³⁵ *Duelli definitio improbatæ.*

³⁶ *Duelli vera definitio.*

³⁷ *Histor. Regis Sanctij & ciuium Zamorensium.*

publicè proclamasse, eosque diffidasse seu ad duellum, singulareue certamen prouocasse, definitumque fuisse, cum ex lege vel iure pugnaturum esse, non cum vno tantum ciue Zamorano, sed cum quinque, separatim tamen non coniunctim, id quod effectum fuit, nam separatim pugnavit cum tribus filijs illius viri illustris, qui Arias Goncalo appellabatur, eosque equestri certamine peremit. & cum quartum quoque interfecisset, hoc est, lethaliter vulnerasset, equus ipsius loris excisis fugam arripens metam valli pugne duelloque designati transgressus fuit vehens adhuc suum sessorem, qui cum se extra metam aduertisset equum gladio peremit ad metamque redijt, vt cum quinto pugnaret, id quod ciues Zamorani negarunt fieri posse, quasi nobilis ille prouocator fortissimus victus eo ipso videretur quod extra metas campi designatas ab equo vtcunque inuitus transfuectus fuerat, & sub iudice ea lis hodie est. regulariter tamen (vt dixi) æquis legibus fieri solet duellum. Et singulare certamen intelligendum est non solum si fiat inter vnum & alterum, sed etiam si inter binos, ternos, quaternos, denos, vicos, centenos, millenos, & bella non raro fiunt inter pauciores, vt sic bellum & duellum differant inter se, ed quod prælia quæ in bello fiunt & committuntur, non solum legibus non æquis sed etiam non dictis aut definitis, reliqua vero duella plerunque fiunt legibus æquis, & nunquam desinunt fieri legibus definitis, æquis vel iniquis, paribus vel imparibus. † Ergo illud memorabile prælium, quod inter cætenos, altera ex parte gigantes, ex altera vero equites lectissimos commissum fuisse libri Amadigij de Gaula fabulatur author, duellum propriè diceretur. Idemque † in eo quod inter tergeminos fratres Romanos & totidem viros Albanos fuisse Tit. Liu. refert, quod Manilius lib. 4. Astro. sic cecinit:

*Tresq; sub vnius fratres virtute iacerent,
Nulla acies tunc euicit, pendeat ab vno
Roma viro.*

Hisiungel. Caius. vbi etiam per Alci. ff. de verb. signi. vbi hostes, ait, perduelles veteres appellabant. idè qui contra patriam vel principem aliquid molitur, perduellionis crimine tenetur, quasi hostili opera vsus. Inst. de hæz. quæ ab intestat. §. interdum. reliqua ex c. sequenti petenda sunt.

SUMMARIVM.

- 1 Duellum licitum est pro Republica, non pro iactantia.
- 2 Duellum iniure an liceat ad propriam iniuriam vindicandam, ardua questio.
- 3 Pœna peccato æqua.
- 4 Monomachia vnde dicta.



QVADRAGESIMO SEXTO colligitur ex op. princ. nostra de finitio ad seq. q. Nam postquam intelleximus quid esset duellum, an iure fieri possit, & committi, videndum est † & siquidem fiat ob publicam causam, vt in exemplis iam relatis, non dubium est quin liceat omni iure, quinimodè est opus meritorium ad euitanda grauiora mala, puta neces innumeras, agrorum vastationes, vrbium incendia, direptiones & similia, quod si fiat inanis gloriæ vanitate ac leuitate iactantiæque tumore, omnes conueniunt licitum non esse, ita in vtroque membro tenent Hieronymus Cagn. vbi supra, & Alphonsus Guerrerius in Speculo principum. c. 46. qua de re per Doct. in c. monomachia. 2. q. 5. & in l. vnica. C. de gladiatoribus. lib. 11. & in l. in arenam, per tex. ibi. C. de inoffi. test. Sanctus. Tho. 2. 2. q. 95. & Cayetanus in sua Summa, Philippus Decius consi. 487. Curtius iunior consi. 173. Parisius & alij quos refert Cagnolus vbi supra, quod si ad vindicandam priuatam iniuriam fiat, magis dubium. Iniuriam autem accipere debemus omne id, quod non iure fit, in prin. Inst. de iniuri. † & hac in re sunt qui velint duellum esse licitum: quia, inquiunt, crudelis est qui negligit honorem suum, ita Gerardus de Petra tanta singulari 82. quæ sunt contra honestatem. num. 5. post Bal. in c. 1. col. 5. de pace tenen. in feu. per ca. nolo. 12. q. 1. & 31. distinctione. c. Nicena. c. si iusta. de offi. ordin. & quia honor commodo præferendus est. l. Iulianus. ff. si quis om. cau. testa. honor enim & vita exquantur. l. iusta causa. ff. de manu. vind. Glo. in §. suspectus. Inst. de suspe. tutoribus. Bald. in l. ex ratione. col. 2. C. de appell. l. inimicitia. ff. de his, quib. vt indignis. Idem in specie tenet idem Gerardus sing. 33. nobiles. num. 5.

Contrarium in specie tenet Alphonsus Guerrerius vbi supra, c. 46. & ait, ita communiter teneri, quod & tenet Hieronymus Cagnolus in l. fauorabiliores. num. 16. cum seq. ff. de reg. iur. affirmans hanc esse communem opinionem. Ioannes de Ligano in tract. de duello, col. 8. Ang. cons. 374. ex themate. Bar. consil. 62. lib. 1. las. cons. 144. lib. 2. Idem las. consi. 113. lib. 4. Decius consi. 487. & consi. 686. Curtius iunior consi. 173. Cayetanus in summa, in verbo, duello.

Et hæc posterior pars longè verior est iure tam fori quam poli. ideo enim latæ sunt leges & creati magistratus, vt iustis & legitimis pœnis persequantur malefactores. l. 1. ff. de iust. & iure. vnde Cicero 3. de legibus ait, Magistratus non obedientem & noxium ciuem multa, verberibus, vinculisque coerceat. Idem Cicero in ora. pro Cecinna ait, Maior hæreditas venit vnicuique nostrum à iure & à legibus,

¹ Duellum licitum est pro Republica, non pro iactantia.

² Duellum iniure an liceat ad propriam iniuriam vindicandam, ardua questio.

³⁸ Fabula Amadigij.

³⁹ Hist. trium Romanorum & totidem Albanorum.

būs, quàm ab ijs à quibus illa relicta sunt. Nam vt perueniat ad nos fundus, testamento alicuius fieri potest vt retineamus, quod nostrum factum est, id sine iure ciuili fieri non potest, si quis ergo iniuriam ab aliquo accepit siue in rebus siue in persona, is ignorare nõ debet latas esse leges huic rei consulentes, quales sunt quæ continentur sub titulis ff. C. & Inst. de iniuri. † Et cuiusque delicto ea pœna imponenda est, quæ legibus æqua visa est, & delicto commensurata & iusta, non autem quæ patienti iniuriam & sic sœuienti & ardenti visa fuerit, is enim debitam metam longè transgredietur vt verosimilimum est, quod permittendum non est, vt in alio proposito aduertit Dominicus Sotus lib. 5. de iust. & iure. q. 5. art. 3. Aristot. lib. 5. Ethi. c. 6. ad hoc l. magistratib. ff. de iuris omn. iudi. l. 1. C. vt nemo in sua causa iudicet vel ius sibi dicat, eaq; est regula iuris non solum ciuilis sed etiam naturalis, idque ius ciuile hac in re transgredi perniciosissimum esset, secundum Ciceronem, qui in oratione pro Cecin. sic ait, Ius ciuile huiusmodi esse debet, quod neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia possit, quod si non modò oppressum, sed etiam deletum aut negligentius adseruatum erit, nihil esse quod quisquam se habere certum aut à patre accepturum, aut relicturum liberis arbitretur.

Hinc apparet & deriuatur solutio ad argumenta in contrarium adducta, Nam qui iudicis autoritate suam suorumque iniuriam persecutus fuerit, is non dicetur honoris sui negligens aut prodigus, nec ad rem pertinet quod interdum liceat alicui sine iudice se vindicare. l. vnica, quando liceat vnicuique, nam illud procedit in continenti quo tempore iure naturæ data est cuique, & concessa corporis sui, rerumque suarum tutela. l. vt vim, cum ibi plenè not. per glo. & Doct. ff. de iusti. & iure, diximus lib. primo, de succ. progr. in præfa. Ex interuallo verò minime id licet, sed ad magistratus recurrentum est, vt ibi habetur. Ergo cum mihi violentus iniuriam facere properabas, vel auctu facere cœpisti, potui, fasque erat resistere, defendere, tueri, vim vi repellere, quod si tunc neglexi, vel non potui, ex interuallo id non licet ad pugnam vel duellum prouocare, aut etiam alio modo vim inferre, sed legum iudiciumque autoritate ius meum persequi. id quod etiam traditur per Doctores in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqui. poss. & nostra principalis conclusio probatur in ti. de purgatione vulgari, & in d. ca. monomachiam. † Monomachia enim est singulare certamen à monos, quod est vnum, & machia, quod est pugna, secundum Alphonsum Guerrerium vbi supra, quæ regulariter improbat d. l. in arenam. C. de inoffi. test. d. l. vnica. de gladiis. lib. 11. c. porro. vbi per Glof. & Doct. de pugnan. in duello.

In summa pœnam proportionabilem esse debere delicto, non solum iure ciuili (vt notum est) sed & iure naturæ stabilitum videtur. Vnde Horatius Saty. 3. lib. 1.

Adsit

Regula peccatis, quæ pœnas irroget aquas.

Et Ouidius Epist. 5.

Leniter, ex merito quidquid patiere, ferendum est, Quæ venit indignè, pœna dolenda venit.

Ergo cum proleui iniuria & interdum etiam verbali ad duellum fiat prouocatio, sicque immineat periculum, & pœna longè maior quàm culpa par est, vtroque iure tam fori quàm poli id vetitum intelligi, & ita hoc mense Augusti anno M. D. LXXIII. propositum est in hoc sacrosancto Concilio Tridentino, quamuis nondum definitum sit. Facit etiam nostra prin. conclusio, quæ edocet legum principumque imperium destinatum fuisse ad iuandum non ad nocendū. nocerent autem si permitterent talia duella, per rationes iam relatas, ergo intelligendum est id esse extramentem legum.

SUMMARIUM.

- 1 Innocens an damnari possit, not. quæst.
- 2 Ciuis respectu populi nõ est vt pars respectu totius, contra nouissimos.
- 3 Charitas bene ordinata incipit à se ipso.
- 4 Historia Demosthenis.
- 5 Fabella Luporum & ouium.
- 6 Historia Bruti.
- 7 Historia Deciorum.
- 8 Historia Coclis & Fabij Maximi.
- 9 Historia Camilli & Catonis.
- 10 Historia Fabricij & aliorum.
- 11 Mortem certam appetere pro saluanda tota etiam patria, nullus tenetur.
- 12 Historia Mutij Scauola.
- 13 Ciuēs tempore periculi an vnum ciuem deserere possint.
- 14 Socium deserere periclitantem turpe est.
- 15 Ciuem deserere culpatum licet.
- 16 Historia Casari & Pompeij.

CAPVT XIII.



VADRAGESIMO SEPTIMO colligitur, innocentem occidere nullo casu licere. Nam principes & leges imperium acceperunt vt prodesse (vt nostra prin. conclusio docet) non vt nocerent. nocerēt autem si innocentem necare permitterent, ergo, &c.

Itaque quæritur, † an interficere quo casu liceat innocentem, quod videtur exemplo Abrahami qui eo nomine potissimum commendatur, quod filium suum Abraz destinauerat.

Innocens an damnari possit, not. quæst.

3
Pœna peccato
æqua.

4
Monomachia
unde dicta.

uerat. & quia communis opinio esse videtur, vt iudex morti tradere debeat innocentem, quem noxium falsi testes declarauerunt, vt mox videbimus. In contrarium stat præceptum Domini Non occides, quod repetitum est peculiarius Exodi 23. In fontem & iustum non occides. & Exodi 22. id quod nominatim cautum est per l. vt vim. ff. de iust. & iure. & Cicero hoc natura præscribit, vt homo homini qui cunque sit ob eam ipsam causam tantum quod is homo sit consultum velit. ita ipse 3. Offi. & rursus 1. lib. Offi. ait, Homines hominum causa sunt generati, vt ipsi inter se alij alijs prodesse possent, secundum quæ & si homo innoxius qui tamé culpabatur indicijs vt gentibus aut testibus, quæstionis sit, an necari possit (de quo continuò videbimus) tamen qui inculpatus & esset & omnio existimaretur, non posset villo modo interfici, vt definit diuus Thomas 2. 2. q. 64. ar. 6. & Dominicus Sotus lib. 5. de iust. & iure. q. 1. arti. 7. Ratio dubitandi etiam descendit ab illo, expedit vnū mori pro populo, sed responderetur verum esse, quando ille noxius esset, non aliter.

In cōtrarium autem secundum ipsum Sotum id agebat, † quod Respublica ius habet exponendi ciues patenti morti pro salute totius Reipublicæ, sicut totum partes suas, id quod licet ipse admittat verum non est, non enim singuli ciues respectu aliorum habent se se vt pes aut manus respectu totius corporis, nam licet hæc similitudo ad clariorem alicuius doctrinæ demonstrationem non raro adducatur, habet tamen vim similitudinis duntaxat nō identitatis, Nam quod est simile nō est idem, l. quod Nerua. cum ibi not. ff. de positi. & inter ciues solum modò est quædam bonæ fidei societas (vt suprâ ostendimus) ad hunc finem contracta, quo magis quisque in tuto, & cum omni commoditate vitam agere possit, & vnusquisque in eam societatem iuisse ob suam potissimum vtilitatem, & videtur ex legis interpretatione, & congruit naturalirationi & iuri, † cum charitas bene ordinata debeat incipere à se ipso. l. præses. C. de serui. vnde Terentius id natura (hoc est iure naturæ) comparatum esse ait, Vt omnes sibi melius esse malint quàm alteri, & alibi idem Terentius ait, Proximus sum egomet mihi. & plenius suprâ disseruimus.

Ergo cum istius contractus summam fidē bonam violare nefas sit, aut aliqua ex parte lædere, superest vt omnibus vnà ciuibus & socijs vnum & commune periculum esse debeat, quandiu quisque eorum reliquis conciuibus innoxius minimè nocuit, & vt si socij in latrones ne incidissent bona vnus ex eis traderent, id ex mala fide facere viderentur, nisi parati esset socio proportionabiliter satisfacere, ita & hoc casu idem foret, si pro salute totius populi vnum ciuem tradere vellent morti, tūc enim ei vitam restituere nulla ex parte

possent, vnde quum Atheniensium vrbs obsidione premeretur, † & hostis solius Demosthenis capite cōtentus vellet vrbs (vt pollicebatur) liberare, ipse Demosthenes ne traderetur, fabellâ de Lupis & ouibus retulit, † quæ ineptè fœderis pacisquæ ineundæ desiderio & gratia, canes obsidum nomine tradiderunt, sicquæ inermes tutoribusquæ destitutæ lupis prædæ fuerunt, vt Dominicus vbi suprâ refert. Itaque aut omnes deberent prælium inire, aut omnes sese dedere, nam ridendum esset putare quod quisquam vellet precio capitis reliquorum incolumitatem comparare. & quamuis id ita quasi fecisse videantur Cocles & Mutius Scæuola & alij, teste Claud. de 4. Honorij Conf.

*Libertas quaesita placet, mirabere Brutum.
Perfidiam damnas, Metij satiaberè panis.
Triste rigor nimius, Torquati despuè mores,
Mors impensa bonum, Decios venerare ruentes.
Vel solus quid fortis agat, se ponte soluto
Oppositis Cocles, Mutij te flamma docebit.
Quid mora perficiat, Fabius, quid rebus in arctis
Dux gerat, ostendat Gallorum strage Camillus.
Discitur hinc, nullos meritis obfistere casus.
Prorogat aeternam ferit as tibi Punica famam
Regula: successus superant aduersa Catonis.
Discitur in quantum paupertas sobria possit.
Pauper erat Curius, reges cum vinceret armis.
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurum.
Sordida Serranus flexit dicit ator aratra.*

Tamen illi faciebant ex gratia non ex debito, & præterea periculo tantum mortis sese exponebant, non autem morti certæ & indubitatæ.

Nec etiam placere debet quod ipse Dominicus subdit, † cuius (inquit) morte salus totius ciuitatis agitur, is tenetur se hosti dedere. nam id esse contra superiora pater, & vt ad id ex natura societatis politicæ non teneatur expeditum est, an verò si sponte faceret laudandus esset, non satis certum est, itaque discrimen & periculum pro patria simul cum reliquis ciuibus, idquæ etiam certatim appetere tenemur, non autem soli certam mortem oppetere. vnde Cice. Qui periculum non timet, proposita inuidia, morte, pœna, qui nihilo segnus Rempublicam defendit, is vir verè, & ciuis putandus est. ita pro Milone. & Silius Ita. lib. 9.

*Stabat cum primis media certamina pugna
Aspera semper amans, & par cuiusq; periclo
Scæuola, nec tanta vitam iam strage volebat,
Sed dignum pro auo letam, & sub nomine mortis.
Is postquam frangit res, atq; auferere vidit
Exitum, breuis hoc vixit quodcunq; relictum
Extendamus ait:*

Pro patria ergo liberanda Scæuola ingenti periculo se sponte tamen sua exponebat, non tamen certam & ineuitabilem mortem oppetebat, & tamen à scriptorib. eius facinus tā decantatū fuit, quā vllū aliud, vt suprâ diximus.

Ergo

2
Ciuis respectu populi nō est vt pars respectu totius, contra nouissimos.

3
Charitas bene ordinata incipit à se ipso.

4
Histo. Demosthenis.

5
Fabella luporum & ouium.

6
Histo. Brutus.

7
Histo. Deciorum.

8
Histo. Coclis & Fabij maximi.

9
Histo. Comillii & Catonis.

10
Histo. Fabricij & aliorum.

11
Mortem certam appetere pro saluanda tota etiam patria nullus tenetur.

12
Histo. Mutij Scæuola.

Ergo in Demosthenis exemplo duæ sint conclusiones, Prima quod nõ iuste trucidandus hosti à ciuib. traderetur, Altera quod longè minus ipsimet ciues eum capite truncare, vt hosti morem gererent, deberent.

13
Cives tempore periculi an vnam ciuem deserere possint.

Sed ¶ an forte eum possent deserere vt scilicet à conciuibus desertum hostis capere & interficere posset, quod admittit Dominicus vbi supra: quia Respublica (inquit) cum suo periculo non teneretur priuatum ciuem defendere. Priores duas cõclusiones quas ipse finxit probo, hanc tertiam suspectam & indecoram puto, & à perfidia parum remotam. vna enim salus esse debet, vnum & cõmune periculum inter conciuies, & hac de causa potissimum huiusmodi societatem politicam vitamque socialem ciues delegisse videntur, vnde Cicero in Var. Ciuis is est, qui patriam suam diligit, ac bonos omnes saluos incolumesque desiderat. Idem Cice. in Lelio sic inquit, Nos nati videmur vt inter nos esset societas quædam, quod & probat d. l. vt vim. ff. de iult. & iure. ergo eum deserere (cùm natura nobis cõparatum sit vt periclitantibus adiuuaremus) vilissimum esse duco, & in specie proposita non solum vilissimum sed etiam perfidum: quia contra fidem conuentionis tacitæ, quæ eiusdem virtutis ac potentiz est, vt si foret expressa l. cum quid. ff. si cert. pet.

14
Socium deserere periclitantem turpe est.

Quid enim si in itinere vbi esset latronum periculum plures viatores simul coacti quotiores essent, & idonei iter ingressi sunt, ¶ deinde coacta manus latronum eos adorta effret clamareq; cõpisset, date nobis vnum ex vobis (quem fortè diuitem esse sciebant) ipsi autem responderent, per nos liberum erit, & tutum vobis eum capere: ex nostris enim nullus manus ad arma mouebit, dum modo nos reliquos liberos abire sinatis, nonne hi & vilissimè & perfidè egisse viderentur? & contra fidem tacitæ conuentionis & societatis, ideo enim sese coegerunt vt esset vnum & commune periculũ, eadem ergo & longè maior ratio est in specie nostra, cùm sit inter conciuies maior societas, vt per Ciceronem in Var. Ciuis est qui patriam suam diligit, ac bonos omnes saluos incolumesque desiderat. & rursus l. lib. Off. ait, Ciuem oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere. sic ergo consequens est vt huic arctissimæ societati debitum iri intelligamus, quod reliquis recentioribus societatibus non abnegamus.

15
Ciuem deserere culpabile est.

Quod limitarem ac moderarem, nisi fortè tota ciuitas culpa vnius ciuis esset oppressa, vnde cum Troia Græcorum obsidione premeretur culpa solius Paridis, qui Helenam rapuit, Menelai regis coniugem, fas esset Troianis Paridem tradere. Pœnæ enim suos tantum non etiam alios tenere debent authores, vnde opportunè Horatius canebat lib. i. Episto.

Quem sua culpa premit, deceptus omittit tueri.

Vnde Claudianus in Eutro, lib. 2.

*Cautior ante tamen violentum nauisq; Corum
Prospicit, & tumida subducit vela procella.
Quid iuuat errores mersa iam puppe fatari?*

Sic ergo populus tutum & consultum erit noxium ciuem si petatur tradere, antequam illius culpa omnes pereant aut lædantur. Et Horatius Satyra 1.

Adfit

Regula peccatis, qua pœnas irroget aquas.

Ouidius lib. 2. Elegiarum:

Aequo animo pœnam qui meruere ferant.

Ergo is ciuis cuius culpa omnes reliqui ciues periclitabantur, par æquumque est vt eiciatur pellaturque à finibus regni & patriæ, ne reliquis ciuibus exitio sit, quandoquidem in illa tacita conuentione quæ inter conciuies habita videtur, inque illa societate non veniebat tuitio aut defensio malorum, sed tantum bonorum ciuium. Quando autem sine periculo Reipublicæ ac aliorum ciuium fieri posset, tunc eum etiam ciuẽ qui extra territorium peccasset, adseruare, non desineret esse humanum vt supra attigimus.

Denique hanc nostram sententiam veram esse ex omnibus fundamentis, iuribus & rationibus nostræ sententiæ principalis apparet, quibus ad meram cuiusque ciuis vtilitatem (vt supra c. 1. & proximè obiter attigimus) omnem iurisdictionem & principatum potestatemque ac ditionem concessam ostendimus, sicque non posse aut debere conuerti in perniciem alicuius ex ciuibus. l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. l. legata inutiliter. ff. de adim. lega. l. quod fauore. ff. de legib. l. nõ ideo minus. C. de procura. l. pe. C. de pact. Hancque rem etiam tanquam singulos omnes ciues diximus attingere, & consequenter vniuscuiusque vtilitatem ex integro attendendam, regula, quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. de reg. iur. lib. 6. Ex quibus & potissimum ex supra proximè dictis quatenus ciues ciuem necare aut necandum hosti ob populi vtilitatem tradere posse, non solum negauimus, sed etiam tenuimus, vnum ciuẽ deserere non posse: vt sic desertus in hostis potestatem venisset. Id quod etiam probatur ex Dei Euangelio Iohan. 10. dum ait, Bonum pastorem non solum animam ponere pro ouibus, sed quod si vna amissa est, eam reliquis desertis perquiret, donec inuentam reliquis ad seruandam adiungat, quamuis reliquæ omnes aliquantulum aut fortè multum periclitarentur, interim, vt pote à pastore & custode suo desertæ. Ex his (inquam) apparet ¶ non solum vilissimum, sed etiam perfidum fuisse facinus militum Pompeianorum Italicorum in prælio, quod fuit inter Pompeium Magnum & Iulium Cæsarem, quo Pompeius victus & Romanorum Respublica subiugata fuit, cõcepto enim prælio, cùm equitatus Pompeianus terga vertere cõpisset, Cæsarque (vt peritissimus erat Imperator, totam

16
Hist. Cæsaris
& Pompeij.

tam vim Pompeiani exercitus in peditatu Italico consistere animaduertisset, iussit proclamari saluum fore vniuersum Italicorum peditatum si pugnare destitissent abstinuissentque, quo auditu omnes restituerunt, à pugnaque abstinerunt, nullo dato accepto-ue vulnere, quo subsecuto reliquæ omnes partes exercitus Pompeiani facile suæ fuerunt, teste Appiano Alex. qui summis laudibus eam Cæsaris astutiam, & subitum consilium in rem turbulenta strepitu horroreque plena effert, & meritò, erant autem, vt idem refert, Italicorum militum viginti millia, quorum ea opera turpis fuit, secundum nostram sententiam, at non vtique inspecta Dominici sententia à qua recessimus.

Denique vt Plurarchus in lib. Apoph. dum de Socrate differeret, ait, Ille vir prudentissimus iactabat se esse mundanum ciuem, hoc est, non minus vnius regionis ciuis quàm alterius, quod & sentit Ouidius, dum cecinit sic:

Omne solum forti patria est, vt piscibus aquor.

Et Staius dum sic scripsit:

Omne homini natale solum.

Et nos de suc. crea. lib. 3. ad finem scripsimus, cuiusque ciuium licere domicilium mutare migrareque de vrbe in urbem, vel de regione in regionem, idque quotidie fit, & tamen pedi aut brachio non licet impunè corpus deferere. videtis ergo ineptam esse comparationem aut similitudinem de membris ad corpus ad populum respectu singulorù ciuium, ergo cuique ciuiù licebit saluti suæ consulere, licet totus populus pareat, dummodò ipse nihil turpe faciat, sed vt fecit Aeneas cum iam salus Troiæ desperata esset, & ita fit quotidie, & talis est opinio & vox populi, quam vocem naturæ & Dei esse probauimus supra c. 11.

SUMMARIUM.

- 1 *Conscientiam an processus probationes sequi debeamus, ardua questio.*
- 2 *Probatio nulla concludit indubitanter, sed solum presumptiuè.*
- 3 *Testes requiruntur interdum II. interdum III. interdum V. interdum VII. interdum XV. interdum XXVII. interdum LXIII. interdum LXXII.*
- 4 *Iudex ex causa leges transgredi potest.*
- 5 *Iudici dicendi ex iusta causa se legem transgressum creditur.*
- 6 *Historia Fabij Maximi.*
- 7 *Populi rumor non curandus.*
- 8 *Historia Diogenis.*
- 9 *Historia Antisthenis.*
- 10 *Historia Phocionis.*
- 11 *Historia Ipsi.*
- 12 *Conscientiam sequi tenemur in criminalibus, contra probationes processuales in foro anima, estque ardua q. Idem in foro cõtentiono, & est ardua q. Idem in causa ciuili, estque & tertia ardua quas.*

CAPVT XIII.



QVADRAGESIMO OCTAVO colligitur ex principali sententia nostra quid respondendum sit in q. sequenti. † Mzuius homicidij, vel alterius criminis capitalis reus postulatus fuerat, crimenque duobus vel tribus testibus fuerat comprobatum, & eum innoxium fuisse & esse iudici notum erat, quia fortè qua nocte id facinus admissum fuisse dicebatur, iudex ipse & Mzuius pernoctauerant in somnes (chartas ad pictas, vel ad aleam ludendo, quod non raro accidit) vel cum foemina pernoctauerat, quæ illius homicidij rea dicebatur. Quid iudici faciendum est? nam siue sententiam ferat iuxta allegata & probata innocens ille peribit, ipseque iudex apud Deum Optimum Maximum iniquitatis reus erit, siue illum sententia absolutum reliquerit, tenebitur punieturque; in syndicatu, quasi ob gratiã fecerit, vel pecunia turpiter corruptus. Nec. n. ei notitiam illius rei particularem profitenti fides adhibebitur. Has angustias vt iudex ille euadere possit, prodita sunt varia remedia, primum vt eam ad causam definiendam aliam (si ei liceat) substituatur, quod remedium lugubre est, quia innocens ille sub iudice substituto eius innocentiz in scio verisimiliter peribit. Idem consulentes aiunt quòd si ei iudici alium fortè substituere non liceat, potius debet officium munusque suum deferere quàm innocentem damnare, id quod nimis durum visum est Dominico de Soto in loco illicò citando, quid enim si iudex ille non habebat aliunde victum quæreret, bis stultè faceret, quia nec illum saluaret & seipsum illuderet. Alterum remedium est, vt causam referat ad superiorem necessitatemque consilij sui, vt ipse sit testis innocentiz illius, quod remedium, quando multi essent testes qui eum damnarent, non videretur sufficiens ad eneruandam fidem & probationem tot testium, & præterea incertum est, an superior huic rei cõsensum sit daturus, hoc tamen consilium dedit diuus Thomas 2. q. 64. articulo sexto ad tertium. Et quid si ipsemet iudex tam sit supremus, vt non sit superior ad quem causam possit remittere? Denique ad huius rei inuestigationem præfari oportet, † nullum genus esse probationis quod iudicem ex toto certum reddat, ea de re quæ in controuersiam vertitur, nam vt lex noluit integram fidem adhibere vni testi, quia potest mentiri, ita quoque duo & tres & etiã mille testes mentiri possunt, sed tamen duobus vel tribus fidem adhiberi iubet, eo quòd verosimile sit (vt legi visum est) duos vel tres verum dicturos, sicque huic coniecturæ & verosimilitudini fidem adhibemus quam fallere posse non ignoramus, sed humana cognitio & peritia vltius sese nõ extēdit, ita tradit cõmuniter Doct. in c. afferte, per tex. ibi de præsump. Bar.

1
Cõscientiam an processus probationes sequi debeamus, ardua quest.

2
Probatio nulla concludit indubitanter sed solum presumptiuè.

Bar. & alij in l. admonendi. col. 2. ff. de iur. iu. ideo in l. 3. §. 1. ff. de testibus. Imperator per Iu- reconsultum ibi relatus ait: Tu magis scire poteris quanta fides sit testibus adhibenda, non obscure significans, probationes esse arbitrarias, vel saltem in eis iudicis arbitrio plurimum esse relinquendum, & omnes pertinere ad eruendam veritatis fidem non dubium est. l. fin. C. de fideicommiss. vnde rei satis demonstrat frustra aliam demonstrationem, aut probationem adijci ait. l. 1. §. fin. ff. de dote przlegata. Hinc fit, vt licet regulariter duo vel tres testes sufficiant. l. vbi numerus. ff. de test. c. relatum. 1. c. cum esses, de testa. dicente Domino: In ore duorum vel trium stare omne verbum, † tamen multis in casibus species longè plures desiderantur, in codicillis enim quinque desiderantur. l. fin. C. de codicill. l. fi. C. de dona. cau. mor. Idem in donatione causa mortis, vt ibi. In testamentis desiderantur septem. l. si bonus. l. hac consultissima. C. de testa. in prin. Instit. eod. tit. Cum agitur de excellentia aut przeminentia inter egregias personas, desiderantur quindecim, vt tradit Nicolaus Boërius in tracta. de auth. mag. contil. 1. add. mag. num. subdiaconus, acolitus, lector, exorcista, hostiarius, non damnabuntur paucioribus, quàm septem testibus. c. przsul. 2. quæst. 5. Diaconus Card. vrbis Romæ nõ damnabitur paucioribus quàm viginti septem testibus. Præbyter autem Cardi. non paucioribus quàm sexaginta quatuor testibus damnabitur. Et Episcopus non paucioribus quàm septuaginta duobus testibus remouebitur, ita ait d. c. przsul. Ratio omnium istorum ea est, quòd probatio testium non certitudinem, sed tantum verisimilitudinem inducit (vt ostendimus) & cum dignitas personarum supradictarum inducat per contrariũ magnam verisimilitudinem inculpatz vitæ, sicque aduersis frontibus inter se pugnent hæc præsumptiones, vt verisimilitudo & præsumptio, quæ ex testium depositionibus & testimonijs oritur, vincere possit, magnum numerum eorum quasi militum ad vincendã hanc pugnam exigimus. Si ergò sola præsumptio & verisimilitudo, quæ facit pro Episcopo accusato, vt paucioribus quàm 72. testibus fides non adhibeatur, efficit etiam si non de occisione, sed tantum de remotione ipsius agatur, quantò magis certitudo innocentiæ iudici nota & indubitata efficere debet, vt duobus, vel tribus testibus fides non habeatur, præsertim cum de vita hominis agatur, pro Episcopo enim facit sola verisimilitudo, pro isto reo certitudo, Episcopus periclitabatur solum de munere & honore, iste reus de ipso honore & muneribus, si quæ gerebat, & præterea de vita longè preciosiore, par ergò & æquum est ciuile a omni iuri consonum, vt iudex ille contra talem reum nõ adesse legitimam idoneamque probationem existimet & pronun-

ciet, etiam si septuaginta testes contra eum deponerent, ne dum si duo vel tres: quia qualis quantave esse debeat in quacunque re, de qualis agitur, legitima probatio, negandum est vlla lege præcise definitum esse, vel saltem non aliter definitum esse, quàm sub hoc moderamine, vt iudex possit circa id arbitrari, vt iam ostendimus. † Iustificatur superiora, quia iudex ex causa potest facere transgressionem legum (si modo transgressionem nominare eam, quæ fit ex causa, fas est) & ipsarum legum atque statutorum pœnas etiam consuetudinarias minuere atque alterare, vt notant communiter Doct. in l. 1. C. de preci. Impe. offeren. & in l. & si superior. C. ex quibus causis infamia irrogatur, & in l. quid ergò. §. pœna grauior. ff. eod. tit. & in l. hodie. vbi est Gloss. notabilis. ff. de pœnis. Innocen. & communiter Doctores in c. 1. de constit. & in c. de causis, de offic. delega. & in c. 2. per text. ibi, de adulterijs. Iacobus de bello visu in sua practica iudiciaria, in rubr. de quæstionibus & qualitate tormentorum. fol. 75. in 1. col. Bart. in l. fin. in fine. ff. de receptato. Bald. in d. l. 1. C. de preci. Impera. offer. & in l. 1. in fi. C. de iuramento calumniæ. & in authent. sed nouo iure. C. de seruis fugitiuis, & in l. milites, in fine. C. de testamento mili. & in l. clari. C. de fideicommiss. & in l. obseruare. §. proficisci. in 6. colum. in 11. quæstion. ff. de officio proconsulis & lega. & in l. quod Seruius. & ibi Ludouicus Roma. & alij. ff. de condictione ob causam, & in c. 1. in 6. colum. qui feudum dare possunt, & in c. 1. §. iniuria. de pace iuramento firman. in vsibus feu. & in c. 3. in fine de re iudica. Raphael Fulgo. in conf. 124. incip. præsuppositis. colum. fin. vers. cæterum. Panormita. in c. nisi specialis, circa finem, de officio delega. & in d. c. 2. de delictis puero- rum, & in c. licet. colum. fin. de pœnis. Angelus de Perusio in l. quod si nolit. §. qui assidua. & ibi Bartholomæus Cæpola colum. 2. ff. de ædilitio edicto. Angel. Aret. in tracta. maleficiorum. in verbo, quas si non soluerit infra decem dies. colum. 4. vers. quid autem si simpliciter. & ibi August. Ariminen. in eius additioni. Ludoui. Roma. in rubr. col. 2. C. qui admitti. & in rubr. in 6. colum. de arbitrijs, & in l. si quis in graui. §. vtrum, in vltim. colum. ff. ad Sillania. & in conf. 428. incipi. considero: Paris de Puteo in tractatu syndi. vers. si iudex. fol. 24. Paul. de Castr. & Franciscus de Aret. in auth. adhæc. C. de iudicijs. Idem Franciscus de Aretio in c. at si clerici. §. de adulterijs, de iudicijs. & in consil. 131. incip. spiritu sancti gratia, in fine. Alexand. in conf. 65. incip. habita super contentis. colum. penult. vers. accedit. volum. 1. Andr. Siculus in consil. 71. incip. sapienter. colum. 3. volum. 2. & in consil. 1. in 23. colum. & in conf. 8. in penult. colum. vol. 3. Felyn. in c. inquisitionis. colu. 5. de accusatio. lal. in l. omnes populi, in 1. lectura. col. fin. ff.

4
Index ex causa
leges transgredi potest.

3
Testes requiruntur interdum duo, interdum tres, interdum quinque, interdum septem, interdum quindecim, interdum 27, interdum 64, interdum 72.

de iustitia & iure. & in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omni. iudi. Philippus Decius, qui hanc dixit communem opinionem in d. c. de causis. & in rubr. in 2. lect. col. 2. de iudicijs. & Hippolytus de Marsilijs in l. 1. §. diuus. ff. ad legem Corn. de sicarijs. & in l. 1. §. sed & si quis. col. 2. ff. ad legem Corn. de falsis. & in singulari 182. incip. iudex. in fine. Amplia vt procedat etiam si statuta pœnalia essent iurata. ita Bartholomæus Czopola, vbi suprâ. Deinde amplia, vt procedat etiam si iam mulcta esset imposita, eam enim ex causa potest iudex minuere, ita Angelus Perusinus in d. §. qui assidua, quamuis contrarium in articulo principali teneat Bald. sibi contrarius, post Iacobum Butrig. ibi in l. 1. C. si aduersus delictum. Idem Bald. in d. l. quid ergò. §. pœna grauior. in 3. col. & in d. auth. hodie. C. de iudicijs. Fely. sibi etiam contrarius in d. c. 1. in 17. colu. ibi, necest consonum. & ibi Philip. Dec. sibi contrarius, col. fin. in fi. in 2. lect. de constitut. Idem Phil. Dec. in rub. col. 3. in princi. C. qui admitti. Dicit quis, quonam modo apparebit, quod iusta ex causa motus iudex id pronunciauerit? responde secundum Loazes in conf. pro Marchiõe de Velez, pa. 138. (vt eius verba formalia referam) † standum esse assertioni iudicis pronunciantis & dicentis, se ex causa pœnam à lege vel statuto impositam alicui, ob eius merita minuisse vel alterasse, & licet de causa nõ constet sufficere ad minus causam expressisse, iudicisque assertioni standum esse, vt notabiliter voluit Specu. in titulo de accusatore. §. 1. vers. quid si iudex. Bart. in l. quid ergò. §. pœna grauior, post Rayne. & Alber. ibi. ff. de his qui notantur in fa. & in l. quo ad statum. ff. de pœnis. & in l. eiegatorum. §. ad tempus. ff. de interdicitis, & releg. Bald. in c. 1. §. iudices. colu. 3. in principio, de pace iuramento firman. in vsib. feu. Panorm. in c. nisi specialis, in fine de officio lega. Saly. Alexand. & communiter Doctores in l. properandum. §. illo proculdubio. C. de iudicijs. Felyn. in c. 1. in penult. col. in 12. limitatione. & in c. sicut nobis, in 10. colu. de iure iudi. & in c. qualiter. & quando. el 2. §. ad corrigendos. col. 7. versic. secundo nota de accusatio. & Philipp. Deci. in c. consuluit, el 1. colu. 2. de appellatio. Ioan. Franci. Purpu. & Moder. in l. si quis maior. C. de transactio. qui omnes communiter concludunt, quod si iudex causam & sic merita in sententia non expresserit, sed ex causa se pœnam minuisse, vel alterasse dixerit, quia illius assertioni quantum ad sententiæ validitatem est standum, valida sententia erit, & si ad infamiam euitandam causam exprimere melius fuerit, quamuis quòd hoc non sufficiat, sed causa saltem exprimi debeat, voluerit Iacob. de Bello visu in sua practica iudiciaria, in rubr. de quæstionibus & qualitate tormentorum, folio mihi 75. in 1. colu. in fine, vbi inquit, se frequenter de facto vidisse fieri, quòd

quando iudices ex causa, & sic ob merita volunt pœnam augere, vel minuere, faciunt causam in sententia inferi, quòd etiam voluit Felyn. sibi contrarius in c. 1. col. 17. vers. ex prædictis adde, de constitutio. Rochus de Curte in c. final. colu. 36. de consuetu. pro qua communi opinione, quòd quado iudex voluerit ex causa, & sic ob merita, pœnam alterare vel minuere, non teneatur causam etiam exprimere, est textus notabilis in d. l. si superior. ibi certis rationibus motus, vbi textus iudicem certis rationibus motum fuisse considerat, & hoc statuit atque declarat, licet iudex rationes, vel causas aliquas non exprimat. Pro iudice enim, qui officium suum legaliter exercere iurauit, semper præsumitur, & illi in multis creditur, c. ad audientiam, cum similibus de præsump. l. diuus. ff. de offi. præsi. l. publicanus, in prin. ff. de publica. Gloss. & Doct. in varijs locis, signanter Signorolus de Homodeis in conf. 15. incip. in q. col. fin. Bal. in rubr. col. penult. de officio. delega. Fely. in c. quæ in Ecclesiarum, post alios, de consti. & Francis. de Curte in conf. 48. incip. Memoriz recolenda, colu. 18. in fine. Denique si iudex ille talem reum, quem innocentem esse nouit, vel absoluendum putauit, vel leui quadam pœna ad ciuium satisfactionem condemnandum, addita causa necessitateque consilij sui, quonam modo superior aut conciuēs stomachari ea tam iusta, tam necessaria, tamque pia ratione inspecta poterunt, nam siue omnium superior is iudex fuerit, eius authoritas cum tam pia & iustæ causæ expressione ad ciuium animos sedandos sat erit, siue inferior sit, cum ab eius sententia ex parte accusatoris vel fiscalis appellari possit, sicq; nullum ferè præiudicium ea sententia priuatæ, aut publicæ vindictæ adferat, quis nam superior erit tam immanis, qui talem iudicem incuset, quin potius intellecta causa, quam ille expressit, summis potius eum laudibus (vt verosimile est) effert. nam vt Ouidius cecinit:

Et faciles motus mens generosa capit.

Et talem causam exprimere consultius & tutius erit, quia & in facienda exemplari substitutione lex consuluit, vt parens adderet causam necessitatemque consilij sui, vt per l. pen. C. de curat. furi. & l. pen. ff. eod. tit. & l. ex facto, in prin. ff. de vulga. scripsimus in materia exemplaris subst. lib. 2. de success. prog. §. 17. secundum hoc nostrum consilium, quod in angustia præsentis sat superque idoneum sufficiensque videri debet, cum optatam medelam accipiat quæstio præfens, in eo tantum quæstio manebit, an si iudex ille his remedijs, aut medijs vti nescierit, aut noluerit, possit contra veritatem & innocentiam sibi notam talem reum damnare, id quod tenet doctissimus Dominicus de Soto libr. 5. de iusti. & iur. q. 1. & sanctus Thomas secunda secundæ q. 67. art. 2. & idem diuus Thomas 2. 2. q. 64.

artic.

4
Iudici dicenti ex iusta causa se legem transgressum creditur.

artic. tertio, ad tertium Alexand. de Ales, part. 3. q. 40. membro 6. artic. 2. Richard. q. 26. artic. 3. quod & tenuit Petrus de Tarentasia relatus per Dominicum Sorum, vbi supra Bart. & alij in l. illicitas. ff. de de offic. præs. Ioannes Andrez in nouell. titu. de allega. tenuit Andreas de Palude & Syluest. verb. iudex. 2. in summa §. 5. qui & Dominicus, vbi supra, affirmant esse communem receptissimamq; Theologorum opinionem, & quod etiam est cōmunis opinio tam Legistarum quàm Canonistarū.

Contrariam tamen partem, vt potius debeat munere & officio magistratus abstinere aut desistere, quàm talem innocentem sententia sua ad mortem damnare, tenet Accur. post Hugonem in l. præt. ff. de iuris. om. iud. tenent Calder. & Abb. Panor. in c. pastoralis. de offic. delega. & summa Angelica verb. iudicare. q. 7. Nicol. de Lyra Exodi 23. in quam aliquantulum inclinare videtur Syluester, vbi supra, quem pro contraria parte allegauimus.

Quid dicendum? & sanè hæc posterior pars negatiua (iudice me) non solum tutior & humanior, verum in puncto quoque iuris longè verior est. Nam cum ex omnibus iuribus, rationibus, & autoritatibus nostræ principalis sententiæ appareat, omnem iurisdictionem, ditionem, imperium, principatum, regnum, magistratum, potestatem creatam fuisse ob meram subditorum ciuium vtilitatem, cumq; iniustitiam fieri ciuibus non possit esse vtile. l. 1. & 2. ff. de legibus. c. erit autem lex. 4. distin. nec dubium sit, quin innocente ad mortem damnato fiat iniustitia & iniuria, parest, vt sub illa potestate, aut iurisdictione hæc potestas innocentem damnandi, & occidendi non comprehendatur, sicque iudex, qui contrarium faceret, nullo iure, nullaque autoritate publica id fecisse videretur, nec ad rem pertinet, quod populo qui illum accusatum ex actis processus noxium esse falso opinabatur, morigerandum esse videatur, nam respōdemus probationes fieri occultè, & publicatio testium, quæ postea fit, non ad vniuersorum ciuium notitiam, quinimò plerumque ad paucorum aures peruenire, nec si ad vniuersorum aures perueniret, noceret, aut iustitiæ administrandæ impedimento esse deberet, tum quod res iudicata pro veritate habetur. l. res iudicata. ff. de reg. iu. l. ingenuum. ff. de statu hominū. & ibi Bal. & not. Cagnol. in d. l. res iudicata. sicque ciues plus fidei iudicis sententiæ, quàm vanis leuibusc; rumoribus aut actis processus adhibebunt, vt & decet & verosimile est, tum etiam quod vt sanctus Augustinus ait: Fiat ius & pereat mundus; adhæc imagine ne naturæ veritas obumbratur curandum est. l. filio quem. ff. de lib. & posthum. ergo imagine & vmbra vani popularium rumoris veritas non est obumbranda aut iustitia deferenda, præsertim in re tam sui

natura atroci, horribili, & inhumana, & vt Quintus Fabius Maximus (teste Plut. in Apo. lib. 5.) iacebat: Magis formidulosus est, qui populi rumores timeret, quàm qui hostes fugeret. sicque isthæc leuia iudicem aut principem deterrere, & à iustitia reddenda deuiare non debent aut decet, † aliter. n. si ad vulgi opinionem & arbitrium principes aut magistratus sese accommodare deberent, semper à iusto & honesto declinarēt, teste Diogene, quodam .n. die) vt Plutarchus & ad eum Erasmus lib. 3. Apoph. aiunt) † cum populus theatrum egrederetur, ipse Diogenes aduersus populū nitens ingrediebatur, interrogatus cur id faceret, Hoc (inquit) in omni vita facere studeo, sentiens hoc esse philosophari in omnibus actionibus, quàm maximè à multitudine dissidere. propterea quod vulgus hominum cupiditatibus agitur non ratione. † Idem quoq; Plutarch. in Apoph. lib. 6. de Antisthene refert hæc: Cuidā enim dicenti, pleriq; te laudant, at quid (inquit) mali feci, significās quæ recta sunt paucissimis semper placuisse. & Cic. pro domo sua ait: In imperita multitudine est varietas & inconstantia & crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio. Rursum idem Cic. lib. 2. Tuscul. scripsit: Qui in oculis est multitudinis illius iudicio stare nolit. Ergo is iudex, quo de agimus, si transuolaret iustitiam, veritatem, innocentiam, sibi notam, vt vanos leuesq; rumores caperet, leuior ipso vulgo, iniquior & detestabilior videretur. † Vnde etiam Plutarch. Apoph. lib. 4. de Phocione Atheniense sic retulit:

Cum oraculum proditum esset Atheniensibus, in ea ciuitate vnum esse virum, qui cunctorum sententijs aduersaretur, ac populus vociferans iuberet illum inquiri, Phocion semet prodidit, dicens: Ego sum ille, quem designat oraculum, nam vni mihi nihil placet omnium, quæ vulgus vel facit, vel dicit, quid hic primum admireris, impavidumne viri animum, an clementiam, qui non passus sit suspicionem ad innocentē aliquem deuolui, an singularem sapientiam, qua perspexit inconditam multitudinē, quoniam affectibus agitur, nihil sani nec agere, nec loqui. & de eodem Plutar. vbi supra, frequentia refert.

† Inter fugiendum fertur subinde respiciens ad arcem Palladis, ac sublatiis manibus dixisse, o Pallas vrbium domina. Cur tribus infaustissimis bestijs delectaris, noctua, dracone, & populo. Noctua cum sit auium inauspicatissima, tamen Palladi sacra facta est, quemadmodum & draconem habet pro gestamine, populus autem bellua est multorum capitum, pessimam gratiam referte solita optimè de se meritis, & velut Socrati, Phocioni, Scipioni, & alijs compluribus. Iuuenal. Satyr. 10.

Sed quid Turba tremens? sequitur fortunam & semper, & damnatos, idemq; populus, si Nortia Thusco (odis

H 2

Fauisset,

6
Histo. Fabij
Maximi.

7
Populi rumor
no curandus.

8
Histo. Dioge-
ni.

9
Histo. Ant-
isthenis.

10
Histo. Phocio-
ni.

11
Histo. ipsius.

*Fauisset, si oppressa foret secura senectus
Principis, hac ipsa Seianum diceret hora
Augustum.*

Seneca in Hippolyto:

*Tradere turpifasces populus
Gaudet, eosdem colit, atque odit.*

Idem in Octauia:

*O funestus multo populi
Dirusq; fauor, qui cum flatu
Vela secundo rateis imp'cuit,
Vexitq; procul, languidus idem
Deserit alto, seuoq; mari.*

Denique † & si isthæc omnia satis superq; ostendant, ac persuadeant talem innocentem damnare nefas esse minimeque licere, adhuc tamen si quis fortè esset, cui res dubia aliquantum, aut ad modum videretur, is meminisse deberet in re dubia eam opinionem sequendam, quæ animarum salutis tutior est. I. sunt personæ. ff. de reli. estq; cõmunis & receptissima sententia nostrorum, quos longa serie retulit Rodericus Suares in proœmio legum fori fol. 6. vnde cùm nostra sententia animarum salutis longè tutior proximiorq; sit quàm contraria, eam vt amplectamur non solum æquum, verum necessum quoque est. Quod intellige dupliciter, primùm in foro animarum (quod conscientia vocant) deinde etiam in foro contentioso, vt nostra suadent fundamenta. tertio intellige idem fore etiam si esset causa civilis (id quod longè vehementius abnegant omnes Doct. Theologi, & nostrorum etiam non pauci, de quibus mentionem habuimus) & vt res perspicua sit, accipe talem speciem, donauit aut vendidi tibi domum meam, aut fundum, aut æquum, & tradidi, sicq; in te dominium transtuli, Titius qui meam fuisse non negabat, abs te tamen eam rem vendicabat coram me, vel sub me iudicante, affirmans eandem rem à me prius sibi fuisse donatam & traditam, & ex hac sola causa nõ ex vlla alia sibi ad eam rem ius esse, tunc cùm ego certò sciam, eum non fouere iustam causam, licet duobus tribusve testibus id probaret, reum absoluerè deberem, per iura & rationes, de quibus in superiore articulo, quæ non expedit repetere. Qua de re per Imo. in l. à diuo Pio. ff. de re iud. qui contrarium tenet. & Adrianus in quodlib. q. 6. art. 3. qui affirmat hanc esse receptam Theologorum sententiam. Idem tenet summa Rosela, vt refert Sorus, vbi suprà, sed nostra sententia his patribus contraria & iustior & (iudice me) verior est, vos videritis quis iustius induat arma.

SUMMARIVM.

- 1 *Princeps etiam de plenitudine potestatis nequit auferre rem subditi sine causa, ardua quest.*
- 2 *Princeps non est causa causarum, sed solus Deus, contra Doct.*
- 3 *Princeps non potest facere supra ius, nec contra ius, contra Doctores.*

- 4 *Principum de potestate disputare non est sacrilegium.*
- 5 *Princeps postea quam accusator destitit potestatem pœnam legis minuere, quæ imponi debebat, vbi accusator non esset, contra nouissimos.*
- 6 *Delicta puniuntur etiam post partis indulgentiam.*
- 7 *Pater ob iniuriam filij etiam ignoscens agere potest.*
- 8 *Pater filij iniuriam, antemittere potest, ardua q.*
- 9 *Pœnam post partis abscissum aliquantulum minuere potest iudex, contra nouiss. ex toto autem remittere, nec iudex potest, nec princeps, contra nouiss. nam iudex & princeps differunt in quanto, non in toto, contra nouiss.*
- 10 *Princeps ante accusatoris abscissum pœnam aliquantulum laxare potest, contra nouiss.*
- 11 *Pœna à principibus, vel iudicibus, vt & quatenus remitti potest, egregia dist.*
- 12 *Pœnam legalem iudex remittens bis punitur.*

CAPVT XV.



VADRAGESIMONO apparet ex sententia nostra, an princeps de plenitudine potestatis possit etiam sine causa dispensare cum legibus minuendo pœnam delinquentibus, & similia, id quod volunt communiter Doctores, & ideo etiam communis sententia est, quod † re propria subditi potest sine causa de plenitudine potestatis auferre, & alteri dare: vt not. Gloss. communiter approbata in d. c. constitutus, de relig. domi. & volunt Doct. communiter in d. c. quæ in Eccles. de consti. & in c. nonnullis de rescript. Glo. & communiter Doct. in l. fin. C. si contra ius vel vtili. pub. & in l. quoties. C. de preci. Impe. offeren. & in d. l. i. ff. de consti. prin. Oldra. in cons. 257. incip. factum tale est. Bart. in l. conficiuntur. §. Codicil. de iu. Codic. Corn. consi. 199. col. 2. lib. 4. Decius consi. 191. in causa quæ agitur. col. 2. & consi. 198. colum. 1. Cozadinus consi. 8. in hac causa. col. 1. qui omnes volunt, de plenitudine potestatis posse principem etiam sine vlla causa contra leges dispensare, & alij multi, quos allegat Loazes in consil. pro March. de Velez, pag. 312. & sic potest etiam sine causa de plenitudine potestatis dispensare, vt legitima pœna minuat delinquenti, quod etiam sentit Dominicus de Soto lib. 5. de iusti. & iu. quæst. 4. artic. 4. † & non solum quod sibi liber, licet, verum etiam cùm sit causa causarum, omnia quæ supra ius & contra ius sunt, efficere potest. † cui nec resistere, nec cur ita facis, dici potest. † Nec vterius potest de eius factis ac promissionibus quæri, neque de eius potestate disputari, quia id instar est sacrilegij, vt inquit text. in l. disputare. C. de crimine sacril. neq; de eius potestate potest dubitari. quod & sentiunt Doct. quos in præcedentibus colle-

¹ *Princeps etiam de plenitudine potestatis nequit auferre rem subditi sine causa, ardua quest.*

² *Princeps non est causa causarum, sed solus Deus, contra Doct.*

³ *Princeps non potest facere supra ius, nec contra ius, contra Doct.*

⁴ *Principum de potestate disputare est instar sacrilegij.*

12
Cõscientiam sequi tenemur in criminalibus contra pbatiões processales in foro anime, estq; ardua quest. Idem in foro cõtentioso, & est ardua q. Idem in causa civilis, estq; & tertio ardua q.

collectionibus, seu illationibus allegauimus, mouentur ed quodd (vt ipsi existimant) princeps legibus solutus est. l. princeps legibus, cum similibus. ff. de legib. sed cum nos supra tenuerimus principem merum non esse legibus superiorem, sed inferiorem, & quasi earum ministrum, custodem & executorem, consequens est, vt cum eis sine causa dispensare nequeat, & quum ad meram ciuium vtilitatem merus princeps creatus intelligatur, & legum obseruantia Reipublicæ non possit, non esse utilis, quandoquidem ipsæ leges Reipub. vtilis sunt. c. erit autem lex. 4. dist. 1. 1. & l. 2. ff. de leg. superest, vt qui princeps leges viola- uerit Reipublicæ nocuisse intelligatur, quod ipse facere non potest, quia est contra suam com- missionem, suumque officium. l. quod fauore. ff. de legi. l. non ideo minus. C. de procu. l. lega- ta inutiliter. ff. de lega. l. legata inutiliter. ff. de adi. lega. l. diligenter. ff. mand. Vnde Poë- ta, cum virum bonum describeret, ait: Qui consulta patrum, qui leges, iuraque seruat. Et Terentius in Phormi. Mihi (ait) non videtur, quod sit factum legibus rescindi posse. Hinc Cicero pro Cecinna: Nihil (inquit) est in ci- uitate tam diligenter retinendum, quam ius ciuile. Ex causa autem princeps sine dubio id facere posset, nam & iudicibus licere supra c. proximo exposuimus.

5
Princeps nec postquam ac- cusator desti- tit potest pœ- nam legi mi- nuere, que imponi debe- bat, ubi accu- sator non ef- fet, contra no- nistimos.

Denique etiam † si nulla causa esset mi- nuendi pœnam legalem, postquam tamen pars læsa destitit ab accusatione, potest prin- ceptis minuere pœnam legis, antea verò non vtique. ita Dominicus de Soto, vbi supra. quæ conclusio merito displicere debet, nam si ante partis abscessum pœnam minuere non potest, ne illi priuato, cuius intererat, præiudi- cium inferat, ergò nec post eius abscessum ne præiudicium Reipublicæ inferat: Reipublicæ enim læsio grauior est quam priuatorum. auth. res quæ, cum ibi not. C. com. de lega. Ita que li- cet post partis abscessum accusantis pœnam minuere non solum possit, sed etiam debeat, quatenus pœna à lege propter damnum illi datum aucta fuit, tamen qua ex parte pœna propter nocumentum, quod Respublica ex facinoribus pati videtur, designata est, minui non potest à principe sine causa. quippe qui ad lædendum ius Reipublicæ minus imperij habet, quam ad priuatorum ius lædendum. Interest enim Reipublicæ etiam principaliter, ne maleficia fiant, neve facta impunita ma- neant. l. congruit. ff. de officio præsi. Ergò qui seruum meum occidit, vel me conuitio affe- cit, aut rem meam subtrahit, & Reipublicæ & mihi nocuisse videtur, mihi vt est notum, Rei- publicæ, quia nisi esset effræna licentia facino- rosis, nullius ciuis salus aut domus tuta esse posset, omnesque metu trepidarent, & trepi- dare & vexari incipiunt etiam ob damna re- liquis conciuibus illata. Nam & illi, qui læsi nondum erant, illicò incipiunt pauescere,

maioresque custodiam rebus, personis, fa- miliazque suæ adhibere. sicque in eo & in si- milibus vexantur, quæ vexationes sunt vehe- menter considerandæ. l. 1. §. si hæres. l. quia po- terat. ff. ad Trebellia. ibi, variaz sunt hominum voluntates quorundam negotia timentium, &c. ergò si ego, qui damnum sensi, & te qui mihi damnum dederas, accusaueram, destiti ab accusatione, par est, vt Reipublicæ integrum saluumque ius maneat te persequendi, qua- tenus ipsa læsa videbatur: quia metu talium pœnarum Respublica bono efficit suos ciues. l. 1. ff. de iust. & iur. ergò qua ex parte Respu- blica læsa videtur, eatenus princeps sine causa pœnam remittere post accusatoris abscessum non poterit, sed tantum quatenus pœna le- galis aucta fuerat, habita ratione damnum passi. l. id quod nostrum. ff. de reg. iuris. † Vn- de etiam si damnum passus in suo testamento remisit iniuriam vel pepercit delinquen- ti, nihilominus ille punietur à iudice, habita istius publici nocumenti ratione, vt tenuit Gloss. not. per text. ibi in l. diuus. ff. ad Syllani. notat Amanuelus de Claris aquis sing. 26. & Guilielm. de Ludo singulari 33. lex est.

6
Delicta puni- untur etiam post partu in- dulgentiam.

† Quinimò si filius iniuriatus iniuriam re- miserit, nihilominus eius pater agere potest propter iniuriam, quam ipse ex persona filij passus violabatur. Patitur enim quis iniuriam non solum ex sua, sed etiam ex suorum iniu- ria. §. patitur. Instit. de iniuri. ita in specie dis- ferit Ludouicus Romanus singulari 93. tu ha- bes expressius per Nicolaum Boërium decif. 120. pater an remittere. num. 7. c. exhibita. vbi Ioan. Andreas de homi. † Pater autem iniu- riam filio illatam an remittere possit, & sanè olim poterat, vt est communis opinio, secun- dum Boërium, vbi supra. per l. sed si vnus. §. filiofamil. ff. de iniur. An autem hodie idem adhuc sit, non leuiter controuersum est, sunt- que variaz nostrorum sententiæ, vt per Boë- rium ibi, per Marfilium sing. 573. grauior. lac. in l. in personam, per tex. ibi. ff. de pact. & Bar. Imola, Romanus & Alex. in l. Lucius. ff. solut. matrim.

7
Pater ob iniu- riam filij etiã ignoscens a- gere potest.

Hactenus de principe. † Quid autem in iudice ordinatio? & Dominicus Sotus, vbi supra talem fixit conclusionem, postquam (inquit) accusator ab accusatione contentus destitit, in arbitrio est supremi iudicis pœnam iuris relaxare aut commutare, tale autem ar- bitrium inferiori non committitur. Quæ qui- dem differentia inter principem merum & iudicem ordinarium non est tuta nec tenen- da: quia data paritate terminorum, inter eos differentia nulla est hac in re, nam ex iusta cau- sa tales pœnas commutare, minuere, & re- laxare tam princeps quam iudex ordinarius posset, vt (fusè ex receptissima ac verissima opinione Doctorum) c. superiore edocti fui- mus. Sine iusta verò causa nec iudicè ordina- rium, nec etiam principem id facere posse. iam ibi

8
Pater filij in- iuriam an reo- mittere pos- sit, ardua q.

9
Pœnam post partu absces- sum aliquan- tulū minuere potest iudex, contra nouis. ex toto autem remittere nec iudex potest, nec princeps, contra nouis. nam iudex et princeps dif- ferunt in qua- ro, non in so- ro, contra no- uis.

& plenius in superioribus ostēdimus, quum ad meram ciuivm vtilitatem principatum datum fuisse monstrauius, nec dubium sit legales legitimasue pœnas noxijs hominibus remittere, & condonare cuique ciuivm vniuersæque Reipublicæ noxium iniuriumque videri. Limita, quando tam minima ex parte per principem pœna remissa fuit, vt verosimile sit id à populo sibi concessum fuisse vel concessum iri, si à populo peteret, argum. l. scio. de minor. vt suprâ ostēdimus. Quo casu eadē moderatio & in ordinario iudice admittenda esset data eadem verosimilitudine. Hac duntaxat nota adiecta, quod verosimile est hac in re ex mente populi iurisdictionem concedentis plus laxitatis cōcessam principi fuisse & fore, quàm iudici ordinario ab ipso siue principe siue populo: quia quanto est maior dignitas iurisdictionem exercentis, tanto plus laxitatis & arbitrij sibi concessum fuisse & fore intelligendum est, sicque princeps & iudex ordinarius hac in re differunt in quanto, non in toto. Secundum quæ lapsus in duobus videtur Doctissimus Sotus, primum dum post partis accusantis abcessum putauit principem quantacunque vellet ex parte, etiam sine vlla causa posse pœnam legalem remittere, cum non possit, nisi modica duntaxat ex parte laxare. Alterum dum id iudici ordinario etiam minima in parte abnegauit.

10

Princeps ante accusatoris abcessum pœnam aliquantulum laxare potest, contra nouiss.

Item errat † dum omnino adimit principi potentiam ante accusatoris abcessum & remissionem, nam ea consideratio, etsi inspicienda sit quo ad eam pœnæ particulam, quæ respicit personam eius, qui iniuriam aut damnum passus fuit, tamen non est inspicienda quò ad alteram pœnæ partem, quæ totâ rempublicam concernit. Est tamen verum quod & in hoc casu differentia est in quanto, nō in toto, nam accusatore cessante, pœna quæ ei applicanda erat, ex toto cessauit, & de reliqua pœnæ parte, quæ rempublicam respiciebat, agendum duntaxat erit. † Ergo prætermisissis publicis criminibus, quò ad priuata delicta, quibus datur accusandi licentia solis damnum verè vel interpretatiuè patientibus. Sit prima conclusio, ex iusta causa pœna legalis potest minui vel commutari, intellige primū id fieri posse per principem, deinde fieri posse per iudicē ordinarium, quamuis principū laxior aliquantulum potestas sit. Exempli gratia, vt in l. inter artifices. ff. de solu. clarius in l. ad bestias. cum ibi not. ff. de pœnis. Tertio intellige conclusionem non solum post accusatoris remissionem, sed etiam antea. Quatenus pœna imponenda vindictam publicam, aut publicum commodum pecuniarum respiciebat, non quatenus respiciebat commodum illius, qui damnum passus fuit, nisi pro parte eum tanquam vnum popularem tangente, vnde si ex delicto (verbi gratia) pœna ducentorum imponenda veniebat, æquis ex parti-

11

Pœna à principibus vel iudicibus vt et quatenus remitti possit egregia dist.

bus inter damnum passum & Rempublicam diuidenda, tunc si accusator nolit ignoscere, & Reipublicæ vtile sit pœnam ex toto vel ex parte remitti, ea remissio quò ad partem, quæ ad rempublicam spectat, ex toto vel ex parte facienda est, sed non quò ad reliquam partē, sicque accusatori integra centum præstanda sunt, vel ab ipso delincente eiusue fautoribus, vel ab ipsa fortè Republica, quando eius id intererat. ita tamen vt tunc cum à republica daretur, de minueretur pars, quæ accusatorem tanquam vnum ciuem respiciebat, huius rei ratio est, quia si ea remissio reipub. vtilis erat, tunc ab omnibus ciuibus pecuniarum collectio vt fieret ciuile parq; esset. c. quod omnes. de reg. iur. lib. 6. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. Secunda conclusio, sine iusta causa pœna legalis delinquenti remoueri non potest. Intellige quòd non potest remoueri per principem. Secundò intellige, quòd longè minus per iudicem ordinarium. Tertio, quòd non potest remoueri ex toto. Quarto, quòd nec ex parte quæ respiciebat accusatorem. Quintò, quòd nec ex parte, quæ respiciebat rempublicam, remitti licebit ex toto aut ex magna parte, sed ex minuscula quadam particula, id principibus facilius fortè licebit, quàm iudicibus ordinarijs. Nec putauerit quisquam me non bene mihi constare, dum dixi difficilius nocere posse principem aut iudicem ordinarium reipublicæ quàm priuato accusatori, & tamen modò negauit principem posse quicquam adimere ex parte pœnæ, quæ respiciebat priuatum accusatorem, cum concesserim id fieri licuisse saltem ex minuscula quadam particula ad rempublicam spectante, sed responsio in promptu est. Nam cum ararium publicum quoties opus est ex collationibus ciuivm supplendum aut replendum sit, quando pœna, quæ arario publico applicanda venit, ex parte quadam remittitur, quo ad illam particulam omnium ciuivm læsio est, qui vrgente postea necessitate publica tãto magis aut tanto plus conferre tenebuntur, sicque ipsemet accusator sentit ex illa remissione suam particulam damni, neq; in plus lædi debebat, cumq; publice vtilia sunt, non ad quorundam tantum, sed ad omnium ciuivm onus spectent. d. l. secundū naturā. d. c. quod omnes tangit. † Deniq; cum iudex sine causa legales pœnas nequeat laxare aut minuere, qui contra fecerit duas patitur pœnas, infamiz notā & suomet corpore vel rebus pœnam illi remissam quatenus ille pati desijt, supplebit, ita Ludouicus Romanus singulari 78. veni, per l. seruos. C. ad legem Iul. de vi pub. qui textus est ad hoc fin. secundum Romanum. l. 3. C. ne san. bap. reit. quā vnicam dicit vbi suprâ idem Romanus. per Felynum in c. de causis, in prin. de offi. delega. per Nicol. Pigniolatum, qui alios allegat in add. ad Romanum vbi suprâ, quæ autē sunt iustæ causæ recedēdi à pœnis legalib. edocet

12

Pœnam legalem iudex remittens bñ pœnitur.

set Nicolaus Pignolatus in addi. ad Romanum sing. 666. tu habuisti. Felynus in c. qualiter & quando. §. ad corrigendos. de accusa. Carerius de homicidio, vt. part. ad fin. Romanus conf. 429.

S V M M A R I V M.

- 1 Accusare quem an quis possit compelli, ardua q.
- 2 Historia Nobilium duorum Hispanorum.
- 3 Accusare nullus tenetur, cum quibusdam contra communem opinionem, conclusiones quatuor.
- 4 Admonere fratrem contra Rempublicam peccantem, an teneamur ante denunciationem.
- 5 Historia Socratis.
- 6 Denunciare in foro contentioso Canonico, an quis teneatur, vt priuati damno obuietur? ardua q. & quid de iure ciuili, alia quest. ardua.
- 7 Intellectus l. culpa caret. & l. nullum crimen. ff. de reg. iuris.
- 8 Historia Herculis.
- 9 Hercules quo potissimum nomine commendetur, quareq; ad calum euolauerit.
- 10 Homo homini opitulari natura tenetur, idq; vt intelligendum sit, declaratur.
- 11 Ius natura est ius gentium.
- 12 Ratio elegans.
- 13 Denunciare & abuiare periculo priuati non tenemur in foro contentioso Canonico, cōtra communem opinionem, nec in foro ciuili cōtra communem, nec in foro conscientia, contra communem opinionem.
- 14 Reipublica quantum debeamus.
- 15 Patria magis quam parentibus debemus.
- 16 Delictos futuro, qui non obuiat, vt puniatur.
- 17 Admonere fratrem vbi periculum est, an teneamur, ardua quest.
- 18 Socium itineris defendere non facus quam Rempublicam tenemur.

CAPVT XVI.



VINQVAGESIMO defluit etiā ex principali sententia nostra definitio illius articuli (qui superiori affinis est) † an per principem aut legem humanā quis iuste compelli possit ad aliquem accusandum, & pars quidem negatiua probatur in l. vnica. C. vt nemo inuitus agere vel accu. cogatur, probaturq; ac defluit ex rationibus nostrarum sententiarum, de quibus tam sēpe mentionem habuimus. Nam si principatus ad nostram meram vtilitatem creatus fuit, cōsequens est, ne per principem inuiti ad id cogamur, cum inde periculum nobis possit imminere (vt illic edocemur) quod qualecūq; sit etiam minimum in magna consideratione esse & debet & solet. l. 1. §. si hæres. l. quia poterat. ff. ad Treb. ibi, variz sunt hominū voluntates quorūdam negotia timentium, &c. Ad

Accusare quā
an quis possit
compelli, ar-
dua questio.

idem §. præterea, cum sua gloss. Inst. de actio. quinimò eo ipso, quod cōpellimur, dicimur noxiam læsionemq; pati, vt dd. ll. vnde etiam beneficium inuito non datur. l. inuito. ff. de reg. iur. optimus text. in §. sed neq; Institu. de auth. tut. l. quia autem, in prin. & §. 1. ff. quæ in frau. cred. periculum autem & læsio in specie nostra esset primum molestiarum & vexationis ac sollicitudinis, quod magnoperè est considerandum, d. §. si hæres. deinde inimicitiarum illinc nascentium. postremò pœnz ratio nis, quam subibit accusator, qui non probat. & not. per Roma. sing. 785. tu scis. adhuc tamē ex Theologis sunt qui velint, vt quis teneatur ad accusandum eo casu, quo crimen moliretur contra Principem vel Rempublicam, ita doctis. Dominicus Sotus lib. 5. de iust. & iu. q. 5. art. 1. post S. Thomam 2. 2. q. 68. artic. 1. Idem vult Caietanus 2. 2. q. 33. art. 7. dum ait, admonitionem fratris necessariam non esse, quādo eius accusatio necessaria est, sentit ergo hoc casu necessariam esse accusationem, & Syluester in summa verb. accusatio. §. 3. idem significat. Idem sentit Durandus in 4. distinct. 19. q. 4. dum in foro exteriori negat oportere, vt admonitio præcedat. & ita esse videtur communis opinio, vt per Bar. in l. vtrum. ff. de par. rici. per Hiero. Cagnol. & Phil. Deci. in l. culpa caret. ff. de reg. iur. per Aquens. in rep. l. vt vim, prope finem. ff. de iust. & iur. Idem in l. qui accusare. C. de edendo. Deci. in c. 1. de off. delegati. Bal. & Florian. in l. 2. ff. de noxalibus. Philippus Deci. in l. nullum crimen. ff. de reg. iur. Felynus in c. quantæ, col. 1. de sent. excom. Id quod hi omnes affirmant, sub hac tamen moderatione, si ipse habet testes, quibus suam accusationem possit probare, & sic duobus demum concurrentibus ad accusandū tenetur. Primum, quod machinatio esset in Rempub. alterum, quod is conscius habeat probandi facultatem. Hæc communis opinio Legistarum, Canonistarum & Theologorum, procedit tripliciter: primum in foro contentioso ciuili: deinde in foro conscientia, vt patet ex locis supra assignatis. Sed in omnibus tribus conclusionibus cōtrarium tenendum est per fundamenta supra relata, & quia Dominus dixit: Qui amat periculum, peribit in illo. Nec dubium est, quin impossibile sit aliquem casum esse, in quo accusator (hoc est, conscius criminis illius) certò sciat crimē illud se posse probare siue pbaturum. Quid. n. si testes aufugiant, quid si deposuerint, sed verum non dixerint? quid si inter moras litis antequā deponāt, moriantur? in omnibus his speciebus & similibus, si is cōsciis accusauerit, periclitabitur, ad quod vt quis teneatur omni iure, tā diuino quàm humano, nō tolūm præceptum non est, sed potius vt non teneatur, expressum est: vt iuribus & rationibus supra allegatis, & probatur etiam in d. l. nullum crimen.

H 4

& d.

& d. l. culpa caret, vbi dum dicitur culpa caret, qui scit, sed prohibere non potest, non intelligitur de omni impossibilitate. id enim indubitatum erat. l. impossibile, de regu. iur. sed intelligitur de impossibilitate, ratione deficientis iurisdictionis. aut patriæ, vel dominicæ, vel maritalis potestatis, aliter enim potius culpa esset immiscere se rei ad se non pertinenti. l. culpa est, de reg. iu. ff. & quamvis publici periculi manifestatio res sit ad vnumquemque ex ciuibus pertinens (vt continuò dicemus) tamen accusatio non tam pertinens videtur propter superiores rationes, vel si est pertinens saltem necessaria esse non potest, & satis superque esse debet, si quis faciat denuntiationem, vt sic magistratus, ad quos Reipublicæ salus spectat, tali malo obuiam eant, nam & alibi credo quod sub titulo Inst. mandati. Iustinianus Imperator ait. Satis superque esse debet, si cui vel in paucis amici labori consulatur. Denique illud expeditum est, bonum publicum et si ad omnes & etiam singulos ciues spectare videatur, id tamen intelligendum, dum modo non vnus, aut alterius ad onus totum Reipublicæ negotium, aut sarcina pertinere credatur, sed ad omnes conciuies. l. secundum naturam. ff. de reg. iu. c. quod omnes tagit. de reg. iur. lib. 6. dixi in c. precedenti. Vnde persecutio aliquid contra principem, rempublicam, bonumque publicum molientis, iniquum & iniurium esset, vt ad onus & periculum foret istius solius, qui illius machinationis perfidie conscius esset, & satis superque esse debet, vt is ipsis principibus aut Reipublicæ magistratibus denuntiet, & ei rei medendæ opem auxiliumque ferat, tanquam vnus è populo, absque eo quod cogatur accusare, per quod totum onus, & periculum, & labor eius humeris resideret. Et licet non probent, ita sentiunt Hieronymus Cagnolus, vbi supra. & Summa Angelica vt refert Sorus, vbi supra. sentit Bar. in l. eum. ff. de accusat. & non satis certo scio, an negaret Diuus Thomas, si tamen is velit sponte accusare eique periculo sese exponere, sine dubio poterit: sed si tunc probare non possit, an satisfaciet offerendo se probaturum in duello, tangit Hieronymus Cagnolus vbi supra, id quod olim † Hispaniæ factum fuisse historiarum referunt. Cum nobilis quidam vir alterum nobilem contra Regem Hispanum aliquid machinatum diceret, inque duello armatos & equitantes tribus diebus incredibili ferocitate pugnasse multis vulneribus vtrinque acceptis, & tandem per regem fuisse à lite & accusatione absolutos incredibili omnium tam nobiliu quam plebeiorum applausu, de duello egimus supra c. 11. & 12. & 18.

am in foro animæ. Rursus intellige tam in crimine læsæ maiestatis Diuinæ puta hæresis, quàm etiam humanæ. Sed ad denuntiandum & auxilium ferendum, vt crimen luceat, & noxius plectatur, tenetur tam in crimine hæresis quàm læsæ maiestatis humanæ, teneturque tam in foro canonico & etiam ciuili contentioso quàm etiam in foro conscientie. Sed an † tunc teneatur fratrem illum peccantem prius admonere quàm denuntiare, arg. c. no. uit. de iudi. id quod negant Syluester, Caietanus & Durandus vbi supra, & etiam Sorus. nisi iam esset emendatus, tunc enim etiam denuntiatio cessare deberet, secundum Sotum, quod nos alibi disseruimus.

Hactenus quando quid machinabatur contra bonum publicum, quid si contra priuatum, puta machinabatur furtum, vel similia, aut seruos vel quadrupedes alienos interficere parabat? & tunc debet conscius huius rei vt admonitione fraterna, quia iure naturæ insitum mortalibus est, vt periclitantibus opem & auxilium feramus, propter illam cognitionem, quam inter nos natura constituit. l. vt vim. ff. de iust. & iu. Vnde Plutarchus Apoph. lib. 3. Roganti † cuius esset, mundanum ciuem se esse (Plutarchus inquit) Socratem respondisse, significantem talem opem cuique etiam extero periclitanti ferendam. quod si intelligat id non sat esse, periculumque instare, an teneatur ad vtilitatem illius tertij accusare, & sanè non tenetur, nec etiam posset in priuatis delictis, sed denuntiare teneretur in foro conscientie, vt sic obuium fieret per iudicem damno futuro, secundum Sotum vbi supra. ad idemque tenetur de iure naturali per proximam rationem. & est communis opinio, secundum Hieronymum Cagnolum vbi supra, vt † ad id teneatur de iure canonico etiam in foro contentioso. vt etiam per Fely. in d. c. quantæ, & in c. 1. col. 1. de offi. deleg. de cuius veritate illico dicam. de iure autem ciuili receptior sententia est, vt non cogatur in foro contentioso. Secundum Decium & Cagno. numero 10. vbi supra, est communis opinio. Secundum Boerium decis. 83. alia questio numero 6. Cagnol. in d. l. culpa caret, post Gl. & alios Doct. ibi idem Decius in c. 1. de offi. delega. Felynus in d. c. quantæ. & in d. c. 1. Aqueus. in repe. d. l. vt vim, prope finem. Sed limitatur, vt si commodè, & sine suo periculo succurrere possit, & non facit, teneatur etiam de iure ciuili, ista limitatio tenetur (secundum Cagnolum, vbi supra.) per omnes Doctores communiter, quam etiam ipse sequitur per d. l. culpa caret, & per d. l. nullum crimen, à contrario sensu. Nam si culpa caret, qui scit & prohibere non potest, vt aiunt dicte leges, ergo si prohibere posset & non prohiberet, aliud esset. Sed sanè † vt iam attigimus sensus contrarius in dd. ll. est quod ad eum qui iure potestatis iurisdictionalis, vel patriæ, vel

4
Admonere fratrem contra rempublicam peccantem, an teneatur ante denuntiationem.

5
Historia Socratis.

6
Denunciare in foro contentioso canonico an qui teneatur, ut priuati dano obuietur, ardua questio, et quid de iure ciuili alia questio ardua.

7
Intellexi, l. culpa caret, et l. nullum crimen. ff. de regu. iur.

2
Histo. Nobilium duorum Hispanorum.

3
Accusare nullus teneatur, cum quibusdam contra communem opinionem conclusiones quas suor.

dominicæ, vel maritalis potest prohibere. Patet, nam quæ pendent ex facto alieno & non ex nostro, ea in iure dicimur non posse nos, text. in §. si quis alium. Inst. de inut. stip. l. stipulatio ista. in prin. ff. de verb. oblig. cum similibus utroque; per Glo. all. ergo d. l. culpa, & d. l. nullum crimē. etiam si in sensu directo dicerent, quod qui posset prohibere & nō prohiberet, in culpa is esset. intelligerentur, quando ex facto suo ea potestas, nō ex alieno penderet, quale est factum iudicis. Præterea nullus esset, qui non posset ad iudicem ire. sicque de illa potentia illæ leges non potuerunt intelligere, secundum quæ rectè probant iure civili eum, qui conscius sit machinationis ab aliquo contra alterum tertium paratæ, non teneri ad accusandum neque ad denunciandum, nisi prohibere possit iure proprio, arg. l. & magis. ff. de solu. hoc est, ex potestate iudiciali, vel dominica, vel patria, vel maritali, & cætera id genus. Idque etiam iure naturali verissimum est, nam eo iure hominem homini periclitanti opitulari debet. d. l. vt vim, cum supra alleg. & quia, vt ait Statius:

Omne homini naturale solum.

Et Ovidius ait:

Omne solum forti patria est, vt piscibus aquor.

Et Ouid. lib. 3. Metamor.

*Et eget auxilio, qui non tulit; vtq; reliquit,
Sic linquendus eris, legem sibi dixerat ipse.*

Sicq; iure naturæ par est hominem homini periclitanti subuenire, vnde summis laudibus Hercules effertur, quod auxilium opemque suam, vim & iniuriam patientibus nunquam denegauit. Vnde † Boëtius Metr. 7. libr. 4. sic canebat:

*Herculem duri celebrant labores,
Ille Centauros domuit superbos,
Abstulit seuus spoliū leoni,
Fixit & certis volucres sagittis:
Poma cernenti rapuit draconis,
Aureo laua grauior metallo:
Cerberum traxit triplici catena:
Victor immitem posuisse feretur
Pabulum seuus dominum quadrigæ:
Hydra combusto perijt veneno:
Fronte turpatus Achelous amnis
Ora demersit pndibundaripis:
Stravit Anthem Libycis arenis:
Cacus Euandri satiauit iras:
Quosq; pressurus foret altris orbis
Setiger spumæ humeros norauit:
Vltimus cælum labor irreflexo
Sustulit collo: preciumq; rursus
Vltimi cælum meruit laboris.*

Videas ergo, vt iure naturæ viri inclyti ducuntur ferunturque ad opem miseris periclitantibus ferendam. hique æthereas ad sedes præmij loco euolaturi intelliguntur. Vnde

† idem Cicero de eodem Hercule scripsit postquam enarrauerat, vt cunctis periclitantibus opem tulisset, abijt (inquit) ad Deos Hercules, nunquam abijisset, nisi dum inter homines esset, hanc sibi viam munijisset. Idque votum & studium magnanimis viris iure naturæ inesse, idem Cicero eleganter scripsit his verbis:

Vt † tauris natura datum est, vt pro vitulis contra leones summa vi impetuq; contendant: sic ij, qui valent opibus, atque id facere possunt, ad seruandum genus humanum natura incitantur, ita Cicero 3. de finib. Sed contra hæc omnia facit, quod scriptum reliquit idem Cicero 2. Officiorum: Amaduertamus (ait) cum alios iuuare velimus, ne quos offendamus, ergo cum hoc casu periclitanti nequeam opitulari sine læsione machinantis, nō videor ad id teneri. sed ad id responde ex his Ciceronis verbis: Illud enim natura non patitur, vt aliorum spolijs nostras facultates, copias, opes augeamus, neque verò † hoc solum natura, id est, iure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis ciuitatibus Respublicæ continentur, eodem modo constitutum est, vt non liceat sui commodi causa nocere alteri. hoc enim spectant leges, hoc volunt, incolumem esse ciuium coniunctionem. ita 3. Offic. Cicero scripsit. & huiusmodi sententiæ concinit eiusdem Ciceronis non inelegans sententia in hæc verba: Vt membra quedam amputantur, si & ipsa sanguine & tanquam spiritu carere cœperunt, & nocent reliquis partibus corporis, sic ista in figura hominis feritas, & immanitas beluæ, à communi tanquam humanitate corporis segreganda est. ita 3. Offic. Cicero scripsit. Et alibi similiter ait, vt medici membrum sæpè putrefactum incidunt, atque in totum eradicant, ne aliam corporis partem labefactare aut corrumpere possit, sic necesse est, si Rempublicam saluam esse volumus, vt perditissimos homines ex vrbe penitus extirpemus, ne corruptus integro, violatus casto, labem infringat, ita in Vatin. idem Cicero scriptum reliquit. ergo quod alios ita iuuare docemur, vt id sine aliorum incommodo fiat, intelligatur sine aliorum innocentium incommodo. nam cum læsione nocentium indubitanter fas est, & ita Hercules prostravit peremitque eos, qui debilioribus exitio erant.

Quæ omnia prima facie videntur persuadere, vt conscius criminis, quod in aliū conciuem machinabatur, obuiare teneatur, vt vult communis opinio supra relata. Sed non est ita. Fateor quod suadent hæc homines ad talem opem ferendam natura (sicq; iure naturæ) adduci & ardere, sed tamen illud ius naturæ nullam inducit cōpulsionem, sed quandam duntaxat inclinationem, desiderium, affectum, studium, votum, appetitum. vt declarat Andr. ab Exea, ad princ. in lib. Pactorum, &

9
Hercules quo potissimū nomine comendatur, quareque ad cælū euolauerit.

10
Homo homini opitulari natura tenetur, idq; vt intelligendū sit declaratur.

11
Ius naturæ est ius gentium.

8
Hist. Hercules.

& diximus supra. Et quamuis viri magnanimi soleant ad actum & effectum perducere eam naturalem inclinationem & affectum, vt fecerunt Hercules & alij similes: reliqui tamē nec id audere solent, nec ad id obligantur. quid enim si eum qui iniuriam à robustiore & tyranno patiebatur, cernebant fœminæ, aut pueri, aut senes, aut ægroti, aut nimium debiles, qui optabant, gestiebant, ardebant opem misero periclitanti ferre, sed non audebant, nonne hos punire iniurium, inhumanum ac inciuile esset. sic ergo & in specie nostra, si is ciuis, qui conscius erat illius machinationis, quæ in alterum ciuem moliebatur fortē optabat, gestiebat, ardebat opem ei facere, si id sine incommodo suo liceret, sed ausus non fuit, culpa caret. Et quid demeruit ille, si natura & à Deo optimo Maximo non magnanimitate præditus, sed pusillanimis fuit progenitus, ei sanè non tam irascendum est, quàm miserendum. cum ergo † ex hominum animo pendeant huiusmodi pusillanimitates, iniurium, inciuile, & inhumanum esset ob eas res incertitas, occultas, & soli Deo notas, quem plectere, præsertim cum is nemini noxam dederit. Cū ergo ad opem ferendam desiderentur affectus & actus. Omnes quidem iure naturæ eū affectum sortiti sumus, sed eum affectum ad actum perducere non omnes valemus, sed magnanimi tantum, nec refert vtrum valere & posse definamus ex defectu virium corporaliū, (vt fœminæ, pueri, senes & valetudinarij) an verò ex defectu virium animi vt pusillanimes. Præsertim cum isthæc ad munus potissimum pertineant magistratum, nec priuatus pro priuato se periculo exponere teneatur. Periculum autem accipere debemus siue re vera immineret, siue non immineret, si tamen ille sibi imminere formidabat, ex cuius quidem solius, non ex communi opinione hæc res metienda & iudicanda est, argu. d. l. i. §. si hæres. & l. quia poterat. vbi bonus text. ff. ad Treb. Agnosco † tamen quod de iure canonico in contrarium est communis op. & etiam de iure ciuili, eo casu, quo sine periculo suo id inspecta communi hominum opinione facere posset, sed nos de iure tam canonico quàm ciuili contrarium amplectimur, quando immineret periculum non solum inspecta communi opinione, sed etiam inspecta opinione particulari ipsius conscij, quamuis reliqui homines in tali casu verosimiliter iudicarent cessare periculum, per dd. supra & per l. quia poterat. ff. ad Treb. & vide Boeri. d. decis. 83. num. 6.

Dicit quis, secundum hæc excusabatur etiam is, qui conscius machinationis in principem vel Rempublicam paratæ non denuntiavit, allegans se formidasse, nec voluisse se exponere periculo, quod supra negauimus, sed respondendum est, hunc non excusari, quia licet priuatus pro priuato se periculo ex-

ponere nullo iure teneatur, pro principe tamē tenetur, vel pro Republica, qua periclitante se se periclitari noscere debeat suamq; rem agi, vnde Horatius Ode 2. lib. 1.

Dulce & decorum est pro patria mori.

Et Cicero ait:

Quoniam † sunt omnia commoda à patria accepta, nullum incommodum pro patria graue putandum est, at qui patriæ pericula suo periculo experunt, hi sapientes putandi sunt, cum & eum, quem debet honorem, reipublicæ reddunt, & pro multis perire malūt, quàm cum multis. etenim vehementer est iniurium, vitam, quam à natura acceptam propter patriam conseruauerit, naturæ cum agat, reddere patriæ cum roget, non dare. & cum possis cum summa virtute & honore pro patria interire, malle per dedecus & ignauiam viuere: & cum pro amicis & parentibus & cæteris necessarijs adire periculum velis, pro Republica, in qua & hoc & illud sanctissimum nomen patriæ continetur, nolle in discrimen venire. ita 4. ad Heren. scriptum reliquit Cic. Et rursus:

Respublica nomen vniuersæ ciuitatis est, pro qua mori, & cui nos totos dare, & in qua omnia nostra ponere, & quasi consecrare debemus. ita 2. de leg. idem Cicero scripsit, Ergo non pareademque causa est, vt ciuis qui conscius est machinationis, quæ contra priuatum moliebatur, nolit se periculo exponere magistratibus id denuntiando, & quod idem faciat quando contra principem vel Rempublicam moliebatur, cum hæc obligatio sit longè maior quàm superior. sicque ignauiz & pusillanimitati illo casu parcendum est, isto autem casu non est regulariter parcendum, nisi fortè morbus ille insolitus esset, & esse probaretur.

Denique pius Aeneas quo tempore moenia Troiæ ardere cœperunt, humeris suis impositum patrem Anchisen medijs è flammis eripuit & saluauit, quod sine magno suo periculo, impedimento, & labore in tanta rerum angustia strepituque fieri non erat possibile, id quod nullus pro conciuie suo aut faceret vnquam, aut facere teneretur, ob saluandam tamen parentis vitam vix est vt non debitum fuisse intelligatur. Nec dubium est, † quin maiora etiam pericula pro patria saluanda subire teneamur, l. veluti, arguendo ab ordine literæ. ff. de iust. & iu. air. enim vt patriæ & parentibus pareamus, ad idem l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudi. ibi, nec minus humano generi prouident, quàm si prælijs atque vulneribus patriam, parentesque saluarent, sic prius de patria meminit quàm de parētibus, vtrosque autem prælijs atque vulneribus saluare vt teneamur, inde edocemur, ad q. pro priuato conciuie minimè tenemur, & illam Anchises & Aeneæ historiam refert Vergi. Aene. lib. 2. sic modulatus:

Eia

12
Ratio elegas.

13
Denunciare & obuiare periculo priuati, non tenemur in foro contentioso canonico, cōtra communem opinionem, nec in foro ciuili contra communem, nec in foro consciencie contra communem opinionem.

14
Reipublice quantum debeamus.

15
Patrie magis quàm parentibus debemus.

*Eia age chare pater cervicij imponere nostra,
Ipse subibo humeris, nec me labor iste gravabit,
Quo res cunque cadent vnum & commune periclu,
Vna salus ambobus erit.*

Ergo probato insolite inertie & pusillanimitatis vitio, etiam quod ad causam Reipublice desertam, conscius ille non denuntians liberaretur, non aliter atque si in sani, furiosi, dementes, aut forte valetudinarij senes, mulieres opes armis & facto atque opere ferre desissent, eo tamen non probato, excusabitur sane qui privato periclitante denuntiare desijt, non sic Republica aut principe periclitante. idque iure tam civili quam canonico, arg. c. 1. & c. 2. cum ibi not. de op. no. nu.

16
Delicto fusurari qui non obiuvant, ut puniatur.

Illud notandum est, quod si quibus in casibus, qui tali delicto futuro obviare tenentur, excusatur semper a poena ordinaria, quam delinquens subierit & alia mitiore plectendus est, ita Hieron. Cagno. in l. culpa caret. supra alleg. nu. 10. post Felynum in locis supra signatis. Et circa hanc materiam ridendus est Dominicus Sotus lib. de ratione tegendi, & de regen. memb. 2. q. 2. concl. 6. versu. 3. qui negat si quod quis fratrem suum ubi est periculum corrigere teneatur, quod impugnant communiter Doctores, teste Antonio de Cordoba in anno. ad eum in d. loco. & Martinus Nauarrus in manu c. 24. nume. 11. cum seq. sed priorem op. alibi veriore esse ostendimus non solum quando re vera adesset periculum, sed etiam si non adesset, si inspecta communi hominum opinione adesse videretur, quinimo & si inspecta opinione istius tantum adesset id ad eum acufandum sufficere. d. l. quia poterat cum simil. supra all. Socium autem si itineris quod quisque defendere teneatur, non secus quam Rempublicam periclitantem, tenuit Glos. & ibi Alberi. in l. item apud Labeonem. §. abduxisse. ff. de iniur. quz communiter approbati videtur ex relatione Boerij decis. 88. num. 6.

17
Admonere fratrem ubi periculum est an teneamur ardua quest.

18
Socium irime ri defendere non secus quam rempublicam teneamur.

SUMMARIUM.

- 1 Princeps liberum rerum nostrarum vsus, aut etiam abusus, impedire an possit.
- 2 Prodigere nostra possumus, fallit in tribus casibus.
- 3 Vitale nobis id, quod liber est.
- 4 Dominij definitio.
- 5 Libertatis definitio.
- 6 Dominij definitio communiter tradita notatur.
- 7 Dominium est etiam in rebus incorporeis.
- 8 Dominij definitio tradita per nouissimos notatur.
- 9 Princeps nobilibus prohibere ne nubant, non potest.
- 10 Monachi Minorite an dominium habeant in commestibilibus & vtensilibus, ardua quest.
- 11 Historia Casij.

CAPVT XVII.



VINQVAGESIMOPRIMO fluit etiam ex superioribus nostris sententijs definitio illius articuli, An si Princeps sine causa possit rei nostre liberu vsu impedire, id quod multi admittunt, dicentes expedire Reipublice ne quis re sua male vtatur. §. sed & maior asperitas. Inst. de his, qui sunt sui vel ali. iur. l. diuus. ff. si quis a pat. fu. manu. facit l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. vbi prodigo impeditur rerum suarum alienatio, & l. is cui lege. ff. de testam. vbi eidem denegatur testandi facultas, & l. Titio centum, in pri. ff. de condi. & dem. vbi alumno minus industrioso denegatur alienandi potestas, & facit totus titulus ff. de reb. eorum, & C. de pradi. minorum. vbi adultis denegatur pradiorum suorum alienandorum facultas, sed certe in omnibus his speciebus, & similibus, vsus rei nostre non debilitatur sine causa, quinimo iustissimis ex causis, vt dd. ll. patet. Sit ergo si regula vnumquemque rei suz liberrimum vsu habere. l. in re mandata. C. mand. adeo vt ea etiam possit abuti, tex. egregius in l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de pet. hzr. ibi, dum re sua se abuti putant, & l. 1. §. & magis. verb. prodigit. ff. si quid in fraudem patroni. adeo vt etiam prodigo manifesto id liceat quandiu nondum est sibi per iudicem bonis interdictum, vt est communis opinio Docto. secundum Alexandr. & Ias. ibi in d. l. is cui bonis. Fran. Aretinus in d. l. is cui lege. Ratio, si quia quod quisque homo sane mentis & legitime xtatis voluerit, quodque ei libuerit circa res suas, id vitale ei esse inspecta legis censura reputatur, quamuis inspecta communi hominum opinione inutile ei sit. §. praterea, cum Glos. Inst. de act. vbi Glos. ait, id portat leuiter, quod portat quisque libenter. facit d. §. consuluit. d. §. & magis. & l. quia autem. in principio. & §. 1. ff. quz in fraudem credi. cum ibi notatis per Glos. & vt lex ait, ipse sibi quoque infidiatus est, significans hominibus licere sibi ipsis infidiari, hoc est, ad suum incommodum res suas prodigere, etiam si in consequentiam quale quale damnum alijs resulter, vt dd. ll. & l. quia poterat. ff. ad Treb. §. sed neque. Inst. de autho. tut. & Inst. de lege Fusia cani. toll. vbi not. per Aldroband. l. non vsque adeo. ff. si quis a paren. fuer. man. & quod ist. hzc omnia superat dictu mirabile esse videtur, licet nobis etiam nosmetipsos vendere. §. si. Inst. de iure pers. l. si quis filio exhzredato. §. irritum. ff. de iniur. rup. Vnde luena. Satyra 3. ait:

1
Princeps liberum rerum nostrarum vsus, aut etiam abusus impedire an possit.

2
Prodigere nostra possumus, fallit in tribus casibus

3
Vitale nobis id, quod liber est.

Et prabere caput domino venale sub hasta.

Neque ad rem pertinent, quz in contrarium dicebantur, nam procedunt in personis, quz sunt vel xtatis illegitimz, vel non integre mentis. Tertia fallentia quando quis re sua abuti-

abuitur, eaque erat animæ rationalis, ratio est, propter naturalem cognationem, quæ inter nos omnes natura constituit. l. vt vim. ff. de iust. & iure. ita procedit d. §. sed & maior. & d. l. diuus. secundum quæ merus princeps, qui (vt ex nostris sententijs relatis apparet) ad meram subditorum vtilitatem creatus esse intelligitur, non poterit homini legitimæ ætatis & integræ mentis impedire liberum vsum rerû suarum, quia, & si id princeps fortè bona fide faceret, & ob vtilitatem ipsius prohibiti sollicitus, adhuc tamen ei impedito id inutile esse intelligeretur & noxium: sicque egrederetur ipsius principis iurisdictionem, vt supra plenè diximus. Secundum quæ planè colligetur qualis sit vera dominij definitio, est enim naturalis facultas eius, quod facere libet, nisi quid vi aut iure prohibeatur, quam definitionem colligo ex l. libertas. ff. de statu homi. §. libertas. Inst. de iure personarum. vbi dicitur quod libertas est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi quid vi aut iure prohibeatur, dominium enim in rebus habere quid obsecro aliud est, quàm eam liberrimam ad libitumque facultatem habere circa illam rem? Hinc parentes liberos, quos in potestate habebant, occidere & perdere poterant. l. in suis. ff. de lib. & posth. Idem in seruis. §. in potestate. Instit. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. quod hodie innouatum est, vt dd. iuribus.

Hinc apparet suspectam esse Bar. definitionem, qui in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acq. poss. scripsit, dominium esse ius perfectè disponendi de re corporali, nisi lege prohibeatur, quam definitionem sequuntur (multis tamen repugnantibus) magis communiter Doctores, vt per Alexan. & Claudium post alios ibi Fern. Berengar. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 31. ff. de acq. poss. Fran. Ripa in rub. de caus. pos. & propr. Bald. de præscri. par. 2. princ. q. 2. num. 6. & alij, quos allegauimus in præ. tra. de suc. prog. nu. 175. quib. adde doctissimum. Dom. de Soto. de iust. & iure. lib. 4. q. 1. art. 1. Cers. de potesta. eccle. conf. 13. Sed hæc Bar. definitio, dum ait perfectè notari potest, quid enim si eam donauit iuxta formam legum, de quibus per totum titulum C. de don. quæ sub mo. & quid si vendidi iuxta formam legum, quæ sunt sub titulo ff. de in diem adiect. vel iuxta eas leges, quæ sunt sub titulo ff. de lege commiff. vel iuxta forma l. 1. ff. de cond. ob caus. etenim in omnibus his speciebus, & similibus, constat me & si perfectè illius rei dominium habuerim, minus tamen perfectè de eo disposuisse, defendendo Bar. respondere possumus, referri ad potentiam non ad actum, sicque sumendum pro eo quod est liberrimè disponere. Rursus dum ipse ait, nisi iure prohibeatur, est addendum, vel etiam vi, vt scitè fecit Iurecon. in d. l. libertas, & in d. §. libertas: Quid enim si dum donare aut vendere rem meam vellem Princeps tyrannus

prohibuit, non idè minus eius dominium dicor habere, sicut dominium non desinit habere ad ultus, eo quod per titulos ff. de reb. eorum, & C. de prædi. min. alienare prædia sine decreto prohibeatur, aut maritus fundum dotalem: vt ff. de fundo dot. per totum titulum, sed & maiore nota eget Bar. dum dixit de re corporali, cum constet quod dominium esse etiam in rebus incorporeis: hæreditas enim & vsusfructus, & vsus, res sunt incorporales, vt Inst. de rebus corp. & incorp. in prin. & tamen in hæreditate dominium habemus. l. cum hæredes, in prin. vbi notat. Pau. Castr. & Alex. ff. de acq. poss. & in vsufructu dominium habemus. l. qui vsufructum. ff. si vsufruct. pet. & in vsu, quia dominium nihil aliud est quàm ius quoddam incorporeum, vt dd. ll. & tex. egregius in l. si. ad medium. C. de long. temp. præf. nisi fortè Bar. saluare fas est, in eum modum, quem attigimus in d. num. 175. doctissimus autem Sorus, vbi supra, talem dominij tradidit definitionem. Dominium (inquit) est propria cuiusque facultas & ius in rem quamlibet, quam in suum ipsius comòdum vsurpare potest quocunque vsu lege permisso, quæ definitio recidit in superiorem, nisi quatenus adiecit in suum ipsius comòdum, quæ verba significant citra suum comòdum dominium re sua vti non posse, nos autem prodigere & perdere rem suam dominum posse supra fusè ostendimus, quibus adde quod sine vlla causa potest etiam prodigere, & proderelicto habere, ita quod fiat primi occupantis. l. 1. & 2. & per totum titur. ff. pro derelicto.

Ex quibus omnibus etiam apparet minime quod licere principibus regni sui nobilibus prohibere, ne ijs inconsultis nubant, id enim quam magno opere naturalem libertatem eius quod cuiquam facere libeat, infringat, nullus non videt. d. l. liber. d. §. libertas. ergo ea res, vt pote noxia, non comprehenditur (sub ea commissione principibus data, quæ ad vtilia tantum, non etiam ad contraria (vt iam edocti sumus) porrigitur, quamuis non pauci principum contrarium facere soleant, quod minime laudo.

Denique quatenus de dominio proximè agebamus, an monachi quod Minoritanæ (quales sunt Franciscani, Dominicani, & reliqui) qui nihil proprium habere possunt in communi, nec etiam in particulari in rebus comestibilibus, quæ sibi elemosynæ loco & nomine elargiuntur, id dominium, an fortè vsu duntaxat habere intelligantur, dubitari solet, quia huiusmodi in rebus dominium ab vsu vix separari potest, vt per totum tit. ff. de vsufr. earum rerum quæ vsu constum. & l. omnium. §. constituitur. ff. de vsuf. & sanè hac in re stat constitutio Nico. 3. in extrau. Exijt. qui seminat, de verb. sig. lib. 6. & in clem. exiui de paradiso, eod. tit. & Ioan. 22. in extrau. ad

4
Dominij definitio.

5
Libertatis definitio.

6
Dominij definitio communiter tradita notatur.

7
Dominium est etiam in rebus incorporeis.

8
Dominij definitio tradita per nouissimos notatur.

9
Princeps nobilibus prohibere ne nubant non potest.

10
Monachi Minoritanæ an dominium habent in comestibilibus ex vsensilibus ardua quæstio.

ad conditorem. quæ quidem constitutiones inter se dissi' re videntur, S. Thomas 2. 2. q. 78. artic. 1. negat hinc in rebus dominium separari posse ab ipsarum rerum vsu. Sotus verò vbi supra, cuius sententia (iudice me) verior est, adfirmat separari posse, negatque eos monachos dominium habere in illis rebus non magis quàm in alijs. nam & si tempore (inquit) necessitatis egenus rebus possit potiri alienis ad suum vsum & victum necessarium, non idè earum dominium acquirit, sed nudum vsum facti. idè (inquit) quòd ad talem vsum his monachis datum esset, ab eis repeti posset, si qui dedit, vellet fortè ad aliam causam magis necessariã aut magis piam id conuertere: & vt conuiua non posset dapes mensa paratas arripere, arreptasque in domum suam reportare, quia non ad istarum rerum dominium assequendum, sed tantum ad illum designatũ vsum videtur inuitatus, ita & hi Minoritæ istarum rerum dominium non intelliguntur habere, sed tantum designatum earũ vsum, vt ad alios vsus eas conuertere nequeant. Nam & si tibi concederem, vt domum, vel vestem, aut librum meum, si liberet, combureres, combussisti, non propterea videberis domum tuam, sed meam cõbussisse. Et cum Casius, teste Appiano Alexandrino, & alijs, postquam copias suas à Cæsarianis fusas in ingenti illo prælio videret, impatientia dolos, aut tædio vitæ, aut metu, ne ad Cæsarem deferretur, iussit liberto suo, vt sibi necem inferret, paruit ille. non tamen quisquam diceret, eum libertum dominium Casij acquisisse, ed quòd eum peremit, non quoque reliquos homicidas trucidatorum dominos fieri. Denique cum iam ostenderimus proprii dominij id esse peculiare & natium, vt liceat quid quid lubeat, etiam abutendo, prodigendo, dissipando, pro derelicto habendo, monachi quæ huiuscemodi rebus comestibilibus vesci vtiq; possint, abuti verò, prodigere, pro derelicto habere nequeant, quin à quocunque possessore domino earum eas vendicare liceat, apparet eos dominium nunquam habuisse.

S V M M A R I V M.

- 1 Defensionem Princeps an tollere possit? ardua q.
- 2 Citationem Princeps an tollere possit?
- 3 Defensio est iuris natura.
- 4 Defendendi corporis causa alium occidere licet.
- 5 Defendendarum rerum causa occidere licet.
- 6 Defensionis necessaria causa occidere licet, non aliter.
- 7 Defendere se tenetur Princeps, etiam cum nece aggressoris, reliqui possunt, sed non tenentur.
- 8 Defendere me possum etiam cum nece aggressoris, licet is esset ad regimen publicũ necessarius iure poli contra Theologos, idem iure fors contra eosdem.

- 9 Vita mortalibus nihil charius.
- 10 Princeps esse desinit, qui fit tyrannus.
- 11 Defensionis causa occidere licet aggressorem, etiã iure poli, contra Gersonem.
- 12 Duellum inire non licet pro honoris, aut rerum defensione, ardua questio.
- 13 Defendendi honoris causa licet occidere.
- 14 Defensio inculcata est, licet quis fugere possit.
- 15 Duellum inire prouocatus, non tenetur morigerari.
- 16 Historia Augusti & Marci Antonij.
- 17 Historia Marij & Pompeij.
- 18 Honorem exhibere nobilibus reliqui an cogantur.
- 19 Honorem nobilioribus qui non exhibent, an teneantur iniuriarum.
- 20 Defensio inculcata non est in rusticis, vel clerico, quando poterant tute fugere.
- 21 Defensio inculcata quando videatur.
- 22 Vindicta aut defensio quando intelligatur.
- 23 Occidens damnatum ad mortem, capite punitur.
- 24 Occidens quare occidatur.
- 25 Appellationem denegans in causa capitali, an capitaliter puniatur.
- 26 Occidens vt occidatur, an procedat etiam in iudice, qui innocentem capitaliter damnauit, ardua questio.
- 27 Dolus an culpa quando in iudice presumatur.
- 28 Pœnam euitare facit ordinariam, qualibet etiam iniusta causa.
- 29 Iracundia ex iusta causa orta remouet pœnam in contenti, sed ex interuallo non remouet, sed lenit.
- 30 Ira ex iniusta causa concepta, nec remouet, nec lenit pœnam.
- 31 Iracundè facta, an pro insectis habeantur, in his, qua iuris sortiuntur effectum? ardua q.
- 32 Ira non presumitur, nisi probetur.
- 33 Homo animal rationale.
- 34 Ira mouet rationem.
- 35 Ira factum non videtur post interuallum.
- 36 Pœna culpa aqua.
- 37 Ira per dies triginta non videtur durare ad excusandum, contra Doct.
- 38 Iniuria verbalis, an infra dies triginta reuocari possit, not. questio.
- 39 Ira motu quid factum, infra quot dies dicatur, elegans q.
- 40 Ira iusta pœnam mitigat legalem.
- 41 Ira post interuallum an pœnam legalem minuat, egregia q.
- 42 Ira iuste concepta efficit, vt etiam post interuallum abolitio criminis impetrari possit.
- 43 Occidens non occidendi, sed vulnerandi animo, an occidatur, not. q.
- 44 Delicta an pari compensatione tollantur.

CAPVT XVIII.



VINQVAGESIMO SECVNDO defluit etiam ex nostra principali sententia definitio illius articuli, An princeps † defensionem nostram tollere possit? id quod

Defensionem princeps an tollere possit, ardua questio.

id quod in specie multi tenuerunt, affirmantes, summum Pontificem ex causa id facere posse, ita Alber. Ros. in l. omnes. in princ. C. de Episcop. & Cleric. Angel. n. l. si sic. ff. de lega. 1. Fernand. Loazes in consil. pro March. de Velez, dubitatione 1. pag. 337. num. 66. versu. sicut de defensione. Nellus in tra. bannitorum 2. q. secundi temporis. Alex. in l. cum mulier. col. 5. ff. solut. matri. Deci. in c. cum dilecti. colu. 7. ff. de except. Et idem princeps citationem tollere potest, ut cunque sit necessaria defensio, ut tenent Gloss. in l. is qui Reipublica. ff. ex quib. caus. maior. Felyn. in c. quz in Ecclesiarum. num. 26. de const. & alij quamplures (longè plurimis tamen repugnantibus) ut in przsa. tract. de succ. progressu enarrauimus. Quid dicendum? & sanè regula est, defensionem esse necessariam, à iureq; naturali profluentem. l. ut vim. ff. de iust. & iur. ibi, nam quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse videatur. c. ius naturale. 1. distin. l. 1. ff. de vi & vi armata. l. iniuriarum. ff. de iniur. c. significasti. 2. de homi. l. scientiam. §. qui nò aliter. ff. ad leg. Aquil. c. si verò. 1. de sent. excõ. & l. sed & si. ff. ad leg. Aquil. † Amplia ut procedat etiam, si inde sequatur homicidium, ut tradunt communiter Doct. in dictis locis per eadem iura, quibus adde Caieta. post sanctum Thomam secunda 2. quzst. 64. artic. 7. & Dominicum Sotum de iust. & iu. lib. 5. q. 1. arti. 8. Ludo. Rom. sing. 28. Accusatus de homicidio. Bald. in l. solam. C. de testib. idem Bal. in l. vni. C. de confes. Hæc ampliatio de homicidio variè intelligitur. Primùm quando factum fuit ob tutelam corporis homicidæ se ab occiso defendente, ut dd. ll. Deinde † etiam si id fieret ob defensionem rerum, ista (quamuis multis repugnantibus) duximus esse communem opinionem in tract. de suc. prog. in przsa. nu. 12. cum seq. ut per Ias. Io. Broscium, & alios in d. l. ut vim. & Carerium in sua pract. fol. 106. nu. 31. Bernad. Diaz de Luco regu. 587. quibus adde S. Thomam & Caieta. vbi supra, & Domi. Sotum d. lib. 5. quzst. 1. arti. 8. de iust. & iu. qui planè omnes idem sentire videntur, dum loquuntur generaliter, & allegant, nitunturque in Exodi 12. dum ait: Si effringens fur domum, siue suffodiens inuentus fuerit, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor nò erit reus sanguinis, vbi non de corporis, sed de rerum tantum defensione agebatur. Ad idè l. aduocati, cum ibi not. C. de aduo. diuerforum iudi. ita Sotus, vbi supra. Tertiò † intellige sufficere testes dixisse ad defensionem occisoris factum fuisse homicidium, etiam si nò expresserint eam defensionem esse necessariam, ut videtur voluisse Bald. in d. l. solam. ad fin. & Bar. consil. 110. Quidam Maffiolus, perc. 1. §. si quis hominem. de pace tenen. In contrarium tamen hoc casu videtur esse receptior opinio, ut per Bal. sibi contrarium in l. vnic. de cõfess. versu. tu assessor. col. 10. Ludo. Rom. vbi supra.

Nic. Pig. in add. ad ipsum Roma. Bartho. Czpolla consil. 42. idem Czpolla consil. 44. Felyn. in c. significasti. col. 5. de homi. Ias. in §. item si quis. Inst. de acti. & alij quos adduximus in d. num. 22. cum seq. Sed quidquid sit de modo probationis omnes vtriusque partis fautores in hoc conueniunt, homicidium, ut inculpatum videatur, non sat esse quod ad defensionem factum fuerit, nisi præterea ea defensio necessaria fuerit.

Quartò intellige, ut non solum quis inuasus, aut insultatus id facere possit, sed quod etiam ad id teneatur, si est † Princeps, vel persona ita egregia, quod ad Reip. bonum sit admodum necessarius, ita eleganter Dominicus Sotus, vbi supra. Limita primò, ut tale homicidium fieri non sit necessarium, sed potius esset opus perfectionis sese non defendere, secundum S. Thomam & Caieta. & Dominic. vbi supra, post Gersonem, quem ipse Domin. allegat in tract. de Euchar. q. intellige, quado insultatus nò esset tam necessarius ad Remp. gubernandam, ut proxime dicebamus. Deinde limita, ut homicidiu non aliter sit inculpatum, quam si fiat ad defensionem necessariam. Tertiò limita, † secundum Dominic. quando aggressor esset princeps, vel dux, seu alia psona egregia, & ad regimè Reip. necessaria, & aggressus psona ad tale regimè minimè necessaria, tunc. n. aggressus, ut se occidi pateretur, tolerari deberet potius quàm aggressorè necare, id q. Gersoni iam allegato sine dubio videretur, sed ipsorum opinio vera non est, quia palam est contra ius naturale iam relatum, & in mille legibus supra allegatis & similibus repetitum. Et hoc esset eum principatum ad meram ciuium vtilitatem admissus ad interuentionem ipsorum conuerrere contra omne ius, omnemque rationem, & contra nostram principalem opinionem, cum omnibus ferè iam congestis, præsertim in tribus capitibus superioribus. Et esset contra illam diuinam pollicitationem, quz inquit: Iugum meum suaue est. Et quàm † vita mortalibus chara sit, docet Ouidius lib. 5. Metamorph.

— Nihil è fortissime prater

Hanc animam concede mihi, tua cetera sunt.

Et Iuuenal. Satyr. 10.

Da spacium vite, multos da suppiter annos,

Hoc recto vultu, solum hoc pallidus optas.

Eadem aut his simillima optimè expressit Cicero, dum ait in Orat. in Va. Nemo est tam demens, tamq; parum de se cogitans, qui alienam vitam magis quàm suam diligit. Et rursus: Qui multorum custodem se profitetur, eum sapientes sui primum capitis aiunt custodem esse oportere, ita Philip. 12. Expressit idem Cicero, quibus verba Iuuenalis non parum oportuna sunt, sic canentis in Satyr. 13.

Ad vindicta bonum vita iucundius ipsa.

His

2
Citationem
Princeps an
tollere possit.

3
Defensio est
iuri naturæ.

4
Defendendi
corporum causa
alium occidere licet.

5
Defendenda
rerum causa
occidere licet.

6
Defensionis
necessaria causa
occidere licet,
nò aliter.

7
Defendere se
tenetur Princeps,
etiã cum
nece aggressor
ri, reliqui possunt,
sed non tenentur.

8
Defendere me
possum etiam
cum nece aggressor
ri, licet
non esset ad regimè
publicum
necessarius
iure poli, contra
Theologos,
idem iure
fori contra
eosdem.

9
Vita mortalibus
nihil
charius.

His etiã concinunt elegantia Nasonis poë-
mata, sic modulantis lib. 3. de arte Amandi:

*Iudice me, fraus est concessa repellere fraudem,
Armaq; in armatos sumere iura sinunt.*

Et Horat. lib. 3. Ode 4.

Vim temperatam Dii quoq; prouehunt

In maius, i'dem odere vires

Omne nefas animo mouentes.

Testis mearum Centimanus Gygas

Sententiarum.

His quoque ad stipulatur idem Cicero in 3. de finib. in hæc verba loquens: Vt tauris natura datum est, vt pro vitulis contra leones summa vi impetuq; contendant: sic ij, qui valent opibus, atque id facere possunt, ad seruandum genus humanum natura incitatur. Cum ergo ex tota authoritatibus constet hanc defensionem esse iuris naturæ, eam humano generi adimere velle, non impium modò, verum nefas quoq; videri debet, præsertim cum sit contra præceptum iuris diuini iam relatum, & cum charitas benè ordinata à se ipso incipere debeat. l. præses. C. de seruit. & aqua. & cum teste Terentio: Natura cum ita comparatum sit, vt omnes sibi benè esse malint, quàm alteri. id quod etiam descendere à iure naturæ testatur Cicero 3. Officiorum: Sibi (inquit) vt quisq; malit, quod ad vitæ vsum pertinet, quàm alteri acquirere concessum est, non repugnante natura. Et rursus eod. libr. Nostræ utilitates nobis omittendæ non sunt, alijsq; tradendæ.

Neque ad rem pertinet, quòd ille † aggressor sit Princeps, aut Dux Reipublicæ, aut persona Reipublicæ gubernationi multum necessaria: nam ij tales simul atque tyranni esse cœperint, continuò desinunt esse principes ipso facto, vt supra ostendimus c. 1. & 2. Itaque princeps Reipublicæ meæ, qui me immerentem, & inculpatum properat necare, aut vulnerare, ipso facto, ac ipso iure princeps esse desinit. Vnde si ad meam defensionem eum interfecero, nõ tam principem meum, quàm hominem iam priuatum interemisse videbor. Præsertim meam Rempublicam saluam esse, meæ interesse videtur, propter meam utilitatem, & propter me potissimum eius incolumitatem desidero, & desiderare debeo. Ergo iure naturæ magis diligo, & diligere debeo me ipsum, quàm meum Principem, aut Rempublicam. Quia secùdum Philoſophum Propter vnumquodq; tale & illud magis, & Proximus sum egomet mihi, vt Terentius ait, & probat d. l. præses, hanc esse charitatem benè ordinatam. Id quod nullus, qui ex toto non ineptiret, aut insaniret abnegasset, ergo præposterum esset, ac hominis omninò inani sua internecone velle hominem Reipublicæ vtilem seruare, quandoquidem etiam toti Reipublicæ se anteponeere suamq; salutem debet.

Quartò limitant † nonnulli, vt occidere

non liceat propter rerum, sed tantum propter personæ defensionem, quod dic, vt supra. Quintò limitat, vt generaliter in foro animæ occidere non liceat aggressorem, sed potius debeat quis pati se interfici, ita Gerson, vbi supra, & diuus Augustinus ad Publi. De occidentis (inquit) hominibus, ne ab eis quisque occidatur, non mihi placet cõsiliu, nisi forte sit miles, aut publica functione teneatur, vt non pro se hoc faciat, sed pro alijs accepta legitima potestate. Vbi negare videtur, cuiuspiam ne occidatur licere priuatim occidere. Et in primo de libero arbitrio. Quomodo (inquit) apud diuinam prouidentiam à peccato liberi sunt, qui pro his rebus, quas contemni oportet, humana cæde polluti sunt? & censet illas res in vniuersum esse contemnendas, quas homines inuiti admittere possunt, in quarum numero est vita. Et Nicol. Papa. Canone, de his clericis, distin. 50. ait: De his clericis, quibus consuluitis, scilicet, qui se defendendo paganum occiderant, si postea per pœnitentiam possunt ad pristinum statum redire, aut ad altiore ascendere, scitote nullam nos occasionem dare, neque vllam tribuere licentiam eis quemlibet hominem quolibet modo occidendi, cui quidem legi cum ad mores pertineat, videntur & laici esse subiecti. Quartò homicidium est grauius, quàm simplex fornicatio, sed nemini hæc ad seruandam vitam est licita: ergo neque homicidium facere. Postremò si arbor est mala, ergo & fructus, vt habetur Matth. 7. sed defensio ipsa videtur illicita contra illam Pauli monitionem ad Romanos 12. Non vos defendentes charissimi, ergo & aggressoris occiso erat peior. Sed hæc omnia procedunt de perfectione, non de necessitate secundum Sotum, vbi supra. Nec ad rem pertinet, quòd salutem animæ proximi debeam præponere salutem corporis mei, sicque cum aggressor verissimiliter veniat in peccato mortali, non debeam eum occidere, ne eius anima simul cum corpore pereat. Nam huic rei sufficienter respondit Sotus, cui adde quod & si eum lethaliter vulneraero, inter moras spiritus efflandi poterit pœnitere, & id facturum verosimillimum est, sicque cessat Gersonis argu. Sextò limita, vt † duellum inire non liceat, ibique occidere inimicum pro defensione rerum fortè nostrarum, aut honoris, aut alia quauis ratione, sed tunc via iudiciaria agendum est, secundum Sotum doctissimum Theologorum, vbi supra.

Pro defensione † tamen honoris liceret alium occidere secundum eum, ratio est, quia honor vitæ æquiparatur. l. alia causa, iuncta Gloss. ff. de manu. vind. immò Virginius in l. 2. §. penulti. ff. de origine iur. relatus & approbatus honorem filiz, eius vitæ anteponendum putauit. Ergo vt pro vita licet aggressorem occidere, ita & pro defensione honoris.

I 2

Et

10
Princeps esse
desinit, qui sit
tyrannus.

11
Defensio eã
occidere licet
aggressorem,
etiã iure poli-
corra Gersonem.

12
Duellu inire
non licet pro
honoru aut
reru defensio-
ne, ardua q.

13
Defendendi
honoru causa
licet occide-
re.

Et cum, vt supra ostendimus, pro rerum defensione occidere aduersarium liceat, multo magis pro honore defendendo id licebit: quia honor rebus est praeferendus. l. Iulianus. ff. si quis omi. cau. test. vbi per Doctores. l. j. §. coniunctim. ff. de lega. praest. & per Gerardum de Petra sancta, singulari t. idem Gerard. singul. 33. & idem singulari 82. quae sunt contra honestatem. colum. 1. & in specie ita etiam tenet Bart. & communiter Docto. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. vt per Ias. & Ioan. Orosium, & alios ibi per Gerard. d. singul. 82. Bal. in l. filius. ff. de cond. inst. idem Bald. in c. 1. col. 5. de pace tenenda in feud. Domin. Sotus Theologorum doctis. vbi supra. Vnde Bart. Bal. Gerard. Dominicus Sotus & alij communiter supra relati, si vir † nobilis aut honestus, seu ingenuus ab ignobili, vel vili fuisset aggressus, negant teneri eum ad fugiendum. Vnde si aggressorem occiderit, iure occidisse aiunt, iureque suo fecisse: quia id possumus duntaxat, quod honeste possumus. d. l. filius. & hoc casu constat illum non posse fugere honeste secundum mores hominum. Diuersum esse ait idem Sotus in duello, quia negat iniuriatus, vt teneatur iniuriantem ad duellum prouocare, quinimod † etiam qui prouocatus fuit negat secundum mores hominum prudentium secundumve prudentium opinionem, vt teneatur duelli pugnam acceptare.

Vnde † Octavius Augustus ad duellum à Marco Antonio, qui in summa rerum desperatione adactus erat prouocatus, respondit ipsi Antonio, plures alias vias patere ad mortem, ita refert Plutarchus in Apop. Qui etiam Apoph. lib. 5. de Caio Mario refert sequentia: In bello ciuili cum fossa cinctus obsideretur ab hostibus, continuuit sese tempus spectans opportunum. Pompeio autem Siloni dicenti: Si magnus es Imperator, ô Mari, descende in certamen, imò tu (inquit) si magnus es Imperator, coge me, vel inuitum decertare. Et hæc opinio Soti disertissimi in foro saltem conscientiae tenenda videtur, quamuis contrarium nominatim teneat Gerardus d. singula. 82. post Bald. quem refert in d. l. filius. & expressius in d. c. 1. de pace tenenda, qui eò mouentur, quòd crudelis esse dicatur, qui negligit honorem suum. c. nolo. 12. q. 1. id quod non negamus, sed honorem hoc casu apud bonos & graues viros lædi abnegamus, sicque & ad duellum prouocare & prouocatum descendere iure poli permillum, aut iure naturæ insitum hominibus esse negamus, & diuersam esse causam, vim & iniuriam præsentem incontinenti repellere palam est. Nobilis autem ignobiliorem cogere potest officio iudicis, vt ei cedat in sedendo, & in similibus reuerentialibus, secundum Gerard. singulari 33. nobilitate. num. 2. Ioan. Faber in §. aliam. Instit. de bonorum possess. Quinimod † si id non fecerit iniuriarum actione contra eum agere po-

terit, secundum eundem Gerardum ibi, post eundem Ioan. Fabrum, qui etiam attingunt, † an & manu armata incontinenti id tales nobiles persequi possint, quasi aliàs vim pati videantur, si eis debitus honor ab ignobilioribus denegetur, quæ omnia nec probo, nec modò improbo: quia aliquantulum aduersari videtur. l. quod attinet. ff. de reg. iur. ibi, quia eo iure, nempe naturali, omnes homines æquales sunt, & hoc iure naturali omnes homines vti debemus, nisi qua ex parte per ius ciuile & peculiare cuiusque; ciuitatis immutatū reperiatur. l. omnes populi. ff. de iust. & iu. §. sed naturalia. Inst. de iu. nat. ergò pars negatiua probata est iure communi, scilicet, naturali, pars verò affirmatiua pendet ex peculiari- bus populorum moribus, aut legibus: de honestate tamen, aut vrbantate & comitate par est, vti plebei cedant nobilioribus.

Denique Bart. Bald. Gerard. & Sotus, vbi supra, dum negant, nobilem aggressum teneri ad fugiendum, nominatim † contrarium admittunt in rustico & in clerico, quod & firmat Nicolaus Boër. decisi. 168. aliud quidem dubium num. 5. Ias. in d. l. vt vim. Ioan. Faber colum. 4. in §. ius autem gentium. Insti. de iu. nat. & est communis opinio. Et ibidem per Nic. Boër. in quibus consistat moderamen inculpatæ tutelæ. Et ad defensionem † videtur tuc fieri, quod incontinenti in ipso flagrante delicto fit, non diuertendo ad alios diuersos actus, & ante consummatam iniuriam, etiam antequam primus percussor de loco recesserit, dicto §. tabernarius. & Bal. in d. conf. 202. col. 2. vers. 2. vt defensi. lib. 4. & Iaco. de Are. quem sequitur Iacob. de Raue. Petr. de Bellapert. & Cyn. in d. l. 1. colum. 2. versic. sed dubitatur, quomodo sciemus. & etiam Ioan. Fab. colu. 2. versic. circa tertium. Bald. in repet. colu. 3. & Saly. ibi. C. vnde vi. & Bart. Bald. & Moder. in d. l. vt vim. & Gloss. Abb. Sicu. Ioan. de Ana. in c. significasti. in 2. & ibi Felyn. in 2. conclusio- ne, de homic. & tex. & ibi Gloss. in c. si verò. in 1. de sententia excommunicationis. & text. in l. quod ait lex. §. quod ait lex. ff. de adult. & Gloss. in summa. in verbo, pulsandam. 23. q. 1. & text. & Gloss. Car. Zaba. Ioan. de Imol. & Petr. de Anch. in cle. 1. de homic. tamen † arbitrio iudicantis relinquitur, quia si incontinenti in ipso flagrante delicto ad defensionem, si autem ex intervallo ad vindictam fieri dicetur. & idem Ang. in tract. malefi. in Glos. & dictus Titius se defendendo, col. 3. vers. & dicitur fieri incontinenti, & sing. Ioan. Iacob. in conf. 42. & magis apertè Franc. de Capitibus listæ, consi. 43. colu. 1. vers. secundus casus, quæ consilia ponuntur inter consilia criminalia Capollæ Veronen.

† Sed an pœna minueretur, quando Occius ille erat de iure occidendus, quia facinorosus, vel bannitus, vel iam fortè iudicis sententia cõdemnatus, & Bal. Pet. Cyn. & Barth. de Capua,

14
Defensio incul-
pata est, licet
quis fugere
possit.

15
Duellum mire
prouocatus non
tenetur mo-
rigerari.

16
Histo. Angl.
& Marci
Antonij.

17
Histo. Marij
& Pompeij.

18
Honorem ex-
hibere nobi-
libus reliqui
an cogantur.

19
Honorem nobi-
libioribus, &
nõ exhibentur,
an teneantur
iniuriarum.

20
Defensio incul-
pata non est
in rustico, &
clerico, quan-
do poterant
tute fugere.

21
Defensio incul-
pata quando
videatur.

22
Vindicta ante
defensio quæ
do intelligatur.

23
Occidens dam-
natum ad mor-
tem, capite
punitur.

24
Occidens qua
re occidatur.

pua, in l. addictos. C. de epif. audientia, ponunt quæstionem, qua pœna † puniatur ille, qui occidit illum, qui de iure erat occidendus, & dicunt quod pœna mortis, casus est in l. fi. C. de malef. & Math. hoc ponit, idem Bal. in d. l. fi. & in l. fideicommissa. §. si quis. ff. de leg. 3. Hippo. de Marfi. in l. 1. num. 13. ff. de fca. & in §. aggredior. nu. 41. in prac. crimi. & singu. 150. circa medium. Io. Arno. problema. 24. Fel. in c. cum iuramentum, in fi. de homi. Nic. Boer. deci. 84. per supradicta. Lud. Carer. in tract. homi. §. 2. nu. 146. post eos, quos alleg. & Lud. Rom. & Nicol. Pigno. ibi sing. 747. Ratio est, quia homicida non adimit vitam homini immortalis, sed aliter morituro vitam breuiat, & nihilominus capite punitur, sic ergo qui occidit damnatum ad mortem, quia breuiat vitam illius, capite punitur, qua ratione iudex † qui non detulit appellationi condemnato ad mortem in pari causa est, quia aliàs morituro vitam breuiat, sed interdum, secundum Guiliel. de Ludo. sing. 12. tenetur de vi publica. ita Ioan. Fab. in l. à proconsulibus. C. de appellatio. per l. lege Iulia, in prin. ff. ad leg. Iuliam de vi publi. & Doct. in l. fi. ff. de varijs & extraor. cogni. & Ioan. Faber, & Ang. Are. Instit. de oblig. quæ ex quasi delicto nascuntur, in princ. sed de iure canonico, qui non defert appellationi in causa criminali, deponitur, secus in ciuili, d. l. quoniam iudices. & l. iudicibus. & ibi Bal. distinguit, de appel. & d. c. de prior. & ibi Abb. Sicu. & Philipp. Deci. in fi. & c. decreto. 2. q. 6. & idem per illa iura tenet Bal. in l. addictos. C. de epif. aud. tamen vult iudicem qui non admisit appel. condemnati, ad mortem teneri capitaliter, per illum tex. & hoc nisi ex causa non admitteret appellationem, quia fortè erat periculum in mora, tunc potest ad executionem procedere, & postea superiori scribere causam quare non recipit, et si illa causa est legitima, non punietur, sin autem non reperiatur legitima, & debuisset appellationi deferre, tunc tenetur, l. si quis filio exheredato. §. secundò autem. in fi. & ita per illum tex. tenet ibi Pau. de Cast. post Bal. & Ioan. de Imo. ff. de iniusto, rupto testam. & Nicolaus Boerius decisione 153. iudex pactus. nu. 4. Et quod † talis iudex, qui condemnauit innocentem, debeat capite plecti, tenet Bald. in rubri. de pœna iudic. qui male iudic. vers. quæro qualiter debet iudex, & Saly. in l. eod. tit. vers. 6. an iudex. & Bal. in l. 1. colum. 4. ver. & aduerte, quia si iudex. C. ex delictis defun. & Aquen. in l. vt vim. col. 26. de iust. & iur. & Ioan. Baptist. in l. imperium, in fi. & ibi. Fran. Purpu. num. 132. ff. de iurif. om. iud. volentes talem iudicem puniri de occiso, & etiam lege Iulia maiestatis, vt ibi per ipsos. hoc tamè erit, vt dictum est in arbitrio superioris, mortem tali iudici imponere, si passus supplicium, iniquè & dolose fuerit condemnatus, quòd tenetur lege Cornelia, de sicarijs. l. 1. in princ. &

25
Appellatio-
nem denegās
in causa capi-
tali, an capi-
taliur punia-
tur.

26
Occidens oc-
cidatur, an
procedat eti-
am in iudice,
qui innocen-
tem capitali-
ter damnauit
ordina quæst.

§. 1. & l. lege Cornelia. in princip. & ibi Alexa. in addi. & Hippoly. ff. ad l. Corneliam. de sicarijs. & latius Hippolytus in l. quæstionis. colum. vlt. ff. de quæsti. aut minorem pœnam infligere, iuxta id quod deliquerit, vt dicit ibi tex. & Bal. in l. presbyteri. colum. 2. vers. adde quod habes. C. de Episco. & cler. pro hoc d. l. lege Iulia. §. hodie ad leg. Iuliam repetun. vbi si iudex ob hominem necandum pecuniam acceperit, vel non acceperit, & calore inductus interfecerit innocentem, quem punire non debebat, capite plecti debet, vel in Insulam deportari, vt plerique puniti sunt, & sic alternatiuè. & idem dicit Fely. in c. dilecti. colum. 7. vers. secunda declaratio. de excep. & Alex. in addi. ad Bar. in d. §. hodie. & Lucas de Pen in d. l. iudices. colum. pe. ante finem. vers. debeantur. & Paris de Puteo in tract. Synd. ti. de offi. Synd. vers. Syndicantur etiam officiales habentes officium publicum. & ille text. in §. hodie, est mirabilis, secundum Bal. & Doct. in locis supra alleg. quòd iudex, qui ex ira seu calore nimio aliquem necauerit & occiderit, non moriatur morte naturali, sed deportatione in Insulam, & sit melioris conditionis, quàm alius iudex non interficiens per iram: id quod quia videtur ab omni ratione alienum, interpretatione iuuandum est, vt quoties iudex dolo occidit, ordinaria homicidij pœna teneatur, sin autem culpa, tunc aliz pœnz mitiori subiaceat, id quod in reliquis quoq; est. & in eo duntaxat quæstio erit, quòd † dolus & quando culpa puniatur, & sanè regulariter in homine priuato occidente dolus præsumitur, si id non fecerit ad suam defensionem. l. 1. & 2. C. ad leg. Corn. de sicar. l. si non conuictij. C. de iniur. In iudice verò occidente, si quidem non per sententiam vt iudex, sed fortè ira aut inimicitia percitus mucrone percussit tunc idem, quia tanquàm priuatus fecisse videtur, quod si vt iudex fecit per suam sententiam si ea pecunia, vel simili mercede, aut vitio lata fuit, præsumitur dolus, & pœnz homicidij ordinariæ subiacebit, quod si hæc sordes cessarent, culpa præsumeretur, etiam si per iracundiam id fecisset, quia non præsumam factum per solam iracundiam, sed etiam propter culpam condemnati: fuit enim possibile quòd iudex nisi ira motus fuisset, eum non damnaret ad mortem, etiam si eam pœnam mereret, vel non tam properanter eum damnasset, itaque cum ille esset malefactor, licet eius culpa morte digna non esset, ea tamen, quæ erat, sufficit, vt in iudice non tam dolus, quàm culpa præsumatur: sicque is iudex non ad mortem sed alia mitiori pœna plectendus fuit. Nam † in delictis culpa etiam latissima non exquatur dolo, & à pœna ordinaria quælibet causa vtunque iniusta excusat, Boerius decisi. 168. aliud quidem dubium Glo. quam ipse dicit communiter app. in l. plagij. 2. C. ad leg. Flau. de plagarijs. l. 1. ff. de

27
Dolus, an cul-
pa quando in
iudice præsu-
mat.

28
Pœnã uitare
facit ordina-
riã qualibet
etiam iniusta
causa.

abig. ibi, siue iustis, siue iniustis rationibus motus, & secundum hanc nostram distinctionem iura supra alleg. componi & possunt & debent. Et circa d. 4. hodie. videbis eundem Boerium decis. 168. aliud quidem dubium nu. 16. Et pro iudice sententiam proferente facit presumptio. l. res iudicata. ff. de reg. iur. Sed his omnibus obstare videtur, quod si calor irae in delictis excusaret, nullum ferè delictum puniretur, cum ferè omnia delicta calore iracundiae fiant, ut docet experientia rerum magistra, & calor iracundiae tunc demum in consideratione esse debeat, cum in continenti, & sic ad defensionem & vim propulsandam, homicidium, aut vulnus infligeretur, ut dd. ll. supr. alleg. Respondeo quando fit in continenti, tunc excusatur quis ab omni poena, tam ordinaria quam extraordinaria, dum modò violentiae repulsio fiat cum moderazione, sicq; ad defensionem non ad vindictam fieri intelligatur. l. scientiam. §. sed si defendedi. ff. ad leg. Aq. Ceterum si ex interuallo, tunc calor iracundiae iuuat ad leniendam poenam, non ad eam euitandam. l. si adulterii cum incestu. §. Imperatores. ff. ad l. Iul. de adul. Dec. & Hier. Cagn. in l. quidquid. ff. de reg. iur. Aretin. conf. 80. Alex. conf. 76. lib. 1. Hippolyt. Marf. in l. 1. §. diuus. 1. col. pen. ff. ad leg. Cor. de sicarijs. Dec. cõf. 482. idem in l. vi vim. ff. de iust. & ju. Hippo. Marf. cõf. 25. & cõf. 129. Ias. in l. si filia. C. de inoff. test. Dec. & Fely. in c. Mattheus. de simonia. Boer. decis. 164. alia in super. nu. 17. & decis. 168. nu. 6. Quod procedit secundum omnes dummodò causa iracundiae esset iusta, & sic ad esset culpa ex parte illius, qui occisus vel vulneratus fuit contra ipsum vulnerantem, secus si non praecelsit vlla iusta causa, sed eum fortè accusauit de quadam blasphemia. Nam per hoc non esset iracundia iuste concepta, sicq; nec tolleretur, nec etiam leniret poenam ordinariam, secundum eos omnes, estq; comm. opin. Quibus adde Abb. & Ioan. Andr. idem tenentes in c. 2. de maledi. per c. inebriauerunt. 15. q. 1. Hieron. Cagn. in d. l. quidquid. nu. 9. Ias. in d. l. si filia. col. 2. Bal. & Salyc. in d. l. si non conuitij. C. de iniur. Ratio est, quia iracundia sunt, quae iuris fortiuntur effectum, & in his attenditur iracundia, ut iracundè facta pro infectis habeantur, nisi sequatur rati habitio. d. l. quidquid. l. 3. de diuort. ff. qualia sunt diuortium, votum, contractus, confessio. Quaedam sunt quae non fortiuntur iuris effectum, ut delicta, & in eis ira non attenditur. ita Bald. & Saly. in d. l. si non conuitij. & Cagn. in d. l. quidquid. nu. 6. Petr. de Bella pert. & Cyn. in d. l. si non conuitij. Nicol. Boer. decis. 168. nu. 15. Fely. in d. c. Mattheus. Aret. conf. 34. Alberi. in d. l. si non conuitij. Ias. in d. l. si filiam. Sed id in voto & repudio verum est, in contractu autem magis dubium. Quid. n. si pater odio filij, sicq; iracundia, aut maritus ira in vxorem concepta diceret, se aliqua ex domus supellectilibus vendidisse, perq; hoc vellet contractum rescindere, id sanè

nulla alia extrinsecus accedente causa, non admitterem propter ius homini acquisitum, cum quo durius agitur quam cum Deo, cui ex voto ius quodammodo quæsitum videtur. cogita ergò.

In quibus casibus verò ira efficit, ut actus ratur non sit, vel delictum mitius puniatur, probanda est & alleganda, non. n. presumitur, nisi probetur. ita Panormitanus & Felyn. in c. sicut, de iure iur. Philip. Deci. in d. l. quidquid, ad finem. & ibi Hierony. Cagnol. nu. 9. Ratio, quia homo est animal rationale, ira autem remouet ab eo usum rationis, ergo nunquam presumitur in homine, nisi probetur, quod homo sit animal rationale ultra omnes Philosophos, ostendit Ouidius, sic modulatus 1. Metamorph.

*Sanctius hu animal, mentuq; capacio alta,
Deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset,
Natus homo est.*

Et Manilius 4. Astrono.

*Sydereos oculos propriuq; aspectat Olympum,
Inquiriq; louem:*

Quod autem ira remoueat sensum quadiu durat, docet Horatius lib. 1. Epistol. sic canens:

Ira furor breuius est.

Et Terentius in Heauton.

Prae iracundia Menedeme non sum apud me.

Idem in Adelph.

*Ab me miserum vix sum compos animi, ita ardeq;
iracundia.*

Et Seneca in Medea:

*Difficile quam sit animum ab ira flectere iam con-
citatum.*

Et Persius Satyr. 3.

*Nunc face supposita feruescit sanguis & ira,
Scintillant oculi, dicit, facisq; quod ipse,
Non sani est homini, non sanus iuret Orestes.*

Et Homerus 8. Iliad.

Procul hinc procul ira recedat,

Qua turbat sapientem hominem.

Sed quia ira furor breuius est, ut iam ostendimus, non esset ferendus, qui causaretur, quasi ob iram delictum aut contractum se fecisset, si inter causam irascendi, & illum actum vel delictum, fuisset longum interuallum. Nam primus ille motus irae vix est in homine, ex interuallo autem diuersum est, & esse debet potissimum in iudicibus dicente Iuuenale Satyr. 8.

*Expectata diu tandem prouincia cum te
Rectorem accipiet, pone ira frana, modumq;.*

Et Cicero 1. Officiorum: Prohibenda est maximè ira in puniendo. nunquam. n. iratus, qui accedet ad poenam mediocritatem illam tenebit, quae est inter nimium & parum: cauendum est igitur ne maior sit poena quam culpa. Cum ergo ex interuallo, quod sit ex ira perpetratum minimè dici possit, apparet suspectum esse quod non pauci existimant, intra dies triginta à primo irae motu ex ira id factum intelligi, arg. c. cum apud Thessaloni-

32
Ira non praesumitur, nisi probetur.

33
Homo animal rationale.

34
Ira mouet rationem.

35
Ira factum non videtur post interuallum.

36
Pena culpa aequa.

37
Ira per dies triginta non videtur durare ad excusandum, contra Doct.

cam.

29
Iracundia ex iusta causa orta, remouet poenam in criminari, sed ex interuallo non remouet, sed lenit.

30
Ira ex iniusta causa concepta, nec remouet, nec lenit poenam.

31
Iracundè facta an pro infectis habeantur in his, quae iuris fortiuntur effectum, ardua q.

fam. 11. q. 3. ita Decius in d. l. quidquid, qua de re per Felynum in c. iurgantium. colum. 2. & in c. in causis, eadem. 2. col. de re iud. Hippoly. Marsili. in l. §. si. col. 15. de quzst. Thom. Gram. voto. 32. Ioannes Neuiz. in sua Sylua nupt. colum pe. Ias. in l. puniri. colu. si. C. si contra ius. Fely. in c. si quando. colu. 2. de rescriptis. Hinc † dicitur in dies triginta posse reuocari iniuriam verbalem, & quasi facta allegari possit intra id tempus calore iracundię, ita tenent non nulli ex suprà citatis, & præsertim Decius vbi suprà & Lanfrancus Orianus in c. quoniam contra. colum. 1. de probati. post Angelum & Imolam, quos allegat, & Ang. ita. not. tenet in d. l. si non conuitij, & Hippolytus Mar. singulari 626. calor iracundię, id quod refert Hieronymus Cagnolus in d. l. quidquid. & Nicolaus Boer. decisi. 168. num. 24. ille negat intra dies triginta posse reuocari, sed ante litem contestatam, antea vel postea factam utique iste absolute id negare videtur, sicque sunt tres opiniones, quod iniuriam verbalem possit ex pœnitentia reuocare ipsemet iniurians infra dies 30. Altera opinio quod possit ante litem contestationem. Vltima opinio quod nunquam, quæ fortè verior est, nam vt Horatius ait lib. 1. Epistolarum:

Et semel emissum volat irreuocabile verbum.

Idem Horatius in Arte Poetica:

Nescit vox missa reuerti.

Et quod semel factum est, infectum esse non potest. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & actio iniuriarum oritur ex ipsa iniuria consummata, iniuria autem verbalis oritur ex ipsis verbis. d. l. si non conuitij. C. de iniur. semelq; qrtæ ex facto tantum iniuriati tolli potest, ne per remissionem expressa vel tacita, quæ inducitur ex dissimulatione vnus anni. §. penul. & si. Inst. de iniuri. idq; quod nostrum est, (nempe talis actio) sine facto nostro auelli non potest. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. ergo non adimetur ex facto & pœnitentia iniuriati. Denique illud similiter, quod tot Doctores suprà allegati tradiderunt, nempe quod † ira motu factum quid dicatur intra dies triginta computandos à tempore iræ conceptæ ad tempus facinoris, vel actus postea subsecuti, quod Boerius & Cagnolus, vbi suprà, vix admittere videtur, nobis omnino suspectum (ne dicam ridendum) videtur. Nam præter quod nulla lege probatur, palam est ab omni ratione alienum, nam quot sunt arborum folia, tot & longè plures sunt & esse possunt causæ & occasiones, ex quibus homines iracundia commouentur & ardeant, suntq; & esse possunt dispares, in tot gradibus disparitatis quot sunt volatilium plumæ, aut piscium squamæ aut arborum folia. Quid enim si nobilis contra plebeium ira exardeat, quod eum non salutauit satis reuerentialiter? Quid item si ardeat eo quod eius vxorem stuprauit? quantum inter has causas vel occasiones irascendi & simi-

les interfit, nullus modò sanus non videbit. & inter ipsas verbales iniurias similiter par differentia est, ergò quod minima irascendi occasio data, & maxima irascendi occasio inflata, quamuis verbalis vtraque sit pariter, parique tempore possint reuocari, inciuile ac incòsultum esset. Et præterea contra hoc vrgent omnes rationes notatæ in præcedenti articulo, quas non expetit repetere. Verius ergo est in tali delicto iniurię etiam verbalis pœnitentię locum non esse. non magis quam in reliquis delictis, quamuis actio iniuriarum tempore legitimo præscribi possit. Deniq; iuxta propositam materiam sunt tres species considerandæ: Prima, cum homicidium aut vulnus sit, & in continenti, & ad defensionem. Altera cum sit in continenti, sed non ad defensionem. Vltima cum nec in continenti ad defensionem. Primo casu cessat pœna tam ordinaria quam extraordinaria cæteris habilibus, vt iam edocti sumus. Secundo casu † cessat ordinaria, sed extraordinaria imponitur, veluti si me baculo, aut palma, aut gladio fortè percussisti & fugiebas, tuncq; te insequutus interfeci. hoc enim casu non feci ad defensionem meam, cum iam fugere incœperas, sed feci ad vindictam, sed tamen quia id calore iracundię fiebat, minuitur pœna, vt suprà disseruimus. & tradit Hieronymus Cagnolus in d. l. quicquid. nume. 8. vers. licet prohibitum sit occidere fugientem, tradit Philippus Decius cõs. 482. idem Decius in d. l. vt vim, post Bart. & Fran. Areti. ibi per l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores. ff. de adult. l. 1. §. cum arietes. ff. si quadrup. paup. fecit. dic. vbi per Florianum. not. per Nicola. Boerium decisi. 168. nume. 4. vers. nec seruauerunt tempus. Vltimo casu, quando † ex interuallo, tunc quia nec ad defensionem fit, nec ex calore iracundię factum videri potest, sed tantum ad meram vindictam, locus est pœnæ ordinarię, secundum Doctores communiter in dd. locis, præsertim Boerium nu. 17. col. fin. d. decisi. 168. id quod nimis durum videtur, & cõtra notissimū illud arg. & proportionē de toto ad partē l. quæ de tota. ff. de rei vend. l. an pars. ff. pro derelict. l. hæredes mei. §. cū ita. ff. ad Trebel. Nam si marito, qui adulteros propria auctoritate interfecit, ex toto ignoscitur propter iustam causam iniurię atrocis acceptæ, etiam si id faciat ex proposito paratis insidijs, & sic nõ ram ex ira quàm ex inimicitia, vt d. §. Imperatores. cur non similiter remitteretur aliqua pars vel particula pœnæ legalis, ei, qui ad vindictam iniurię acceptæ alterius generis vulnerauit, aut occidit, vt quemadmodum quando maximuserat dolor incitans ad vindictam, tota pœna remittitur per d. §. Imperatores. ita quando minor esset dolor, saltem aliqua pœnæ particula remitteretur? Responde, id minimè expedire, nam si ego abs te iniuriam accepi, tu deliquisti, & puniendus es per magistratum

40
Ira iusta pœnam mitigat legalem.

41
Ira post interuallum an pœnam legalem minuat? egrègia quæst.

38
Iniuria verbalis an infra dies triginta reuocari possit, pot. quæst.

39
Ira motu factum infra quot dies dicatur, elegas quæst.

Reipublicæ, non priuata auctoritate mea. l. vnic. cum ibi not. C. quando liceat vnicuique. Ratio, quia si mihi vlciscendi aut puniendi daretur licentia, verisimiliter transcenderem modum, mensuramq; legitimæ punitionis & vindictæ, vtpotè, odio & ira in te & nimio amore erga me affectus, essetq; contra omne ius naturale & positium, vt essem iudex in causa propria. l. 1. C. vt nemo in sua cau. l. magistratibus. ff. de iurisd. om. iud. l. omnibus. C. de testibus. Rursus si ego te vulneraui aut occidi ad vindictâ iniuriæ abste acceptæ, nouum delictum aut maleficium est, quod nec tollitur, nec minuitur, aut infectum vll. ex parte redditur propter delictû abs te prius in me commissum, sed Reipublicæ integrum ius est puniendi, & primum delinquentem ex integro, & etiam secundum delictum ex integro, & ita fieri oporteret in terminis. d. §. Imperatores. nisi per illam legem cum similibus dispensatus & exceptus esset ille casus, propter rationes peculiare, de quibus ibi. & quia illa maleficia contra eum eôsve, contra quos committuntur, in domibus eorummet plerunque committuntur: & durum esset si à vindictâ tam iusto dolore æstuantibus iuberentur abstinere. Diuersum est, si filium meû occidisti, aut similia, hæc enim domi iniuriam passi rarè fiunt, sicq; cum non sit ad manus vindictâ ad publicos magistratus seditionis vitandæ causa vt iretur, consultissimè fuit constitutum. Sed licet † hæc sint de rigore iuris, tamen si quo casu iniuriatus in iniuriante deliquit, quasi vindictam moderatam vel nõ moderatam, sic mens propria auctoritate pœnæ ordinariæ, in quam incidit, abolitionem aliqua ex parte à principe impetrare debet, & potest, l. 2. C. de abolit. & tenet Boerius d. decisione 168. in fin. post alios, quos allegat.

Ergo longa differentia est inter iracundiæ calorem, & inter odium, & inimicitiam, licet & in odio, & inimicitia iracundia quoque plerunque sit. primum enim lenit ipso iure pœnam delicti: secundum verò non ipso iure, licet à principe ex gratia impetrari possit, vt minuatur, ideo cautè in d. l. quidquid dicitur calore iracundiæ. & in d. l. si filiam, dicitur inconsulto calore. & sic in similibus legibus, quasi non sufficiat sola ira (quæ plerunque in omni odio & inimicitia comes adest) sed præterea necesse sit, vt adsit calor, hoc est, sit recens, & sic vehementer. Ex quibus euidentius apparet, errasse longè, qui intra dies triginta durare iracundiæ calorem existimabant. tunc enim (vt est notum) non rectè aut aptè diceretur calor iracundiæ, sed potius iracundia, inimicitia, aut odium iracundum, de quo in l. 3. §. fin. & l. ex parte. cum sim. ff. de adim. lega.

Illud autem notandum est, quòd † si Titium vulnerasti, & ex vulneribus interijt, allegasti te non habuisse animum occidendi,

sed tantum vulnerandi (id quod non rarè accidit) audiendus es. Quinimò quod plus est, quò ad tuum animum hac in re tuo statuto iuramento, ita tenet Gloss. in l. 1. verb. non occidendi. C. ad leg. Cornel. de sicar. quam sequitur, & not. dicit Ioannes Arnonus singulari 44. vulnerasti Titium. Ludouicus Roman. in l. in illa. ff. de verborum obligat. l. as. in §. sed istæ. colum. 24. Institut. de action. id quod fortè admitti posset, quando essent indicia pro declaratione istius: Id quod euenit in causa nobilis viri Hispani anno 1562. qui iussit seruum suum, vt quendam virum in facie vulneraret, ille autem vulnus inflixit eius gutturi seu collo, & ex illo vulnere mortuus fuit, sed tamen famulus ille, & si ingenuus erat, vltimo supplicio affectus fuit, & domini accusatio etiam hodie finita non est, nobilis ille appellabatur Franciscus Gutierrem de Cuellar Segouiensis. Denique † cum paria delicta pari compensatione aboleri soleant, (vt in regula iuris) euenit ac consequens fit, vt si me baculo percussisti, & ad vindictam, ex interuallo te baculo percussi, hæc paria delicta pari compensatione tollantur, quò ad pœnam priuatim applicandam, sed quò ad eam, quæ Reipublicæ applicanda veniebat, non ita, ergò si ex integro exigitur à priore delincente, & ex integro quoque à posteriore.

44
Delicta an pari compensatione tollantur.

SUMMARYM.

- 1 Vindicta etiam in continenti, est peccatum in foro anima.
- 2 Casus imperit peccatum, & delictum fieri iu. po. & fo.
- 3 Casus quid.
- 4 Homicidij reus quando quis fiat, ardua questio.
- 5 Animus distinguit maleficia.
- 6 Pœna culpa maior non fit.
- 7 Culpa est miscere se rei ad se non pertinenti.
- 8 Delinquens sponte sua videtur puniri.
- 9 Homicidium culpa perpetratû extraordinariam inducit punitionem.
- 10 Homicidium nec dolo nec culpa considerabili factum, pœna etiam extraordinaria caret.
- 11 Pœna caret, qui fixis hominem dum taurum loco solito agitatum figere curabat, non sic si in loco insolito.
- 12 Homicidium aut vulnus insperatò factum, non habet plus culpa, quàm fuerat in causa, vt si ab ebrio fieres.
- 13 Vini effectus noxi.
- 14 Ebrietas inculpara, inculpatum facit quidquid inde sequitur.
- 15 Homicidij reus non fit, qui dat operam rei illicita, ex qua sequitur homicidium præter voluntatem occisoris, cum Soro, contra communem opinionem conclusiones sex.
- 16 Medicus, qui dum morari valetudinem aegroti volebat, eû peremit, an reus homicidij fiat? not. q.

42
Ira iuste concepta, efficit, vt etiam post interuallû obolizio criminis impetrari possit.

43
Occidens non occidendi, sed vulnerandi animo, an occidatur, not. q.

- 17 Homicidium fecit, qui vulnus tantum infligere volebat, & an homicidij reus fiat.
- 18 Homicidium & omne delictum interdum puni-
tur pœna ordinaria, interdum pœna extraor-
dinaria, interdum nulla.
- 19 Occidens mediatorem interdum extraordinaria,
interdum nulla puniatur pœna.
- 20 Occidens mediatorem se defendendo puniatur, si
erat de illis, qui fugere tenebantur.
- 21 Occidens mediatorem se defendendo puniatur, si
erat de illis, qui se defendere non debebant.
- 22 Occidens lapide versus hominum turbam iactò,
extra ordinem puniatur.
- 23 Occidens mediatorem dum filium, uxorem, disci-
pulum aut famulum castigaret, an puniatur?
- 24 Vulnerans vnum dum alium vulnerare volebat,
an ordinariè puniatur?

C A P V T X I X.



REDEVNDO ad tres casus suprâ consideratos, qui, vt diximus, procedût in foro cõtetiolo. Nâ † in foro animæ, quod fit ad me-
ram defensionem, inculpatum est, quod verò fit ad vindictam, siue fiat in cõtinenti, siue ex interuallo, inducit peccatum mortale, esseque, ita videtur communis op. Theologorum, vt per Domini. Sotum de iust. & iure, lib. 5. q. 1. art. 8. Sanctus Thomas 2. 2. q. 64. art. 7. cum seq. Quid † autem si casu homicidium fecit aut vulnus intulit, stuprum vel adulterium vel simile quippam perpetravit quis, an teneatur? & non teneri eum magis est. Ita sub longa tamen distinctione sentit Sanctus Thomas 2. 2. q. 64. art. 8. Dominicus Sotus, vbi suprâ, art. 9. & Caietanus d. art. 8. q. 64. & reliquorum Theologorum videtur esse communis opin. Causaliter † perpetratum accipere debemus, quando secundum humanâ diligentiam debitam & congruentem, secundum negotiorum actuumque, de quibus agebatur, qualitatem, is nec in dolo neque in culpa fuit, quamuis in rerum natura possibile foret maiorem adhiberi cautelam & circumspeditionem, secundum Sotum, vbi suprâ, & facit §. 2. & §. 3. In situ. quib. mod. recontr. oblig. l. si vt certò. §. 1. & per totam l. ff. locati. dum dictis iuribus, casibus fortuitis an numeratur in cendium, quod tamen nunquam contingeret, si omnis humana diligentia quàm exactissimè adhiberetur, itaque nò intelligo sufficere quòd quis adhibeat eam diligentiam, quam solitus est in alijs rebus adhibere, sed oportere debitam adhibere diligentiam secundum actuum qualitatem, quod ad communem & frequentiores hominum actiones referens, vt nec sufficiat quòd ipse talem diligentiam adhibuerit, qualem reliquis in rebus, siue suis, siue alienis adhiberi solitus erat? siquidem ea segnior aut incautior erat, quàm ea quam hominum plerique in illius modi &

qualitatis rebus adhibere solebant, Nec contra tam exactissimam exigamus quantum adhiberi possibile erat, vt dd. iuribus. & loquimur de homine mediocris ingenij & intellectus. Secundum quæ Diuus Thomas & reliqui Theologi communiter, de quibus mentionem habuimus, aiunt & statuunt tres conclusiones, prima: Qui † dabat operam rei licitæ, & adhibuit debitam diligentiam, licet inde homicidium sequatur, non efficitur reus homicidij, sicque duobus demum concurrentibus desinit fieri reus homicidij, Primùm quòd operam daret rei licitæ, secundum quod adhiberet debitam diligentiam. Inde subsequuntur aliz duæ conclusiones, quòd reus homicidij fiet quando dabat operam rei illicitæ, etiam si adhiberet debitam, vel mediocrem diligentiam. Item, quòd reus homicidij similiter fiat, etiam si rei licitæ operam daret, siquidem debitam diligentiam non adhiberet.

Nunc descendamus ad exempla, quia superiores conclusiones sunt communiter receptæ à plerisque tam Theologorù quàm Iuristarum. Hinc enim fit, vt si putator ex arbore deiecto ramo hominem vulnerauit aut occidit, si quidem proclamauit vt transeuntes possent sibi præcauere, homicidij reus non erit, quia & rei licitæ operam dabat, & adhibuit proclamando debitam solitamque diligentiam. Idemq; in refartore tectorum, si id fecit, dum regulas tecti componeret. Idem si medicus seruum, vel liberum hominem dum curaret mediocri & debita diligentia vsus fuit, licet ex vulnere vel morbo perierit, similiter homicidij reus non erit: quia & dabat operam rei licitæ, & adhibuit debitam diligentiam. Idem si mulio aut auriga, qui currum ductabat, proclamauit, vt sibi præcauere possent transeuntes, licet tunc rotis currus seruus vel homo liber saucius aut occisus fuerit, homicidij reus non erit. Ceterùm in omnibus his speciebus & similibus, si debitam illam diligentiam non adhibuisset, reus esset homicidij, nò tam dolo quàm culpa commissi, sicque ordinaria pœna vltimi supplicij non afficeretur, sed alia extraordinaria & mitiore iuxta modum mensuramque culpæ. Neque ad rem pertinet, quòd † vbi non est animus nocendi, non videatur esse delictum, l. diuus, cum ibi plenè not. per Glo. & Doct. ff. de offi. præf. (vt in furioso & similibus) vbi autem delictum nò est, ibi nulla pœna esse debeat. l. i. ff. de iust. & iur. l. absentem. in prin. ff. de pœnis. Vnde Cicero lib. 1. Offi. Cauendum † (inquit) est ne maior sit pœna, quàm culpa, Nec dubium est, quin vbi culpa nulla est, ibi quælibet pœna culpa maior vt sit necesse est. Nam ad hoc responderetur, quòd siue illi, putator, vel tecti fartor, vel medicus, vel mulio debitam diligentiam adhiberi deserint, & per hoc vulnus homicidium secutù fuerit, siue exactam diligentiam adhibuerint, si tamè imperitia eorum vulnus homi-

4
Homicidij reus quòd quis fiat, ardua questio.

5
Animus dicitur stringit maleficia.

6
Pœna culpa maior non fit.

1
Vindicta etiam in conscientia est peccatum in foro animæ.

2
Casus imperditi peccatum & delictum ferire poli-
tici.

3
Casus quid.

homicidium te fuit subsecutum, semper videntur in culpa esse, quia vel intellexerunt, vel intelligere debuerunt, ex tali negligentia, vel imperitia, verisimiliter tale homicidium aut vulnus subsecuturum esse, eamque imperitiam aut negligentiam esse verisimilem occasionem illius mali futuri, sicque huic periculo concessum præstiterunt taciti, & culpæ rei sunt, tum quod culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti. l. culpa est. ff. de reg. iur. ad imperitum verò cuiusque artis eam exercere & profiteri nõ pertinet, tum etiam quod in genere videntur de illo periculo cogitasse, ei que periculo sese commisisse & exposuisse, sicque in sententiam Domini incidisse dicitur: Qui amat periculum, peribit in illo. Iuncta l. qui iure militari. ff. de mil. testa. Simillimum est, quod in delictis suo consensu plecti unusquisque videtur. l. Imperatores. ff. de iure fisci, ibi tu te huic pænæ subdidisti, & l. fin. C. ad legem Iulia. maieft. ibi, quodammodo sua sponte punitur. Cogitavit enim aut cogitare intelligitur, qui delinquit inde punitionem pænâque legalem profecturam esse, dixi plenè de succ. crea. lib. 1. prope finem. nu. 665. sic ergo & in specie nostra, qui se per imperitiam suam, suamque negligentiam ignorare nõ debuit causam occasionemque certam aut verosimilem daturum mali futuri, illius quidem mali reus & obnoxius erit, ita probatur in §. 1. cum tribus sequen. Inst. de lege Aquil. cum similibus. ideo, vt legitur 4. Genesis Homicidium viro Lamech imputatum fuit, qui bestiam figere conatus hominem transfixit iaculo. Item legitur Exodi 21. Si quis percusserit mulierem prægnantem, & abortum illa fecerit, si mors fuerit subsecuta, reddet animam pro anima. & ita procedunt omnes ferè Canones, qui sunt sub titulo de homicidio, & l. distincta. per totam.

Quæ omnia ita temperanda sunt, vt in exemplo de muliere prægnante pulsata, intelligatur cessare pænâ ordinariam, quando culpa tantum, non etiam dolo id factum fuit, sed culpa sufficit, vt pænâ extraordinaria imponatur, quod si pulsatio à marito tam leuiter facta fuerit, vt inde mortem, aut etiam abortum sequi, non esse verosimiliter credendum, nec sequi solere secundum communem frequentioremq; euentum, nec etiam aliud periculum considerabile, magis tunc est, vt damnum, si quod inde secutum fuerit, casui adscribendum sit, & consequenter cesset pænâ non solum ordinaria, sed etiam extraordinaria, d. l. diuus. cum similibus, iuncta l. que fortuitis. C. de pignor. act. l. si vt certo, per totam legem. ff. commod. §. 1. 2. & 3. Inst. quib. mod. recontrahi. obliga.

Quæ distinctio de exemplo facti homicidij in venatione repetita intelligatur. nam si telum Lamech cõiectum fuit versus eam partem ubi erat hominum turba, cogitavit aut cogi-

tare debuit ibi periculum homicidij aut vulneris faciendi fore paratum, sicque in culpa fuit. Vnde cum apud nos Hispanos sit frequens illud spectaculum de taurorum agitatione, in quos turba hominum sua tela conijcit, certè si quis telo fixit hominem, dum taurum figere properabat in loco solito (puta in platea) reus vulneris non erit, quia ibi omnes debent sibi præcauere, & ad hoc esse parati, quod si in loco insolito & vbi esset frequens hominum turba, tunc teneretur, quia ibi & aderat quale periculum, & turba hominum erat incauta & secu. licet vtroque casu iaculator nõ deberet ignorare quale quale periculum adesse, tamen quando iaculatus fuit eo loco & tempore, quo tauri agitabantur, & omnes in eos sua tela conijciebant, non fuit necesse proclamare ad turbam vt sibi quisque caueret, quia ex natura & qualitate illius rei actusque omnes sibi præcauere debebant, cæterum extra locum solitum turbæ hominum incautè deque illo periculo minimè cogitanti nihil esset imputandum, iaculator ergo primo casu iuste potuit cogitare quod unusquisque sibi caueret, sicque ex illa iaculatione nihil mali sequeretur. Secundò autem casu debuit cogitare, quod turba hominum ab illa iaculatione insperata sibi minimè caueret, sicque inde verisimiliter periculum sequeretur & damnum. Quæ distinctio planè probatur in §. item si putator, cū ibi not. Inst. de lege Aquil. iuncta sententia diui Augustini 22. lib. contra Faustum, quatenus ait, Loth, qui ebrius incestum commisit, non fuisse reum incestus, eò quod crimen illud non habuit plus culpæ quàm præfuerat in ebrietate, id, quod sequitur Dominicus Sotus, vbi supra, & rectè. Itaque id tantum inspicitur, quod principaliter agitur, non autem id quod inde casualiter subsecutum fuit, vt iuribus supra allegatis, & l. si quis nec causam, cum ibi no. per Glo. & Doct. ff. si cer. pet. sed bene inspicitur id quod inde verisimiliter subsequi solet. l. si quis hæres institutus, verb. sunt enim appendices præcedentis institutionis. ff. de acq. hære. Vinum certe non moderatè sumptum malos producere solet effectus, detegit enim arcana, soletque manus ad arma vocare, animosque Veneri procliues ardentisque parare. Vnde Virgilius de Venere & vino sic cecinit:

Arcanum demens detegit ebrietas.

Et Ouidius lib. 2. de remed. amoris:
*Quid tibi precipiam de Bacchi munere queris,
Vina parant animos Veneri.*

Et Horatius lib. 1. Epistolarum:
*Quid non ebrietas designat, operta recludit,
Spes iubet esse ratas, in prælia trudit inermem.*

Cum (inquam) ebrietas sit periculosa ad arma, quia nonnulli ebrij sunt longè magis furibundi & rabidi quàm reliqui, tunc qui huiusmodi se esse dum ebrius sit, intelligeret, is si ebrius quem vulnerasset, nõ solum ebrietatis,

7
Culpa est miscere se rei ad se non pertinenti.

8
Delinquens sponte sua videtur puniri.

9
Homicidium culpa perpetratum extra ordinariam inducit punitionem.

10
Homicidium nec dolo nec culpa confiderabili factum, pænâ etiam extraordinaria caret.

11
Pena caret, qui fixit hominem dum taurum loco solito agitatum figere curabat, non sic fit in loco insolito.

12
Homicidium aut vulnus insperato factum, non habet plus culpæ quàm præfuerat in causa, vt si ab ebrio fieret.

13
Vini effectus noxi.

tatis, sed etiam vulneris dati reus fieret. Nam & qui sciret se furere Veneris calore dum ebrius fieret, tunc si filiam fortè vel sororem dum ebrius esset compressisset, etiam illius incestus reus fieret. Et si quis sciret se omnia dum ebrius esset garrere & recludere solitū, tunc si ebrius arcanū principis sibi (vt fortè Consiliario) notum aperuisset, non solum ebrietatis, sed etiam illius criminis reus fieret: arg. d. l. si quis hæres institutus, verb. sunt enim appendices, & c. In omnib. tamen ijs casibus & similibus, quia non dolo sed culpa peccatū fuit, alia pœna mitiore quàm ordinaria plectendus esset, quia causa etiam iniusta à pœna ordinaria excusat, vt supra ostendimus. Quæ omnia limitata, vt non procedant, quando † in ipsa mete-brietate nulla omnino culpa ebrii fuit, veluti si ex malitia quadam occulta ipsius vini ebrius factus fuit, cum tam parū vini absumeret, quo non solebat inebriari: vel si ex cibi cuiuspiam comestione (id quod non raro accidit) inebriatus est illius virtutis nescius, in his enim speciebus & similibus, si ebrius maleficium cuiusvis generis patraffet, reus non esset iure ciuili, non quoque iure canonico, nec etiam iure poli. d. l. diuus, cum similibus supra allegatis.

Denique qui † dat operam rei illicitæ, ex qua sequitur homicidium præter voluntatem & insperatò, communis opi. supra relata diui Thomæ & Caietani, vbi supra, & Syluetri in summa, verb. homicidio. 2. dubio 18. vult homicidij reatum committi, quæ conclusio nullo iure probatur directo, sed à cōtrario sensu, facit c. lator. c. dilectus filius. c. Ioannes. c. ex literis. de homici. & in dictis locis. hæc est communis opinio Canonistarum secundum Dominicum Sotum lib. 5. de iust. & iure. q. 1. arti. 9. Vnde consequens erat dicere secundum eū, quod si clericus adulterio deprehensus ad suam defensionem cum moderamine inculpate tutelæ aggressorem occideret, irregularis fieret & homicidij reus, deinde sequeretur quod si die festo campanam de campanili clericus deponens (& sic opus faceret seruile tali die vetitum & illicitum) tignum inde cadens puerum occideret, clericus ille irregularis & homicidij reus fieret. Tertio eadem ratione sequeretur, quod si fur tim quis arborem alienā cædebat, & si abundè clamaret, vt transeuntes possent sibi præcauere, adhuc tamen si ramus cadens quem occideret, is homicidij reus fieret. Quarto sequeretur q. si quis vetante dño, & sic illicitè syluam alienam venandi causa ingressus, insperatò dū ferā transigere vellet, hominē transigeret, homicidij reus fieret. Quinto sequeretur, q. si fur nocturnus pannos brumali tēpore, quib. anniculus puer tegebatur, subtraxit ignorans sub illis esse puerum, illeq; frigore interierit, is fur homicidij reus fieret. Sexto sequeretur quod si auriga, qui currum furatum ductabat hominem transeuntem

(quamuis proclamauerat, vt ille sibi posset cauere) rotis peremit, homicidij reus fieret. Sed in omnibus his speciebus contrarium & humanius est & verius in puncto iuris, quia his in casibus homicidium est merè casuale, & omnino præter intentionem, mentem, & animum occisoris, non solum in specie, sed etiam in genere. Nam neque in genere verisimiliter potuit aut debuit ex talibus actionibus successurum esse homicidium cogitare, sicque tale homicidium est merè casuale, & consequenter merè inculpatum, & per hoc merè impunitū, per iura & rationes de quib. supra, & ita ex presim cæteros reprehendens tenet doctissimus Sotus vbi supra, nominatim enumerās quatuor species ex sex supra relatis. Et ad c. ex literis, cum similibus supra allegatis, respōde vt pereum, quæ omnia intellige primum de iure Canonico, deinde etiam de iure Ciuili, postremò etiam in foro animæ, idq; indubitabilis.

Illud autem notandum est, quod quibus in casibus quis dabat operam rei illicitæ, vnde successit homicidium, insperatum tamen ab ipso occisore, quale esset (vt non raro accidere rumor est) cū † medicus, aut chirurgus medicamentis aut pharmacis vsus fuit, nec lethaliibus quidem, nec etiam salubribus, sed talibus, quæ miserum ægrotum in eodem statu detinerent, infirmusque tempore & morbo debilitatus, præter intentionē medici perijt, tunc quidem is medicus homicidij pœnam ordinariam non subibit, quia non tam reus est homicidij dolo quàm culpa commissi, vel si fuit dolus, non quidem fuit dolus ad homicidiū, sed tantum ad lucrum directus, sicq; in diuersa re non in ea, quæ subsecuta fuit. dolus fuit. id quod confirmatur ex eo quod las. in §. sed iste. Inst. de act. Ioannes de Arnono singulari 44. Ludo. Roma. in l. in illa. colum. p. ff. de verb. obliga. Accursius in l. 1. verb. nō occidendi. C. ad leg. Corn. de Sicarijs tradiderūt, dum aiunt quod qui † alterum vulnerauit non occidendi sed tantum vulnerandi animo, si ille ex vulnere perijt, non tam homicidij quàm vulneris reus est. Secundum quæ est moderanda illa communis opin. Canonistarum & Theologorum de qua supra, vt qui dabat operam rei illicitæ, ex qua successit homicidium inuoluntarium, homicidij reus fiat, ita tamen vt non pœna ordinaria homicidij puniatur, sed alia mitiori, quia non tam dolo quàm culpa id homicidium factū videretur. Sunt enim duo delicta, alterum dolo, alterum culpa commissum. Dolo committitur delictum in ea re illicita, quæ principaliter & intentionaliter agebatur. Culpa committitur in homicidio inopinatò inde secuto, vt in exemplo proximè relato. Intellige, quando potuit verosimiliter cogitare homicidiū inde sequi, vt in exemplo medici, non sic quando id euenturum verosimile non erat, vt in sex exemplis supra relatis.

Igitur

14.
Ebrietas inculpatam, inculpata facit quidquid inde sequitur.

15.
Homicidij reus non fit, qui dat operam re illicitæ, ex qua sequitur homicidium præter voluntatem occisorem, cum Soto, contra communem opinionem conclusio nec fit.

16.
Medicus quidum morari ualitudinem ægroti uolebat, eum peremit, an reus homicidij fiat, nor. q.

17.
Homicidium fecit, qui uolnus tantum insigere uolebat, et an homicidij reus fiat.

18

Homicidium et omne delictum interdum punitur pœna ordinaria, interdum pœna extraordinaria, interdum nulla.

Igitur cum sit homicidium aut vulnus sunt tres casus, Primus si occisor † de homicidio in specie cogitavit, vt si voluit occidere & occidit. Alter cum in genere tantum verosimiliter cogitavit, vt si iaculum, telumue lethale coniecit versus turbam hominum, tauri aut volucris transfigendæ causâ, vel si fortè voluit hominem vulnerare duntaxat, isque ex vulnere perijt. Tertius quando nec in genere nec in specie de homicidio aut vulnere hominis cogitavit, quamuis dabat operam rei illicitæ, vt in sex exemplis supra relatis. Primo casu imponitur pœna ordinaria mortis. l. 3. C. de episc. audi. Secundo casu non ordinaria, sed alia extraordinaria mitior. Vltimo casu nulla omnino pœna pro homicidio imponitur, quamuis res illa illicita, cui ille operâ dabat, facit eum debitè pro illius rei qualitate puniri. Secundum quæ communis opi. Theologorum & Canonistarum dicentium, homicidij reum fieri eum, qui dabat operam rei illicitæ, ex qua homicidium etiam insperatè securum fuit, vera est ex toto in primo casu supra relato, in secundo autem vera est ex parte tantum, nempe quò ad pœnam extraordinariam, in tertio verò casu nec ex toto nec ex parte vera est. Quæ autem pœna sit illa extraordinaria, quæ imponitur pro homicidio insperatè contingente, tradit Nicolaus Boerius decisio. 83. aliam quæstio. num. 8.

19

Occidens mediatorem interdum extraordinaria, interdum nulla punitur pœna.

Ex his colligitur quid respondendum sit, si fortè cum † duo essent rixantes se, seque inuicem digladiantes, quidam tertius mediator, qui eos ad pacè reducere studebat, vulneratus vel occisus sit ab vno ex illis, vtrum ordinaria pœna, an extraordinaria, vel fortè nulla plectetur? Qua in re si ab eo, qui se legitime defendebat, occisus fuit, cessat pœna tam ordinaria quam extraordinaria, quia ille nihil ad aliud intendere videtur quò ad sese defendendum, defensio autem permessa, & sic inculpata est. ista est cõmunis opi. quam tenent (per l. scientiam. vers. sed si se defendendo. ff. ad legem Aquil.) Franci. de Capit. inter consi. Cæpollæ, consi. 2. Hippol. Marfi. in l. de minore. nu. 37. ff. de quæst. Cæpolla consi. 34. col. 4. & alij plures, quos refert, & sequitur Nico. Boer. decisio. 83. num. 9. vers. & hoc si est aggressor. Quod si is erat aggressor, tunc quia in genere potuit & debuit cogitare (id quod non rarò fit) vulneratum aut occisum iri mediatorem, si ipsi rixantes illico ad eius interuentum sese non diuiderent, extraordinariè puniendus est, non ordinariè, quia ibi præsumitur de fuisse dolus, licet ad sit culpa. hæc etiam videtur communis opin. vt per eundem Boerium ibi, Ang. in l. si cum seruo, per illum tex. ff. de iniur. cum alijs per Boerium allegatis. Idemq; † & si occisus esset ab aggresso, si erat de illis, qui fugere debebant, quia tunc defendendo se illegitimè iure diceretur dare operam rei illicitæ. Vnde homicidium ab eo inde perpetra-

20

Occidens mediatorem se defendendo punitur, si erat de illis, qui fugere senebantur.

tum, & si non dolo, tamen culpæ annumerandum esset. & per hoc extraordinariè puniretur, & hæc quoque opi. esse videtur ex mente Doctorum communiter, vt per Boerium ibi, & esse veram opin. patet ex supra allegatis. Et ideo si fortè miles à duce vel capitaneo suo, vel libertus à patrono præsertim iustæ castigationis gratia aggressus fuisset, vel famulus à dño vel discipulus à magistro, isq; cum & posset & deberet fugere restitit, seseq; defendere cœpit, mediatoremque occidit, vel vulnerauit, culpæ reus esset, extra ordinemque puniretur de tali occisione, & ordinariè propter talem irreuerentiam iniuriarum actione teneretur.

Apparet etiam ex his quòd † si quis versus hominum turbam lapidem proijciens hominem occidit, ordinariè non punietur, cum desit dolus, sed extra ordinem, quia ad est culpa, cū de eo in genere cogitare & potuisset & debuisset. Ita Paulus Castrè. in l. & si seuerior. col. 2. C. ex quib. cau. in frau. irrog. Bal. in l. data opera. col. 3. C. qui accus. non poss. Decius consi. 9. col. 1. Boerius decisio. 83. num. 12. vers. & quod supra. ex cuius alleg. apparet hanc esse communem opin. Apparet etiam veram esse opinionem Cæpollæ conf. 83. (quam sequitur Boerius d. decisio. 83. num. 10.) existimantis quòd si quis dum inter inimicos sagittabat, parentem in medio existentè insperatè transfixit, non tenetur lege Corn. Sed an extra ordinem puniatur pendet ex nostra distinctione proximè relata. Quid ergo † si pater filium, maritus vxorem, magister discipulum moderatè corrigebat, vel capitaneus militem, & pugno fortè, vel baculo, mediatorem insperatè vulnerauit, & vt nec extra ordinem nec ordinariè sit puniendus, Albericus in l. si quis in graui. §. si maritus. ff. ad Syllani. & Boer. vbi supra, num. 10. scripserunt, & rectè quia & dabat operam rei licitæ, & vt eis animus non erat baculo vel flagello vxorem, militem, filium, discipulumue vulnerare, sed mediocriter ad carnis qualem qualem afflictionem & castigationem cædere: ita non erat cogitandum quòd quid acerbius in mediatorem accideret, sicque id vulnus omnino casuale intelligetur. quòd iustificatur eo qd culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti. l. culpa est. ff. de reg. iuris. Nec dubium est quin illi iure suo vterentur & moderatè, sicq; ab illo mediatore impediri non debebant. Vnde apparet diuersam esse causam illius qui inter rixantes exitit mediator. Quid autem † si dum vellet Titium vulnerare vulnerauit Meuium (qui prope fortè erat) & tunc similiter secundum nos extra ordinem punietur, non pœna ordinaria, quamuis daret operam rei illicitæ, licet non pauci teneant contrarium, vt per Boerium, vbi supra col. fi.

SVM MARI VM.

1 Imperator Romanorum an sit Dominus totius mundi? egregia quæstio.

21

Occidens mediatorem se defendendo punitur, si erat de illis, qui se defendere non debebant.

22

Occidens lapide versus hominum turbam iacto, extra ordinè punitur.

23

Occidens mediatorem dñi filium, vxorem, discipulum, aut famulum castigarent, an puniatur.

24

Vulneris vulnum dum alium vulnerare volebat, an ordinariè puniatur.

- 2 *Papa an habeat tantum temporalem iurisdictionem? egregia questio.*
- 3 *Deus mundum gubernat.*
- 4 *Imperium an sit immediatè à Deo.*
- 5 *Potestates etiam minima dicuntur esse à Deo.*
- 6 *Imperia an sint à factis?*
- 7 *Fatorum vis.*
- 8 *Fortuna vis.*
- 9 *Fortuna debilitas.*
- 10 *Mundi dominum nullum esse nec vnquam fuisse, aut futurum, & contrarium monstrum esse, non a ratione docemur.*
- 11 *Nauigare triste est.*
- 12 *Nauigare nefas est.*
- 13 *Nauigare contra naturam est.*
- 14 *Nauigare periculosissimum est.*
- 15 *Nauigantes morti proximi.*
- 16 *Nauigatio perfida.*
- 17 *Nauigare est animam ventis credere.*
- 18 *Nauigationis inuentor fuit mortis inuentor.*
- 19 *Nauigare est ire contra leges nature.*
- 20 *Nauigatio horrida.*
- 21 *Nauigantes inter viuentes esse non videntur.*
- 22 *Vitam tueri, & pericula abhorre, hominibus iure natura insitum.*
- 23 *Notorj vi.*
- 24 *Homo omnis liber nascitur de iure natura, etiam quo ad iurisdictionem, cui subesse nequit, nisi sponte sua.*
- 25 *Homo iurisdictioni alterius non subest, nisi sponte sua.*
- 26 *Libertas hominibus iure natura debita.*
- 27 *Mundum vni principi non subesse ostenditur, iure tam natura quam gentium, & etiam ciuili & diuino.*
- 28 *Intell. l. deprecatio. ff. ad l. Rodiam de iactu.*
- 29 *Mundi vox, variè sumitur.*
- 30 *Indefinita an aequetur vniuersali?*
- 31 *Augustini & d. Thoma locus declaratus.*
- 32 *Morum mutatio quotidie fit.*
- 33 *Romanorum mores in deterius.*
- 34 *Imperiorum variationes.*
- 35 *Ruina Thebarum & Troia.*
- 36 *Ruina multarum urbium.*
- 37 *Mundus sub vno esse Imperatore nihil incōmodius.*
- 38 *Potestas propter vsum.*

C A P V T X X.



QVINQVAGESIMO TERTIO ex nostra etiam principali sententia colligitur, An sit vera ea vulgaris opinio, quæ habet, Imperatorem Romanorum dominum esse totius mundi? quam sententiam tenuerunt Doctores in l. bene à Zenone, per illum tex. C. de quadri. præscript. & Doctores in l. deprecatio, ibi. totius mundi dominus. ff. ad legem Rodiam, de iactu. tenet Bald. & alij in l. cunctos populos. C. de summa Trin. & fide catho. Barthol. in l. hostes. ff. de captiuis.

Imperator Romanorum, an sit dominus totius mundi. egregia questio.

idem Bart. in extrauag. ad reprim. ad princip. in eadem sententia est, & ita tenent Itali Doctores secundum Dominicum Sotum de iust. & iur. lib. 4. q. 4. art. 2. & ita ut receptissimam opinionem tradidit, & sequitur Alphonsus Guerrerius in suo speculo principum c. 55. ad princip. Abbas Panormi. & alij in c. nouit. de iudi. qui sic ratiocinantur: Christus dominus noster fuit verus dominus (etiam tanquam homo) totius mundi, Christi successor & vicarius est Papa in terris, sicque penes Papam est in toto mundo vtraque potestas tam ecclesiastica quam temporalis. Papæ autem vicarius & successor est Imperator in temporalibus, ergo Imperator in toto mundo quod ad temporalia dominus esse videbitur, idemque videtur etiam sentire Cardin. in c. Ecclesia. de iureiu. idem in clemen. fi. de censibus, & hac ratione Cardin. in clem. 2. §. ceterum ait, Imperatorem Papæ filium vocitari. & quod Imperator sit Christi vicarius in temporalibus, & sic sit in temporalibus dominus totius mundi, tenet idem Bal. in l. C. de iure aureorum annulorum. & quod Imperator vnicus in orbe esse debeat, qui omnibus regibus præsit, tenet Card. in clemen. 1. §. fi. de iureiur. per l. leges. C. de legib. & per d. l. deprecatio, & d. l. bene à Zenone, & Panormi. in d. c. nouit. pro hac parte allegat multa iura idem Panormi. in c. venerabilem, de electione, & alij plures, quos allegat Barthol. Cassanæus in tract. de gloria mundi, par. 5. confid. 28. tenent similiter Imperatorem esse dominum totius mundi, intelligentes quod ad protestationem & iurisdictionem, id quod tenent Glo. Barthol. & alij in proœ. ff. vet. in prin. Idem sentit Bart. in l. non ambigitur. ff. de leg. & in l. fi. C. de legib. dum ait, solum Imperatorem posse condere leges, tenentque Hostiensis & Ioannes And. ut refert Dominicus Sotus vbi supra, Imperatorem dominum esse totius mundi, & sentiunt alij multi, quos refert Boeri. deci. 31. tempore. numero 3. & 4. & communem opinionem, ut Imperator sit dominus totius mundi, tenet Bal. in d. l. bene à Zenone. colum. 1. per illum tex. dum ait, cum omnia principis esset intelligantur. Idem sentit ipse Bal. in l. executorem. numero 12. C. de execut. rei. iudi. dum ait, quod vbi est Imperator, ibi est omnis iurisdictione, & Roselles de potestate Papæ, numero 6. facit lex 1. §. per hanc. ff. de rei vendicatione, & ibi Bar. l. si duas. §. grammatici. & ibi Bar. ff. de excusationibus tutorum. Bald. in c. 1. in prin. colum. 2. de pace fir. Bald. in §. si ab hostibus. colum. 2. Inst. quib. mod. ius patro. pot. sol. Boerius decisi. 8. quinta martij. nu. 4. Alciatus dispu. lib. 2. c. 22. Isernia in 1. constitut. Neapolitan. colum. 4. Cynus, Barthol. & Salyc. in d. l. cunctos populos. Ancha. conf. 87. Alex. conf. 76. libro 2. Bald. conf. 328. lib. 1. Signorolus in l. princeps. ff. de legibus. Oldra. d. cōsi. 159. Riminal. in rubrica

col. ff. de iuri. omni. iudi. Curtius iunior consi. 158. Ifern. in c. 1. §. fi. denot. feud. Odofredus & Bal. in auth. dos data. C. de donati. ante nup. Bal. consi. 359. lib. 3. & consilio 218. eodem lib. Alber. in 1. consi. digestorum in rub. numero 2. Anchar. consil. 310. colum. 3. Oldrad. consil. 69. idem Anchar. cōsil. 320. in prin. Ludo. Ro. consi. 382. colum. 2. Socinus consil. 127. colu. 3. lib. 1. Matthæus Afflictus in c. 1. §. fi. colum. 1. de prohibita feudi alienatione per Fridericum. Paulus Castr. consil. 56. videtur. nume. 3. lib. 2. adhuc tamen tot sunt qui teneant contrarium vt referunt prædicti, quod mihi non satis certum est vtra pars receptior sit.

Superioribus etiam proximum est & adstipulatur, nam cum tex. in c. nouit. de iudic. dicat quod Papa iurisdictionem regis sæcularis nec vult nec debet impedire, dubitatur. An † apud Papam sit iurisdictione tam temporalis quam spiritualis? & magis est vt Papa habeat solam spirituale, quia temporalis immediate à Deo principibus sæcularibus data fuit, Glo. in d. c. nouit. verbo iurisd. & in l. 1. in fin. titul. 1. par. 2. vbi dicitur, Imperatorem esse Dei vicarium in temporalibus, sicut Papam in spiritualibus. Glo. in c. quoniam. 10. distinet. & in c. 1. 22. distinet. Glo. in c. cum aduersum. 96. dist. Nauarrus, qui plures refert, & adducit fundamenta sexdecim in d. ca. nouit. nu. 39. ornatq; hanc partem illatione 68. Couar. in c. peccatum. §. 9. num. 7. de reg. iu. in 6. Bermondus de publicis concub. colu. 376. vbi 20. funda. adducit, dicitq; hanc partem commu. opi. Cōmunis est secundum Bal. in proœmio digestorum colum. 2. Anto. de Rosellis in tract. de potestate Imperatoris fol. 8. §. neptolixios. tenet Andr. Ifernia in prologo const. Neap. versi. liquet etiam nume. 2. & Alphonsus Guerrerius Speculo principum c. 16. & Theologorum doctissimus Dominicus Sotus de iust. & iur. lib. 4. quæstio. 4. articul. 1. & 2. sentit Sanctus Bernardus ad Eugenium. & Diuus Thomas 2. 2. q. 40. artic. 2. idem Sotus super Matthæ. c. 1. & rursus super c. 20.

Contrariam opinionem, vt Papa haberet iurisdictionem spiritualement in actu, & temporalem in habitu, quam ipse tradiderit Imperatoribus, tenent Glof. in d. c. nouit, in verbo, iurisd. & Glo. in c. causam quæ, qui filij sint legit. Glo. in clem. ad nostram. de hæreticis, probat per extrauagantem, vnam sanctam, de maiortate & obedientia, tenet Inno. in d. c. nouit. Bar in l. 1. §. præses. ff. de requirendis re. Idem in extrauaganti ad reprimendū, verbo, totius orbis, Couar. vbi supra. §. 9. num. 7. Nauarrus in d. c. nouit. & Bermondus vbi supra plura allegant pro hac parte, licet teneant partem primam, hæc opin. communis est secundum Abb. in c. si duobus. §. fin. de appella. Deci. in d. c. nouit. num. 7. Castaldus de Imperatore. q. 50. dicit communem. Nauarrus d. c. nouit, notab. 30. num. 18. cum sequen. Couar.

vbi supra, nume. 7. licet primam teneat. Pro hac secunda parte facit, quia dominus noster vtrunque gladium aliquando exercuit. Sanctus Thomas de regimine principum lib. 3. c. 12. & in 3. par. quæst. 8. artic. 4. Florent. in 3. par. tit. 23. c. 2. Syluester in verbo, Papa. quæst. 10. Alphons. de Castro de iusta hæreticorum punitione. lib. 2. c. 23. colum. 2. & sic dominus noster videtur vtrunque gladium Petro Vicario suo tradidisse, quod & sentit Matthæus Affli. decisio. Neapo. 265. num. 24. dum ait, Papam esse omnia & supra omnia. Tenet Guerrerius in Spe. prin. c. 16. in prin. Idem ibidem c. 57. dū firmat Imperatorem esse Papæ Vicarium, etiam in temporalibus, & expressius d. c. 16. nu. 6. in quibus locis sibi ipsi aduersatur Ioannes Faber in l. cunctos pop. C. de summa Trin. Burgen. addi. 3. super c. 1. Matthæi. itaque cum iudubitatum sit, Deum † esse dominum totius mundi, Papamque esse Vicarium Christi Dei nostri tam in temporalibus quam in spiritualibus, & Imperator sit Papæ Vicarius in temporalibus totius mūdi, sequitur esse dominum totius mundi, etiam quò ad iurisdictionem & gubernationem, nam Deus, à quo ipsi habuerunt, mundum gubernabat, vnde Boetius Metro. 9. lib. 5.

O qui perpetua mundum ratione gubernas.

Et Lucanus lib. 9. bel. ciuil.

Deus est quodcumq; vides, quocumq; moueris.

Et rursus eo. lib. ait:

Nil agimus nisi sponte Dei.

Et Plautus in rudene de Deo ait:
Iterum ille eam rem iudicat am iudicat.

Et Silius Italicus lib. 6. bell. puni. ait:
Iustitia iustiq; dator, qui cuncta gubernas.

Et Statius lib. 5. Theb. ait:

*Cuncta hæc superum demissa suprema
Mente fluunt.*

Et Titus Calphurn. Ecloga 4. ait:

Qui populos vrbesq; regit pacemq; rogatam.

Et Boetius Metro. 5. lib. 1. scripsit:

O stelliferi conditor orbis,

Qui perpetuo nixus solio

Rapido colum turbine versas.

Legemq; pari Sydera cogis,

Omnia certo sine gubernas.

Et Manilius lib. 1. Astro. scripsit:

At mihi non ratio tam præsens vlla videtur,

Qua pateat mundum diuino numine verri.

Et Claudianus lib. 1. in Ruffinum inquit:

————— *Tunc omnia rebar*

Consilio firmata Dei, qui lege moueri

Sydera, qui fruges diuerso tempore nasci,

Qui variam Phæben alieno iusserit igne

Compleri, solemq; suo, porrexerit vndis

Littora, tellurem medio librauerit axe.

Manilius lib. 1. Astrono.

Hæc opus immensi constructumq; corpore mundi,

Mem-

2
Papa an habeat tantum temporalem iurisdictionem egregia questio.

3
Deum mundum gubernat.

*Membraq; natura diuersa condita forma,
Aeris atque ignis, terra, pelagiq; iacentis,
Vn animae diuinae regit, sacroq; meatu
Conspirat Deus, & tacita ratione gubernat.*

Idem lib. 2.

Sic omnia toto

*Dispensata manent mundo dominumq; sequuntur,
Hic igitur Deus, & ratio, qua cuncta gubernat,
Ducit ab aetherei terrena animalia signis,
Qua quanquam longo cogit submot a recessu,
Sentiri tamen vt vitamq; ac fata ministrant
Gentibus, ac proprios per singula corpora mores
Hac minus est querenda fides sic temperat arua,
Caelum, sic varias fruges redditq; rapitq;
Sic pontum mouet, & terris immittit & aufert.*

Ergo cum Deus Optimus Max. orbem regat & regeret: regimenque Papae concesserit, & Papa Imperatori, consequens fit Imperatorem mundi regimen habere.

Quod autem imperium sit immediate à Deo videtur probare tex. in auth. de fi. instr. §. quia verò, & C. de vete. iure enucl. l. 2. §. si quis. & in auth. de consulib. in fi. in l. in nomine domini. de of. prae. & in auth. quando oportet episcopi. vbi probatur quod imperium immediate est à Deo. & quod imperium sit à Deo tripliciter probatur: Primò permissiue. Secundò approbatiue. Tertio formaliter. Permissiue, nam hoc est permissum à Deo propter bonum vniuersale, quia entia nolunt malè disponi, nec bonum est pluralitas principatum, vnus ergo Princeps, vt ait Arist. 12. Metaph. ad finem Hoc enim permissum est à Deo sub ratione finis, vt mundus optimis legibus regatur. Nam secundum Physicam regulam, cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est, omnia enim rectificat finis, iustum est enim à fine denominari omnia, secundum Philoso. Secundò dixi, quod imperium est à Deo approbatiue, Christus enim approbavit imperium, dum dixit, Imago Caesaris reddatur Caesari, vt habetur in Euangelio. ait Aposto. ad Romanos c. 13. Non est enim potestas nisi à Deo, quae autem sunt à Deo ordinata sunt. & etiam Daniel prophetauit in visionibus suis monarchiam Assyriorum, Persarum, Graecorum, & Romanorum, quod non prophetatum fuit sine voluntate Dei. Tertio dico, quod Romanum imperium à Deo est formaliter & effectiue. nam cum tota collectio Christianorum hoc teneat, licet quaedam regna de facto non obediant, non est putandum aliud, nisi quod etiam ipse Deus hoc disponat, qui est caput illius collectionis, & post Deum Imperator. Apostolicus hoc approbat. vt in c. venerabilem. de ele. & ibi Doc. ita Guerr. in Spec. c. 55. cuius ius sententia quatenus ait Romanum imperium à Deo esse, formaliter suspecta est, in reliquis autem vera est, ita tamen vt non solum summum imperium, sed etiam medicum, mediocre, aut etiam minimum, & quolibet inferior potestas dicatur esse à Deo, secundum eum. c. 16.

4
Imperium an sit immediate à Deo.

5
Potestates etiam minime dicuntur esse à Deo.

num. 6. iuxta verbum Domini dicentis ad Pilatū, Non haberes potestatem in me vllā nisi data esset tibi de super. Sunt tamen, qui velint regna, & imperia non esse à Deo, sed à fortuna. vnde Mani. lib. 2. Astro. sic ait:

*Mitto, quod certum est, & inuitabile fatum,
Verg. lib. 6. Aeneid.*

*Desine fata Deum flecti sperare precando,
Iuuenalis Saty. 9.*

Fata regunt homines.

Seneca in Oedipo:

Fatis agimur, credite fati.

Non sollicita possunt cura

Mutare rati stamina fusi.

Quidquid patimur mortale genus,

Quidquid facimus, venit ex alto.

Seruatq; sua decreta colus

Lachesis: dura reuoluta manu

Omnia secto tramite vadunt,

Primusq; dies dedit extremum.

Non illa Deo vertisse licet,

Quae nexa suis currunt causis.

It cuiq; ratas prece non vlla

Mobilis ordo: multi ipsi sum

Timuisse nocet: multi ad fatum

Venere suum, dum fata timent.

Idem in Octauia:

Regitur fati mortale genus,

Nec sibi quidquam spondere potest

Firmum, & stabile, perq; casus

Voluitur varios, semper nobis

Metuenda dies.

Manil. lib. 4. Astrono.

Soluite mortales animos, curasq; leuate,

Totq; super vacuis vitam destere querelis.

Fata regunt orbem, certa stant omnia lege,

Longaq; per certos signantur tempora cursus.

Nascentes morimur, finisq; ab origine pendes.

Tunc & opes, & regna fluunt, & saepius orta

Paupertas, artesq; dat a moresq; creati,

Et vitia & clades, damna & compendia vitae.

Nemo caret damno, poteris nec habere negatum,

Fortunamue suam in vitam perdere votis,

Aur fugere instantem, fors est sua cuiq; ferenda.

At nisi fata darent leges vitaeq; necisq;,

Fugissent ignes Aeneam, Troia sub vno

Non euerfa viro, fati vicisset in ipsis,

Aut lupa proiectas nutrisset Martia fratres,

Romaq; sic enata foret, pecudumq; magistris

In Capitolinos auxissent culmina montes,

Includiue sua potuisset Iuppiter arce

Captus, vel caput hic orbis foret igne sepulto,

Vulneribus victor reperisset Mutus urbem

Solus, & oppositis clausisset Horatius armis

Pontem, urbemq; simul rupisset foedera virgo,

Tresq; sub vniuis fratres virtute iacerent.

Nulla acies tunc euicit, pendebat ab vno

Romaviro, regnumq; orbis sortita iacebat.

Stadius lib. 5. Syluarum:

Heu durus fati tenor, est ne quod illi

Non liceat, quanta poterant mortalibus annis

Acceßisse mora, si tu pater omne teneres

K 2

Arbitri-

6
Imperia an sint à fati?
7
Fatorum vis.

Arbitrium, cæco gemeret mors clausa barathro,
Longius & vacua posuissent stamina Parca.

Et Manil. lib. 1. Astrono.

Si fors ista nobis dedit, fors ipsa gubernet.

Et Claudianus lib. 1. ad Ruffin.
sic cecinit:

Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem,
Curarent superi terras, an nullus inesset
Rector, & incerto fluerent mortalia casus
Vnde Virg. Eclog. 9.

— Sors omnia versat.

Et idem de fortuna in Epigram.

O fortuna potens quàm variabilis,
Tantum iuri atrox, quæ tibi vendicæ
Euertiq; bonos: eligis improbos:
Nec seruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus:
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iustos illa viros pauperie grauat:
Indignos eadem diuitijs beat.
Hæc aufert iuuenes, & resinet senes,
Iniusto arbitrio tempora diuidens.
Quod digni adimit, transfert ad impios.
Nec discrimen habet, rectæue iudicat,
Inconstans, fragilis, perfida, lubrica.
Nec quos clarificat, perpetuo fouet:
Nec quos deseruit, perpetuo premit.

Seneca in Hippolyto:

Ros humanas ordine nullo
Fortuna regit, spargitq; manu
Manera cæca, peiora fouens.

Minilius lib. 2. Astro.

Fortuna prima fors datæ est illa per artem,
Censetur ritulo, quia proxima continet in se
Fundamenta domus, domuiq; herentia cuncta.
Quis modus in serui: quis sit consensus in armis.

Quid, Epistola consola. ad Liuiam:

Nempe per hos & iam fortuna iniuria mores
Regnat, & incerta est hic quoq; nixa rota.
Hic quoq; sentitur, ne quid non improba carpat,
Scuit, & iniustum ius sibi vbiq; facit.

Scilicet immuni, si luctus vna fuisset
Liuiæ, fortuna regna minora forent.

Lucanus lib. 2. bell. ciuil.

Sive nihil posstrum est, sed fors incerta vagatur,
Fertq; resertq; vicos, & habent mortalia casum.
Sic subitum quodcumque parat.

Plautus in captiuis:

Fortuna humana fingit, artatq; vt lubet.

Manilius lib. 2. Astro.

Quod fortuna ratum faciat, quis dicere falsum
Audeat, & tanta suffragia vincere sortis.

Ausonius in Epigram.

Fortuna nunquam sistit in eodem statu,
Semper mouetur, variat & mutat vices,
Et summa in imum vertit, ac versa erigit.

Ouid. lib. 4. de Ponto:

Quid facis ab demens, cur si fortuna recedat?
Naufragio lachrymas eripis ipse tuo?
Hæc Dea non stabili quàm sit leui orbe, fatetur,
Quæ summum dubio sub pede semper habet.

Idem lib. 3. de Tristibus:

Nempe dat & quodcumque libet fortuna, rapitq;
Irus & est subito, qui modo Cræsus erat.

Idem 5. de Tristibus:

Pasibus ambiguis Fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxq; loco.
Sed modo læta manet, vultus modo sumit acerbos,
Et tantum constans in leuitate sua est.
Nos quoque floruius: sed flos fuit ille caducus
Flammaq; de stipula nostra, breuiusq; fuit.

Horat. Ode 34. lib. 1.

Hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit, hinc posuisse gaudet.

Idem Ode 29. lib. 3.

Fortuna seuo læta negotio, &
Ludum insolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores.
Nunc mihi, nunc alij benigna.

Iuuenal. Satyr. 7.

Si fortuna voles fies de rhetore consul,
Si volet hæc eadem fies de consule rhetor.

Seneca in Hercule furente:

Iniqua rata maximis virtutibus
Fortuna parcat: nemo se tuto diu
Periculis offerre tam crebris potest.
Quem sæpe transit casus, aliquando inueniet.

Idem in Hippolyto:

Nec vlli prestat velox
Fortuna fidem.

Vides ergo, † vt scilicet istorum opinionem
fortuna subegerit orbem, eumq; arbitrio suo
rexit. verum enim uero verior sanctiorque
sententia est existimantium fortunam ipsam
ab sapientia superari. Vnde Iuuenalis Satyra
10. sic modulatur:

Nullum numen abest, si sit prudentia, sed te
Nos facimus fortuna Deam, celoq; locamus.

Et Seneca in Medea scripsit:

Fortuna fortes metuit, ignauos premit.

Cum ergo † omne imperium, iurisdicatio,
principatus à summo vsque ad minimum sit
à Deo, à quo (& non à fortuna mundus regi-
tur, cumque (vt illic edocebimur) si Roma-
norum Imperator esset Imperator & domi-
nus totius mundi, non solum malum, sed
etiã pessimum esset regimen. consequens &
indubitatum erit tale regimen, tamq; indiscre-
tè, & perniciosissimè amplum non esse da-
tum aut concessum à Deo, qui est summa
prouidentia boni, & æqui fons & origo, vt
nullus ignorat, & iam edocti sumus. Quod
autem pessimum regimen foret, vt vnus ho-
mo esset Imperator totius mundi, patet, quia
Deus optimus maximus diuisit terras à ter-
ris per aquarum interpositionem horrenda-
rum, quas penetrare & si hominum malitia
ausa fuerit, id tamen est, fuitque semper qua-
si monstrum à natura hominum alienum atq;
horrendum, desperatum, ac in speratum, hu-
manisq; viribus à Deo Opt. Maximo denega-
tum, & id attentare hominibus quasi nefas
repu-

8
Fortuna vñ.

9
Fortuna de-
bilis.

10
Mundi domi-
num nullum
esse, nec vn-
quam fuisse,
aut futurum,
& contrariū
monstrum esse
se, noua ra-
tione doce-
mur.

reputatum, teste Horatio Ode 3. lib. 1. sic canente:

*Illobur, & as triplex
Circapectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelagoratem
Primus: nec timuit precipitem Africum
Decertantem Aquilonibus:
Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti.*

*Ibidem:
Audet omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nephas.
Claudianus in præfat. lib. 1. de
rapt. Proserp.*

*Iuuenta secuit primus qui naue profundum,
Et rudibus remis sollicit auit aquas:
Qui dubijs ausus committere flatibus Alnum,
Quas natura negat, præbuit arte vias.*

*Ouidius:
Nauita sollicitus quoque ventos horret iniquos,
Et prope tam letum, quam remotus
Iuuenalis 12. Satyra:*

*I nunc, & ventis animam committe, dolato
Confusus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor, aut septem, si sit latissima tæda.*

Et Anacharis à Plutarcho lib. 7. Apoph. relatus, cum rogasset quendam, quanta esset spissitudo tabularum nauticarum, isque respondisset, quatuor digitorum, tantillum (inquit) absunt à morte qui nauigant, notauit negociatorum auaritiam, qui lucri gratia, semet in manifestum vitæ discrimen conijciunt. Scythæ nesciunt nautica commercia, sed paucis ac venatu viuunt, quibus concinit Sen. in Medea:

*Audax nimium, qui freta primus
Rata tam fragili perfidarupit,
Terræque suas post terga videns,
Animam leuibus credidit auris,
Dubiaque secans aquora cursu
Potuit tenui fidere ligno,
Inter vitæ, mortisque vias
Nimium gracilissimite ducto.*

Propert. lib. 3. Eleg. 7. de morte Pæti.

*Iterates curua, & lethi quoque, texite causas,
Ista per humanas mors venit acta manus.
Et Horatius Ode 24. lib. 3.*

*Quid leges sine moribus
Vana proficiunt, sineque feruidis*

*Pars inclusa caloribus
Mundi, nec Borea finisimum latus,*

*Duratæque, solo niues
Mercatorem abigunt, horrida callidi
Vincunt aquora nauita.*

Docuit ergo Horatius esse contra leges naturæ maria nauigando penetrare, adde quod est vsurpatio alieni, id enim videbatur ad solam squameam turbam pertinere, teste Ouidio, sic modulante:

Omne solum forti patria est, vt piscibus aquor.

Denique † Anacharis relatus, vbi supra, per Plutarchum, Roganti, vtrum arbitraretur plures esse mortuos, an viuos? nauigan-

tes, respondit, in vtro numero ponis? dubitans an hi essent inter viuos habendi, qui vitam vndarum ac ventorum arbitrio commississent.

Secundum quæ quàm naturæ hominum insitum sit sui corporis periculum vitare, tam iuribus naturæ debitum esse, intelligendum est, vt non audeant nauigare, quàm autè natura insitum sit hominibus suum corpus periculo non exponere, docemur à Cicerone, qui sic scripsit: Omne animal ipsum sibi cõmendatum est, vt se & saluum in suo genere, incolumeque esse velit. 4. de finib. sic scripsit: Et omne animal seipsum diligit, ac simul vt ortum est, ita agit, se vt conseruet. 4. de finibus. Idem Cicero: Et omne animal simul vt ortum est, & seipsum, & omnes partes suas diligit. 2. de finibus idem scripsit: Et omnis natura vult esse conseruatrice sui, & vt salua sit, & in genere conseruetur suo. 4. de finibus idem scripsit: Et principio generi animantium omni est à natura tributum, vt se, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea, quæ ei nocitura videntur, omniaque quæ sunt ad viuendum necessaria, inquirat & paret, vt partum ac latibula. primo Officiorum idem Cicero scripsit:

Cum ergo nauigationem audere aut captare contra ius naturale, & contra tutelam & defensionem sui corporis vnicuique natura datam sit, vt modò ostendimus, & plenius supra docuimus.

Cumque vnus homo totius mundi dominus etiam quò ad solam iurisdictionem, & protectionem esse nõ possit, absque eo, quòd subditi eum adeuntes magistratiue suos sapissimè maria penetrare & transfretare cogentur. consequens est tale imperium de iure vni homini competere non posse, nec quouam ab omni iure & ratione magis alienum aut remotum dici, aut cogitare potuisset. Quæ cum sint notoria, longiore probatione non egent. Nam notorium † seipsum ostendit, vt inquit Bald. conf. 323. proponitur, in princip. vol. 2. quodque nulla tergiuersatione celari potest, sicut vt idem Bal. dicit, nec candelabrum supra montem positum, nec circulus ante tabernam, nec scriptura pro rostris, conf. 21. processus. colum. 1. volu. 1. Paul. Grillan. in tract. de quæst. & tortu. in 3. quæst. colum. 2. & 3. & ibi quid à manifesto differat, idèd sola allegatio sufficit. Et quid differat à publico, vide etiam Abb. in c. fin. nu. 7. de maledi. Quod vel ex eo fit manifestum, quia omnes Poëtæ & Philosophi iam relati adfirmant (id quod nullus sanus aut catholicus ignorat) Deum etiam hodie mundum gubernare, ergo id regimen non commisit Imperatori. aliter enim non rectè diceremus, quòd nunc Deus mundum gubernat, sed quòd olim gubernabat.

Quæ omnia ex nostra principali sententia magis expedita fiunt. Nam cum omne imperium

11
Nauigare tri
fecit.

12
Nauigare ma
facit.

13
Nauigare cõ
tra naturam
est.

14
Nauigare pe
riculosissimū
est.

15
Nauigantes
morti pro
ximi.

16
Nauigatio
perfidæ.

17
Nauigare est
animam ven
tū credere.

18
Nauigationis
inuentor fuit
mors inuen
tor.

19
Nauigare est
ire contra le
ges naturæ.

20
Nauigatio
horrida.

21
Nauigantes
inter viuētes
esse non vi
dentur.

22
Vitam tueri
& picula abs
horre, homi
nibus iure na
ture insitum.

23
Notorij vii.

rium, regnum, principatus, potentatus, omnis denique potestas ad meram ciuium subditorum uel non etiam ad regentium utilitatem data, concessa, & creata fuerit, cumque imperium Romanorum si de iure ad uniuersum mundum porrigeretur, tam incommoda perniciose noxiaque; ac plusquam impossibilis esset gubernatio (ut iam edocti sumus) par, æquum, consequensque; est, ut tale imperium ad orbem uniuersum minimè porrigatur. Præsertim cum hodie post inuentum ab Hispanis in extremis ignotissimisque terrarum penetralibus nouum Indorum orbem (ad quos meatus, & remeatus non aliter patet, quam per immensa æquora horridaque; perque; nauigationem diutinam, periculosissimam, ac penè incredibilem) illuxerit apertius dominatum totamque; inter sese distantium regionum, nationum, & prouinciarum, impossibile esse, ut penes hominem unum relideret, nisi inertibus anticularum fabellis puerorumque; nugis aurem patientem accommodare, & confabulari uelis, ut interim omittam, possibile esse denuò reperire alios nouos orbem remotiores, quem admodum nos Hispani iam dictum orbem nouum Indorum inuenimus, sic enim fieret, ut impossibilitas augetur per hominem unum gubernandi, sicque; etiam sit, ut iam credibile uideatur, quod olim fabulosum & iocosum uisum fuit. Nam ut Plutarchus Apoph. lib. 4. enarrat: Alexander Magnus, Macedonum rex, cum audisset Anaxagoram disferentem innumerabiles esse mundos, illachrymasse dicitur. Rogantibus nunquid accidisset lachrymis dignum, An non uideor (inquit) merito flere, qui cum mundi sint innumerabiles, nos nondum unius domini facti sumus. Ergo etiam si plures ac plures noui orbem in dies reperiantur (id quod iam hodie possibile reputatur) adhuc unus homo eorum omnium dominus fieret ipso iure, certè id quam risu, & ludibrio dignum foret, qui non uideret, plusquam insanus esset.

Denique hanc partem, quam tuemur iure naturali plusquam manifestam esse, patet, cum eo iure omnes homines æquales sint. l. quod attinet. ff. de reg. iur. ibi, quia iure naturali omnes homines æquales sunt. l. manumissiones. ff. de iust. & iur. dixi supra plenissimè. Ergo non solum totus mundus non subiaceret unius hominis iurisdictioni, sed etiam nullus omnino hominum alterius iurisdictioni subest, aut suberit unquam de iure sine facto suo voluntario: facto autem suo voluntario subiiciendo se alicui principi potest sanè subesse, & nulla iurisdictioni aut principatus iustus, & legitimus aliunde originem trahere potest, ut supra ostendimus in nostra principali conclusione. & docet doctissimus Theologorum Dominicus Sotus de iust. & iure lib. 4. q. 4. arti. 2. Cum ergo de iure naturali non sit, longè minus erit de iure diuino, cum eo iure nisi in ijs,

quæ specialiter innouata sunt, à iure naturali recessum non fuerit, adfirmante Domino nostro Iesu Christo, iugum suum suauè esse: ergo non recedit à iure naturali, aliter enim suauè non esset, & præsertim si ut omnes mundi orbem, ac innumerarum prouinciarum regionesque uni homini subessent, iugum id suauè minimè esset, sed omnino asperrimum, durissimum, intolerabile, noxium, infaustum & lugubre, ut iam ostendimus, & docet Sotus, ubi supra. Et Cicero † Offic. lib. 1. scripsit: Libertatis proprium est sic uiuere, ut uelis, ergo non ad arbitrium alterius. Idem Cicero Philip. 10. scripsit: Ita præclara est recuperatio libertatis, ut nec mors quidem sit in repetenda libertate fugienda. Idem 4. de finib. scriptum reliquit, Bestiæ, † quas delectationis causa concludimus, cum copiosius alantur, quam si essent liberæ, non facillè tamen patiuntur sese contineri. & Parad. pe. idem Cicero: Seruitus (inquit) est obedientia fratris, animi & abiecti arbitrio carentis suo. Et idem Philip. 12. Nihil (inquit) est foediùs seruitute, ad decus & libertatem nati sumus. Et rursus Philipp. 10. Mors (inquit) est seruitute potior. Idem iureconsultus censeo, dum in l. seruitutem. ff. de reg. iur. ait: Seruitutem mortalitati comparamus, id quod plurimis congestis supra ostendimus. Unde Plautus in captiuis: Omnes profecto liberi libentius sumus quam serui sumus. ergo alieno imperio & ditioni non sponte subesse iuri naturæ contrarium est, iuri que; diuino aduersum, ut pote, in suauè, durissimum, intolerabile. Iure autem gentium nullus ignorat id nunquam receptum fuisse, ut patet in §. ius ciuile, & §. ius autem gentium. Inst. de iure naturali. & in l. manumissiones. l. ex hoc iure. cum seq. ff. de iust. & iure. patetque in rerum humanarum præsentis statu, & in omnibus historijs, quotquot usque scriptæ sunt, & tandem, qui ius naturale à iure gentium hac in parte immutatum fuisse aut reperiri dicere uellet, id ostendere teneretur. Iure autè ciuili id induci erat impossibile: quia ius ciuile est, quod unaqueque ciuitas sibi constituit. l. omnes populi. ff. de iur. & iure. §. sed naturalia. Inst. de iure naturæ, sicque; sibi tantum, non etiam alijs ciuitatibus id ius dici, & constitui potuit, ut dd. iuribus. Nam si reliquis ciuitatibus id ius constitui liceret, unaquaque; ciuitas scriberet, aut scribere possit ius sibi esse dominandi imperandi que; uniuerso in orbe aut mundo, sicque; singulæ singulis imperarent, singulæque; ex diuerso singulis mutua uice inferirent, quæ res foret risu & ludibrio digna. Stulti que; forent fuissent que; ab origine mundi Reges, Imperatores, Principes, ciuitates, qui cum uno uerbo possunt se totius mundi dominos scribere & efficere, tot bellis, prælijs, uulneribus, calamitatibus, urbium incendijs, puerorum, senum, uirorum, foemineique generis interuentionibus, agrorumque; vastationibus, de imperio

26

Libertatis hominibus iure naturæ debita.

27

Mundi unius Principi non subesse ostenditur iure & a nature quæ gentium, & diuino.

24.
Homo omnium liber nascitur de iure naturæ, etiam quod ad iurisdictionem, cui subesse nequit, nisi sponte sua.

25.
Homo iurisdictioni alterius non subest, nisi sponte sua.

perio contenderent, non mundi vniuersi, sed sapissimè vnius ciuitatis aut oppiduli. Ergo etiam si omnes leges tam ciuiles quàm canonici iuris contrarium expressissent, nihil aliud agerent quàm nugas agere aut fabellas cōponere. Sed absit, vt in legibus ciuilibus aut canonicis tale quid reperiatur, cum potius reperiatur oppositum, vt patet in d. §. sed naturalia. & d. l. omnes populi, cum similibus. vbi Imperator Iustinianus & Iureconsulti testantur id quod à plerisque gentium earum quæ honestis legibus, & moribus reguntur, obseruatur, id ius gentium appellari, quod verò vnaquæque ciuitas sibi constituit peculiare, id ius ciuile intelligi, quasi proprium illius ciuitatis, veluti ius Romanorum, & similitum ad idem l. ius ciuile. ff. de iust. & iure. & §. ius ciuile. & §. ius autem gentium. Inst. de iure natur. ergo ius ciuile longè angustius esse quàm ius gentium edocuit. Ius autem gentium negauit totum mundi orbem amplexum fuisse, nam primum excepit eas gentes, quæ sine legibus & moribus honestis reguntur, quas innumeras esse apparuit, postquam nos Hispani nouum orbem Indorum reclusimus ac inuenimus. Deinde etiam ex ijs gentibus, & nationibus non tam Barbaris, sed quæ honestis legibus, & moribus reguntur, excepit mentaliter non paucas, dum non dixit de omnibus, sed de plerisque. Ergo se ipsum ius gentium vniuersum mundum non complectitur, quanto minus illum complectetur ius ciuile, quod est longè angustius. Pro hac parte est tex. in d. l. cunctos populos. C. de summa Trinidadum ait, cunctos populos, quos clementiæ nostræ regit imperium, illud enim relatiuum (quos) restringit vniuersalem præcedentem. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. ad idem. §. si ab hostibus. Inst. quib. mod. ius pat. pot. sol. & l. mercatores. C. de comer. & in clem. postoralis, de re iudi. quibus in iuribus fines imperij Romani describuntur, vt luceret quòd vsque Romani imperij iurisdictio sese porrigeret. Nec d. l. de precatio † quicquam facit, in qua re vera repositum est vnicum fundamentum eorum, qui contrariam in partem tuentur. nam procedit in hunc sensum quòd hæc † vox Mundus, habet varias significationes. Primū enim capitur pro mundo muliebri, hoc est, pro ipsius ornatu, vt patet in multis legibus collocatis sub tit. ff. de auro, & argento legato & inde per metaphoram tractum est ad ipsam naturam (hoc est mundum) significandam, propter pulcherrimum sui ornamentum, sicque ibi Imperator Mundi appellatione eam mundi partem significare voluit, quæ ab ipso regebatur, eo quod cæteris Mundi partibus mūdior esset, hoc est elegantior, & à barbarie magis purgata.

Præterea, illa fuerunt verba enunciatiuè & narratiuè tantum prolata, quæ non intelliguntur quicquam definire, vt diximus de success.

progr. in rub. Præterea ipse ibi negauit se esse maris dominum, dum dixit, ego mundi dominus, lex autem maris, ergo planè significauit se non esse dominum totius mundi. Nam si totius mundi dominus foret, ergo & maris foret, præsertim cum eas regiones, quæ sunt ultra æquora citra maris transfretationem gubernari nequirent, sicque æquoribus non secus quàm terris vt præfesset, necesse esset, qui se mundi dominum iactabat, si intelligeret de vniuersis mundi orbibus & regionibus. Nam & hac ratione potentissimus rex ac dominus noster Philippus se pelagi pontive dominum appellat. Præterea illa fuit quædam Imperatoris excusatio & euasio, quasi diceret, ego mundi (hoc est terræ) dominus sum, non maris, quæstio autem vestra de maris ditione est. Illa autem vox Mundi, indefinitè prolata, non ad totum mundum necessariò trahenda est, nam † indefinita oratio æquipollet vniuersali in habitu & potentia, sed non in actu, vt plenè differuimus de succ. crea. §. 20. num. 11. 55. præsertim, quando profertur in numero singulari, vt ibi fuit prolata, id quod tradunt Decius & Cagnolus, & alij in l. i. ff. de reg. iuris.

Neque ad rem quoque pertinet, quòd † diuus Augustinus de ciuitate Dei lib. 5. c. ait, Imperium Romanis ob mortales virtutes suas datum fuisse. Nam vt Sotus, vbi supra, rectè ait, non eis concessit imperium vniuersi orbis, sed tantum partis eius. Rursus non in præmium virtutum moralium, nam ipsi pugnabant non tantum virtutis quàm inanis gloriæ cupiditate, sicque illæ actiones tam longè aberrant à præmij remuneratione, vt pœna potius digniores forent, sed tamen interea Deus Optimus Maximus id permisit, quod adhuc virtutibus alijs moralibus cæteras gentes excellebant, & tyrannidem Assyriorum, aut Medorum, aut Græcorum ad Romanos transferri permisit. Et ita est etiam intelligendum, quod D. Thomas opusculo de regimine principum lib. 3. scripsit. Vnde vt aliquo tempore id Deus permisit propter eorum virtutem, sic alijs nationibus, & regionibus concessurum non dubium erit, aut fortè iam concessisse, si quidem ijs virtutibus excellere cœperint, morum † enim vicissitudo & mutatio quotidie fit, sic ergo & imperiorum fiet, si quidem mores imperia insequi intellexerimus. quod autem morum quotidie fiat mutatio, patet Plautus in Trinummo:

Mores mali, quasi herba irrigua

Succreuerunt vberimè; neque quicquam hic vile nunc est,

Nisi mores mali, eorum licet iam messem metere maximam.

Plautus ibidem:

Nunc mores nihil faciunt, quod licet

Nisi quod lubet: ambitio iam mors facta, & libera est à legibus.

K 4

Plau-

28
Intellect. l. de
precatio. ff.
ad l. Rodiam.
de iact.

29
Mundi vox
varie sumi-
tur.

30.
Indefinita an
æquetur vni-
uersali.

31
Augustini ex
D. Tho. lo-
cus declara-
tus.

32
Morum mu-
tatio quotidie
fit.

33
Romanorum
mores in de-
terius.

Plautus eoloci etiam:

Mores

Leges perduxerunt iam in potestatem suam.

Ea miserè etiam

Ad parietè sunt fixa clauis ferreis, vbi malos mores

Adfigi nimio fuerat aequus.

Lucretius lib. 2. de nat. rerum.

Semper in assiduo motu res quæ geruntur.

Petronius Arbiter satyricus:

Quid faciant leges vbi sola pecunia regnat:

Aut vbi paupertas vincere nulla potest?

Lucanus lib. 3. bel. ciuil.

Pereunt discrimine nullo

Amissa leges: sed pars vilissima rerum

Certamen mouisset opes.

Et Cicero. 3. Off. Iustitia (inquit) vacillat, vel iacet potius. Idem Cicero iam inquit, Pudori, probitati, virtuti, rectis studijs, bonis artibus nihil est loci. Idem Cicero de peti. consu. Fraudis (inquit) atque insidiarum & perfidiæ plena sunt omnia. Idem Cicero lib. 2. Famil. de superbiam inauditam in facinore gloriari. Idem Cicero in Verr. Sunt (inquit) homines, quos libidinis infamixque suæ neque tædeat, neque pudeat, qui quasi de industria in odium offensionemque populi irruere videantur. Si ergo verum est, mores bonos aut malos imperiū sequi vel refugere, hoc est, bonis moribus imperium accedere, malis verò abscedere, cōsequens est, vt Romanorum imperium ne dicam tyrannis longè ab eis abscerferit, euaserit, aufugerit, quandoquidem ipsi, vt ex superioribus autoritatibus apparet, in pessimos mores reciderunt. Et sic † nihil vnquam tam passim aut frequentius videmus quàm imperiorum mutationes. Vnde Propertius Eleg. lib. 2.

Magni saepe duces, magni excidère tyranni,

Et Thebae steterant, altaq; Troia fuit.

Ouidius lib. 15. Metamor.

Sic magna fuit censumq; virisq;

Perq; decem potuit tantum dare sanguinis annot,

Hunc humiliter veteres tantummodo Troia ruinas,

Et pro diuitijs tumulos ostendit aurorum.

Clara fuit Sparte, magna viguère Mycena,

Nec non Cecropis, nec non Amphionis arces:

Vile solum Sparta est, alta cecidere Mycena.

Oedipodionia quid sunt, nisi nomina Thebae?

Quid Pandionia restant, nisi nomen Athene?

Denique totius orbis imperium penes Romanum Imperatorem aliumue mortalium de iure diuino aut humano nunquam fuisse aut fore eleganter probat Sotus, vbi supra, dato, inquit, quòd vniuersæ mundi nationes vel in vnum locum conuenire possent, vel per literas conueniri, vt vnum eligeret Monarcham, id tamen minimè iure naturæ expediebat. Arist. namque Polit. 7. c. 4. docuit, Rempublicam non esse meliorem, eò quòd maior, sed tantam debere sub vno principe agere, quantam ipse per se vel per suos posset commodè administrare, veluti naus neque iusto minor nauigati

gationi apta est, nec si duorum esset stadiorū, posset commodè gubernari. & Aug. lib. 4. de ciuit. Dei c. 15. Iniquitas (inquit) ampliora fecit regna, & perdomitis gentibus dilatare regnū malis videtur sclicitas, bonis necessitas, nempe q; hostiū iniquitas cogit, vt bello suppressantur, nostroque adhibeantur imperio. Hæc fermè ille. Est enim Rex anima regni. Vnde sicut authore 2. de Anima eodem Philosopho, Non potest quæuis anima quantumcunque animare viuificareque corpus: sed quorumcunque natura constantium præfinita est methodus, & mensura, quia neque formica ad hominis proceritatem augeri potest, neq; homo ad illam, quæ est elephantis: sic neque princeps calore suo totam potest rempublicam nationibus ac regionibus vastissimè dispersam fouere, vt valeat, quæ quaq; in prouincia fiūt, nosse, emendare, corrigereq; ac disponere. vnus namque non potest vndecunque orbis nuncios breui tempore suscipere, neque quocunque gentium prætores suos, ministrosque alios dimittere, & quæ vbique fiunt castigare: imò neque eius metus ad tam vasta locutū spacia potest pertingere. Igitur † cū potestas sit propter vsū, si vsus amplissimæ huius potestatis non est possibilibus, fit, vt vana fuerit talis institutio? Deus autem & natura nihil faciunt frustra. l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procurat. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt legat. nomine caue. l. qui bis. ff. de verb. obli. l. si sic. ff. de solut.

Postremò, vt Romanorum Imperator sit de iure diuino dominus totius mundi fortiter probatur. Nā summus Pontifex, tam in temporalibus quàm in spiritualibus quòd ad iurisdictionem est dominus totius mundi. Imperator verò est Vicarius Papæ in temporalibus, ergo in illis est dominus totius mundi, non secus quàm Papa, huic rei respondebimus supra, & in c. seq. Interea tamen animaduertendum est pro Imperatore facere congruam illam rationem: nam vt expedit, gentes quæ nolūt agere syluestrem more ferarum vitam, habere principem quo regantur, ita omnibus gentibus in vniuerso idem expedire videtur, vt si fortior reliquos opprimere voluerit, sit princeps mundi qui eum reprimat, sed de hoc in seq. quoque arti.

SUMMARIUM.

1. *Papa an habeat iurisdictionem temporalem in toto orbe? ardua quaestio.*
2. *Christus dominus noster an habuerit in toto orbe dominium temporale, vt homo?*
3. *Mundi dominus in temporalibus nec fuit Christus dominus noster, nec est Papa, nec Imperator, sed solus Adam.*
4. *Imperator non est dominus rerum singularium, contra quosdam.*

5 Im-

34
Imperiorum
variationes.

35
Possess. pro-
prietarium.

- 5 Imperatori Romano non subsunt etiam de iure reliqui principes, contra Bal. & alios.
- 6 Imperatori non subsunt ciuitates liberae, contra Doctores.
- 7 Imperatori Romano non licere magistratus in omnibus mundi ciuitatibus ponere, contra Doctores.
- 8 Regem eligere posse ciuitates, contra nouissimos.
- 9 Principes boni sunt à Deo.
- 10 Principes & magistratus mali sunt à Deo.
- 11 Principes & magistratus mali dicuntur non esse à Deo.
- 12 Principes mali & boni à Deo esse, vt intelligendum noua declaratio.
- 13 Deus prouidet & consulit non solum vniuersis, sed etiam singulis rebus.
- 14 Animalium tam rationabilium quam brutorum, siue terrestrium, siue volucrum, siue aquatilium variorum, tam appetituum ac inclinationum, quam actionum, & operationum vera causa.
- 15 Cælestia signa duodecim.
- 16 Animalium varij appetitus, & actiones.
- 17 Cælestia sydera habent potestatem & vim influendi in animalia cuncta.
- 18 Animalium peritiam.
- 19 Cælestia, & terrestria omnia operantur cogente natura præter hominem, qui operatur ex libero arbitrio.
- 20 Voluntarij actus panam, aut præmium merentur, non necessarij.
- 21 Dei prouidentia, & concurrentia qualis sit respectu cunctarum rerum.
- 22 Imperium à Deo esse, variè intelligitur.
- 23 Imperiū esse videtur de iure naturali, vel gentium primaui, ita tamen, vt cesset coactio.
- 24 Imperium quare non sit inter bruta, que socialiter vel gregarij vitam degunt, vt est inter homines.
- 25 Animalia non solent nocere animalibus sue speciei, fallit in homine.
- 26 Similitudo Ecclesie militantis ad Ecclesiam triumphantem.
- 27 Imperium à Papa in Imperatorem nunquam migravit, quia apud eum nunquā fuerat, ardua q.
- 28 Historia Alexandri.
- 29 Homo homini auxiliari iure natura tenetur.
- 30 Moras non patitur auxilium.
- 31 Fabula Bouis & Cameli.
- 32 Dei à prouidentia & iustitia alienum, vnum hominem mundi totius esse Imperatorem.
- 33 Mundi dominum qui se iactaret demonum è caelo cadentium audaciam superaret.
- 34 Mundi dominum vnum hominem esse, nocentissimum esse.
- 35 Iurisdictionem alienam usurpare interdum capitale est.

C A P V T X X I.



VINQVAGESIMO QVARTO defluit etiam ex nostra principali sententia definitio illius memorabilis articuli, An summus pontifex sit dominus toti-

us mundi quò ad iurisdictionem, etiam in temporalibus, non secus quàm in spiritualibus, vt sic si quam habent principes sæculares iurisdictionem in temporalibus, eam non iure proprio, sed quasi defluentem, & mandata ac concessam à Papa habere videantur. id quod non solum multi vtriusque iuris interpretum adfirmant, sed etiam non pauci eorum asserunt hanc esse receptiorem opinionem. Ex diuerso contrariam partem, vt summus Pontifex non habeat iurisdictionem in temporalibus, sed tantum in spiritualibus, non solum vtriusque iuris interpretum multi contendunt, sed etiam eorum non pauci adfirmant, hanc esse frequentiore opinionem, quos auctores retulimus supra c. præcedenti ad principium. & hæc pars cum moderamine illic dicendo verior est, & ex nostra sententia principali probatur. Nam cum vtranque potestatem ad meram subditorum vtilitatem institutam fuisse, iam fusè ostenderimus, nec dubium sit, quin ad hominem vnum spectare vniuersorum hominum, prouinciarum, & nationum regimen, & iurisdictionum in temporalibus esset noxium, perniciosum, intolerabile, vt proximo capite edocemur, reliquū est, talem iurisdictionem in persona solius Papæ residere minimè posse. Id quod dilucidè apparet ex Domini nostri testimonio, dum dixit, Regnum meum non est de hoc mundo. Et rursus in Euangelio Mathæi dicitur, Vulpes foueas habet, & volucres cæli nidos, Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Item apparet etiam illinc vbi interroganti respondit, quis me constituit iudicem inter vos? ergo planè significauit non esse sibi tanquam homini iurisdictionem & imperium in temporalibus. Item in Ioanne scribitur, quòd cum pauisset multitudinem, abscondit se, quia volebant eum populi rapere, ac regem facere. Et rursus in Ioanne legitur, Non venit Filius Dei in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Id quod repetitur Lucæ 7. Domine, inquit, vis dicimus vt descendat ignis de caelo & consumat illos. conuersus increpauit illos, & dixit, non misit Deus Filium suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Et vltra rationem iam relatam, & sex loca nuper recitata, septimo loco facit, quia potestas datur propter vsum, vt docet Sotus lib. 4. de iustit. & iure. q. 4. articul. 2. l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procur. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt lega. nom. caut. sed Dominus noster Iesus Christus nullam sæcularem iurisdictionem exercuit: ergo, &c. quod non exercuerit ostendit Sotus, vbi supra, art. 1. & 8. loco, facit quod legitur in Psal. 2. Ego (inquit) constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius (hoc est, vt Sotus d. art. 1. interpretatur, super ecclesiam prædicans præceptum eius) & nono loco Matth. 28. Data (inquit) est mihi potes-

1
Papa an habeat iurisdictionem temporalium in toto orbe, ardua quest.

2
Christus dominus noster an habuerit in toto orbe dominium temporale vt homo.

potestas in cœlo, & in terra. euntes ergò, docete omnes gentes, &c. ergò illam potestatem interpretatur, & restringit ad solam potestatem docendi & prædicandi. Decimò, teste Esaiâ c. 9. Regnum suum in sempiternum dicit daturum: ergò non habebat regnum, vt reliqui principes terræ caducum, & temporale. Vndecimò ad idem, quod legitur in Psal. Regnum omnium sæculorum, sic ergò non caducum. Sunt & alia, quæ scitè traduntur per doctissimum Sorum lib. 4. de iust. & iure. quæst. 4. articul. 1. & super Matth. in c. 1. & in c. 20. & per Guerrerium c. 16. in suo specul. prin. Summus ergò Põtifex vt Christi Domini nostri Vicarius (nullum enim ius aliunde habere potuit) eam temporalem iurisdictionem, quam Dominus noster non assumpsit, nõ potest habere, id quod ita testatur Dominicus d. artic. 1. & colligitur 12. loco ex c. solitæ. de maior. & obed. & c. duo sunt. 96. distinct. vbi summus Pontifex, qui se Imperatore maiorem dicit, quia præest spiritualibus, nõ tamen negat, quia in temporalibus præcedat Imperator, præsent ergò diuersis, sed Papa maioribus.

Hactenus de simplicibus, hoc est, de merè spiritualibus, & merè temporalibus. cæterum Papa habet etiam iurisdictionem in temporalibus, quatenus necessaria sunt ad spiritualium expeditionem. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. c. cum quid, de regu. iur. lib. 6. sunt enim hæc spiritualis iurisdictionis appendicia. l. si quis ita hæres institutus. ff. de acqui. hære. ibi. sunt enim appendices præcedentis institutionis, id quod admittunt communiter vtriusque partis fautores, & fusius reliquis Dominicus Sotus, & Alfonso Guerrenus, vbi supra. Itaque Iesus Christus Dominus noster non dubium est (secundum eos) quin vt Deus esset Dominus, tam in temporalibus, quam in spiritualibus terrarum, marium & cœlorum, sed vt homo noluit assumere in terris principatum in temporalibus, sed tantum in spiritualibus, & consequenter in ijs, quæ ad spiritualium expeditionem, & cõseruationem, seu augmentum necessaria erant, sicque Vicario suo Papæ temporalia non reliquit, sed tantum spiritualia, & quæ ad eorũ expeditionem de temporalibus necessaria esset. Ex quibus omnibus colligitur, quòd ¶ neq; Christus, neq; Papa, neque Imperator totius mundi Dominus est, aut fuit in temporalibus de iure. Solus Adam primus pater totius orbis Dominus fuisse videtur, quod tamen dic, vt per Sotum d. l. lib. 4. quæst. 3. articul. 1.

Quinquagesimoquintò ex his planè deducitur, veram non esse opinionem eorum, qui contendunt Imperatorem ¶ dominũ esse rerum singularium, etiã in omnibus & quibuslibet mundi partibus existentium, quam opinionem tenuerunt Host. tit. de præscrip. §. quæ autem. quam opinionem rectè improbat Sotus d. articu. 1. ex nostra principali senten-

tia excluditur, nam si omnis potestas, regnũ, imperium, principatus est ad meram ciuium vtilitatem, non ad regentium commodũ instituta, quis tam infaniat, vt non videat noxium esse ciuibus omnia esse principis sui.

Quinquagesimosextò colligitur etiam verum non esse, quòd quidam contendunt, omnes ¶ Reges subesse de iure Imperatori Romanorum, quamuis de factò nõnulli eorum eum non recognoscant: quales sunt reges Hispaniarum, & Franciæ, & similes, ita Bal. in c. 1. in princ. col. 2. de pace iur. fir. in feud. quem sequitur Marcus Mantua locorum communium lib. 1. c. 12. Bart. in l. hostes. num. 7. ff. de capti. nos autem firmamus, quòd etiam de iure eum non recognoscunt in superiorem, quandoquidem non solum omnes reges, sed etiam omnes homines sunt per se quæ liberi, & ab eius imperio exempti aut separati, præter eos, qui probabuntur esse incolæ suarum ciuitatum, oppidorum & regionum. d. l. quod atinet. ff. de reg. iur. cum alijs supra relatis, & quæ contrarium noxium esset humano generi.

Quinquagesimosseptimò colligitur ¶ etiã respectu ciuitatum, quæ vt liberæ se gerunt, eum non esse dominum, etiam quòd ad protectionem, quamuis contrarium teneat Isernia in prima consti. Neap. col. 3. Cyn. Bar. Bal. Sal. in d. l. cunctos populos. C. de summa Trinit. Marc. Mantua, vbi supra. Petr. Anchar. consil. 87. omisso. col. 1. Alex. consil. 76. colum. 3. lib. 2. Et ita intelligo dominum non esse quòd ad protectionem ciuitatũ Venetiarum aut Genuæ aut similiarum nõ magis, quam rex Ungariæ aut Portugalliæ. Et quia contrarium ellet noxium humano generi.

Quinquagesimooctauò defluit ¶ etiã non esse ei liberum magistratus dare aut remouere in omnibus orbis ciuitatibus & oppidis, etiã de iure (nam de factò non est dubium) licet contrarium teneant Bald. cons. 328. Quæritur lib. 1. Marc. Mantua, vbi supra. Signor. in l. princeps. ff. de legib. colum. 1. Riminal. in rubric. ff. de iurisd. omn. iud. colu. 2.

Quinquagesimononò apparet etiam veram nõ esse sententiam eiusdem Marci Mantuæ, vbi supra, contendentis, ¶ quaslibet ciuitates non recognoscentes Imperatorem, non posse hodie de iure regem sibi eligere, quasi Imperator de iure sit dominus totius mundi, quòd à vero remotum esse edocti sumus. verius ergò est regem sibi eligere fas esse, vt tenuit Corsetus de potesta. & excel. regis. q. 2. in princ. Et quia id expedit humano generi, vt Specul. princip. suadet.

Apparet similiter errasse in l. 1. colu. 1. C. de sum. Trin. & fide Cath. Cardin. in clem. pastoralis. §. illud, de re iud. & Marcum Mantuam, vbi supra, dum aiunt, quòd Deus de cœlo constituit imperium, quod intelligunt immediate, & vt causa particularis: nam vt causa vniuersalis non dubium est, quin omnia etiam minima

5
Imperatori Romano non subsunt etiã de iure. reliqui principes, contra Bald. & alios.

6
Imperatori nõ subsunt ciuitates liberæ, cõtra DD.

7
Imperatori Romano nec licere magistratus in omnibus mundi ciuitatib. ponere, contra Doct.

8
Regem eligere posse ciuitates, contra nouiss.

3
Mũdi dominus in temporalibus nec fuit Christus dominus noster, nec est Papa, nec Imperator, sed solus Adam.

4
Imperator nõ est dominus rerum singularium, cõtra quos.

minima constituerit; & intelligendo, ut causa particularis & immediate, non est vera opinio, cum à populi consensu, & electione civium immediate, & particulariter omne imperium iustum, & legitimum processerit, ut supra ostendimus in nostra principali sententia, quod & rectè tenuit Dominicus Sotus de iust. & iur. lib. 4. q. 4. artic. 1. qui tamen continuo sibi ipsi contrarius videtur, dum subiicit hæc verba: Potestatem autem civilem Deus per legem naturalem, quæ suæ sempiternæ participatio est, ordinavit, hoc autem sic patet: Deus per naturam dedit rebus singulis facultatem se conservandi, suisque resistendi contrarijs, non modò quantum ad incolumitatem temporalis salutis, verum & per eius gratiam tanquam ad prosperitatem spirituales. hanc autem homines facultatem cum exequi commode dispersi nequirent, adiecit eis instinctum gregatim vivendi, ut adunati alij alijs sufficerent: congregata verò Respublica neutiquam se poterat gubernare, hostesque propulsare, malefactorumque audaciam cohibere, nisi magistratus diligeret, quibus suam tribueret facultatem. Nam alias tota congregatio sine ordine & capite, neque unum corpus repræsentaret, neque ea providere posset, quæ expedirent: ergò eadem ratione doctè diuinitusque instructæ Respublicæ, alix annales consules, alix alias publicarum administrationum formas sibi instituerunt. atque eodem iure quælibet potuit ac debuit, ubi expediri cognosceret, totam suam potestatem & imperium in unum regem, qui secundum Aristotelem optimus genere suo est principatus transferre: ut lege sæpè citatâ, quod principi placuit, sancitur: penes quem summa esset rerum. Ecce quemadmodum publica, civilis potestas, ordinatio Dei est, non quod Respublica non creauerit principes, sed quod id fecerit diuinitus erudita. unde illud sapientis 14. Tua pater providentia ab initio cuncta gubernat. per leges naturales intelligendum est, tam per illas, quas rebus irrationalibus ingenuit, ut mari & ventis, quam per illas, quas indidit hominibus. & idèd Paul. ad Roman. 13. auctoritatem ÷ principum non in Respublicam tantum, sed in Deum ipsum refert: Omnis (inquit) anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas, nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt: itaque qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Et ad Titum 3. Admone illos, principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedientes. neque verò potestates tantum Christianorum principum, verum & quæ sunt penes infideles, à Domino Deo sunt, quia fides naturam non destruxit, sed perfecit. & per illas potestates gubernare possunt plebes in his, quæ sunt naturalis iuris. sic enim Daniel. 2. legitur: Deum cœli regnum & imperium tradidisse Nabuchodonosor. sic &

9
Principes boni sunt à Deo.

Christus ait ad Pilatum: Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Ergò à Deo sunt non solum potestates maximæ, quales sunt Regum & Imperatorum, sed etiam minores, quales sunt illi iudices, qui à Regibus, & Imperatoribus, & similibus subdelegantur & substituuntur. id quod in specie notat Alfonsus Guerrerius in Spec. princ. c. 16. num. 6. per exemplum Pilati supra relati. ad idem Prouerbiorum c. 8. dum ait: Per me reges regnant, & conditores legum iusta decernunt. Nam dum meminit de regibus, intelligitur (ut notum est) de magnis potestatibus, dum loquitur de legum conditoribus, etiam de minoribus potestatibus intelligi potest, quandoquidem etiam oppidula, quia principibus subsunt, & possunt & solent statuta municipalia sibi concedere, ut in l. omnes populi. per illum text. declarant Bart. & communiter Doct. & omnes Doct. per text. ibi, præsertim Alex. Corneus, las. & Decius. C. de testa. in l. fin.

Quinimò ÷ non solum mali, sed etiam pessimi iudices à domino Deo dicuntur habere potestatem, ut per Guerrerium & Dominicum Sotum, ubi supra, utque constat ex Dei verbo, nuper relato, ibi, Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi datum esset tibi desuper, & tamen iudicum omnium pessimum & iniquissimum fuisse constat Pilatum. Ad idem Prouerbiorum 28. ibi, Propter peccata terræ multi principes eius. & Job 34. Qui regnare fecit hominem hypocritam propter peccata populi. Rursus ÷ idem isti iniqui principes aut iudices dicuntur regnare, & non per Deum aut per Dei ordinationem, ut per Oseam c. 4. dum ait: Regnauerunt, & non ex me principes extiterunt, & non cognoui, de quibus Esaias cap. 10. ait: Væ qui condunt leges iniquas. & Ezech. c. 34. Principes eius in medio eius, quasi lupi rapaces positi ad effundendum sanguinem. & alibi dicitur per Prophetam: Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. ita Guerrer. ubi supra c. 54. Cum ergò ÷ mali principes & iudices dicantur à Deo domino habere potestatem, rursusque idem à domino Deo negetur habere potestatem, concordia est (ex mente Dominici Soti, ubi supra, ad finem) ut mali à domino Deo permissore dicantur habere potestatem, non aut domino Deo iussore aut iubete. vel rectius omnes iudices & principes intelliguntur esse à Deo tanquam causa vniuersali, quæ concursit in omnibus, & cum omnibus, tam rebus, quam actionibus humanis. sicque ut sunt priuatorum hominum multi latrones, homicidæ, parricidæ, hæretici, proditores, adulteri, falsarij, & similes, ita iudicum & principum non pauci sunt eiusdem modi, utriusque autem sunt à domino Deo ab eiusve ordinatione diuina, tanquam causa vniuersali in omnibus & cum omnibus humanis concurrente,

10
Principes & magistratus mali sunt à Deo.

11
Principes & magistratus mali dicuntur non esse à Deo.

12
Principes mali & boni à Deo esse, ut intelligendus, noua declaratio.

13
Deus puidet
& cōsulit nō
solū vniuer-
fis, sed etiam
singulis re-
bus.

rente, non solū † vniuersaliter, sed etiam singulariter, & particulariter. Vnde Cice. 1. de diui. scripsit:

Deorum prouidentia mundus administratur, ijdemque cōsulant rebus humanis, neque solū vniuersis, verū etiam singulis. idem Cicero: Si hoc à principio persuasum hominibus, dominos esse omnium rerum, ac moderatores deos, eaq; quæ gerantur eorum geri ditione, atque numine, eosque optime de genere hominum mereri, & qualis quisq; fit, quid aget, quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat religionem intueri, piorumque & impiorum habere rationem. 2. de leg. ita ipse Cicero scriptum reliquit. Et Manilius lib. 2. Astrono.

Hic agitur Deus & ratio, quæ cuncta gubernat.

Claudianus lib. 1. in Ruffinum:

*Signa quidem ò socia diuos at tollere contra
Nec fas est, nec posse reor.*

Lucianus lib. 9. bell. ciuil.

Iuppiter est quodcumque vides, quocumq; moueris.

Virg. lib. 4. Georg.

*Deum nanque ire per omnes
Terrasq; tractusq; maris, cælumq; profundum,
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quenq; sibi tenues nascentem arcessere vitas.*

Boëtius Metro. 9. lib. 5.

O qui perpetua mundum ratione gubernas.

Silius Italicus lib. 6. bell. pun.

Iustitia, rectiq; dator, qui cuncta gubernas.

Stattius lib. 5. Theba.

*Cuncta hac superùm demissa suprema
Mento fluunt.*

Horat. Ode 12. lib. 1.

*Qui res hominum ac Deorum,
Qui mare & terras, varijsq; mundam
Temperat horis.*

Virg. Eclog. 5.

Nec curare Deum credis mortalia quenquam.

Horat. Ode 4. lib. 3.

*Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventosum, & vrbes, regnaq; tristia
Diuosq; mortalesq; turbas
Imperio regit vnus equo.*

Titius Calphurnius Eclog. 4.

*Deus ipse canatur,
Qui populos vrbesq; regit, pacemq; togatam.*

Boëtius Metro. 5. lib. 1.

Omnia certo sine gubernas.

Vides igitur omnes omninò tam Philosophorum quàm Poëtarum turbas in eo conuenire, vt per Deum Optimum Maximum fiat prouidentia in rebus humanis nō solū vniuersis, verū etiam singulis.

Cum ergò Dei prouidentia omnia regantur, & non solū vniuersa, sed etiam singula, vt est communis & vera opinio tam Sanctorum, quàm omnium ferè Philosophorum, vt tradit Saluius Alexandrinus lib. 1. 2. & 3. de prouid. Dei cum libris seq. cur Deus permisit, vt essent principes, aut iudices mali? respon-

deo, fortè ad punitionem iustam populi, vt Iob 34. Qui regnare facit regem hypocritam propter peccata populi. Cur ergò permittit, vt ciues priuati sint mali (puta fures, homicidæ, latrones, falsarij) respondeo, fortè propter eandem ferè rationem, vt per istorum molestias & damna populus similiter puniatur. Cur ergò cum posset omnia non effecit, vt & populus ita bonus esset, quòd non egeret principum, aut iudicum, aut priuatorum hominū punitione, nec eam mereretur. Respondeo, ad pulchritudinem huius mundi nihil tam necessarium quàm varietas. Vnde Poëta ait:

E per tal variat natura è bella.

Sicque Cicero 3. de Oratore ait: Ad aures nostras & sermonis suauitatem nihil est vicissitudine, & varietate, & cōmutatione aptius. Et rursus idem Cicero lib. 5. Episto. famil. ait: Nihil est aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum varietates fortunæque vicissitudines, quæ & si nobis optabiles in experiundo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundæ. Vt autem hæc varietas tam ad pulchritudinem huius operis mundi necessaria cōtingeret, oportebat aut aptum erat & conducibile, vt homines varijs rebus singuli dediti essent, puta, quidam dediti ad venandum, quidam ad rem piscatoriam, quidam ad fabilem, quidam ad agriculturam, quidam ad pascenda pecora, quidam ad regenda armenta boum, equorum & omnium quadrupedum, quidam ad Respublicas gubernandas, quidam ad nauigationem, & cætera id genus. vt autem isthæc diuersitas ingeniorum humano generi inesset, prospexit summus ille parens ac opifex Deus, vt in cælis essent duodecim signa varias influentias ex se gignentes, & similiter reliqua cæli sydera ferè quotidie variantia. Vnde de duodecim signis cælestibus Virg. sic scriptum reliquit:

*Primus adest Aries, Taurusq; insignibus auro.
Cornibus, & fratres, & Cancer aquatile signum.
Tum Leo terribilis Nemees, atque innuba virgo.
Libra subit, caudaq; animal quod dirigit ictum.
Armatusq; arcu Chiron, & corniger Hircus:
Fusor aque simul, & fulgenti lumine Pisces.*

Et Manilius lib. 2. Astrono.

*Aurato princeps Aries in vellere fulgens
Respicit admirans aduersum surgere taurum,
Submisso vultu Geminos & fronte vocantem.
Quos sequitur Cancer, cancrū Leo, Virgo leonem,
Aequato tum Libra die cum tempore noctis
Attrahit ardenti fulgentem Scorpion astro,
In cuius caudam contentum dirigit arcum
Mixtus equo, volucrem missurus tamq; sagittam,
Tum venit angusto Capricornus sydere flexus,
Post hunc inflexam diffundit Aquarius vnam
Piscibus assuetas auidè subeuntibus vndas.
Quos Ariestangit claudentibus vltima signa.*

Et similiter summus ille parens & opifex rerum mundi conditor Deus bruta quoque animan-

14
Animalium
tam rationa-
liū quàm br-
uorū, siue ter-
restrium, siue
volucrum si-
ue aquatiliū
variorū, tam
appetitū ac
inclinatū
quàm adio-
num & ope-
rationū vera
causa.

15
Cælestia si-
gna duode-
cim.

16 *Animalium varij appetitum & affectus.*
animantia non secus quàm humanum genus varijs donauit inclinationibus, vnde Manilius lib. 2. Astronom.

Ad Luna motum variant animalia corpus.

17 *Celestia sidera habent potestatem & vim influendi in animalia.*
Ergo sidera cœlestia habent potestatem influendi in animalia terrestria, volucra & aquatilia.

Manilius lib. 2. Astronom.

Deniq; sic pecudes, & muta animalia terris

Cum maneant ignara sui, legiq; per aenum:

Natura tamen ad mundum reuocante parentem

Attollunt animos, cœlumq; ad sidera seruant,

Corpora q; ad Luna nascentis cornua lustrant

Venturasq; vident hyemes, reditura serena.

Horarius lib. 1. Saty. 1.

Paruula (nam exemplo est) magni formica laboris,

Ore trahit, quodcumq; potest, atq; addit aceruo,

Quem struit haud ignara, ac non incauta futuri.

Qua, simul inuersum contristat Aquarius annum,

Non vsquam prorepit, & illu vititur ante

Quæsitio patiens.

Ouid. lib. 4. Metamor. de Cygni natura:

Carmina iam moriens canit exequilia Cygnus.

Martialis in Xenijs.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua

Cantator Cygnus funeris ipse sui.

Iuuenal. Saty. 12.

Imitatus Castora, qui se

Eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno,

Testiculorum ad eò medicatum intelligit inguen.

Claudianus in præfat. 3. Honorij

Aug. consulatu:

Paruos non aquilis fas est educere sætus,

Ante fidem solis iudiciumq; poli:

Nam pater excusso salit cum germine proles,

Qua; maternus rupit hiulca tepor:

Protinus implumes conuertit ad athera nidos,

Et recto flammæ imperat ore pati.

Consulit ardentis radios, & luce Magistra

Naturam, vires, ingeniumq; probat.

Degener & refugo torsit qui lumina visus

Vnguibus hunc sauis ira paterna ferit.

Exploratores oculis, qui pertulit ignes,

Sustinuitq; acie nobilitore diem.

Nutricur volucrumq; potens, & fulmine heres,

Gesturus summo tela trifulca Ioui.

Cum ergo deceret ac conduceret, vt Deus, qui omnipotens est, vt docemur ab sacrosancta Ecclesia, & tenuerunt plerique omnes Philosophorum, & Virg. dum ait:

Iuppiter omnipotens precibus si flecteris vllis.

Et rursus idem Virgilius:

Iuppiter omnipotens adigat me fulmine ad vmbas.

Et sæpe alij tam Poëtæ, Philosophique, vt iam edocti sumus, cum inquam deceret ac conduceret vt opus huiusmodi à summo Deo fabricatum tam pulchrum esset, quantum maiestas tanti opificis postulabat, consequens erat, vt esset opus omnimoda varietate ornatum, cum ad cuiusq; operis pulchritudinem nihil tam conducibile quàm varietas, ad hanc

autem varietatem animalium, tam rationabilium, quàm rationis in expertum necessariæ, aut saltem maximè conducibiles fuerunt diuersæ inclinationes & appetitus ipsorum, sicque eis dedita & appetentia vehementer esse ostendimus, vt autem essent varijs inclinationibus dedita, oportuit, aut saltem conducibile fuit, varias esse naturas syderum & signorum cœlestium à quibus reliqua pendent, vt ostendimus. Has ergo causas vniuersales ex quibus reliqua omnia procedunt, Deus Optimus Maximus permittit vt secundum naturas suas influant, & operentur in omnia particularia, generalia, aut indiuidua inde descendunt. Sicque hominum, quidam ad nauigandum, alij ad venandum, alij ad piscandū, alij ad docendum, alij ad scribendum, alij ad regendum, alij ad furandum, alij ad occidendum, necandum, alij denique ad bonum, alij ad malum procliuēs & proni sunt ad dediti & appetentes, non secus quàm brutorum animalium alia alijs rebus & actionibus sunt procliuora, vt iam edocti sumus: nisi quod inter homines & bruta hæc differentia est, quod homines ex libero arbitrio operantur, bruta autem cogente natura (non secus quàm elementa, puta ignis, aqua, aer.) Vnde hominibus liberum est naturales inclinationes & appetitus reprimere, frænare, vincere, superare, id quod reliquis animalibus rationis expertibus, aut etiam elementis liberum minime est. Vnde si homines (sinistris appetitibus superatis) ad arduam virtutis viam se conferant, præmia à Deo Optimo Maximo consequentur, aut pœnam, si contra fecerint: bruta verò & elementa pro suis operationibus aut actionibus, nec præmium, nec pœnam referēt, quia non ex libero arbitrio, sed cogente natura operantur. Quæ autem ex libero arbitrio non fiunt, sed coactione & impulsu violento, in consideratione non sunt quod ad præmium, aut pœnam. Iam dubitari, verb. sua sponte. ff. de hæ. insti. l. si filius, qui patri. ff. de vul. verb. non sponte susceptis. l. si fidei iusso. §. si necessaria. ff. qui satis. cog. vbi multa in simili per las. & per Barth. Soz. in d. l. si filius qui patri. Ergo quod cœlestium, terrestrium aquatiliūque animalia rapinam, cedēsve exerceant (quale est cum aquila columbas, & reliqui accipitres, alias auiculas, aut leo armenta, vel lupo oues dilacerant, aut proceriores, pisces minores deglutiant) id neque ad præmium spectat neque etiam ad pœnam, non magis quàm cum ex diuerso ciconia pijsissima parentes suos senescentes plumis suis operiri alereque studet & properat: quia pietate nullum præmiū meretur, quia ad id non tam ex arbitrio quàm cogente natura impellitur, plenè per Plutarchum in lib. an brutis ratio insit.

Cum ergo tanti opificis maiestas requirere videatur operis huius mundi pulchritudinem, quæ potissimum in varietate consistit,

L

hæc.

19
Celestia & terrestria omnia operantur, cogente natura, præter hominem, qui operatur ex libero arbitrio.

20
Voluntarij autem pœnam aut præmiū merentur non necessarij.

hæcque varietas humanarum actionum ex varietate sententiarum, appetituum, inclinationumque descendat: hicque varij appetitus descendant ex varia syderum natura, & potentia, consequens, & conducibile fuit ad mundi talem pulchritudinē in varietate consistentem, mortalibus liberum esse arbitrium, ut sic alij ad nauigandum, alij ad præliadum, alij ad legendum, alij ad scribendum, alij ad agros colendos, alij ad pascenda pecora applicarent sese, ac subinde alij ad bonum, alij etiam si luberet ad malum, ut sic quod maior actionum varietas, eò maior operis pulchritudo ac subinde opificis authorisve sui apparet maiestas.

Ergò quòd omnes Doct. suprà alleg. & tex. in auth. de fide instr. §. quia verò, aiunt, quòd † Deus de cælo constituit imperium, variè intelligi oportet, Primum in bonis principibus & bonis iudicibus. Deinde etiam in malis. Tertioque ut procedat, ut Deus concurrat tanquam causa vniuersalis, quæ similiter in creatione volucrum terrestrium, & aquatiliū concurrat. Quarto ut † concurrat etiam tanquam causa particularis. nam & similiter tanquam causa particularis concurrat in reliquis omnibus tam ad aëreum genus, quàm ad terrestre, nec non ad aquatile etiam spectantibus, ex sententia Ciceronis & reliquorum Philosophorum, de quibus iam mentionem habuimus adfirmantium, quòd dominus Deus disponit & prouidet in omnibus, & non solum vniuersis, verum etiam singulis. Ergò data paritate terminorum, nulla omnino differentia est inter imperium & reliquas res humanas, quod attinet ad Dei ordinationem. nam & reliquæ res quælibet tam ex Dei ordinatione aut cōstitutione sunt, quàm imperium. Quintò intellige, quòd † est imperium etiam de iure naturali (quod ius gentiū appellari suprà c. 16. num. 11. ostendimus) nam ea dicuntur esse iuris gentiū, quæ à plerisque gentium humanis necessitatibus exigentibus obseruantur & vsu recipiuntur. §. ius ciuile. & §. ius autem gentium. Institut. de iure nat. nec dubiū est, quin (ut suprà edocemur) humani generis necessitates desiderent, ut homines non syluestrem more ferarum, sed socialem vitam ac politicam agant. Socialis autem vita desiderat & deposcit imperium (hoc est, iudices aut magistratus) tum quòd humanum genus est ad dissentendum procliuē, ut notum est, tum maximè quòd omnes homines quasi ad tyrannidem, vel saltem ad sui amorem ad eò sunt procliuēs, ut omnes natura sibi melius esse malint, quàm alteri, ut suprà disseruimus. Sicque cum nullus sit, qui in re aut causa sua æquū iudicem arbitriūmq; præbeat, & societas ac communio pariat discordias. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. necesse est, ut ad eas discordias litesq; sedandas sint magistratus, ne ad rixas, tumultus,

seditiones, rapinas, pugnas & ad arma passim venire contingat. & Imperium capimus pro omni magistratu, ut in princ. Inst. de perp. & temp. act. & suprà c. 1. & 2. exposuimus. Cæterum cum id ius siue naturæ, siue gentium non inducat necessitatem præcisam, sed tantum causatiuam, nempe, ut commodius liceat degere vitam, superest, ut nulla gens possit compelli inuita & repugnans viuere sub imperio, cum, quia ius hoc naturale, est natia & recta quædam ratio, nullam inducens necessitatem compulsiuam, vim aut violentiam, ut edocemur c. 35. num. 15. tum etiam quia cum ad nostram id vtilitatem spectet, vnicuique liberum est suis commoditatibus renunciare. l. pen. cum simil. C. de pact. ut suprà attigimus.

His tamen omnibus vehementer obesse videtur, quòd † non pauca brutorum species gregatim vitam degunt, non secus quàm homines (ut videmus in ouibus, capris, arietibus, porcis, equis, equabus, asinis, mulis, mulabusque, in tauris & similibus) ergo consequens esse videbatur, ut iure quoque naturæ, aut diuina ipsa quoque bruta inter se viderentur imperium habere, ut esset, qui pareret, & qui imperaret: id quod admittere stultum ridendumque esset, eiusque contrarium euidētius est, quàm longa contentione egeat. Vnde operæ precium erit intelligere, cur diuersum? Et sanè ratio differentiarum non obscura est. nam ut nuper dicebamus, animalia bruta (siue illa volatilia sint, siue terrestria, aquatilia) operantur cogente natura, sicque nunquā discrepant, aut separantur, aut discedunt à naturali Dei ordinatione, & lege sibi natura insita: sicque nulla alia lege nulloque rege indigent: homines verò cum ex libero arbitrio operentur, ius, ratioque naturalis eos non cogit aut compellit, sed tantum suadeat, & moneat: sæpissimè ab eo iure naturæ discedunt. vnde regibus & magistratibus egent, qui inuitos legibus, iuri & rationi parere compellat, sicque parum est ius habere hominibus, nisi sint magistratus, qui eos ad ius seruandum compellant. l. 2. §. post originem. ff. de crig. iu. At brutis animantibus sat est legem naturæ habere, nec egent Imperatore, Rege aut magistratu, qui cogat ad eam seruandam, quandoquidem ab ipsa natura hanc ad rem adiguntur, & compelluntur: uti † hanc differentiam eleganter tradit Plutarchus in libro suo: An brutis ratio insit? sic et si homo homini sæpe noceat, teste Horatio libro primo Epistolar. sic dicente:

Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones,

Et Plautus in Asinaria:

Lupus est homo homini.

Et Aufonius in bie. senten.

Pernicies hominum, quæ maxima solus homo alter.

At longè sanè diuersum est in reliquis animantibus, quæ legis naturæ tenacissimi obser-

21
Dei prouidentia & concurrentia qualis sit respectu euentuum rerum.

22
Imperium a Deo esse variè intelligitur.

23
Imperium esse videtur de iure naturali, vel gentium primo, ita tamen, ut cesset coactio.

24
Imperium quare non sit inter bruta, quæ sociabiliter vel gradatim vitam degunt, ut est inter homines.

25
Animalia non solent nocere animalibus sue speciei, fallit in homine.

obseruatores minimeq; violatores, nunquam animantibus suæ speciei nocent, sed tantum diuersæ. Vnde Horatius Epod. lib.

*Neque hic lupus mas, neque fuit leonibus
Vnquam nisi in dispar feris.*

Et Iuuenalis Saty. 15.

*Sed iam serpentum maior concordia: parcit
Cognatis maculis similis fera, quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore vnquam
Expirauit aper maioris dentibus apri?
Indica Tygris agit rabida cum Tygride pacem
Perpetuam: fauus inter se conuenit vrsis.*

Postremò in fauorem tã Imperatoris quàm etiam summi Pontificis facit ratio illa, quæ factis congrua esse videbatur. Nam † vt in vno populo expedit esse principem, ne fortior omnia possit, improbiq; & audaciores reliquos bonos, innoxios, mitioresq; ciues opprimat, expilent, & perdant: ita in toto orbe Imperatorem esse, qui sit dominus, & monarcha totius mundi, conuenit, ne ex regibus, & principibus, vel ciuitatibus liberis vnum alterum impunè opprimere possit. Parum enim est singulæ ciuitatis aut prouinciæ suum principem habere ad talem ciuium audaciam, & improbitatem reprimendam, id enim eò pertinet, vt in quaque ciuitate singuli ciues innoxij sint respectu aliorum conciuum, non autè vt principi illius ciuitatis aut prouinciæ desinat esse liberum, alteram ciuitatem liberam vel principem impetere, armisque adoriri ac opprimere, vt quotidie fit. Ad hanc ergo temeritatem, & iniustitiam reprimendam vtile, còsultum, & conducibile esse videbatur orbi vniuerso, esse vnum totius mundi dominum, hoc est, Principem Romanum. Et ideo (quo magis hæc ratio iustificetur) dictum est ad exemplum ecclesiæ triumphantis Ecclesiam militantem fuisse exemplatam aut institutam. Vnde vt ponere duo principia, aut duos Deos hereticum esset, ita & negare nõ esse vnum principem totius mundi, tale esse videretur, id quod significari videtur in c. præcipimus. 11. q. 1. c. duo. & c. si Imperator. 96. dist. Glo. no. in c. non autem. 8. q. 1. tex. in c. ad Apostolicæ. de re iudic. libro 6. c. venerabilem. de electi. Vnde † Hostiensis in c. quanto. de transl. prælatorum ait, quod tribunal Papæ & tribunal Christi idem sunt, sicq; vult vtranque iurisdictionem tam in temporalibus quàm in spiritualibus esse penes Papam, sicq; eum solum posse deponere Reges, & Imperatores, licet exercitium in temporalibus ab eo in Imperatorè descendat, & transitum fecerit quo ad executionem & exercitium, ne Papa humanis rebus impeditus, diuinis parum vacaret. Ita etiam tenet Cardi. Iacob. in tract. de concil. pag. 130. lib. 3. art. 1. Alphon. in Guerrerius in Specu. c. 16. Fernan. Loa. in consi. pro March. de Velez. dubitatione 1. pag. 398. vers. & non solum. Bart. Bal. Paulus Castrensis, & alij in l. fi. C. de legibus. idem Bal. in l. rescripta. C. de precibus

Imperatori offeren. Ioannes Imol. in c. dilectus. l. de præbend. Restaurus Castaldus de optimo Imperatore. q. 81. Petrus Albinus de Pontifi. potest. fol. 25. Alciatus in l. bona ciuitatis. ff. de verb. signi. Ioannes de Selua de benefici. 4. parte. q. 8. vers. 16. & 17. And. Alcia. in l. interclaras. C. de Sum. Trin. Petrus de Monarchia. q. 4. ad finem. Martinus Laudensis de principibus in 10. & 11. notab. Sanctus Bernardus ad Eugenum Papam argu. Ioan. 8. dum ait ex ore Christi ad Petrum, Còuerte gladium tuum in vaginam, sic ait, tuus ergo tuo forsitan nutu, & si non tua manu euaginandus, sed iussu Imperatoris: sic leo Papa 4. vtc. igitur. 23. q. 8. contra Sarracenos iubet populum congregari, & ad litus maris accedere. Denique huc etiam spectant, quæ scripsimus supra in præfatione, dum † negauimus licuisse Alexandro Magno, orbem vniuersum ferè armis vexare inuestareq; eo colore quòd humano generi id expediret. Cùm (si verum amamus, & vilissimorum adulatorum morem missum facimus) nihil vera à genere humano, & à consultissima Dei Optimi Maximi ordinatione, & prouidentia magis remotum esse aut excogitari poterit, vt iam post doctissimum Sotum lib. 4. q. 4. art. 1. de iust. de iure attigimus. Quibus adde præstantissimam nouamq; rationem. Nam cùm cognationem quandam inter nos natura constituerit, hominem † homini periclitanti iniuriamve patienti non subuenire, indecorum, inhumanum, & impium est, art. l. vt vim. ff. de iur. & iur. Hinc est, quòd fratrem contra fratrem peccantem ad monere tenemur, secundum còmunes opiniones, vt plenè differuimus supra c. 16. sicq; opem, egenti nostro auxilio, ferre omnes homines & naturaliter optamus, iureq; naturæ debemus, & etiam iure positiuo, vt plenè etiam docent Hieronymus Cagnolus, & Philippus Decius in l. culpa caret. ff. de regulis iuris. hinc videmus naturaliter, quòd si quæcunque auicula vim patiat, reliquæ eiusdem speciei auiculæ præstò adsunt comitantes, condolentes, auxiliumq; suum veluti pollicètes, & si ad id etiam valent ipsa præstantes. Idem faciunt animalia terrestria, vt videmus in porcis, in equabus, in tauris, inque similibus. Vnde Ouid. lib. 2. de Ponto siccecinit:

*Brachia de lassæ potius prendenda natanti,
Nec pigeat mento supposuisse manum.*

Et Virgilius lib. 2. Aeneid. scripsit:

*Per te, per superos & conscia numina veri,
Fer, si qua est, quæ adhuc mortalibus vsquam
Intemerata fides, oro miserere laborum
Tantum, miserere etiam non digna ferentis.*

Et Ouidius lib. 1. de Tristibus:

*Opauci rebus succurrite lassis,
Et date naufragio littora tuta meo.*

L 2

Et

26
Similitudo ec-
clesiæ militan-
tis ad ecclesiæ
triumphan-
tem.

27
Imperium à
Papa in Impe-
ratorem nun-
quam migras-
sit, quia apud
eum vnquam
fuerat, ardua
que sit.

28
Historia Ale-
xandri.

29
Homo homi-
ni auxiliari
iure naturæ
tenetur.

Et Virg. 1. Aeneidos:

Ad te confugio, & supplex tua numina posco.

Sicque apparet iure naturæ & periclitantis,
& vim iniuriæve patientes solere & petere,
& recipere auxilium, idque † auxilium non
patitur moras, teste Ouidio, lib. 4. Metamor.

Ad opem brevis hora ferenda est.

Ouid. lib. 11. Metamorph.

*Sed mora damnoſa eſt, nec res dubitare remittit,
Dum ſuper eſt aliquid, cuncti coëamas ad arma.*

Lucanus lib. 2. bell. ciuil.

Tolle moras, ſemper nocuit diſſerre paratū.

Seneca in Thyeste:

Serum eſt cauendi tempus in medijs malis.

Silius Italicus lib. 4. bel. pun.

Pelle moras breui eſt magni fortuna ſauoris.

Manilius lib. 4. Aſtrono.

— *Mors ſapè malorum*

Dat cauſas.

Ouid. lib. 1. de remedio amoris:

*Vidi ego quod fuerat primo ſanabile vulnus,
Dilatatum longa damnata liſſe mora.*

Ibidem:

Nam mora dat vires, teneras mora percoquit vuas,

Et validas ſegetes quod ſluit herba, facit.

Qua prebet latas arbor ſpaciantibus umbras,

Quo poſita eſt primum tempore, virga fuit.

Tunc poterat manibus ſumma tellure reuelli,

Nunc ſtat ad immenſum viribus aucta ſuis.

Denique quàm teneatur iure naturæ homines hominibus auxiliari edocet Cicer. lib. 1. Offic. dum ſcriptum ſic reliquit: Homines hominum cauſa ſunt generati, vt ipſi inter ſe, alij alijs prodeſſe poſſent. Idem 2. Officiorum ait: Proximè & ſecundum Deum, homines hominibus maximè vtiles eſſe poſſunt. Idem Cicero lib. 3. Offic. ſic ait: Hoc natura præſcribit, vt homo homini quicumque ſit, ob eam ipſam cauſam tantùm, quòd is homo ſit, conſultum velit. Idem Cicero in Lælio ſic ait: Sic nos nati videamur, vt inter omnes eſſet ſocietas quædam. Idem Cic. lib. 2. de finib. ait: Impellimur natura, vt prodeſſe velimus quam plurimis, in primisque docendo, rationibusque prudentiæ tradendis, itaque non facile eſt inueniri, qui quod faciat ipſe, non tradat alteri, ita nõ ſolum ad diſcendum propenſi ſumus, verùm etiam ad docendum. Statque † faceta fabella de Boue & Camelo à Plutarcho Apoph. lib. 8. relata, Bos ſub onere deficiens rogauit Camelum conſeruum, vt ſe oneris parte recepta ſubleuaret, cui recuſanti, Bos, imò (inquit) & me ipſum & hæc omnia portabis, id q. effectum mortuo Boue eſt. Ita etiã idem Plutarchus libro de tuenda valetudine, quo exemplo admonemur lepidè non ſolum homines hominibus auxiliari iure naturæ debitum eſſe, ſed etiam periculofum in tali officio deficere futurum tam ipſis, qui debito auxilio carent, quàm ipſis opem auxiliumque; debitum denegantibus, quibus præterea eſt fuitque ſemper turpe & indecorum. Vnde

Ouidius lib. 13. Metamorph. ſic eleganter cænebat:

Et eget auxilio, qui non tulit, vt q. reliquit,

Sic linquendus erit, legem enim ſibi dixerat ipſe.

Quàm mora periculofa & noxia ſit, ſignificauit etiam Iulius Ceſar, vt refert Plutarch. Apoph. lib. 4. de Ceſare dum meminert, cum inquit, Pompeius inſtructam aciem apud Pharfalum inibi conſiſtere, & hoſtem operiri iuſſiſſet, Ceſar dixit, illum erraſſe, qui vim impetum & diuinum afflatum animorum ad incurſionem paratorum mora relaxaſſet.

Sat ergò ex hiftorijs & Philoſophorum ſententijs edocti ſumus, & iure naturæ nefas eſſe, hominem homini non auxiliari, & id auxilium moram non pati, quia ſerò medicina (vt dixi) paratur.

Cùm mala per longas inualuere moras.

Quæ omnia fuſius ſuprà c. 16. num. 10. modò ſic, cum Deus optimus Maximus terram per maris vaſtiſſimi interpoſitionem diuiſerit, non ſemel ſed pluries, certè ſi in nouo fortè Indorum orbe vnus princeps ab altero principe, vel vna ciuitas ab altera, vel vna prouincia, & regnum ab altera alteròve vim pateretur (vt quotidie ſit) & necelle eſſet ab Romanorum Imperatore auxilium implorare, certè non ſolum multi anni, ſed multa ferè ſæcula neceſſaria eſſent, vt is Imperator negocij illius iuſtitiam & cauſam addiſcere poſſet, totidemque anni aut ſæcula, vt intellecta rei veritate auxilia vim patienti mittere poſſet. ſicque interea plerunque periret commoditas auxiliandi, quæ, vt diximus, non patitur moras. Nihil † ergo (credite mihi) magis alienum aut remotum à ſummi Dei prudentia, prouidentia, & iuſtitia dici aut cogitari vnquam poſſet, quàm ob illam auxiliandi cauſam imperium penes vnum Imperatorem eſſe oportere, cogitare aut adfirmare, & quæſerere legem (ſecundum Philoſophum) vbi naturaliter ſentimus nihil aliud eſt, quàm infirmitas intellectus. Quod autem vulgo dicitur, Eccleſiam militantem ad triumphantis imaginem exemplatam fuiſſe, nihil ob eſt, quando quidem quod ſimile eſt non eſt idem. l. q. Nerua, cum ibi not. ff. depoſi. tradunt Docto. in auct. ſi quis in aliquo documento. C. de edendo. & illa eſt quædam imitatio, in illis duntaxat ſeruanda, in quibus eadem aut par ratio eſt, vt tradunt Doct. in §. minorem. Inſt. de adop. l. adoptio. ff. eod. ti. l. filio quem. ff. de lib. & poſthu. vbi autem diuerſa ratio eſt, ceſſant omnes illæ limitationes, vt tradunt plenè Alex. Corneus, laf. Deci. Coraſius, Curtius iunior & alij per text. ibi in l. humanitatis. C. de impuberum, dum plures differentias enumerant inter ſubſtitutionem exemplarem, & ſubſtitutionem pupillarem, quamuis d. l. humanitatis, proclamat ad exemplum pupillaræ exemplarè fuiſſe creatam, & inuētam, vt lib. 2. de ſucc. prog. in materia exéplaræ plenè diſſerui-

30
Moras nõ patitur auxiliũ.

31
Fabula Bonis & Cameli.

32
Dei à prouidentia & iuſtitia alienũ vnũ hominẽ mundi totius eſſe Imperatorem.

differuimus. §. 17. Sic ergo, & in specie nostra nulli (modo sanè & Catholico, dubiū est, quin sit plusquam manifesta differentia inter Ecclesiam triumphantem, & militantem, quia illa regitur à Summo Deo, qui vbiq; est, sicq; ad nutum omnia perfectissimè potest disponere, ordinare, & prouidere. hzc autem regenda si esset per vnum hominem, qui in vno duntaxat loco esse potest, non ita ab eo regi posset quò ad temporalia, quæ exigunt frequentissimas rerū dispositiones, mutationes, ordinationes, quæ cum notissima sint, & ea naturaliter sentiamus in his legem querere, esset (vt Philosophus ait) infirmitas intellectus. Quinimò † (si vera proloqui fas est) nephanda (iudice me) temeritas, audacia, superbia est, vnum homunculū (qualis est Imperator) summo maximoq; Deo se similem iactare, suamq; pusillam, imbellē, tantillulam prouidentiam & potentiam, immensæ & ineffabili illius potentiz, & prouidentiz velle conferre, assimilare, adæquare, dæmonumq; superbiam è cælo cadentium imitari. & æmulari videretur (ne dicam superare) quæ omnia intelligo quò ad temporalia. Nam in spiritualibus diuersam esse rationem ostendit Sotus, vbi suprà, & idem etiam ex diuo Bernardo suprà relato apparet. in temporalibus autem, quæ ad spiritualium expeditionem necessaria non sunt, iisdem iuribus, & rationibus apparet Papam non esse, nec esse posse dominum totius mundi, non magis quàm Imperatorem.

Denique † hzc omnia, vt nec Imperator, nec summus Pōtifex sit dominus totius mundi in temporalibus, etiam quò ad iurisdictionem iustificantur planè ex principali conclusione, & sententia nostra, quæ habet vtriusq; iurisdictionem, & principatum non ad ipsorum, sed ad reliquorū hominum vel ciuium vtilitatem introductam esse. Nam si ipse Imperator vel Papa in orbe vniuerso talem iurisdictionem haberet, non posset vllus alter vim aut violentiam patienti opem auxiliumque ferre, non magis quàm homo priuatus homini priuato, qui vim aut iniuriam pateretur, qui ei armis subuenire minimè potest, sed superior ad eundem est. Nam armis vim repellere fas est, ipsi quidem iniuriam passo, dummodò in continèti id faciat, & cum moderamine, & ad defensionem corporis, honoris, aut rerum suarum. l. vt vim. ff. de iust. & iure, cum ibi plenè not. per Gloss. & Doctō. & ferè per totum ff. de vi & vi arma. & per totū titul. C. vnde vi. reliquis verò priuatis præter iniuriam passo id non licet, vt dd. iuribus. aliter enim esset aperta via, necesse, rapinas, tumultusque exercendi, & superioris, iudicis, principis, magistratūve authoritatem vsurpandi, diuina humanaque miserandi, & turbandi.

Ergò si quis Princeps, si quæve Respublica

ab altero principe tyrannicè vim aut iniuriā pateretur apud nouū fortè Indorum orbem, & tota iurisdictione aut protectio esset Imperatoris aut Papæ, iam reliqui principes etiam iniuriam passo finitimi aut vicini, nō possent ei opem ferre, ne alienam iurisdictionē (hoc est, Papæ aut Imperatoris) iniurijs vsurpasse ac irreuerentes viderentur. Rursusque Papa aut Imperator remotissimi per multos annos aut sæcula opem ferre, aut rem, & iustitiam percipere ac intelligere, non valerent, sicq; ipsi non solum in eo noxij essent, quòd opem patienti iure naturæ debitam non ferrent, sed etiam in eo, quòd vicinis & finitimis illius impedimento essent, quò minus ipsi opem & auxilium suum præstarent, quòd quàm absurdum, & perniciosum humano generi foret, nullus modò sanus ignorabit. Iustificatur hzc, nam † vetitum est alienam iurisdictionem inuadere, & vsurpare, vt occidens priuata authoritate eum, qui aliàs occidendus erat, puniatur capite. Petr. de Bella perti. Cyn. Bald. & Barthol. de Capua in l. addictos. C. de Episc. aud. Roman. sing. 747. Boër. decisi. 84. Carr. de homicidio. §. 2. nu. 146. & c.

35
Jurisdictionē
alienā vsur-
pare interdū
capitale est.

S V M M A R I V M.

- 1 *Papa non exercet iurisdictionem temporalem vacante Imperio, ardua questio.*
- 2 *Papa vacante Imperio, non præscribit Imperatori iurisdictionem.*
- 3 *Regno vacante, vel Imperio, ciues possunt regem sibi eligere.*
- 4 *Imperio vacante, legatus Papa non exercet iurisdictionem temporalem.*
- 5 *Papatu vacante Imperator non exercet iurisdictionem spiritualem.*
- 6 *Princeps cum sit tyrannus ciuibus, quale superstitio remedium, contra nouissimos.*
- 7 *Imperator olim Papam eligebat.*
- 8 *Imperatori olim suberant Ecclesia.*
- 9 *Ecclesias non subesse hodie Imperatori, an iure fiat.*
- 10 *Papa electio de consuetudine spectat ad Cardinales.*
- 11 *Hispaniarum rex non subest imperio.*
- 12 *Hispani disiciente progenie regia, possunt regem sibi eligere.*
- 13 *Hispaniarum rex iura Imperatoris habet in regno suo.*
- 14 *Hispaniarum rex quo tempore potuerit leges facere circa Ecclesiæ.*
- 15 *Hispaniarum rex quod ius patronatus habeat regni sui.*
- 16 *Hispaniarum rex ius habet eligendi Episcopos.*
- 17 *Imperatori reliquos principes nō teneri tributum prestare, contra nouiss.*
- 18 *Imperatoris potestatem anormalem non esse.*
- 19 *Præscribi an possint, quæ Imperatori reseruata sunt, contra nouiss.*
- 20 *Imperatorem alieno in territorio delinquentem, posse puniri, contra nouiss.*

33
Mundi domi-
num qui se is-
tares, demo-
num è cælo ca-
dentium au-
daciā supe-
raret.

34
Mundi domi-
num vniū ho-
minē esse, no-
centissimum
esse.

- 21 Imperator non est vnicus Christi vicarius.
- 22 Imperator vnus solus in mundo esse non debet.
- 23 Leges ferre possunt alij prater Imperatorem.

CAPVT XXII.



N summa retenta opinione eorum, qui existimant, summum Pontificem esse dominum totius mundi etiam quod ad iurisdictionem temporalem, inde deducitur † quod vocante imperio Papa in terris imperij potest iurisdictionem exercere, non aliter atque quilibet princeps post decessum illius, cui iurisdictionem demandauerat: quando quidem Imperator (inquiunt) iurisdictionem, quam habet non tam iure proprio, quam quasi à Papa mandatam habere intelligitur, & in specie ita tenent Lud. Rom. sing. 417. vacante imperio. Ioan. Fab. in §. 1. Instit. de adop. Bar. in l. naturaliter. §. fi. ff. de vsuc. Bal. in l. fi. col. 1. C. de qua pres. idem Bal. in Marg. verb. imperium. Ias. in l. imperium. colum. 10. ff. de iuri. om. iu. Nico. Pigno. ad Romanum, vbi supra. Contrarium tamen, vt vacante imperio non succedat Papa in iurisdictione exercenda, tenet Cardi. in c. licet, de voto, per c. nouit. de iudi. ne aliter turbentur pontificia & imperatoria iurisdictione. & Fely. in d. c. licet. Sed primam opi. videntur tenere Bar. & Imo. in l. 1. §. denique. ff. de aqua pluui. arcen. qui † tamen interea negant, Papam posse iurisdictionem Imperatoris prescribere. & Panor. in c. cum deputari. de iudi. & Cardi. in c. cum contigat. de foro compe. & Pigi. vbi supra. Quinimò secundum eum etiam vacante imperio ea sola exercet Papa, quæ sunt ipsi Imperatori reseruata, nec per reliquos principes possunt expediri.

Quid dicendum? & indubitanter apparet ex opinione nostra longè veriore esse opinionem negatiuam, quia Papa nec habet, nec habuit vnquam totius mundi iurisdictionem in temporalibus, nec Imperator, aut reliqui principes seculares ab eo quasi mandatam videntur habere iurisdictionem, sed iure proprio, quasi † ex populi concessione: penes quem, & non penes Papam remanet iurisdictione, tam imperij quam cuiusque alterius regni vacantis, vt docuit etiam Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, per illum tex. & per d. c. nouit. Nec ad rem pertinet d. c. licet ex suscepto, nec extrauag. Ioannis 26. incip. si fratrum, cum similibus. nam paucis fas est non illinc expedire, negando liberum fuisse summo Pontifici alienam iurisdictionem lædere, & longè minus eam sibi adscribere. l. id quod nostrum. ff. de reg. iu. c. alteri, de reg. iu. lib. 6. l. vnic. C. vt nemo in sua causa iudicet, aut ius sibi dicat. l. magistratibus. ff. de iurisdictione. omni. iud. l. omnibus. C. de testibus. Retenta tamen opinione affirmatiua, eam limita, vt † non pro-

cedat in Pontificis delegato, quia sub generali concessione non veniunt ea, quæ sunt principi reseruata. ita Ludo. Roma. & Nicol. Pigno. vbi supra, & alij communiter, vt per Fely. in c. de prescrip. vers. ad illud Innocentij. Vacante † autem papatu, non est dubium quod Imperator Papæ iurisdictionem non exercent. Ludo. Roma. singula. 418. quid è cōtra.

Sexagesimò apparet denique ex superioribus longè errasse doctissi. Dominicum Sotum de iusti. & iure, lib. 5. q. 1. arti. 8. dum scripsit, quod si † princeps tyrannus est, ciuibus nullum superest remedium, nisi Deum orare pro eius emendatione, quando non adest superior ad quem confugiatur. Sed errat, quia iure naturali, reliquis omnibus mundi principibus incumbit illi populo tyrannidem patienti opem & auxilium ferre, & heroum egregiorumque virorum hæc est vera laus, gloria, decus & honor, vt de Hercule & similibus supra exposuimus c. proximo.

Imperator tamen & si dominus totius mundi (vt ostendimus) nō sit, neque vnquam fuerit, aut fore possibile sit, tamen † electiones Romanorum pontificum ei olim fuerunt traditæ & concessæ, secundum Albericum de Rosatis in dictionario suo, verb. electio. 3. quæ refert Nicolaus Boerius decisio. 31. tempore factæ, in prin. per cap. vota. §. principibus verò. 63. distincti. hoc quod dicit Innocen. in c. 2. de maiori. & obediens. Omnes † clericos & ecclesias antiquitus subesse Imperatori, vt probatur in authent. vt ecclesia Roma. centum annorum gaudeat prescriptione. post princ. & in c. Constantinus. 96. distin. & sequuntur Bald. Paul. de Castr. Saly. Fulgo. & Ias. in l. iubemus nullam. C. de sacrosan. ecclesi. dicentes, tempore illarum legum. C. Ecclesias fuisse Imperatoribus subditas, saltem de facto, aut aliàs quocunque modo: ided Imperatores illas faciebant leges circa ecclesias & earum bona, & idem Ias. in l. cunctos populos, in 2. lect. colum. pen. in prin. versicul. est verum quod. Bal. C. de summa Trin. & Ias. in authent. si qua mulier, in 3. notab. C. de sacrosanct. ecclesijs. † Quis ergo Ecclesiam atque clericos exemerit à iurisdictione imperiali, Respondet Alberi. factum fuisse voluntate Imperatorum, quod fortè in præiudicium Imperij & successorum facere non potuerunt, & illa fortè priuilegia perdidit imperiū de facto potius, quam de iure, propter longam vocationem eiusdem imperij, & potentiā, ac prudentiam summorum Pontificum, & aliorum Romanæ ecclesie presidentium. Ita etiam dicit Albe. in l. bene à Zenone. col. 3. vers. sed an Imperator. C. de quadri. prescri. Et pro hac parte videtur Glo. in l. disputare. C. de cri. sacri. sed in contrarium videtur Glo. fi. in c. in Synod. quā ibi sequuntur Do. & Car. Alex. 64. disti. Innocen. Host. Ioan. Andr. Car. de Zabarel. & Abb. Sicul. in c. licet de

1
Papa non exercet iurisdictionem temporalem vacante imperio, ardua q.

2
Papa vacante imperio non prescribit Imperatori iurisdictionem.

3
Regno vacante, vel imperio, ciues possunt regē sibi eligere.

4
Imperio vacante legatus Papæ non exercet iurisdictionem temporalem.

5
Papatu vacante Imperator non exercet iurisdictionem spirituales.

6
Princeps cum sit tyrannus ciuibus, quale superest remedium, contra non est.

7
Imperator olim Papam eligebat.

8
Imperatori olim suberant Ecclesie.

9
Ecclesie non subesse hodie Imperatori, an iure fiat.

de vitanda, de elect. & Gloss. in d. c. in nomine Domini, in verbo, impetrauerint. 23. distinct. & Innoc. in d. c. 2. de maiori. & obediens. & Marti. Lauden. in tractatu de princip. §. 3. volentes de cōsuetudine † diu obtenta electionem summi Pontificis ad solos spectare Cardinales excluso Imperatore, & eius nuncijs, vt §. verum. 63. distinct. & ibi Domi. & Cardi. Alexand. & idem Bald. in sua Marga. in verb. electio, & Guerrerius in speculo principum. c. 55. in fin. meminit summorum pontificum eligendorum olim potestatem habuisse Romanorū Imperatorem, de quo in c. quia sancta. §. verum. 63. distin.

Denique Hispaniarum Reges imperio Romano non subesse, quia Regnum ab hostium faucibus eruerunt, tenet Gloss. in c. Adrian. 2. 63. distin. Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. vbi ait, quod † in Hispania si ex toto deficeret Regnum progenies, regnicolæ possent eligere Regem de iure gentium. & per Oldra. conf. 69. & per Guerre. vbi supra. Et quod Hispaniarum rex non subsit imperio, tradit etiā Corsetus de potestate regia, q. 12. num. 19. & q. 101. num. 66. Ioan. Lupus de beneficijs in curia vacantibus. §. 8. Didacus Segura in l. Imperator. Idem Segura in l. cohæredi. §. cum filiz. ff. de vulgari. num. 19. Lex 5. tit. dotis leges. lib. 1. ord. l. fin. tit. 12. eod. lib. 1. 2. vbi Castellus & alij in leg. Tauri. diximus de success. crea. lib. 1. §. 10. num. 648. in fine. Nec dubium est, quin † Rex Hispaniæ in Regno suo, cum Imperatorem non recognosceret, omnia iura haberet, quæ Imperatori in terris sibi subiectis competebant, vt in simili per Ioann. Fabrum in proœmio Institut. §. 1. per Ioannem Ign. in sua disputatione, an Rex Franciæ recognoscat Imperatorem. Nicolaus Boërius decisione 8. quinta Martij. num. 4. Petr. Delesnan. in tractatu de Docto. quæst. 1. in fine. Bertrandus de Carpenda, conf. 4. num. 13. lib. 2. & confil. 293. lib. 3. Cardinal. de Zabarel. in clementina 1. de iure naturali.

Vnde † quo tempore Imperatori fas erat leges facere circa Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, & eligere summum Pontificem, & per hoc Prælatos & reliquos Ecclesiarum Rectores, eodem tempore intelligendum est, idem Regi Hispaniarum liberum aut permisum fuisse in regno suo, & ita cautum reperitur in legibus illius regni. Et Alphonfus Guerrerius, vbi supra c. 63. rectè contendit, † plenum ius patronatus Hispaniarum regi ac domino nostro competere in omnibus Ecclesijs, quæ in prouincijs & regnis ditioni & imperio suo subiectæ sunt, eruntque semper. Quod (inquit) Rex Hispaniæ de iure non recognoscat superiorem, textus est, id est, partita, tit. 5. l. 18. & primi quidem Gothorum rex Athanaricus, vel, secundum alios, Alaricus, à quibus rex Philippus rex Hispaniarum & dominus noster indubitata trahit origi-

nem, ex grata Honorij Imperatoris concessione Hispanias viriliter aggressi sunt, & Vandalos, Sueuosque debellando ab Hispania eos expulerunt, & in Africam fugere cōegerunt: quia tyrannicè, & contra Imperatoris voluntatem occupauerunt: & tunc postquā Hispanicam monarchiam adepti sunt, vsque ad tempora nostra Reges Gothi regnauerunt, ipsi verò Gothorum Reges discurrentibus annis construxerunt sacra Tempia, & Ecclesias, vbi diuina officia virtute diuina celebrarentur, & ornamenta plurima ministrarunt, ex quo ius patronatus in eisdem Ecclesijs, præsertim cathedralibus acquisuerunt, & specialiter sibi reseruauerunt, vt in c. nobis. & c. præterea, de iure patron. de quo vide Archidia. in c. lectis. 63. distinct. & Bal. in proœmio Decretalium. §. rex pacificus. Palacios Rubios in tractatu suo de beneficijs in curia vacantibus. §. 8. & tale ius patronatus transit ad filios & nepotes, quorum nomine intelliguntur pronepotes, & cæteri descendentes, itaq; ius patronatus transit ad hæredes in perpetuum, bonus text. ad hoc in c. filijs. 16. q. 7. & de hoc in c. Fulgentius, & c. prementis, eadem quæst. & causa, & 16. q. 7. vbi dicunt Doctores, quod quatuor modis ius patronatus ad alios transfertur, scilicet, successione, donatione, permutatione, vniuersitatis venditione: Sed ad corroborationem meæ conclusionis adduco optimum text. in c. cum longè. 63. distin. vbi probatur, quod consuetudo antiquata, & prisca erat in tota Hispania. Quod † quando moriebatur aliquis Episcopus, congregabantur omnes Episcopi comprouinciales, & obitus Episcopi significabatur Regi, & Rex eligebat, & electio concilio Episcoporum intimabatur, vt ab eo comprobaretur, sed quia hoc erat valdè difficile, & onerosum, cum propter longitudinem itineris citò non possent Episcopi congregari, statutum est in concilio Toletano, vt Toletanus Archiepiscopus vicem omnium Episcoporum suppleret, scilicet vt obitum Episcopi Regi nunciaret, & electionem factam à Rege comprobaret, & confirmaret, & electum consecraret. Itaque ne propter viarum discrimina ordinatio Ecclesiarum periculosè differatur, concessit Papa Archiepiscopo Toletano, vt præsentatos per Regem Hispaniæ posset confirmare, & consecrare, vt in d. c. cum longè. 61. distinct. & ita Cardinal. S. Sixti ponit casum in lectura sua.

Apparet etiam † suspectam esse Glo. in c. Adrianus. 63. distinct. quam sequitur Alphonfus Guerrerius d. c. 55. ad finem. dum ait, omnes Reges teneri ad tributum Imperatori exsoluendum, etiam pro capite suo, nisi probent se esse exemptos.

Apparet † etiam suspectam esse opinionem Marci de Mantua locorum cōmunium lib. 1. c. 12. in fine, dum ait, Imperatoris potestatem esse

10
Pape electio de consuetudine spectat ad Cardinales.

11
Hispaniarum rex non subsit imperio.

12
Hispani deficiente progenie regia, possunt reges sibi eligere.

13
Hispaniarum Rex iura Imperatoris habet in regno suo.

14
Hispaniarum rex an aliquo tempore potuerit leges facere circa Ecclesias.

15
Hispaniarum Rex quod ius patronatus habeat in Ecclesijs regni sui.

16
Hispaniarum rex ius habet eligendi Episcopos.

17
Imperatori reliquos principes non teneri tributum præstare, contra nouiss.

18
Imperatoris potestatem anormalem non esse.

temporalis sua iurisdictione expediat sine Cardinalium consilio.

CAPVT XXIII.



EXAGESIMOTERTIO coligitur etiam ex nostra principali sententia illius memorabilis articuli, Vtrum Papa possit sine consilio aut concilio Cardinalium ardua expedire? Et an idem fas sit reliquis Principibus, Regibus, Imperatoribus, & similibus. Et id sibi liberum non esse, ex nostra sententia videbatur respondendum, dum habet ad meram ciuium subditorum ue utilitatem, non etiam ad ipsorum principum commoda, omnem principatum, ditionem, imperium, potestatemque processisse. Nec dubium est, quin consultius utiliusque sit ciuibus & subditis ardua a Principibus adhibito talium senatorum & prudentium virorum consilio expediri, quam eo non adhibito: arg. l. humanum, cum similibus. C. de legibus. l. proxime. ff. quæ in testa. de len. l. placet. C. de sac. eccles. auth. habita. C. ne filius pro patre. l. fina. C. de legatio. lib. 10. tenuit expressè Archidiaco. in c. quamuis. in 2. colum. & ibi Guilielmus de monte Lauduno. de officio ordinarij. lib. 7. & in c. cum Redemptor. 12. q. 2. & in c. sunt quidam. & in c. quæ ad perpetuam. 25. q. 1. in d. c. cum quidam. non posse Papam solum super statu vniuersalis Ecclesie legem generalem absque Cardinalibus condere. Idem tenent Iohannes Monachus & Philippus Probus in eius additionibus. Ioan. Andr. Guilielmus de monte Lauduno Philippus Francus & Ioannes de Imola in c. super eo, de hæreticis. lib. 6. Hostien. Ioannes Andre. & Antonius de Butrio in c. antiqua. de priuilegijs. Panormita. in c. 1. in fine. de offici. lega. & in c. causam quæ. el. primo. de iudicijs. & in c. literas. colum. 3. vers. item nota. Glo. de restitut. spolia. & in c. quæ sicut. de his, quæ fiunt à maiori parte cap. & in c. per venerabilem. in §. Rationibus. per tex. ibi, in 3. colum. qui filij sint legitimi, & in c. nulli, de sententia excommunicatio. Cardinalis Zabarella in c. licet. in 16. colu. de electio. & in c. 2. de clericis non residen. & in repet. c. perpendimus. colum. 6. de sententia excommunicat. & in cõs. 137. incipi. Fuit quæstio regis Cypricolum. si. vers. sed ratio. & in consil. 150. incip. In quæstione duorum pontificum. in penul. colum. vers. secundus modus. Bal. in c. 1. de natura feudi. & in l. fina. C. de diuersis rescriptis. Idem Bal. in l. cum multa. C. de bonis quæ libe. Idem Bald. in consil. 324. incip. quæritur vtrum Papa. volum. 1. Aluarotus in c. 1. in principio, in titulo Episcopum vel Abbatem in vsibus feu. Speculator in tit. de legato. §. qualiter, in fine. idem voluit Petrus de Ancha. in c. vnico. in 3. nota. de schismaticis lib. 6. & in consil. 295. in 2. colum. Ioannes de Imola in d.

1
Papa sine Cardinalium consilio ardua expedire an possit, ardua qo.
2
Principes an ardua possint sine Procerum consilio expedire? ardua q.

esse anormalam, nec vllis legibus frznari, quod & voluit Bald. consil. 327. pridie. colum. 5. lib. 1. sed, vt iam fusè ostendimus, eius potestas non secus quam reliquorum principum imperium legibus alligata est.

Apparet etiam suspectam esse, quod ipse Marcus Mantua, vbi supra, scripsit post Bal. consil. 300. ad euentiam. col. 1. lib. 5. dū ait, non solum Imperatorem mundi dominum esse, sed ita esse, vt præscribi non possint, quæ ei reseruata sunt in signum vniuersalis dominij, ne alias alter princeps Imperatore maior efficiatur: eumq; in territorio suo delinquentem posset punire: Sed & supremam iurisdictionem præscribi posse alibi ostendimus, & probat lex si. tit. de las præscriptiones in ordinamento regali. Et Imperatorem ab alio principe, in cuius territorio deliquisset, puniri posse non dubitauerim, cum Impera. vt dixi, non in orbe vniuerso dicatur habere iurisdictionem.

Apparet etiam Imperatorem vnicum Christi vicarium non esse in temporalibus, nõ magis quam reliquos principes, quamuis contrarium parum iuste contendant Bal. in l. 1. C. de iure aureorum annullorum. & Marcus Mantua, vbi supra.

Sexagesimo primò apparet similiter minimè esse necessarium quòd sit vnicus in orbe Imperator in temporalibus. Quinimò tantum abest, vt id necessarium esse intelligatur, quod potius nihil pestilentius, aut perniciosius, nihilque impossibilius, autrisu & ludibrio dignius foret, aut dici cogitariue potuisset, iam edocti sumus, quamuis contrarium tenuerint Card. in clem. 1. §. 1. de iureiu. & Panor. in c. nouit, de iudi. & Marcus Mantua, vbi supra. Idem Panor. in c. venerabilem. de elect. & reliqui, quos allegat Cassanzus in tract. Gloriz mundi. in confide. 28. par. 5. id quod ex nostra opin. deducitur.

Sexagesimosecundò, apparet, quòd iidem ferè omnes contendunt, solum Romano-rum Imperatorem leges condere posse, non sic reliquos principes. Id similiter nugis fabellisue anicularum annumerandum pueriliusque esse, quam vt vlla contentione egeat, præsertim cum sit contra nostram opi. principalem, quæ docet, omne imperium esse ad proficiendum, non ad nocendum. nec dubium est, quin id (si verum esset) nocentissimum humano generi foret, ergo, &c.

SVMMARIVM.

- 1 Papa sine Cardinalium consilio ardua expedire an possit? ardua q.
- 2 Principes an ardua possint sine Procerum consilio expedire? ardua q.
- 3 Præscribere potest ne rex, vt quid arduum expediat, sine Procerum consilio?
- 4 Præscribere potest ne Papa, vt quid arduum in

19
Præscribi an possint, quæ Imperatori reseruata sūt contra nouiss.

30
Imperatorem alieno in territorio delinquentem posse puniri, contra nouiss.

21
Imperator nõ est vnicus Christi vicarius.

22
Imperator vnus solus in mudo esse nõ debet.

23
Leges ferre possunt alij præter Imperatorem.

in d.c.2. de clericis nō residen. & in c. dilectus. el primo. colum. 1. de pręben. Prępositus Alexandrinus in d. §. rationibus. Dominicus in c. quoniam, circa principium. & ibi Philippus Franchus. de renunciatio. lib. 6. Guido Papa in d.c. licet, de officio legati. Ioannes de Monte igne in tractatu de authoritate regij confistorij, charta 32. Antonius Corfe. in tracta. de potestate & excellētia regia, in 53. quęstione. Corradus in suo tractatu de schismate, in penult. colum. Antonius de Rosellis in tract. de concilijs, in rubrica incip. Generale conciliū quando sit faciendum. versicul. Item cum Cardinales. fol. 2. col. 3. in fine. Andreas Sculus in tractatu de pręstantia Cardinalium, in 2. parte, in 2. quęst. & in c. si pro debilitate. in 3. & 4. colu. de officio delega. & in c. inhęrentis. col. 2. de iuramento calummiz. & in consi. 40. incip. Clementissimum. colum. 18. vol. 4. Nicolaus Milis in Repertorio suo, in verbo, Papa parum vel nihil facere debet sine cōsilio Cardinalium, q. 2. & quęstione 31. & in 2. tracta. q. 22. Bologni. in auctenti. Habita. in 3. colum. C. ne filius pro patre. Fely. in c. finali. §. his autem. col. 3. circa finem, de offi. delega. & in c. 1. col. 3. vers. 3. declara. de probationibus, in c. ad audientiam. post Cardinal. & Aegidium ibi in 2. colum. de pręscriptio. & alij non pauci, quos suprà adduximus, dum hanc q. in regibus temporalibus, & reliquis principibus age remus.

In contrarium tamen est receptior opinio, vt Papa, Imperator, Reges & Principes possint ardua expedire sine consilio alicuius, vt tenet idem Panormita. in c. literas. colum. 3. vers. & puto quōd possit, de restitutio. spolia. & in sua disputatione, incip. Episcopus & quidam rector. in 7. colu. dum se remittit ad ea, quę ipse dixerat in d. c. ex gestis. Idem voluit Bal. sibi contrarius in c. inter corporalia. col. 2. in principio, de translatione Episcopi. Ioannes de Anania in c. firmissime. vbi hanc dixit esse communem opinionem, de hęreticis. Dominicus sibi contrarius in c. supereo. eodem titu. lib. 6. vbi refert Hugonem Cardinalem in c. leges 4. distinctio. ardua quā expedire. Aegidius de Bellamera in c. 2. in synodo. 63. distinctio. notabiliter inquiring, quōd si Papa Imperatori super hęresis crimine se submiserit, licet talis submissio res valde ardua & magna esse videatur, Cardinalium consilium ad talia faciendum, requirere non tenetur. Cardinalis Alexandrinus in c. in istis, in principio. 4. distinctio. allegat ita renuisse Innocen. in Clementine Romani, de electio. Idem Cardinalis Alexandri. & Cardinalis Ioannes de Turre Cremata in d.c. cum Redemptor. post Hug. ibi. 12. q. 2. Idem Ioannes de Turre Cremata hanc inquiring esse communem opinionem in c. ait lex. §. ideo. 4. distinctio. Bonifacius in procmio clemen. §. hac sanē. in 3. colum. Albericus de Rosate, qui hanc etiam communem dixit

esse opinionem in rubrica de legibus. & in l. humanum, vbi idem tenuit Cynus, & Petrus de Bellapertica eodem titu. dicentes, posse Imperatorem, Papam, ac reges, sine aliquorū consilio leges facere. Idem Albericus de Rosate in l. quidam decedens. §. Papinianus. col. 3. versic. Sed an Papa. ff. de administratio. tutorum. Petrus de Rauenna in conclusionibus suis, in 7. colum. Martinus Lauden. in 2. tract. de Cardinal. 45. q. Paulus de Cast. in l. fina. post Barthol. Bald. & Doct. ibi. C. de legibus. & in l. fi. ff. eodem tit. & in consi. 414. incip. in facto pręsenti. colum. penul. volu. 1. Andreas Sculus sibi contrarius in consi. 1. incipi. Ex sacris. colum. 91. vers. vltimo. vbi hanc dixit esse communem opin. volu. 1. Lucas de Penna, in l. omnes iudices. in 13. colu. C. de decurio. lib. 10. Antonius de Rosell. in d. suo tractatu de concilijs, in titu. seu quęstione, incip. sententia, quę potius attendenda sit, Papę folius aut potius concilij, colu. 8. versiculo, nota quōd dicit, in fine. Iason in d. l. placet, in 1. lectura. in 3. colu. in principio. C. de sacrosanctis ecclesijs. & ibi Petrus de Bergnia in additio. ad Iacobū Butrigarium, vbi hanc dixit esse communem opinionem Augusti de Anchona in tractatu de potestate Ecclesię, quem refert, & sequitur Archiepiscopus Florenti. in 3. parte suę summę, tit. 22. c. 5. §. 5. Prędictam etiam opinionē tanquam communem tenet Rochus de Curte in c. fi. colum. 9. de consuet. & glo. pragmaticę sanctionis, hanc inquiring esse cōmunem opin. in titu. de auctoritate generalium conciliorum, fol. 23. in verbo, concilio, & in tit. de numero & qualitate Cardinalium, fol. mihi, 186. in glo. in verbo, Collaterales. Thomas Paralia in d. l. placet, in 30. colum. Claudius de Seycello in suo feudorum speculo in titu. qui feudum dare possunt, in 6. col. Philippus Decius in c. edoceri. in penul. colum. de scriptis Ioannes Crotus, qui hanc com. dixit esse opinionem, & ab ea in iudicando atque consulendo non esse recedendum, in rubrica de cōstitutu. libro 6. Cardinal. Iacobatius sibi contrarius in d. suo tract. de concil. lib. 7. articul. 5. pagi. 465. vers. 8. facit, & pagi. 488. vers. ad illud quod dicitur. vbi hanc dixit esse magis communem opin. Petrus Andreas Gammarus sacri Palatij auditor in constitutione Iulij Secundi. super electione simoniaca Romani Pontificis, in verbo, consil. Nicolaus Boërius in tracta. de authoritate magni concil. in 4. colum. in quarta additione, & in additio. ad tractatum Ioannis de Montaigne. de parlamentis. Ioannes Franciscus Purpuratus in rubri. colum. 1. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Matthæus de Afflictis titu. de his, qui feudum dare possunt, in 4. colum. & Ludouicus Gomefius Sarnensis Episcopus in regula de infirmis resignantibus intra viginti dies in 14. quęstio. circa finem. glos. & omnes Doctores in c. ad Apostolicę, in principio,

cipio. de re iudicata, lib. 6. Gloss. in verbo, de ipsorum consilio, in extrauaganti, execrabilis. Ioan. 22. sub titu. de præben. est communis opinio secundum Andream Siculum, & Felyn. & Philipp. Deci. & Franciscum de Ripa, & Andream ab Exea, in rubric. de constitutionibus. qui omnes non solum firmant, hanc esse communem opinionem, sed etiam receptissimam esse opinionem, vt contraria consuetudo nõ valeat, quod & firmat Fernandus Loazes in consil. pro Marchione de Velez, pagin. 394. Abbas in c. literas. colu. 3. de restitutione spoliatorum. Bal. in c. inter corporalia. colu. 2. de translatione Episcopi. Ioannes de Anania in c. firmissimè, de hæreticis. vbi hanc dicit esse communem opinionem. plenè per Barbat. consil. 1. colu. 28. lib. 1. vbi agnoscit se legendo tenuisse contrarium, sed hanc esse certiozem & receptiozem opinionem, & ita tenuit ipse And. Barb. sibi contrarius in tract. de præstan. Cardin. 2. q.

Quid dicendum? & sanè vt tam Papa quàm Imperator, Reges & alij Principes omnia ardua, non secus quàm reliqua possint expedire sine consilio suorum Procerum & Consiliarium, non dubium est de iure, per generalitatem dictorum iurium, quæ pro hac parte adduximus, & per l. 1. ff. de constit. princ. §. sed & quod principi. Instit. de iure nat. & l. 2. §. deinde, quia difficile. ff. de orig. iur. Nec vllibi rectè probatur oppositum. Quod autem id procedat etiam si sit consuetudo in contrarium, nullibi probatur in principibus sæcularibus, quorum potestas cum ab populi concessione processerit, ab eodem expressim per iura scripta, & tacite per consuetudinem potuit moderari, coangustari & reprimi. c. omnis res. de reg. iur. l. nil tam naturale. ff. eod. titu. §. sed naturalia. Insti. de iure nat. l. fina. C. de legibus. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure, iuncta l. de quibus, cum quatuor legibus seq. ff. de legibus. Verum ¶ in potestate pontificia tolerari potest, vt & si esset consuetudo in contrarium, adhuc ardua etiam sine vllius consilio expedire sibi fas sit, quia sua potestas, vt potè supernaturalis, quò ad spiritualia nullo humano iure, siue illud scriptum sit, siue consuetudinarium, potuit coarctari: potest tamen coarctari iurisdictio sua respectu temporalium, non secus quàm reliquorum principum sæcularium iurisdictio, & sic in ea staretur consuetudini, vt in reliquis principibus fore diximus. Quia quam iurisditionem habet in temporalibus, quæ ad spiritualium expeditionem non sunt necessaria, ea nihil differt à iurisditione, quam reliqui Principes habent.

S V M M A R I V M.

- 1 Bellum indici non posse infidelibus contra naturam peccantibus, ardua questio.

- 2 Infideles contra naturam peccantes rebus suis priuari non posse, ardua q.
- 3 Peccatum ferè omne contra naturam esse.
- 4 Animal non scuit in alterum animal eiusdem speciei.
- 5 Infideles licet Papam non recognoscant, non ideo possunt bonis suis spoliari, contra Doct. Idem & si Imperatorem non recognoscant, contra eosdem.
- 6 Aequalitas seruanda.
- 7 Historia Leonis.
- 8 Historia Agesilai.
- 9 Historia Curij.
- 10 Talionis pœna est iuris natura.
- 11 Defensio est iuris natura.
- 12 Princeps an possit remittere talionis pœnam, vel aliam parti debitam, ardua q.
- 13 Pœnam parti, vel fisco applicandã, quando princeps possit remittere.
- 14 Principibus & magistratibus laxior potestas circa publica, quàm circa priuatum bona.
- 15 Pœnam pecuniariam aerario publico applicandam iudex facilius potest remittere, quàm parti applicandam.
- 16 Talionis pœna iusta est, contra nouiss. & approbata iure naturali, & diuino, & gentium, & canonico, & ciuili.
- 17 Pœna par culpa, vt intelligatur.

C A P V T X X I I I I.

I N C apparebit, an verum sit, quòd Innocentius in c. quòd super, de voto. scriptũ reliquit, dum ait, quòd ¶ infideles si peccant cõtra naturam, eis bellum indici poterit, id quod suspectum est, (quamuis Panorm. ibi non benè figat pedes) nullum etenim peccatum est, quod non videatur esse contra naturam, sicq; semper posset hac ratione inspecta bellum eis indici, & quòd amplius est, firmat idem Hostiensis, q; ¶ eadem ex causa rerum suarum dominio priuari poterunt, quod eadem ratione etiam magis suspectum est, quàm superius. Quòd autem ¶ omne peccatum sit contra naturam, testatur Cicero 1. de legibus, his verbis: Natura (inquit) duce errari nullo modo potest. Et rursum 3. Officiorum ait: Homo naturæ obediens, homini nocere non potest. id quod constat, nam ¶ contra naturam in omni animantium etiam brutorum (siue illa terrestria sint, siue aquatilia, siue volucra) genere est, vt scuiat aut noceat alteri animanti eiusdemmet speciei. Vnde Horat. Epod. lib. sic scripsit:

*Neq; hic lupis mos, neq; fuit leonibus
Vnquam, nisi .n. dispar feris.*

Et Iuuenal. Satyr. 15.

*Sed iam serpentum maior concordia: parcis
Cognatis maculis simili fera. quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo memore vnquam*

Expira-

1 Bellum indici nõ posse infidelibus contra naturam peccantibus, ardua q.

2 Infideles contra naturam peccantes, rebus suis priuari non posse, ardua q.

3 Peccatũ ferè omne contra naturam esse.

4 Animal non scuit in alterum animal eiusdem speciei.

3 Prescribere potest, ne rex, vt quid arduum expediat sine Procerũ consilio.

4 Prescribere potest, ne Papa, vt quid arduum in temporalis sui iurisdictione expediat sine Cardinalium consilio.

Expiravit aper maioris dentibus apris?

Indica Tygrus agit rabida cum Tygride pacem

Perpetuam: sanis inter se conuenit vris.

Denique idem Cicero 3. lib. Offi. ait, Naturam duce[m] si sequamur, nunquam aberrabimus, & Natura (inquit ipse in Catone maiore) Dux optima est, & 3. lib. Tuscul. idem Cicero ait, Sunt enim ingenijs nostris semina in nata virtutum, quæ si adulescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret, nunc autem simul atque editi in lucem sumus in omni continuo prauitate versamur. In summa Claudianus lib. 1. in Ruffinum sic ait:

Natura beati

Omnibus esse dedit, si quis cognouerit vti.

Cum enim omne peccatum sit contra naturam, ex quolibet peccato liceret infidelibus bellum indicere, eisq; bona sua rapere, secundum opin. Hosti. & Panormi. vbi supra, quos sequi videtur Alphonsus Guerr. in Speculo prin. c. 31. id quod admittere non minus iniustum esset, quam inciuile, & pari ratione Christianis peccantibus eadē mala inferri possent, qui cum omni die, omni hora, omni denique temporis momento innumera peccata, non secus quam reliquæ gentes committant, possent inter se perpetuo præliari quasi bellum iam indictum sibi esse pro comperto & notorio habere deberent, mutuèq; rapinæ, cædes, incendia passim & impune fierent, id quod iure fieri posse putare, non minus stultum esset quam impium & perniciosum: vt interea omittam quod ipsi nituntur etiam in eo quod putant totius mundi imperium etiam in temporalibus ad Papam spectare, quod proxime improbauimus.

Vnde etiam apparet recipiendum non esse, quod in d. c. quod super, scripsit Hosti. vt si infideles non recognoscant dominium Ecclesie, licite possint spoliari bonis suis, id quod Panormitanus ibi, & Alphonsus Guerrerius vbi supra, excludunt, eo quod ad Imperatorem id pertinere contendunt, per totum titulum C. de Iudæis, & C. de paganis. Sed vtraque opinio ab eodem errore defluxisse videtur. ille enim totius orbis dominium ad Papam, isti verò ad Imperatorem pertinere falsè existimabant, vt iam ostendimus. Vnde hac sola ratione neque à Papa neque ab Imperatore eos posse aut debellari, aut bonis suis spoliari, vel ius est, ad illud Ecclesiastes 10. Transfertur à gente in gentem regnum, & c. in quo niti Guerr. videtur, responde nihil mirum aut nouum, quinimò nihil vstratius aut frequentius, sed quò ad quæstionem nostram nihil ad rumbum. Nam vt Cicero ait 3. lib. Offi. Regna, Imperia, honores, nobilitas, diuitiæ, opes, atque ea, quæ sunt ijs contraria in casu sita, temporibus gubernantur. Guerrierius tamen, vbi supra, vult nullam iurisdictionem aut principatum penes infideles esse pos-

Infideles licet Papam non recognoscant non ideo possunt bonis suis spoliari, contra Doctores. id est si Imperatorem non recognoscant contra eodem.

se, cum (inquit) non sit locus in mundo, in quo nomen Christi non fuerit laudatum, & cultum, & de Apostolis dicitur, quod in omnem terram exiuit sonus eorum, vt in c. fundamenta, de elect. in 6. c. ita dominus. 19. distinct. & ipse Saluator dixit Discipulis suis: Eritis mihi testes in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ, & pro hoc 21. distinct. c. in nouo, vbi litera dicit, Discipuli iubentes domino in toto omni orbe terrarum dispersi Euangelium prædicauerunt, de Christo enim verificatur, quòd omnes reges terræ adorabunt eum, & omnes gentes seruient ei. c. displicet. 24. q. 8. vnde de Ecclesia catholica intelligitur illud, q. Abrahā dicit Saræ vxori suæ conquirenti de illa infideli ancilla, Ecce, (inquit) ancilla tua in manu tua, vt ere ea: per Sarā enim ista sancta catholica Ecclesia significatur, per ancillam, illa secta infidelium. Vtatur ergo ista sancta Ecclesia, quæ per Saram significatur ista ancilla, vt fuit vsa illa beata Sara, illam affligendo. vtatur etiam ea, vt præcepit Dominus, eam eijciendo, & expellendo filios eius ab hæreditate, & possessione, ne partem habeant cum filijs liberæ. Nam cum sint filij ancillæ, & sic serui, non sunt capaces iurisdictionis, dominij, vel honoris, vt per Augustinum contra Petilianum, vbi dicit, Ad omnes iniquos & impios illa vox Domini valet, Auferetur à vobis regnum Dei spirituale, & temporale, & dabitur genti facienti iustitiam, id est, populo Christiano. An frustra scriptum est? Labores iniustorum pij edent? Quæ verba sunt canonizata in c. si de rebus. 23. q. 7. vbi dicit Cardinalis de Turre Cremata exponendo textum, Auferetur regnum non solum spirituale, & æternum, sed temporale, & dabitur genti facienti iustitiam in populo Christiano, quia infideles vtuntur dominio, & iurisdictione ad percussionem, & offensam Dei. Et voluit Christus, vt omnis homo esset Christianus, vt constat per totam euangelicam doctrinam.

Sed re vera isthæc omnia nullius momenti quò ad præsentem quæstionem sunt, Nam, vt non semel admonuimus, intelliguntur, quòd ad spiritualia, non quòd ad temporalia, in quibus etiam ipsemet Dominus noster Iesus Christus, vt homo dominium aut iurisdictionem noluit habere, sicque eam Papæ eius Vicarius longè minus habebit, aut Imperator. Et per hoc illorum fundamentum omnino excluditur, qui in eo nituntur, quòd eis mentitum orbis dominium adscribunt. constat enim in fidelibus nullum omnino ius, imperium, aut iurisdictionem, Papam habuisse vquam aut habere. Ergo neq; ea ratione q. illi sint fideles, neq; eo mentito colore quòd Papa aut Imperator totius mundi domini sint, secundum veras & communes Theologorum sententias eos debellare fas est, sed ea duntaxat ratione, quòd sint nostri inimici, nobis

nobis noxij & molesti ac periculosi, idq; notum & indubitatum sit: tunc enim ipso iure prouocati (& vt ita loquar) diffidati, videntur ad bellum & praelia, vt † feruetur æqualitas iuri naturæ & positio debita, vt l. 1. per totum ff. quod quisque iuris. l. illud. l. illam. C. de colla. l. cum oportet, in prin. C. de bo. quæ lib. Vnde Plutarchus Apoph. lib. sic scriptum reliquit: Leon † Eutyocratidis filius interrogatus, in qua tandem vrbe aliquis possit tutè vitam agere, in ea (inquit) quam qui incolunt neque plus possident, neq; minus, & vbi iustitia vigeat, iniustitia sit imbecillis, grauius admonuit, æqualitatem esse pacis & tranquillitatis altricem, in æqualitate seditionis esse, vbi vt quisque potentior est, ita licentius opprimit imbecillioem. & idem Plutarchus Apoph. eo. lib. 1. sic etiam scripsit † de Agesilao Lacedæmonum Principe.

Quoniam intelligebat ad æqualitatem & ad frugalitatem & ad concordiam in primis conducere, fecerat nouam agrorum partitionem, & in singulos ciues æquam portionem distribuerat. fertur ita que cum deinde ex peregrinatione rediens iter faceret per agrum recens demessum, conspiceretque manipulorum acervos ordine positos & æquales, delectatus eo spectaculo, cum risu dixisse comitibus, vt tota Lacedæmon videtur multorum esse fratrum, qui nuper inter se diuiserint hæreditatem, bono Principi nihil iucundius est ciuili concordia: rursus tyranno nihil formidabilius. Rursus idem Plutarchus lib. 6. Apoph. sic scriptum reliquit:

Curius † de uicis Sabinis, quum ex Senatus consulto ei ampliaretur agri modus, quem consummati milites accipere solent, recusauit, & gregalium portione contentus fuit, dicens, esse malum ciuem, cui non esset satis id, quod cæteris esset satis.

Et cum tam debita, tam laudabilis, tam optata sit æqualitas inter homines atque omnibus in rebus. Hinc † fit, vt per calumniam accusanti alterum de crimine capitali talionis pœna, & sic mors ei imminet: vt l. mulier. & l. quæ situm. ff. ad Turpil. Dominicus Sotus de iust. & iur. lib. 5. q. 5. arti. 4. ergo par est, vt infideles, à quibus nobis imminet periculum (vt notum est) eis quoque à nobis formidandum sit: est enim hæc iusta defensio, quando quidem eis saluis existentibus salus nostra periclitatur. Nec enim (vt Ouidius cecinit) lex iustior vlla quam necis artificis arte perire sua. vt † de hac naturali defensione multa supra, quibus adde Propertium lib. 2. Elegiarum, sic modulantem:

*Non solum taurus ferit vnicui cornibus hostem,
Verum etiam instanti laesa repugnat ouis.*

Tenendum est ergo ob eam solam causam, quod illi sint infideles, aut ob eam etiam causam, quod Papam in superiorem non reco-

gnoscant, aut Imperatorem non posse debellari, nec bonis suis spoliari, nec etiam si omnes hæc tres causæ iungantur, quod nec Papam recognoscant, nec Imperatorem, nec dogmatis catholici sint sectatores.

Sexagesimo apparet etiam ex conclusione principali nostra, veram esse opinionem doctissimi Dominici de Soto, de iust. & iur. lib. 5. q. 4. 22. q. dum ait, † pœnam talionis vel aliam partem debitam, à Principe remitti non posse. Nam si is principatum ad nostram utilitatem tenet, vt fuse ostendimus, non poterit talem pœnam nobis debitam adimere, ne nobis noceat, contra l. quod fauore. ff. de legibus. l. non ideo minus. ff. de procu. l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. Sed si † qua ex parte ea pœna Reipublicæ quoque applicanda erat, ea ex parte eam ex arbitrio poterit Princeps relaxare, secundum eundem Dominicum de Soto, mirantur multi: nam qua ratione nobis Princeps nocere non potest, eadem & maiore ratione non poterit nocere Reipublicæ sibi commissæ. argum. auth. res quæ. C. com. de lega. procuratio enim duntaxat Reipublicæ, non etiam dissipatio sibi commissæ fuit, vt fuse in nostra principali opinione & sententia docuimus, adhuc tamen eius sententia (iudice me) defendi ex parte poterit. Nam cum plenissimam potestatem populus Principi suo commiserit & concesserit. l. 1. ff. de const. prin. ibi, omne suum imperium ei, & in eum contulit. §. sed & quod principi. Instit. de iure nat. l. 2. §. deinde quia difficile. ff. de orig. iur. l. princeps. ff. de legibus. sub illa sanè generalitate verissimiliter intelligendum est circa ea, quæ leuiora sunt, laxiorem Principi potestatem & liberum fortè arbitrium commissum fuisse, in quantum attinet ad res & bona publica. arg. l. scio. ff. de minoribus, cum multis similibus à nobis congestis in tract. de succ. res. lib. 1. §. 7. per totum. Nec dubium est, quin (vt naturaliter sentimus) vnusquisque † ciuium laxius arbitrium principi circa res & bona publica concessurus esset, & concessisse intelligatur, quo tempore ei Reipublicæ cura commissæ fuit, quàm circa suas res, aut bona quisque eorum ei concederet. Vnde cum à concessione populi pendeat principis potestas, qui non tam priuatas singulorum res & familias, quàm publicas res & gubernationem commississe videtur, par est, vt laxior pleniorque potestas principi circa eas res publicas pœnamque Reipublicæ applicandam remittendam, ei competere intelligatur, quàm circa remittendam pœnam parti applicandam. Simillimum est, quod etiam si iudex ordinarius licet multam parti læsæ applicandam remittere nequeat. Bal. in l. rescripta, ad fin. C. de preci. Imper. off. glo. & Doct. in l. venia. C. de in ius vocand. Barba. contil. 11. colum. antepenult. lib. 4. Albericus de Rosa. in l. quicumque. colum. 2. C. de feruis fugitiuis. Nicol. Boërius decis. 349, quæritur an ci-

6
Æqualitas seruanda.

7
Hist. Leonis.

8
Hist. Agesilao.

9
Hist. Curij.

10
Talionis pœna est iuris natura.

11
Defensio est iuris natura.

12
Princeps an possit remittere talionis pœnam, vel aliã parti debitam, ardua quest.

13
Pœnam parti vel fisco applicandam, quando princeps possit remittere.

14
Principibus & magistratibus laxior potestas circa priuatorum bonorum.

15
Pœnam pecuniariam ex reo publico applicandam iudex facilius potest remittere, quàm parti applicandam.

an ciuilit. num. 3. Lucas de Penna in l. pradia. C. de locat. pradi. ciuili. lib. 11. tamen eam mulctam ærario publico applicatam iudex potest remittere ob paupertatem damnati, vt ex communi opinione resoluit Boerius ipse, vbi supra per l. illicitas. §. fi. vbi ita tenent glo. Bart. Alberti. & Ange. ff. de off. præsid. l. fi. vbi Ioan. Faber. C. de modo mulctæ. Limita tamen vt talem pœnam talionis Princeps remittere possit, quæ ex leuioribus esset: nam si esset magna, ita vt verosimiliter populus talibus ausis aut facinoribus veniam dare non concederet, aliud esset, vt supra diximus, & in d. §. 7.

16
Talis pœna iusta est, contra Noui. & approbata iure naturali, & diuino, & gentium, & canonico, & ciuili.

Denique ea † pœna talionis, de qua proxime mentionem habuimus, iam ferè in desuetudinem abiit: arg. tex. cum ibi notatis in §. de Inst. de iniur. & non immeritò secundum Dom. Sor. vbi supra, quia nimis dura (inquit) erat cum satis ac satis esse deberet, si occidens cum effectu occidatur, absque eo quod etiam occidatur ille, qui occidere conatus est, licet id perficere non potuerit, sed eam pœnam iustissimam esse omni iure incomperito est. Nam iure regio Hispanorum ita cautum reperitur per l. Taurinam ff. l. 42. ti. 16. par. 3. l. 13. ti. 8. lib. 2. fori. l. 3. titu. 12. lib. 4. eodem volu. l. 115. l. 128. in legibus Styll. l. 2. titu. 6. lib. 8. ordin. & iure ciuili idem statutum per d. l. mulier, & l. quæ situm. ff. ad Turpi. & idem de iure canonico per c. Paulum, & c. si quis iratus. 2. q. 3. cum similibus, & c. calumniator, & c. qui non probauerit. ead. cau. & q. Idem iure diuino, vt Exodi 21. ibi, Oculum pro oculo, dentem pro dente. & Deuteronom. 19. cum diligentissimè perscrutantes inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit. Idem est de iure naturali vel gentium, vt significat Ouidius dum cecinit:

Nec enim lex iustior vlla,

Quàm necis artifices arte perire sua.

Has autem leges si quæras, in desuetudinè, vt duræ abierunt, fatetur id Dominicus, vbi supra, & non iure, vt nobis videtur, cum, vt proximè diximus, nulla lex iustior quàm necis, artifices arte perire sua, quod si dixeris, nõ debet quis bis puniri pro eodem delicto, iuxta illud Naum 1. Non iudicabit Deus bis in id ipsum. Sed vt dd. iuribus patet, calumniator ille, qui accusabit fit infamis, ergo nulla alia pœna debet puniri, ita Sotus, vbi supra, sed nihil est, nam semel tantum punitur, vnaq; puniatio est, etiam si varias pœnarum species aut formas continere videatur: id quod etiam in leuibus delictis fit: in quibus solet quis & infamiz, & pecuniarum, & aliarum rerum pœnas subire, vt in princip. & per totum titulum Instit. de pœna temerè litig. & §. fi. Instit. si quæ drup. paupe. ibi. nunquam enim actiones præsertim pœnales alia aliam consumit. l. nun-

quam. ff. de pœna. delict. & auth. bona damnatorum, cum ibi not. C. de bon. dam. & quod tradit Hieronymus Cagnol. in l. seruitutem, ad ff. de reg. iu. Neq; ad rem pertinet. quod Sotus ait, non † debere pœnam excedere metam aut mensuram damni dati, vnde & si, qui cum effectu occidit vt moriatur par sit, tamè, qui non occidit, sed tantum occidere tentauit, si moreretur, pœna esset maior quàm damnum datum. Sed quid dices in furto? vbi manifestum sit, pœna quadrupli est: si non manifestum, dupli. §. quadrupli, & §. dupli. Inst. de act. & ferè per totum Insti. de vi bon. rap. Quinimò id tantum abest à vero, quod potius pœna delicti semper excedit damnum datum, idque ideo fit, vt reliqui ciues sic perterriti à similibus facinorum perpetratione abstineant. l. 1. ff. de iust. & iure.

17
Pœna par calpe, vt intelligatur?

Quinimò hic æqualitas est, Nam qui capitaliter me accusauit per calumniam, tunc & ego & ille sumus in pari periculo, quia si ille mentitis fortè testimonijs probauerit crimen obiectum, peribo, si non probauerit, ipse peribit, ergo sumus in pari periculo, quamuis non in pari culpa, cum ille esset noxius, ego innocens: ergo longè mitius cum illo, quàm mecum agitur.

Denique aut ille fuit in dolo, & tunc pœna talionis iustissima est, aut in culpa tantum, & tunc alia mitiore puniendus est, aut nec in dolo neque in culpa, & tunc puniendus non est. Et pœnam talionis contra dolosum accusatorem non imponere, quod liberius impurissimi hominum viros bonos impetant, procedit ab impurissimorum iudicum, aduocatorum, scribarum & similibus praua consuetudine & cupiditate, quæ non consuetudo, sed corruptela est.

SUMMARIUM.

- 1 Dispensare an princeps possit? ardua q.
- 2 Dispensare quid significet?
- 3 Dispensare circa leges tenentur omnes Principes & magistratus, secundum veram vocis significationem.
- 4 Dispensare ex gratia principibus nõ licet, nisi qua tenus expressim vel tacitè, vel verosimiliter sibi fuerit à populo concessum.
- 5 Legum verbis aut scriptura non obligamur, sed earum sensu.
- 6 Dispensationis quæ vtilitas.
- 7 Dispensare & temperare idem sunt.
- 8 Dispensare ex iustitia est opus necessitatis, non voluntatis contra nouiss. nec cum quibusdam tantum, sed cum omnibus fieri debet, qui eadem causa fuerint. contra nouiss. nec in quibusdã tantum casibus, sed in omnibus, in quibus par ratio inueniatur.
- 9 Dispensatio alia ex gratia, alia ex iustitia.
- 10 Dispensare quando sit, vel non sit peccatum.

- 11 Dispensatio ex iustitia, est mentalis legis declaratio.
- 12 Legis ratione in particulare cessante ipso facto, enodatur ille à legis vinculo, contra nouiss.
- 13 Dispensatio ex iustitia requirit causam iustam, dispensatio ex gratia nullam.
- 14 Ieiunium non ob solam carnis macerationem inducitur, contra nouiss.
- 15 Legis causa cessante, cessat lex, contra nouiss.
- 16 Dispensans & dispensatus, quando peccent, vel nō peccent, egregia questio.
- 17 Causa iusta praesumitur in Principe.
- 18 Dispensatur ex iustitia in his, qua sunt iuris diuini.
- 19 Dispensatio ex iustitia fieri potest in his, qua sunt iuris natura.
- 20 Dispensatur ex causa, vt non fiat citatio.
- 21 Dispensari potest ex causa, vt excepto non admitatur.
- 22 Dispensatur cum iure positio.
- 23 Dispensat Episcopus ex causa cum iure Canonico, non aliā.
- 24 Dispensatio ex causa fit ab inferiore, quod ad legem superioris.
- 25 Dispensat ex causa Episc. cum poenitentia à Papa iniuncta.
- 26 Dispensare commutando testamenti dispositionem an Episcopus possit, ardua q.
- 27 Intell. clem. quia contingit, de relig. dom.
- 28 Dispensatio superioris praesumitur facta ex iusta causa, aliud in inferiore.
- 29 Dispensat Episcopus circa votum.
- 30 Dispensat Episcopus cum statutis Ecclesiae.
- 31 Nobilitas quid.
- 32 Nobilitatis commendatio.
- 33 Obligatio facti an sit praecisa.
- 34 Facti obligatio descendens à lege est praecisa.
- 35 Facti obligatio descendens ab vltima voluntate est praecisa.
- 36 Facti obligatio iurata est praecisa.
- 37 Facti obligatio in iudicijs est praecisa.
- 38 Intell. l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iud.

CAPVT XXV.

SEXAGESIMO SECVNDO apparet etiam ex nostra principali sententia, quid respondendum sit in illo articulo, quo quaeritur, an princeps cum legibus dispensare liceat, & sane Dispensare princeps nihil aliud significat proprie quam disponere. Vnde Manilius Astron. lib. 1. sic scripsit:

Hoc opus immensi constructumq; corpore mundi,
Membraq; natura diuisa condita forma,
Aeris atq; ignis, terra, pelagiq; iacentis,
Vbi anima diuina regit, sacroq; meatu
Conspirat Deus, & tacita ratione gubernat.
Et multa in cunctas dispensat fœdera partes
Alteras, & alterius vires faciatq; feratq;
Summaq; per varios maneat cognata figurat.

Rurfus idem Manilius lib. 2. Astron.
Vt neque deficerent vnda, neq; sidera nobis,
Nec caelum iusto maiusve minusve volaret,
Motus alit, non mutat opus, sic omnia toto
Dispensata manent mundo, dominumq; sequitur;
Hic igitur Deus & ratio, qua cuncta gubernat.

Ecce igitur, verbum Dispensata significat idem quod disposita constanter, & quasi incommutabiliter, vel etiam commutabiliter. Idem ferè significat apud Colu. dum ait: Cœlestes imbres alendis feminibus dispenfer. q. & vult Calepinus in verbo, Dispendo. & in eundem sensum Apostolus ad Corint. 9. ait: Dispensatio mihi credita est, hoc est, recta dispositio, nec enim tam se superbiare significare voluit, vt elatus ferociter iactaret omnium transgressionem & violentiam sibi fore permissam. & ita S. Thomas, & qui eum refert, Dominicus Sorus de iust. & iure lib. 1. q. 7. art. 3. aiunt, quod dispensatio proprie importat commensurationem alicuius communis ad singula. Ceterum apud nostros iuris interpretes longè in diuersum sensum vsurpatum hoc verbū est. Nam passim sumitur pro eo, quod est iura, aut leges transgredi, & inde sæpe disputant, An id sine causa, an demum cum causa fieri fas sit. Secundum priorem sensum si quaeretur, an princeps, aut gubernator Reipublicæ possit cum legibus dispensare. responderem non solum posse, sed etiam debere, & necesse habere. Namque vt umbra corpus, sic principis aut magistratus est leges insequi & custodire (vt fuse in principali sententia nostra ostendimus) ergo si dispensare est rectè, & quoad fieri potest incommutabiliter disponere, par est, vt hi circa leges dispensare teneantur, hoc est, omnia secundum leges disponere, dispensare, & gubernare.

Ceterum si dispensatio accipiatur iuxta posteriorem sensum pro legis transgressionem, tunc videndum est, an princeps vel magistratus, & quibus ex causis fieri possit, aut liceat, & sit firma conclusio, id neque principibus, neque magistratibus licere, nisi quatenus expressim aut tacite, verisimiliter, aut certo ab eo concessum sit, qui imperium eis commiserit. l. diligenter. ff. mand. §. item is qui exequitur. Institut. eodem tit. l. 3. §. in bello. ff. de re milit. l. si duobus, in fin. ff. de neg. gest. l. qui in aliena. §. libertos. eodem tit. l. si creditor. §. 1. ff. de peculio. dixi in simili de succ. crea. l. 1. §. 4. ad finem. facit l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebell. expressim, vt in terminis omnium iurium, quæ collocata sunt sub titulo C. & ff. de sent. passi. & resti. & per totum tit. in auth. quibus modis nat. effi. sui. & per totum titulum in auth. quibus mod. nat. effi. legit. & per totum titulum C. & ff. de natal. resti. tacite, vt in terminis l. 1. ad finem. ff. de const. prin. §. sed & quod principi. Inst. de iure nat. Nam tunc demum intelligo aliquid ex gratia à principe fieri

³ Dispensare circa leges tenentur omnes principes & magistratus secundum veram vocis significationem.

⁴ Dispensare ex gratia principibus non licet, nisi quatenus expressim vel tacite vel verisimiliter sibi fuerit à populo concessum.

¹ Dispensare an princeps possit, ardua q.
² Dispensare quod significet.

fieri posse, & contra legum dispositionem, quando verisimile est sub generali commissione sibi à populo data (vt d. l. i. & d. §. sed & quid principi) id comprehensum fuisse, vel si comprehensum non fuit, quando id erat huiusmodi, vt modò cum ea res agitur. verisimile sit id ipsi principi populum minimè abnegaturum, pro cauto enim haberi debet, quod verosimiliter interrogati responderent aut cederent. Gloss. communiter ibi, & vbi que app. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. & multa in simili, quæ diximus in lib. 1. §. 4. ad finem, de succ. crea. Verisimilitudo autem colligitur, quando res, de qua agitur, erat modici præiudicij, aut modici momenti, vt (argu. l. scio. ff. de minoribus) plenè differuimus lib. 1. de succ. resol. §. 7. per totum. Colligiturq; ea verisimilitudo alijs modis: argu. l. si seruus plurium. §. fin. cum ibi traditis per Doct. ff. de legat. 1. dixi plenè de succ. progressu. lib. 1. in præfat. præsertim in num. 41. cum pluribus sequen. & præced. Ius autem intellige de legibus, aut moribus cuiusq; ciuitatis. §. 1. Inst. de oblig. ibi, secundum nostræ ciuitatis iura, & in princ. Inst. de offic. iudicis, ibi legibus aut moribus, facit l. omnes populi. l. ius ciuile. ff. de iustit. & iure. §. sed naturalia. Institut. de iure nat. Ergò dispensare ex iustitia omnis princeps & magistratus non solum potest, sed etiam tenetur. Nam illud comprehenditur sub iurisdictione, quæ est potestas publica cum necessitate iurisdicendi, sed dispensare ex gratia nec licet principibus, nec magistratibus, nisi quatenus à populo eis concessum fuerit expressum, vel tacitè, vel verosimiliter.

Item declara, Nam princeps aut magistratus possunt, debentque ex causa dispensare: nam passim euenit, vt leges, quæ in communi vtilis sunt, quibusdam in casibus aut temporibus, aut locis, aut à quibusdam personis obseruari non expediat. Nam ecce legibus Hispanorum sub titulo (de las cosas vedadas lib. 1. ordi.) cautum est, ne extra regni fines quicquam arma, aut equos, aut aurum, argentum, pecuniam numeratam, aut mancipia exponeret, neve quis armatus incedat. Quid si quis sit extra regnum profecturus, necesse habet secum ferre pecunias impensæ gratia, vtileq; est arma gestare, puta, ensè, archebutium, loricam, & similia. Vtileque est secum ferre mancipia. hisce ergò in rebus princeps aut magistratus non solum potest, sed & (iudicemus) necesse habet dispensare. Agnosco enim id fore contra verba legis, ea enim generalia sunt. Sed ¶ quædam leges, quæ obligant ciues (l. 1. ff. de legibus ibi, communis Reipublicæ sponso, hoc est, promissio, vt plenè exposuimus de success. in præfat. ad princ.) non tam eos obligant in vim verborum, quam in vim sensus & mentis. l. non figura literarum. ff. de action. & obligat. l. ita stipulatus, in mag. versicul. Sabinus, verbo, ex mente, vbi

Legum verbis aut scriptura non obligamur, sed eorum sensu.

notant Paul. Castr. & Ias. ff. de verb. oblig. l. 2. C. de lib. præteri. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. vbi per Doct. l. quibus diebus. §. dominus. ff. de cond. & dem. l. Labeo. ff. de supel. leg. verba enim (vt Cicero pro Lucio Cecinna author est) inuenta sunt, quæ indicarent, non quæ impedirent nostram voluntatem, probatur in d. l. Labeo, cum simil. supra alleg. Nec dubium est, quin ad ciuium vtilitatem, non ad eorum læsionem leges fiant. l. 1. & 2. ff. de legibus. c. erit autem lex, quarta dist. vnde cum primum incipiunt esse noxiæ, licet non desinant, donec abrogentur, vim legis habere: tamen earum executio interea cessat & impeditur. l. vnic. in prin. vbi plenè per Corneum. C. de cad. toll. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronat. l. quoties ab omnibus. C. de fidei commiff. dixi plenè de succ. progressu. in præfatio:

Et cessat ¶ quidem earum legum executio quò ad omnes: & sic in comuni si cooperat esse nociua, quod si non in communi coepit esse nociua. sed tantum in particulari, inq; nocumentum descendit ex causa nimis iusta aut necessaria, vt in exemplis iam numeratis, tunc à principe fieri debet dispensatio vel declaratio, vt illa lex eo casu cessare intelligatur: & tunc intelligo quòd ipso iure, vel ipso facto, eo casu cessat executio legis. Sed ad remouendam omnem calumniæ & dubitationis occasionem, vtile est per superiorem eam fieri declarationem. Quòd si ciuis ille priuatus eam legem transgrediretur ex illa iusta causa, quæ superiorem cogeret ad dispensandù (hoc est, ad declarandum, illo casu legem cessare) tunc & si de facto vt legis transgressor accusari posset, nec fortè accusator quasi calumniator iure diceretur, tamen à superiore absoluendus esset: quia & si contra verba, non tamen contra mentem legis ausus aut nixus videretur, nec vt calumniator iuste puniretur accusator, quando quidem ipse videbat conciuem suum contra legis verba ausum fuisse, nec potest quibuslibet tanta peritia esse, vt mentem legis ipsiusmet verbis contrariam possint percipere aut detegere: in eò ergò vtile erit ciuibus ante legis transgressionem à superiore impetrare dispensationem, aut legis cessantis declarationem, vt sic tuti sint à similibus accusationibus & molestijs. Meritò ergò & proprijsimè ea legis interpretatio, ¶ quæ ex vera & intima eius mente contra ipsius verbi significationem à superiore fit, appellatur dispensatio, quasi vera dispositio & temperatio, inter proprietatem sermonis legalis, & legis mentem, quæ inter se disidere videbantur. Nam quòd Manilius in locis supra citatis dispensare appellauit, alibi temperare dicitur. Vnde Horatius Ode 4. lib. 3. sic cecinit:

Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventosum, & vrbes, regnaq; tristia.

M 2

Ecce

6
Dispensatio
que vtilis est.

7
Dispensare et
temperare.

Ecce terrā inertem temperare ibi nil aliud significat quā dispensare, aut disponere, id quod idem Manilius moderare alibi appellauit, lib. 2. Astron. sic modulatus:

Ingentem & equalem moderatē facere molem.
Et paululum inferius ait:

————— *Sic temperat arua*
Celum, sic varias fruges redditq, rapitq,
Sic pontum mouet, & ferru redditq, rapitq.

ergo dispensare nihil aliud est, quā recte & cum debito temperamento disponere. Vnde cum princeps & magistratus teneantur, tanquam legum ministri, custodes, & executores cuncta disponere, secundum leges & iura suæ ciuitatis, consequens est, vt nec sine iusta causa (hoc est, sine tali causa, quæ ex mente legis sit) cōtra legis verba dispensare eis fas sit, nec vbi ea iusta causa adsit, possint requisiti à ciuibuseam dispensationem & interpretationem facere desinere, non magis quā minus reddere desinere. id quod facere nequeūt, cum omnis principatus & iurisdicatio inducat necessitatem iurisdicendi, vt suprà edocemur.

8 Hinc apparet, an † vera sit conclusio doctissimi Dominici de Soto, qui sic scripsit: Ille, inquit, cui regimen incumbit multitudinis, potestatem habet dispensandi super lege humana in casibus certis, & cum personis certis. Dum dixit cum personis certis, significare voluit non cum omnibus id licere. Dumque dixit in casibus certis, significare voluit non in casibus omnibus. Tertio dum dixit, potestatem habet, significare voluit, id ei necessarium non esse, in omnibus his tribus longè verior est contraria opinio, primum vt cum omnibus personis, in quibus cesset ratio legis, fieri possit, & debeat dispensatio à superiore. Deinde vt non solum in certis casibus, sed etiam in omnibus casibus, in quibus finis legis cessat, dispensatio fiat. Tertio, vt tunc non solum superior possit, sed etiam necesse habeat dispensare, vt isthæc omnia ex superioribus patent, quibus omnibus in specie interrogatus forte ipse doctissimus Sotus consentiret, quamuis ipsius verba aliud videantur sonare. Idque † in dispensatione ex iustitia, diuersum esset in dispensatione ex gratia, quam princeps liberrimè erga vnum potest exercere, & erga alium ommittere, puta, natalibus restituere, legitimare, & similia, vt per totos tit. ff. & C. de nat. rest. & in auth. quib. mod. nat. effi. sui. & quib. mod. nat. effi. leg.

9 *Dispensatio alia ex gratia, alia ex iustitia.*

10 *Dispensare quando fit, vel non fit peccatum.*

Altera conclusio est ipsius Dominici Soti, quando † causa, inquit, non occurrerit rationi consentanea. atque in bonum commune relata, tunc prælatus pro suo libito dispensare peccatum est, aut infidelitatis aut imprudentiæ: is enim si ex industria fecit, infidus est, vt potè transgressor muneris sibi commissi, & à se suscepti. Sin autem existimauit dispensare sine causa liberum sibi esse, inscitias

peccatum est. Quæ conclusio & vera est, & confirmat quæ à nobis proximè tradita fuerunt, eget tamen duobus temperamentis, aut limitationibus. Prima, quando ea dispensatio expressim à populo ipsi principi permessa esset in ea specie & similibus. Altera, quando tacite foret permessa: tacite autem permissam intelligo, quando vel res, de qua ageretur, modici momenti foret: & hac ratione, vel alia quauis id principi à populo concessum iri verosimile foret, vt suprà edocti sumus.

Quando ex gratia & fieret & fieri posset dispensatio, vt in legitimatione suprà attigimus, subdit ipse Dominicus verba sequentia: Si prælatus, inquit, non potest sine causa dispensare, fit vt dispensatio nil aliud sit, quā declaratio causæ, ob quam ratio legis in tali casu deficit. negatur consequentia: nam & si ratio legis in hac persona deficiat, non idè protinus à legis vinculo enodatur: ita ille, qui errat planè dupliciter, primum dum contendit talem dispensationem mentalem legis declarationem non esse (id quod iam luce clarius ostendimus) deinde dum autumat, quod si † in vna persona vel casu cessat ratio legis, non idè ille ab illius legis obseruatione ipso facto enodatur, quinimò verissimū est ipso facto enodari ac laxari seu liberari quod ad illum casum, quamuis dispensationis impetratio utilis esse possit ad molestiam & calumniam vitandam, vt iam edocti sumus, & Sotus intelligendus est, in dispensatione ex iustitia. Nam † dispensationem ex gratia princeps etiam sine vlla causa facere potest, tam liberè, quā bona sua prodigere. primum probat l. 1. ff. de const. prin. §. sed & quod principi. Inst. de iure nat. secundum probat l. sed & si lege. §. contulit. ff. de pet. hær. l. 1. §. & magis. ver. prodegis. ff. si quid in frau. patr. l. quia autem. in prin. & §. 1. ff. quæ in fraud. credi.

Neque ad rem pertinuit, quod ipse doctiss. Sotus, vbi suprà, affirmat, quod causa ieiunij cessat in eo, qui carnes satis maceratas habet, & nihilominus enodatur à præcepto ieiunandi, quod quidem præceptum, vt ipse significat, ob solam carnis macerationem inductū fuit. Sed † ipse tripliciter errat, primum dum existimat ob solam carnis macerationem inductum esse ieiunium, cum etiam ob mentem in Deum eleuandam præceptum esse constet, vt ex communi Theologorum opinione resoluiimus, de succe. prog. in præfa. num. 94. cum seq. tradit Alphonsus de Castro de potest. legis pœnal. lib. 1. c. 5. versic. lex humana, in tertio documento. Deinde errauit, dum in eo, qui carnes satis maceratas haberet, causam ieiunandi cessare autumauit, cum, vt dixi, super sit altera causa mentis in Deum eleuandæ: nec dubium sit quin quando lex nititur pluribus rationibus, si earum vna super sit, id sufficiat, lex sustineatur, nec ipsius causa cessare intelligatur; quando quidem ex

11 *Dispensatio est iustitia est in tali legi declaratio.*

12 *Legis ratio in particulari cessante, ipso facto enodatur ille à legis vinculo, contra nouiss.*

13 *Dispensatio ex iustitia requiritur causam iustā, dispensatio ex gratia nullam.*

14 *Ieiunium non ob solam carnis macerationem inducitur, contra nouiss.*

toto non cessat. l. si non lex. ff. de hær. inst. §. af-
finitatis. Instit. de nup. Andreas Tiraquellus
de causa cess. par. 1. num. 139. Postremò errauit
dum † causa etiam ex toto cessante, puta-
uic legem non cessare quò ad illum articulum
& personam in qua cessabat: cuius contrari-
um verius esse iam ostendimus: quæ omnia
procedunt facilius quò ad leges profanas quàm
quò ad diuinas. subdit idem Dominicus So-
tus, vbi suprà. In his † autem (inquit) quæ me-
ri sunt positiu iuris, dispensatio sine causa à
peccato non excusat, veruntamè dispensatio
tenet, tametli Caieranus loco citato & in sua
summa in verbo, dispensatio, neque in his pa-
catas censet eorum conscientias, cū quibus si-
ne causa dispensatur, & ratio eius est, quòd li-
cet tollatur ius positiuum, superest nihilomi-
nus legis naturalis vis, quæ est, ne quis absque
causa reipublicæ se oneribus subducatur. hoc au-
tem nondum equidem mecum constitui
quátum valeat. enim verò si exoneratio mea,
oneratio esset aliorum, vt cū quis priuilegi-
um procurat, quo se tributis soluendis absque
causa subtrahat, vnde aliorum vergit aggra-
uatio, peccatum esset mortale. In ieiunijs autè
non est tam planum (nisi vbi exemptus scan-
dalum daret: illo autem cessante, forsan culpa
non esset peior quàm venialis, hæc ille.

Quid dicendum? & sanè sunt tres casus,
aut enim materia subiecta modici momenti
est, aut magni, aut dubitatur. Primo casu sint
tres conclusiones: quòd valet dispensatio eti-
am sine vlla causa, & dispensans non peccat,
& dispensatus similiter expers peccati est, Nā
hæc est illa dispensandi & gratiam faciendi
facultas, quæ omni iure sublimioribus pote-
statibus concessa esse videtur in his modicis;
argu. l. 1. ad fi. ff. de consti. princ. §. sed & quod
principi. Instit. de iure nat. iuncta l. scio. ff. de
minor. & quæ plenè diximus de succ. resolu.
lib. 1. §. 7. Alter casus, quando res magni mo-
menti est, ita vt dispensatio noceat, & tunc si-
ne causa non valeret, siue fiat à Papa, siue ab
alio principe seculari, vel ecclesiastico per fun-
damenta nostræ principalis sententiæ, quæ ha-
bet omnem potestatem ad vtilitatem, non ad
lætionem concessam videri, ergo dispensans
peccare intelligetur, & similiter is, qui tali di-
spensatione vteretur. Vltimus casus, cū su-
mus in dubio, quia vix apparet vtrum læsio-
nem magnam ea dispensatio induceret, an
fortè modicam, aut omnino nullam: & tunc
standum est dispensationi, quia cū nullius
sensus esse præsumatur, qui sensum vincat
principalem, l. fin. C. de legib. euenit vt in re
dubia præsumatur iustū aut tolerabile, quod
à sublimioribus potestatibus gestum fuerit,
vel à legislatoribus. l. 1. §. initium ibi, quia mo-
deratam hanc ætatem prætor ratus est, vbi
not. Glo. ff. de postulan. l. prospexit. ff. qui, &
à quibus. l. non omnium. ff. de legibus. vbi
notat Bal. idem Bald. in l. de quibus. ff. de le-

gibus, & plenè in simili per Andream Tira-
quel. in præfat. tracta. de vtroque retra. nume-
ro 75.

Ergo si cū mos aut. ius esset positiuum in
quadam prouincia missas cum sonoris can-
tibus celebrandi, in quodam oppidulo Papa
dispensauit, vt sine cantibus celebraretur ob
meram rectoris gratiam, licet causa dispen-
sandi ibi nulla fuisset, valeret dispensatio: &
tam dispensans, quàm dispensatus expers pec-
cati foret, quia res pauci momenti est. Quòd
autem † in principe præsumatur iusta causa,
notant communiter Doctores in d. c. quæ in
Ecclesiarum, vbi latissimè Fely. in 22. colum.
in 5. conclusio. de constitutio. Glo. Barthol. &
Doct. in l. Relegati. ff. de pœnis. idem Barthol.
in l. conficiuntur. ff. de iure codicillorum. Cy-
nus & communiter alij in l. quoties. & in l. re-
script. C. de precibus Imperat. offeren. & in le
fin. C. si contra ius vel vtilita. publ. Innocen. in
c. ad aures, de temporibus ordin. Iacobus Bu-
tri. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtili-
ta. publicam. Bal. in d. l. præscriptione, & in d.
l. rescripta, & in l. si testamentum, & ibi Ias. &
Doct. C. de testamen. & in præludijs feu. in
9. colum. & in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. vt lite
penden. Panormita. in c. si quando. colum. fi-
nali, de rescriptis. & in c. nisi specialis, colum.
2. de officio deleg. & in c. cū venissent. colu.
3. de iudicijs, & in c. quanto. in colum. 4. de
iureiuran. & in c. cum inter. de exceptio. & in
c. cum olim. in 8. colum. & in c. in causis. in 2.
notabili, de re iudica. Antonius, & Imo. in c.
cum inter. de renuncia. & in c. constitutus. de
religiosis domi. & in c. quia plerique, de im-
munitate ecclesi. Gemina. in c. grandi. in 2.
colum. de supplenda negligen. præla. libro 6.
Ange. in consil. 368. incipi. Serenissimus prin-
ceps. Petrus de Anchara. in consil. 288. incipi.
vltra alia. Raphael Fulgo. in consil. 143. incip.
Antonius, Salyce. in l. nec causas. C. de appel-
latio. Marianus Sozi. in consil. 143. incipi. visa
bulla. colum. 5. volum. 2. Ludouicus Roman.
in consil. 436. incipi. quod indultum. in 4.
colum. Nicolaus Milis in Repert. suo, in ver-
bo, princeps. versic. Princeps præsumitur. Phi-
lippus Corne. in consil. 199. incip. quanquam:
in 2. colum. vbi inquit, ita communiter tene-
ri. Alexand. in consil. 3. incip. visis codicillis. in
finali colum. & in consil. 94. incip. Confide-
ratis his. in vltima colum. & in consil. 111. in-
cip. visis instrumentis, in 6. colum. & in consi.
136. incipi. viso & examinato, in 1. colum. vol.
1. & in consil. 146. incip. nec arguendi sumus.
colum. 7. vol. 2. & in consil. 155. incip. videre-
tur in cōsultatione. col. fi. vol. 6. & in con. 101.
inci. super primo dubio. col. 2. & in consi. 224.
vol. 7. Bartho. Sozi. in consi. 87. in 10. colum. &
in consi. 120. inci. Memini me aliàs consuluisse.
col. 8. vol. 3. Ias. in d. l. si testamen. C. de testa-
men. & in consil. 105. incip. in causa mota. co-
lum. fin. volum. 1. & in consil. 144. incip. circa

15
Legi causa
resistente ces-
sat lex, con-
trariouiss.

16
Dispensans,
& dispensa-
tus quando
peccat, vel
non peccat,
egregia q̄o.

17
Causa iustā
præsumitur
in principe.

primum dubium. in 3. col. & in consil. 227. incip. Carolus. in 10. colu. & in consil. 223. incip. Præfens consultatio. in 3. colu. & in consil. 236. incip. Vifo titulo quæstionis, in 2. colu. volu. 2. Petrus Belluga. in suo principum speculo. in rubric. 46. de donatiuo Curia. §. 1. Albert. Brunus in consil. 1. in 2. colum. in fi. Ioannes Campezius in quodam suo consilio posito inter consilia dicti Alberti Bruni, incip. viso themate. Carolus Ruinus in consil. 76. incip. primò est videndum. in 6. colum. & in consil. 143. incip. sicaliàs dixi. colum. pen. volum. 5. Antonius Capycius in Decisionibus Neapolitanis, decisione 51. incipi. in causa Antonia, in final. colum. Hippolytus de Marsilijs in sing. 6. incip. in principe. Ludouicus Gozadinus in consil. 5. incip. an in quæstione præposita. col. 6. versu. 7. adduco. & in consil. 41. incip. quæritur an frater, in penult. colu. Stephanus Bertran. in consil. 340. incipi. spectabilis vir, vbi hanc dixit magis communem esse opinionem, vol. 1. & in consil. 340. incipi. Benemeritè. vbi etiam hanc dixit magis communem opinionem, vol. 3. in quibus consilijs hoc limitat atque declarat, & plures authoritates refert & voluit Catelianus Cotta in suis memorabilibus, in verbo, Papa. & Marianus Soz. iunior in consil. 55. incip. Iustissimi iudices, in finali colum. & in consil. 75. incip. Quanquam, in 7. colu. Ergo in dubio etiam in ijs, quæ sunt ex iustitia (in quibus loquitur Sotus, vbi supra) cum iusta causa in principe præsumatur, consequens fit, vt dispensatio teneat, & nec dispensans, nec dispensatus peccent, quod si constaret nõ adesse iustam dispensandi causam, magis est, vt dispensatio à principe sæculari facta, non teneat de iure, cum, vt habet nostra conclusio principalis, omnis princeps sub sit legibus: ergo si ea dispensatio ad effectum perducatur, & dispensans mortaliter peccaret, q. Sotus & Caietanus supra relati volunt, & dispensatus etiam peccaret, q. Caietanus tenet Soto repugnante, sed vterq; erat dum dispensationem valere existimant, quasi princeps legibus sit superior, cum regulariter sit inferior, in Papa autem dispensante fortè procederent sententia Caietani & Soti. Sed verius est, q. quando ius etiam positium erat vile, cõtra id sine causa non potest Papa dispensare: quia eius potestas est ad bonum, nõ ad malum, ergo & ipse peccaret, & etiã dispensatus, vt dicam infra cap. seq. num. 26.

18
Dispensatur ex iustitia in his que sunt iuri diuini.

Denique ¶ ex causa dispensari posse variè intelligitur, primum quò ad ius diuinum, vt plenè per Decium consil. 112. in præsentis col. 2. idem Decius in c. quæ in Ecclesiarum. de constitutionibus. Fernand. Loazes in consil. super matrimonio regis Angliæ, in 2. principali dubitatione, in 2. funda. pro parte affirmatiua. Franc. Curt. consil. 19. viso priuilegio. & consil. sæpè. 20. num. colum. 2. communiter Doct. in d. c. quæ in Ecclesiarum, & in c. post

translationem, de renunciatione. Vincentius, Ioannes Andreæ, & Abbas in c. proposuit, de concessione præbendæ. gloss. in verbo, exemptus. & ibi Doct. in c. à nobis. decimis. Bart. in proemio ff. in 6. colu. & in l. ex hoc iure gentium. ff. de iust. & iure, & in d. l. omnes populi. eodem titulo, & in l. rescripta. C. de precibus Imperato. offeren. & in l. finali. C. si contra ius vel utilitatem publicæ. & in l. 1. ff. de constitut. principum. Albericus de Rosate in 1. parte statutorum. q. 7. Bald. in authentic. ad hæc. C. de vsuris. & in l. 1. C. de iure aureorum annullorum. Alexand. in consil. 249. incip. pro investigatione. col. 3. volu. 2. & in consil. 183. incip. perspectis verbis, colum. fin. volum. 5. Marianus Sozi. in consil. 28. incip. circa primum quæsitum. volu. 1. Philippus Corneus in consil. 189. incip. quanquam. col. 2. volu. 4. Felyn. in c. postulasti. col. 15. versu. tertius casus. de rescriptis. & in c. humilis, de maiortate & obed. id quod procedere in omnibus præceptis decalogi, vt ex causa cum eis dispenseretur, differuimus de successuum progressu in præfatione circa principium. Idem ¶ quò ad ius naturale, vt ex causa etiam cum eo dispensare fas sit, ibi docuimus. Vnde & si defensio sit de iure naturali, cum ea tamen ex causa dispensatur, & impeditur per summum Pontificem, ita Alberic. in l. omnes. col. 1. de episc. & cleric. Decius in c. dilecti. colu. 7. de exceptionibus. Nellus in tractatu bannitorum in 2. quæst. secundi temporis. Alex. in l. cum mulier. colu. 5. ff. soluto matr. Turre Cremata in c. 1. 5. distin. Ang. in l. ii sic. ff. de leg. 1. Doct. in §. sed naturalia. Instit. de iure natural. Loazes in consil. pro Marchione de Velez, pag. 337. Vnde ex causa ¶ princeps dispensat, vt non fiat citatio, gloss. notabilis in l. antepenult. ff. ex quibus causis maio. quæ communiter approbatur, vt dixi in d. præfatione, num. 99. Quibus adde omnes Doct. in c. inter quatuor, de maio. & obed. Ioan. Andr. in d. c. 1. de causa possessionis & proprietate. & in additione ad Speculum in tit. de sentent. §. iuxta. versu. est etiam nulla. Bald. in l. 2. C. quomodo & quando iudex. & in l. ne causas. C. de appella. Alexand. in consil. 2. col. 4. volum. 1. Franciscus de Curte in consil. 20. incip. sæpè numero. in 2. & 3. colum. & Mathæus de Afflic. in decisio. Neapol. decisio. 391. incip. Fuit dubitatum, in 2. colu. Et similiter ¶ ex causa princeps dispensat, vt exceptio impediatur, quamuis sit iuris naturalis, vt ex cõmuni opinione resoluius in d. præfatione, nu. 109. versu. proinde cum exceptio. Enimverò in ijs, quæ sunt de iure positium, sine dubio fieri potest dispensatio ex causa, vt supra differuimus.

Vnde cum per inferiorem ex causa dispensetur quò ad ius, siue naturale, siue diuinum, siue positium, euenit, vt quamuis ¶ Episcopus sine causa contra ius canonicum non dispenseret, d. c. post translationem, & c. fin. & ibi Hosti-

19
Dispensatio ex iustitia fieri potest in his, que sunt iuri nature.

20
Dispensatur ex causa, vt non fiat citatio.

21
Dispensari potest ex causa, vt exceptio non admittatur.

22
Dispensatur cum iure positium.

23
Dispensat episcopus ex causa si cū iure canonico, non aliàs.

Hostiensis & alij de officio Archi. ex causa tamen id efficere non prohibetur, per legem si hominem. ff. mand. tradunt Doctores in l. i. vbi Iaf. C. de precibus Imp. offer. idem Iaf. in l. nemo potest. 2. lectu. colum. 2. ff. de leg. 1. Fely. in c. 1. fal. 7. de consti. Alex. in rubr. ff. de officio eius. Fely. in c. 1. 3. col. de rescrip. idem Fely. in c. 1. col. 4. de sponsa. Alex. in l. ex duobus. §. etiam. ff. de vulga. Ioan. Baptista de sancto Severino in repeti. l. omnes populi, in 38. colum. & ibi Iafon in prima lectura. ff. de iust. & iure. Ioannes de Lignano in d. c. at si clerici. & ibi Panormita. & Moder. de iudicijs. idem Panormita. in d. c. fi. de consuetudine Archidiacon. in d. c. licet. de electione. lib. 6. Cardinalis in c. studuisti, de officio legati. Albericus de Rosa. in 1. parte statutorum, in 7. q. versi. quid si statutum. Bald. in repeti. l. 2. ff. de iureiuran. & in additione ad Speculum, titulo de feudis. Roma. in l. 1. ff. de iurisdictione omnium iud. & in consi. 325. incip. quo ad primum, in 2. colu. & in consi. 428. incip. in terminis, in fi. colum. & in singulari 486. incip. sed an possit episcopus. Andreas Siculus in d. c. 1. & in rubr. C. qui admitti. in 24. colu. & in consil. 36. incip. sapienter. col. 15. vol. 2. & in consi. 1. colum. 22. & in consil. 76. incip. Illud in medium afferam. col. 3. volu. 3. quod intelligo in dispensatione ex iustitia. nam in ea, quæ sunt gratiæ, etiam sine vlla causa fieri potest dispensatio, quasi tam concessa principibus ea videantur, quàm proprium suum patrimonium, quod prodigere fas esse, supra ostendimus.

24
Dispensatio
ex causa si ab
inferiore quod
ad legem su-
periori.

25
Dispensat ex
causa episco-
pus cu peni-
tentia a Papa
inuenit.

26
Dispensare
omnino

Hinc est, quod inferior, † & si legem superioris regulariter alterare nequeat. l. minor magistratus. ff. de arbi. l. ille à quod. §. tempestiuum. ff. ad Trebel. l. fin. C. de legibus. tamē id intelligitur sine causa, vel generaliter quo ad omnes casus, & personas, & res. Cæterum ex causa, quod ad res certas, vel personas, in quibus ea causa concurrat, potest. sicque cum Papa † imponat pœnitentiam transferendo votum, eam pœnitentiam episcopus commutare potest. Ita Ludo. Rom. singulari 460. Papa. in c. tempora pœnitentinis. 26. q. 7. l. si quis libellos. C. de appell. idem Ludouicus Romanus consil. 428. in terminis, ad finem. Iaf. in l. omnes populi. col. 3. ff. de iust. & iure. Hippolytus Marfi. in l. 1. §. fin. nume. 28. ff. de quæst. idem Marfil. singul. 221. iusta causa. Fely. in c. accusanti. in fine, de accusat. Iaf. in l. 1. Instit. 1. C. de precibus Impera. offer. Hippolyt. Marfil. in l. 1. §. sed & si quis. ff. de falsis. col. 1. & singul. 182. iudex. & Nicola. Pigno. in add. ad Romanum d. singu. 460. Qui omnes idem sentiunt in quolibet iudice aut magistratu respectu legis à principe suo, vel à sua republica latæ, mouentur omnes per l. si hominem. ff. mand. Loazes consil. pro March. de Velez, pag. 329.

Hinc est, quod licet † soli Romano Pontifici videatur licere commutare pias testato-

rum voluntates, vt in clem. quia contingit, in princ. de relig. domibus ibi, cum tamen ea, quæ ad certum vsu largitione sunt destinata fidelium, ad illum quidem, non ad alium (salua sedis Apostolicæ autoritate) conuerti debent. Glo. & Cardi. in cle. vt hi qui. §. illi verò, de xtate & qual. verb. annexi. Ex causa tamen episcopus id facere non prohibetur, vt est communis opin. quam tenent Panor. Corferus & alij in c. cum accessissent, de const. Abba. & alij in c. cum venerabilis, de except. Lambertinus de iure patro. in prima par. 1. libri. 9. q. prin. arti. 2. facit l. 1. prin. & l. 1. ff. vbi pupillus edu. de beat. Barthol. in. fin. per illum tex. ff. de oper. pub. Alexand. consil. 73. in causa. libro 7. Mathæus Afflictus in c. 1. §. item si fuerit. quibus mod. feu. amitt. Fernandus Loazes consil. pro Marchio. de Velez, dub. 1. pag. 347. id quod etiam ipse Papa absque causa facere non potest, vt ipse ibidem firmat post Bald. & Corneum, quos allegat in l. si testamentum. C. de testamen. Ergo si † ex causa id tam episcopo quàm etiam Papæ licet, sine causa verò neutri eorum fas sit, tunc apparet nullam esse differentiam inter Papam & alios, quod est contra d. clem. quia contigit, ibi, salua quidem sedis apostolicæ autoritate, resp. secundum Loazes, post ipsum Bald. & Corneum, quod sine causa summo Pontifici de potestate ordinaria minime licet, sed tantum de potestate absoluta. episcopo autē nec de ordinaria, nec de absoluta, quia in inferioribus absoluta potestas nō est. Nos autem negamus Papæ sine causa id fas esse, etiam de potestate absoluta, ex nostra principali sententia, quæ habet vtranque potestatem, tam ecclesiasticam, quàm profanam, ob meram subditorum, non ob regentium vtilitatem datam fuisse, sicque potestatem absolutam, hoc est, à legibus enodatam, in nullo principum legitimum reperiri, constanter adfirmamus, vt supra plenè edocemur. & differentiam, quam dicta clem. inter summum Pontificē & reliquos facere voluit, in eo duntaxat est, quod † in superioribus, qualis est summus Pontifex, semper præsumitur iusta causa, quandiu non probatur contrarium: in reliquis autem non vtique, vt tradunt Felynus & alij in c. quæ in Ecclesiarum. colum. 22. de constit. Glo. Barthol. & alij in l. relegati. ff. de pœnis. Innocen. in c. ad aures, de temp. ord. Barthol. in l. conficiuntur. ff. de iure codicil. Bald. & Iaf. in d. l. si testamentum. C. de testa. & Bald. in præludij feudorum. colu. 9. & in c. Ecclesiz sanctæ Mariz, vt lite pend. estque communis opin. & patet ex relatione Fernandi Loaz. vbi supra, pag. 370. qui idem sequitur.

Hinc etiam est, quod † super voto simpliciter liberum est episcopo dispensare, ita Speculator titu. de legato. §. nunc de episcoporum, versicul. 223. Abb. in c. veniens qui cleric. vel vqu. Corsetus in singul. verb. dispensatione.

restantium di-
spofitionem,
an episcopus
possit? ardua
9.

27
Intell. clem.
quia contin-
git, de relig.
domi.

28
Dispensatio
superioris
sumitur facta
ex iusta causa
aliud in infe-
riore.

29
Dispensat epi-
scopus circa
votum.

quod tamen non aliter quàm ex iusta causa intelligendum est.

30
Dispensat Episcopus cum status Ecclesie.

Hinc etiam est, quod † & si sit statutum in Ecclesia, quòd in Canonicum non admittatur, nisi nobilis, Episcopus tamen contra id statutum dispensare potest ex iusta causa, aliter non, quod tamen dic, vt per Rom. singul. 491. heri fui, qui (nonnullis tamen repugnatis) in contrarium inclinatur, & sic pars negatiua receptor videtur, vt per Felyn. in c. super eo. 2. de testibus. Philippus Decius in c. at si clerici. §. de adul. colum. 5. de iud. Decius in c. cum aded. colu. 2. de rescrip. per Nicol. Pign. in add. ad Romanum, vbi suprà, qui disputant, an valeat tale statutum vel talis consuetudo. Verum est, quòd nobilis virtuosus præferetur virtuoso ignobili, secundum Doct. in c. venerabilis, de præb. & Bald. in l. nemini, in fin. C. de aduo. diuer. iudi. Sed nobilis † non virtuosus, non præferetur ignobili excellenti virtutibus, secundum omnes, maximè Panorm. in c. venerabilis, vbi per illum text. dicit non valere statuta, quæ volunt Canonicos debere esse nobiles, quia nocent virtuosis ignobilibus. imò dicit idem Ludo. singula. 650. quòd nobilitas scientiæ præfertur nobilitati generis, allegando Cyn. in l. quisquis. C. de postu. & dicit Hieronym. ad Celantiam: Vera est nobilitas, clarum esse virtutibus. & Cassiodorus in Epistolis: Hæc est indubitata nobilitas, quæ moribus probatur ornata. & nobilitas sola est atque vnica virtus. & Arist. 4. Politicorum: Ingenuitas est virtus atque diuitiæ antiquæ. & Senec. ad Lucilium: Animus nobilem facit, cui ex quacunque causa licet supra fortunam surgere. & in lib. de morib. Nobilitas est generosus animus. & Claudianus:

Exaltat virtus nobilitate parens.

Ausonius in Solonis sentent.

Pulchrius multò parari, quàm creari nobilem.

Seneca in Hercul. furente:

*Qui genus iactat suum,
Aliena laudat.*

Ergo quando præstat proprium alieno, tanto præstat nobilitas propria virtute comparata generis nobilitati, quæ interdum etiam nocere solet, teste Iuuenale Satyr. 8. sicca-nente:

*De quocunque voles proauum tibi sumito libro,
Quod si precipitem rapit ambitus, atque libido.
Si frangis virgas sociorum in sanguine, si te
Delectant hebetes lassolictore secureis:
Incipit ipsorum contra te stare parentum
Nobilitas.*

Denique teste Ouidio ad Pisonem:

*Perit omnis in illo
Gentis bonos, cuius laus est in origine sola.*

32
Nobilitatis
cõmendatio.

Adhuc tamen auctore Cicerone pro Sestio: Omnes boni semper nobilitati faue-

mus, & quia vtile est Reipublicæ, nobiles esse homines dignos maioribus suis, & quia valere debet apud nos clarorum hominum senex de Republica meritorum memoria etiam mortuorum.

Denique vt in reliquis omnibus, quæ sunt iuris siue naturalis, siue diuini, siue positiui, per inferiorem ex causa dispensatur: ita quoque & in illo articulo, vt conuentiones seruentur, dispensatum inuenio, licet sit iuris naturalis. Nam, qui factum promisit, dispensatur à lege positiua secundum communem opin. vt non teneatur præcise ad factum, sed satisfaciatur præstando interesse, qua in re, quia dubia est, nos disputandi gratia sumus in hac opinione.

Quod in obligationibus † facti quis poscit ad factum compelli præcise.

33
Obligatio facti an sit præcisa.

Contra istam conclusionem, quæ videtur temeraria, faciunt sequentia: Primò tex. vulgatus in l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudi. vbi dicit text. quod non faciens quod promisit, in pecunia numerata, id est, in interesse condemnatur, si euenit in omnibus faciendi obligationibus: si ergò condemnatur in interesse, ergo non potest compelli ad factum præcise, & sic contra conclusionem. Item stringitur alio modo, quia ibi est text. quòd in obligationibus facti post moram succedit obligatio ad interesse. & ita sumant ibi Barto. & alij, modò sic, vt dicit, quòd succedit, ita q. tollatur prima obligatio principalis competens ad factum, & tunc habeo intentum: quia cum sola obligatio ad interesse supersit, ergo non potest ad factum compelli, quod iam non est in obligatione. Aut dicit, quòd succedit simul cum prima, ita quod vtrūq. sit in obligatione post moram, & tunc idem: quia ad factum nō potest præcise cõpelli: quia debet esse in electioe debitoris. l. plerunq. cum simi. ff. de iure doti.

Secundò principaliter contra conclusionem facit tex. ad literam in l. stipulationes non diuiduntur, vers. Celsus, de verb. oblig. vbi text. dicit Tuberonem existimasse, vbi quid fieri stipulamur, si non fuerit factum, pecuniam dari oportere, id est, interesse: ergo non potest ad factum compelli præcise. Item & secundò stringit, quia dicit, oportere, & sic necessitate importat quòd ad interesse, vt notatur in l. 1. in princip. ff. de iusti. & iur. cum similibus. & sic ad factum non potest compelli præcise.

Tertiò in contrarium facit l. quotiens quis, de verborum obligation. vbi promittens factum, videtur in defectum promittere interesse, & sic interesse est etiam in obligatione, ergo non potest ad factum præcise compelli.

Quartò in contrarium facit l. si quis in ius vocatus non ierit. vbi si quis iudicio fisti promittit, agendum est cum eo incerti in id, quod interest, ergo nō potest ad factum compelli. Præterea ibi dicitur, agendum esse, &c.

& sic

& sic loquitur per Gerundiū, quod importat necessitatem, vt notatur in Rubr. ff. de edend. & sic necessariò debet agi ad interesse, non autem quòd ad factum compellatur, & sic contra communem.

Quintò, facit l. eum qui. ff. de iudic. vbi est tex. quod ille qui in sulam sibi fieri certo tempore stipulatus est, tempore finito potest agere in id quod interest: ergo non potest debitor compelli ad factum, & sic contra conclusionem.

Sextò, casus excepti, &c. sed multi sunt casus in quibus specialiter quis compellitur ad factum, l. sed hæc. §. prætor. ff. de procu. l. stipulatio. §. sine, de oper. noui nuncia. & l. fideicommissa. §. fin. de leg. tertio. cum simil. ergo in contrarium est ius commune, ergo contra conclusionem.

Septimò, contra conclusionem tenet Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, de verb. oblig. §. q. quem omnes ibi, & vbi que indifferenter sequuntur. & ideo non est opus alijs fundamentis.

Octauò, quia obligatus ad factum, potest alijs committere in multis casibus, in quibus non notauit, in §. ne autem, de cadu. tolle. cū simil. ergo non compellitur præcisè.

Nonò, in contrarium videtur tex. ad litteram, in l. in stipulationibus. §. operatus, ad finem, de verbo. obliga.

Prædictis tamen non obstantibus potest suaderi contrarium per sequentia, Primò, mitius agitur cum lege, quam cum homine. l. Celsus. ff. de arbi. cum simili. sed obligatus † ad factum per legem præcisè compellitur ad factum. l. si cum exceptione. §. sed & si quis, quod met. cau. l. stipulatio ista. §. siue autem. ff. de noui oper. nuncia. ergo à fortiori obligatus conuentione hominis debet posse præcisè compelli ad factum.

Secundò sic, valet † argumentum de contractibus ad vltimas voluntates. l. seruum filij. §. eum qui chirographum. de lega. 1. l. fin. cum simil. C. de lega. sed in vltimis voluntatibus quis præcisè compellitur ad factum. l. fideicommissa. §. fina. de lega. 3. ergo idem in contractibus.

Tertiò sic, dispositio legis, testatoris, & contrahentium æquiparantur. l. fin. C. de reb. alie. non alien. cum simili. sed obligatus à lege, vel testatore ad factum præcisè compellitur facere vt modò dixi. ergo idem in obligatione & conuentione hominis, & sic pro conclusione.

Quartò sic, quando in obligationibus facti est appositum iuramentū, indubitanter quis compellitur ad factum. glo. singul. in l. si pecuniam, in princ. ff. de condi. ob. cau. ver. necesse habeas, probatur. in c. fin. ne præla. vices suas. modò sic, iuramentum debet intelligi secundum naturam contractus. l. fin. C. de non nume. pecu. ergo de natura contractus est, quòd

quis præcisè compellatur ad factum, & sic pro conclusione.

Quintò sic, in obligationibus dandi quis præcisè compellitur ad dandum. l. vbi autem non apparet. §. fin. de verb. obliga. l. si ita. §. si ff. de contrah. empr. §. sic itaque. Insti. de actio. l. si seruum. §. fin. de verbo. obliga. modò sic, inter obligationem dandi & faciendi non potest dari ratio differentiz quòd ad propositum, vt inquit Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. §. colum. quem Alex. & alij ibi sequuntur, ergo quemadmodum in obligatione rem dari quis præcisè dare compellitur, idem debet esse in obligatione faciendi, quia vbi non est diuersa ratio, non debet diuersum statui. l. fina. C. ad leg. Falcid. l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. si postulauerit. §. ratio, de adult. cum simil.

Sextò, istam opinionem reperio per gloss. in l. stipulatio. §. fin. autem, de oper. noui nunciatione. Idem tenet glo. quam ego allego in l. si hi contra quos. C. locati. relata ad tex. & in l. prima. C. de sentent. quæ pro eo. in versic. in alijs. & gloss. in l. certi conditio, in princ. ff. si cer. pet. in 4. glo.

Septimò, validum est argumētum de iudicijs ad testamenta. l. qui testamento. §. eum qui. ff. de testamen. vt supra dixi. ergo à primo ad vltimum de iudicijs ad contractum. Modò sic, † obligatus ad factum explicandum in iudicio compellitur præcisè. l. sed & hæc. §. prætor, de procur. ergo idem in obligato ex contractu. sed hoc bene scirem cauillare.

Restat ad contraria respondendum. primò † ergo non obstat. l. si quis ab alio. §. fin. de re iu. nam fateor quod ille, qui non facit, quod promisit, in interesse condemnatur, vt ibi, tamen est intelligendum si actor hoc petat, aliàs secus. l. 4. §. hoc autem iudicium, de damno infect. non tamen ibi negatur, quin actor possit agere ad factum, immò poterit agere, & ad uerarium ad illud compelli per supra dicta: & sic non obstat, ibi enim de compulsione verbum nullum, sed solum ibi dicitur quod in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse post moram, non quod tollatur prima, imò additur primæ, vt infra subiiciam: ergo debet esse in electione debitoris, argu. l. plerunque, de iure doti. Istud nego, quia argumentum procedit in debitore alternatiuo, sed nos loquimur in debitore, qui copulatiuè tenetur ad duo, scilicet ad factum & ad interesse post moram, quamuis vnica solutione liberetur, & sic argumentum non obstat.

Secundò non obstat l. stipulationes non diuiduntur. vers. Celsus. quia tex. solummodò ibi dicit, quod si non fuerit factum, teneatur ad interesse, & hoc ego fateor: tamen ibi non negatur, quin teneatur etiam ad factum, immò tenetur, & ad illud compellitur præ-

34
Faci obligatio descendens à lege est præcisè.

35
Faci obligatio descendens ab vltima voluntate est præcisè.

36
Faci obligatio iurata est præcisè.

37
Faci obligatio in iudicio est præcisè.

38
Intell. l. sequitur ab alio. §. si ff. de re iudic.

cisè per supradicta, & sic non obstat. Nec eti-
am obstat verbum Oportere, quia illud refer-
tur ad debitorem, & fateor quod potest com-
pelli ad interesse, si actor hoc vult, & hoc dicit
ibi tex. pecuniam dari oportere, &c. nō tamen
quod actor hoc petere compellatur, imò est in
electione sua, & sic non obstat. Et pro hoc l. 1.
C. vt nemo inui. age. &c. Vel aliter potest solui
illa l. stipulationes non diuiduntur, & d. l. si
quis ab alio. Sed concessio quod illa iura pro-
barent contra conclusionem quod intelligan-
tur quando ille, qui non facit, iam non potest
amplius facere, vel quando actoris non inter-
est, quod fiat, tunc enim cogitur ad interesse,
non autem ad factum, & ita intelliguntur dic-
ta iura. Sed quando nō factum potuisset ad-
huc facere promissor, vel quando actoris inter-
est, quod fieret, tunc posset debitor præcisè ad
factum compelli: ita intelligatur conclusio.
Ista fuit solutio Mar. de Fano. qui tenebat hanc
partem, quam refert Bart. in d. l. stipulationes
non diuiduntur. 8. q. Verum quia videtur di-
uinare, & multum restringere illa iura, magis
placet alia solutio, quam dedi. cogira de me-
liore.

Tertiò non obstat l. quotiens quis, de verb.
obliga. nam fateor quod promittens factum,
videtur etiam in defectum promittere inter-
esse, & sic interesse est in obligatione, tamen
an possit debitor ad factum præcisè compelli
vel non, ibi verbum nullū, & sic non obstat.

Quartò non obstat l. fin. ff. si quis in ius vo-
catus, quia fateor, quod est agendum ad inter-
esse, tamen non negatur quin ad factum pos-
sit agi, & debitorem compelli, & sic nō obstat.
Nec obstat, quod ibi dicitur agendi, &c. & sic
implorat necessitatem, quia illud negatur,
imò illa Glo. communiter reprobatur, vt alibi
dixi, & patet etiam in proposito, quia non po-
test ad agendum compelli. d. l. 1. C. vt nemo
inui. nisi dicas quod compellitur causatiuè, s.
si mallet consequi: hoc tamen non satisfacit,
& sic teneas quod dixi.

Quintò non obstat l. eum qui, de iudi. nam
respondeo dupliciter: Primò quod ibi non di-
citur q. quis cōpellitur agere ad interesse, sed
tex. dicit posse agere in id quod interest, &c. &
sic, nullo modo obstat. Secūdo, quia positò q.
si tex. diceret deberet agere, tamē deberet sol-
ui vt pcedentia, s. quia debet agere ad inter-
esse, s. nisi velit debitorem compellere ad fa-
ctum, quod potest per supra dicta. & sic ibi nō
negatur quin possit agi ad factum, & sic non
obstat.

Sextò non obstat quod sint multi casus, in
quibus quis compellitur ad factum, tamen
nego quod illi sint casus speciales, imò dico
quod ex illis casibus, cum alijs quos supra di-
xi, fundatur regula, quod quis præcisè com-
pelliatur ad factum, & sic non obstat. præsertim
cum pro ista parte sint varij casus in numero:
ergo illi cum sint plures numero, debent fate-

re regulā, & si aliqui casus reperiuntur in con-
trariū, illi erunt exceptiones, iuxta Glof. in l.
Iulianus. §. item qui furem. ff. de actio. emp.

Vltimò non obstat quod obligatus ad fa-
ctum potest alij committere. Nam fateor,
tamen non obstat conclusioni. nam con-
clusio vult quod factum præcisè sit imple-
ndum, impleri autem potest vel per promissio-
nem, vel per eum, cui ipse commisit ex permis-
sione legis, & sic potius concordat. Vnde dicta
conclusio dicit, quod in omnibus obligatio-
nibus facti potest quis ad factum compelli
præcisè, debet subaudiri ad factum, s. expli-
candum per promissorem, vel alium. Inten-
tio enim conclusionis est quod compellitur
ad factum, & liberetur præstādo interesse: ta-
men, an factum possit alij committi, est alia
materia, de qua in contrarijs.

Retenta tamen communi opin. quæritur,
An si quis obligauerit se perpetuò seruiturum
vni hospitali donec viuit, talis obligatio valeat?
videtur quòd sic, quia præstādo interesse
liberatur. In cōtrarium videtur hoc casu, quia
respub. & ecclesia seu pia causa æquantur re-
gulariter. l. fin. C. de sacrosanct. eccl. sed pro-
mittens quis factum reipub. non liberatur
præstādo interesse. l. fidei commissa. §. fin. ff.
de lega. 3. ergo, &c. Dic tale pactum esse vali-
dum fauore Ecclesie, & ita de terminat Inno.
singul. in c. inter dilectos, de dona. hoc vide-
tur secundum Doct. in c. inter dilectos, hic al-
lega. prima fronte contra l. cum antiquitas. C.
de vsuf. & l. Titia. §. Titio. ff. de condi. & de-
mon. vbi concluditur, quod non potest quis
perpetuò suas operas locare, cum sit species
cuiusdam seruitutis. hoc tamen non obstante
tenetur contrarium, & sic cum opin. Inno. fa-
uore spiritualitatis. Nam seruire Deo non est
seruitus, sed maxima libertas. Vnde Claudia-
nus sic cecinit:

Nec vlla libertas gratior extat

• *Quam sub rege pio.*

Et circa superiora differit usè Franc. de Ri-
pa, in l. obligatione generali. colu. 4. ff. de pi-
gnori. & hypoth. & Ludou. Rom. singul.
635. an si quis obligauerit se vbi multa per Ni-
col. Pigno. eius additionatorem, facit l. 1. & l.
2. ff. de homine libero exhibendo. & tex. nota-
bilis in l. 1. §. quæ oneranda. ff. quarum rerum
actio non detur. & tex. notabilis in ratione
sui, in l. si quando. §. illud. C. de inoffic. testa-
mento, ibi, dum ait, meritis magis filios ad ob-
sequia paterna, &c. facit l. 3. & l. qui pecuni-
am. ff. de condi. causa data, & l. naturalis, in §.
1. & per totum titulum ff. de præscrip. verbis,
& per totum titulum ff. & C. de rerum per-
mut.

SUMMARIUM.

- 1 Dispensandi iuxta causā quā sit.
- 2 Potestas ordinaria & absoluta an sit in principi-
bus? an dicitur questio.

3 Clau-

- 3 Clausula ex certa scientia, an inducat plenitudinem potestatis?
- 4 Privilegijs quando præiudicat dispositio generalis?
- 5 Miles an iure communi in dubio utri videatur?
- 6 Miles regulariter subest legibus.
- 7 Princeps subest legibus.
- 8 Princeps in dubio an plenitudine potestatis utri videatur.
- 9 Potestatis plenitudine princeps utri videtur, quando alias eius actus periret.
- 10 Potestati plenitudine sine causa iusta, an princeps utatur?
- 11 Potestati plenitudine cum utitur princeps, intelligitur de laudabili.
- 12 Potestatis plenitudine an princeps possit contractum suum violare.
- 13 Principem legibus solutum esse, ut intelligendum est egregia questio.
- 14 Iure naturali & gentium regimur, à quo non recedimus, nisi ex causa.
- 15 Princeps Romanus non subest legibus civilibus Romanorum, sed tantum iuri naturali, vel gentium, reliqui Principes subsunt legibus civilibus suarum regionum.
- 16 Princeps quare nequeat contractum suum violare.
- 17 Causa iusta facit, ut Princeps suum contractum possit violare, cum communi opin. contra Paulum Castrensem, & Marcum Mantuanum.
- 18 Potestati absoluta & ordinaria non est in principe differentia, egregia questio.
- 19 Princeps quoties potestate ordinaria utri potest, toties & plenitudine potestatis, contra quam plures Doctores.
- 20 Dispensatione ex gratia utri, & rebus suis abuti, æquè liberum est principi sine ulla causa.
- 21 Potestatis plenitudine, vel potestate privilegiata in dubio an princeps utri videatur, egregia questio.
- 22 Principi an sit plenitudo potestatis.
- 23 Delinquens sponte sua puniri videtur.
- 24 Princeps potestate ordinaria utri intelligitur, quando solutum ordinem in iudicijs non servat, contra Glo. Abb. & Marc. Mant.
- 25 Romanus populus potestatis plenitudine an aliquando usus fuerit, contra Bald. & Marc. Mant.
- 26 Papa an iurisdictione derogare possit, ardua questio.
- 27 Potestatis plenitudine suppletur, hac clausula refertur ad iura positivi solennia, non ad ius divinum, naturale, vel gentium alterandum.
- 28 Causa iusta, qua presumitur in principe, an admittat probationem in contrarium, egregia questio.
- 29 Lex iniusta à principe lata, an valeat.
- 30 Causa presumitur in principe, etiam contra ius divinum dispensante.
- 31 Iniuria non cadit sub potestate, sed sub tempestate principum.



REDVENDO ad nostram materiam dispensationis factæ per inferiorem, qualis est omnis Princeps respectu iuris naturalis vel divini, & qualis est Episcopus respectu iuris canonici, vel quilibet Iudex ordinarius respectu Principis sui, sive rei publicæ, cum edocti fuerimus ex causa fieri posse dispensationes quod ad omne ius, superest, ut videamus † qualis causa quantæ esse debeat, ut dispensatio teneat: & sanè ea videbitur duntaxat esse legitima causa, quæ verosimiliter ipsum superiorem, contra cuius legem aut præceptum dispensatur, moueret ad id concedendum & respondendum extramentem suam fore, si eo in casu, quo de agitur, lex sua seruaretur: arg. Glo. communiter ibi, & ubique app. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. l. 3. C. de inoffi. testa. l. heredes mei. §. cum ira. ff. ad Treb. Hinc est, quod in leuioribus aut modicis id fieri posse supra tradidimus. Idem quando casus est ex frequenter contingitibus, & superior est in remotis regionibus, ut incommodum esset, eius adeundi gratia homines à negocijs suis auocari, ut per Dominum Sorum lib. 1. de iust. & iure, art. 3. q. 7.

Sexagesimo sexto apparet ex nostra sententia (id quod sæpe incidenter attigimus) principali, non minus ineptè quàm noxiè usurpatum passim à nostris fuisse illum vulgarem dicendi modum, ut † in Principibus sit duplex potestas, altera ordinaria, altera absoluta. Nam (si rectè inspexeris) absoluta potestas Principibus non est, non magis quàm priuatis hominibus. Principes enim contra ius nihil possunt, non magis quidem quàm priuati homines, etià si plenitudine potestatis, aut potestate absoluta utri velint: quia nulla Principum (sive illi ecclesiastici sint sive profani) potestas est ad malum, sed tantum ad bonum, non ad nocendum, sed ad consulendum, iuuantum, proficiendum, & denique ad meram ciuium seu subditorum vtilitatem, non ad ipsorum regentium commodum, vt c. 1. & 2. supra plenè aduertimus, & plenius de success. progr. lib. 1. in præf. num. 139. Ergo si quando Princeps adiecerit illam clausulam de plenitudine potestatis, vel de potestate absoluta, perinde erit ac si diceret, de integra potestate sua, id quod in eo vtile duntaxat erit, ut eius magis ac magis declaretur voluntas & animi deliberatio, non ut eius augeatur potentia. sic quæ illa † clausula de plenitudine potestatis, ubi adiecta fuerit, id efficiet, ut quatenus potentia sese porrigebat, eatenus nihilo omnino dempto porrigatur effectus illius actus vel actionis, sed ultra non porrigetur. sicque est perinde ac si diceret Princeps, se id facere ex certa scientia. Nam & clausula ex certa scientia inducit plenitudinem potestatis, Glof. in c.

1
Dispensandi
iusta causa,
quæ sit.

2
Potestas ordi
naria & ab
soluta, an sit
in principi-
bus, ardua q.

3
Clausula ex
certa scientia,
an inducat
plenitudinè
potestatis.

in e. adhuc, de rescript. quam sequitur, & singularé dicit Marc. Mant. dialog. lib. 2. c. 12. Ab. in c. ea quæ, de re iudicata. Felyn. in c. cum inter, de exce. Lancelottus Galia. in l. Centurio. colum. 2. ff. de vulgari. Staphilæus in tract. de vi & effectu clausularum. vers. subsequenter, colum. 2. Ludo. Roma. singu. 364. dixi aliàs. & idem Roman. singulariter in cons. 369. circa primū. Vitalis de Gambanis in tract. clausul. versic. clausula ex certa scientia. Philippus Decius in c. 1. & in c. porrecta, de confirm. vtili. vel inutil. Hippo. Marsilius singul. 84. princeps. Idem Decius consil. 407. colum. final. Hieron. Cagno. & Decius in l. in totum. ff. de reg. iuris. vbi Cagno. & Hippo. vbi suprâ, plures alios allegant, ex quorum relatione apparet hanc esse communem opinio. Vnde & si regulariter Princeps † per dispositionem aut præceptum generale non videatur velle præiudicium facere priuilegijs specialibus, vt in l. si non speciali. & in l. fin. & vtrouique communiter Doct. C. de testam. tamen si adiiciatur clausula ex certa scientia (hoc est, quod sciebat priuilegium, & nihilominus generaliter id præceptum seruari voluit) vel dicat de plenitudine potestatis velle se priuilegijs derogare, eis nocebit, posita potentia ex parte principis. ratio differentiz, quia priore casu non præsumitur velle priuilegijs præiudicare, posteriore autem casu constat præiudicare voluisse: sicque cessat illa præsumptio.

Simillimum est, quod solet dici: Militem † in re dubia non priuilegio militari, sed iure communi vti videri, vt tenent Paul. & Saly. in l. testamento. C. de testamento milit. vbi Fulgo. & Corn. vltim. not. num. 10. Bald. in l. quanquam. C. de eod. tit. per d. l. in testamento, quam ad hoc dicit meliorem de iure. Decius in l. 1. num. 3. & 5. idem Decius in d. l. in testamento. num. 11. idem Decius in d. l. quanquam. num. 20. & ibi Alexand. col. 1. & etiam Saly. Ripa. in l. Centurio. num. 6. & num. 23. & num. 46. & nu. 49. ff. de vulgari. Curt. Iun. in l. precibus. C. de impub. num. 43. Ia. in d. l. testamento. nu. 6. idem Corneus in d. l. quanquam. vbi etiam Romanus num. 4. idem Romanus in d. l. in testamento. nu. 4. post Areti. ibi in princi. Diacus Couar. de testamen. in c. Raynucius. §. 9. nume. 29. de cuius communis opinionis veritate dic, vt plenè differuimus de succe. crea. lib. 3. §. 24. nume. 41. cum pluribus præced. & seq. & tamen licet is miles habeat ferè innumera priuilegia, vt per totum tit. ff. C. & Instit. de mili. testam. & alibi sæpè, non propterea dicitur, quod habet ordinariam & absolutam potestatem, quasi ordinariopotestate cum vtatur, iure communi vsus videatur, & absoluta cum vtitur iure speciali militum.

Quinimò † militis potestas vtcunque sit priuilegiata, & amplior quàm Paganorum, adhuc dicitur legibus subiecta: quia quibus

in casibus non reperitur à lege priuilegiatus nominatim, in illis vtitur iure communi. in l. in fraudem, in fin. ibi quia generalis erat illa determinatio. & ibi not. Bald. ff. de mili. testa. Philipp. Decius consil. 5. Alciatus in lib. quarto paradox. c. 19. idem Decius in l. ex testam. C. vnde liberi. & in l. 1. ff. de reg. iur. & Andre. Tiraquel. ex cuius Doctorum nomenclatura apparet hanc esse communem opinionem in tracta. de præscript. §. 1. Gloss. 10. ad finem. Sic ergò & in specie nostra, licet Princeps † sit magnoperè priuilegiatus, vt plenè de succe. crea. lib. 3. §. 26. cum sequent. differuimus. tamen eius potestas non ideò dicitur absoluta & legibus enodata & effræna, quia quibus in casibus non reperitur à lege nominatim priuilegiatus, non potest non vti iure communi suæ ciuitatis: cum eius potestas sit non ad suâ, sed ad meram ciuium vtilitatem, secundum nostram principalem sententiam suprâ probatam. Neq; ad rem pertinet, quòd princeps legibus solutus dicatur, l. princeps. ff. de legi. cum similibus, nam ad id suprâ responsum est.

Denique † plenitudine potestatis in re dubia Princeps vti non videtur. Ita Innocen. in c. innotuit, de electione. Bal. in l. si testamentum. C. de testamentis. Ludouicus Romanus in l. 1. §. nunciatio. colum. 3. ff. de ope. noui. nunc. Marcus Mantua dial. lib. 2. c. 22. Angel. in l. benè à Zenone. C. de quadr. præscript. Romanus in d. sing. 764. & ibi Nicolaus Pig. Hippoly. Marsilius singul. 84. Princeps. Ant. Butrius in c. dudum. 2. de decimis. Franciscus Aretinus consil. 15. colum. 4. Philipp. Decius & Hieronymus Cagnolus in l. in totum. ff. de reg. iuris. id quod non satis tutum esse illicò dicemus.

Limita vt non procedat quando actus à Principe factus de potestate ordinaria non possit valere, sed tantum de plenitudine potestatis. Ita Paulus Castrensis in l. ex imperfecto. in fine. C. de testamentis. Alex. in l. quanquam. C. de mil. testa. Hippol. Marsil. in d. l. singul. 84. Decius in c. quoniam. Abb. col. 6. de officio delegati. Felyn. in c. 1. 9. colum. de constitutionibus. idem Felyn. in c. cum inter. de exceptionibus. colum. 5. Decius consil. 11. quoniam. colum. si. lib. 1. idem Decius consil. 77. viso puncto. col. 4. Fernandus Loazes in l. filiusfam. §. diui. num. 461. ff. de legat. 1. Marc. Mantua, vbi suprâ. Felyn. in c. in causis. col. 2. de re iudicata. Bonon. singula. 74. princeps.

Deinde limita, vt † ex iusta causa principi liceat vti plenitudine potestatis. Ita Innocen. per text. ibi, in d. c. innotuit. Angel. in l. benè à Zenone. Bald. in l. 2. C. de sentent. ex per. reci. Ioann. Andr. in c. cum venissent, de iudicijs. Alexand. consil. 2. visis. colum. 4. lib. 1. Marc. Mant. vbi suprâ. Hieronymus Cagnol. in d. l. in totum. num. 3. aliter enim diuisio di-

4
Priuilegijs,
quãdo præiudicet
disposi-
tione genera-
li.

5
Miles an in-
re communi in
dubio vti vi-
deatur.

6
Miles regula-
rius subest le-
gibus.

7
Princeps sub-
est legibus.

8
Princeps in
dubio an ple-
nitudine po-
testatis vti vi-
deatur.

9
Potestatis ple-
nitudine prin-
ceps vti vi-
deatur, quan-
do alius eius
abus perires.

10
Potestatis ple-
nitudine sine
causa iusta,
an princeps
vtatur.

tio diceretur. ita Archi. in c. consequens. 2. dist. Ioan. Andreæ in c. de multa. colum. 5. de præb. Mar. Man. vbi supra. l. f. conf. 8. colum. 7. inter consilia feudalia, quod suspectum esse proximè apparebit.

11
Potestatis ple
uitudine cum
vritur prin
ceps, intelli
gunt de lau
dabili.

Hinc est, quod † quando Princeps vtitur plenitudine potestatis intelligitur de bona & laudabili, non de vituperabili. Vnde si cum hac clausula det licentiam apprehendendi possessionem propria autoritate expulso quolibet possessore, intelligitur de iniusto, non de possessore legitimo. Ita Bal. confil. 345. ad euidenciam. colu. 1. lib. 1. & Marcus Mantua, vbi supra.

12
Potestatis ple
uitudine an
princeps pos
sit contractum
suum violare.

Denique † etiam si Princeps vtratur plenitudine potestatis, non poterit proprium contractum violare. Ita Bal. in c. 1. §. ad hæc. colum. 5. de pace firma. in feudis. Pau. Caltren. in l. digna vox. C. de legibus. Marcus Man. vbi supra. de quo ipsi mirantur, cum Princeps quæmpiam iure suo priuare possit. l. item si verberatū. ff. de rei. vend. quo casu dominium nõ interuertit, sed solam possessionem trāsferit, secundum eum, post Florianū in l. seruitutes. 3. col. 2. ff. de seruitutibus.

13
Principem le
gibus solutū
esse, ut in cel
legendum, e
regia qō.

Denique † istorum omnium veritas pendet ab intellectu l. Princeps legibus. ff. de legibus. §. si. ff. quib. mod. testamen. in fi. Lex imperfecto. ff. de lega. 3. l. lex imperfecto. C. de testamen. l. si hæredum. C. de inoffi. testa. cum si milibus. l. 1. ff. de constit. princi. §. sed & quod principi. Insti. de iure na. in quibus iuribus habetur, Principem legibus solutum esse, sicque contra leges posse dispensare in gratiam eorū, quibus beneficium facere libuerit. sicque ex testamento imperfecto eum posse hæreditate capere si libuerit, quamuis sponte sua soleat tales hæreditates remittere, sicque ex testamento minus solenni legatum sibi relictum sponte sua negligit, licet si vellet vti stricto iure, id capere fas esset. sicque ex testamento, in quo filius fam. non iuste exhæredatus esset, posset Princeps hæres ibi institutus hæreditatem capere: licet id sponte sua dum erga tales filios benignus esse vult, negligere soleat. sicque penas delinquentibus remittere & potest & solet. l. 1. & per totum. C. de senten. p. s. & resti. Sicque in contractibus eius emptio & venditio valerent sine precio, contra tex. in prin. Insti. de emp. & vendi. Eiusque locatio & conductio sine mercede certa, contra id quod habetur in prin. Insti. de loca. & cond. Ipsiusque stipulatio valerent sine verbis, contra l. 1. in prin. ci. ff. de verb. oblig. valerentque, licet esset diuersas inter interrogationem & responsionem, contra d. l. 1. §. si quis simpliciter. Et sic etiam emphyteusis contractus ab eo celebratus sine scriptura valerent, licet in reliquis priuatis non ita, vt notatur in l. 1. 2. & 3. C. de iure emphy. te. stamentumque ab ipso factum valerent, etiam si omni legum obseruatione & solennitate ca-

reret. l. omnium. C. de testamen. Eiusque sententię & iudicia valerent, etiam si iudiciorum solennia seruari desierint. l. & hoc Tiberius. ff. de hæc. instit. tradunt communiter Doct. in dictis locis, diximus plenè in libro 3. de succ. cre. §. 26. per totum, cum §. seq. & de succes. progr. in præfat. numero 183. cum sequen. secundum quæ cum omnia sibi liceant, omniumque legum transgressiones facere possit, videntur suspecta esse omnia, quæ supra disse-ruimus, negantes, coangustantes, restringentesque eius potestatem. Quid dicendum? varij varia dicunt in d. locis, alij mirantur. Nullus vnquam in cuius scripta inciderim scopulum attigit: aut etiam proximè ad rei medullam accessit. Nos autem aduertimus, quod † omnes homines iure naturæ & gentium vtimur, regimur, & subiaccemus, à quo minimè recedere fas est: nisi ob aliquam peculiarem vtilitatem, quæ cogit, aut suadet nos ad posituum ius transuolare. l. omnes populi. ff. de iust. de iure. §. sed naturalia. Insti. de iure nat. diximus supra plenè, & non nihil de succ. progr. in præfa. nume. 20. cum seq. Populi autem & possunt & solent ius ciuile sibi constituere ob aliquas peculiarem vtilitates, vel necessitates. per quos ius ciuile aliquid iuri naturali vel gentium additur, vel detrahitur, vel mutatur, vel declaratur. l. ius autem ciuile. ff. de iust. & iur. sic & ius prætorium factum fuit iuris ciuilibus addendi, detrahendi, mutandi, aut declarandi gratia. tex. in prin. Insti. de bonorum poss. Sed quia non rarò euenit vt id ius ciuile noxium esse incipiat, aut parum vtile, aut vix fortè tolerabile. d. prin. Insti. de bon. poss. per Bald. in l. non omnium. ff. de leg. & in l. de quibus. colu. 10. eo. tit. plenè per Andr. Taraqu. in præfa. tract. de vtroque retract. numero 75. arg. l. prospexit. ff. qui & à quibus. l. yn. in prin. C. de cad. tollendis, & in §. & cum lex, eodem titu. ideo populus Romanus, qui Imperatori omne suum imperium contulit. d. l. 1. ff. de const. princi. d. §. sed & quod principi. Insti. de iure naturali. omnimodam laxitatem, arbitrium, libertatemque circa ius ciuile suum & peculiare Imperatori concessit, vt non magis ciuilibus legibus subiaceret quàm si ex latæ nunquam fuissent: circa ius autem naturale, vel gentium, eam laxitatem Principi suo populus non concessit, quia nec concedere posset, cum ea iura sint incommutabilia, d. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. d. §. sed naturalia. Institutio. de iure natur. leas causas. ff. de cap. dimi. §. minus ergo. Insti. de hæc. ab intest. Modò sic, nobis agentibus de natura & potentia omnium totius orbis Principum, nullum negocium facit ea conuentio peculiaris, quæ inter populum Romanum & Principem suum habita est, præsertim cum iam ostenderit vani capitis esse, existimare populo aut Principi Romano subiaccere reliquas gentes. Sed & ipsum ius ciuile & pecu-

14
Iure natura
li, eorū gentium
regimur, à
quo non rece
dimus, nisi ex
causa.

15
Princeps Ro
manus nõ sub
est legibus ci
uilibus Roma
norum, sed
tantū iuri na
turali, vel gē
tium, reliqui
principes sub
sunt legibus
ciuilibus sua
rum regionū

liate Romanorum nullum impedimentum nostris sententijs & assertionibus facit, non solum quod ad reliquas gentes & regiones Romanis non subiacentes, sed nec etiam quod ad ipsos Romanos eorumve populum, aut imperium, quia quod attinet ad ius civile duntaxat, non autem quod attinet ad ius naturale diuinum vel gentium principis sui arbitrio commiserunt. Secundum quæ apparet verissimum esse, principem ¶ regulariter non posse proprium contractum transgredi, etiam si vtatur plenitudine potestatis, quia eius potestas vtunque plena ad id sese non porrigit, cum contractum violare nefas sit iure naturali & gentium. l. 1. ff. de pact. §. per traditionem. Instit. de rerum diui. l. 1. ff. de const. pecu. & ita tenuerunt Bald. in c. 1. §. ad hæc, de pace fir. in feu. Pau. in l. digna vox. C. de legibus. Marcus Mantua Dialogorum c. 22. lib. 2. Bart. & alij in l. omnes populi. q. 3. princ. ff. de iusti. & iure. Bald. & Paulus Castrensis in l. fin. C. de transf. Bald. in l. qui se patris. C. vnde lib. Bald. consil. 318. lib. 1. Alexand. consil. 101. lib. 1. & consil. 361. nec arguendi. lib. 2. Decius in c. 1. colum. 1. de proba. Fernan. Loazes in consil. pro Marchione de Velez, pag. 30. ex cuius relatione apparet, hanc esse communem opinionem vt supra incidenter attigimus. Sed Paulus in d. l. digna vox, & Marcus Mantua, vbi supra, mirantur id vt desinat principi licere, quandoquidem ei licet re & iure suo subditum priuare. d. l. item si verberatum. Et respondent id quod ad possessionem tantum, non etiam quod ad proprietatem intelligendum, quod nihil est, quia princeps cum causa potest etiam quod ad proprietatem subditum re sua priuare, sine causa autem nec etiam possessione eum priuare fas est: quia ad iuuandum, consulendum, & proficiendum, non ad nocendum ei potestas data fuit, vt supra c. 1. ostendimus, & attigimus controuersiarum vsu frequen. lib. 1. c. 1. & supra etiam diximus. Vnde ¶ ex iusta causa posset sine dubio princeps contractum suum transgredi, licet Paulus, & Marc. Mantua supra relati contrarium existiment, & ita in specie quod ex iusta causa princeps possit contractum suum transgredi etiam iuratum, tenent (vt per verba sequentia firmat Loazes, vbi supra, pag. 317.) communiter Doctores in d. c. quæ in Ecclesia. de constituti. & in c. in nostra, de iureiurand. & voluit Gloss. notabilis in c. in his rebus. in Gloss. fi. in fine. 11. distinct. Panormita. & Doctores in c. dilecto. colum. 3. versic. extra Glossam oppono, de przbend. Cardinalis, & Ioannes de Imola in c. nouit. de iudicijs. Idem Ioann. de Imola post Antonium de Butrio in c. cum M. de constitut. Bald. in l. fina. ff. de Senatoribus, & in l. donationes, quas diuus. C. de donatione inter virum & vxorem. & in l. clari. C. de fideicommiss. & in additione ad Specul. in titu. de sentent. in 23. col. versic. sententia quandoque

fertur. Gemina. in c. 1. de const. lib. 6. Ang. in l. 2. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. Ludo. Roman. in consil. 352. incip. Quæritur primò, nunquid Auinionenses, in penul. colum. & in consil. 436. in 5. & 6. col. Alex. in d. conf. 101. incip. visis instrumentis exemptis. col. 4. in fine. vers. 2. principaliter. vol. 1. & in consil. 361. incip. nec arguendi sumus. colum. 5. & 6. vol. 2. & in consil. 54. inci. visò puncto. col. pe. vol. 4. & in consil. 224. incip. in re tam graui. col. pen. vol. 6. vbi consuluit, posse principem ex causa contra suam obligationem iuratam venire. Barth. Sozi. in consil. 4. incip. super quæstio. quæ vertitur. col. 3. & vol. 3. vbi inquit, ita Doct. communiter tenere post Cyn. in l. fina. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. Idem Sozin. in consil. 86. incip. visis. colu. fin. vol. 4. las. in consil. 1. colu. 5. in principi. & in consil. 56. incip. circa primum scilicet priuilegium. colum. penult. in fin. vol. 1. & in consil. 227. incip. Carolus. col. 12. volum. 2. Marth. de Afflict. in decisionibus Neapolitanis, in d. decif. 361. incip. Monasterium. in 2. col. Ludo. de Gazadinis in consil. 5. incip. An in quæstione proposita, in 6. colu. & Carol. Ruinus in consil. 91. incip. Quæritur, & in dubium reuocatur. colum. 2. & in consil. 229. incip. visa licentia. colum. 1. volum. 1. pro quibus facit text. in c. cum inter, de renunciatione. & in d. c. in nostra. & in d. l. item si verberatum. ff. de rei vendicatio. & in d. l. venditor. §. si constat. ff. communia prædiorum. & in l. si priuatus. ff. qui & à quibus. & in l. quod semel. & ibi Bart. & Doct. notant. ff. de decretis ab ordine facien. & quod notat Cardinal. in consil. 86. incip. Dominus Nicolaus. vbi consuluit, non solum principem, verum etiam quamlibet vniuersitatem posse venire contra suum statutum, quod in contractum transiit, quando propter publicam vtilitatem contrauentum fuit, vel ob aliquam aliam iustam causam.

Cum ergo ¶ plenitudinis potestatis appellatione, de bona & laudabili, non de vituperabili potestate intelligatur, & potestatis ordinariæ in principe eadem sit significatio, apparet inter vttranque nullam esse re vera differentiam, vt ex Bald. consil. 345. Ad euidentiam. col. 1. lib. 1. & Mar. Mant. d. c. 22. vt supra retulimus. Vnde ¶ apparet errasse Bald. Ioannem Andre. Alexand. Hieronymum Cagnolum, Archidi. las. & alios, quos supra retulimus, tenuisse non aliter quam ex iusta causa licere principi vti plenitudinis potestate, cum re vera ea vti ipsi ex liberrimo & effræno arbitrio fas sit ac liberum, cum neque in contractibus, neque in vltimis voluntatibus, neque in iudicijs, neque in reliquis, de quibus supra mentionem habuimus, teneatur legum solennia obseruare, non magis quam si ex leges latæ nunquam fuissent, nec causa ab eo exigenda sit in legitimationibus, aut in minorum delictorum pœnis remittendis, vel

16
Princeps quare nequeat contractum suum violare.

17
Causa iusta facit, vt princeps sui contractum possit violare, cum communi opinionione, contra Paul. Castre. & M. Mant.

18
Potestatis ab soluta & ordinaria non est in principe differentia, egregia q.

19
Princeps quoties potestate ordinaria uti potest, toties & plenitudinis potestatis, contra quam plures Doctores.

vel saltem temperandis, vt per totum ti. in auten. quib. mod. nat. eff. leg. & per totum C. de sentent. passis. Nec etiam in gratijs faciendis, vt in terminis l. 1. ff. de constit. prin. §. sed & quod principi. In situ. de iure natur. vt enim à milite non esset quærendum, quare iure communi vti desinat, & maluerit vti iure speciali militum, vt supra diximus, vtque † ab hominibus priuatis non est quærendum quare rebus suis abutantur, id quod eis liberum est, dummodò id ipsi tantum non etiam alijs considerabiliter noceat. l. sed & si leg. §. consuluit, ibi, dum re sua se abuti putat. ff. de pet. hær. l. quia autem, in prin. & §. 1. ff. quæ in frau. cred. l. 1. §. & magis. verb. prodegit. ff. si quid in fraudem patroni. l. is cui bonis. ff. de verbo. obliga. iuncta communi opin. Doctorum. ibi existimantium, eam legem procedere etiam in prodigo manifesto, antequam sibi esset bonis interdictum. ita principi liberum est plenitudine potestatis ad libitum vti, quadoquidem ea non porrigitur ad iniquum, aut ad id, quod alteri sit iniurium considerabiliter. Considerabiliter dixi, qui cum sine vlla causa, sed ex mera gratia & arbitrio legitimum facit spurium, vt is possit patri succedere, certè & si per hoc dânum fiat eis, qui eo non legitimito illius patris hæredes forent: id damnum in consideratione non est, vt plenè ostendimus libro 1. Cõtrouer. vsu frequentium c. 1. Quia vt in regula iuris est, nemini facit iniuriam, qui vtitur iure suo, Princeps autem hoc casu vtitur iure suo, ergo nulli facit iniuriam. Et iunge hic, quæ circa dispensationem ex gratia diximus supra c. proximo.

20
D. dispensatio-
ne ex gratia
vti, & rebus
suis abuti e-
quæ liberum
est principi si
nulla causa.

21
Hinc etiam † apparet, aut suspectum esse, aut declaratione temperandum, quod Doct. quàm plures supra relati contendunt, nempe principem nunquam videri vti plenitudine potestatis in re dubia. Nos autè aduertimus, plenitudinem potestatis in principe nihil aliud esse, quàm quædam potestatis priuilegiata; priuilegia autem vnicique data esse ad suam vtilitatem cõstat. Ergo vt in reliquis hominibus actus fieri & interpretari solent ad eorum vtilitatem (nam nihil tam naturale esse, quàm vnumquemque sibi velle consulere, supra ostendimus, & probat l. 3. ff. de mil. testam. l. vt vim. ff. de iust. & iure) ita quoque & in principe, & in milite, & in reliquis personis priuilegiatis hæc interpretatio facienda est, vt quod magis ac magis sibi prodesse possunt, eò magis ac magis sibi prodesse velle videantur, d. l. 2. ff. de mil. testam. vt in milite edocemur, lib. 3. de succ. crea. §. 24. nu. 4. cum plu. præced. & seq. Ergo plenitudine potestatis princeps vti videbitur, non solum quando actus aliter non posset valere (id quod Doct. supra relati falsò opinantur) sed etiam si valere aliàs posset, si tamen vtilius est ipsi principi se plenitudine potestatis vsum videri. Quod

obtrinet, si modò † aptè dici potest principem plenitudine potestatis aliquo casu vti. Nam aptius diceremus (vt in milite) quod interdum vtitur iure priuilegiato, & sic speciali, interdum iure communi. Iure priuilegiato vtitur quando prætermittit solennia legum siue in testando, siue in contrahendo, siue in iudicando, vt varia exempla iam exposuimus, vel quando legitimat, vel restituit natalibus per totum titu. ff. & C. de nat. restit. & quib. mod. nat. effi. sui. in authen. & authent. quib. mod. effi. leg. vel quando restituit condemnatum. C. de sent. pass. per totum. Iure communi vtitur quando legum solennia obseruat argumentum, l. si quando, in prin. C. de inoffic. testam. quando autem nostrum nobis aufert, iuxta d. l. item si verberatum, cum simil. ff. de rei vend. tunc non tam iure speciali quàm iure communi vsus videtur. Nam id facere nequit, nisi ob publicam vtilitatem, quàm ob causam idem cuique summo magistratui fas esset. Ideò supra diximus tempore publicæ necessitatis iudicibus licere ditiores compellere ad pecunias suas mutuandas, diximusque id cuique populo libero fas esse, tuncque nostrum nobis ablatum videri, quasi ex nostro contractu & consensu, qui simul ac vitam politicam popularemque; societatem agere voluimus huius animi & consensu fuisse visi fuimus, vt nostra ad publicas necessitates subleuandas conferamus. Similimū est † quod qui delinquit, pœna legali sese subiecisse videtur. l. Imperatores. ff. de iure fisci. ibi, tu te huic pœnæ subiecisti. l. fin. C. ad legem Jul. maie. ibi, quodam modo sua sponte punitur, estque communis opin. vt dixi in libro 1. de succ. crea. §. 10. num. 665. Ergo dicere Principem non debere plenitudine potestatis vti sine causa, esset perinde ac si diceremus, militem suis priuilegijs vti non debere sine causa, quod longè à mente iuris alienum est, cum vterque iure suo speciali & priuilegiato tam liberè & nulla requisita causa vti possit, quàm iure communi & non priuilegiato, in quo causam desiderari nullum vnquam dixit.

22
Principian sit
plenitudo po-
testatis.

23
Delinquens
sponte sua pu-
niri videtur.

Confirmantur sententiæ nostræ, quia † quando princeps solitum ordinem iudicarium non seruat, dicitur vti plenitudine potestatis. Glo. & Panor. in c. ad petitionem, de accusa. Mar. Man. Dialog. lib. 2. c. 22. id quod liberrimè, vt supra diximus, facere ei licet, nulla causa (vt constat) requisita. Nos autem commodus aptiusque dicimus id de potestate ordinaria esse eademque; priuilegiata, licet agnoscamus nihil referre si eam plenitudinem potestatis appellare libitum fuerit. Ergo † quod hac plenitudine potestatis Romanus populus vsus nunquam fuerit, verosimile non est nec fortè possibile (si eam accipias, vt nos accipimus) quamuis id assermet Bald. de pace Constan. colum. 23. verb. non obstat.

24
Princeps po-
testate ordi-
naria vti in-
telligitur, quæ-
do solitum or-
dinem in iu-
dicijs non ser-
uat, contra
Glof. Abb.
& Mar. Mā.
25
Romanus po-
pulus potesta-
tis plenitudi-
ne an aliquā-
do vsus fue-
rit, cõtra Bal-
& M. Man.

vt & Marc. Mant. nulla tamen fretus ratione attigit, vbi supra.

26

Papa an iuri scripto derogare possit, vduaq.

Ex his ergo apparet, eos vehementer errasse, qui scripserunt, † Summum Pontificem, licet de absoluta potestate, hoc est, de plenitudine potestatis possit iuri scripto derogare: de potestate tamen ordinaria id non posse. Ita Innocen. in c. innotuit, de elect. Bald. in l. si testamentum. C. de testa. Marc. Mant. vbi supra. Bald. in l. benè à Zenone. C. de quadri. præscrip. idem Bald. in l. bonorum. C. qui admitti. Ludo. Rom. in l. 1. §. nunciatio. col. 3. ff. de oper. noui. nun. Id quod minimè procedit. Nam siue adsit iusta causa, id sibi fas est, tam de potestate ordinaria, quàm de plenitudine potestatis (hoc est, ei licet de potestate ordinaria, nõ secus quàm de plenitudine potestatis) siue non adsit vlla iusta causa, id intra terminos, quos præfiniuimus illi regulæ, quæ habet, principem legibus solutum esse, sibi licebit de potestate similiter ordinaria, non secus quàm de plenitudine potestatis. Cæterum extra illos terminos (quale esset cum aduersaretur iuri naturali, diuino, vel gentium, id sibi minimè liceret de plenitudine potestatis, non magis quàm de potestate ordinaria, vt patet ex superioribus. Iuri autem postiuo sine causa derogare non poterat si vtile erat, aliàs sic: Ratio, quia ad bonum, non ad malum habet potestatem: vt habet nostra princip. conclusio, licet contrarium velit Sotus, vt dixi supra cap. præcedenti, num. 16.

27

Potestatis plenitudine suppletes, hæc clausula refertur ad iuris solennia, nõ ad ius diuinum, naturale, vel gentium alterandum.

Denique illa † clausula consueta in privilegijs principalibus, vel pontificijs, scilicet suppletes de plenitudine potestatis, refertur ad iuris solennia, non autem inducit dispensationem, quò ad ius diuinum, naturale, vel gentium: secundum Marc. Mant. vbi supra, post Cardinal. in Clem. 1. §. cæterum, de re iudicata.

28

Causa iusta, que præsumitur in principe, an admittat probationem in contrarium, egregia quest.

Denique quod † iam sæpè (post Bar. Gloss. & alios in l. relegati. ff. de pœnis) diximus in principe causam præsumi, id aded procedit, vt in contrarium probatio non admittatur, secundum Pet. Anch. consi. 288. vltra alia. Raph. Fulgo. consil. 143. Anto. & Fern. Loazes consil. pro Marchione de Velez, pag. 371. qui alios plures allegat. facit, quia vt res iudicata pro veritate habetur, nec in contrarium probatio regulariter admittatur, vt tandem sit aliquis litium finis. l. res iudicata, vbi nota Docto. ff. de re iudic. ita & idem in Principe admittendum est, quod iudicaret, non sic aliàs, quando citra causæ cognitionem quid contra ius diuinum, naturale, aut gentium præciperet, aut dispensaret. Nam tunc satis superque esse debet, si iusta causa præsumatur absque eo, quod etiam probatio in contrarium non admitteretur, id enim esset fores tyrannidi aperrere.

29

Lex iniusta à principe lata, an valeat.

Quinimò † etiam si id faceret cum summa

causæ cognitione & deliberatione (quale esse solet in legibus ferendis, iuxta cap. erit autem lex. 4. distinct. l. humanum. C. de legib.) adhuc probatio in contrarium admittitur, vt manifestetur, si iniquum aut iniuriosum sit, ideoque etiam si constitutum, vt cunquæ ex certa scientia faceret, per quam ius alterius læderet, ea neque in foro iudiciali, neque in foro conscientie seruanda esset. Ita Innocentius & Doct. in c. quia plerique, de immunita. Ecclesiarum, & in c. 1. eod. titul. Cynus in l. benè à Zenone. C. de quadri. præscriptio. Iaf. consil. 1. lib. 1. colum. 9. Fernandus Loazes sibi contrarius, vbi supra, pag. 54. id quod planè deducitur apertè ex nostra principali sententia, quæ habet omnem principatum ad ciuim, non etiam ad ipsorum Principum vtilitatem creatum fuisse. Nec dubium est, quin nisi contra gesta Principis liceret iniuriam illatam probare, esset plusquam manifesta seruitutis imago, & tyrannidis ansa & occasio. Item amplia, vt † in Principe iusta causa præsumatur, etiam quando contra ius diuinum dispensat, puta in summo Pontifice. Anto. But. & Ioan. Imol. in c. 2. de renunc. & Fernan. Loazes, vbi supra, pag. 173. versic. quæ causa. Vnde quando Papa dispensat super voto, vel iuramento, idem erit secundum eosdem. & idem voluerunt Ant. But. & Ioan. Imolen. in c. nam concupiscentiam, de consti. Caro. Ruin. consil. 148. visis quibusdam. col. fin. lib. 4. Fernan. Loazes, vbi supra: ita tamen vt in omni disputatione, quæ sit contra ius naturale, diuinum, vel gentium, in quo agitur de præiudicio tertij, probatio contra præsumptam iustitiæ causam admittatur: vt proximè ostendimus, id quod iustificatur, eò quod quando † princeps etiam de plenitudine potestatis dispensat, vel facit contra ius tertij, ea non tam potestatis, quàm tempestatis plenitudo dicitur. ita Aymõ. Crauer. de antiqui. tempo. par. 1. nu. 3. vers. non omitto. & Fern. Loazes, vbi supra, pag. 54. num. 65. Maria. Sozi. iunior consil. 65. in causa occurrenti. lib. 2. Barthol. Sozin. consil. 120. memini. colum. pen. lib. 3. Card. in Clem. pastoralis, de re iud. Ioan. Iacob. de Leonardis inter consilia Bruni consil. 117. col. fi. Barthol. Sozi. consil. 164. visa bulla, lib. 2. Ergo apparet, nihil interesse inter plenitudinem potestatis, & potestatem principis ordinariam, quandoquidem earum neutra ad præiudicium tertij considerabile porrigi, aut superbire potest, nisi quatenus principibus per iura suæ ciuitatis permissum reperitur, id quod etiam sub ordinaria potestate complectitur. Facit quod Senec. in Troa. ait

Minimum decet libere, cui multum licet.

Et Aufonius in Cleoboli sentent.

Quantò plus liceat, tantò libeat minus.

SUMMARIUM.

1. Potentia vera quid.

2. Di-

30

Causa præsumitur in principe, etiam contra ius diuinum dispensante.

31

Iniuria nõ ca dit sub potestate, sed sub tempestate principum.

- 2 *Dispensare an possit Deus cum præceptis Decalogi, egregia quaestio.*
- 3 *Dispensationis definitio.*
- D *Fabula Dadali.*
- 5 *Dei arcana an liceat scrutari.*
- 6 *Dei providentia & voluntate omnia fieri rectissimo ordine, etiam si inordinata nobis videantur.*
- 7 *Mores mutantur & hominum opiniones.*
- 8 *Argumentum de toto ad partem bonum est.*
- 9 *Ius naturale à Deo an possit immutari.*
- 10 *Pythagoræ dogma.*
- 11 *Ius naturale quid.*
- 12 *Deus an facere possit ut malum non sit, creaturam non diligere Creatorem suum.*
- 13 *Historia Tullie.*
- 14 *Lex sufficit, quod sit tolerabilis.*

CAPVT XXVII.



HACTENVS de dispensationibus, quæ contra iura fiunt per homines. Quid t̄ autē ab ipso Deo Opt. Maximo? puta, t̄ An præcepta Decalogi ab eo sint dispensabilia. Mouet quaestionem, quodd ipse nihil mali facere potest, quia & si sit omnipotens, tamen malum facere posse, potentia nō est, sed potius infirmitas non valens abstinere à malo, vt tradunt Dominic. Sotus post diuum Thomam & alios ibi relatos de iusti. & iur. lib. 2. q. 3. art. 8. diuus Augustinus in c. principium. §. charitas, de pœni. distinct. 2. Raphael Fulgo. consil. 61. Domina Catherina colum. penult. Curtius Senior consil. 73. colum. 29. Aymon Crauettus de antiquit. part. 1. num. 3. versic. non omitto. Dixi lib. 1. Controuertit. vsu frequen. c. 1. nume. 5. Quibus addē Fernand. Loazes consil. pro Marchione de Velez, pag. 54. num. 65. Maria. Sozi. Iuni. consil. 65. in causa occurrenti. lib. 2. Bartho. Sozi. consil. 164. Vifa bulla. colum. 8. lib. 2. Idem Sozi. consil. 122. memini. colum. penult. lib. 2. Card. in Clem. pastoralis, de re iudi. Ioan. Iaco. de Leonardis inter consilia Alberti Bruni, consil. 17. in hac causa. colum. fin. facit l. nepos Proculo. & quæ ibi differit Andreas Alcia. ff. de verborum signif. l. filiusfam. ff. de condi. instit. l. Lucius. ff. de cond. & demon. secundum vnum intellectum. Deniq; in hoc egregio articulo quatuor reperiuntur opiniones, Prima est existimantium cum omnibus præceptis tam primæ quàm secundæ tabulæ, Deum posse dispensare. Altera est contendentium, dispensare nō posse cum præceptis primæ tabulæ, neq; etiam secundæ: Tertia opinio est, mediam partem eligentium, vt cum præceptis primæ tabulæ dispensare nequeat, sed cum præceptis secundæ liberum ei sit. Vltima opinio est abnegantium, talem dispensationem fieri posse, præterquam quod ad quartum & quintum præceptum. In prima opinione fuit Ocham 2. sentent. distinct. 19. In sequenti opinione nega-

tua esse videtur S. Thomas 12. quaest. 100. art. 1. & doctissimus Dominicus Sotus lib. 2. de iust. & iure. artic. 8. q. 3. estque ex mente Caietani ad diuum Thomam, vbi suprā, & Altissiodens lib. 3. tract. 7. quaest. 5. & fuit opinio antiquorum, secundum eundem Sotum. In tertia opin. fuit Scorus. 3. senten. distinct. 17. In quarta opin. fuit Durandus in primo senten. distinct. 47. q. 4.

Quid dicendum? & sanè t̄ in hac sum sententia, vt huic sententiarum varietati causam præbuerit aut ansam, diuersa huius vocis (Dispensatio) acceptio, ne dicam ignoratio. Est enim dispensatio secundum Sotum, vbi suprā, lege in genere eiusque vigore & ratione manente, ipsiusmet in particulari casu certisque personis relaxatio. neque adiecit ex iusta causa, vel sine iusta causa, tacitus tamen non obscure significauit, sine iusta causa talem dispensationem factam à se accipi: quia (vt ipse ad finem primi libri eiusdem operis, & ibi in d. artic. 8. dum ad priorem locum sese refert) dispensationem, quæ ex iusta causa fieret, negat dispensationem: sed potius congruam legis interpretationem debere appellari. Nos autem ex magnis sermonis latini authoribus suprā ostendimus, dispensationem appellari aptissimè, & re vera esse eam, quæ in aliquo aliquibusve particularibus casibus personisve amplectitur, insequiturq; mentem legislatoris, ipsius verbis & sermonis proprietati repugnans: sicque congruæ legis interpretationi par est. ergo pro parte affirmatiua arguitur, quod vtcunq; præcepta Decalogi sint iuris naturæ, veruntamen, vt 5. Ethic. 7. author est Aristo. nonnulla sunt de iure naturæ, quæ variari possunt, ac perinde sunt dispensabilia. Secundò, sicut legislator humanus se habet ad suas leges, sic & Deus. Humanus autem princeps super suis dispensare potest, ergo in suis Deus, eò præsertim quodd Apostolus 2. Corinth. 2. tanquam Dei dispensator ait: Nam & ego si quid damnauim propter vos, damnauim in persona Christi. vnde fit, non solum Deum. verum & eius prælatos posse in diuinis legibus dispensare. Tertiò in Decalogo vetitum est homicidium, sed in hoc præcepto dispensat iudex malefactorum vindex, dispensauitque Deus cum Abraham, vt charissimum filium imolaret, & cum Samsone, Iudic. 10. vt sese cum Philistheis occideret. & cum Elezare 1. Maccab. 6. qui ab Elephante, quem occidit, oppressus, occubuit. subinde eruuntur argumenta de fornicatione & de furto. permittit enim, quin verò præcepit Osee vt vxorem fornicariam acciperet: & filijs Israel, vt Aegyptiorum vasa surriperent: ergo huiusmodi pcepta dispensabilia sunt. Quartò arguitur, Connubium inter fratres iure naturæ prohibitum est, super quo nihilominus in testamento veteri legimus dispensatum, vt inter Adæ filios vsu venisse certum est, & in-

3
Dispensationis
definitio.

1
Potentia vera quid.
2
Dispensare an possit Deus cum præceptis Decalogi, egregia quaestio.

ter Abrahā & Sarām perquā probabile. deniq; sic arguitur: Obseruatio Sabbati est vnū pręceptorum Decalogi, idemque Iudęis sanctissimum, sed in hoc fuit cum Maccabęis olim dispensatum. sic enim legitur lib. 1. c. 2. & cogitauerunt in die illa docentes: Omnis, quicumque venerit ad nos in bello in die Sabbathorum, pugnemus aduersus eum, ergo pręcepta Decalogi sunt dispensabilia. Hęc sunt verba Sori, vbi supra.

Cum ergo videamus per Deum Optimum Maximum tot in casibus dispensatum fuisse saluis integrisque quod ad reliquos homines, & res, manentibus eisdem Decalogi pręceptis, quę dubitatio superest? certę nulla, pręsertim cum ex causa etiam hominibus talem dispensationem facere fas sit, vt iam edocti sumus. Nec dubium sit, quin in Deo Optimo Maximo causa non solum semper pręsumatur, sed cogitare eum quicquam facere facturum, aut fecisse vnquam sine causa impium & nephandum esset. Deus enim & natura (vt Philosophus ait) nihil faciunt frustra. I. nō cogendum. §. Sabinus. ff. de procu. l. hęc stipulatio. §. diuus. ff. vt legatorum nom. caue. l. quiuis. vbi omnes Doct. ff. de verb. oblig. nec probatio in contrariū, vt iustam dispensandi causam Deus non habuerit, admitti aut fieri potest, nisi cereas alas aut alterius materię testibus Dei alloquendi gratia in cælum euolaturis, aptare ridendus cōtendas. id quod Dædalum olim fecisse Poëtę fabulantur, & eod q, in contrarium admitti probatio nullo modo potest, ideo vulgò dicitur, non ¶ licere mortalibus scrutari arcana Dei. Ita si quęras, cur tam passim videamus bonos egere, malos detestere: bonos breuiorem vitam agere, malos longiorem, bonos abiectos esse honoribusque carere: malos beatos esse omni que honorum genere decorari, bonos ægritudinibus ac morbis premi: malos rectę valere, bonos imbelles esse, & viribus corporeis carere: malos esse robustiores & validiores, bonos non tam eleganti faciei forma, aut corporis habitudine, proceritateque pręditos esse, neque tam statura apposita ad dignitatem bonos esse à natura ornatos, quàm malos: quinimò quod plusest, bonos sæpissimè pręlijs & armis victos, vtcunque iustam causam fouerent, fuisse à malis impijsissimam partem sequentes. Et tamen constat ¶ nil agi nisi sponte Dei. Vnde Lucanus libro nono bell. ciuil. scripta:

Nil agimus nisi sponte Dei.

Et Statius lib. 5. Theb.

Cuncta hæc Superum demissa suprema Mente fluunt.

Et Silius Italicus lib. 6. bell. puni.

Iustitiæ rectiq; dator, qui cuncta gubernas.

Et Manilius lib. 1. Astron.

*At mihi non ratio tam presens vlla videtur,
Qua pateat mundum diuino numine verti,*

Et Horatius Ode 2. lib. 1.

Qui res hominum ac Deorum,

Qui mare & terras, vatriq; mundum

Temperat horu.

Et Virgil. Eclog. 8.

Nec curare Deum credu mortalia quenquam.

Et Titus Calphur. Eclog. 4.

Deus ipse canatur

Qui populos vrbesq; regit, pacemq; rogatam.

Ad hęc omnia Saluius Alexandrinus lib. 3: in princip. de prou. Dei, respondet, Mortalibus non licere scrutari arcana Dei, nihilque à Deo sine summa ratione agi, quamuis eam capere nequeat mortale genus: ergo ¶ sine dubio Deus potuit dictis in casibus dispensare, poteritque in similibus. Quinimò quod turpe hodie nobis videtur, vt cras incipias honestum & esse & videri facillimè efficere mutatis hominum opinionibus poterit. Nam & adulterium fœdissimum facinus apud Persas nihil turpitudinis habere olim videbatur, vilissimumque furti maleficium apud Lacedæmones, nihil turpitudinis similiter continere, si manifestum non foret, cōstabat, & erant gentes suntque hodie, quibus nefas aut turpe non videtur communes & vxores & liberos habere, cum matribusque commercium habere: & reliqua id genus non minus obscena, flagitiosa, turpia, nephanda, quale est nephandum crimen cum pueris commerciumve, aut etiam cum pecudibus habere, Saracenis non modò permissum, sed etiam vsitatum, vt Ioannes Boëmus lib. de moribus & legibus gentium c. 6. & c. 10. author est. & attigimus de success. crea. lib. 2. §. 15. nume. 22. cum sequent. Et tamen constat isthęc longè magis contrarius naturale esse, quàm matrimonium inter fratres & sorores: constatque vt non paucę gentium huius opinionis hodie sunt, vt hęc inhonesta non sint, ita facillimè à Deo omnipotente fieri posse, vt reliquę omnes gentes eiusdem sint opinionis. Vnde veluti in prouerbum abiit, Turpe ab honesto multis in rebus nōtam natura, quàm moribus & vsu gentium distingui, vt sic non tam ad naturale & incommutabile, quàm ad ius gentium positium hęc accedere videantur.

Denique si causa dispensandi cum pręceptis Decalogi nec nobis vlla appareat, nec re vera vlla sit, An Deus Optimus Maximus dispensare cum eis possit? Et quod ad ea pręcepta, quę ita bona sunt incommutabiliter, vt eis eorūve contrarium non possit non esse malum, magis est, vt dispensare nequeat quia (vt iam edocti sumus) Deus & si sit omnipotens, tamen malum facere non potest: quia malum posse facere, potentia non est, sed infirmitas, nec vllum certius omnipotentię argumentum esse potest, quàm non posse malum facere. Et talis dispensatio non rectè dispensatio appellaretur, sed potius iuris boni & æqui violatio & dissipatio. Bonum ¶ enim argu-

7
Mores mutar, & hominum opiniones.

8
Arg. de toto ad partem.

4
Fabula Dædali.

5
Dei arcana an liceat scrutari.

6
Dei prouidentia & voluntate omnia fieri rectissimò ordine, etiam si inordinata nobis videantur.

argument. & inevitabile est, de toto ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vend. l. an pars. ff. pro derelicto. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. ergo si illud præceptum Non occides, vniuersaliter & in communi bonum est in omnibus indiuiduis & particularibus sub illa vniuersalitate contentis, bonum ut sit & eius contrarium malum necesse est. Nam ut in regula iuris in toto partes omnes etiam minimas non est dubium contineri. l. Iulianus. ff. de lega. 3. l. qui vsum fructum. vbi not. per Barthol. & las. ff. de verb. obli. l. Mæuio. verbo, totus. ff. de leg. 1. §. si non verò non omnes. C. de cad. tolle. l. coniuñctim. ff. de lega. 3. ergo si sine vlla causa fieret dispensatio occidendi, puta, ut quibusdam diebus per singulos vel annos vel menses occidere liceret homini hominem: vel ut id liceret quibusdam horis dierum, vel ut pulchris deformes occidere, vel deformibus pulchros liceret, vel patribus filios, vel filijs parentes suos, vel ut vni aut alteri aut quibusdam id liceret. certè ut isthæc in cõmuni mala essent, ita & in particulari, nulla extrinsecus accedente rationabili causa, mala ut sint necesse est, nihil quæ aliud esset, quàm diuisum imperium inter se habere bonum & malum. Ergo quando hæc lex diuina vigerit, ut hominem homini necem inferre nefas sit, tamdiu sine iusta causa, quæ vel existat & appareat, vel saltem existat, Deus dispensare in particulari non poterit homicidium fieri. Posset tamen (ut arbitror) Deus mentes hominum hac imbuere opinione, hancque legem facere, ut hominè homini insidiari aut necem inferre vel quouis modo nocere nefas non esset, nõ magis quàm pecudes, armenta, feras, volucres, vel squameam turbam interficere. Nam & omnes Pithagorici Philosophi huius erant sententiæ, ut bruta animantia (siue illa terrestria essent, siue volucra, siue aquatilia) homini non liceret occidere, non magis quàm reliquos homines.

Ergo, ut postea mortale genus mutauit sententiam, cœpitque existimare omnia bruta animantia, aquatilia, terrestria, & volatilia interficere hominibus liberum esse: quis veritat quin possit (sponte Dei) mutare sententiam quod ad mutuas neces inter se perpetrandas, existimareque id liberum fasque esse foreque semper? Et in hunc sensum saluari tuerique poterit opinio Occha. supra relata, qui nihil aliud sensisse mihi visus est, quatenus voluit posse Deum dispensare cum præceptis Decalogi, ut intellexerit contraria præcepta eum posse infigere hominum animis & mentibus. ius enim t naturale nihil aliud esse, quàm rectam rationem ab ipsa natiuitate & origine humano generi à Deo innatam supra edocti sumus. Ergo si ipsemet Deus contrariam rationem à nostra origine mentibus nostris imbuerit, id similiter erit ius naturale, & v hoc ius naturale, quo vitmur quoque interdum

abutimur, bonum est, quia à Deo infixum nobis est: Ita si t contrariū nobis dederit ius, eo ipso quod ipse dederit, bonum erit. Nec ut nobis videtur recipienda est sententia Dominici de Soto, ybi supra, existimantis, non posse Deum efficere, quod bonum sit, ut homo ipsum Deum amare desinat vel fortè odio habere incipiat, quinimò fortè poterit, si velit, efficere, ut id bonum sit. Nam ut sæpissimè accidit, ut homo hominem odio habeat, & non rarò ut ipsos parètes odio habeat, ut §. si. Inst. quod cum eo. & l. 1. ff. ad Maced. & Glos. not. in l. si. C. de pact. Vnde Ouidius sic cecinit:

Filius ante tempus patrios inquit in annos.

Vnde de Tulliz Serui Tulli filiz crudelitate, quæ per patris cadauer carpentum, in quo sedebat, ire coegit, sic scribit Ouidius lib. 6. Fast.

Filia carpento patrios initura penates

ibat per medias alta feroxq; vias.

Corpus ut aspexit, lacrymæ auriga profusis

Restitit, hunc tali corripit illa sono:

Vadu, an expectas precium pietatis amarum?

Duc, inquam, iniurias ipsa per ora rotas.

(Certa fides facti est) dictus sceleratus ab illa

Vicus, & æterna res ea pressa nota est.

Ergo, qui non diligit fratrem suum, quem videt, aut (quod tertius est) odio habet patrem suum, quem videt: & ab eo scit se hominem factum, vitamque recepisse. Quid mirum, si Deum non diligit, quem nunquam vidit? hæc consequentia tenet secundum Diuum Ioannem epistola 3. & 4. ad fin. & multos esse, fuisseque contemptores & osos Dei, & experientia docet & testatur. l. quæ sub conditione, in princ. ff. de cond. iusti. & sæpissimè ut experientia docemur, & passim libris tam fabulosus quàm veris reperies, ut vir amet fœminam, quæ ipsum odio habet, & ex diuerso: nec desinat amare ille, qui amare cœpit, etiam si non ignoret se ab amato vel amata odio haberi. Si ergo Deus Opt. Max. hanc mentem à primis cunabulis nobis velle imbuere, ut eum odio haberemus, idque risui & ludibrio haberet. Quis verat quin id efficere posset, & nihilominus nos diligere, si sibi libitum esset. nam ut Ouidius cecinit:

Ludit in humani diuina potentia rebus.

Quod si dixeris, ergo tunc non foret nobis liberum arbitrium, respondeo, quod non desineret fore liberum, nam ideo homo ratione præditus est, ut natiuas inclinationes & appetitus valeat superare: & rationis vi frænare, subigere, & calcitrare. Tres ergo sunt inspectiones, Prima de noua mundi creatione, Altera de dispensatione, Ultima de iuris violatione. Quod ad primam, si resolutio hoc mundo cum denuò Deus crearet, non dubiū est, quin posset, si vellet præceptis Decalogi delecta alia eis contraria humano generi præfigere. Et eo ipso quod à Deo omnipotente & optimo fixa & tradita forent, bona intelligi debe-

12
Deus an facere possit vob malum non sit, creaturam diligere Creatorem suum.

13
Historia Tullia.

9
Ius naturale à Deo an possit immutari
10
Pithagore dogma.

11
Ius naturale quid.

deberent, sicque non oberit quod diximus, Deum non posse malum facere. Nā iam id minime intelligeretur esse malum. Idem esset si eodem hoc mundo stante, ei alia præcepta his, quæ modò habemus, contraria præfigeret Deus. Quò ad secundā inspectionē de dispensatione et hoc mundo hisq; decē Decalogi præceptis stantibus, Deus omnipotens sine dubio poterit dispensare, accipiendo propriè & aptè dispensationem, pro recto & opportuno iudicio circa iura eorum verbis utcunque repugnante. Amplia, ut etiam principes & reliqui magistratus id facere possint. deinde amplia ut non solum possint, sed etiam debeant: ut iam edocti suprā fuimus. Quò ad vltimam inspectionem de iuris violatione, quæ contingit quando sine vlla causā rationabili itur contra legem, id quod non potest non esse contra mentem legislatoris, non secus quàm contra eius verba, tunc si decem præcepta Decalogi essent omnia & singula eorum huiusmodi, ut contrarium eorum in quolibet & in qualibet etiam minima parte malum esset, non posset propter Deum fieri ea violatio, quia ipse malum facere non potest. sicque piè credendū est, Deum omnipotentem & optimum nunquam sine causā vlla ex parte ea præcepta eorum uic quodpiam violaturum. Verum si ex facto quodpiam eorum violasset, ea violatio seu dispensatio teneret tam de facto, quàm de iure, & tunc demum detegeretur illius præcepti transgressionem nunquam fuisse malam absolutè, quando quidem per Deum, qui malum facere nequit, facta reperiretur. Nec ponimus tractu temporis aliquam nouam causam denud emisisse, sed vigere etiam nunc, cū per Deum fit transgressio eadem ratione, quæ aderat quo tempore id præceptum traditum nobis fuit, sicque detegeretur tale præceptum fuisse ab initio, esseque hodie bonum, ita tamen ut eius contrarium non sit absolutè malum, sed tolerabile: Sic etiā bona est vsucapio. l. i. de vsucap. si tamen fieret noua lex, qua vsucapiones exulare & exterminari cogentur, valere non desineret, nec mala diceretur, sed potius tolerabilis. Nam & id erat antequam ius ciuile vsucapiones excogitaret, ut per Glo. communiter app. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. Et ut laudabile videatur † nouum Dei aut etiam hominis præceptum, satis est ut sit tolerabile, etiam si subditis non multum rationale videatur. Bald. in l. non omnium, & in l. de quibus. colum. 10. ff. de legib. Andr. Tiraq. de vtroque retr. in præfa. num. 75. Ergo non est bona consequentia quòd in aliquo ex præceptis Decalogi siue præceptiue siue prohibitiue comprehensum generaliter erat, iussit Deus in aliquo casu & persona non seruari. idque sine vlla causā ad legem mutandam, vel alterandam necessaria (si modò id in summo Deo contingere potest) igitur hæc alteratio mala est, quia priori legi diuinæ contraria,

sed id quidem non benè sequitur, quia licet id præceptum, quod modò frangitur, esset bonum, nec eius transgrediendi occasio vlla in particulari, de quo agitur, esset adhuc transgressio potuit esse tolerabilis, & eo ipso quòd à summo Deo fieri iubetur, detegitur, quemadmodum retro ad præceptū, quod modò frangitur, non fuerat incommutabile, siue retro hominibus incommutabile falso visum fuisset, siue non.

SUMMARIUM.

- 1 Eligens dignum omisso digniore, an peccet mortaliter? ardua q.
- 2 Electus tutus est in conscientia, si erat dignus, licet dignior non deesset.
- 3 Pœna est infirmitatis actus.
- 4 Conscientie in foro, an pœna ipso iure imposita, debeat? ardua questio.
- 5 Pœna non est actus irritatio, quando non fit in odium agentium.
- 6 Conscientie in foro, an retineatur relictum in minus solenni voluntate?
- 7 Fine adeptus, de medijs ad finem requisitis non curamus.
- 8 Vindicta ius competens non debetur de iure canonico.
- 9 Fur non tenetur in conscientia ad pœnam.
- 10 Pœna dupli aut quadrupli an peti possit de iure canonico?
- 11 Tenentes pœnam ipso iure irrogatam debent in conscientia.
- 12 Legalis obligatio vnde descendat.
- 13 Legalis obligatio est ad patiendum tantum.
- 14 Pœna etiam ipso iure irrogata non debetur in conscientia, contra communem opin.
- 15 Pœna etiam immoderata non differet ab alia quoad hoc, ut in conscientia debeat, contra Decium & Cagnolam.
- 16 Pœna conuentionalis non magis nec minus debetur in conscientia, quàm legalis, contra Decium, Cagnolam & alios.
- 17 Pœna conuentionalis etiam nimis dura, non debetur minus nec magis, quàm si esset mediocris, contra Accursium, Decium, Corse & Cagnolam.
- 18 Pœna legalis si petatur, debetur in conscientia à damni factore, etiam quatenus excedit iustam damni estimationem, vbi interfuit dolus, contra communem opi. Idem si culpa lata, contra eandem communem opin.
- 19 Pœna pro damno, leui culpa dato, an debeat in conscientia? ardua q.
- 20 Pœna pro damno, leuissima culpa dato, non debetur etiam in foro contentioso, contra Lud. Rom. & Nicol. Pignoratium.
- 21 Panam etiam in conscientia creditor petere potest, ardua q.
- 22 Penitentia an locus sit ante scripturam confessionem, quando in scriptis sit contractus? ardua questio.
- 23 Contractus quando in scriptis fieri dicatur? ardua questio.

Caput

14
Lex sufficit
quòd sit tolerabilis.

CAPVT XXVIII.

1
Eligens dignum omisso digniore an peccet mortaliter, ard. questio.

SEXAGESIMO SEPTIMO apparet ex nostra sententia principali, Vtrum eligens ad beneficium dignum, pratermissio digniori, peccet mortaliter? quod sic tenuit Abb. in c. 3. de iure patro. & in c. cum in cunctis. de electione. & in c. constit. de appel. est communis opin. secundum Gomef. in c. 2. nume. 22. de constitutio. in 6. Pala. Rubi. in c. per vestras. de donat. inter virum. §. 26. Deci. in c. in presentia. num. 56. de probat. & in d. c. constitutus. columna 2. hanc dicit comm. Rochus de Curte, de iure patro. verb. honorificu. quzst. 13. Lamb. de iure pat. part. 1. li. 2. fol. 253.

Contrarium tenet Glo. in d. c. constitutus. & in c. licet ergo. 8. quzsti. 1. Glo. in d. c. 3. de iure patro. vbi Ioan. Andr. dicit, non peccare. idem tenet Sanctus Thomas 2. 2. quzstio. 185. arti. 3. Lamberti, vbi supra, est communis opi. secundum Deci. confi. 129. col. 1. facit c. monasteriu. 16. quzstio. 7. sed cum digniorem eligere vtilius sit siue reipublice, siue Ecclesie, superest, vt princeps, vel superior, vel electores, semper teneantur eligere digniorem, quando quidem ad vtilitatem ciuium vel publice rei, non ad suammet id munus sibi iniunctum & commissum (vt nostra principalis conclusio habet) videtur. Dummodò digniorem eum esse intelligamus, qui reipublice quò ad id munus, quo de agitur, sit, etiam si quò ad aliam alius dignior reperiatur, secundum diu Thomam, vbi supra. vt enim si respublica modò egeret bono artifice artis sulphurarie (qui vulgò Artillerij vocatur) ad bellum, & optimum pictorem ad id munus eligeremus, insanire aut ineptire videremur, ita, qui optimum virum & vitæ inculpatissimæ, ignarum tamen & inexpertum rerum humanarum tam ecclesiasticarum, quàm secularium in prælatus ecclesie deligeret, ineptire intelligeretur, ex mente diui Thomæ, vbi supra. Ad cuius sententiã possunt hæc varietates aptari, & fœdus ac conciliationem accipere, vt sententia existimantium, meliorem esse eligendum, intelligatur de eo qui dignior sit quò ad regimen ecclesie, vel muneris publici, de quo ageretur. opinio verò cõtendentium sufficere, q. dignus eligatur, licet alter dignior sit, intelligatur, quando ille isto electo, quò ad alia, vel alias virtutes dignior erat, sed non quò ad illud regimen, aut munus publicum, de quo agebatur. ipse autè electus tutus est in foro cõscientie, secundum sanctum Tho. in d. art. 3. Quid autem si ab inferiore electio facta fuit de persona satis digna, omilla tamen forma iuris, sed simpliciter & quasi ad morem gentium, vel iuris gentium? & magis est, vt talis electus sit tutus in cõscientia. Ita Innocentius in c. quia propter, de electione. & ibi Antonius Butrius, Dominicus à S. Geminiano in c. 1. de sponsalibus. lib. 6. Abb. Siculus in c. 1. in fine, de in integrum

2
Electus tutus est in cõscientia, si fuerat dignus, licet dignior non deesset.

restitutione. Petrus Anch. in c. beneficiu. q. 7. de reg. iur. in simili per Anto. Butriu in c. quia pleriq; de immunitate ecclesiarum. Panor. in c. porrectum. col. 2. de regularibus. post glos. 2. ibi. Nicol. Boe. decisione 1. nu. 13. probatur hodie apertè hæc doctrina per decretum sanctæ Synodi Basil. in c. 1. de elect. in proemio. ibidum dicitur, potissimum est S. Synodi studiũ vt tales eccl. præficiantur pastores, qui tanquã col. & c. Vbi principalis intentio est circa personas, quæ sunt eligendæ: secundaria & in subfidium circa formam electionis. & istud corroboratur per doctrinam beati Thomæ in secunda parte quzst. 96. vt ibi videbis. Ratio istorum ea est, quia solennia iuris in electionibus eò pertinent, vt idonea electio fiat, vt dictum est, ideo si satis idonea facta est, de solennibus non curandum quò ad Deum, qui optimè nouit veram rei existentiam. facit l. fi. C. de fideicom. §. fi. Inst. de fideicom. hæz. Neque ad rem pertinet, quod si actus infirmitas sit pœna. c. dispendia. §. fi. de rescrip. lib. 6. & c. cupientes. §. ceterum. versi. vel si personas. & c. si religiosus. de elect. lib. 6. & l. non dubium. & ibi communiter Doct. C. de legi. & l. turpia. & ibi Bar. in 1. nota. & Alexa. de lega. 1. & Franc. de Curt. iunior confi. 8. num. 1. Et ad pœnam si impositam ipso iure, tenetur quis in foro cõscientie. Vt tenuit Petrus de Anch. in repet. regulæ Possessor, de reg. iur. lib. 6. & Abb. Sic. in c. 1. de cõstitutio. & Petrus de Rauenna in suo alphabete in litera A. in prin. inchoante, an nullatio actus. Et sic, cum retractio & cassatio electionis propter formam perius traditam, non seruata, fiat ipso facto: vt d. c. quia propter. & etiã retractio, & cassatio electionis, propter formam à decretis Basilien. concilij traditam non seruata fiat ipso iure, vt patet in d. c. 1. §. deinde eligant, de elect. in pragmatica: videtur quòd talis electus non sit tutus quò ad Deum, & pro hoc dicit Bald. in l. nemo Martyres. C. de sacrosanct. Ecclesijs: quod quando per annullationem actus quis iure quzsto priuatur, vel inchoato, quzri tunc dicitur pœna, allegat Ioan. Andr. in c. fi. de elect. lib. 6. Sed dicendum est, quòd cõtaria procedunt, quando retractio & cassatio actus ipso iure fit in odium personarum actum explicatum, quia tunc est pœna, secus si retractio, & cassatio actus non fit propter odium personarum actus explicantium, sed in defectum solennitatis, quia tunc non est pœna: vt est glos. in c. 2. de constitutio. & ibi Abbas Sicul. voluit Domin. post Ioan. Andr. in d. c. fin. de electio. libro 6. & istam concor. dedit Bald. in d. l. non dubium. colu. 2. de legibus. vbi dicit, quòd respectu personarum sit pœna. allegat l. Senatus. ff. de contrahen. empt. & dictam. l. non dubium. & pro hoc c. si religiosus, de electio. lib. 6. Et quòd respectu omissionis modi, vel formæ, non sit pœna, allegat l. q. Romæ. §. Flauius hermes. ff. de verbo. oblig. & istam opin.

3
Pœna est infirmitas actus.

4
Cõscientie in foro an pœna ipso iure imposita, debeatur, ard. qõ.

5
Pœna non est actus irritatio quando nõ fit odium agendum.

Inno.

Innoc. & Bald. sequutus est Soz. in consil. 112. colum. 2. in princip. versu. vnde concludit Paulus de Leazaris, volum. 3. & etiam Ias. in l. si post diuisio. colum. 2. versicu. 2. & fortius. C. de iuris & facti ignor. & not. per Bart. in l. nemo potest. & ibi singul. Alexand. colum. 5. versic. item in quantum. Bart. ff. de legat. vbi quæ-
runt, an t̄ licitum sit retinere relictum in te-
stamento minus solenni. & quando honora-
tus certò scit se habere voluntatem defuncti,
tunc licitè in foro conscientie retinet sibi reli-
cta. Neque obest, quòd nullo iure sibi deberi
videantur, quòdque legitimus ab intestato
hæres ad omnia bona defuncti inuitetur à le-
ge. Nam id fit eò, quòd lex de defuncti volun-
tate, quando testamētum est minus solenne,
certa non est: sicq; in dubio inuitat legitimū,
non inuitatura si certò sciret honorarium in
minus solenni testamēto veram defuncti vo-
luntatem habere: tunc enim ei potius faueret,
quàm hæredi legitimo: quandoquidem so-
lennia testamēti ad nihil aliud desiderantur,
quàm ad certam defuncti voluntatem haben-
dam. l. fin. C. de fideicommiss. Sic ergo & so-
lennitas electionis ad nihil aliud desideratur,
quàm ad habendam electi idoneitatem. vnde
sille satis idoneus sit, tunc solennitatis præ-
termisio in foro cōscientie non nocet, etiam
si annullatio à lege ipso iure inducatur. & per
hoc electus omni iure destitutus videatur. Nā
si de iuris idoneitate lex certa fuisset, eū pro-
pter defectum solennitatis in electione præ-
termisissz minimè destituēret, sed potius inui-
taret: sicq; pro inuitato habetur: argum. d. l. fi.
iuncta Gloss. communiter ibi, & vbi que ap-
probata, in l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis. Et
quia t̄ vbi finem adepti sumus, tunc de me-
dijs ad finem requisitis non curamus. l. 1. §. fi.
ff. de dote præl. iuncta l. non cogendum. §. Sa-
binus. ff. de procuratoribus. l. hæc stipulatio. §.
diuus. ff. vt legatorum nomine caueatur. Stat
ergo quòd electus minus solenniter, est tutus
in foro conscientie, Primum quando lex nō
inducebat nullitatem electionis ipso iure,
Deinde etiā si eam induceret ipso iure, quāuis
talīs nullitas pœna reputetur: quia pœnæ in
foro conscientie non ligant. Glo. est celebris
in c. fraternitatis. 12. q. 2. de qua fecit test. do.
Abb. in c. Raynald. de testa. & in c. 1. de consti-
tut. & in c. si egressus. de iniur. & in c. quia ple-
rique, de immu. eccl. & in c. audiuius, de simo.
& in alijs locis. Facit quod voluit ipse in
c. 1. de custo. eucha. & facit quod habetur in c.
sicut. & in l. 3. de iure iurand. & ibi Bald. dicit,
quòd censura ecclesiastica non curat de pœ-
nis ciuilibus, sed de iuris restitutione. & alleg.
Gloss. in d. c. fraternitatis. & illam Gloss. pro
sing. allegauit d. Ant. de But. in d. c. quia ple-
rique. & in c. 1. de dolo & contu. & in c. 2. de re-
script. Ludo. Roman. in rubr. ff. de acquirend.
hæred. Petrus de Ancha. in c. 1. de consti. lib. 6.
vbi dixit, quòd ius t̄ competens ad vindictā

6
Cōscientie in
foro an reti-
neatur reli-
ctū in minus
solenni vo-
luntate.

7
Fine adepro
de medijs ad
finem requi-
sitis non cura-
mus.

8
Vindictæ ius
competens nō
debetur de iu-
re Canonico.

non habet locum de iure Canonico, & alle-
gat d. Gloss. in c. fraternitas. Bald. in l. post de-
sertionem. C. de fur. quòd fur t̄ non tenerur
in foro conscientie, nisi ad restitutionem rei
furtiuæ. & alleg. gloss. in d. c. fraternitas. ean-
dem gloss. allegauit Bald. in l. iubemus. §. fa-
nè. C. de sacrosanct. Eccl. & in authen. ad hæc.
C. de vsur. & in l. id quod pauperibus. C. de
Episco. & cler. & quæ sit ratio, vide d. Abb. in
d. c. Raynal. & in d. c. 1. de consti. Ludo. Rom.
in repe. rubric. de arbi. in fin. verbis, vbi alleg.
gloss. singu. in d. c. fraternitatis. quam secun-
dum eum facit sing. Bald. in extractis. Gloss.
decreti, dicens t̄ pœnas dupli vel quadrupli
ob fructum à iure ciuili inductas, iure Cano-
nico minimè peti posse. Idè dixi in d. c. sicut,
vbi text. dicit, vt occupata restituat, non dicit
pœnam quadrupli reddat. & vide Abb. in ru-
bric. de appell. in fin. vbi allega. d. Gloss. & in
c. tua, de vsurp. in fi. & Abb. post Goff. & Do-
cto. in c. dilecti. per gloss. fin. ibi, quæ allegat
illum text. de arb. per Felynum in c. audiui-
mus, de simonia. Philippus Decius & Hieron.
Cagno. in l. quod à quoquam. ff. de regu. iur.
idem Decius in c. 1. colum. 8. de constitutioni-
bus. Pœna t̄ tamen incurra & commissa pro-
pter solennitatem non seruata in electione,
non debetur in conscientia: quando electus
erat idoneus, etiam si ea pœna ipso iure impo-
neretur, vt suprā ostendimus: quamuis con-
trarium sentiat Panormitan. in d. c. dilecti. &
Corsetus, vbi suprā. & Decius & Cagnolus in
d. l. quod à quoquam. Corsetus verb. pœna.
14. in suis sing. Abb. in c. 1. de const. & Gloss. d.
c. fraternitatis. sequuntur Didacus de Segu-
ra, in l. filius dum in ciuitate. & ibi Didacus
Perecius ad Seguram num. 15. ff. de verborum
obligat. Gomecius in §. ex maleficijs. Insti. de
acti. nu. 14. Felynus in c. audiuius. de simo.
colum. 1. Bald. in l. 1. C. de vecti. licet contra
Gloss. teneant Dominicus Sotus lib. 1. de iust.
& iur. 22. q. 5. Alphonsus Castren. de potesta.
leg. pœna. Henricus Gandau. quodlibet. 3.
quæst. 22.

Deniq; contra superiora, vt pœna debeat
ipso iure fortiter arguitur. Is, qui t̄ natu-
raliter obligatur, obligatur etiam in foro ani-
mæ, hæc est vera & communis opinio docto-
rum in loc. sup. citatis. naturaliter autem ob-
ligatur quisque ex consensu suo. l. 1. ff. de pac.
l. 1. ff. de const. pecu. l. sub speciei. C. de postu-
lan. §. per traditionem. Insti. de rerum diu. l. 5.
§. Imperator. ff. de solu. l. 1. ff. de nouati. Nec du-
bium est, quin consensum legibus Reipubli-
cæ pœnalibus vnusquisque ciuium dedisse vi-
deatur: non secus quàm reliquis legibus. l. Im-
peratores. ff. de iur. fisc. l. fin. C. ad legem Cor-
nel. de Sicar. dixi plenè de succ. crea. lib. 1. §. 10.
ad fin. num. 665. Id quod patet ratione perspi-
cua. Nam vt in omni contractu & pactione,
idè inuicem obligamur, quòd rei conuentæ
& pactæ cōtrahentes consensum præbuius,
sicque

9
Fur non tene-
tur in consci-
entia ad pœ-
nam.

10
Pœna dupli,
aut quadri-
pli, an peti
possit de iure
Canonico.

11
Tenentes pœ-
nam ipso iure
irrogatam de-
beti in consci-
entia.

12
Legalis obli-
gatio vnde
descendat.

sicque pactum dicitur duorum pluriūve in idem placitū & consensus, d. l. 1. ff. de pact. cū simil. suprà allegatis. ita & lex nihil aliud est, quàm omnium ciuium placitum & consensus, vt à reliquis hominum conuentionibus & contractibus in specie minimè differat, aut in materia producibili seu origine, sed tātum in numero personarum, quia plerunque contractus fit à paucioribus, lex autem à pluribus, quamuis non raro contrarium contingere & possit & soleat.

Quid enim si contractus fiat inter duas magnas seu numerosas communitates, aut ciuitates, & lex fiat ab oppidulo quodā? aut quod etiam inter centum aut fortè mille priuatos homines contractus fiat, & lex fiat ab oppidulo quinquaginta tantū municipiū? in his sanè speciebus, & similibus, tā lex, quàm contractus erit multorum hominum in idem placitum & consensus, & tamen inter plures is contractus, quàm ea lex celebrabatur. scitè ergo Iureconsultus in l. 1. verb. communis Reipublicæ sponso. ff. de legibus. dixit, legem nihil aliud esse quàm Reipublicæ (hoc est omnium ciuium) mutuam inter se sponsonem & promissionem, seu pollicitationem, sicq; eos ex suo consensu legem ferentes obligari, non aliter atque contrahentes. Nam & ex diuerso ipsimet contractus hac ratione leges appellantur quò ad ipsos contrahentes. l. legem quam dixisti. C. de pact. l. contractus. ff. de regulis iuris. c. contractus. eodem titu. lib. 6. l. 1. §. si conuenerit. ff. de depositi. cum simil. dixi de succ. progressu in pzf. lib. 1. ad prin. Cū ergo ex contractibus consensu nostro obligemur, & sic naturaliter, par est, vt pœnis legalibus obligemur in conscientia foro, non aliter atque eo in foro obligamur ex quolibet contractu & conuentione. Neque ad rem pertinet quod leges hodie plerunque non tam à nobis quàm à populorum regentibus fiant, quandoquidem illi mandatum, & commissio, ordinem, & consensum populi habere intelliguntur, sicque est perinde ac si ab ipsis ciuibus fieret, non aliter atque quisque priuatorum ex contractu procuratoris aut mandatarij sui obligatur, non secus quàm si per semetipsum contraheret, vt per totum titulum ff. & C. & in Decret. de procurat. & Inst. per quas pers. agere poss. & ff. & C. mand. Et sic olim lex fiebat Consule interrogante, & reliquis omnibus ciuibus cōsentientibus, respondentibus, & applaudentibus. §. lex. Instit. de iure nat. c. lex. 4. dist.

Quid dicendum? & sanè † in pœnalibus legibus obligatio huiusmodi esse, idque tacite actum fuisse intelligitur, vt legis transgressores ad patiendum duntaxat, non etiam ad faciendum teneantur, sicque non tenentur sese deferre aut accusare, aut cōtra semetipsos executionem facere: argumentum dicta l. Imperatores. ff. de iure fisci. d. l. fin. C. ad legem Cor.

de fisa. docet Sotus de iust. & iur. lib. 1. q. 6. art. 1. vt enim nemo inuitus alterum accusare compellitur, ita & longè minus se ipsum accusare, compellendus est, quia maiorem cognitionem secum habet, quàm cum alio. l. vn. C. vt nemo inuitus agere, vel accusare cogatur. iuncta l. vt vi. ff. de iust. & iure. & iuxta illud Domini, Nemo te accusat mulier, &c. Nam & similiter in obligationibus, quæ ex contractibus descendunt, obligatus non tenetur vltro offerre, sed spectare potest, vt aduersarius petat & interpellet. l. Iulian. §. offerri. ff. de act. emp. secundum quæ, is, qui contra legis præceptum nixus est, & si pœnz sese obligasse videatur, tamen est improprie vel non simpliciter & absolute, sed veluti sub hac conditione si accusatus fuerit & condemnatus, & executio cōtra eum facta per magistratus fuerit, neque enim sese deferre aut accusare vltro tenetur. Quinimò etiam si iudicis sententia condemnatus fuisset, adhuc ipse non tenetur executionem contra se facere, sed tantum sese patientem & morigerantem accommodare, & pati paratum. Ergo verissima est sententia Glo. d. c. fraternitatis, existimantis talem pœnam in foro animæ non deberi, siquidem accipiantur in hunc sensum, vt nō teneatur legis transgressor pœnam incursum aut commissam vltro offerre, sed tantum se ad patiendum paratum esse & przbere.

Vnde non obscure defluit, suspectam † esse sententiam communem, & à plerisque nostrorum receptam, vt iam retulimus, existimantibus, diuersum esse quando pœna induceretur ipso iure, aut ipso facto, cum constare debeat etiam si ipso iure aut ipso facto pœna irrogetur, idem fore. Nam adhuc non tenetur sese accusare, vel vltro pœnam offerre. nam & ex contractu ipso iure similiter iustus obligatus esse intelligitur, & adhuc nō tenetur vltro offerre. d. §. offerri. & etiam si illa verba ipso iure idem importent, q. sine iudicis sententia adhuc idem, quia etiā si re vera per iudicis sententiam damnatus esset, non teneretur executionem cōtra se facere, sed expectare posset, vt iudex eā faceret, vel facere, si mallet, desineret. nec illa interpretatio, q. verbū (ipso iure) & quotur iudicis sententia efficacior esse debet, quā ipsamet vera sententia, sed potius debilior. l. si filio quem. ff. de lib. & posth. Adde Corf. in singu. verb. pœna. 14. Barb. in c. Raynald. in fi. de testa. Abb. in c. 1. de const. qui com. opi. tenent Abb. in d. c. dilecti. Boeri. decis. 1. num. 16. Ancha. in c. possessor. de reg. iur. lib. 6. Rauē. in suo Alphabeto litera. annullatio. Abb. Sicu. in c. 1. q. 6. art. 8. de const. Sotus de iust. & iur. lib. 1.

Colligitur etiam magis suspectam esse opinionem Philippi Decij & Hierony. Cag. nu. 3. in l. quod à quoquam. ff. de reg. iuris, existimantium quod si † pœna legis transgressa erat iniusta, vel immoderata, non debeatur in conscientia, secus si moderata erat, sed nihil

³
Legalis obligatio est ad patiendum tantum.

¹⁴
Pœna etiam ipso iure irrogata non debetur in conscientia, contra communem opinionem.

¹⁵
Pœna etiam immoderata non differens ab alia quo ad hoc, vt in conscientia debeat, contra Decium & Cagnoll.

nihil est, quia in rebus suis quilibet est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mand. l. pe. C. de pac. l. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de verborum obli. etiam abutendo & prodigendo. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de pet. hzred. l. 1. §. & magis. verb. prodigit. ff. quz in fraudem pat. l. quia autem. in prin. & §. 1. ff. quz in fraudem creditorum. Vnde cum is legis transgressor huic legi pœnali, quo tēpore lata fuit, consensum prœbuerit, iam eo prœtextu, quod pœna fuerit immoderata, retrocedere non potest. l. sicut ab initio. C. de act. & obliga. nisi forte ea lex tam iniqua esset, vt ei ciues non tam verum consensum prœbuisse viderentur, quam vel erroneum vel violentum. id quod non raro accidit in legibus, quz à principibus fiunt, prœsertim dum imponunt ciuibz noua vectigalia & iniqua, neque ad bonum publicum necessaria: tunc enim eius legis transgressores ad pœnam in foro animz obnoxij non essent, & in foro contentioso nō iure eius legis executio fieri posset. c. erit autem lex. 4. distinet. dixi de succ. progr. lib. 1. in prza.

Apparet etiam suspectam esse differētiā, quam Philippus Decius & Hieronymus Cagnolus. 4. in d. l. quod à quoquam. idem Decius & Felynus in c. 1. de const. & ibi Panormit. faciunt, contententes † pœnam conventionalem deberi in conscientia regulariter, non sic in pœna legali, quia, in quiunt, conventionalis pœna ex consensu descendit, legalis verò non ita, sed cum & legalem pœnam ex vero consensu descendere edocti fuerimus, apparet hęc differentiam suspectam esse. Quinimò legales pœnz iustiores plerunque sunt, conventionales autem acerbiores, in legalibusq; plerunque est longè maturior deliberatio & prudentior quàm in conventionalibus. argu. l. humanum. C. de legib. & d. c. erit autem lex. ergo in conscientia non magis debetur conventionalis, quàm legalis, sicque vtroque casu transgressor legis, siue publicz, siue conventionalis, tenetur pati, si ab eo pœna exigatur, sed neutro casu in conscientia vel in foro contentioso tenetur offerre vltro, quia iuste potuit cogitare, quod Princeps, Respublica, vel pars, qui sciunt & tacent, vel dissimulant eam pœnam taciti condonasse & remisisse videantur, vt in simili aduertit Cagnolus, vbi supra, num. 9.

Apparet errasse Decium & Hieron. Cagnolus. vbi supra. & eundem Decium consi. 298. col. 1. Gloss. in l. non solum. ff. de rei vendi. & Corsetum singu. verb. pœna. dum † ipsi, si pœna conventionalis sit nimis subdura, negant deberi in conscientia, licet si esset moderata, agnoscant deberi. Quz differentia tuta minimè est, quia contrahentes in rebus suis habuerunt plenam potestatem & arbitrium, etiam ad abutendum & prodigendum (vt iam ostendimus.) sicque potuerunt sese pœnis acerbis obligare non secus quàm reliquis. nam etiam

seipsum potest quis alienare, perdere, vendere, seruum efficere. §. fin. Instit. de iure pers. l. si quis filio exhzredato. §. hi qui. ff. de iniust. rup. ergo is, si petatur pœna, eam przstare debet, nisi dolus, aut vis, aut error in contractu interfuit: sin minus non tenebitur offerre, faciunt, quz diximus supra, dum de pœna legali nimis dura ageremus. hic enim de conuentionali agimus.

Apparet etiam † quid respondendum sit in pœna, quz irrogatur à lege ei, qui damnum alteri dedit in incendio domus, vel vulnere, aut occasione serui, aut iumentum, & similibus. Quia in re receptz opiniones esse videntur, à nostrorum plerisque sequetes, primum quod si damnum dolo datum fuit, in conscientia teneatur ad pœnam legalem, nisi quatenus pœna excedat læsionem (vt si mihi damnum dedisti in centum, & pœna legis est bis centum) deinde vt idem sit si culpa lata damnum datum esset. Nam simili modo pœna debetur in conscientia, nisi quatenus læsionem excederet. Ita traditur per Hieron. Cagn. in d. l. quod à quoquam. ff. de regu. iur. num. 6. Felynum in c. audiuius, de simo. & voluerunt etiam Corsetus in singulari, verb. forum conscientiz. Felinus in c. sicut dignum, de homici. Roma. & Nicol. Pigno. ad eum singul. 106. Pridie fui. Aquensis in l. vt vim. colu. 5. ff. de iust. & iure. Philipp. Dec. in c. 1. colum. penul. & ibi August. Berò. num. 242. de const. Panor. in c. quoniam contra. nu. 31. de prob. quz communes opiniones suspectz nobis videntur ex superioribus. Primum dum negant in conscientia teneri ad pœnam legalem, quz modum læsionis excedebat, quando dolo fuit damnum datum. Deinde cum idem negant, quando culpa lata datum fuit, nam vtroque casu verius est suo ex vero cōsensu legi, quo tempore ferebatur przstito ipsum teneri: sicq; naturaliter & consequenter in foro animz obligatum, si quidem pœna petatur, licet si non petatur ad eam vltro offerendam minimè teneatur. Ergo etiam intra mensuram damni dati ad pœnam, vel, vt aptius loquar, ad damni restitutionem non tenebitur, si ab eo non petatur, aut non interpelletur, quod forte ipsa quoque communis opin. abnegaret.

Quid ergo si lex lata fuit antequam ille damnificator nasceretur? adhuc dixerim idē fore. Nam, qui in eo populo, vbi ea lex viger, vult socialem popularemque vitam agere, in necessariam consequentiam consentire videtur omnibus legibus ipsius. l. leges sacratissimz. C. de legib. l. 1. & 2. ff. eod. tit. iuncto c. ratihibitionem, de reg. iur. lib. 6. Nec distat is tacitus consensus ab expresso. l. certum. ff. si cert. petat. Ergo si is damnificator ad resistendum iudici potens esset, licet offerret iustam domini æstimationem, & quo residuum pœnz resisteret in foro poli non satisfaceret.

Quid

18

Pœna legalis si petatur, debetur in conscientia à damnis factore, etiam quatenus excedit iustā dani æstimationem, vbi interfuit dolus, contra communem opinionem. Idē si culpa lata, contra eandē opinionem.

16

Pœna conuentionalis non magni, nec minus debetur in conscientia, quàm legalis, contra Decium, Cagnolus et alios.

17

Pœna conuentionalis etiā nimis dura, non debetur minus, nec magis quàm si esset moderata, contra Accursium, Decium, Corset. & Cagn.

19
Pena pro dā-
no, leui culpa
dato, an de-
beat in con-
scientia, ar-
dua quest.

Quid t̄ autem si damnum leui culpa da-
tum fuit, aut etiam leuissima? & tunc p̄nam
in conscientia non deberi, communis opinio
est, secundum Romanum d. singul. 106. post
Innocentium in d. c. sicut dignum, cuius di-
ctum secundum Romanum est vnicum in
mundo. tenet Hieronymus Cagnolus in d. l.
quod à quoquam. nu. 6. Corsetus singul. verb.
forum conscientia. Andreas Barb. in c. Ray-
naldus, ad finem, de testam. Philippus Decius
colum. penult. & Augustinus Bero. in d. c. de
const. num. 24. 2. Nicol. Pigno. ad Romanum,
vbi suprā. Aquensis in l. 1. col. 5. ff. de legib. Fe-
lynus in d. c. sicut dignum. Idem in d. c. audi-
uimus. & in d. c. 1. de constit. Decius num. 31. &
ibi August. Bero. 224. in d. c. quoniam contra.
August. Bero. in c. dilecti. nume. 77. de arbi. &
Panor. in pluribus locis relatis per Corsetum,
vbi suprā. Sed hæc opin. minimè tenenda est,
quia cum in foro contentioso sine dubio is
damnificator si fuit in culpa leui teneatur tex-
iuncta sua Glo. communiter app. in §. præte-
rea. Inst. quib. mo. recontr. oblig. eumque illi
legi p̄nali ciues consensum præbuisse intel-
ligantur, superest, vt naturaliter, & sic in con-
scientia ad eam teneatur si petatur, sin minus
secus: quia vltro offerre non tenentur: qua eti-
am de re per Summam Angeli, verbo, p̄na.
versu. 19.

20
Pena pro dā-
no, leuissima
culpa dato, nõ
debetur etiã
in foro con-
tentioso, con-
tra Ludo. Ro-
ma. & Nico.
Pigno.

Ceterum quando t̄ leuissima culpa, læsio
facta fuit. Ludoui. Rom. vbi suprā, & Nicola.
Pig. ad eum tenent p̄nam committi in foro
cōtentioso, quod indubitanter est falsum, sic-
que crederem per incuriam dictum fuisse: er-
go eo casu longè minus in foro conscientia il-
le tenebitur. Pro nobis, quia incendium sem-
per fit per culpam saltem leuissimam, & ta-
men, qui non sponte alienam domum con-
bulsit, non tenetur. d. §. 2. & 3. Inst. quib. mod.
recont. oblig.

21
Penam etiã
in conscientia
creditor pete-
re potest, ar-
dua quest.

Postremo t̄ ipsam p̄nam creditor petere
tutus etiam in foro conscientia an possit, du-
bium est, id quod negat Philip. Decius colu. 8.
in c. 1. de constit. Contrarium tenet Hierony-
mus Cagnolus in l. quod à quoquam. ff. de re-
gu. iuris. & Paulus Parisius conf. 34. lib. 1. idem
Parisius consil. 19. lib. 2. & Philippus Corneus
conf. 69. lib. 2. idem Corneus consil. 28. colum.
fin. eod. lib. Hostiensis, Archi. Ioannes Andr.
Panormi. & alij communiter in d. c. 1. de con-
stit. quia qui facit autoritate legis, minimè
peccat. c. qui peccat. 24. q. 4. nisi ea lex esset per
missoria tantum, qualis est in terminis. l. Gra-
chus. C. ad leg. Iuli. de adulterijs. & hæc est ve-
rior & receptor opin. itaque huiusmodi p̄-
næ damnum p̄sis veluti sub hac conditione
in effectu debentur, si petierint & interpella-
uerint, & damnificatores sub hac veluti con-
ditione eas debent, si ab eis petantur. ratio
quia vt p̄na apposta ex lege conuentionali
quasi sub hac conditione debetur, si petatur. l.
si pacto quo p̄nam, cum ibi. not. C. de pact.

ita idem erit in p̄na descendente ex lege pu-
blica p̄nali. Similimū est in alijs quoq; con-
tractus articulis. nam partes t̄ etiam postquā
cofenserunt, ante factam tamen scripturam,
possunt p̄nitere, Paul. in l. contractus. num.
9. C. de fide instr. & in l. quibus idē. ff. de verb.
oblig. & in l. cum res. col. 2. C. de probat. Sozi.
conf. 17. num. 15. lib. 4. Communis est secundū
Boe. decisi. 48. num. 18. Alciat. in l. pactū quod
bona, ad fi. C. de pact. Contrarium tenet Dec.
in d. l. pactum quod bona. col. 3. & Curti. colu.
pen. Sed quando t̄ dicitur contractus fieri in
scriptis. & opin. Azonis est, vt dicatur quando
cōuentum fuit, vt exinde fieret scriptura, cō-
munis opin. est secundum Saly. in auth. sed
hodie, num. 5. C. si cert. pet. facit l. 6. tit. 5. part.
5. Verum hæc Azonis opini. communiter im-
probatur, secundum Couar. in c. relatum, in
pr. nu. 6. de testa. Alia est opin. Ioannis, quam
refert Glo. in d. l. contractus, verbo, in scriptis.
quando conuenit. & quod inde scriptura fie-
ret & aliter cōtractus non valerit. ista est opin.
communis secundum Sozi. consil. 173. libr. 2.
cuius rei ratio illa est, quia illa adiectio, vt ex
eo contractu scriptura conficeretur, potuit fi-
ri, vel eo animo vt scriptura ad rei probationē
utilis esset, vel eo animo vt ad substantiam ip-
sius contractus. Prior autem interpretatio ve-
rosimiliter est, cum scripturæ sui natura non
tam ad rerum substantiam, quàm ad rerum
probationem prodesse soleant ac spectare. l.
Publia. ff. de positi. & secundum hanc inter-
pretationem accipi potest tex. in in princ. Inst.
de emptio. & vend. qui in contrarium non le-
uiter vrget. Ergo quando partes voluerunt, ne
in contractu fieret scriptura (retenta superiore
opinione) eo ipso tacitè videntur intelligere,
vt interea ab illo consensu recedere liberum
sit: non aliter atque licet in contractibus in-
nominatis ante implementum, per totum
tit. ff. & C. de rerum permu. per totum ff. de
præscri. verb. & ff. de cond. cau. da. C. de cond.
ob causam. sicque vni recedere volenti, si alter
dixerit, cur improbè fidem conuentionis vio-
lare tentas, ille replicare iustè poterit, se mini-
mè fidem violare, cum inter eos id tacitè actū
videretur, vt quandiu scriptura non esset con-
fecta, tandiu is contractus non videretur esse
perfectus, sed tantum cœptus: sicque ille po-
tius ex diuerso videatur fidei violator, qui dū
licet alteri p̄nitere contra fidem conuention-
is hanc liber adimere properat, non ignarus
hanc tacitam conditionem resolutiuam eum
contractum habuisse, si non p̄niteret ante-
quam scripturā confecta ea de re fuisset. sic er-
go & p̄næ legales, de quibus egimus, hanc
tacitam conditionem si petantur recipiunt.

22
Pœnitentiæ
an locus sit an-
te scripturam
confectā quā-
do in scriptis
fit contractus
ardua quest.

23
Contractus
quōdo in scriptis
fit contractus
ardua quest.

SUMMARIUM.

1 Lex an obliget in conscientia? ardua q. & quid sit
sit p̄nalis?

O

2 Legum,

- 2 Legum, principum, & arbitratorum potestas non e-
greditur fines commissionis à populo datae.
- 3 Iurisdictio est propter vsu.
- 4 Imperium à Deo esse, vt intelligendum?
- 5 Pœna in contractu appositae quare leniat obliga-
tionem principalem? noua declaratio.
- 6 Lex pœnalis quare non obliget in conscientia.
- 7 Legulator non presumitur habere animum obli-
gandi ad pœnam æternam, sed ad solam tempo-
ralem expressam, vel arbitrariam.
- 8 Consensus reuocabilis non impedit pœnitere.
- 9 Lex canonica an obliget in conscientia?
- 10 Lex canonica non presumitur velle obligare ad
pœnam æternam?
- 11 Monachorum regula declaratur.
- 12 Lex canonica in materia pauci momenti an ad pœ-
nam æternam possit obligare?
- 13 Ius naturale & diuinum an semper obligent in con-
scientia?
- 14 Ius naturale & ius diuinum vt differant?
- 14 Paternum præceptum quatenus obliget filium.
- 15 Leges Hispana hic relate quod non obligent in cō-
scientia.
- 16 Legem principis aut reipublica secularis nunquam
obligare in conscientia.
- 17 Lex humana concordans cum iure diuino, vel natu-
rali, non inducit nouum ius.
- 18 Lex humana nunquam obligat transgressorem ad
peccatum siue sit pœnalis, siue non, & siue gra-
uis sit materia, siue non.
- 19 Lex pœnalis non obligat in conscientia, etiam si pœ-
nam imponat ipso iure, vel ipso facto, & etiam
si nullam defensionem reus possit habere, quod vl-
timum est contra nouiss.
- 20 Lex humana non potest esse iusta, nisi deriuetur à
naturalis, vel diuina.
- 21 Legis humana & diuina concursus.
- 22 Lex si vitiosa non est, noxia est.
- 23 Tucididis sententia.
- 24 Legum plurium intellectus.

CAPVT XXIX.

1
Lex an obli-
get in consci-
entia, ardua
q̄. Es que si
sit pœnalis.



EXAGESIMO OCTAuo, de
nique his proximum est, quod à
nostrorum plerisque receptum
video, aiunt enim, leges ꝑ ciuiles
obligare regulariter in foro ani-
mæ, si modò non sint iniquæ, &
latæ sint ab habente potestatem eas leges fe-
rendi. Ita Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuf.
Nico. Boe. decis. 1. n. 73. vers. quinimodò: Fely-
nus in c. 1. col. 11. de const. Hier. Cagnolus in l.
quod à quoquam. nu. 9. de reg. iur. ff. Andreas
Ifern. in titu. de pace iura. firm. in feudis. §. 1. &
Ias. in l. nemo potest. ff. de lega. 1. col. 18. ff. de le-
ga. 1. le. 2. Alfonso de Castro de potest. legis
pœnalis. c. 4. 5. & 6. lib. 1. Barba. consil. 46. nu-
me. 10. lib. 1. sanctus Thom. 1. 2. q. 69. arti. 4. &
2. 2. q. 60. art. 5. Archiep. Flor. par. 1. tit. 18. c. vn. §.

2. Syluester. q. 8. verb. lex. Gregor. Lupus in l.
16. titul. 1. par. 1. Andreas Barb. numer. 8. in c. fi-
lius, de testa. Ioannes Methina li. de rest. q. 36.
vers. quo præmissò. Curtius iunior consil. 12. q.
10. Paulus Parisius in simili consilio 34. lib. 1.
idem Parisius consil. 19. lib. 1. Dom. Sotus lib.
1. de iust. & iure. q. 6. art. 4. Ludo. Comesius in
§. ex maleficij. Inst. de actio. num. 14. Didacus
Segura in rep. l. filius dum in ciuitate. nume.
15. ff. de verbor. oblig. & Didacus Perechius ad
eū. Felynus in c. audiuimus. colu. 1. de simoni.
Bal. in l. 1. C. de vectig. commi. Hæc conclusio
variè intelligitur ex mente eiusdem commu-
nis doctorum opinionis. Primùm in legibus
quid vetantibus. Deinde etiam in legibus ali-
quid præcipientibus. Tertio idem etiã si quod
ea lex vel præcipit, vel vetat, non concurrat cū
eo, quod lege diuina præceptum, aut vetitum
est. Quarto etiam si non concurrat cum eo,
quod lege naturali præceptum aut vetitum
est. quoniam etiam si ea lex pœnalis sit. sexto idē
esse etiam si simus in legibus ciuilibus vel reli-
quis præceptis à principe sæculari editis, id q̄
plenè exprimit Alfon. Castr. d. c. 4. ver. 3. suã
opinionem, in fi. Qui acerbius, quàm decebat
inuehit in Ioannem Gerionē de vita spiritua-
li lect. 4. contrariam partem tuentem, cuius
sententia (iudice me) verisima est in princi-
pibus sæcularibus eorumque legibus ex defe-
ctu tam potestatis quàm voluntatis: cū alte-
rutrum deficere sat superue esset nedum vtrū-
que. Quod deficiat potestas patet ex nostra
principali opinione eiusq̄; fundamentis, qua
ostendimus, principatum ꝑ ad meram ciuium
vtilitatem non etiam ad vtilitatem regentiū
creatam fuisse: nec vllus modò sanus abnega-
bit, quin ipis ciuibus perniciosissimum esset,
si ad mortem æternam leges illæ aut præcepta
principi quibus ipsi iurisditionem dederunt
conuerterentur, contral. quod fauor. ff.
de legibus. l. non idē minus. C. de procura. l.
legata inutiliter. ff. de lega. illegata inutiliter.
ff. de adim. lega. Ergo deinde quia vt arbiter,
qui habet iurisditionem ex commissione &
concessione colligatorum, si ipsi colligato-
res eius præceptis non pareant, eos punire nō
potest, nisi intra terminos & mensuram sibi
ab eis cōmissam: & sic ea pœna tenetur cui ipsi
subdiderunt se se. l. cum antea, cum ibi not.
C. de arbitr. ita quoque princeps, cui se popu-
lus commisit, nec aliunde quicquam omnino
habet potestatis aut iurisditionis, legesq̄; ab
eo latæ nō potest aut possunt ciues punire aut
mulctare vltra terminos & mensuram potesta-
tis & iurisditionis sibi à populo datæ, vt su-
prà fuisse ostendimus, & tradunt omnes Doct.
per text. ibi in l. fi. ff. de iurisditione om-
iudi.

2
Legum, prin-
cipum, & ar-
bitratorum po-
rest. non ex-
greditur fines
commissionis
à populo datae

Præterea omnis ꝑ potestas est propter vsu, vt tradit doctif. Domi. Sor. de iust. & iur. li. 4. q. 4. articul. 2. ergo vt princeps sæcularis eius legis
Iurisdictio est propter vsu.

legis aut præcepti transgressoribus pœnam æternam infligere non potest: ita non potest quenkam ad eam obligare, à quo argumēto cùm Alfonso Castrensis, vbi suprà, se enodare non valeret, respondet quòd leges & principes Ecclesiæ habent potestatem à Deo concessam quòd ad iurisdictionem, sed non quòd ad executionem æternæ pœnæ, id quod attinet ad principes & leges sæculares adfirmare non tentauit, nec iure posset, quia † illud prouerb. c. 8. Per me reges regnant, &c. est perinde ac si diceret, quòd Dei ordinatione flumina defluunt, nascuntur fontes, crescunt segetes, germinat arbores, illuminat Sol, humectant Luna & Sydera, & hominum alij legunt, alij scribunt, alij arant, alij seminant, arborumque folia ventorum flatibus agitantur, catus captat mures, aquila columbas, canes lepores, & reliqua id genus innumera: vt suprà plenissimè disseruimus, ergo vt princeps voluntate Dei exercet iurisdictionem, ita & arbiter in exemplo suprà apposito sponte Dei exercet iurisdictionem: & tamen neuter eorum potest fines ac terminos à populo vel à colligatoribus præfixos excedere, quòd ad pœnas transgressoribus imponendas. Simillimum est, quod in §. fin. Instit. de verbo. oblig. qui aliquid se facturum etiam per solennissimam stipulationem promisit, cùm ad factum præcise compelli nõ possit secundum communem opinionem, & Docto. in l. stipulationes nõ diuiduntur. §. Celsus. per tex. ibi. ff. de verbo. oblig. l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudic. ad id quod stipulatoris interesset, duntaxat condemnandus est, & tenetur præstare, præterea nihil per d. §. fin. Instit. de verborum oblig. Vnde ibi consuluit Iustinianus, vt pœna pecuniaria promitteretur, si aduersus illud factum promissum (siue negatiuum esset, puta altius non ædificare, siue affirmatiuum, puta negotia gerere, fuisset) quid fieret significans planè quod præterea pœna æterna nulla manet, neque ad eam ille sese obligare voluit, sed ad temporalem duntaxat, vel expressam & conuentionalem, vel legalem (nempe interesse) qua in re mirantur Alphonsus Castrensis, & reliqui fortissimi Theologorum, quia, inquit, inducta † ad vnum effectum, non debent operari contrarium effectum. l. legata inutiliter. ff. de lega. l. legata inutiliter. ff. de adim. lega. l. non idèd minus. C. de procur. l. quod fauore. ff. de legib. sed pœna conuentionalis adiecta fuit, quòd magis promissio seruaretur, ergò non debuit adimere obligationem naturalem illius facti explendi, quæ inerat si ea pœna apposita non fuisset. Sed certe nihil miri aut noui, nam ex verohimilimente agentium lex hanc facit interpretationem, vt alternatiua ea obligatio sit, nempe vt vel illud factum expleatur, vel in eius detectum pœna præstetur: sicque ea præstita, sublata est, & nouata prioris facti obligatio. l. si

4
Imperium à
Deo esse, vt
intelligendū.

5
Pœna in con-
trañu apposi-
ta, quare le-
uius obliga-
tionem prin-
cipalè, nona
declaratio.

facto quo pœnam, vbi tradunt communiter Doctores. C. de pact. dixi in præfatione de success. progressu, num. 88. cum sequent. Vnde † similiter lex pœnalis nunquam obligat transgressorem in conscientia, quia tam ab ipsis ciuibus seu popularibus, quàm ab ipsis legislatoribus id actum videtur, vt vel ciues legi pareant, vel pœnam statutam subeant, non vt ad ytrumque teneantur: sicque disiunctim non coniunctim, alternatiuè non copulatiuè, quam rationem nec Theologi perceperunt, nec vllus, in cuius scripta inciderim. & iunge dicta in ca. præced. Quinimò tantum abest, vt legislator humanus subditos legis suæ transgressores ad pœnam æternam obligare voluisse videatur, quod potius omni cura, diligentia, studio, conatu prospicit, ne eorum animæ illaqueantur: & omnium legislatorum talem esse animum præsumendum est. l. quæ sub conditione, in principio: vbi textus egregius, sed à nostris nunquam hanc ad rem animaduersus. ff. de cond. instit. quæ ratio communis est, tam ad leges, & principes Ecclesiæ, quàm ad leges & principes sæculares: sicque in vtrisque idem in re dubia tenendum est, quod intelligo siue pœna legis transgressoribus definita expressim sit, siue non sit: quia legis transgressor semper manet arbitrio iudicis puniendus, quasi ad id, quod interest Reipublicæ, vt quemadmodum, qui ex contractu promisit se aliquid facturum, vel non facturum, si id non fecerit vel aduersus id fecerit, tenetur & damnabitur in eo, quod interest aduersarij, neque ad principale factum præcise obligatus intelligitur ciuilitè aut naturaliter, vt dixi suprà, ita, & qui præceptum legis affirmatiuum, puta vt tali nocte sit in vigilia vrbis, vel vt seminet agrum suum, vt ciuitas abundet frugibus, vel negatiuum, seu prohibitium (puta ne Syluæ suæ arbores excidat, vt ciuitas abundet lignis, neque quis aucupetur aut venetur) transgreditur, nõ tenetur ad id præcise, naturaliter aut ciuilitè, sed tantum ad pœnam subeundam si contrafecerit, siue pœna nominatim (vt plerunq; solet) definita fuerit, siue non fuerit, quia tunc iudicantis arbitrio plectitur aut mulctatur. & ita videtur sentire omnes homines illiterati quæ sunt in mudo, quibus assentiendum & contentiendum est, quia vox populi, vox Dei, & immutabilis videtur, vt diximus suprà. Et hoc plus placet, quàm quòd scripsimus, communes sententias sequuti. lib. 1. de succe. progress. in præfatione, num. 88. Sit ergò conclusio, transgressio facti à lege præcepti non obligat transgressorem. vel melius, Facti obligatio non est præcisa, intellige primò in obligatione ad factum ex lege conuentionali descendente. Deinde etiam in ea, quæ descendit ex lege Reipublicæ. Tertio intellige tam in facto affirmatiuo, quàm in negatiuo siue prohibi-

6
Lex pœnalis
quare nõ ob-
liget in con-
scientia.

7
Legislator
non presumi-
tur habere a-
nimu obligandi
ad pœnam æternam,
sed ad solum
temporalè ex
pressam, vel
arbitrariam.

tfuo. Nam facti appellatione & non factum continetur. l. stipulatio, in prin. ff. de verb. oblig. l. in facto. ff. de cond. & dem. §. pen. Instit. de nup. ibi, melius facerent si se abstinerent: Quarto intellige quod præcisè non obligat ad factum ciuilitè. Quinto intellige, quod non obligat etiam naturaliter. Sexto intellige, quod non obligat etiam in conscientia. Septimò intellige procedere, quando in defectum illius facti vel data illius non facti seu prohibitionis transgressione pœna definita fuit. Octauò intellige etiam si nulla pœna nominatim definita fuit, quia tunc succedit arbitraria. Nondò intellige quò ad transgressionem præcepti legalis, vel principalis laicorum. Decimò etiam quò ad transgressionem legis vel præcepti principalis ecclesiasticorum.

articulo 4. tradit quatuor conclusiones his verbis, conclusio (inquit) sic prima lex humana tam ciuilis, quàm canonica, si iusta sit, auctoritate viget; vique pollet obligandi subditorum conscientias. probatur; Lex omnis humana, vt dictum est, ab æterna per naturalem deriuatur: secundum illud prouerb. 8. Per me reges regnant, & legum conditores iusta discernunt: vbi, vt supra discernendo notauimus, priori membro designandi potestas diuinitus principibus collata, iuxta illud Pauli: Omnis potestas à Domino Deo est: posteriori verò prudentia, per quam leges condunt & executioni mandant. ergo ex eadem æterna lege virtus ad easdem subinde leges deriuatur, qua sint in conscientia apud Deum ipsum obligatoriz. Secunda conclusio, lex humana iniusta non obligat in foro conscientiz.

Tertia conclusio omiffa idem Sotus tradit quartam conclusionem in hæc verba: Tanquam fides catholica confitendum est, Ecclesiasticas sanctasque leges obligare in foro conscientiz genere suo sub reatu mortalis maculæ. Irrepsit enim olim Vualdensium error, postque Ioannis Vuicleff, eorundemque tandem legitimi hæredis Lutheri, quod neque in Pontifice Maxi. neque in tota Ecclesia potestas vlla est condendi aut articulos fidei, aut morum leges. sic enim habet vigesimus septimus eius articul. inter exhibitos ad Leo. quare, vt aiunt, sola illa mandata obligant in conscientia, quæ in Euangelio explicata sunt? extant autem apertissima testimonia, quibus isti confutantur, vt est illud Lucæ 10. Qui vos audit, me audit: & qui vox spernit, me spernit. & Matthæ. 18. Si peccauerit, &c. dic Ecclesiz, si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus, vbi compertissimum est iurisdictionem Ecclesiz designari. Item quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. & Ioannis 20. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: sicut misit me viuens pater, & ego mitto vos: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remissa erunt, & quorum retinueritis, retenta erunt. Quid euidentius quàm illic, vt ait Chrysof. collatam fuisse à Christo Apostolis ac subinde Ecclesiz potestatem, quam ipse attulerit à patre, eò præcipuè quod retinere peccata, functio est habentis potestatem obligandi, & Deutero. 17. Lex extat, quod qui non obediret sacerdoti morte moreretur. morte autem nemo plectitur, nisi ob graue peccatum mortale, ergo fortiori ratione lege noua, & Christus instituit, & Spiritus Sanctus gubernat, eadem est auctoritas confitenda. idque verba illa palam ostendunt Acto. 15. Visum est Spiritui sancto, & nobis nihil vltra imponere vobis, quàm hæc necessaria,

9
Lex canonica
an obliget in
conscientia.

8
Consensus reuocabilis non impedit pœnitere.

Istæ autem omnia iustificantur apertissime per omnes titulos & leges sub eis collocatas. ff. C. & in Decretalibus de rerum permuta. Nam † conuenit fortè inter me & te de permutanda mula mea pro equo tuo, postea equum offerenti tibi, vt mulam acciperes, dixi me iam penituisse, sicque nolle me promissa explere, dicit quilibet Theologorum iuris inexpertus, vt pacta seruare æquissimum & iuri naturæ ac subinde diuino consentaneum est. l. i. ff. de pact. c. i. de pact. l. i. ff. de const. præ. §. per traditionem. Instit. de rerum diuisita talem permutandi pactionem violare, turpe & tam iuri naturæ quàm canonico ac diuino contrarium videbitur, & obligationi naturali ex tali pactione ortæ contrarium. nos autem respondemus, ex tali pactione ortam minimè fuisse obligationem naturalem nec obligationem in foro conscientiz, aut de iure diuino, nec turpe esse, sed honestissimum talem pactionem non custodire, quia ex natura contractus à lege ei accommodata est, vt quandiu res integra fuit (hoc est quandiu vnus non impleuit ex parte sua & alter accepta uit) tandiu consensus præstitus intelligatur esse reuocabilis, sicque interim obligatio non oriatur de iure ciuili, aut canonico, aut naturali, aut diuino, ne aliàs cōtrahentes obligentur præter suam intentione & consensum, qui legum traditionibus videtur accommodatus. Simile in l. fin. C. de pact. simile in omnibus legibus, quæ sunt sub titulo ff. & C. de cond. ob cau. Simile in terminis tituli ff. de in diem add. Simile in terminis tituli ff. de lege com. Simile in terminis tituli totius ff. & C. de donatio. cau. mort. & in prin. Instit. de donat. Simile in l. 4. ff. de adimen. lega. Simile in mille exemplis, de quibus in l. videamus. 2. ff. de vsuris. dixi plenè libro 2. de success. crea. §. 12. numero 46.

Denique Sotus libro 1. de iustit. & iure. q. 6.

cessaria, &c. Re vera cum Ecclesia suis legibus obligare nos intelligat sub reatu mortalis culpæ, & Christus suam sit curam pollicitus, & Spiritus sancti regimen, quem ad hoc se missurum promisit à patre, ne in rebus tam arduis falli possit. certissima colligitur fides in hoc, eandem Ecclesiam non deseri, sed certa pollere autoritate obligandi, iam id demum de ratione finis. conuincitur enim uerò cum mortalium status nunquam sit fixus, sed pro temporum locorumq; diuersitate lubricè varietur, non satis Christus legibus à se positis Ecclesie in perpetuum consulisset, nisi potestatem reliquisset in Ecclesia nouas leges pro tempore condendi, quæ in suo ipsius diuino foro obligare valerent. hæresis autem hæc iam in concilio Viennensi, ut habetur clem. ad nostram. de hæret. & in Constantiensi, ac deinceps à Leone X. merito suo condemnata est.

Et hæc conclusio contra Gersonem verissima est, quod ad potentiam Ecclesie, verum quod ad voluntatem Gersonis sententia saluari potest, ut in re dubia, lex † noua Canonica, aut præceptum principis Ecclesiastici transgressores ad mortale peccatum obligare minime videatur. d. l. quæ sub conditione. sed ad pœnam duntaxat temporalem, vel certam si nominatim ea lege eòve præcepto definita fuerat, vel arbitrariam, si certa pœna definita non fuerat, ut & supra ostendimus, & in simili probauimus de succ. crea. lib. 1. §. 10. nu. 661. & non tam ex necessitate, quam dubitationis tollendæ causâ solent præfulum sanctissimi, dum noua præcepta fidelibus inducunt, declarare, quod non intendunt ad peccatum mortale, sed tantum ad pœnam temporalem transgressores obligare. & ita accipiendum est, quod † in regulis Minoritarum cautum est, dum in earum. capite seu exordio sic scriptum est: Regula nostra & constitutiones non obligant nos ad culpam, sed tantum ad pœnam, nisi propter præceptum vel contemptum, fateor quod Dominicus de Soto, ubi supra, & etiam Alfonsus Castren. aiunt, eam regulam argumento esse, quod nisi illa fieret adiectio, non posset non obligare ad culpam, sed id suspectum esse ex superioribus patet, eademque ratio est in omnibus præceptis, & constitutionibus collegiorum Salmanticensium, & Pincianorum, & Complutensium, & aliorum locorum, quæ varijs Hispaniæ constitutionibus canonicis reguntur, idemq; in reliquis collegijs, qualia Italiæ sunt, ut Bononiense & alia similia, & apud Gallos non pauca. nam plerunque earum constitutionum transgressores ad culpam non obligari, sed tantum ad pœnam temporalem, creditum est. fuitque semper & non raro disputatum, & huius semper fui sententiæ, dum essem in collegio diui Zebedei Salmanticensi, & hæc opinio utpotè humanior, amplectenda in dubio est. l. absentem. ff. de pœnis. l. antepenult.

10
Lex Canonica non prescribitur uelle obligare ad pœnam æternam.

11
Monachorum regula declaratur.

eod. tit. & quia animarum salutis fauorabilior, sunt personæ. ff. de religio. Denique & si Alfonsus Castren. & Dominicus Sotus, ubi supra, ingenti conatu contrarium defendant, tamen hæc est totius ynuerfi orbis communis sensus, quod ad homines loquor literarum in expertos, & talis populi vox immutabilis, & quasi Dei vox esse videtur, ut ostendimus supra. Nec Theologorum utcunque disertissimorum sententiæ hæc in re sunt (iudice me) multi faciendæ, quia quid sit lex humana, undeq; originè traxerit, ipsi ignorant. (ut plene ostendimus de succ. progr. in præfa. & aliquid supra artigimus) unde quales sint legis humanæ effectus percipere nequeunt.

Sit ergo conclusio prima, lex Canonica potest subditos obligare ad peccatum mortale. Secunda, lex Canonica in re dubia subditos ad peccatum mortale obligare non videtur, nec id intendit, fallit quando id in ea lege expressum fuit rationabili de causâ. fallit secundò, quando grauitas, & magnitudo materiæ id suadebant, secundum Sotum, de iust. & iur. lib. 1. c. quæst. 6. art. 4. Quod si leuis esset materia, parumque necessaria, tunc etiam si legislator exprimeret transgressores mortaliter peccare, non auderem firmare ad peccatum obligare, quia tunc ea lex non tam ad ædificandum, quam ad nocendum lata videretur, potestasque à Deo concessa ad utilitatem subditorum in eorum necem conuerteretur, quod esse non debet, ut habet conclusio nostra princip. & eius omnia fundamenta, præsertim cum pœna sit culpæ commensuranda, ut pluries diximus. Vnde Horatius: Adsit, inquit, regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas. ergo bona fides non patitur, ut pro re leui pœna mortis æternæ imponatur. Lex humana ciuilibus similiter in re dubia, non obligat in conscientia ad culpam, sed tantum ad pœnam ea lege transgressoribus definitam, vel ad arbitrariam: fallit fortè ubi grauitas, & magnitudo materiæ id suaderet, idque siue ut in conscientia obligaret à superiore expressum tunc esset, siue non, (cuius expressio quando materia leuis esset, nullius momenti foret) fortè, idè dixi, quia quando † materia esset ita grauis, vix est, ut transgressor illius legis non videretur esse transgressor iuris, vel diuini, vel naturalis, & alterutrius iuristrasgressio induceret peccatum mortale, prout in iuris diuini trasgressione Sotus & Alphons. Castren. & Gerson. & reliqui omnes iam commemorati id admittunt, & est indubitatum in trasgressione iuris naturæ, sed id negat Gerson, ubi supra, sed non iure, ut nobis videretur, quia † omne ius naturale est ius diuinum, licet ex diuerso, non omnium eius diuinum sit naturale, cum in multis sit supernaturale, (quale est in cunctis sacramentis Ecclesie) sicque ius diuinum, & naturale differunt inter se tanquam genus & species, nam quicquid est iuris natu-

12
Lex Canonica in materia pauci momenti an ad pœnam æternam possit obligare.

13
Ius naturale & diuinum an semper obliget in conscientia.

14
Ius naturale & ius diuinum ut differant.

naturalis, ergo est iuris diuini, bona cōsequen-
tia est. nam econtrā patetque, nam ius natu-
rale est, quod natura, hoc est, Deus, omnia ani-
malia docuit ab ipsa origine & natiuitate. l. i.
ff. de iust. & iur. in princ. Instit. de iure nat. c.
ius naturale. i. distinct. & suprā plenē. Et Vir-
gilius Eclog. 3. ait:

————— *Iouū omnia plena.*

Et Lucānus bell. ciuil. lib. 9. ait:

Iuppiter est quodcunque vides quocunq, moueris.

Idem Virgilius 4. Georg.

————— *Deum namq, ire per omnes*

Terrasq, tractusq, maris, calumq, profundum.

Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarū.

Quemq, sibi tenues nascentem arcescere vitas:

Vides ergo, vt quod Iureconf. dixerunt à
natura omnia animalia ius naturale edocta
fuisse, id Poëtæ & Philosophi declarant esse à
Deo: sicque hoc casu Deum & naturam pro
eodem sumi. Ergò si parentes filios suos
cū eius ætatis sint, vt se tueri nequeant, de-
sererent: vt facerent contra illud præceptum
& documentum naturale, quo iuuenur li-
beros educare, vt dictis iuribus. ita quoque
contra ius diuinum fecisse, & consequenter
mortaliter peccasse, videntur, & cū parenti-
bus obedire, sit iuris naturalis præceptum. l.
veluti. ff. de iust. & iure. filius qui præceptum
patris non custodierit, peccabit mortaliter,
quia similiter est iuris diuini præceptum, eo
ipso quod est iuris naturæ, ed amplius cū
specificè & formaliter sit etiam Dei præceptū
in Decalogo contentum. Quid ergo si pater
meus iussit me quid vel iniquum, vel leue, q,
ignauia, vel incuria prætermisi, peccarem ne
mortaliter? & sanè totus mundus omniumq;
populorum voces, quæ sunt Dei vox (vt dixi)
opinantur contrarium, ergò quam distinctio-
nem in principibus & legibus fecimus, ean-
dem vt hîc faciamus oportet. Nam hi omnes
casus exequantur per d. l. veluti. vt sic ex in-
tentione præceptum dantis & accipientis hæc
res iudicanda sit, voluntas animusq; ex ma-
gnitudine velleuitate materiz subiectæ tru-
rinanda & expendenda sit. & tenendum est,
patrem † familiam obligare posse suos liberos
ad mortale, vt si rem illis eximij ponderis æ-
quissimè & seuerissimè præciperet. nam &
eorum potestas à Domino Deo est, nimium
præcipiente liberis honorare parentes, vnde
August. super Psalm. 70. vbi iubet pater, quod
contra dominum non sit, sic audiendus est
quomodo Deus. & Salom. Prouerb. 6. Cōser-
ua fili mi præcepta patris tui. & Apostolus ad
Roman. 1. alijs criminibus annumerat, non
obedire parentibus. super quibus verbis Am-
brof. Quanta, inquit, insolentia arrepti sunt,
vt neque parentes suos, quos auctores in na-
tiuitate habēt, agnoscerent, hoc enim esse sine
intellectu, sine charitate, s. Dei. peccatum au-
tem charitati Dei aduersum, mortale est. &
Deuteron. 21. Pœna mortis decernebatur filio,

14.
*Paternū præ-
ceptum qua-
tenus obliget
filium.*

qui contumax esset, & proteruis, nequē atri-
diret patris, aut matris imperium, & coërci-
tus obedire contemneret. verba sunt legis.
quin verò, & inter omnes naturales obedien-
tias, vt i. Poli. Arist. docet, hæc est prima, quæ
parentibus debetur.

Ergò aut loquimur de lege diuina, aut na-
turali, aut canonica, aut ciuili, aut patrisfam.
aut domini, aut patroni, aut mariti, sicque
sunt octo casus: Primo casu transgressor sem-
per tenetur ad culpam mortalem, quia diui-
na præcepta, quæ habemus formalia, sunt ita
iusta, vt eorum contrarium non possit non es-
se malum. Secundo casu idem, quia præcepta
naturalis iuris sunt ita iusta & necessaria, vt
eorum contrarium non possit non esse nefa-
rium. Quid enim sanctius quàm patriæ & pa-
rentibus obedire? liberos educare? eosq; le-
gitimè procreare? societatem quasi diuinæ, &
humanæ domus per legitimam maris, & fœ-
minæ coniunctionem contrahere? l. i. ff. de
iust. & iur. l. veluti. eodem titu. l. vt vim, eo. l.
i. ff. de ritu nupt. in princip. Instit. de nupt. in
princip. Instit. de iure nat. cum fusc suprā ad-
ductis. Tertio casu, quia præcepta canonica
quot futura, aut qualia forent, definitum nō
erat aut esse poterat, par erat, & est, vt trans-
gressores ad culpam mortalem non obligent
regulariter, fallit vt suprā. Quarto casu idem,
& fortius eadem ratione. Quinto casu idem,
& fortius eadem ratione, nam qualia patris-
famil. in liberos præcepta forent, in comperto
esse non poterant. adde egregium textum in
l. si quando. §. illud. C. de inoffic. testam. vbi
meritis magis filios ad obsequia paterna pro-
uocandos, quàm pactioibus astringendos,
(si pœnis.) in reliquis tribus casibus non ea-
dem, sed aliquantulum similis ratio est, erit-
que ius aliquantulum, sed non ex toto di-
uersum.

Illud expeditum est in his omnibus specie-
bus, transgressio legis vel iusti præcepti, si fiat
ex contemptu superioris, obligare ad culpam
mortalem. argum. l. veluti, suprā alleg. c. 2. de
maio. & obed. estq; communis opin. doctorū
suprā relatorum. quod si non fiat, nisi ob igna-
uiam fortè aut ob aliam cupiditatem non il-
licitam. quale est, vt quis lucrum faciat ex li-
cita negotiatione, vel vt expleat animū suum
ex non reproba voluptate (si verum loqui fas
est) nō possum inuenire aut excogitare quod-
piam exemplum, in quo transgressio præcep-
ti siue principis sæcularis, legisve sæcularis,
vel patrisfam. obliget ad pœnam æternam. sed
tantum ad temporalem vel expressam, vel ar-
bitrariā, nam si quod ea lege aut principe iu-
betur, ita bonum erat, vt eius contrarium ef-
fer illicitum, aut nefariū: id lege vel naturali
vel diuina cōprehensum inuenietur: sin autē
non erat ita noxium satis superq; esse deberet
pœna temporalis. Quid enim † si lex iubet, ne
nocte per urbem deambulantes, enses aut

15
*Leges Hispanie hic rela-
te quid non
obligent in
cōscientia.*

micro-

16
Legem prin-
cipi aut rei-
publice secu-
lari nunquā
obligare in
conscientia.

inuctōnes secum ferant? & Dominicus Sotus d. art. 4. sentit obligare transgressores ad culpam mortalem. nos contra, sed tantum ad temporalem. & nobiscum sentit omnis turba Hispanorum, qui sunt literis inexperti, cuius populi vox (vt dixi) vox Dei est, nec vllus Hispanorum putat, se in illius legis transgressione ibi vigentis peccare. Quid si † verat arma extra fines regni exportare? Quid si aurum & argentum? Quid si pecuniam numeratam etiam æream? Quid si equos? quid si mancipia? quid si mulabus equitare, aut vestes auro decoratas, & ostro gestare? in omnibus sanè his speciebus, & similibus, quæ legibus Hispanorum sunt comprehensæ, satis superque esse debet pœna temporalis expressa vel arbitraria, cuius metus efficit, vt homines ab istorum transgressione abtineant. l. 1. ff. de iust. & iure. Neque hæc ad res necessarius est metus pœnæ æternæ, vt probè experti sumus, qui iuri dicendo, & Reipublicæ administrationi præsumus, dicit id quod theologi harum rerum inexperti nosse non possunt. præsertim, quia tēpore rogatur lex, & acceptatur à ciuibus, vel principib. commissio ad has res, & similes datur, omnes ciues huius animi esse videtur, est que obligatio alter natiua, vt vel legi pareatur vel pœna temporalis patienter subeatur: nec vltra eorum intētionem ad pœnam æternam potuerunt obligari. l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. cum latè supra adductis. Vnde cum vt poëta cecinit, vt sit (inquit) magna tamen, certè lenta ira deorum est, certè quisque non fuerit omnino rerum inexpertus, intelliget homines à delictis communibus, non tam diuinæ æternæque pœnæ metu arceri quàm metu pœnæ temporalis. vnde ad æternam mortē, & pœnam homines obligare ob regimen reipublicæ neq; expedit, quia hanc ad rem efficaciores sunt pœnæ temporales, neq; iustum est, quia ea pœna excederet mēturam delicti, neq; fieri potest à principe sæculari, vel patre, vel lege ciuili, quia subditi quo tempore potestatem dederunt principibus, & Reipublicæ, non tam latam dedisse videntur, & tunc demum ad pœnam æternam, & immensam homines obligantur, quando offensa fuit immensa, quia contra Deum eiusque præcepta itum fuit, vel contra ius naturale, quod idem est, quod ius siue diuinum, siue naturale, si lege vel principis sæcularis præcepto repetitum sit, non desinit esse ius diuinum aut naturale: nec efficitur ius ciuile, quia tūc princeps non tam ius nouum fecisse quàm quod antea erat repetisse videretur, vt not. per Fern. Loazes in confi. pro Marchi. de Velez, pag. 419. num. 52. Nec tunc † est lex aut ius ciuile, sed diuinum eiusque cōfirmatio aut naturale secundū eum. Bart. in l. de quibus. ff. de legib. Angelus in l. ius ciuile. ff. de iust. & iure. per tex. ibi. l. 1. §. 1. ff. ad leg. Fal. & ibi gl. Matth. Afflic. constit. Si- ciliz, incip. de quæstionib. 2. not.

17
Lex humana
concordans
cum iure di-
uino, vel na-
turali, non in-
ducit nouum
ius.

Denique omnia cēsēntur permissa, quæ nō reperiuntur expressim prohibita. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quibus. cau. maiores. l. libertas. ff. de statu ho. §. libertas. Inst. de iure pers. sicq; omnia, quæ libuerint nobis permissa esse, intelliguntur: siue faciendo siue negligendo, & omittendo, fallit in solis præceptis diuinis aut naturalibus, tam imperatiuis, quàm prohibitorijs: in quibus comprehensa si violauerimus, diuini aut naturalis iuris rei esse videbimur quò ad pœnam æternam, siue ea præcepta mandato, aut iussu quoq; humanæ legis, vel principis repetita & confirmata sint siue non sint: licet quando eis humanæ legis, aut principis præceptū adiungitur quasi crescente contumacia & pœnæ æternæ aliquantulum magis rei & obnoxij videbimur, & pœna temporalis præterea accedit, vel expressa, vel arbitraria. Quod si legis humanæ, vel principis iussum sub præceptis diuini, aut naturalis iuris minimè comprehensum, quod consisteret in faciendo, vel omittendo, violauerimus, non tamen ex contemptu, tunc, quia remoto hoc humano præcepto, ea transgressio erat de genere permissorum & naturalis libertatis, ac laxitatis humanæ, sat superque esse debet, vt pœnæ, vel expressæ, vel arbitrariæ, rei siamus, absque eo quod æternæ quoque pœnæ subijciamur, nisi fortè summopere graue & necessarium esset tale præceptū, quo casu vix est, vt in præcepta diuina, aut naturalis iuris, vel gentium non recideret. nam ecce res meas alienare liberum est mihi. l. nemo. ff. de pa. & §. per traditionem. Institu. de rerum diu. sed si quo tempore ciuitas nostra bello premebatur & periclitabatur, me armis & equis abundantē iussit lex aut Princeps ne isthæc in forenses alienarem, vel id generaliter quò ad omnes conciuēs iussit: tunc si contrarium a usus fuisset, non temporalis duntaxat pœnæ, sed fortè æternæ quoque reus fierem, quia non solū hanc legem humanam modò positam, sed & legem naturalem, qua tenemur periclitantibus subuenire, & alteram diuinam & naturalem, qua tenemur, quod nobis nolumus, id alteri non facere, quod præceptum tam generale est, vt si lex humana iusta sit, eius transgressor in id præceptum (Quod tibi non vis alteri non facias) non possit non incurrere, & etiam in aliud præceptum iuris naturalis & gentium, quo iubemur fidem expressim, vel tacitè datam obseruare. c. 1. de pa. & l. 1. ff. eo. titu. l. 1. ff. de const. pec. nam qui vitam socialem & popularem elegit, is tacitè id egisse videtur, vt ei vtilia arcescere & noxia remouere curet: non violata tamen totius generis humani cognatione, ad quam iure naturæ tenemur. l. vt vim. ff. de iust. & iu. vnde Virg. sic cecinit:

Rex Iuppiter omnibus idem.

Et Ouidius:

Omne solum forti patria est.

○ 4

Paula-

18

Lex humana nunquam obligat transgressorem ad peccatum, siue sit pœnalis, siue non, et siue grauius sit materia, siue nō.

Paulatim ergo eo delapsi sumus, vt † nihil interesse existimemus inter leges humanas pœnales, & non pœnales, quod ad obligandos transgressores ad peccatum: quandoquidem, quæ lex non habet pœnam expressam, eam habet implicitam arbitrio iudicis imponendam. Item quod earum transgressor nunquam sit peccati mortalis reus ex vi & virtute solius legis huiusmodi, sed etiam idque potissimum & per prius, ex vi iuris diuini naturalis, aut gentium, quod implicite pariterque violatum reperiatur. id quod partim accedit ad mētem Gersonis, vbi supra, & Almain. de potest. eccl. c. 12. & Caietani per Sotum, vbi supra, relati. partim verò accedit ad opinionē ipsius Dom. Soti & Alfon. Castr. & aliorum Theologorum & Iurisperitorum. nostras conclusiones amplia, etiam si lex † illa pœnalis pœnam imponat ipso iure. deinde amplia etiam si pœnam imponat ipso facto. nam etiam his casibus in foro contentioso non tenetur delinquens bona sua vel pœnā deferre fisco quasi suimet delator, vel accusator, vt ex communi & veriore opin. iam retulimus, & diximus de succ. prog. in præf. num. 98. v. r. si. simillimum est. Quibus adde, idem tenere Doct. Dom. Sotum de iust. & iure lib. 1. q. 6. art. 6. cuius omnia fundamenta ed tendunt, vt procedat hæc opini. quando delinquens potuit habere aliquam defensionem, aliter enim si nullam habebat, nullo iure videtur bona olim sua iam post delictum in dominium fisci ipso iure trāsata, retinere. nos autem etiam hoc casu defendimus eum non tenere sese deferre, posseque bona sua retinere tutus in foro animæ per rationes ibi à nobis redditas.

20

Lex humana non potest esse iusta, nisi deriuetur à naturali, vel diuina.

Denique nostræ conclusiones quod attinet ad hoc quod lex † humana secularis, principumve præcepta transgressores non obligent ad pœnam æternam simpliciter, sed potissimum & vi legis diuinæ, vel naturalis, aut gentium, quæ implicite ex tali transgressione violata videatur vt vel illinc iustificantur (vt pulchro epilogo res finiatur) quod nulla lex humana habet effectualiter vim legis, nisi iusta sit. c. erit autem lex. 4. dist. 1. 1. & 2. ff. de leg. humanum. C. eod. iusta autem vt sit, necesse est, quod deriuetur à principijs iuris naturalis diuini vel gentium, ita eleganter resoluit discretissimus Dom. Sotus de iust. & iur. lib. 1. q. 5. ar. 2. ex illa enim regula, vt Quod tibi nō vis, non facias alteri, quæ à iure diuino & naturali descendit. procedit etiam vt mœchus nō sis, non fur, non latro, non falsus testis, non iniquus iudex, quia isthæc ab altoro in te fieri noles. nō quoque sis auarus, quia si alter re ditior talis esset, is tibi egenti non subueniret: sicque vt talis esset vicinus tuus noles. Ne sis homicida per eandem rationem, & cætera id genus. Lex autem humana vt iusta sit, oportet, vt ad iumento sit his legibus diuinis & naturalibus, vel vt aliter ab eis aut ad eas deriuetur, quale

est, vt occidatur occidens, vel etiam adulter, vt fur dupli aut quadrupli puniatur, vt in re sui natura falsitibus perpetrandis subiecta & obnoxia maior interuentus testium exigatur, vt in vltimis voluntatibus. l. fin. C. de fideicom. 4. fin. Institu. de fideicom. h. hered. l. si vnus. l. hac consultissima. C. de testamen. l. hac consultissima. C. qui testamen. facere poss. simile per Glo. sing. in clem. ne Romani de elect. verb. tolli. Fely. in c. 2. colum. 2. de prob. Dec. in c. quæ in eccle. de const. colum. 4. Si ergo lex ciuiliis diceret neminem debere fundum alienum, puta vineam, aut hortulum, aut domum ingredi in scio domino, interpretaris id plerunque fieri domino minimè annuente, sicque includi sub illo præcepto, Quod tibi non vis, alteri non facias, iusta lex esset, & qui contra faceret, non solum ad pœnam temporalem ea lege definitam vel ad arbitrariam teneretur, sed etiam quod ad Deum reus peccati esset, non tam ob transgressionem illius legis humanæ, sed potissimum eo quod transgressor extitisse videretur illius præcepti Quod tibi non vis, & c. Et præsumptum est id fieri domino renuente, l. qui vas. ff. de furtis. Ergo lex positua, aut principum præceptum, aut disponit id quod explicite iure diuino, naturali, vel gentium dispositum erat, aut quod illis iuribus, nec implicite, nec explicite cautum erat, aut quod implicite cautum erat, interpretatur dūtaxat, aut & interpretatur & adiuuat pœnā forte addēdo, vel aliter. Prmo casu ea lex non tam noua lex ciuiliis, quam diuinæ aut naturalis legis detectio, aut repetitio esse videtur. d. l. ius ciuile, cum supra alleg. ff. de iust. & iure. nam, qui declarat nil denuo agit, sed quod antea erat, modò repetit, aut detegit. l. hæred. palam. §. sed si notam. ff. de testamen. l. aded. §. cum quis ex aliena. ff. de acq. rerum dominio. Secundo casu, quando id lege naturali, aut diuina cautum, nec implicite erat, nec explicite, vix est vt ea lex iusta esse possit: sicque legis vim non habebit in effectu. d. c. 1. erit autem lex. cum simi. l. supra alleg. secundum Sotum, vbi supra, art. 2. li. 1. q. 5. cum quo est communis opin. vt diximus de succ. prog. in præf. num. 70. vbi nos multis iuribus, & rationibus non minus vtiliter quam nouè ostendimus, quod ea lex non definit habere vim legis, quauis interea dum eius vtilitas nulla apparet, differatur eius executio: & effectus sunt multi & maximi. Hoc ergo casu transgressor illius legis non esset reus peccati, quale esset, si imponeretur nouum vectigal citra necessitatem: Tertio casu, quale esset in exemplo superiore, de intrante domum, vineam, hortumve alienum noctu & in scio domino, transgressor peccati reus sit, vt diximus, non tam ex vi istius nouæ legis posituæ, quam ex vi iuris diuini, aut naturalis. sicque hac atque illac circuncursus, vix inuenies casum in quo legis humanæ transgressor, aut præcepti principis secularis vio-

21
Lex humana et diuina concursus.

ris violator obligetur, & vi illius legis solus; aut præcepti ad pœnam æternam, sed tantum ad temporalem expressam, vel arbitrariam. Quæ omnia, vel ex eo iustificantur, quod ÷ omnes leges positivæ si non sint vitales, non possunt non esse noxiæ. Legis enim virtus est, imperare, vetare, permittere, & punire, l. legis virtus: ff. de legib. si ergo lex punit ciues citra necessitatē noxia est, si eis permittit aliàs vitia citra vtilitatem; puta, vt vineam, aut hortum alienum venandi causa invito etiam & vetante domino ingredi fas sit, noxia est: si imperat alternis noctibus ciues vigilare & pernoctare, quasi vrbis custodiendæ causa, cum nulla suspicio, aut periculum esset hostium aut latronum, noxia & onerosa est, si ne ciues possint piscari, aut venari, aut aucupari, aut peregrinari citra necessitatem vetat, noxia & laxitatis ac libertatis humanæ onerosa est: quia omnia censent permilla, quæ non reperiuntur expressim prohibita. l. nec nō. §. quod eis. ff. ex quib. cau. maio. l. libertas. ff. de status ho. l. libertas Inst. de iure persiuncta l. 1. & 2. ff. de homi. lib. exhib. & hoc est quod dicit scire Iurec. quod in rebus novis constituendis evidens vtilitas esse debet, hoc est in legibus & constitutionibus novis faciendis. significans; legibus homines onerari, illigari, frænarique, non aliter atque equos frænari a fessoribus: hominumque libertatem onerari & impediri, ita Iurecons. in l. de quibus, cum quinque vel sex legibus seq. ff. de legib. vnde ÷ Tucidides in Oratione Cleonis refert, non minus sanctè & prudenter quàm vtiliter melius agi cum Republica, quæ malis legibus, aut moribus constanter vititur, quàm cum ea, quæ bonis, sed inconstanter. Ergo omnis lex noxia habenda est, cuius vtilitas evidens non est. sicque non facile interpretandum est ad pœnam temporalem obligare, nedum ad æternam pœnam.

Ex superioribus non minus vtiliter quàm eleganter colliguntur veri intellectus ad plures leges regias Hispanorum, quarum aliæ vetant extra regni fines extrahi aurum & argētum: aliæ vetant extrahi pecuniam numeratam etiam æream: aliæ vetant extrahi equos: aliæ vetant arma extrahi: aliæ fruges, aliæ omne genus quadrupedum, aliæ pecudum omne genus, aliæ omne genus armentorum, aliæ mancipia: vt inuenies sub titu. delas cosas vedadas, lib. 6. ordina. & in quibusdam regni pragmaticis. quarum legum transgressoribus pœna in multis earum mors est, in alijs amissio bonorum, in alijs exilium, aut relegatio cum pœna pecuniaria, & aliæ pœnæ multum acerbæ imponuntur, & cum pœnæ sint delictis commensurandæ, vt sæpè admonuimus, & testatur l. 36. eo. tit. delas cosas vedadas, apparet, pœnas ibi definitas non esse immoderatas, & consequenter ea delicta grauius esse, no-

cumentumque publicæ rei grande intulisse, aut infligere videri, sicque remotis illis etiam legibus pœnalibus earum transgressores bis violasse videri ius diuinum & naturale. Primum quod damnum sibi fieri nollent reipublicæ suæ faciunt. Deinde quia cum inter ciues id tacite actum ob omnium communē vtilitatē videatur, vt vnusquisque; quæ publicè vtilia sunt ad mouere, quæque noxia sunt arceri studeat & curet. huius tactiæ fidei violatores illarum legum transgressores existere videntur. vnde culpæ ac pœnæ æternæ noxiæ effecti etiam illis legibus cessantibus viderentur, vnde per earum legum interuentum pœnæ æternæ adijcitur etiam pœna temporalis; ergo ex diuina, vel naturali legē transgressa pœna æterna descendat; & ex positua legē transgressa pœna tantum temporalis, non etiam vtraque. Idemque sensus accommodandus est ad l. 1. tit. delas ferias francas, & ad l. 1. & fin. titu. delos concertadores, & ad l. 1. titu. delos contadores maiores de quantas, & ad l. 2. & l. 13. titu. delos contadores maiores. lib. 6. ordi. cum alijs mille similibus, quæ leges in eo memorabiles sunt, quod exprimunt ad pœnas decies gemmatas, vel decies dupli teneri in conscientia earum transgressores, qui eas pœnas vltro offerre (vt credo) tenebuntur, nisi cum earum pœnarum ignari erant antequam in eas incurrisent, vel quando magistratus, aut princeps sciebat eos in eas pœnas recidisse, & dissimulabat, & videndus est Sotus & Castrensis, vbi supra, & Sotus q. 6. arti. 6. lib. de iust. & iure.

S V M M A R I V M.

- 1 Legem vtilem esse reipublicæ oportere.
- 2 Leges ad propriam vtilitatem ferre, tyranni autem ad publicam principis.
- 3 Legi principatus ad vtilitatem ciuium est.
- 4 Verba cedunt menti in legibus & in hominibus.
- 5 Verba inuenta, vt indicarent, non vt impedirent nostram voluntatem.
- 6 Mens tenet primum locum, sequentem verisimilitudo, vltimum verba.
- 7 Obligamur mente non verborum, aut literarum figura.
- 8 Verba enuntiatiua non inducunt dispositionem.
- 9 Legi fraudator quis.
- 10 Historia Annibalis & Romanorum.
- 11 Verborum complexus mente fraudata non minuit, sed auget legi violationem.

12 His

22
Lex si vitiosa
non est, noxia
est.

23
Tucidides sen
sentia.

24
Legum plurimum
in se.

- 12 Historia Otthi, & Alberti.
- 13 Finis non media considerantur.
- 14 Indefinita quando aequetur vniuersali.
- 15 Sermo quando intelligatur de prima vice.
- 16 Indefinita negatiue prolata, an equipolleat vniuersali, & quid si affirmatiue proferatur, ardua quest.
- 17 Condicio negatiua non nubendi alteri, an referatur ad primas nuptias, ardua quest.
- 18 Oratio negatiua amplius neget quam affirmet, ardua quest.
- 19 Negatiua precepta an efficacius obligent, quam affirmatiua, ardua quest.
- 20 Indefinita negatiue prolata, non magis nec minus aquantur vniuersali ex proprietate sermonis, quam si affirmatiue proferatur.
- 21 Indefinita ambiguitas.
- 22 Oratio affirmatiua, an negatiua sit efficacior, ardua quest.

CAPVT XXX.



SEXAGESIMONO NO colligitur etiam ex nostra principali sententia vera ratio & verus intellectus ad c. erit autem lex. 4. distin. ad l. 1. & l. 2. ff. de legibus. dum ibi dicitur, legem vtilem esse debere Reipublicæ, ad publicamque; vtilitatem ferendam esse, non ad vtilitatem priuati cuiuspiam, vel etiam principis. quinimò teo differt princeps legitimus & verus à tyranno quod ille ad publicam, is ad suammet vtilitatem leges condere studet, vt & supra ostendimus, & probat egregius Dominicus Sotus lib. 1. de iust. & iure. q. 6. art. 3. ratio ergo ea est istorum, quia lex non solum princeps & regina est, vt testatur Iureconsultus post Demosthenem, quem refert in l. 2. ff. de legibus. sed etiam summum obtinet principatum, quia reges legibus regulariter subesse, earumque esse non domitores aut liberos arbitros, & effrenos, sed fideles executores, custodes aut interpretes fidei, supra c. 1. & 2. fuse ostendimus. Vnde tequemadmodum reliquos omnes principatus ad meram ciuium vtilitatem creatos fuisse edocti sumus, ita & leges legisque principatum ad meram ciuium vtilitatem spectare, intelligemus. Hinc est, vt ea lex si initio vtilis non est, interea effectu carebit, vt dd. ll. & diximus plenè de succ. progr. in præfa. num. 66. Hinc est, quod si initio vtilis erat, si postea cœpit esse noxia, viribus eneruatur. l. vn. prin. C. de cad. toll. ibi, vt quod belli calamitas introduxit, lenitas pacis sopiret. dixi plenè in d. nume. 66. cum multis præced. & seq. Hinc est, quod etiam telex in communi non desinat esse vtilis, si tamen in particulari noxia esse incipiat, eiusque ratio & mens cessare incipiat: recedimus à proprietate verborum ipsius legis, vt eius mentem sequamur, ne si verba legis generalia superstitio se obseruaremus, mentem ipsius violaremus.

sicque noxia illa esse inciperet contra sui naturam, quæ vt reliqui omnes principatus ad proficiendum & iuuandum, non ad nocendum spectat. l. 2. C. com. de lega. dum Iustinianus ait, legem rebus, non verbis imponi. Nec enim tanti facienda sunt verba, vt mente deserta & relicta sermonem sequamur, sed potius ex diuerso sermonis proprietate relicta & posthabita mentem insequamur & captemus, ac auscultemur & vestigemus. l. 3. C. de lib. præter. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. l. pater Severinam. §. conditionum verba. ff. de cond. & demon. l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & dem. vbi notat Sozinus. l. si. ff. de fund. instr. l. stipulatio ista. §. hi qui. & §. hæc quoque ff. de verb. obliga. Verba te enim teste Cicero ne pro Cecinna, inuenta sunt, quæ indicarent non quæ impedirent nostram voluntatem. id quod probat l. Labeo. ff. de supel. leg. & idem Cicero i. de legibus ait, Orationem esse mentis interpretem. teVnde apparet, primò locum obtinere voluntatem, sequentem verisimilitudo, vltimum verba. Nam à verborum proprietate recedimus, vt mentem sequamur, non solum certam & indubitatam, sed etiam vero simile. vt dd. ll. & l. ita stipulatus. in mag. verf. Salinus. verb. ex mente. vbi notant Paulus Castren. & Ias. ff. de verb. oblig. sic sequimur mentem militis eius verbis prætermisissis. l. diuus. ff. de mil. test. §. planè. Institu. eodem tit. l. non solum. ff. de act. & obliga. l. an inutilis. ff. de accep. quæ iura idem in pagano præcipiunt. l. non aliter. ff. de lega. 3. Nec enim te verborum aut literarum figura obligamur, aut effectus vllus producitur, sed mète & sensu. l. non figura. ff. de act. & obliga. ideo verba te enunciatia, quia mente deliberata carere præsumuntur, non inducunt dispositionem. Barth. in l. ex hac scriptura. ff. de donat. & in l. conficiuntur. ff. de iure codicil. & in l. 1. §. cū vrbem. ff. de offici. præfec. vrb. & in l. optimam. C. de contrah. stip. Alexan. in l. qui se patris. num. 7. C. vnde lib. Barthol. in l. sciendum, de verbo. oblig. & in l. Titia. §. Caius. eod. titu. & in l. rationes. C. de prob. & in l. demonstratio falsa. §. quod autem. ff. de cond. & demonst. Ias. in l. 1. C. de sacrosanc. eccle. & est decisio Rotæ Romanæ 271. nota qualiter, in antiquis, & 696. dic quod si in aliqua in antiquis, & Doct. in l. neque professio. C. de test. & in l. serui electione. ff. de lega. 1. & in l. si quis mihi bona. ff. de acq. hæred. in §. sed quid. & in l. si ita legatum. ff. de leg. 1. & Bar. in l. 1. C. de sacrosanc. eccl. & in l. si ita, de leg. 1. & in l. si forte. ff. de castren. pecu. & Bauer. in l. cum filio. nu. 47. ff. de leg. 1. & Picus in l. Titia cum testamento. §. Titia. ff. de leg. 2. vbi optimè declarat, quæ dicantur verba enunciatia. & Ioan. Crot. in l. re cõiuncti. num. 156. ff. de leg. 3. Bart. in l. tale pactum. §. pater. ff. de pact. & in l. cum proponebatur. ff. de lega. 1. & in l. si pater. §. auus. ff. de doli excep. & in l. cum testamentum. C. de iur. & fac. igno.

1
Legē vtilem esse Reipub. oportere.

2
Leges ad priam vtilitatem sensu ferre tyranni est, ad publicā principis.

3
Legis principatum ad vtilitatem ciuium est.

4
Verba cedūt menti in legibus et in hominibus.

5
Verba inuenta, vt indicarent, non vt impedirent nostram voluntatem.

6
Mens tenet primum locū, sequens est verisimilitudo, vltimū verba.

7
Obligamur mente, non verborū, aut literarum figura.

8
Verba enunciatia non inducunt dispositionem.

igno. & in l. Publia. §. Titus. ff. depositi, & in auth. de iureiuran. à mori. præst. & in l. Pamphilo. ff. de leg. 3. & Ioann. Crot. in l. 1. nu. 47. de no. oper. nunc. Cur. in l. si idē cum eodem. §. fin. ff. de iurisd. om. iud. Quod ad eod verum est, vt qui † legis verba complectitur, contra ipsius mentem legis violator videatur, tantum abest vt eius obseruatori iudicetur. l. fraus. ff. de legibus. Vnde Cicero pro Cecinna sic: Scriptū, inquit, sequi calumniatoris est, boni verò iudicis voluntatem scriptoris auctoritatemq; defendere, quæ lex enim quod senatusconsultū, quod magistratus edictum non infirmari aut conuelli potest, si ad verba deflectere voluerimus, consilium autē eorum, qui scripserunt, & rationem & auctoritatem relinquamus: nō enim ex verbis pendet ius, sed verba seruiunt hominum consilijs & auctoritatibus, nec verba veniunt in iudicium, sed ea res cuius causa verba in leges coniecta sunt.

9
Legis fraudata
vor qui, Cice-
ro. aurea ver-
ba.

10
Histo. Hanni-
balis, & Ro-
manorum.

Et hoc † quidem in loco occurrit historia memorabilis huc admodum pertinens, relata primū à Polybio lib. 6. historiarum, & deinde à Tullio, paulò ante si. lib. 3. Offic. & Liuiο 3. decad. lib. 2. ad si. iterumque lib. 4. & postea quoque à Gellio lib. noct. Attic. 7. c. 18. ea est, Post Cannensem pugnam Hannibal ex captiuis Romanis, quos detinebat, decem iuratos ad Romanum senatum misit, in castra redituros, nisi de redimendis captiuis impetrarent, cū egressi castris essent, vnus ex ijs minimè Romani (vt dicit Liuius) ingenij, veluti aliquid in castris esset oblitus, in castra redijt, iurandis soluendi causa, & confestim comites securus est. Re à senatu non impetrata, ceteri in castra Hannibalis redierunt, is domum abiit tanquam fallaci in castra reditu se se iururando exsoluisset, nec iterum redire teneretur, quod cū resciuisset, senatus censuit eum comprehendendum, & custodibus publicè datis ad Hannibalem deducendum, & quidē rectè, fraus † enim, vt dicit Tullius de ea re loquens, vbi suprā, distinguit periurium, nō dissoluit. & si ad hunc locum referre possumus, vt certè possumus, ex huiusmodi primo fallaci que reditu, non satisfactum menti & intentioni concedentis. Huic veteri historię germana est alia hæc recentior historia, quam recenset Aeneas Syluius, qui adeptus summo pontificatu Pij nomen sibi adsciuit, in descriptione Europæ. 39. & Raphael Volaterranus li. 7. Geographiæ in Francorum historia, & è nostris And. Alc. in l. boues. §. hoc sermone, de verbor. signific. Cū Albertus Franconiæ comes in arce munitissima Bambergensis vrbs à Ludouico Imperatore obsideretur, cuius filium interemisse insimulabatur, difficilisque eius arcis expugnatio videretur, Otho Moguntinus episcopus profectus ad Albertum, se litis arbitrum professus est, iurauitque si secum ad Imperatorem proficisceretur, vel pacem impe-

11
Verborum cō-
plexus mense
fraudata non
minuit, sed
auget legis
violacionem.

12
Histo. Othi
& Alberti.

traturum, vel in artem incolumē reducturū. Credit Albertus, & Othonem sequitur, vix arcem egressi erant, eum Otho hortatur, vt in arcem pransum redeant, ne fortè longiuscula apud Imperatorem esset futura mora: redeunt, pransi que iterum egressi ad Ludouicum redierunt, mox Albertus captus est, & capitali iudicio damnatus. Cui Archiepiscopi fidem imploranti, respondit religiosus ille pōtifex, se datæ fidei satisfecisse, religioneque se solum esse, qui semel reduxisset incolumem, bis reducere non promisisset. Verū is non satisfecerat menti intentionique eius, qui ius iurandum exegerat, propterea nec eo se liberant, eiusque hac in re perfidia nobilitata est, nam iuxta vulgatam Aristotelis sententiam propter vnumquodque tale & illud magis, sed dubium non est quin verba † ad solam mōtis significationem (vt diximus) reperta fuerunt, ergo ea mentis significatio, non verborum prolatio attendenda erat per iura & rationes superiores, quibus adde l. addigere. §. quamuis. ff. de iure patr. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2.

13
Finis non me-
dia consideratur.

14.
Indefinita
quando æquetur
vniuersalis.

Quid denique si habebam decem fenestras in domo mea, & abs te stipulatus sum, ne luminibus domus meæ officias altius ædes tuas eleuando: tu autem domum tuam ita eleuasti, vt omnibus fenestris domus meæ demptis duabus officeres, & mihi conquerenti quod si dem stipulationis violasses, responderes, te nō violasse. quia cū superessent duæ fenestræ illę, verum remanebat, te luminibus non offecisse. Cū illa pluralis & indefinita loquutione luminibus officeretur, in illis duabus, quæ illę manserunt, verificaretur. l. inter illam. ff. de verb. sing. l. vbi numerus. ff. de testibus. c. pluralis, de regul. iuris. lib. 6. teque non de omnibus non officendis fenestris, sed de quibusdam tantum iuxta sermonis proprietatem intellexisse. adhuc tamen verius esset, & est: eum fidem videri violasse, esseque contra id quod actum erat, de omnibus enim fenestris & singulis non officendis vtrinque actum esse præsumptum est. arg. l. luminum. §. fin. ff. de serui. vrb. anorum prædiorum. l. quicquid astringendæ, in prin. ff. de verb. obliga. si sic stipulatus sum, eodē titulo, isque verò similis sensus vincit, expedit, superat, fugatque sermonis proprietatem, sic ergo & in terminis duarum historiarum, de quibus mentionem habuimus posthabita verborum proprietate, mentalem fidem obseruare illi tenebantur, eamque turpiter & vafre violasse visi sunt, sed dicit quis, isthæc non esse similia quod ad eas historias, quia illi affirmatiuè promiserunt, quo casu † sermo simpliciter prolatus, intelligitur de prima vice. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sig. vbi Andre. Alci. & alij. at nostrum simile de fenestris non officendis erat negatiuum. Et d. regula † d. §. hoc sermone, & tog. si quis hæredem. C. de iustit. & subs. procedit in disposi-

15
Sermo qñ in-
relligatur de
prima vice.

16
Indefinita me-
gatiuè prola-
ta, an æqui-
polleat vni-
uersali, &
quid si affir-
matuè profe-
ratur, ard. q.

dispositione affirmatiua, siue permissiua, nõ etiam in prohibitiua, siue negatiua, quæ non solum de primo actu, sed & in infinitum intelligitur. per tex. in l. sic stipulatus sum, vbi id not. Iason in no. ff. de verb. oblig. & voluit Glof. no. in l. hoc genus, & ibi Alberi. Gofred. Salicetus in fine. & Bart. qui eam dicit notandam. ff. de cond. & dem. & Paul. Cast. qui dicit sing. & præterea Oldra. in l. cum pater. §. cū pater filiam. & ibi quoq; Bar. ff. de leg. 2. & idem quoq; voluit ipse Oldra. consil. 16. Thema tale est, Titius habens vnam filiam, colu. 3. versicu. nec in hoc multum, vbi & ad hoc allegat l. si sic. ff. de verborum obligat. sed & illud quoq; voluit Signor. consil. 68. Quædam mulier. colu. 2. versic. deinde sic. & iterum consil. 71. factum sic si habet. D. episcopus, colu. 4. versic. præterea non est nouum. Bald. qui illam Glo. dicit fatetur in l. si vt proponis, la. 1. col. 2. ver. opponitur illud quod nullum est. C. quomodo, & quando iudex. Roma. consil. 504. in casu propositæ cõsultationis, ante mediū. vers. alia enim limitatio, dum allegat Glof. in d. l. hoc genus. & Lauren. Calca. consil. 20. ista quæstio habet tria dubia, colu. 1. versic. 4. limitatio. vbi ad hoc expressim allegat d. l. si sic stipulatus sum, de verborum obligat. Alexand. in addit. Bar. in d. §. hoc sermone. & ibi Alciat. Iason in d. l. in duobus. §. 1. colu. vlti. versic. item prædicta limita. ff. de iure iurand. & ipse Ias. in l. decem stipulatus. colu. 5. versic. sed huic responsioni. ff. de verb. obli. Philip. Dec. in ca. nã concupiscentiam. col. 1. in 3. no. de constit. in l. lectu. & consil. 3. quando iurisdictione. colu. 3. versic. cõprobatur hoc quia negatiua. & consil. 490. visis & circumspẽctis. colu. 3. Vnde ¶ Oldra. d. consil. 16. consuluit, quod si testator aliquid vltra legitimam legauerit filiz, ne nuberet alij, quàm mercatori, aliàs legatum amittat: & filia primò nubat mercatori, & eo mortuo nobili, amittit legatum: neque enim in hac prohibitione de primis nuptijs tantum est intellectum, sed de omnibus, & id nuncupatum sequitur Benedic. Plumbi. in l. matrimonij, in fin. ff. qui & à quibus manu. & Paulus Cast. in d. l. hoc genus. vbi ex hoc dicit se consecutum fuisse honorem. & Catel. Cot. qui id dicit singul. memor. incipi. testator lethali-ter vulneratus, circa medium. & Alci. in d. §. hoc sermone. Albe. in l. vlt. col. 4. versic. vltimo quæro, ibi, nec est multum. C. de sponsal. & in l. hæc conditio filiz, in fin. ff. de condi. & demonst. Huius differentiz rationem, cur ¶ scilicet affirmatiua intelligatur de primo actu, non etiam negatiua? Iason vbi supra cogitandum suadet, & ita quidem suadet vt nullam sibi esse videatur. verum Alberic. & Paul. Cast. in d. l. hoc genus. ff. de condi. & demonst. & Philip. Dec. in d. c. nam concupiscentiam, vbi supra, id tribuunt viribus & robori negatiuz siue prohibitiuz, quod aliàs semper multò fortius est, quàm sint vires, affirmatiuz siue

permissiuz, id est, plus negat negatio, quàm affirmet affirmatio. l. quicquid astringendæ. ff. de verborum obligat. & l. luminum. §. vl. ff. de seruituti. vrb. prædiorum. quod habetur in l. is qui ducenta. §. sed vtrum. ff. de reb. dub. & l. filiusfam. §. pen. ff. de donat. iunctal. alienatum. §. donationis. & ibi Glof. ff. de verborum signific. & l. 1. §. editiones. & ibi Bald. post Ray. ff. de ededo, & l. eum qui. §. si libertus. ff. de iure iur. iunctal. si iurauero. ff. de iure patrona. & voluit Glo. in capit. cum dilectus, in verbo, à suspensis. vers. alij dicunt & melius. & ibi Antonius de consue. Bald. in proœmio decretal. Ias. in l. si arrogator. ff. de adoptio. hincque ¶ prodit, quod tradit Archidiac. in capit. si peccauerit. 2. q. 1. quod præcepta negatiua potentius & efficacius obligant, & magis præcisè adstringunt, quàm affirmatiua. & sequitur Panormit. in c. nouit. col. 12. versic. 2. quæritur an quilibet, de iudic. & quod scribit Raphael Fulg. in l. iuris gentium. §. sed si fraudandi, per Glo. ibi. ff. de pact. quod ¶ negatiua in definita æquipollet vniuersali ex proprietate sermonis, licet aliàs regulariter ex benignitate id sit, non ex proprietate: vt not. in c. circa, de electio. lib. 6. & per. Bart. in l. si in pluribus. ff. de leg. 2. & probatur in l. si seruitus. ff. de seruitu. vrb. prædiorum. secundum eum quem sequitur Andreas Alciatus in d. l. boues. §. hoc sermone. limi. 7. num. 5. ff. de verb. signi. quod vltimum suspectum omnino haberi debet, ex proprietate enim sermonis indefinita oratio non magis nec minus æquipollet vniuersali quando profertur negatiuè, quàm si affirmatiuè prolata esset, vt patet in exemplo de luminibus non officiendis supra relato. Nam si ex decem fenestris, quas domus tua habebat, aliis domum eleuando meam offeci, alijs non offeci, verisimū est me fenestris offecisse, quia quibusdam offeci. & verisimum est me fenestris non offecisse, quia quibusdam non offeci. sicque promissio negatiua de fenestris non officiendis non tam violata fuit, inspecta proprietate sermonis, quàm inspecta mète agentium. Idemque foret si ea promissio affirmatiuè conciperetur, puta, vt si domum tuam eleuando fenestris meis noceres, vel ædificium demoliri tenereris, vel centum pœnz nomine præstare. Nam & tunc si domo eleuata quibusdam fenestris offecisti, reliquis verò non, ex proprietate sermonis verisimum est te luminibus offecisse, & verisimum similiter te luminibus non offecisse, offecisti enim quibusdam, nõ offecisti reliquis, sic etiam teneberis. ergo vtroque casu tam in affirmatiua, quàm in negatiua, vel priuatiua, seu prohibitiua verborum conceptione, quò ad proprietatem sermonis nihil interest, nec etiam quò ad iuris interpretationem, cum inspecta verborum proprietate verum sit illi fidem cõuentionis violasse, & similiter non violasse, at inspecta iuris interpretatione & fidem violasse & in pœnam

17
 Condicio negatiua nõ nũbendi alteri, an referatur ad primas nuptias ardua q.

18
 Oratio negatiua an plus neget quàm affirmet? ardua quæst.

19
 Negatiua præcepta an efficacius obligent, quàm affirmatiua, ardua quæst.

20
 Indefinita negatiuè prolata, non magis nec minus æquatur vniuersali ex proprietate sermonis, quàm si affirmatiua prolata esset.

21
Indefinita
ambigua.

pœna recidisse videtur. Nam † & similiter si nobilis habebat decem famulos, duo ex his hominem occiderunt, si quis testis dixerit affirmatiuè, famulos illius nobilis homicidium fecisse, verum dixit inspecta proprietate verborum. rursus si alius testis dixerit, famulos illius hominem non occidisse, verum quodque dixit, habita & inspecta sermonis proprietate: illius enim depositio verificatur in duobus famulis noxijs, istius verò depositio verificatur in reliquis octo innoxijs, & de materia huius indefinitæ non minus inutiliter quàm nouè disseruimus de succ. crea. lib. 2. §. 20. nu. 53. cum pluribus seq. & num. 175. & nu. 60.

Vnde cum inter affirmatiuam & negatiuam orationem nihil quo ad verborum proprietatem intersit, apparet similiter suspectum esse, quod Archidi. & Panormi. vbi suprâ, contendunt, Præcepta negatiua efficacius aut vehementius obstringere, quàm affirmatiua: cum à patri potius procedere intelligendum sit, nisi subiecta materia aliud suadeat, quo casu tam cito tamque faciliè affirmatiua præcepta poterunt efficacius quàm negatiua obligare, quam è contra. Vnde ex præceptis Decalogi nulli priorum dubium esse debeat, quin præceptum affirmatiuum de amâdo Deo sit vehementius, quàm reliqua sint præcepta negatiua de non mæchando, aut de non furando, aut de rebus alienis non concupiscendis, & similia: vt coligitur ex dictis penos suprâ.

22
Oratio affirmatiua, an negatiua sit effectiua, an non.

Apparet isthinc † suspectam esse illam non minus cæcâ inspidamque; quàm vulgatâ sententiam eorum, qui tradiderunt, orationem negatiuam plus negare, quàm oratio affirmatiua affirmet: vt voluerunt Albe. & Paul. Cast. in d. l. hoc genus. Philipp. Decius in d. c. nam concupiscentiam. & alij suprâ relati, quorum sententia repudianda est, cû, vt diximus, hærationes à pari procedant, quinimodò procliuus esset, vt affirmatiua oratio robustior esset quàm negatiua: argumen. l. 1. & 2. cum ibi not. per Glor. & Doct. ff. de acq. hæred. vbi repudiatio hæreditatis facta in parte non trahitur ad alteram partem, quia est negatio, sicque non recipit augmentum iuris accrescendi, & tamen aditio hæreditatis facta in parte, quia est affirmatio, trahitur ad reliquas partes, recipitque augmentum iuris accrescendi. ad idem, l. si totam. & l. si solus. ff. eod. tit. vnde similiter quod finitum est, prorogari non potest. l. sed si manente. ff. de precario & exhæredatio. quia priuatio est, & negatio non recipit augmentum. Vnde facta ex parte hæreditatis nec trahitur ad alteram hæreditatis partem, nec tenent in ea parte in qua facta fuit. l. cum quidam. ff. de libe. & posthum. quia, vt dd. locis doctores aiunt; Omne priuatiuum & negatiuum est caducum & debile, affirmatiuum verò robustius & efficacius & magis priuilegiatum. Vnde egregium illud Oldradi dictum, Quod legatum relictum mulieri ne nubere

alij, quàm mercatori, quod amittatur quando ea prius nupsit mercatori, & eo defuncto nupsit nobili, id quod sequuntur Bened. Plumbinus & Paul. Castren. & Care. Cotra. & Albericus & alij suprâ relati. & Alciatus & Andreas Tiraq. in d. §. hoc sermone. limi. 7. id quod dictum celebre sanè, sed non minus suspectum quàm inhumanum mihi videtur. Nam vt contra mulierem facit, quod verum est eam alij quàm mercatori nupsisse, ita quoque pro ea facit, quod similiter verum est alij non nupsisse quàm mercatori, quandiu primū matrimonium durauit, & cum matrimonio inspecta destinatione sit perpetua & indiuidua societas. l. 1. ff. de ritu nupti. in princi. Inst. de nupti. mens testatoris ad primas duntaxat nuptias trahenda est, quasi ille de secundis minimè cogitauerit: & in conditionibus explendis non tam verba quàm mens testatoris inspicitur. l. si quis hæredem. C. de inst. & subst. l. 3. & 4. eod. tit. & illa conditio, ne nuberet alij quàm mercatori, sui natura odiosa erat & restringenda, quia lex iubet, ne quod omnino nuptijs impedimentum fieret. l. cum tale. §. rescriptum. ff. de cond. & dem. Cōcludamus ergo humanius esse & iuris menti fortè proximius eam mulierem relicto non priuari. Et ita tenerem.

SUMMARIVM.

- 1 Lex vt nulla collecta imponi possit, cessat quando vt imponatur vt ile esse caput.
- 2 Legi verba transgrediuntur ex mente ipsius etiam à iudice ordinario, quando ea lex caput esse noxia.
- 3 Pœnâ lenire etiam interdum & licet & expedit.
- 4 Pœnitentiâ à Papa iniunctam minuit episcopus.
- 5 Concilij decreta alterat interdum episcopus.
- 6 Statuti iniqui transgressio libera.
- 7 Statuti etiam iurati nociui libera transgressio.
- 8 Citationis omisio ex causa fit.
- 9 Defensio ex causa nobis tollitur.
- 10 Ius naturale interdum transgreditur.
- 11 Ius diuinum interdum transgreditur.
- 12 Ius canonicum per inferiorē interdum dispensatur.
- 13 Ecclesia res interdum infeudare potest inferior.
- 14 Episcopus interdum etiam olim non tenebatur requirere consensum capituli.
- 15 Ecclesiæ prelati interdum potest alienare.
- 16 Episcopus interdum tertio prauidicat vt bono communi consulat.
- 17 Dispensare potest episcopus interdum, vt quis duas dignitates Ecclesiæ vnus teneat.
- 18 Episcopus interdum punit clericum exemptum.
- 19 Ecclesia priuilegijs prelati interdum potest renunciare.
- 20 Episcopus interdum potest creari vbi nunquam fuit.
- 21 Vicarius generalis alium Vicarium generalem interdum creare potest.
- 22 Appellatio à legato superioris ad eius vicarium interdum fit.

- 33 Legatus de Latere causam interdum comittit definiendam sine strepitu.
- 24 Princeps privilegium non subito concessum interdum reuocat.
- 25 Iudex interdum alterat terminum ad restitutionem definitum.
- 26 Lex interdum non communis toleratur.
- 27 Lex ad vnum quarterium ciuitatis regulariter non valet.
- 28 Iudex proclama generale facere nequit ad penas legis alternandas, fallit interdum.
- 29 Clericus interdum potest aduocare.
- 30 Parochus interdum extra parochiam potest residere.
- 31 Notarius interdum potest pluries scripturam edere.
- 32 Iudex interdum permittit arma noctu portare, contra formam statuti.
- 33 Executio pena corporalis interdum fit extra locum delicti.
- 34 Regalia interdum alienantur?
- 35 Lex generalis vel localis iniusta, quare effectu careat?
- 36 Statuti mens sequenda spectis verbis, egregia q.
- 37 Delictum delicto accedens aggrauat.
- 38 Contumacia vna aggrauat sequentem.
- 39 Falsas margaritas gestans, non comprehenditur statuto, quod punit margaritas gestantem.
- 40 Pœna extenditur de casu vero ad casum fictum.
- 41 Calumnia iuramentum non subit, qui plenè probauit.
- 42 De reuerentia commendatur.
- 43 Intell. l. manifesta. ff. de iure iur.
- 44 Calumnia iuramentum remoueri non potest per statutum locale.

CAPVT XXXI.

SEPTUAGESIMO redeundo ad legis principatum, qui ad meram ciuium vel subditorum utilitatem, non secus quàm imperium reliquorum principum spectat, vt plenissimè disseruimus. inde deriuantur quàm plura bona. Nam ideo dicebat Ang. in l. diuus. ff. de petitione hæred. quòd si statuto etià iurato caueatur: vt nulla in populo collecta imponi possit: tale statutum intelligitur atque intelligi debet, nisi aliqua causa Reipublicæ vtilis aut necessaria, puta famis aut belli, & alia his similis causa superuenerit. sequitur Archi. Tarraco. in consi. pro Marchione de Velez, pag. 320. Ratio est, quia illius statuti imperium est ad meram utilitatè ciuium, quæ utilitas illuderetur, si vrgète hac noua necessitate desineret fieri statuti transgressio. neque ad rem pertinet, quod vicietur proprietates verborum statuti, quia verba paruipenduntur, vt mens illzsa seruetur, quæ utilitatem intuetur ciuium, vt plenè supra docuimus.

Colligitur etià septuagesimo primò, quòd

Lex vt nulla collecta imponi possit, cessat quando ut imponatur, vis esse cupit.

non solum princeps, sed etiam quisque iudex ordinarius potest leges transgredi, quoties noxiæ esse incipiunt. ita Decius in c. de causis, de officio delegati. dicens, hæc esse communem opin. & in rubrica, lect. 2. colum. 2. de iudicijs. Marsilius in l. 1. §. diuus. ff. de sicarijs, & in sing. 182. iudex non debet. & in l. 1. §. sed & siquis. colum. 2. ff. de falsis, & supra dixi.

Septuagesimo secundò colligitur, quare ex iusta causa possunt inquisitores hæreticæ prauitatis & episcopi minuere pœnas etiam post sententiam, vt de inquisitoribus est text. singu. in c. vt commissi. §. nec non faciendi, & ibi Glos. & Doct. notantur, de hæreticis, lib. 6. & notat Domini. in d. c. si quem pœnituerit. §. notandum. & Fel. in d. c. qualiter & quando. §. ad corrigendos. colu. 6. & ver. fallit quartò. de accusatio. & de episcopis & alijs potestatem dispensandi habentibus, notat Innoc. in c. dilectus. colum. 2. de tempori. ordi. Panor. in d. c. nisi specialis, in fine, & in d. c. licet, vbi est Glos. notabilis, quæ ita intelligi debet, de pœnis. Ioann. de Ana. in d. c. qualiter & quando. in 7. colum. & Philipp. Dec. in d. c. Ar si clerici. §. de adulterijs. colum. 2. de iudicijs, & in d. c. de causis, de off. deleg. Ratio est, quia quando pœna legalis grauior æquo esse incipit, expedit vt possit leniri, ne legis illius imperium ad ciuium utilitatem inductum, conuertatur in eorum læsionem. In foro autem pœnitentiæ id cuique sacerdoti liceret. c. Deus qui, & ibi Panor. de pœnitentijs. & hac ratione nititur totus titu. C. de senten. pass. & resti. & titu. de abolitio.

Septuagesimo tertio colligitur, quare ex iusta causa episcopus possit minuere pœnitentiam à summo Pontifice iniunctam, vt supra attigimus. & tradit Marsilius d. singula. 182. Ratio est, ne si ea pœnitentia coeperit esse intolerabilis & noxia, tunc imperium Papæ ad proficiendum creatum, incipiat esse nocuum.

Septuagesimo quarto colligitur, quare episcopus ex iusta causa possit transgredi decretum concilij, vt tenuit Marsilius d. singula. 182. Roma. consil. 428. Ratio est, ne concilij decreta ad proficiendum inducta, noxia esse incipiant.

Septuagesimo quinto colligitur, statuta iniqua non valere, posseque transgredi etiam ab eo, qui ea seruare iurasset: vt tenuit Oldr. consil. 259. Albe. in l. de quibus. ff. de legibus. Soci. consi. 95. lib. 3. Ratio est, ne statuti imperium ad iuuandū creatum, incipiat esse damnosum.

Septuagesimo sexto colligitur, quòd qui iurant seruare statuta ciuitatum, vel ecclesiarum, vel scholarum, vel collegiorum intelligere videntur, si non fuerint inhonesti. Ita Innocen. in c. dilecti, colu. fin. de maio. & obed. Bal. in c. 1. col. 2. de alienatione feudi. Brunus consil.

2
Legis verba transgrediuntur ex mente ipsius etiam à iudice ordinario, quando ea lex capere esse noxiæ.

3
Pœnam lenire etià interdum ex licet & expedit.

4
Pœnitentiam à Papa iniunctam etiam minuit episcopus.

5
Concilij decreta altera interdum episcopus.

6
Statuti iniqui transgressio libera.

7
Statuti etiam inuari notius libera transgressio.

confi. 35. colum. fin. & ratio est, ne earum ciuitatum, Ecclesiarum, scholarum, collegiorum, monasteriorum imperium ad proficiendum inducatur, incipiat esse noxium.

8
Citationis omissio ex causa sua.

Septuagesimo septimò colligitur, quod episcopus cum suo capitulo potest ex iusta causa numerum canonicorum augere etiam contra statutum iuratum, vt tenuit Ioannes And. Butrius Aegidius, Imola, & Feli. colu. 6. & alij cōmuniter in cap. cū accessissent, de consti. per tex. ibi. Ratio est, ne illius statuti imperium ad proficiendum crearum, incipiat esse noxium.

9
Defensio ex causa nobis tollitur.

Septuagesimo octauò colligitur, quare ex iusta causa possit princeps sententiam ferre parte non citata, quamuis citatio sit de iure naturali, vt resoluius de succ. progressu. in prafatio. num. 99. tradit Loazes in consil. pro Marchione de Velez, pa. 317. dic quod ratio est, ne iuris naturalis potestas & imperium ad iuuandum insitum, incipiat esse noxium.

10
Ius naturale interdū transgreditur.

Septuagesimo nondò colligitur, quare summus pontifex possit ex iusta causa tollere defensionem, vt per Decium in c. dilecti. colu. 7. de exceptio. Alex. in l. cum mulier. col. 5. ff. sol. mat. Ratio est, ne id ius natura insitum ad iuuandum, incipiat esse noxium. Nam circa ius ipsum naturale, & à Deo & ab hominibus, ex causa, ob necessitatem, communemque hominum vtilitatem aliquando reperimus dispensatum fuisse: vt cōmuniter notant Doct. in §. sed naturalia. Instit. de iure naturali gentium ciuili. & Ioannes de Turre Cremata c. 1. 5. distinctione.

11
Ius diuinum interdū transgreditur.

Colligitur octuagesimò quare summus Pontifex, vt iam attigimus, possit circa ius diuinum ex iusta causa dispensare? vt per Decium in consil. 112. in prafenti consultatione. Felinus, & Decius in c. quæ in Ecclesiis, de constit. Corneus consil. 189. lib. 4. Ratio est, ne ius diuinum ad iuuandum destinatum, noxium esse incipiat. Colligitur, quare † episcopus contra ius canonicum possit statuere & dispensare, vt per Alex. in rubrica. col. 2. de officio eius. Bal. in l. 2. ff. de iure iu. Roma. con. 325. & consil. 428. & sing. 492. sed an possit episcopus. Ratio est, ne iuris canonici imperium ad iuuandum destinatum, noxium esse incipiat. cū id iusta causa deposcat. ita intellige c. post translationem, de renunciatione.

12
Ius canonicū per inferiorem interdū dispensatur.

Octuagesimo primò colligitur, quare † prælatus, qui res Ecclesie in feudare non potest, vt notant Aluarotus, Iacob. de Bell. Nicolaus Neapol. Marti. Laud. & Card. in c. in principi. qui feudum dare possint, ex iusta tamen causa id facere poterit? vt qui Fracischinum Curtium de feudis 2. parte principali. 6. q. principali. Ratio est, ne iuris imperium destinatum ad iuuandum, incipiat esse damnosum.

13
Ecclesie res interdum infendare potest inferior.

Octuagesimo secundò eadem ratione licet † prælatus olim nihil ferè sine capitulo suo facere posset, vt per Archid. in summa 18. distin.

14
Episcopus interdum etiam olim non tenebatur requirere consensum capituli.

Collect. in e. nouit, de his quæ fiunt à prælato. Aegidius in c. irrefragabili. colu. pe. de officio ordinarij. tamen ex iusta causa capituli consilium requirere non tenebatur, vt per Hostien. & Panormitanum in d. c. nouit.

25
Ecclesie res prælato interdum potest alienare.

Octuagesimo tertio & eadem ratione, licet † prælatus res Ecclesie alienare nequeat, vt per Archidiaconū & Collectarium, vbi supra tamen ex iusta causa id sibi fas est, et sine consensu capituli. ita Bald. in c. 1. in principio, qui feudum dare possunt. & Francischinus, vbi supra, & Abb. in c. fina. de ecclesijs.

16
Episcopus interdum tertio iudicatur ut homo communis consular.

Octuagesimo quarto qua ratione, quod amplius est, ex iusta † causa poterit in Ecclesiis & subditorum præiudicium aliquid statuere & ordinare, vt notant Butrius, Imola & alij quos refert & sequitur Fernan. Loazes in consil. pro Marchio. de Velez, pa. 350. num. 91. quale est, † vt clerici fortè viuerent in communi, vt notat Imo. in c. quoniam de vita & honesta. clericorum.

17
Dispensare potest episcopus interdum, ut quæ duas dignitates ecclesie vnus teneat.

Octuagesimo quinto hinc etiam fit, vt episcopus † possit dispensare quòd quis habeat duas dignitates in ecclesia, aut duos personatus ex iusta causa. Archi. in c. 1. de consu. lib. 6. Domini de Rota decisi. 29. nota quod episcopus in antiquis, sub tit. de præb. ratio istorum omnium est, ne iuris prohibitio & imperium his casibus ad iuuandū destinatum, incipiat esse noxium.

18
Episcopus interdum punis clericū exemptum.

Octuagesimo sexto hinc fit, vt ex iusta causa prælatus † possit clericum vtcunq; summi pontificis priuilegio exemptum punire, ne Papæ imperium hoc casu inciperet esse damnosum. Fredericus de Senis consil. 302. col. fin. quale esset, si is clericus se præsente proteruus foret, aut in contemptum delinqueret, arg. c. tuam, de ordi. cog.

19
Ecclesie priuilegijs prælatus interdum potest renunciare.

Octuagesimo septimò colligitur etiā quare † episcopus ex iusta causa possit prescriptioni & iuribus ecclesie suæ renunciare, vt tenent Innocentius & Ioannes Andr. in c. veniens. de præscri. & Bertachi. in tracta. de episcopo, in 4. par. princip. q. 6. & Fernandus Loazes, vbi supra, pag. 351.

20
Episcopus interdum potest creati, vbi nunquam fuerit.

Octuagesimo octauò colligitur quare † & si creati episcopus non debeat vbi nunquam fuit. c. felix. 16. q. 1. tamen ex iusta causa creati potest: quale esset si cresceret numerus fidelium. ita ibidem Loazes per c. præcipimus. eadem 16. q. 1. ratio est, ne ea iuris prohibitio & imperium ad proficiendum destinatum, noxium esse incipiat.

21
Vicarius generalis alium Vicarium generalem interdum creati potest.

Octuagesimo nondò colligitur, quare † vicarius generalis, qui alium vicarium generalem sui loco constituere regulariter non potest. c. clericos, de offi. ordi. & idem in vicario seu legato Papæ. ita Card. in clemen. & si principalis, de rescrip. & Andreas Siculus in c. nc. uic. colu. pe. de offi. legati. ex iusta tamen causa (puta infirmitatis) id facere potest, permiffumque est, vt tenent Domini de Rota, vbi supra,

prà, Glo. & Doct. in cle. 1. de regu. verb. locum aliorum. Hostiensis, Ioannes Andreas, Ioannes Imolen. & alij in d. c. clericos, & Fernandus Loazes, vbi suprà: ratio est, ne ea iuris prohibitio & imperium ad proficiendum destinatum, incipiat esse nociuum.

22
Appellatio d legato superioris ad eius Vicarium interdum fit.

Nonagesimò colligitur, quare † & si regulariter à legato superioris non ad eius vicarium, sed ad ipsum superiore sit appelladum, vt per Panormi. & alios in c. si quis contra clericum. col. 9. de foro compe. Philipp. Decium in c. dilecta. 2. de appella. colum. 1. Romanum singulari 464. tu habes vbi eius add. tamen ex iusta causa fit transgressio huius legalis definitionis, ne ea ad proficiendum destinata incipiant esse noxia, ita Panormita. & alij in d. c. si quis contra clericum.

23
Legatus de Latere causâ interdum committit definiti dam sine strepitu, &c.

Nonagesimo primò colligitur, quare † legatus de Latere licet regulariter non possit committere causam sine strepitu & figura iudicij definiendâ, Glo. in c. si. ver. figura, de hære. lib. 6. Imola. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. Felinus in c. 1. col. 1. de rescri. ex iusta tamen causa id facere potest, ne ea iuris prohibitio ad proficiendum destinata, noxia esse incipiat. ita Butrius, & alij in cap. fina. de transactionibus. Felinus in d. c. 1. colu. 3. Ias. in l. omnes populi. colu. 3. ff. de iust. & iure. Francisc. de Ripa. Ioannes Crotus & alij in rep. l. nemo potest, vbi plenè per Hannibalem. ff. de leg. 1.

24
Princeps privilegium non subito concessum interdum reuocat.

Nonagesimo secundò colligitur, quare † & si princeps regulariter privilegium non subito concessum reuocare nequeat, vt per Innocentium & alios in c. nouit de iudi. & in c. 1. de proba. Lapum allegatione c. colum. fin. Romanum consil. 252. & Mainerium in l. nemo potest mutare, ad finem. ff. de reg. iur. tamen ex iusta causa id facere non prohibetur, vt notant Innocentius & alij in c. cum M. de const. Alexand. consil. 101. & Fernand. Loazes, vbi suprà, pag. 356. idque fit, ne ea iuris prohibitio & imperium ad proficiendum destinatum, incipiat esse nociuum.

25
Iudex interdum alterat terminum ad restitutionem.

Nonagesimo tertio colligitur, quare † & si iudex prohibeatur aliter procedere, quàm vt legibus & moribus proditum sit, vt in prin. Inst. de offi. iudi. & in princi. Inst. de obliga. quæ ex quasi deli. nasc. tamen ex causa potest terminum à lege datum ad petendam in integrum restitutionem alterare. ita Bald. in l. 2. ff. de re iudic. Ioannes Andr. in capitu. 1. de resti. spolia. Bart. in simili in l. societatem. §. arbitratorum. ff. pro socio. id quod in omni tempore legali & termino generale esse videtur, vt notat per tex. ibi Bar. Angelus, Alex. Ias. & alij in d. l. 2. ff. de re iudi. idque fit ne ea iuris prohibitio & imperium incipiat esse damnosum.

26
Lex interdum non communis non solet ratur.

Nonagesimo quarto colligitur quare † & si regulariter lex debeat esse communis, vt notant per tex. ibi Bald. & Paulus Castrens. in l. 1. ff. de legib. c. erit autem lex. 4. distin. aded vt † non valeat lex ad vnum quarterium dunta-

xat ciuitatis, nisi & reliquas ciuitatis partes obstringat. Angel. in l. Titius. §. fin. ff. de pollicit. Bald. in prima const. C. §. quibus tamen ex iusta causa talis lex bene valeret, vt per dd. in dictis locis. vnde valeret, lex compellens certas personas ad compromittendum, puta mercatores, vt per Decium in c. consulu. 3. de appell. colum. fin. Barthol. & Ioannes de Platea per tex. ibi in l. neque Dorotheum, & in l. doctij. C. de curio. li. 10. Angelus consil. 62. Nobilis miles.

27
Lex ad vnum quarterit ciuitatis regula riter non valet.

Nonagesimo quinto colligitur, quare † & si magistratus ante delicta perpetrata nequeat facere generale proclama, vt qui tale quidpiam ausus fuerit tali pœna se noscat esse plectendum, si ea pœna erat præterius commune, vt per Barthol. in l. omnes populi. q. 5. ff. de iust. & iure. Anchar. in c. canonum statuta, de const. Bald. in l. pro grammata. C. commi. epist. tamen ex causa id fas esset, secundum Fernand. Loazes consil. pro Marchi. de Velez, pag. 360. idque fit, ne ea iuris prohibitio incipiat esse damnosa, si etiam vtilitate publica urgente transgredi non posset.

28
Iudex proclama generale facere nequis ad pœnas legu alternanda, fallit interdum.

Nonagesimo sexto colligitur, quare † clericus & si regulariter aduocare nequeat, tamen pro ecclesia sua id sibi licet, ita Innocen. in c. vn. de oblig. ad ratio. Inocen. & Abb. in c. sed nec ne clerici vel monachi. Felinus col. fi. in c. cum. l. & a. de re iudi. idque fit, ne ea prohibitio & iuris imperium ad ecclesie vtilitatem destinatum in contrarium vertatur.

29
Clericus interdum potest aduocare.

Nonagesimo septimò colligitur, quare † curatus, vel parochus & si regulariter extra parochiam suam residere nequeat, vt tradunt communiter Doct. ibi Felinus colum. fi. in c. cum omnes, per tex. ibi de const. & in c. non nulli, & in c. conquerente, & in c. pen. & fin. & in c. ex tuz. de cler. non resid. tamen ex iusta causa, puta, si ad concilium abire expediret, id fieri liceret: ne ea iuris prohibitio & imperium ad vtilitatem Ecclesie factum, incipiat nocere ipsi Ecclesie, vt per Geminianum in c. fin. de rescip. Franc. Ripa in d. c. cum omnes, in colum. 18. de const. per tex. in c. cum ex eo, de elect. lib. 6.

30
Parochus interdum extra parrochia potest residere.

Nonagesimo octauò colligitur, quare † & si lex regulariter iusserit, ne notarius, qui semel instrumentum edidit iterum illud edere teneatur, vt tenent Bart. Bald. & communiter Doct. in l. si quis ex argentarijs. §. fi. per tex. ibi ff. de edendo. tamen ex iusta causa illud edere non prohibetur, etiam pluries, idque fit, ne ea iuris prohibitio & imperium ad vtilitatem destinatum, noxium esse incipiat. ita tradunt Bar. & Bald. vbi suprà, Bal. in l. dissolutz. C. de cond. ex lege. idem in rub. colum. 6. C. de fide instru.

31
Notarius interdum potest pluries scripturam edere.

Nonagesimo nonò colligitur, quare † iudex contra formam statuti vel legis arma ciues portare prohibentis, possit ex iusta causa alicui ciuium id permittere: vt tenuit Bald. in

32
Iudex interdum permittit arma non su portare. contra formam statuti.

in rubr. C. qui admi. colum. 1. Corsetus singulari 150. Socinus in tract. fall. regu. 29. Ioannes Neuiza. in sua Sylua nupti. fol. 47. limi. 6.

33
Executio pœne corporalis interdum fit extra locum delicti.

Centesimo colligitur, quare † executio pœnæ corporalis & si regulariter loco facinoris perpetrati fieri debeat, tamen ex iusta causa alibi quoque fieri permittitur, ne ea iuris dispositio & imperium ad utilitatem destinatum aliorum reflectatur, Bald. in rubr. ad finem. C. de fide instr. Bertach. in tract. de Epif. lib. 4. par. 5. q. 38.

34
Regalia interdum alienantur.

Centesimo primò colligitur, quare † reges, & si regulariter vrbes & oppida suæ coronæ nequeant alienare, c. intellectu, de iureiur. tamen ex iusta causa vnum aut alterum oppidum alienare non prohibentur: vt tradunt ibi communiter Doct. & attingimus supra, & aliquid de succ. crea. libro 3. §. 26. numero 83. idque fit, ne aliàs iuris prohibentis imperium, quod ad utilitatem est, in læsionem conuertatur, contra mentem ipsius iuris, cui quod verborum proprietas vicietur, impedimento esse non debet. Intellige tamen vt quàm primum ea vrgens necessitas laxata fuerit, illico expensis totius regni ea oppida alienata redimantur, ad regiamque coronam redigantur, vt diximus vbi supra.

35
Lex generalis vel localis iniusta, quare effectus carere?

Centesimo secundò colligitur, quare † lex generalis vel statutum locale si iustum non sit, non valeat, etiam si ex certa scientia principis fiat: vt tenent Innocentius & alij in c. primo, & in c. quia plerique, de immuni. eccles. Cynus in l. bene à Zenone. C. de quadru. præf. las. consil. 1. colum. 9. lib. 1. Fernand. Loazes in consil. pro Marchi. de Velez, pag. 54. Ludou. Rom. singulari 714. iudex potestatis. in simili per Felinum in rub. de homic. Marfilius in l. 1. num. 17. de sicari. & singul. 665. & alij multi, quos allegat Nicolaus Pig. ad Roma. vbi supra, qui disputant, an valeat statutum, quod pœna pecuniaria imponit pro adulterio, vel homicidio, si talis pœna esset contemptibilis, ratio ergo ne valeat est, quia ad utilitatem statuentibus datum imperium non debet conuerti ad læsionem.

36
Statuti mens sequenda sprete verbis egrigia 9.

Centesimo tertio colligitur, statuto cauetur quod homicida puniatur in centum, alio statuto cauetur, quod qui committere duo homicidia capite puniatur, vtrum si quis commisit homicidium & soluit centum, an si committat aliud, debeat decapitari? & videtur quòd non, quia pro primo est satisfactum, ergo non debeat amplius puniri. nam paria sunt condemnatum

soluisse pœnam, & absolutum fuisse, C. ad l. Aquil. l. contra negantem. Contrarium tenet Bald. quod debeat decapitari, in auth. qui semel. C. quomodo & quando iud. quia facta non possunt haberi pro infectis. l. in bello. §. factz. ff. de capti. licet † ergo obligatio sit extincta, primùm tamen aggrauat secundum, † sicut prima contumacia quantum cunq; purgata aggrauat aliam sequentem, vt in d. authen. qui semel, & hoc dicit Bal. verum est etiam si primum maleficium esset præscriptione sublatum. nam non obstante præscriptione cognoscetur de illo, nõ propter ipsum, sed incidenter propter aliud aggrauandum quod est notandum secundum eum, in d. authen. qui semel. refert & simpliciter sequitur d. Pet. de Ancha. in rep. c. cano num. statuta. de consti. in 32. char. sequitur Corsetus in singulari statuto. 23. Quid dicendum? & sanè licet pro Baldi & Corseti opinione arrideant verba statuti, tamen ipsi verbis posthabitis mens statuentium sequenda est (vt plenissimè supra ostendimus) mens autem esse videtur, vt pro duobus homicidijs capitis pœna debeat, & præterea nihil. vnde cum pro primo maleficio centum condemnationis nomine prioris præstita sunt, si modò prosequenti homicidio capite is puniretur, iam pro vtroque in plus quàm in caput punitus foret, quod est cõtra mentem statuentium, ergo mitius quàm capitaliter aliquantulum puniendus est, ita tamen vt pro secundo homicidio non solum in centum, sed acerbius aliquantulum puniatur, quia geminatio delicti aggrauat culpam, sicque satisfactum erit fundamento & rationi contrariam partem tenentium, & hæc pars vt humanior, ita & verior videtur.

37
Delictum de lito accedens aggrauat.

38
Contumacia vna aggrauat sequentem.

Colligitur † quare statutum puniens gestantem margaritas intelligatur in eo, qui veras, non in eo qui falsas gestaret: vt voluit Bar. in l. 1. §. hoc interdictum, per tex. ibi. ff. de fonte. Franciscus Cremensis singulari 83. mulier transiens. Ludou. Roma. consil. 493. qui inde. & etià Cremensis inferunt, quod † mulier transiens ad nuptias secundas, & si perdat lucra à marito habita, tamen non amittet, quod sibi mariti contemplatione donatum fuerat, quamuis id à marito profectum intelligatur. l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de vulgari. quia id non tam verè quàm fictè à marito profectum intelligitur, & pœnas non esse de casu vero ad casum fictum porrigendas non ineleganter contendunt. ratio ergo prioris dicti ea est, quòd statuti legis imperium, utilitatem intuetur ciuium, non captiorem aut læsionem eorum, utilitas autem in eo est, ne veris & preciosis margaritis vrentes de paupe-

39
Falsas margaritas gestans non comprehenditur statuto, quod punit margaritam gestantem.

40
Pœna nõ extēditur de casu vero ad casum fictum.

rentur, quæ ratio cessat in falsis, vt §. 17. numero 65. multa in simili diximus, in tract. de succ. cre. lib. 2.

14
Calumniæ iuramentum nõ subit, quod plenè probabit.

24
Dei reuerentia commendatur.

43
Intell. l. manifesta. ff. de iure iur.

40
Calumniæ iuramentum reuocari nõ potest per statutum locale.

Centesimo quarto colligitur quare † & si regulariter processus sit ipso iure nullus, quando calumniæ iuramentum non fuit præstitum, cum esset petitum. l. 2. §. sed quia veremur. C. de iuram. calu. c. certum de iuram. calum. c. non constituens, de fidei iur. tamen si exigatur ab eo, qui iam plenè probauit, isque iurare nolit, aliud erit: vt arg. l. si non fuerit. ff. de iure iur. tenent Bald. in c. 2. colum. 2. de proba. Ias. in l. admonendi. colum. 4. de iure iur. Mathæus Mathes. & Sarra. eius additio. nota. 65. nota quod statutum, idem Ias. in l. iusiurandum quod ad pecunia. §. quis. §. qui iusiurandum not. 1. ff. de iure iur. ratio est, quia † vt reperiuntur non pauci, ita numinis contemptores, vt falso iurare nihil vereantur, ita ex diuerso sunt nonnulli ita summi Dei reuerentes, vt potius suum amittant quàm sacramentum subeant, etiam veritatem dicturi. ita ait l. quæ sub conditione, in princ. ff. de condi. inst. Ne ergo vir bonus, qui iam plenè ius suum probauit, nimia Dei reuerentia verum etiam sacramentum subire non audens, ius suum in debite amittat, par est, vt tali casu cesset iuramenti subeundi necessitas, ne legis imperium tale iuramentum exigentis ad utilitatem ciuium destinatum, in eorum bonorum ciuium læsionem reflectatur cessante necessitate, prout cessat in specie proposita ad l. manifestæ turpitudinis. ff. de iure iur. responde, † procedere quando nondum esset legitime probatum, & est optima defensio istius singularis conclusionis, de qua multum dubitauit Ias. in d. §. qui iusiurandum.

Centesimo quinto colligitur, † quare non valeat statutum vel consuetudo particularis adimens iuramentum calumniæ, quo casu petitum esset, vt per d. c. verum. d. §. sed quia veremur. d. c. veniens, tenuit Mathæus Mathesillanus & Sarra, vbi supra. ratio enim est, ne facultas statuendi per legem generalem municipibus concessa, vt plenè tradunt Bart. & alij per tex. ibi in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. conuertatur in ipsorummet læsionem, qui remoto tali iuramento litibus scaterent, & nimium inuicem vexarentur. sicque statuendi imperium noxium (quod esse non debet) ipsis met esse inciperet.

SUMMARYM.

- 1 Solennitas abundans non nocet.
- 2 Exceptio incontinenti probanda, non comprehenditur in statuto exceptionem excludenti.

henditur in statuto exceptionem excludenti.

- 3 Prohibitus habere prædia in territorio, non venatur si ea illico sit venditurus.
- 4 Statutum feminas dotatas excludens, intelligitur quo ad successionem eorum, qui dotate tenebantur.
- 5 Fortuitus casus excusat à pœna statuti.
- 6 Carceris custos non tenetur si socij malignatione incarcerati fugiant.
- 7 Proditio irreparabilis.
- 8 Prescriptio cum mala fide quare non valeat.
- 9 Pœna an debeat in conscientia?
- 10 Mala fidei possessor quis dicatur.
- 11 Minor non comprehenditur statuto puniente delicta non communia.
- 12 Minor non comprehenditur statuto puniente eum qui de comitatu bladum extrahit.
- 13 Monachi Minorite fundi ad vendendum an sint capaces?
- 14 Ecclesia ex necessitate vendens, non tenetur sollemnitas seruare.
- 15 Statutum vt mortua vxore maritus lucreretur dotem, an locum habeat, quando maritus & vxor simul perierunt? ardua q.
- 16 Statutum quod vno delinquente ceteri de familia puniantur, an valeat? ardua q.

CAPVT XXXII.



CENTESIMO SEXTO colligitur, quid dicendum, si † in aliquo actu statutum prouidet adhiberi præsentiam, vel consensum quatuor virorum, aliàs non valeat, vtrum si adhibeantur decem, vel plures, reddatur actus inualidus tanquam nõ seruata forma? & videtur quod sic, quia omisio modi & formæ vitiat dispositionem. l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obl. c. Pisanis, de rest. spo. c. cum dilecta, de scrip. c. cum super abbatia, de offici. deleg. Contrarium tamen reperio fuisse consultum, prout refert Pet. de Anch. in repe. c. canonum statuta, de const. 39. char. quia licet ad sollemnitatem statuat lex certum numerum, ampliatio numeri non vitiat l. hæres palam, in princ. ff. de test. & l. cum tabulæ. ff. de secund. tab. per hoc. l. non solet. ff. de regu. iur. & l. qui mutuam. ff. mand. l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro & argen. legato. item maiori numero inest minor. l. 1. §. si stipulati, de verb. oblig. præterea numerus ampliat

1
Solennitas abundans non nocet.

pliatas non diuersificat formam l. non sunt liberti. ff. quemad. seruitu. amit. l. 1. §. item quæritur. ff. de aqua quoti. & c. sti. facit quod not. Bar. in l. si prius. ff. eo. tit. denique hæc pars vera est, vt constat per tex. in l. vnic. in princi. C. de rei vx. act. & potissimum ex omnibus fundamentis & rationibus nostræ sententiæ principalis, quæ habet legum principumque imperium ad ciuium vtilitatem destinari, quæ per interuentum decem virorum, vbi quatuor quantū sufficiebant, tantum abest vt interuertatur, quod potius assequitur pleni. ergo ea dispositio minimè debet pro irrita lationem agentium haberi. Erta in specie tenet Corset. singu. incipiente, statutum. 22.

2
Exceptio in
continenti pro
banda, non
comprehendi
tur in statuto
exceptionem
excludente.

Centesimo septimò colligitur, quod † si statutum tollat exceptionem in aliquo casu, debet intelligi, nisi quis velit incontinenti probare exceptionem legitimam, quia eo casu debet audiri, non obstante statuto: quia statutum videtur exclusisse exceptiones non legitimas propter præsumptam fraudè opponentium, quæ præsumptio cessat in probatione, quæ offertur in continenti, tex. in c. literas, de resti. spoliato. quod not. gl. in l. 1. §. hoc interdictum. in ver. sed & si falsum. ff. de tab. exhiben. Abb. in c. sciscitata, super glo. in ver. effectum de in in te. resti. quam glo. ibi profitetur se solitum esse multum adducere in consilijs ad statuta excludentia omnes exceptiones. Abb. in c. super eo. ad fin. de offic. deleg. vide dicta pereum in c. ex parte 4. eod. titu. nisi esset præsumptio contra eum, quod calumniosè exciperet, licet offerat se probaturum in continenti. istud voluit glo. in d. c. sciscitata, quæ limitat d. c. literas. & istud dictum sensit do. Abb. in d. c. super eo. vbi Bald. singulariter dixit per illū tex. iuncta glo. quod à summaria cognitione potest quis repelli, vbi præsupponitur quis calumniari, q. dictū dicit menti tenendum. & not. in c. veniens, il secundo, de testi. in l. fin. C. de ordi. cognitio. putat tamen do. Abb. in d. c. super eo, illud dictum glo. & Bald. procedere vbi opponens offert se probaturū incontinenti, & præsumptio est de malitia, quia per talem oblationem non purgatur præsumptio malitiæ. quibus de rebus per Anto. Corsetum singul. in verb. exceptio. 2. & pro superiore opinione, vt talis exceptio in continenti probanda per tale statutum exclusa non videatur, facit nostra sententia principalis. Nam vt reliquorum principum, ita & statuentium ac legislatorum imperium ad proficiendum est, non ad nocendum: noceret autem si exceptio legitima etiam incontinenti probanda excluderetur. Vnde & si verbis statuti accedere videretur, tamen

extra mentem statuentium esse verosimilimū est, quæ potissimum (vt supra ostendimus) intuenda est. glo. ibi & vbi que communiter app. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. sicque verbis posthabitis ex verosimili mente statuentium talem exceptionem admittemus.

Centesimo octauò colligitur, quod † si prohibetur forensi aliquam rem immobilem relinqui per statutum, aut per viam contractus, vel vltimæ voluntatis? relictus est fundus forensi vt vendat preciumque habeat. An hoc casu habeat locum statutum? glo. est singu. in c. 1. §. confirmatos. in verb. domum, de religiosis domibus in 6. quod valet legatum. sicque tale statutum non habet locum. & est ratio, quia si nō durat alienatum. ergo non videtur alienatum: vt in c. 1. quid iuris sit si vasallus post alie. feud. id recupe. & l. si verò pro patre. §. versum. ff. de in rem verso. Bald. in l. cū quæstio. in fin. C. de leg. & sequuntur Fran. in d. §. confirmatos. Corset. notab. mendicantes. latè per Alexand. & Ias. qui alios citant in l. apud Iulianum. §. constat. ff. de leg. 1. Ioan. Dilect. de arte testamen. caut. 40. & Dec. consil. 559. in casu. Curt. Iun. consil. 105. colum. 2. in simili. per Hip. Marc. singulari 132. Nicol. Pigno. & Ludo. Roma. singulari 294. incipi. prohibetur forensi. ratio enim huius communis opin. est, quia animus statuentium fuit ciuibus consulere quod ad hoc, vt omnia prædia, quæ intra fines territorij erant, ad eos solos, non etiam ad forenses pertinerent, non autem quo ad forenses commercium iure gentium (iuxta l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. §. ius ciuile. & §. ius autem gentium. Instit. de iure nat.) remouere voluerunt. ergo cū per tale legatum id prædium non desinat cum effectu permanere intercōcuius, cessat ea vtilitas, ad quam statuentes prospectum voluerunt, & si vltra progredieretur noxium esset, quia contra ius gentium adimeretur forensibus commercium.

3
Prohibitus
habere præ
dia in terris
no veta
tur si illico sit
venditum.

Centesimo nonò colligitur, stante † statuto, super quo egregie consuluerunt Rapha. Cuma. & plures alij, consil. 207. incipi. quod quælibet hæreditas, &c. quod quælibet hæreditas ascendentiū deferatur masculis legitimè descendentiū, exclusis fœminis, cū dotatz fuerint. Quod licet tale statutum generaliter loquatur, non habet locum in successione matris vel auiz maternæ, sed solum in ascendentiū per lineam masculinam, sequitur Ias. in l. 4. §. prætor ait, in princi. 3. colu. ff. de in ius vocan. mouetur Rapha. quia statutum excludit fœminas, quia sunt dotatz: sed ista ratio dotandi cessat in matre & auia: quia ad eas non pertinet offi-

4
Statutum fœ
minas dota
tas excludit,
intelligitur
quod ad succes
sionem eorū,
qui dotare se
nebantur.

net officium dotandi. l. mater. C. de iure do. ergo non comprehendit matrem, quia debet intelligi de hæreditatibus eorum, qui tenentur dotare: & sic de hæreditate patris vel lineæ paternæ, cum ergo verba non conueniant matri, nec eius dispositio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. l. quod constitutum. ff. de milit. testa. cum simil. & quod tale statutum intelligatur, si dotatæ fuerint ab ea persona, de cuius hæreditate agitur, & non ab alia, ita tenet no. Bal. in l. 1. C. de leg. hæred. cum concor. quas dat las. in l. quoniam nouella. C. de inof. test. & Gerardus singulari. 7. quando rubr. nume. 3. ratio istius rei ea est, quia hoc statutum fæminarum exclusiuum, videtur esse contra naturalem æqualitatem, quæ inter masculos & fæminas esse debet. l. maximum vitium. C. de lib. præteri. §. fin. Inst. de hæred. ab intest. vnde si huiusmodi statutum aliquando magnam vtilitatem, aut Reipublicæ necessitatem toleratur (id quod satis est, vt valeat. teste Baldo, in l. non omnium, & in l. de quibus, colu. 10. ff. de legib. & eleganter per An. Tir. de vtroque retractu in præfa. num. 75. tamen quin odiosum & consequenter restringendum sit, negari non potest, quoties sese offert aliqua non multum deuia & extranea interpretandi occasio, vt in specie hac, quæ eo maxime admittenda est, quod legislatores (vt nostra principalis conclusio habet) vt reliqui principes non vt obsint, sed vt profint, acceperunt imperium, vnde eæ leges eadē statuta, quæ subdura videntur, piè vt sic minus obsint interpretanda sunt, estque iudicem efficacior oratio, quàm quæ mouit Doctores supra allegatos.

Centesimo decimò colligitur, scis quod lex est, quod si sit statutum in ciuitate, quod non extrahatur bladum vel aliquid aliud de loco, quod si casu fortuito de aliqua alia ciuitate, vel castro veniant homines deferentes bladum vel aliam rem contra statutum, quod nõ obstante statuto possunt, licet alias non possent, nisi essent transeuntes. C. de ædific. priua. l. si quis post hanc legem. ita Guilielmus de Lud. sing. 18. ratio est: Quia impossibile nulla obligatio est. l. impossibile. ff. de regu. iuris. l. 1. ff. de cond. insti. impossibile autem est casus fortuitos præcauere. l. quæ fortuitis. C. de pignor. act. ergo leges, quæ non secus quam principes vt prodesse non vt obesse imperium acceperunt (vt nostra principalis conclusio habet) non potuerunt obligare nos ad tale quid impossibile.

Centesimo vndecimò colligitur eadem ratione, si dictat statutum quod si carceratus aufugiat, custodes teneantur pœna

capitis. si duo sint custodes, & vnus custos simulcū carcerato aufugerit, quod alter custos non teneatur pœna statuti. tex. est singularis in l. vltima. versic. interdum. ff. de custo. reorum. & idem Roma. consilio 395. vt res. colu. fin. ver. secundum doct. in d. l. fin. Are. in tracta. malefi. in verbo, fama publica præcedente. nu. 91. Fran. Cre. no. 91. Hipp. de Marfi. in rub. ff. de fideiuf. q. 17. pulchre per Nicolaum Boer. deci. 217. quo ad tertiã. qui alios citat. Ludo. Roma. singulari 30. Hæcenim † proditionis est, quam præcauere est vltra prouidentiam & vires humanas. vnde sic cecinit Claudianus lib. 2. in Rufinum:

7
Proditio irreparabilis.

*Heu heu quàm breuibus pereunt ingentia cauis,
Imperium tanto quesitum sanguine, tanto
Seruatum, quod mille ducum peperere labores,
Quod tantis Romana manus contexit annis,
Proditor vnus iners angusto tempore vertit.*

Et Silius Italicus lib. 13. Bel. pun.

*Illæ autem, quæ tondetur præcordia rostro
Alitis, en quantum resonat plangentibus ales
Armiger ad partus rediens Iouis, hostibus arcem
Virgo (immane nefas) adamat prodidit auro
Tarpeia, & pactis reseravit claustra Sabinis.*

Cum ergo proditioni occurrere sit impossibile, impossibilemque nulla sit obligatio. l. impossibile. ff. de re. iu. par est, vt custos carceris non teneatur de proditione socij, cum lex imperium vt prodesse non vt noceret acceperit, vt habet nostra principalis conclusio: noceret autem si ad impossibile obligaret.

Centesimo duodecimò colligitur quæ mobrem omnes leges & omnia statuta, quæ permittunt præscriptiones cum mala fide contra reales, vel personales, vel mixtas actiones, non valeant ipso iure, quia sunt contra ius commune, & nutriunt peccatum, vt in c. vigilantior, de reg. iur. in 6. peccat enim, qui sciens se teneri ad centum ex causa depositi, mutui, vel vediti, refusat soluere, & hanc doctrinam sentit Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. in illa quaestione, an valeant statuta circa ius diuinum, idē tenet Ang. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vfu. & in l. hæc autē iura. ff. de ser. vrb. præ. & in l. fin. ff. quemad. ser. amit. & in l. ait prætor. §. item ei. ff. ex quib. caus. maio. in vno casu quado debitor non peccaret recusando soluere, vt quia esset obligatus ad meram pœnam, puta, ad duplū vel quadruplum actione furti. Nam † secun-

8
Præscriptio cum mala fide quare non valeat.

5
Fortuitus casus excusat à pœna statuti.

6
Carceratus custos non tenetur si socij malignatione in carcerati fuerint.

9 *Pena an de beatur in con scientia.* † secundum ius diuinum, & secundum forum conscientiarum non tenetur quis se offerre ad soluendum poenam, etiam eam petenti in iudicio, vel extra. 12. q. 2. c. fraternitas, vbi est text. sing. iuncta Glo. in ver. cum augmento. in fin. & not. doct. in c. dilecti, extra de arbi. Ant. in c. fin. extra de prescrip. idem tenet Panor. in c. quoniam. col. 5. post Butr. & ibi Fel. colu. 2. de prescrip. vbi dicit, hanc esse communem opi. confirmatur ex ijs, quae late dixit idem Fel. in c. 1. 10. col. versic. tertius casus, de constitu. circa Glo. in c. fraternitas alleg. secus vbi actio non est mere in poenam, sed quia visum fuit legi sic conuenire reipub. vt in actione de dolo & simili, quia si interuenit dolus ex parte alterius tenetur, vt pulchre per Abb. vbi supra, propter d. Glof. sing. & c. admonere. 33. q. 2. & per Mathæfillanum singu. 23. ratio superioris conclusionis, vt tale statutum non valeat, est quia vt principibus ita & legislatoribus ac statuentibus vt profint, non vt obsint imperium datum est, vt habet nostra conclusio principalis: nocerent autem si praescriptiones cum mala fide inducerent, quia & praescribentis anima periret in aeternum, quae cunctis rebus caducis preciosior est. l. sunt personae. ff. de religi. & ius illius, contra quem scribitur, amitteretur, quod magni faciendum est. text. & Glof. in l. aduocati. C. de aduo. diu. iudi. ergo, & c. id quod obtinet, & admitterem quando † contra ignarum rei vel iuristi praescribere volebam, vt in terminis l. si. C. de longi temp. praescrip. idem si eras agere impeditus, secus si sciebas, nec agere impeditus eras, sed dissimulabas, tunc enim ius tuum concedere mihi videreris, nec est cur haec tacita donatio & concessio magis improbat quam expressa: vt per totum tit. ff. C. & Insti. & in decret. de donati. iuncta l. cum quid. ff. si cer. pet. facit l. cu de in rem verso, cum materia. ff. de prob. Itaque cum mala fide non procedit praescriptio in personalibus actionibus, non magis quam in realibus, sed nego habere malam fidem illum, qui scit se possidere rem alienam corporalem domino sciente, & petere liberrime valente. idemque si quod ei debet, desinit soluere, cum ille nullo impedimento iuris aut facti esset petere impeditus, sicque hoc casu tam in personalibus quam in realibus actionibus contingit praescriptio tuta & legitima de iure ciuili & de iure canonico & in foro conscientiarum ex tacita concessione illius, vt alibi plenus diximus. & in simili per Cagn. de reg. iur. ff. in l. quod a quoquam. col. fin.

10 *Male fidei possessor quis dicatur.*

11 *Minor non comprehenditur statuto puniente delicta non commissa.*

Centesimo decimo tertio colligitur, an statutum † loquens generaliter includat minorem? dic quod sic. c. constitutus, de in integ. restit. l. si sine. §. Lucius. ff. de administ. tuto. quod tamen limita nisi statutum vel consuetudo puniat aliquid, quod de iure communi non est punibile; tunc enim minor non in-

cluditur in statuto, vel consuetudine, c. 2. de delict. puerorum. Nam homicidium casu perpetratum sine culpa est impunibile, vt. l. 1. C. de sicar. & ideo in d. c. 2. dicitur, quod in illa consuetudine ibi relata minor non includitur, licet generaliter loquatur, & valebit statutum, quod † nemo possit extrahere bladum de comitatu, vt illud statutum minorem, seu pupillum non comprehendat, & quando poena in delictis minuat propter aetatem, ponunt Castr. & alij in d. tit. C. si aduer. delic. Deci. & Cagnol. in l. ferè in omnibus. ff. de reg. iur. Marsil. in l. si infans. ff. de sicar. Ludouicus Carer. in tract. de homici. §. 6. in prin. de minore extrahente bladum, tenet Bald. in l. si ex causa. §. si. ff. de minor. Franc. Cremenf. singu. 29. fallit secundo d. §. Lucius in statuto de maioribus sentiente: quia tunc minores non ligat. Bald. in l. pen. C. de infami facit l. si quis maior, cum ibi nota. C. de transact. fallit tertio in statu odioso. Barthol. in l. etiam. ff. de minoribus. Et idem de statuto exorbitante. Bald. in l. 1. C. qua. Imper. & Hippol. singulari 481. communis, & ibi ponit aliam fallen. fallit quinto, vt per eundem Hippol. singu. 362. statutum. Fallit sexto in praescriptione, de qua re per Barthol. in d. l. etiam, & in l. fin. & ibi Bal. C. in qui. cau. in integ. restit. Fel. c. placuit, colu. 2. de praescript. & Doct. in c. constitutus, de restitutio. in integ. per Ludouicum Roma. in singul. 816. tu audisti. Et hisce de rebus diximus multa de succ. cre. lib. 1. §. 10. circa l. si. C. in quibus cau. in integrum restit. Ratio autem superioris conclusionis, quae habuit, minores non comprehendit in statuto puniente, id quod de iure communi punibile non est, ea est, quia vt principes, ita & legislatores, vel statuentes imperium acceperunt, vt prodesent, non vt obessent, vt habet nostra principalis conclusio. Nocerent autem si tali statuto minores comprehederent quia hi solius iuris naturalis, non et iuris meri ciuili gnari intelliguntur: sicque tali statuto inculpati subiacerent.

12 *Minor non comprehenditur statuto puniente cum qui de comitatu Bladum extrahit.*

Centesimo decimo quarto colligitur, Quod † vt scis fratres medicantes sunt incapaces bonorum immobilium, vt in clem. ciui. de ver. singul. & legatum rerum immobilium eis factum, non valet, nisi quantum ad estimationem: vt voluit Bar. & Bald. post Iacob. de Are. in l. apud Iulianum. §. si. ff. de leg. 1. & in l. si res, & in l. fideicom. §. si seruo. ff. de leg. 3. & Barto. in tractat. Minoricarum. in 1. parte. & Marilius in l. si in singulos, in pen. col. ff. de ann. leg. & ideo subdunt Doct. in dictis locis quod licet fundus non possit simpliciter mendicantibus relinqui, tamen poterit eis relinqui vt ille huius vendant, & in necessitatibus suis precium conuertant, ad quod allegat Glof. no. in c. 1. in verbo, domum, de relig. do. lib. 6. & idem tenent d. Ant. in c. in praesentia. in 7. col. versu. quintus casus, de probat. & Bald. in authen. ingressi. in 7.

13 *Monachi Mōnorite fundi ad vendendum, an sint capaces.*

in 7. colum. C. de sacrosan. eccle. & in l. cum quæstio. in fin. C. de legi. & Ludoui. Roma. in l. Antistius. §. fin. ff. de acqui. hzred. Et hoc casu † in venditione talium bonorum immobilium, non requiritur solennitas. c. sine exceptione. ita singu. dixit Bal. in auth. si qua mulier, in 4. col. de sacrosan. eccl. post Guiel. de cū. in d. authe. hoc ius porrectum. & Bal. in c. cum causa, circa fin. extra de sent. & re iudi. Alius est etiam casus, in quo dicta solennitas non requiritur, videlicet, quando ecclesia esset coacta alienare rem, vt puta, si esset grauata alienare fundum per fidei commissum. nam hoc casu alienabit sine solennitate alias requisita. ita dixit multum not. Lap. alleg. 26. inci. disputat primò, post mediū, quæ dicta refert, & sequitur Fely. in c. in præsentia. in 26. col. in fin. de probat. Et istę sunt communes opiniones, vt per Fely. post alios in d. c. in præsentia, nu. 51. & ibi Deci. num. 69. Hippolytus Marsilius singu. 132. Nicolaus Pigno. ad Romanum singu. 294. Ratio ergo istorum est, quia iura solennitatem alienationis exigentia intuentur vtilitatem ecclesię, quæ vtilitas cessat, quando ex necessitate fienda erat alienatio, nec decebat vt iura, quæ ad proficiendum, non ad nocendum fiunt, iuberent nobis facere & adhibere solennia inutilia, quæ nobis laboris & molestię multum afferrent, vtilitatis verò nihil: contra naturam & destinationem vniuersorum principatum, siue illi principum sint, siue legum, vt habet nostra principalis conclusio. & facit l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procur. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt leg. nom. caue. cum similibus.

Centesimo decimoquintò colligitur, † si statuto caueatur, quòd mortua vxore in matrimonio, maritus lucretur tertiam partem dotis. Quid si ambo simul moriantur, vt puta, ex naufragio, vel ex domus ruina, & nescitur quis anterior, & quis posterior fuerit mortuus. an isto casu habeat locum statutum? breuiter dicito quòd sic, fauore lucris ipsius dotis. Ita singulariter dicit Bal. in l. si possessor. §. si eo dem. ff. de relig. & sum. fun. per illum tex. cum Glo. sua. sed vtra Bal. ego allego optimū tex. in l. cum hic status. §. si amb. ff. de don. int. vir. & vxor. vbi si maritus & vxor simul moriatur ad donationem validandam, præsumitur præ mortuus donator, siue donans fuerit maritus siue vxor, quòd nota. & vide per Cremensem sing. 53. qui idem sequitur, id quòd, vt nobis videtur, est contra tex. in l. eū, qui. ff. ad Treb. & in l. quod de pariter. ff. de rebus dubi. l. ex duobus, in princi. ff. de vulga. cum similibus. præsertim quia tale statutum cum inducat inæqualitatem, odiosum esse intelligendum est. l. cum oportet, in prin. C. de bon. quæ lib. l. illud. l. illam. C. de colla. & maximè per l. maximum vitium. C. de lib. præ. & quia statuentes vt prodesent, non vt nocerent, imperium acceperunt (vt habet nostra conclusio princi-

palis) & illam inæqualitatem inducentes factis nocuisse videntur: nec expedit vt id nocuumentum augeatur, quòd nota, quia Venetijs statutum est, vt vidua à marito liberos non habens amittat tertiam partem dotis.

Centesimo decimo sextò colligitur, Statuto † Florentinorum cauetur, quòd vno de agnatione delinquente, cæteri de agnatione te neantur, an valeat tale statutum? quòd sic probat tex. in arg. in l. iure prouisum. C. de fabricen. lib. 11. hoc colligit ibi Bart. & Ratio statuti & illius legis ponitur in text. ibi, scilicet quia alij curabunt, ne aliquis delinquat. & sic nota ibi casum, in quo vnus pro alio tenetur. Simile in l. fin. C. de nauis. lib. 11. alia similia not. per Glo. in l. 1. §. si plures. ff. de exer. facit C. de primipi. l. fin. lib. 11. tu de hac q. statuti vide Bal. in l. 1. alia in rub. C. res inter alios acta. Bald. in l. 1. C. ne fil. pro pat. & in l. si qua. ff. de ijs, qui sunt sui. & per Corsetum in sing. incipiente, statutum. 10. qui idem sequitur, quòd suspectum puto per d. rub. & per omnes ll. illius titu. C. res inter alios. & l. si quis in suo. §. legis. C. de inof. test. per totum. C. ne filius pro patre, per totum. C. ne vxor pro mari. l. nō debet. ff. de iure iu. & per nostram principalem conclusionem, quæ habet, statuentes non secus quàm principes reliqui ad proficiendum, non ad nocendum, imperium accepisse. nocerent autem si tale statutum valeret, quòd est iniquissimum, saltem quòd ad pœnam ordinariam: sed quòd ad aliam minusculam, fortè posset tolerari, arg. l. scio. ff. de minor. & argu. d. l. iure prouisum, cum multis, quæ congesimus de succ. resolu. lib. 1. §. 7. differentes modica non subijci regulis iuris. & ita in simili vult Diuus Thomas 2. 2. q. 98. art. 4.

SUMMARIUM.

- 1 Fideiussio multis nominibus significatur.
- 2 Fideiussor dicitur quis diuersimodè.
- 3 Fideiussio facta pacto nudo non valet etiam de iure canonico.
- 4 Fideiussor indemnitate quis sit.
- 5 Fideiussor non est, qui promittit soluere nomine debitoris.
- 6 Debitor & fideiussor quando quis esse possit.
- 7 Fideiussorum differentia.
- 8 Fideiussor quando liberetur, quando creditor negligens fuit in debitoribus conueniendo.
- 9 Fideiussor etiam vt principalis obligatus, gaudet beneficio excussionis.
- 10 Excussionis beneficium opponitur cōtra collegam, qui solus administrat.
- 11 Fideiussor, licet promittat soluere sine vlla exceptione, ad huc potest opponere exceptionē excussionis.
- 12 Excussionis beneficio potest renunciari.
- 13 Excussio cessat, si est notorium quòd debitor non est soluendo.

14
Ecclesia ex necessitate vendens, non tenetur solennia seruare.

15
Statutum vt mortua vxore maritus lucretur dotem an locum habeat, quando maritus & vxor simul perierunt? ard. quest.

16
Statutum quòd vno delinquente cæteri de familia puniantur, an valeat, ard. quest.

- 14 Excusio cessat quando fideiubeo pro naturaliter tantum obligato.
- 15 Excusio cessat quando principalis est, vbi conueniri nequit.
- 16 Excusio beneficii perdit mendax.
- 17 Excusio cessat, cum pater fideiubet pro filio.
- 18 Excusio cessat in fideiussore de iudicio sistendo.
- 19 Excusio omissa, non viciat processum.
- 20 Fideiussor fisci non habet beneficium excusiois.
- 21 Excusio cessat, quando debitor est valde cauillans, vel rixosus.
- 22 Excusio cessat, quando fideiussor impugnatur per modum exceptionis.
- 23 Excusio cessat in mercatore, & campore fideiubente.
- 24 Exceptio non numerata pecunia cessat in mercatoribus.
- 25 Scriptura an obliget quod ad clausulas, qua iniussu partium de consuetudine tabellionum apponuntur? ardua questio.
- 26 Tacitum interdum parit, interdum maiori, interdum minoris potentia est, quam expressum.
- 27 Scriptura clausula de consuetudine tabellionum apponi consuet. a. inutilis est in tribus casibus.
- 28 Tacitum sapè fallax.

C A P V T X X X I I I.



ENTESIMO decimosseptimo colligitur ex opin. nostra prinq. quare, qui in subsidium fideiussit, non teneatur, si debitor principalis efficiatur non soluendo propter moram creditoris in exigendo adhibitam, vt infra nu. 7. dicemus? ratio enim est, ne alius legis imperium ad proficiendum, non ad nocendum, acceptum, deseruieret machinationibus. & sciendum est, quod † in iure nostro quod ad fideiussorum propositum reperiuntur multa nomina, quæ videntur prima facie eadem, sunt tamen penitus diuersa. nam reperiuntur fideiussores, constitutores, item ex promissores, item alij suscipientes ab initio in se alienam obligationem, item alij, qui obligationem alienam iam natam in se transferunt animo nouandi. de quibus per Glos. in l. in personam. §. qui pecuniam. ff. de pact. & in rubrica C. de fideiuss. & in rubrica ff. de fideiuss. & ibi Bart. & in l. 1. C. ad Velleia. & per Gloss. singularem, quæ ponit differentiam inter ista nomina, in l. si verò non remuneradi. §. si post creditam. ff. mandati. & notabiliter per Ang. Inst. de fideiuss. in prin. vbi optime declarat. & aliquid per Alex. in l. 5. §. stipulatio. ff. de verb. oblig. & per Bald. in l. cum alter. C. de fideiuss. & est Glo. melior quam habeamus in iure, in auth. de fideiussore. §. 1. colum. 1. in vers. fideiussorem, secundum Alexand. in d. §. stipulatio. & adde glo. in l. Stichum, aut Pamphilum. §. aliquando. ff. de solut. in vers. intercesserat, & cum ista est, vt ad propria deueniam,

¹
Fideiussio
multis nomi-
nibus signifi-
catur.

text. melior de iure. in l. eleganter. §. seruus patronis. ff. de dolo. & glo. in l. Stichum. §. aliquando. ff. de solu. in vers. intercesserat.

Secundò & proprius sciendum est, quod fideiussor † in ista materia sumitur multis modis, primò, pro eo, qui simpliciter pro alio intercessit, & iste obligatur per stipulationem non aliter tex. in l. blanditus. C. de fideiuss. & in l. 5. §. satis acceptio. ff. de verborum obligatio. hinc venit, quod fideiussio, facta pacto nudo appposito iuxta contractum, non vestiatur cohærentia contractus, licet regulariter secus, vt in l. pactum. & in l. bonz fidei. cum similibus. C. de pact. Ita notanter dicit Bald. in l. ex placito. 12. questio. C. de rerum permu. per d. §. satis acceptio. & in l. si tibi. C. loca. per Alex. in d. §. stipulatio. in l. 5. ff. de verb. obli. in tantum quod licet alias de iure canonico ex pacto nudo oriatur actio, secundum comm. opi. vt in c. 1. vbi plenè, extra de pact. & plenè per Legistas in l. iurisdictionum. §. quinimò. ff. de pact. tamen fideiussio † præstita pacto nudo absque stipulatione, etiam de iure canonico non valeret. Ita notabiliter Bald. in c. 1. penul. colum. extra de pact. quod benè est notandū. & de hoc vide singulariter per las. in l. lecta. vlti. colum. ff. si certum petat. Et fideiussor simpliciter acceptus de iure antiquo poterat conueniri principali debitor non excusso. l. non rectè. C. de fideiuss. cum concor. hodie secus. auth. de fideiussore. in prin. coll. 1. & auth. præsentis. C. eod. tit. notatur plenè in c. peruenit. extra, de fide. insti.

²
Fideiussor dicitur qui diuersimodè.

³
Fideiussio facta pacto nudo non valet etiam de iure canonico.

Secundo modo dicitur fideiussor ille, qui promittit id, quod creditor à debitorè contequi non potuerit, & sic in subsidium. & iste talis ante reum conuentum & excussum non est obligatus, sed speratur obligari. & de isto proprie loquitur tex. in l. si in prin. ff. si cert. petat. & in l. decem. ff. de verb. oblig. & in l. omisissis. secundo respon. C. de fideiuss. & in l. 5. C. de fidei. tuto. vbi vide. & in l. si fideiussore. in id. in prin. ff. de fideiuss. cum simil. vide in materia tex. singula. in l. fideiussor obligari. §. fin. eo. titu. est tex. mirabilis in l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verbo, obligat. vbi nota per Paul. & las. & per las. in l. 2. C. de hæ. insti.

Tertio modo † dicitur fideiussor ille, qui promittit conseruate aliquem indemnem, vel promittit indemnitate: & iste etiam non potest conueniri, nisi in subsidium, etiam de iure antiquo. & de isto loquitur ille titulus C. si tutor indemni. promiss. & tex. nota. & ibi Bart. in l. 2. C. de conue. fideiuss. debi. lib. 10. & Bar. notabiliter in l. quæro. ff. loca. & Bald. in l. si pro eo. 12. q. C. mandati. & tex. singula. & ibi Bartholin in l. pater. ff. de dote. præleg. & tex. in l. tutor. in prin. ff. ad Velleia. & tex. cum ibi notatis in l. 2. C. de senten. quæ sine certâ quâti. profer. in tantum non potest conueniri nisi princi-

⁴
Fideiussor tenetur demonstrare quod sit.

principali excusso: vt per tex. & ibi Bart. in d. l. 1. C. de conue. ff. deb. lib. 10. Sumitur & alijs modis iste fideiussor de indemnitate, secundum formam tex. in l. is à quo. ff. de rei vendi. Item alio modo, vti in casu singulari, in l. prima. C. de magistra. conue. & per tex. & ibi singulariter Bart. in l. si à priori. §. si fugitiui. ff. de furtis. & in l. si à reo. in fin. ff. de fideiussor. cum similibus.

5
Fideiussor nō est qui promittit soluere nomine debitoris.

Quarto etiam modo † dicitur quis quodāmodo fideiussor, scilicet ille, qui promittit soluere nomine debitoris. Nam iste non est propriè fideiussor, nec potest conueniri, si debitor est soluendū: sed demum in subsidium. iste est casus singularis, & fortè non alibi, secundum verum intellectum, in l. si ita stipulatus fuero. la prima. §. possum. ff. de verbo. obli. ideo autem ille, qui sic promittit, non dicitur fideiussor, quia fideiussor non promittit nomine debitoris, sed nomine suo, vel simpliciter, & pro sua obligatione, licet ad vtilitatem debitoris: & postquam promittit, potest soluere vel nomine debitoris, & tunc illum liberat ipso iure & in consequentiam, etiam se ipsum. at iste noluit esse fideiussor sic promittendo, ex quo sequitur quod etiam iure veteri necessaria erat excusio principalis antea quā posset conueniri, quod est singulare, & fortè non alibi, secundum Paul. ibi. ideo diligenter est attendendum ad verba instrumenti, quia notarius non habens de hoc notitiam, de facili posset errare, secundum eum. Dicerem tamen quod hodie non refert sit fideiussor, vel non, cum etiam fideiussor non conueniatur nisi excusso principali, vt in d. auth. præsente. ergo à fortiori ille, de quo in illo §. possum. & sic dico quod licet hodie ille tex. non corrigatur, non tamen aliquid habet singularitatis, cum sit idem in casu magis dubio, scilicet in fideiussore, vt dixi, & hoc puto verū & necessarium, licet nemo Doctorum attingat. ad intellectum illum require ibi Barto. & Alex. qui non tamen dicunt quod propriè notauit, idè bene nōr. Et hic oportunè potest quæri, an ille, qui promittit per hęc verba: Promitto quod Titius tibi debet, dicitur fideiussor? tex. videtur dicere quod non. in l. vbi autem non apparet. §. illud verò. ff. de verb. oblig. glo. singularis sentit contrarium in l. Titia. §. idem respondendum. eod. titul. concordante ex verbis Alexand. in d. §. illud. & per eundem in l. huiusmodi. eo. tit. & hoc est magis necessarium in proposito.

Quarto, necessariò quæritur, cum suprā dixi de fideiussore indemnitate, quæritur quot modis tāquam fideiussor potest quis promittere alium conseruare indemnem? istam quæstionem examinatam sic non inuenio, ideo pro veritate considero omnes casus, de quibus potest quæri. Nam aut debitor promittit debitori conseruare indemnem, aut è contra creditor debitori: aut debitori fideiussor-

ri: fideiussor debitori: aut fideiussor creditori, vel creditor fideiussori. Primo casu, non potest exemplificari hęc quæstio, nam cum ipse sit debitor, non potest creditori promittere eū conseruare indemnem, quia sic esset fideiussor sui ipsius, quod non potest esse de iure, vt est tex. in l. hzres à debitor. §. seruo. & §. retro in fi. ff. de fideiuf. non etiam potest poni in secundo casu, quia actio & passio non possunt concurrere in eodem subiecto propter contradictionem. si ergo creditor, qui habet actionē, esset fideiussor & sic obligetur, ergo actio & passio concurrent in eodē in respectu eiusdem obligationis, quod non est dicendum. Item alia ratione, quia si creditor conseruaret debitorem indemnem, ergo in effectu nec iste diceretur creditor, cum teneretur id restituere, nec alius diceretur, cum in effectu ei nihil abesset. Tertio autem † casu benè potest poni hęc quæstio, scilicet quando debitor fideiussori promittit eum seruare indemnem, quia dicit quod ei soluet quidquid ipse præstiterit creditori, & hic nulla est repugnantia, vt patet. & sic intelligitur c. secundum, extra de fideiuf. cum similibus. Nec obstat, quia hic est debitor & fideiussor, & sic fideiussor sui ipsius. dico quod non obstat, quia hic est debitor respectu vnus, & fideiussor respectu alterius, & sic non obstat l. hzres à debitor. §. seruo. ff. de fideiuf. cum simil. quia ibi intelligitur quando quis est debitor, & fideiussor sui ipsius respectu eiusdem creditoris, aliàs bene permittitur. Quarto autem casu non potest formari quæstio, quia si fideiussor conseruaret debitorem indemnem, ergo in effectu ille non esset debitor, nec iste fideiussor potest ab eo aliquid consequi per actionem mandati, contra l. si pro ea. C. manda. & Inst. de fideiussor. §. penul. cum cōcordan. Nisi poneret quod iste fideiussor animo donandi intercesserit, & vellet debitorem conseruare indemnem, sed tunc valeret tanquam donatio, & non haberet vim, vel naturam fideiussoris.

Quinto casu bene potest poni hęc quæstio, scilicet quando fideiussor promittit creditori eum conseruare indemnem, quasi dicat, promittit ei quando reus repertus fuerit non soluendo, nec antè poterit conueniri. & iste est casus in l. prima. C. de conue. ff. debi. lib. decimo. & ibi Barto. & per Barto. in l. quæro. ff. locat. & per Bal. in l. si pro ea. duodecima quæstione. C. manda. & ista fideiussio benè valet, quia nullā est repugnantia. Item postquam soluerit, poterit repetere à debitor per actionem mandati, & sic non imitatur materia fideiussionis.

Sexto & vltimo casu, non potest formari hęc quæstio, scilicet quando fideiussori promittit eum seruare indemnem rationibus, de quibus suprā in secundo casu, quia si fideiussorem conseruaret indemnem, non esset creditor in effectu, cum nihil apud eum remaneret.

6
Debitor est fideiussor quando quis esse possit.

neret. Item esset creditor & debitor respectu eiusdem causæ, & sic actio & passio essent in eodem subiecto, quod est contra ius, & quia eadem res non debet diuerso iure conferri. l. eum qui ædes, cum similibus. ff. de vsucapio. cautè ergo Bald. in l. si pro ea. C. manda. duodecima quæstion. formauit quæstionem nostram in duobus casibus, scilicet in tertio & quinto, quia in alijs non poterat poni vt probauit. & cogita super his.

7
Fideiussorū
differencia.

Viso quot modis capiatur fideiussor in proposito nostro, necessariò videndum restat, an sit † aliqua differentia inter fideiussorem simpliciter acceptum ex vna parte & fideiussorè indemnitis, & eum qui promisit, quòd ab alio seruari non possit, & eum qui promisit nomine debitoris ex alia. & reperio, quod sic prima differentia est, quia si fideiussor simpliciter acceptus renunciat beneficio de fideiussoribus, poterit conueniri etiã principali non excusso. glo. & dd. in c. peruenit, de fideiuss. Bald. in d. auth. præsentè. & est communis sententia per textum l. penultima. C. de pact. cum similibus. secus in fideiussore indemnitis, nam etiam si renunciet beneficio de fideiussoribus, non poterit conueniri ante principalis excusionem, hoc enim inducit hoc casu: natura obligationis magis quàm beneficium fideiussionis. ita notabiliter dixit Bart. in l. prima. C. de conue. fisci. debit. lib. 10. & in l. quarto. ff. locati. & Bald. in l. prima. C. de reuo. his quæ in frau. cred. & Bald. in d. auth. præsentè. Salicet. in l. prima. C. quod cum eo. notabiliter Ias. in l. fina. in princip. ff. si cert. petat. prima colum. post medium. & hoc tamen limita duobus modis, vt singulariter per Ias. in l. fin. ff. si cert. petat. prima col. in fin. cum sequenti. Aliam limitationem collige ex verbis Bart. in fi. & ibi in specie Paul. & Alex. & ibi etiam Ias. in fin. Idem in eo, qui promittit quanto minus à debitore seruari potuerit. Nam etiam si renunciaret beneficio de fideiussoribus, tamen nõ poterit conueniri ante debitorem excussum, Ratio, quia illa excusio requiritur pro implemento conditionis. nam fideiussor promittit sub conditione, si non negatur à debitore: & ideo antea quàm illud liquidetur. ille nullo modo est obligatus. d. l. fin. ff. si cert. petat. & l. decem, de verb. obliga. Ita notabiliter dicit Angel. l. fi. ff. si certum pet. & idem ibi Alex. in additio. ad Bart. in d. l. 1. C. de conue. fisci. debit. lib. 10. idem Ias. in d. l. fin. in princip. penul. colum. in medio.

Secunda notabilis differentia est, Nam fideiussor simpliciter acceptus. debet ante litem contestatam opponere beneficium excusionis, lite autem contestata, non posset, quia est exceptio dilatoria. Ita eleganter Cynus, Bald. & Salice. in l. exceptionem. C. de proba. Salice. l. 2. C. commun. diuid. Paul. de Castr. in l. decem, de verb. obliga. ff. non sic in fideiussore indemnitis, vel in illo qui promisit quan-

to minus ab alio principali poterit consequi, nam isti eam exceptionem poterunt opponere, etiam post litem contestatam: eo quia istud est de natura cõventionis. Ita notabiliter Bal. in c. ex rescripto, de iureiurando. Contrarium sentit Bart. in l. fin. in principio. ff. si certum petat. & vide ibi Ias. prima col. in fin.

Tertia differentia potest addi. quia † si debitor principalis aliquando fuit soluendo, & creditor negligit, & efficiatur non soluendo, illud cedit damno fideiussoris simpliciter accepti. tex. est notabilis in l. si fideiuss. creditori. Vbi Glof. & Bart. ff. de fidei. aliud in promittente in subsidium. nam non læditur si interim debitor fiat non soluendo. l. si fideiussores in id, in princ. ff. de fideiuss. Paul. in l. decem, & ff. d. l. si fideiussor creditori. ff. de verb. oblig. vbi allegat illud tex. & vide Ias. in l. fin. ff. si cert. petat. 3. colum. in fin. vbi hoc potest colligi. & non solum excusio procedit in fideiuss. simpliciter accepto, vt supra dixi, sed etiam in mandatoribus, sponzoribus, & similibus. tex. in auth. de fideiuss. §. 1. collat. 1. cum concordan.

Secundò extende, vt procedat † nedum quando quis intercessit tanquam fideiussor, sed etiam si se obligat tanquam principalis debitor. nam etiam tunc opponere potest beneficium excusionis. ista est Glof. fin. in d. auth. de fideiuss. §. 1. in vers. fideiussorem. quam sic allegat Abb. in cap. peruenit. de fideiuss. 2. col. & est singularis secundum Alex. in l. vbi autem non apparet. §. illud. ff. de verb. obli. & in alijs locis.

Tertiò pro extensione addo, quòd † quando sunt plures administratores præsentès obligati in solidum, quorum vnus administravit, & alius conueniatur, potest ille opponere de beneficio excusionis, id est, quod prius conueniatur ille, qui administravit. tex. est notabilis in l. fin. ff. de administ. tuto. & notatur in addi. ad Abb. in c. 2. in fideiuss. in additione magna post princ.

Quartò pro extensione vltra omnes addo, quòd † fideiussor promittens soluere liberè sine aliqua exceptione, non per hoc intelligitur renunciaisse beneficio de fideiussoribus, quin prius executi debeat debitor principalis, cum istud veniat ex natura actus. l. quarto. §. inter locatorem. ff. locat. & illa verba sine aliqua exceptione intelliguntur de friuola. c. ex parte. 2. de offic. delega. Ita Ludouic. in consil. 22. quem refert, & sequitur Ias. in l. 1. pri. lect. de sacrosan. eccle. 2. col. post prin.

Limita multis modis, primò † si fideiussor renunciauit beneficio ordinis, vel excusionis, nam tunc potest conueniri etiam principali non excusso. Glo. est notabilis, & ibi dd. in c. peruenit, de fide instru. quod in tantum procedit, quod etiam si renunciauit in fraudem suorum creditorum, nihilominus potest conueniri, etiam principali non excusso. Ita eleganter dicit Bal. in rub. C. de reuo. his quæ in frau.

8
Fideiussor
quando libe-
retur, quando
creditor ne-
gligens iuit
in debitore cõ-
ueniendo.

9
Fideiussorem
aut vt princi-
pali obliga-
tus gaudet be-
neficio excus-
sionis.

10
Excusionis
beneficium op-
ponitur con-
tra collegam
qui solus ad-
ministravit.

11
Fideiussor li-
cet promittat
soluere sine
ulla exceptio-
ne, ad huc po-
test opponere
excusionem
excusionis.

12
Excusionis
beneficia po-
test renuncia-
ri.

in fra. cred. vlt. colum. post prin. quod diligenter nota. Hoc tamen est verum in simplici fideiussore, secus in fideiussore indemnitate, vel in eo, qui fideiuber in subsidium: nam etiã si renunciauit, non poterit conueniri, nisi principali excusso: vt per Barth. in l. 1. C. de conu. ff. debi. lib. 10. & per Ang. in l. fin. ff. si cert. pet. & suprã dixi latiùs in euidentialibus.

12
Excusio cessat, si est notorium quod debitor non est soluendo.

Secundò limita, quando † certum est, debitor principalem non esse soluendo, nam tunc non requiritur excusio. Ita vult Glo. in l. fin. ff. si cert. pet. & in l. decem. & ibi Bartol. ff. de verb. oblig. & in l. nisi hoc actum. ff. de pac. Bar. in l. 3. §. si is pro quo. in fin. ff. quod quisq; iu. Ang. in l. 2. in princi. ff. qui satisd. cogantur. Ratio huius potest esse, Quia ars & natura nihil operatur frustra. l. qui bis idem. ff. de verb. oblig. Cùm ergo excusio nihil operaretur, ergo, &c. Secunda ratio, per id quod dicimus, quod frustratorijs cautionibus, vel remedijs, non est vtendum. l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procu. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt lega. nomi. caue. Tertia ratio, quia quo ad aliquod declarandum, notorium & sententia æquiparantur. l. emptorem, in prin. & ibi Bar. post Glo. ff. de actio. emp. Istam limitationem extendo, scilicet quòd quando notorium est, principalem non esse soluendo, non requiritur excusio, procedit non solùm quando est notorium in facto, sed etiam quando est notorium in iure. Hinc venit, quod † si fideiussor interueniat pro naturaliter obligato tantùm, non erit necessaria excusio, quia notorium est in iure quod obligatus naturaliter tantùm non potest excuti. Ita tenet Ias. in l. decem. num. 31. ff. de verb. oblig. Bald. in l. inter. colum. 7. de conuer. ff. deb. lib. 10. & Bart. in l. Marcellus. circa fi. ff. de fideiuss. & in l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisque iuris. addo Bald. in authent. sed hodie, in fin. C. de acti. & oblig. Limita suprã dictam conclusionem, quando principalis non esset soluendo, eo quia bona alienasset in fraudem creditorum, nam isto casu creditor non potest agere contra fideiussorem, sed debet prius agere contra illos possessores bonorum, in quos facta est alienatio in fraudem, antea quàm molestentur fideiussores, tex. in l. bona. §. 1. & ibi egregiè Bar. ff. de iure ff. Ludoui. in l. fin. ff. si cert. pet. & ibi Alex. 2. col. circa prin.

Secundò limita, vt per Petrum de Anch. in consil. 5. incip. pro parte nobilis viri, & c. & ad istam principalem secundam limitationem vide quod ponit Ias. in l. fin. ff. si certum pet. vltima colum.

15
Excusio cessat, quando principalis est ubi conueniri nequit.

Tertiò limita, quando † certum est, quod principalis nõ potest conueniri, vt quia est in aliquo loco tutissimo, rationibus de quibus in præcedenti limitatione. Ita probatur per gl. cum tex. & ibi Bar. & omnes, vbi videas in l. 2. in prin. ff. qui satisd. cog.

Quartò limita, quando † fideiussor negat se fideiussisse. nam tunc perdit beneficium excusio nis, & omnia alia beneficia sibi competentia. tex. in l. si dubitet. §. ita demum. ff. de fideiuss. & ibi Bar. Bald. in auth. contra qui propriam. C. de nõ nume. pecunia. de quo vide, quz in simili pulchrè & nouiter ponit Ias. in l. 1. vlt. coll. C. de transa. & ex ibi dictis posses arguere pro & contra.

16
Excusio cessat, si beneficium petitis mendari.

Quintò limita, nisi † filius sit debitor, & pater fideiussor. nam tunc etiam præsentis filio & non excusso, pater poterit conueniri: vt probatur in l. 3. §. sed vtrum perf. proinde. ff. de minoribus. hic vide Barthol. in l. si seruum. §. an filius. ff. de verb. obliga. & notabilius in l. cum filius, circa princi. eo. tit. vbi allegat §. sed vtrum. & ibi omnino videas quòd ad istum casum, vt scias in quo æquiparatur fideiussori. & ibi idem tenet Paul.

17
Excusio cessat, cū pater fideiuber pro filio.

Sextò limita, quando † esset fideiussor de iudicio sist. nam ille benè poterit cõueniri, licet debitor sit præsentis, secundum quosdam, pro veritate tamen vide Angel. qui notabiliter distinguit; in auth. de fideiuss. §. 1. col. 1.

18
Excusio cessat in fideiussore de iudicio sistendo.

Septimò procedit, quando † exceptio excusio nis est opposita, aliàs si non opponatur, valet tamen processus agitur contra fideiussorem, vt probatur in l. fin. in prin. ff. si cert. pet. vbi quidam faciunt casum pro hoc. & ibi hoc vult Bar. in fin. prin. in solutione contrarij. tamen vide Bart. in l. 2. post Glof. C. cõm. diui. & ibi notabilius per Bald. qui hoc limitat. & vide Paul. in l. decem. ff. de verb. obliga. & Cynum, & Bal. in l. exceptionem. C. de proba. ratio huius est, quia peruersio vnus causæ ad aliam, non vitiat actum, vt per tex. cum Glof. in d. l. 2. C. communi. diui. & in l. si mancipium. §. 1. vbi notabiliter Bald. ff. de euictio. & per tex. Glof. & dd. in l. 1. C. de appellat. & vide, quz dixi in l. reum. C. de procura.

19
Excusio omisit non vicat processum.

Octauò limita, quando procurator simpliciter datus ad fideiubendum renunciaffet exceptioni ordinis, vel excusio nis. nam tunc benè poterit fideiussor conueniri, etiam reo non excusso, quia talis renunciatio benè tenet, cùm de consuetudine soleat opponi. Ita singul. dicit Bart. in l. si. ff. de his, quz in frau. credi. Bald. in rubr. C. de his quz in frau. cred. vltima colu. Ias. vbi hoc refert, & sequitur pro singulari in l. vt liberis. C. de colla. & in l. certi condict. §. si nũmos. ff. si certũ pet. vbi videas.

Nonò vltra alios limita, quando † quis fideiuberet pro fisco, vel principe, nam intelligitur actum quod posset conueniri ante principalem excussum. Ita singulariter dicit Bald. in l. 9. colum. C. de conue. ff. debi. libro 10. Ratio est, quia aliàs fideiussio esset frustratoria, quia fiscus semper est soluendo. l. 2. ff. de fundo dota. si ergo fiscus deberet excuti, & semper est soluendo, fideiussio esset frustratoria: ergo debet posse conueniri ante fiscum: & illam decisionem reperio relatam per Alex. in l. fin.

20
Fideiussor fisci non habet beneficium excusio nis.

l. si. ff. si. cert. pet. secunda colum. in fin. & dicit esse singularem, & quod alibi non legit. & vide per eum in l. decem. ff. de verb. oblig. vide tamen las. in d. l. fin. ff. si cert. pet. 3. colum. ante medium. vbi leuiter nititur impugnare, sed ita tenet ipse las. in d. l. decem. num. 81.

21
Excussio cessat quando debitor est ualide cauillofus vel rixosus.

Decimò limita, quando † quis esset diues, esset tamen rixosus & cauillofus, nam tunc prius posset conueniri fideiussor. Ita Ludo. & Alex. in l. fin. ff. si cert. pet. & las. ibidem vltima colum. in prin. per Glo. in l. 2. in princip. ff. qui satisdare cogan. vbi etiam idem tenet las. in fin. prin. & ex hoc infertur quod idem esset in procuratore vel notario cauilloso, vt ibidem per Bart. ergo à fortiori idem esset in aduocato, qui melius scit cauillari, vt notatur in add. ad Abb. in c. peruenit. de fide instr. in add. magna. 2. colum. circa medium. per las. in d. l. decem. num. 31. cum sequen.

22
Excussio cessat quando si de iussor impugnetur per modum exceptionis.

Vndecimò limita singulariter, scilicet quod † requiritur excussio rei principalis, vt hoc sit verum, quando creditor uellet agere contra fideiussorem, secus si uellet se ab eo defendere ope exceptionis: nam tunc benè potest eum repellere ante principalem excussum, vt est exemplum in l. exceptione. C. de euictio. & ibi singulariter Bald. in prin. illud dictum commendatur pro singulari in add. ad Abba. in c. 2. de fide instr. add. magna. 1. colum. quod perpetuò nota.

23
Excussio cessat in mercatore & campore fideiubente.

Duodecimò limita, † vt ista l. non procedat in mercatoribus, & camporibus, nam si illi fideiussores extiterint, possunt conueniri principali non excusso. Ista est Glo. singularis, quæ fortè non est alibi. in auth. de fideiussore. §. argentariorum. colla. 1. & per illam Glo. ita singulariter ponit Bald. in l. frustra. C. de non num. pecu. vbi extendendo illam Glo. dicit quod † mercatores consententes se recepisse pecuniam, non possunt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, quod est singul. & illa decisio refertur in add. ad Abb. in d. ca. peruenit. & notanter per las. in l. singularia. ff. si certum pet. 5. ca. in princ.

24
Exceptio non numeratæ pecuniæ cessat in mercatoribus.

Tertiodecimò limita, quando debitor principalis esset tyrannus, qui conueniri nequireret, vt tradit las. post alios per eum relatos in d. l. decem. numero 30. cum sequen. plures alias limitationes collige per te ex notatis plenè in add. ad Abba. in c. peruenit, de fide instr. add. magna, vbi videas.

Item singulariter limito, nisi fideiussor iurasset soluere. nam tunc poterit conueniri non præcedente excussione. Ita sing. Bald. in ca. ex rescripto. de iure iurando. Contrarium tenet Alex. in l. fin. ff. si certum pet. 3. col. ad fin. vbi vide quæ dixi supra c. 59.

Item an exceptio excussionis habeat locum de iure canonico, vide Bald. in l. si mancipiū. §. 1. ff. de euictio. in lectura antiqua, & per las. in l. alienam. 1. colum. in fine. C. de procura. per Bart. notab. in l. si seruum. §. nunc videat-

mus. 2. opp. & 1. quæst. ff. de verbo. obliga. per las. in l. huiusmodi. colum. 2. & colum. si. ff. de leg. 1. reliqua dic vt supra c. 28. & c. 59. & infra cap. sequenti.

Quid si in instrumento fideiussionis tabellio † scripsit, quod fideiussor renunciabat beneficio excussionis, idque scripsit de voluntate partium, sed de generali consuetudine tabellionum, quæ Hispaniæ viget, an ea renunciatio noceat fideiussori, quasi tabellio intelligatur rogatus de omnib. clausulis, quæ generaliter in qualibet prouincia apponi consueuerunt? idque in omnibus clausulis, quæ in quolibet instrumento publico de consuetudine tabellionum iniussu partium apponi solent, generaliter quæsitum, & vsibus forensibus quotidie controuersum est. Qua in re communis opin. esse videtur, vt talis renunciatio & similes clausulæ non noceant, nec obligent. ita Barthol. in l. prima. quæst. 6. ff. de iure codicil. Bal. in l. quoties. C. de here. insti. Imol. in l. si. ff. quemadmo. testa. aperian. Abb. in c. cum contingat, de iure iurando. num. 24. est commu. opin. secundum Tiraquel. qui plures allegat in l. si vnquam. in prin. num. 122. C. de reuocan. donatio. Decius consil. 359. colu. pen. & consil. 180. ad finem. Ripa in l. Centurio. num. 88. ff. de vulgari. Tiraquellus de constituto. part. 3. limita. 31. num. 12. Contrariam partem tenent Bald. in l. fin. pertex. ibi. C. de fidei. Alex. colum. 3. & Soz. colu. pen. in l. Galus. §. idem credendum. ff. de libe. & posth. Sozi. consil. 101. lib. 3. Felin. num. 6. & Decius col. 2. in c. cum M. de constit. las. in l. certi conditio. §. si nummos. num. 24. ff. si certum pet. Alex. in l. huiusmodi, in prin. colum. si. ff. de lega. primo. Felinus in c. ex literis. col. 5. de fide instr. vbi Bald. colum. 4. las. in l. vt liberis. C. de coll. Dec. in l. semper in stipulationibus. ff. de regul. iur. Alex. consil. primo. col. 6. lib. 5. per Ripam in d. l. si vnquam, quæst. 21. nu. 44. Galiulam in l. 1. col. 2. ff. de verbo. obliga. Alciatum in d. l. 1. §. si quis ita, in 3. notabili. Cur. consil. 101. nu. 11.

Pro scriptura arguitur quod vt à contrahentibus quid dispositum videatur, oportet quod vel verbis expressim comprehensum fuisset, vel saltem tacita ipsorum mente non fuisset prætermisum: licet enim aliquando † expressum plus operetur, quàm tacitum. l. cum ex filio, in principi. & §. 1. ff. de vulg. aliquando verò tacitum fortius fit quàm expressum, vt in l. 1. C. qui admit. & ibi plenè notat las. num. 6. idem las. in d. l. cum ex filio, in prin. tamen regulariter æque parique potentia est tacitum & expressum. l. cum quid. ff. si cert. pet. vbi multa per las. & per Andr. Tiraq. in l. si vnquam. pag. 347. num. 76. & pag. 237. nu. 156. idem in legibus connubialibus. Glo. 7. num. 72. Si ergo clausula apponi à tabellionibus consueta, tacite à contrahentibus fuit intellecta, vel comprehensa, quid impedit quin

25
Scriptura an obliget quoad ad clausulas quæ iniussu partium de consuetudine tabellionum apponuntur? ardua q.

26
Tacitum interdum parum, interdum maius, interdum minus potest esse, quàm expressum.

quin tacitè rogatus tabellio à cōtrahentibus de tali clausula opponenda videatur, quo firmitior sit contractus ille, de quo agebatur. Quod si tacitè de ea apponenda rogatus videri potest & debet, nulli dubium quin perinde sit ac si nuncupatim de ea opponenda iussus esset. Quid autem si constet quod neuter contrahentium de tali clausula apponenda meminit, neque etiam ipsemet cuius fauorem potissimum talis clausula respiciebat, id quod facile apparere poterit, si de vi & potestate illius clausulæ ipsi contrahentes interrogati respondere nesciant, & tunc quidem cum nec tacitè nec expressim id à contrahentibus comprehensum fuerit, eos ut obligare nequeat, videtur, quia non figura literarum obligamur, sed mente & sensu nostro, quem per earum interuentum expressimus. l. non figura. ff. de act. & obliga. l. obligationum substantia, ad fin. eod. titu. Sed non ineleganter defendi potest esse tertium genus dispositionis, præter duo dispositionis genera, de quibus modò mentionem habuimus, quale est, cum quid contrahentes licet ne verbis nominatim, nec mentetacita comprehenderunt, quia vel eius rei notitiam nō habebant, vel de ea non meminerunt, vel alia quauis ratione, tamen verosimillimū est, quod si ea de re meminissent, vel eius notitiam habuissent ita disposuissent & iussissent, ut in d. clausula scripturæ contineatur, quo casu etiam dispositum intelligitur, quia pro cauto & disposito habetur, quod disponentes interrogati verosimiliter responderent & prouiderent. licet id ignorantia, incuria, aut obliuione, & verbis & etiam mente prætermisum ab ipsis fuisset. glo. communiter ibi app. in l. tale pactum. §. fina. ff. de pact. ut plenè per las. & And. Tiraquel. in locis supra citatis, & per las. in l. de quibus. ff. legibus. & in auth. quas actiones. C. de sacc. eccle. ergo si contra illā clausulam instrumenti opposueris, quod contrahentes neque eam apponi expressim iusserunt, neque tacitè de ea apponenda cogitauerunt, neque fortè etiam hodie quid sibi velit aut significet intelligunt, replicabo quòd si talis clausula in ea regione, vbi scriptura confecta fuit, erat de communi consuetudine tabellionum apponi consueta, & præterea à communiter accidentibus utilis reputabatur, quò magis is contractus, de quo agebatur, vel ea dispositio locum effectumque haberet: tunc quodammodo intelligam & interpretabor quasi dispositum videri à contrahentibus, ut talis clausula apponeretur: verosimillimumque esse, ut si quo tempore fiebat dispositio & scriptura interrogati forent, an talem clausulam apponi iuberent, responderent, quòd sic. Faciamus ergo regulam affirmatiuam, ut eo clausula valeat obligetque comprehendentes. Declara ut procedat, quando † ageretur de modico vel non admodum magno præiudicio, non sic de ma-

gno præiudicio ageretur, quia cum † tacitum plerunque fallax sit. ut plenè per Andr. Tiraq. de legibus omnibus. glo. 7. numero 72. certè non temerè trahendum est ad ea quæ sunt magno præiudicij, facit l. si quis diuturno, in prin. ff. si serui. vend. iuncta l. null. C. de rei vend. & quod ait Corneus in l. cum quæstio. numero 6. pertex. ibi. C. de lega. & quod ponit Bartol. in l. seruitutes. in mag. ff. de seruit. facit §. fin autem ad deficientis, in l. vnica. C. de cad. tol. & quæ diximus supra c. 78. Secundò limita, ut non procedat quando talis clausula vehementer repugnaret aduersareturque naturæ illius dispositionis, qua de agebatur: arg. l. fin. C. de non. num. pec. iuncta l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. Tertiū limita, quando aduersaretur consuetudini alterius, vel vtriusque contrahentis: arg. l. si seruis plurium. §. fin. de lega. 1. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iu. & his tribus casibus defendi potest opi. contraria, sicque vtraque pars temperanda, & ad concordiam reducenda est.

SUMMARIUM.

- 1 Statutum ne in forenses immobilia alienentur, non comprehendit domunculam.
- 2 Statutum à superiore confirmatum, quando municipes possint renouare.

CAPVT XXXIIII.



ENTESISIMO decimo octauo colligitur, † stante statuto ne in forenses fiat prædiorum alienatio, nunquam videtur prohibita alienatio parue domunculæ, id quod tenuit Lud. Roma. singulari 334. hodie quidam Petrus Iacob. & Barthol. in l. senatus. §. Marcellus in expositione verbi dixtam. ff. de lega. 1. Ioannes Imolen. & Alex. ibi. las. in l. sciendum. ff. qui satisda. cog. nu. 10. Hippolytus Marfil. in l. furem. coi. 3. ff. de sicarijs. idem Hippolytus singul. 276. Nicol. Pigno. in add. ad Romanum, vbi supra. Marfilius in pract. crimi. §. & quia. in princip. & innumera similia congessi lib. 1. de succ. resol. §. 7. ratio istius ea est, quòd ut reliquorum principum, ita & legum imperium est ad utilitatem, que in minimis non consideratur, sicque cum libertas nostra oneretur per prohibitionem cōmerciorum contra ius gentium, de quo in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. §. ius autem gentium, & §. ius ciuile. Instit. de iure natu. & potissimum contra rationem naturalem, quæ dicit liberum esse debere, ut quisque in quemlibet rem suam alienare possit. §. per traditionem. Institut. de rerum diuis. parerat, ut tot incommoda nobis non insuarentur, nisi ob aliquod magnum cōmodum, & emolumentū reipublicæ,

27
Scripturæ
clausula de
consuetudine
tabellionum
apponi consue-
ta, inuisilis est
in tribus casibus.

28
Tacitum sepe fallax.

1
Statutum ne
in forenses im-
mobilia alie-
nentur, non
comprehendit
domunculam.

blicæ, quod cum in minimis rebus minimè consistat ea prohibitio, ad minima non extenditur, præsertim cum fiat per legem, quæ, nobis ut consulat, non ut obsit, accepit imperium. Ut nostra principalis sententia docet.

Centesimo decimo nonò colligitur, quod si esset statutum per municipales factum de concessione superioris, idque inciperet esse nociuū, possent ipsi municipales sine noua etiam concessione illud reuocare, tum quod id de-natura legum & statutorum esse videtur, tum etiam quia (ut habet nostra principalis conclusio) eam facultatem à superiore accepisse videntur, ut sibi consulerent, non ut nocerent, quæ ratio cogit nos fateri, id statutum cum primum noxium esse cœpit, vel euauuisse ipso iure, argumen. l. vn. in princ. C. de cad. toll. vel potuisse reuocari per eosdem municipales, argumen. c. non debet, de consanguin. & affin. & ita ut reuocari possit per eosdem rectè tenent Bal. in c. 1. in principio, de pace Const. Andreas Tiraquel. in l. boues. §. hoc sermone. 17. limit. ff. de regul. iuris. Ioannes Andre. in c. non potest, de præb. lib. 6. in nouell. licet quidam in contrarium arguant per d. §. hoc sermone. vide in c. seq. num. 10.

2
Statutū à superiore confirmatum, quando do municipales possint reuocare.

19 Matrimonium hodie an vitietur per metu reuerentialem?

20 Matrimonium metu contractum irritatur.

21 Matrimonium per patres contractum respectu liberorum, an vitietur metu reuerentiali.

22 Pœna adulterij non extenditur ad vitiantem monacham? egregia q.

23 Legami centum filia si nuberet, & quinquaginta si fieret monacha, monacha facta fuit, an ceterum habitura sit? ardua q.

23 Magistratus minores, an leges transgredi possint? ardua q.

C A P V T X X X V .



ENTESIMO vigesimo nonò colligitur, veram esse opinionem existimantium, quod statutum (quod frequens est in plerisque ciuitatū Italia) vxore firre filijs constante, viri lucretur dimidiam partem dotis intelligendum esse, si modò maritus ille substituit onera matrimonij, non sic si non substituit, ut tenuerunt Bald. in aut. dos data colum. 1. C. de dona. ante nup Alex. cō. centesimo vigesimo secundo. viso processu. col. 4. lib. 7. Hippolytus Marsilius singulari §. 14. vigent communiter. Ratio est (ut hoc eis addimus) quia ut reliqui principes, ita & statuentes, ut profint, non ut obsint, imperium (id quod nostra princip. conclusio habet) accepisse videntur. eamque dotis partem marito quasi in recompensationem onerum matrimonialium, & in eorum remunerationem concessisse visi sunt: qua parum dignus is maritus videtur, qui talia onera non substituit, sicque tunc id statutum ne vxori nocere videatur, in debitum lucrum marito tribuendo, par est ut cesseret.

1
Statutum dos tē marito concedens, vxore mortua cessat, si non substituit onera matrimonij.

S U M M A R I V M .

1 Statutum dotem marito concedens, vxore mortua cessat, si non substituit onera matrimonij.

2 Premium propter onus.

3 Nobilu vel bildalgus quando participet commoda, licet non participet onera.

4 Pœnam legalem, etiam si procedatur per modum accusationis, iudex alterare potest ex causa, ardua questio.

5 Pœna suos debet tenere auctores.

6 Testis in re sua ut quis sit, an admittatur.

7 Legum & statutorum exorbitantium verba restringuntur secundum subiectam materiam.

8 Famuli ex delicto an dominus teneatur?

9 Iudicis officiale delinquente an iudex teneatur.

10 Inferior superioris iura nequit subuertere.

11 Statuta confirmata à superiore, an per statuentes possint reuocari? ardua q.

12 Statuta collegij confirmata per superiorem, an per collegas possint reuocari? ardua q.

13 Superioris factum meram inferioris utilitatem respiciens, per ipsum inferiorem potest alterari.

14 Alimenta à patre filio data, si is prodegit, an pater iterum alere cogatur? ardua q.

15 Ius naturale compulsionis ignarum.

16 Neceffitati culpata non subuenitur.

17 Matrimonium spirituale, metu etiam reuerentiali contractum, vitietur, aliud in carnali matrimonio.

18 Iuramentum metu reuerentiali emissum, non obligat.

Centesimo vigesimo primò colligitur, eadem ratione, eum ciuem qui non substituit simul cum reliquis ciuibus onera ciuitatis, minimè potiturum beneficijs statutorum illius ciuitatis, ne lucrum tali ciui indigne indbitum deferatur: per quod reliquis nocumentum inferri videretur: Pœnarum enim & Præmiorum eadem ratio est. l. 1. ff. de iustit. & iure. Vnde ut reipub. noceret; qui pœnam immerenti infligeret. l. fancimus. C. de pœnis labentem, in princ. ff. eodem titul. ita & qui immerenti præmium cōcederet, Reipublicæ nocuisse, vix est ut non videatur, & ita in specie tenent Philippus Decius consil. centesimo decimo quarto Hippolytus Marsilius, ex quorum allegatione apparet, hanc esse communem opinionem singulari, centesimo decimo nonò. ille, qui non sustinet. Ludouicus Romanus consil. 224. ista captura. Paulus Castensis in l. omnes populi, in fine. ff. de iust. & iure. Bartol. in tract. reprætalium. §. princ. Angelus consil. 73. quod dicta actio. Albericus par. statuto.

2
Premiū propter onus.

statuto. quæst. 9. Paulus Castrensis consil. 343. ut refert Marsilius, vbi supra, qui hoc limitat, nisi † ex priuilegio ille cuius desineret sustinere onera publica (quales Hispaniæ sunt illi nobiles, quos hidalgos appellamus) tunc enim priuilegijs ciuitatis gauderet, non secus quàm reliqui ciues. Ita Marsil. vbi supra, Alexand. consilio trigesimo secundo, visa concessio. libro 5. Philippus Decius consilio 283. id quod admitterem, quando tali priuilegio decoratus fuit ob præclarâ in rem publicam facinora: idemque si id priuilegium emisset vt precium ad publicas necessitates verteretur, non sic si vt conuerteretur in quoslibet alios vsus, quia tunc is non posset videri de re publica bene meritus, sicque non esset cur potiri deberet ijs priuilegijs, nisi vellet cum reliquis ciuibus contribuere: argumen. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. & l. illam. l. illud. C. de colla. l. cum oportet. in princ. C. de bon. quæ liberis. quod nota ad priuilegia hidalgiorum (vt ita loquar) quæ precio Hispanorum non pauci emerunt, vt diligenter intruaris verba priuilegiorum.

3
Nobilis vel
Hidalgo
quando par-
ticipet como-
da, licet non
participet o-
nera.

4
Pœnam lega-
lem etiam si
procedatur
per modum ac-
cusationis iu-
dex alterare
potest ex cau-
sa, ard. qd.

Centesimo vigesimo secundo colligitur, † an vera sit sententia existimantium, iudici etiam ex causa non licere alterare pœnam legalem, quando proceditur per modum accusationis, quamuis id sibi liceat, quando proceditur per modum denunciationis, vel inquisitionis, iuxta glo. app. in l. & si seuerior. §. pœna grauior. in glo. fin. ff. de his, qui nota. infra. cum latè supra adductis. c. 14. & c. 5. cum alijs, id quod in specie tenuit Hostiensis in c. in archiepiscopatu, de raptori. Bald. in reper. suo, verbo, pœna legalis. 2. colum. Hippol. Marsilius singulari 526. inquisitio. idem Marsilius in pract. causarum crim. §. constante. numero 83. in simili per Deci, in c. at si clerici. colum. 7. §. 1. de adulteri. quorum opinionem suspectam esse ex nostra principali conclusione apparet, quæ docet vt reliquorum Principum, ita & legum imperium esse ad proficiendum, non ad nocendum, noceret autem si ex iusta causa iudici non liceret pœnam temperare legalem, vt innumeris ferè tam iuribus quàm rationibus per totum hunc librum colligere licet.

5
Testis in re
sua vt quis sit
an admittatur.

Centesimo vigesimo tertio colligitur, veram esse opinionem existimantium † non valere statutum Bononiæ, quod habet, vt si rusticus tributum soluere nequeat id ab alijs rusticis exigatur, vt in specie tenent Ias. per tex. ibi in l. si quis in suo. §. legis. C. de inoff. testamen. Hippolytus Marsilius singulari 551. pœna debet. Barthol. in l. legatorum, in princip. per tex. ibi. ff. de lega. secundo. Ioannes Imolenis in l. cum filius, in princip. ff. de verbo. obliga. facit totus titulus C. ne filius pro patre, & totus titulus C. ne vxor pro marito, & totus titulus G. res inter alios act. l. non debet. ff. de

iure iur. c. non debet. de reg. iuris. lib. 6. & potissimum facit nostra principalis conclusio, quæ edocet, statuentes & legislatores non secus quàm reliquos principes imperium accepisse, vt prodesse, non vt nocere, nocere autem si eis liceret tam iniqua statuta, tamque omnino à iure & ratione naturali aliena condere. l. sancimus. C. de pœnis. ergo vt non valeant, par est, vt dd. ll. & c. erit autem lex. 4. distin. l. 1. & 2. ff. de legibus. id quod non minus vtiliter quàm nouè nos intelligimus, non valere quò ad sui executionem, quandiu non apparet aliqua vrgens causa, valebunt tamen mero iure, dummodò interea dum talis vrgens & vtilis causa non illucet, effectu & sui executione careant, per l. vn. in princ. verb. sopita. C. de cadu. tollend. vt eleganter exposuimus de suc. progressu in præfatio. quod multum notabis.

Centesimo vigesimo quarto colligitur, veram esse opinionem existimantium, Bononiæ statutum, † quo cauetur vt libris mercatorum fides adhibeatur, procedere quò ad suas duntaxat mercantias, non quò ad reliquas res vel negocia. quid. n. si ille scribet domum meam ad se pertinere, meum homicidium fecisse, domum meam igne combussisse aut diripuisse, in omnibus his speciebus & similib. ei fidem adhibere esset contra ius & rationem naturalem. l. omnibus. C. de testibus. l. magistratibus. ff. de iurisdic. omnium iudicum. l. vn. C. vt nemo in sua causa iudicet, aut ius sibi dicat. & potissimum esset contra nostram principalem conclusionem, quæ habet statuentes & legislatores non secus quàm reliquos principes imperium accepisse, vt prodesse, non vt nocere: nocere autem si talia statuta non restringerentur iuxta sensum superiorem. & ita in specie tenent Ioannes Andreæ ad Speculatorem de instrum. edi. §. nunc dicendum. in add. mag. colu. 1. Ludouicus Romanus consil. 205. in puncto. & con. 204. pro discutienda. colum. 1. Iason in l. si quis ex argentarijs. ff. de edendo. §. rationem. Hippolytus Marsilius singulari 560. habemus in hac ciuitate. Franciscus Aretinus consil. 33. consultatio. colu. 1. & conf. 44. in proposita consultatione. idemque foret secundum Marsilium, vbi supra, post Iason in d. §. ratione. in statuto † iubente thesaurarij liberis fidem adhibendam. nam & id quò ad rem pecuniariam, vel ad ærarium pertinentem restringeretur, quibus rationibus stante statuto, quod consules artium cognoscant de causis eorum opificum, intelligitur de causis ad artem illam spectantibus, non sic si de hæreditate fortè, vel legato, vel de dote, vel de præscriptione, & similibus ageretur: vt per Romanum consilio 300. in casu proposito, & per Hippolytum Marsilium, vbi supra. Bald. in l. sine. vbi Cynus & Angelus per text. ibi.

6
Pœna suas de-
bet reuocari
thores.

7
Leges sta-
tutorum ex et
bitantiu ver-
ba restringun-
tur secundum
subiectâ ma-
teriam.

C. de

C. de iurisd. omnium iudicum. Vnde si esset statutum vt filius fami. artifex etiam ex causa mutui obligaretur, intelligeretur, si mutuum illius artificij causa esset contractum: vt per Marsiliam, vbi supra, qui alios allegat. Quinimò quod dominus † ex delicto vel quali delicto famulorum teneatur, iuxta terminos §. fin. Instir. de oblig. ex quasi delicto. id intelligendum est, si modò famulus ille deliquit circa illud ministerium, ad quod dominus eius opera ministerio utebatur, non aliter. & similiter † potestas non tenetur de facinoribus per suos officiales cõmissis extra ministerium suum, vt plenè isthæc & alia per Hippolytum, vbi supra, Romanus consil. 331. in casu propositæ consulationis.

Centesimo vigesimoquintò colligitur, quare † quod à superiore gestum est, nequeat in nouari aut alterari per inferiorem. c. cum inferior, de maiorita. & obediens. facit l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebel. Ratio est, ne cõmunis vtilitas, ad quam destinatum omne siue principum sine legum imperium est (vt nostra princ. conclusio docet) faciliè subuertatur. Vnde si † Papa confirmat Spoleti Statuta, iam amplius non dicentur statuta Spoleti, sed Papalia. sicque solus Papa, non etiam municipes, aut ciues Spoletani ea mutare & alterare poterit. Hæc videtur communis opin. quam tenent Bald. in l. ex facto, in princip. ff. de vulgari. Alexand. consil. 469. vito puncto. prout eos refert, & sequitur Hippolytus Marsilius singulari 567. incip. omnia nostra. Andreas Barba. in c. pastoralis. §. præterea. col. 17. de offic. deleg. Romanus consil. 98. quòd ad id. Andreas Barb. in tract. do. præst. Card. 1. quæst. 5. colum. Felynus in c. qualiter. 1. col. 12. de accusa. idem Felinus in c. 1. 9. colum. de sponsalibus. Ratio, quia omnia merito nostra facimus, quibus auctoritatem impartimur. l. 1. C. de veteri iure enu. c. 1. & c. de confir. vtili. vel inuili. Vnde Marsilius in d. singulari 567.

ait, quòd † statuta Collegij confirmata per superiorem, non poterunt per idem collegium alterari, quamuis (inquit) contrarium tenuerit Panormit. in c. dilecto. de præb. colum. 2. & ait Panormit. locutum fuisse inaduertenter, quia cùm talia statuta postquam à superiore confirmata fuerunt, iam non tam inferiorum quàm ipsius superioris statuta esse intelligantur: non poterunt per inferiorum tolli, cum factum superioris inferior nequeat alterare. clem. ne Romani. de elect. d. c. cum inferior. l. fin. C. de legibus. Quid dicendum? & sanè veriorem puto sententiam Panormitani, quia † inferior factum superioris ad inferioris ipsius vtilitatem inductum, potest tollere aut remittere. l. penult. C. de pact. l. si quis in conscribendo. C. de episcop. & cleric. l. quoties ab omnibus. vbi multa in simili per las. C. de fideicom. mis. l. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de verborum obligat. l. Titio centum, in princip. ff. de

cond. & dem. secundum vnum intellectum l. prima. ff. manda. in princip. Instir. eod. titu. l. cum pater. §. mando. & §. rogo. ff. de lega. secundo. l. filiusfamil. §. diui. ff. de legat. 1. l. 2. C. pro emptore. & tradunt multa Doct. in dd. lo. cis. & las. in d. l. penult. Modò sic, si rex Hispanus quædam statuta ciuium Toletanorum à iure communi Hispanorum deuiantia, vel Summus Pontifex statutum Spoleti deuians & remotum à iure communi reliquarum vrbium, & terrarum Papalium confirmauit, ob priuatam ipsorum Toletanorum ciuium, vel Spoletanorum municipū vtilitatem. par est, vt ipsi possint illa remittere vel alterare per omnes leges supra allegatas. & contraria procedunt in ijs duntaxat, quæ nulla ex parte respiciebant vtilitatem illius inferioris, qui factum superioris mutare volebat, vel quando non ipsius duntaxat, sed etiam aliorum vtilitatem respiciebat, quale est in lege generali, quam legem generalem mutare vna ciuitas inferior non posset, quia ea lex non ad suam vtilitatem duntaxat, sed etiam ad commodum reliquarum ciuitatum sub ditione & imperio illius principis existentium facta fuit: ergo succederet tunc regula. l. id quod nostrū. & d. c. cum inferior. Idem ergo & in statuto collegi, nisi à fundatore factum esset cū clausula ne immutari posset pro nobis. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. §. sed naturalia. Instir. de iure natu. c. non debet. de consan. & affi. & facit nostra principalis conclusio, nam superior imperium accepisse videtur, vt profit, non vt obsit: idemque in imperio illius statuti. & cùm secundum necessitatem humanam statuta variari expediat. d. c. non debet. certè cùm noxium esse inciperet id statutum vt mutari possit per eos, ad quorum vtilitatem factum fuit, par est, nec superior spectandus est, nisi in duobus casibus supra relatis, & vide c. præced. quod nota ad omnes mundi ciuitates, collegia & municipia.

Centesimo vigesimo sexto colligitur suspectam esse opinionem existimantium, quòd † pater, qui semel filio suo alimenta assignauit & dedit, iterum eundem alere teneatur, etiam si ille culpa sua cœpit egere, puta quia in scorta, vel ludos prodegit, quòd sibi alimentorum causa & nomine satis abunde à patre fuerat concessum, vt in specie tenent Hippolytus Marsilius singulari 104. pater tenetur. Iacobus de Arena in l. si libertus qui operarū. ff. de operis liber. Barba. in c. ex parte. 3. de consue. Bald. l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iure. sed istorum sententia confutatur ex nostra principali sententia, & omnibus iuribus & rationibus suis, dum docent, vt reliquos principes, ita & leges imperium accepisse, vt prodescent, non vt nocerent: nocerent autem si inducerent quid ita irrationabile, vt & culpa sua desineret auctori suo nocere, contra cap. culpa sua, de regulis iuris. l. b. 6. l. si quis in suo.

14
Alimenta à patre filio data si prodegit, an pater iterum alere cogatur, ar. quæst.

8
Famuli ex de iho an Dominus teneatur.

9
Iudici officiale delinqute, an in iudex teneatur.

10
Inferior superioris iura ne quis subvertat.

11
Statuta confirmata à superiore, an per inferiores possint reuocari, ar. q. 6.

12
Statuta collegij confirmata per superiorem, an per collegi possint reuocari, ar. quæst.

13
Superioris factam meram inferioris vtilitatem respiciens, per ipsum inferiorem potest alterari.

§. legis. C. de inoff. test. l. i. ff. de iusti. & iure. & eadem culpa patri innocentem noceret, contra d. §. legis, & contra omnes leges, quæ sunt sub titu. C. ne filius pro patre. & quæ sunt sub tit. C. ne vxor pro marito. & l. non debet. ff. de iu. iu. & esset contra omne ius naturale naturalemq; rationem dictantem, vt æquè pœnæ peccata persequantur, teste Horatio his verbis:

Adsit regula

Peccatis, quæ pœnas irroget æquas.

Neque ad rem pertinet, quod pater naturaliter debeat alere filium, talisque obligatio, vt inquirunt ipsi, per culpam ipsius filij non euanescit. nam eorum illineffluxit error, quod eam obligationem præcisam & coactam esse falsò arbitrabantur, cum † reuera à naturali iure nihil sit aut fuerit vnquam magis alienum & remotum, quàm inducere aliquam necessitatem, aut coactionem præcisam & compulsuam, nec quicquam aliud est ius naturale, quàm quopiam naturale votum, desiderium, inclinatio, & appetitus, quibus ducimur. l. scripto. ff. vnde lib. ibi & parentum cõmune votum. l. i. §. cum seq. ff. de iust. & iure. c. ius naturale. i. dist. in pri. Inst. de iure natur. dixi plenè surpà c. 27. nu. 11. vnde vt appetitus coniugij maris & feminae & si sit iuris naturæ, vt dd. iuribus, tamè non exequitur ab inuito: ita & is appetitus & votum alendi liberos, & si sit iuris naturæ, tamen non exequeretur ab inuito, inspecto eo iure, sicque necessitas à mero iure positiuo descendit, vt non minus vtiliter quàm oportunè disseruimus lib. 2. de succe. crea. §. 20. super rep. auth. nouissima. C. de inoffic. test. ibi collocata. iure autem ciuili nullibi legitur, vt quis suæ obligationi amplius quàm semel satisfacere teneatur, quin imò contrarium eo iure dispositum est. l. qui bis. ff. de verb. obliga. l. qui vsu fructum. eod. titu. l. planè. §. si eadem res, vbi pulchrè in simili per las. & Zasium post alios. ff. de lega. 1. & ferè per totum titu. ff. & C. de cond. in deb. ergo is pater naturali suæ obligationi fecisse satis videtur per solam voluntatem: ciuili autem obligationi vel coactioni sat superq; fecit semel congrua alimèta assignando, & filius ille culpatus victum deinceps quereere poterit, vt querit maxima pars hominum, quibus alimenta præbent labores manuum suarum, etiam si sint inculpati, ergo quod illis inculpatis vsu venit, vt tantundem huic filio culpato & tali pœna digno obueniatur, noxium non erit, sed potius laudabile & condignum. præsertim † quia frustra auxilium legis prætextu necessitatis quis implorat, quando in talem necessitatem culpa sua cecidit. l. iam dubitari. ff. de hæred. insti. ibi, iam non vt necessarij, sed sua sponte hæredes existunt. l. iam dubitari. ff. de vulgari. ibi, ius dicentis pro positum est liberos oneribus hæreditarijs non spontè su-

sceptis liberare. vbi notat Barthol. Sozinus, & vtrobique omnes Doctores, & multa congerit las. in l. fin. fideiussor. §. si necessaria, per tex. ibi. ff. qui satisfacere cogantur. & Felinus in c. quæ in ecclesiarum. col. 24. de constitutio.

Centesimo vigesimo septimò colligitur, quare † matrimonium spirituale metu etiam reuerentiali contractum, sit nullum ipso iure, id quod tenuit Glof. in c. præsens clericus. 20. q. 3. las. in §. quadrupli. col. 9. Inst. de actio. qui illam Glo. dicit notab. Hippolytus Marsilius singulari 347. matrimonium metu facit c. cum virum. de regul. In simili per Iohannem Imolen. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. matrim. facit cap. 1. vbi Glo. & Panormita. quod metus causa. Alex. in d. §. eo autem tempore. & las. in auth. ingress. C. de sacro san. ecclesi. col. 1. Et iuramentum † filiz fa. metu reuerentiali factum, non est obligatorium. Ita Bal. in l. etiam. C. ad Velleia. idem in l. pactum dotali. col. 3. de colla. Hippol. vbi supra. & Decius consi. 219. viso puncto. col. 3. Diuersum est in matrimonio carnali, quod non desinit valere etiam si fiat per metum reuerentialem. Ita Hippolytus Marsilius, vbi supra, Bald. & Salicetus in l. patre cogente. ff. de ritu nuptiarum, per tex. ibi sicque in sui creatione facilius & expeditius perficitur carnale, quàm spirituale matrimonium. & ex diuerso spirituale facilius quàm carnale impeditur. & ratio est, propter austeritatem vitæ monachalis, ad quam vt quisquam nisi ex liberissima voluntate accederet, durissimum esset. quæ ratio non ita vrget in matrimonio carnali. Sed hodie † forte etiam matrimonium carnale metu reuerentiali contractum viciaretur, licet iure. ff. aliud foret. Ratioque differentiz non obscura est, quia iure ff. matrimonia faciliè per repudij interuentum soluebantur, hodie autem iure canonico, & diuino non ita fit, iuxta illud Domini: Quos Deus coniungit, homo non separet. sicque hodie longè durius & nocentius nocumentum talis metus reuerentialis induceret, quàm olim, vt patet in l. neque ab initio. C. de nupti. & ferè per totum ff. & C. de diuor. & repu. Illud autem in comperto est, matrimonium † eo metu, qui caderet in virum constantem contractum, irritum esse: & tam olim quàm hodie, & iure tam canonico quàm ciuili: vt tenuit Glo. in l. i. in fin. ff. de auth. tutorum. Cardina. in clem. 1. 17. q. de cõsang. & affini. Oldradus consi. 35. factum tale est. & Marsilius, qui alios allegat, vt supra. Et pro nostra superiore opinione, vt hodie † matrimonium liberorum præsertim fœminarum per metum patris reuerentialem contractum vicietur, facit, nam & si matrimonium liberorum præsentium & tacentium per patres contractum valeat. c. vn. de spons. impuberum. lib. 6. tamen si quæ verosimilis suspicio esset, metus reuerentialis non valeret: vt egregiè tenuit Panormi. in c. non ne. colu. fin. de præsump.

15
Ius naturale
compulsionis
ignarum.

16
Necessitati
culpæ non
subuenitur.

17
Matrimonii
spirituale me-
tu etiam reue-
rentiali con-
tractum, aliud
in carnali ma-
trimonio.

18
Iuramentum
metu reueren-
tiali contractum
non obligat.

19
Matrimonii
hodie an vici-
et per me-
tum reueren-
tiale.

20
Matrimonii
metu contra-
ctum irritatur.

21
Matrimonii
per patres con-
tractum respe-
ctu liberorū,
an vicietur
metu reueren-
tiali.

Imp. & sequitur Hippolytus Marsilius sing. 147. filius præsens, & tacens. Felinus colum. 4. in d. c. non ne, qui admodum id commendat. Istæc omnia suadentur ex nostra principali sententia, quæ habet, vt reliquos principes ita & leges imperium accepisse, vt prodessent, non vt nocerent, nec dubium est quin vehementer humano generi noceret, si inducent vt in perpetua corporum & animorum societate quisquam inuitus remanere cogeretur: quandoquidem perpetua societas etiam rerum caducarum & irresolubilis tam odiosa semper habita fuit, vt ita cõtrahi minimè posset: vt not. in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. iuncta l. 1. ff. de ritu. nup. in prin. Instit. de nup.

20
Pena adulterij non extenditur ad violentiam. egregia q.

Denique † cum differentiam egregiam esse inter matrimonium carnale & spirituale supra edocui simus, apparet, pœnam impositam ei, qui vxorem alterius viciaret, minimè locum habere, aut porrigi debere ad eum, qui monacham compressisset, tum quod in pœnis vt pote odiosis extensio fieri non debet. l. antep. ff. de pœnis. de reg. iur. lib. 6. l. cum quidam. vbi multa per Doct. ff. de li. & posthum. tum quod ad tollendam consequentiam sufficit dare vnã instantiam. Glo. in l. creditori. ff. de ope. noui nunc. quæ precepta esse videtur ex allegatis per las. ibi: Glo. in c. sicut vtgeri. 1. q. 1. Nec ad rem pertinet quod regulariter valeat argumentum de matrimonio carnali ad spirituale. vt per Hippolytum singul. 215. validum est. nam sufficit instantia superior, præsertim in materia odiosa, & restringibili. ita tenet, & rectè in specie Felinus in c. ecclesiæ sanctæ Mariæ, de const. licet in contrarium sit receptior opin. quam tenent Marsilius d. singula. 215. vbi hanc dicit receptiorem. & Felinus in c. non satis. de simonia. & Marianus Sozinus in c. qualiter, & quando. 2. de homi. pro vt eum allegat Marsilius, vbi supra. Qui etiam in d. singulari 215. & in repet. rubr. colu. 20. ff. de fideiuf. & Ludouicus Romanus in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. & las. in auth. si qua mulier. C. de sacr. eccles. post alios quàm plures volunt, quod † si testator centum reliquit filix si nupserit, & quinquaginta si religionem intrauerit, si ea religionem intrauerit, habebit centum integra, non duntaxat quinquaginta, sed id nobis videtur perinde esse ac si contendas contra omne ius omnemque rationem & testatoris voluntatem vtcunque dilucidam, non solum non esse seruandam, sed etiam esse violandam ecclesiæ fauore, cuius ex diuerso potissimum munus esset debet, iusticiam custodire. c. 1. de fundi alie. vnde multi etiam tenent contrarium, vt alibi fusiùs disseruimus.

23
Legatus centum filie si nuberet & quinquaginta si fieret monacha, facta fuit, an centum habitura sit? ardua q.

24
Magistratus maiores an leges transgredi possint, ardua q.

Centesimo vigesimo octauo colligitur, quare † magistratibus liberum sit leges transgredi propter enormitatem facinoris, vt est communis opinio, quam tenuerunt Innocentius

& communiter Doctores in c. de consti. Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. colu. 4. ff. qui nor. in fa. Hippolytus Marsilius singula. 244. tu scis. Bald. in l. 1. colu. 5. C. qui accu. non poss. idem Bald. in l. 1. C. de precibus Impera offren. & in auth. sed nouo iure. C. de seruis fugi. plenè per eundem Marsilium in rep. l. fin. C. de prob. char. 73. id quod vtrouique moderat & restringit ipsemet Marsilius vt procedat in solis maioribus, non ita in minoribus magistratibus. Idem vult Bald. in auth. sed hodie. C. de iudi. Ludouic. Romanus in l. si verò. §. de viro. fall. 46. ff. sol. matr. las. in §. ex maleficijs. Inst. de acti. colum. 2. Bald. in auth. sed nouo iure. C. de seruis fugi. id quod (iudice me) suspectum est, & contra omnia iura & rationes, de quibus supra fuse. c. 14. num. 4. & c. 5. num. 20. disseruimus, ex causa licere magistratibus transgredi leges. quinimò non licere modò, verùm necesse quoque habere, leges non tam faciunt verba aut scriptura, quàm earum mens & sensus, aded vt fraudem legi faciat, qui verba legis complexus cõtra eius nititur voluntatem. l. fraus. ff. de legibus, vt multis supra ostendimus. ergo cum legis mens & animus eum scopulum intueatur, vt propter enormitatem facinoris pœnarum & legum metæ transgrediantur. idque à magistratibus fieri & possit & debeat. Inque eo duntaxat quæstio relicta sit, quis nam sit legibus hanc ad rem magistratus? eum legitimum esse iure dicemus, qui illius facinoris iudex competens erat, ad imponendamque eam pœnam, quam imposuit competens, erat ex vi & complexu iurisdictionis suæ, itaque ille iudex, qui non haberet gladij potestatem, iuxta l. imperium. ff. de iur. om. iud. non posset facinorosum etiam propter enormitatem criminis vltimo supplicio afficere, nõ magis quàm alter homo priuatus, sed qui haberet gladij potestatem, is propter enormitatem criminis poterit pœnam à lege talibus criminibus definitam augere, & imponere etiam inconsulto superiore, dummodò nõ egrediatur complexum suæ iurisdictionis, legum enim imperium (vt nostra prin. conclusio habet) destinatur ad proficiendum, non ad nocendum aut ad bonum publicum differendum, vt differetur si vbi iustitia deponit leges transgredi, nec deest legitimus iudex, spectaretur vt superior consulereetur.

SUMMARIUM.

- 1 Princeps ex iusta causa an defensionem tollere possit in criminalibus, plures ardua q.
- 2 Accusanti præmium designatum intelligitur, si probauerit.
- 3 Allegationi si iubeatur stari, suppletur, si probauerit.

4 Iura-

- 4 Iuramento damnū passi quod stetur, vt intelligendum? not. q.
- 5 Defensio an tollatur per statutum iubens vt occidens quomodocunque, & qualitercunque occidatur, ardua q.
- 6 Verba statutorum restringenda, quoties resultaret, absurdus intellectus.

CAPVT XXXVI.



1
Princeps ex iusta causa an defensionem tollere possit in criminalibus, plures ardua q.

ENTESIMO vigesimo nono colligitur, an princeps ex iusta causa de plenitudine potestatis, vt defensionem in ciuilibus causis adimere potest, & eius terminos abbreviare, ita ne possit idem facere in causis criminalibus? id quod negant Bald. in l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisque iuris. Felinus in c. dilecti. col. 6. de re iudi. Hipp. Marf. singulari. 388. defensionem non potest. Sozinius consilio. 120. memini me aliàs consuluisse, vt refert idem Marsilius. Fran. Aretinus cōsil. 65. sicut Ioannes. colum. 13. Paris de Puteo de syndi. cha. 30. Marfi. in l. vnus facinoribus. §. cogniturum. ff. de quaest. Idem Marsilius in sua pract. crim. char. 55. & char. 140. & iterum in rep. l. vni. C. de raptu virginum, qui omnes (iudice me) nō multum fælici Minerua rem intuentur. nam re vera quò ad principis potestatem, de qua agimus, nulla differentia est inter causas ciuiles & criminales: in vtrisque enim ex iusta causa potest defensionem, puta citationem, & exceptionem, aut similia adimere, vt plenè ostendimus de succ. progressu in præfatione, & fusiùs supra c. 31. num. 9. in neutris autem sine iusta causa id principi fas aut liberum esset. ergo longè facilius in vtrisque id sibi liceret quò ad terminos legales coangustandos. istorum omnium ratio illinc descendit, quod principes & leges (vt nostra principalis conclusio edocet) imperium acceperunt, vt prodesse, non vt nocere. nec dubium est, quin nocere, si vel iustam defensionem nobis ex toto adimerent, vel ex parte terminos defensionis coarctando siue simus in ciuilibus siue in criminalibus. Cæterum vbi iusta causa adesset, contrariū foret tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, quia lex nihil aliud esse videtur, quàm ipsa meti iusta causa, cum (vt plenissimè per totum ferè hunc librum egimus) legem non inducant ipsius verba aut scriptura, sed mens & sensus ipsius ac legislatoris, qui eum duntaxat scopulum inuictur, vt bono publico consulari: ergo & id lege comprehensum videtur, vtcunque ipsius verba repugnent. Glos. communiter ibi, vbi que app. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. sicque si denegandi ex toto defensionem iusta causa aderat, puta quia facinus erat plusquam notorium, & timebatur fortè populi tumultus, vel denegandi defensionem ex

parte per restrictionem terminorum aderat iusta causa & bonum publicum respiciens, quin id fieri non solum possit, sed etiam debeat, dubitari non oportet etiam in criminalibus. his autem causis iustis cessantibus, nec in criminalibus. nec et in ciuilibus fieri (vt supra diximus) regulariter fas est, nisi vel in leuioribus vel in alijs specialibus, de quibus supra mentionem habuimus. Fac ergo conclusionem contra omnes Doct. supra allegatos, vt defensionem ex iusta causa adimere liceat, intellige primùm licere principi. Secundo liceret etiam magistratibus ordinarijs. Tertio non solum licere, sed etiam necesse esse. Quarto licere in ciuilibus. Quinto, licere etiã in criminalibus. Sexto, licere principi de plenitudine potestatis. Septimo, licere ei etiam de potestate ordinaria. nam & ideo magistratibus ordinarijs licere diximus, præsertim cum inter ordinariam & absolutam principis potestatem vix quicquam interesse in nostra princip. conclusione docuerimus, quæ omnia nostra, quia sunt contra mentem Doctorum, vos iudicaueritis, quis iustius induat arma.

Centesimo trigesimo colligitur, veram esse opinionem existimantium, vt statutum, & quod præmium pollicetur accusanti, intelligatur, si modò in accusatione contenta probauerit. ita tenet Glos. in cap. 1. verbo, ostensum, de his, quæ fiunt à maiore par. capituli. Glos. in l. si cuius appellatio. ff. de appel. recip. Glos. in l. 2. C. quod metus causa. Alexand. consi. 296. Diuini numinis. columna secunda. & consi. 71. lib. quinto. Hippo. Marf. singulari. 370. aduertat ad vnum. idem Marsil. in pract. crimi. §. diligenter. numero 370. Ratio huius rei ea est, quod legislatores & statuentes non secus quàm reliquos principes imperium acceperunt, vt prodesse, non vt nocere. nocere autem si calumniatoribus in perniciem & molestiam ciuium præmium pollicerentur, cum pœna digniores sint. Nec dubium est, quin calumniator habendus sit, qui accusationem institutam non probat: vt per totum Instit. de pœna temerè litigan. per totum ff. de calumniatoribus. sicque hæc pars per rationem nostræ principalis conclusionis probatur. Et similiter probatur eadem ratione, quod statutū præcipiens vt stetur cuiusquam allegationi, intelligitur si probauerit, vt tenuit idem Hipp. Marfili. d. singu. 370. & Dominicus Geminianus in c. non est, de consuet. lib. 6. Antonius Burgensis in ca. cum dilecti. colum. 11. de emp. & vendi.

Vnde & statutum Bononiense q. habet, vt quò ad damnū stetur iuramento damnū passi, intelligendum est, si modò id probauerit, quod adfirmat & ait esse memorabile Marfi. vbi supra, ad euertēdos (vt ipse ait) mille processus, id quod ita fieret, si eius opinio vera esset, sed longè aliorum mens illius statuti spectat,

2
Accusanti præmiū designatum intelligitur, si probauerit.

3
Allegationi si iubeantur stari supplentur si probauerit.

4
Iuramento damnū passi si quod stetur, vt intelligendum, not. q.

spectat, cui per prouincias mille similia sta-
ta reperiuntur, quorum sensus est, vt simul at-
que apparet damnum datum esse, quo ad
damni dati veram æstimationem, quantita-
tem, modum, vel mensuram, stetur iuramen-
to damnum passi: quia id difficilis probatio-
nis plerunque est, nec excluditur taxatio iu-
dicis, quando illius declaratio iurata videre-
tur immensa, vt fit in taxatione expensarum,
quæ in litibus fiunt. Quid enim si asinus, aut
bos, aut similes quadrupedes segetes meas
damnificauerint? Quid si pecudes aut ar-
menta tua id fecerint? certè in his speciebus,
& similibus, non iniuria stabitur iuramento
meo, cum moderatione tamen iudicis, quia
istarum rerum probatio difficilis est. Agno-
sco tamen quod tale iuramentum non sup-
plebit accusationem, aut allegationem de qui-
bus in speciebus duabus superioribus vt rectè
aduertit Merfilius, vbi suprà.

Defensio an
collatur per-
statutum in-
bens vt occi-
dens quomo-
do cuique ex-
qualitercumq;
occidatur ar-
das q.

Centesimo trigesimo primò colligitur †
suspectam esse opinionem existimantium,
quod statutum iubens vt qualitercumque, &
quomodocumque occidens occidatur esset
intelligendum etiam si occideret ad defensio-
nem suam, ne aliàs verba illa geminata statu-
ti nihil operarentur. ita vult Salicetus in l. ser-
u. C. de noxalibus. Ias. in l. si fideiussor. §. præ-
tor ait. columna secunda. ff. qui fatid. cog. al-
legat Alexand. in l. & si feuerior. C. de his, qui
notat. in fa. Bald. in l. data opera. colum. quin-
ta. C. de his, qui accus. non po. Ias. in l. non du-
bium. colum. 9. C. de legibus. Idem Ias. in l. 1.
ff. de legibus. Cardina. & Ioannes Anania in
c. lator, de homicidio. Bal. in l. quicunq;. C.
de seruis fugiti. Contrariam tamen partem
tenent Hippolytus Marsilius singulari 630.
generalitas verborum. & Lanfrancus de Ori-
nò in repe. l. admonendi. colum. 24. ff. de iu-
iur. Barthol. consil. 188. statuto castri, monen-
tur, quia † verba statutorum semper restrin-
guntur, quoties inde aliter resultaret absur-
dus intellectus l. scire oportet. §. aliud. ff. de
exc. tut. Nec dubium est, quin hoc casu re-
sultaret absurdus intellectus contra omne ius
naturale, cõtraque omnem rationem. l. velu-
ti. l. vt vim. cum ibi plenè not. ff. de iust. & iu-
re, ergo, &c. Id quod facilè persuadet principa-
lis sententia nostra, quæ edocet legum & sta-
tutorum imperium non secus quàm princi-
pum destinatum esse ad proficiendum, nõ ad
nocendum. Nec dubium est quin vehemen-
ter noceret id statutum, si remoueret natura-
lem defensionem: ergo recipienda est sana
interpretatio, per quam naturale ius non vio-
letur. Quinimò etiam si statuentes contrari-
um vellent, id tamen efficere minimè pos-
sent. per §. sed naturalia. Instit. de iure natur. l.
omnes populi. ff. de iust. & iure. l. 1. & l. 2. ff. de
legibus. c. erit autem lex. 4. distinctio. cum
similibus. & illa verba statuti illius secundum

Verba statu-
torum restrin-
genda quoties
resultaret ab-
surdus intel-
lectus.

Lanfran. & Marsilium intelligentur siue quis
gladio, siue fustibus, siue lapidibus, siue vene-
no, quem necauerit culpabiliter tamen, &
potius toleraretur quod statutum redderetur
elusorium, quàm quod per illud quis inde-
bitè damnum pateretur, secundum Marsi. ibi
& Ias. in d. l. non dubium. colu. 9. in locis su-
prà allegatis.

SUMMARIUM.

- 1 Legitima vt ipsis viuo patre assignetur, petere ne-
queunt filij, licet pater dissipet bona sua, egre-
gia questio.
- 2 Legitima filio non debetur in vita patris.
- 3 Prodigere bona sua cuique liberum est.
- 4 Ratio expressa in lege habetur pro lege.
- 5 Parentibus summus honor debetur.
- 6 Pactum fut. succ. inter liberos initum super pa-
tris viuentis hereditate improbatum.
- 7 Consequentia vt cesset, sufficit dare vnã differen-
tiam.
Prodigaliter viuenti non datur curator cum
communis, contra plures, eo. nu.
- 8 Exemplaris substitutio prodigo fieri non potest,
cum multis contra communem.
- 9 Exemplaris substitutio fieri non potest muto &
surdo, cum multis contra communem.
- 10 Legitimam viuo adhuc patre monacho an filius pe-
tere possit, egregia questio.
- 11 Intellectus c. cum simus, de regularibus.
- 12 Legitima patris monachi viuentis filio non debe-
tur licet is monachus esset Minorita, contra com-
munem.

CAPVT XXXVII.



CENTESIMO trigesimo secun-
dò colligitur ratio ad sequen-
tem opin. quæ † docet, quòd &
si pater vendat dissipado bona,
non possunt petere filij vt iu-
dex cogat patrem assignare legitimam, vel
aliquem fundem. Ita tenent Bald. in l. non
potest, in prima lectura. ff. de adop. & Spec. in
ritu. de executione sententiar. §. sequitur. nu-
mero 11. in fin. quam opin. de rigore iuris di-
cit esse veram. Ias. in l. nam postea. in §. sed &
si quid. numero 4. ff. de iureiuran. Idem Ias.
in §. si quis in fraudem. numero 3. Instit. de
actio. & l. lex Cor. numero 6. ff. de vulga. &
pupilla. Cassane. vbi in hoc remittit se ad
Iason. in suprà dictis locis. in consuetudine
Burgundiz, in titulo. de successio. rubrica 7.
§. 2. numero 4. fol. 230. colum. 2. eandem opin.
sequitur Sylues. Aldobrandinus. in §. præte-
rea. numero 54. Instit. quibus mod. ius patriæ
pot.

Legitima vt
ipsis viuo pa-
tre assignetur
petere neque-
unt filij, licet
pater dissipet
bona sua, e-
gregia qõ.

2
*Legitima fili-
 o non debe-
 tur in vita pa-
 tris.*

pot. folu. Ioannes Corraſius in l. filium quem habentem, num. 81. C. familiae exerciſc. Cagn. in l. fin. colum. ſi. C. de pactis. & ſimpliciter Decius conſil. 438. num. 13. Ratio eſt, quia ꝑ filio viuo patre legitima non debetur, vt eſt vera & communis opin. quam tenent Bartol. per text. ibi in l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collat. bonorum. ſequitur & dicit cōmunem laſ. nu. 7. in auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſta. Bartol. in auth. ſi qua mulier. C. de ſacr. eccleſi. Bald. in l. quanquam. C. ad legem Fal. Bald. Ang. Alex. & alij in l. lex Cornelia. ff. de vulga. Alb. in l. ſi lenones. C. de Episcop. & cleric. eſt communis opi. ſecundum Corraſium, vbi ſuprà. verſ. infertur ſecundò. Segura in l. Imperator. num. 121. ff. ad Trebellia. Abbas & alij communiter in c. in præſentia, de probati. Imola in l. filioſa. 2. ff. ſol. matrimo. Facit etiam noſtra prin. concluſio, leges nō ſecus quàm principes imperium accepiſſe, vt prodeſſent, non vt nocerent: nocerent autem ſi ius agendi hoc caſu filio contra patrem concederent, id quod eſſet contra ius gentium & bonos mores, vt ait l. quidam in iure. §. ſi. ff. de donat. ergo ſequitur, & c. contrariam tamen opin. immò quod quando pater diſſipat bona, tenetur aſſignare legitimā filio, tenet Bald. ſibi contrarius in l. defuncto. nume. 3. ff. ſi quid in fraud. patro. Paul. de Caſtro ibi. Idem Paulus de Caſtro in auth. ſi qua mulier. num. 8. C. de ſacroſa. eccleſijs. Alexan. in l. Imperator. in 5. colu. nu. 13. & ibi Claudius de Seycello. num. 6. ff. ad Trebel. eandem opi. ſequitur & Hieronymus Cagno. in repe. l. fin. num. 232. C. de pact. Didacus de Segura, in repeti. l. Imperator. num. 118. ff. ad Trebel. Fabianus de monte in repeti. authen. nouiſſima. num. 83. C. de inoffic. teſtamen. eandem opin. tenet laſ. vbi dicit procedere de æquitate in d. l. nam poſtea. in §. ſed & ſiquis. nume. 4. ff. de iureiuran. eandem opin. tanquam æquiorē tenendam eſſe teſtatur idem laſ. in l. ſi conſtan te. num. 199. ff. ſoluto matrimo. & ſecundum hanc opin. conſulit Rodericus Suares alleg. 4. Paulus Caſtrenſis in d. l. Imperator. in lect. Paduana. ff. ad Trebel. vbi etiam Ludouicus Romanus in hanc partem inclinat. Idem Romanus in l. 2. §. quod ſi in patris. ff. ſoluto matrimo. Mouentur per d. l. Imperator. & quia quò ad alimenta æquiparantur vxor & filius. Nam vt pater filio, ita etiam vxori maritus alimenta præſtare tenetur. l. vbi adhuc. C. de iure doti. & c. inter veſtras. de donat. inter virū & vxorem. iuncta l. fin. §. ſi autem æ alienum, cum §. ſeq. C. de bon. que lib. l. ſi quis à liberis, in prin. & §. alimenta. ff. de lib. agnoſ. ergo vt vxor ſimul ac maritus cœpit bona dilapidare, poteſt repetere ſuam dorem ad alimenta tam ſua quàm mariti. d. l. vbi ad huc. ita & patre dilapidante, idem filio concedendum eſt.

Quid dicendum? & quidem harum opinionum alterutra ſatis recepta communiter eſſe videtur, verūm priorem partem negati-

uam longè veriore puto: vt etiam ſi pater ſuas prodegiſſe videatur, aut inchoauerit prodigere, nequeat filius petere vt ſibi illico legitima aſſigneretur. Primum quia ꝑ certè in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter. l. in remandata. C. mand. etiam a butendo, & prodigendo. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hæredi. ergo ei per filium impedimentum fieri non poteſt, hac ratione aut occasione, quod prodigere & diſſipare videatur. Deinde quia in ſpecie eſt tex. in l. non vſque ad eò. ff. ſi à patre quis fuerit manumiſſus. vbi licet ſi libertus in fraudem patroni alienauit dolo malo, eam alienationem poſſit patronus reuocare. l. 1. in princ. & per totum. ff. ſi quid in fraudem patroni. & licet in reliquis filius emancipatus aſſimiletur reſpectu patris, liberti reſpectu patroni: vt in l. 1. in prin. ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſus, tamen in eo abſimiles ſunt, quia in fraudem patroni alienata reuocari poſſunt. in fraudem autem patris ab emancipato filio alienata reuocari non poſſunt: vt d. l. non vſque. iuncta d. l. 1. ff. ſi quid in fraudem patro. Sic ergo & in ſpecie noſtra alienata vt cunq; prodigaliter in fraudem filij à patre, æquum eſt vt per filium reuocari nequeant, neq; quicquam dicere poſſit filius aduerſus talem patris alienationem aut diſſipationem. Tertiò expendo rationem expreſſam in d. l. non vſque. iniquum enim (inquit Iureconſultus) eſſet ingenuis hominibus, auferre liberam rerum ſuarum alienationem. hæc autem ratio in illa lege expreſſa æquè militat in ſpecie noſtra ac ibi. ergo & ſimiliter ne parentibus per filios hac occasione accepta liberam rerum ſuarum adminiſtrationem ac alienationem turbari, adimi, aut minui ſinamus, talem filium minime admittendum eſſe dicendum eſt, adſtringitur hoc argumentum. Nam ꝑ ratio expreſſa in lege prout illic eſt, habetur pro lege, non quidem ex vi extenſiua, ſed magis ex vi comprehenſiua, ad eò vt decifio particularis loco exempli ſit, quod regulam non arctat. glo. in clem. 1. de elec. verb. elegatur. Glo. in auth. de hæz. ab int. §. ſi. verbo, ordine, quas Glo. ſing. dicit Bald. in l. ſi. ff. de hæz. inſt. Idem Bald. in l. fin. C. de lib. præz. tenet laſ. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. num. 12. ff. de verb. oblig. Idem laſ. num. 15. in l. tranſigere. C. de tranſ. Idem num. 22. in auth. quas actiones. C. de ſacr. eccle. Alex. num. 5. & Corneus nu. 15. in l. humanitatis. C. de impuberum. per text. ibi. Curtius iunior num. 9. & Decius num. 15. & Purpuratus num. 23. in l. ſi. C. de pact. Crocus in l. conſtan. in 7. q. Bart. lect. 2. ff. ſol. matrimo. Ripa. num. 5. & Hannibal nu. 249. in l. uemo poteſt. ff. de lega. 1. Georgius Nata num. 32. in c. 2. de pact. alſtringitur hoc argumentum. Nam ſi parentibus nefas eſſe videtur, liberos impedire rerum ſuarum adminiſtrationem ac alienationem, vt in d. l. non vſque, quanto magis nefandum eſſet, vt liberi paren-

3
Prodigere bona ſua cuique liberum eſt.

4
Ratio expreſſa in lege habetur pro lege.

Parentibus
summus ho-
nor debetur.

parentibus talem alienationem impedire vel-
lent, † contra pietatem ac reuerentiam pa-
rentibus debitam: argumentum per totum
ff. & C. de obsequijs. Præsertim cum filio per-
sona patris semper sancta & honesta videri de-
beat, ex præcepto Iureconsulti in l. antepe.
ff. de obsequijs. Istringitur idem argumentum.
Nam liberi parentibus quanto magis debe-
ant, quantoque magis obnoxij sint quam ex
diuerso, ignorat nemo. & probat l. veluti. ff. de
iust. & iu. dum ait, veluti erga Deum religio,
vt patriæ & parentib. pareamus, vt sic nõ cõtra
ius tantum positiuum, sed & cõtra ius naturale;
& gẽtium fecisse is filius existimandus sit, qui
impedimento esse vellet patri quod minus res
suas liberè alienasset, ac si libitum esset, etiam
prodegisset. Nam parentes charissimos habe-
re debemus, quod ab his vita, patrimonium,
libertas, & ciuitas tradita est, & cuius modi-
cumque mater sit, tamen in iudicio filij de tur-
pitudine parentis dici vix oportet. & non mo-
dò reticere homines parentum iniurias, sed
etiam æquo animo ferre oportet, secundum
Ciceronem. & Vergilius 2. Aeneid. dum de
reuerentia ac pietate parentibus à liberis de-
bita ratiocinaretur, sic ait:

Eya age chare pater ceruici imponere nostra:

Ipsè subibo humeris: nec me labor iste grauabit.

*Quo res cunque cadant, vnum & commune peri-
dum,*

Vna salus ambobus erit.

Rursus etiam astringitur idem argumen-
tum, nam vt patroni, liberti alienationem pos-
sint reuocare, necesse est, vt dolo malo facta
sit, & in fraudem patroni. l. 1. in princ. & ferè
per totum. ff. si quid in fraudem patroni. Vn-
de etiam si liberis aduersus parentum aliena-
tiones tam liberam facultatem, ne dicam au-
daciam, concederemus (id quod impium ac
nefandum esset) quam concessam patronis
aduersus libertos videmus, sicque ingenuos
libertinis turpissimè æquaremus, ac parentes
famulis, seu seruis pares indecentius ac inho-
nestius redderemus: adhuc tamen talem alie-
nationem impedire, aut reuocare non liceret,
nisi & dolo malo, & in fraudem filij facta pro-
poneretur, quæ in specie nostra interfuisse mi-
nimè ponimus. Quartò probatur argumento
l. si quando. §. illud. C. de inoffi. test. ibi, meri-
tis magis filios ad obsequia paterna prouocan-
dos, quam pactioibus astringendos. sic ergo &
in proposito parentes non sunt à liberis altrin-
gendi, sed meritis prouocandi, vt eis opes &
diuitias parent, partasque relinquunt: Quin-
tò probatur in l. 1. §. si impuberi. ff. de collati.
bonorum. vbi expressum est, filio in vita patris
legitimam non deberi, estque vera & commu-
nis opinio, vt supra retulimus. ergo is filius vi-
uo patre non solum malè ageretur, sed etiam
nulliter, & sine vlla actione, argumento l. vn.
ad fin. ff. quando dies vsusfruct. lega. cedat,
cum ibi notat. per Glos. & Doct. Sextò proba-

tur, quia hæc filij viuo patre festinatio non so-
lum culpabilis esset, sed etiã punibilis impro-
bum enim esse eum qui solicitus esset de here-
ditate viuētis, Iulianus aiebat. & in l. 2. §. in-
terdum. ff. de vulgari. & sic punitur, quia pri-
uatur hæreditate, quam præmaturè captauit.
l. 2. in fin. ff. de his, quibus vt indig. quinimò
non solum contra ius positiuum, sed etiam
contra ius gentium, & bonos mores festina-
se diceretur, vt in l. quidam in iure. §. fin. cum
l. seq. ff. de donati. estque simillimum quod
Quid. 1. Metamor. ait:

Filius ante diem patris inquit in annos.

Id quod ipse damnabat quasi foedissimum
ac tristissimi portenti argumentum seu iudi-
cium, vt & in simili notat Glo. in l. fin. C. de
pact. verbo, alien. Quæ ait, pactum † de fu-
tura successione reprobatur esse in liberis,
non secus quam in reliquis agnatis, cognatis,
vel etiam extraneis. & illa Glos. est communi-
ter app. ibi vt las. ibi in amplitudine 2. & ibi
Alciatus in Glos. 1. & Francif. Curtius num. 9.
& Purpuratus num. 12. & Philippus Decius
num. 13. Alex. num. 2. post Bald. Salic. & Paul.
Castrensem, & Fulgosium, & Georgi. Natam
in c. quamuis pact. de pact. lib. 6. Quasi portet-
tum quod piam in necem parentis esse vider-
tur, quando filius sollicitus est de patris viuē-
tis hæreditate, facit d. l. fi. & l. 1. verbo, non ini-
quis à contrario sensu, & l. pactum. quod do-
tali. C. de pact. l. de fideicom. C. de transact.
pactum dotali. C. de collat. l. nec non. C. de
capti. c. detestanda, & ca. ne captandæ, de cõ-
cessi. præb. Septimò probatur, quia quantitas
legitimæ inspicitur tempore mortis eius, cu-
ius de successione agitur. §. quantitas. Inst. de
lege faci. l. cum quo de peculio. §. fin. ff. ad le-
gem Fal. l. cum quæritur. & auth. nouissima,
C. de inoffi. testamen. l. Papinianus. §. quarta
autem. & §. quoniam autem quarta. ff. de in-
offi. testamen. ergo impossibile est, quod ante
mortem assignetur, cum quantum assignan-
dum sit, ignoretur, & quotidie, vt pater ad sen-
suum, possit augeri, & etiam minui patrimo-
nium. l. si defunctus. C. arbitrium tutelæ. Te-
nendo istam partem ad d. l. Imperator. ff. ad
Trebel. responde, quod loquitur in fideicom-
missio à patre post mortem suã filio restituen-
dum, quod si dolo malo vel aliter pater dissi-
pare ac prodigere incipiat, meritò ei aufertur
& maturatur restitutio, etenim quasi hac ta-
cita lege & conditione sibi id fideicommissum
à testatore datum fuit, vt eo vti frui posset, in-
tegrum illud filio suo vtcunque sui iuris effe-
cto reseruaturus. vnde non esset ferendus si cir-
ca id malignaretur, argum. l. vnicæ. §. his ita.
C. de cad. tol. diuersum est in bonis proprijs
ipsius patris nulla lege ab alio acceptis. Et ea-
dem ferè solutio accommodatur ad d. l. vbi ad
huc. C. de iure dotium. Nam cum primùm
maritus res dotales prodigere cepit, æquum
est, vti ab eo abscedant, adque vxorem reuer-
tantur,

R

tantur,

6
Pactum fut.
succ. inter li-
beros in iur.
super patris
viuentis he-
reditate an
probat.

tantur, quia licet illarum dominium ineunte matrimonio haberet. l. doce ancillam. C. de rei vendi. tamen id dominium reuocabile est ad vxorem soluto matrimonio reuersurum: vt per totum ff. sol. matrimonio. & C. eod. titul. vnde in tali dominio reuocabili cessat integerrima illa libertas alienandi & prodigendi, quæ adest in dominio irreuocabili. vt in l. fin. §. fin autem sub conditione. C. communia de legatis. l. peto. §. prædium. ff. de lega. 2. l. vnum ex familia, per totam eo. tit. d. l. Imperator. l. fin. C. de legatis. l. quoties. C. de donati. quæ sub modo, per totū. ff. de in diem adiect. per totum. ff. de lege commiss. iuncta l. nemo. ff. de pact. & l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de pet. hæred. l. in re mandata. C. mandati. l. non vsque. ff. si à parente quis fuerit manumi. Et cum † ad tollendam consequentiam sufficiat dare vnam instantiam. Glof. in l. si creditori. ff. de ope. noui nunti. quæ communiter approbata est, vt patet ex relatione Iason. ibi. & inter dominium reuocabile, & dominium irreuocabile sunt non pauca differentia, vt in dd. legibus, superest vt argumentatio Doctorum contrariam partem tenentium de d. l. vbi adhuc, & d. l. Imperator. ad speciem nostram minimè procedat. Pro nobis etiam facit, quia necessitas legitimæ relinquendæ non iuris naturæ est, sed iuris tantum positiui, vt ex communi opinione differuimus de success. creati. lib. 2. §. 20. num. 296. cum seq. Pro nobis, quia † viro etiam libidinosè & prodigaliter viuenti non datur curator, nec adimittitur testandi libertas, vt est communis opinio, quam tenent Speculator de actore. §. item opponitur contra actorem, vers. sed nunquid luxurioso. & add. ad Bald. in l. ea lege. num. 20. C. de condi. ob causam. Ioannes Bapti. Perusi. de arbitris. lib. 2. caut. 14. colum. 1. Abb. Barba. Felinus & alij in c. pastoralis, de re iudi. Ripa in l. is cui bonis. num. 18. ff. de verborum obligationibus. Ioannes Lupus de donati. inter virum & vxorem. §. 21. num. 23. in c. per vestras. Franci. Areti. in d. l. is, cui bonis, col. fin. Albericus & Cumanus in l. & mulieri. ff. de curatore furiosi. Decius in d. c. Pastoralis. Gomefius Aries in l. 13. Tauri. col. 1. Antonius Gomefius in Taurina. l. 14. num. 14. licet contra hanc communem conclusionem & malè teneant Segura in d. l. Imperator. nu. 137. Glo. in l. si quis cum sciret. verb. luxurioso. ff. de vsucap. pro empr. Bal. in l. ea lege. nu. 20. C. de cond. ob causam. & hac de re per Pinellum de bonis mater. l. 4. ad finem. Cum ergo viro, qui sua bona prodigebat, curator non datur, ne ei rerum suarum administratio turberetur, aut minuat, vt etiam probatur in d. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de pet. hæred. superest vt filius ab seo non possit in vita exigere legitimam (vt probatur) indebitam: quia si exigere posset, non tantum administrationem bonorum ei turbaret, ac minueret, sed etiam ipsam rerum suarum pro-

prietatem adimeret, vel ex parte minueretur: quod longe durius ac deterius esset.

Huic proxima est quæstio illa, an prodigo exemplaris substitutio fieri possit? & fac secundum quosdam talem regulam: Exemplaris † fieri potest prodigo, cui à iudice bonis interdctum est. ista est communis opi. secundum Paul. in l. humanitatis. C. de impub. quam ipse quoq; sequitur etiam, & dicit communem opin. Corn. ibid. colu. 1. sequitur, & dicit communem opin. Couarub. in c. Raynucius. §. 6. in princ. extra de testam. sequitur, & dicit communem opin. Corraf. in d. l. humanitatis. nu. 11. sequitur & dicit communem opin. Alciatus in d. l. ex facto. ff. de vulg. in princip. sequitur Imola in d. l. ex facto. Idem Imola in d. c. Raynucius. in materia exemplaris subst. Salicetus & Bald. in d. l. humanitatis. licet contrarium teneant Ang. in d. l. ex facto. & idem Angel. in d. l. humanitatis. & Ioan. And. in d. ca. Raynucius. post Cynum & Iacob. de Aretio. secundum Alex. num. 40. in d. l. ex facto. qui tamen communem opi. sequitur, & firmat esse communem, & communem opin. sequitur: dicitque communem Decius num. 6. in d. l. humanitatis. post Nicola. de Neapo. in §. qua ratione. in l. de pupill. subst. & communem opi. sequitur Iaf. in d. l. humanitatis. colum. 1. in fi. licet contrarium tenuerint Cynus & Alberi. secundum eum, & comunem opi. sequitur, & dicit comunem Iaf. in d. l. ex facto. nu. 39. post Ioannem Fabrum in d. §. qua ratione. Imol. in d. ca. Ray. Alber. in rub. ff. de vulga. Bald. in d. l. humanitatis. quos Iaf. allegat. & comunem opi. sequitur Bal. in d. tra. & ex. pl. subst. n. 14. idè Polit. nu. 10. in eod. tra. & Zaf. in eod. tra. nu. 3. post Bart. in d. l. ex facto. nu. 28. sequitur ib. Ripa. nu. 80. vbi etiã dicit esse comunem opi. Iaf. nu. 9. in l. is, cui bonis. ff. de verb. oblig. Sed nobis temper placuit opi. Cyni, & Alb. & Raynerij, & Guili. de Cune, quos refert Bar. in d. l. ex facto. n. 28. Cõtra comunem moueor, Primò per d. l. 1. ff. de test. Secundò per d. l. captorias. ff. de hæred. inst. d. l. captorias. C. de test. mil. Tertio, quia beneficiũ nõ cõfertur in inuitũ. l. inuito. ff. de reg. iu. Quarto per totũ. C. de reb. ali. non alienandis. Quintò per l. fi. C. de pact. cũ simil. Sextò, quia in re dubia quisq; vetare videtur, ne aliter de rebus suis disponat. Septimò per l. quia poterat. ff. ad Trebe. l. quia aũ in pri. & §. 1. ff. quæ in fraud. cred. & deniq; per omnia reliqua fundamenta, per quæ tenuim⁹ infra pximèq; surdo & muto ex epl. fieri nõ potest. Nã pro nobis stat regula sanctif. & multipliciter probata. nec exceptio Doct. vlla lege, vllaũe rõe probatur satis cõcludenter. Deniq; pro nobis est ratio, cui non cadit responsum. nam cum d. l. humanitatis. & §. qua ratione, in furiosis etiam vel mente captis loquantur, non etiam in prodigis, sequitur quod ad prodigos trahi non possunt, nisi ex identitate, vel paritate rationis, quod fatentur etiam omnes

Exemplari
subst. prodigo
fieri non potest cum multis
comunem.

7
Cõsequencia,
vt cesset, sufficit vna vniuersa.

8
Prodigaliter viuenti non datur curator cum communi, contra plures eo. nu.

omnes, qui communem opin. tuentur, & docet. latè Iaf. post alios in auth. quas actiones. C. de sacros. eccles. sed in prodigo non est paritas vel identitas rationis vt probabo, ergo ad eum d. l. trahi non potest. quod non sit paritas rationis, probatur expressim in l. in negocijs. ff. de regu. iur. iuncta l. is. cui bonis. ff. de verb. obli. vbi furiosus & mēte captus nil possunt acquirere, prodigus autē potest, quia prodigus non tam ratione & intellectu orbatus est, quàm furiosus vel mente captus.

Denique testamentum, quod prodigus fecit antè, quàm ei esset bonis interdictum, per iudicem valet. l. is cui lege. ff. de testam. vnde constat quod habebat intellectum, nam aliàs non valeret: vt in l. i. ff. de testa. sicq; non exquatur furioso vel mente capto. in summa etiā notoriè prodigus quod contraxit & alienauit ante interdictionem valet, secundum communem opinionem, quam tenuerunt Bar. Bal. Ang. Paul. & Romanus in l. is, cui bonis. ff. de verb. oblig. quam opin. communiter approbata dicunt ibi Aretii. & Alex. & Iason numero 9. ergo vitium prodigalitatē non impedit nec arguit omnimodam dementiam, quæ sine dubio vt exemplaris fieri possit, desideratur. Postremò prodigus magis adulto, quàm pupillo, vel mente capto æquiparatur, vt est tex. in l. si curatorem. C. de in integ. rest. Iaf. in d. l. is, cui bonis. num. 8. ff. de verb. ergo si aliquando exquatur adulto, aliquando pupillo, aliquando homini sanæ mentis, nunquam autem furioso vel mente capto. quo nā modo possemus d. l. humanitatis. ad prodigum trahere, quæ vt ad eum extenderetur, oporteret quando omnimodo semper & inuolabiliter prodigus furioso æquiparetur, vt differuimus in illa quæstione. An hodie furioso de iure communi possit fieri exemplaris. Denique licet per aliquas ll. prodigus a simili furioso, quando agitur de rerum suarum effusione vitanda, tamen secus si ageretur de rerum suarum effusione, vel alienatione, concedenda & admittēda. ita procedit quidquid pertinetes communem opin. adducitur, & iura quæ adducit Iaf. nu. 8. in d. l. is. cui bonis. ff. de verbo. oblig. l. i. ff. de curat. furi. l. i. C. eod. l. si prædia. ff. de reb. eorum. Pro nobis etiam facit quod exemplaris non ob hanc solam rationem inuenta fuit, quod is cui fit testari non possit, sed ob hanc etiam quod ad corporis sui tutelam pertineat: argu. §. si autem ita formidolosus. Instit. de pupil. l. consi. ff. de curat. furiosi. ergo licet is cui bonis interdictum est, nō possit testari. l. is cui lege. ff. de testamen. non sequitur propterea quod possit accipere exemplarem substitutum, cum illo non egeat ad sui corporis tutelam, quod multum in consideratione esse debet. sicque cum in prodigo cesset illa ratio, quæ in furioso adest, non est cur fiat extensio legis ad casum, in quo est minor ratio, vel non sunt tot rationes; arg. l. qui

hæredi plures. ff. de condi. instit. Pro nobis ratio efficax, nam si homini sanæ mentis vtunque corporis infirmi liberum est re sua vt, & etiam prodigaliter abuti. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de pet. hæred. etiam in præiudicium patris manumissoris. l. non vsque. ff. si à parente quis fuerit manum. quanto magis id licebit cessante alterius præiudicio: aliter enim is prodigus quasi equitem dorso, aut frænum ore (bestiarum de more) ferre cogeretur, hunc substitutum ferendo, pro nobis bonus tex. in l. i. §. & magis. verbo, prodegitset. ff. si quid in fraudem patr.

Quid ergo in muto & surdo? & fac secundum quosdam talem regulam. Exemplaris fieri potest muto & surdo, id est, ei qui vtroq; morbo laborat, si muti & surdi, sicque testari non potest. ita tenet & dicit communem esse opin. Paul. in d. l. humanitatis, sequitur & dicit communem opin. Corraf. ibidem. numero 11. sequitur & dicit communem opi. Corneus ibid. colum. 1. sequitur & dicit communem opin. Couarub. in c. Raynucius. §. 6. in principi. extra de testamen. hanc opin. sequitur & dicit communem Alexand. in l. ex facto, numero 40. sequitur etiam Imola in d. c. Raynucius. in materia exempl. idem Imola in d. l. ex facto. licet in d. c. Raynucius. contrarium teneat Ioan. Andr. post Cynum & Raynuciū, quos, vbi supra, allegat Alexand. & Angel. in d. l. ex facto. Idem Ange. in d. l. humanitatis. licet ibid. Sali. teneat communem opinionem. sequitur Decius numero 6. in d. l. humanitatis. post Nicol. de Neap. in §. qua ratione. Instit. de pupil. subst. & communem opinionem sequitur Iason in d. l. humanitatis, colum. 1. in fin. licet secundum eum contrarium tenuerint Cynus ibi & Albericus. & communem opin. sequitur, & dicit communem Iason in d. l. ex facto. numero 39. post Ioan. Fab. in d. §. qua ratione. Bald. in d. l. humanitatis. Alber. in rep. rubri. ff. de vulg. & cōmunem opinionem sequitur Bald. num. 14. in d. tract. exempl. subst. Idem Polit. nu. 10. in eod. tract. & Zafi. in eod. tract. num. 3. post Barthol. in d. l. ex facto. nu. 28.

Sed nobis semper placuit opin. Ioan. And. Cyni, Angel. Rayn. & sequacium contra communem: mouemur per regulam text. in l. captatorias. C. de testamen. milit. l. captorias. ff. de hær. instit. cum simil. à qua regularis casus, de quo loquimur, nullibi reperitur exceptus, nec per viam extensionis induci potest, cum sit in hoc casu longè minor ratio, quàm sit in mente captis. Mouemur secundò per l. fin. C. de pact. ibi. quare enim quodam viuente & ignorante de rebus eius quidam conueniunt, & per totum titulum C. de reb. alien. non ali. & quia in re dubia quisquam vetare videatur, vt de rebus suis alter disponat, vt ff. de furtis. l. qui vas. quid enim magis inhumanum magisque impium & penè ridiculum esse potest, quàm permittere vt de omni substantia, censu

9
Exemplaris
substitutio fieri non potest
muto & surdo cum multum contra cōmunem.

fortunisq; hominis sanæ mētis alter eo ignorantē vel inuito disponat. Etenim si homini sanæ mentis hæreditas opulentissima relinquatur, is cogendus non erit, ut eam acceptet, ut in l. quia, in prin. ff. quæ in fraud. cred. l. quia poterat. ff. ad Treb. hoc amplius etiam legatum opulentissimum quod omni careat molestia & sollicitudine, non cogitur quis acceptare, etiam ad petitionem eorum quorum interest, quales sunt creditores eius, cui tale legatum hæreditas ve delata fuit: ut d. l. quia autem. §. 1. quanto minus in specie nostra cogendus erit homo sanæ mentis ut inuitus (quod semper præsumitur, ut d. l. qui vas) substitutū exemplarem accipiat. Denique vulgaris regula est, quod beneficium non confertur in inuitum. c. in inuitum, de reg. iur. in 6. cum sim. l. qui absens. ff. de donat. traditur per Rip. las. & alios in rub. ff. de verb. oblig. Quid ergo magis ridiculum quàm dicere quod homini sanæ mentis se inuito vel ignorante, imponatur substitutus exemplaris prætextu beneficii, cum id beneficium non sit certum & indubitatum, cum possibile sit quod substitutus ipsius vitæ insidietur, dum eius captat hæreditatem, arg. l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. ob. l. si. C. de pact. c. de testanda. & c. ne captandæ. de concess. præb. in 6. l. cum proponas. C. de pact. l. de fideicom. C. de tras. l. pactū dotali. C. de coll. l. in si. ff. quib. & indig. l. quidā in iure. §. si. ff. de donati. si ergo beneficiū certū & indubitatum in hominē sanæ mentis inuitum nunquam cōfertur, quanto minus id beneficium exemplaris subst. q. licet inspecta legis censura beneficiū sit, tñ non est ita certū & indubitatum, vel melius exemplaris subst. licet in mēte captis sit inspecta legis censura, beneficium tñ indubitanter in homine sanæ mentis esset maleficium, læsioque enormis, impia, inhumana, nefanda. Nec dubiū est, quia surdus & mutus sit homo, vel esse possit sanæ mentis, non secus quā si illis morbis careret, ut probatur in d. l. discretis. C. qui testa. fac. pos. melius in d. l. ex facto. ff. de vulg. deniq; beneficiū licet in hominem sanæ mentis inuitū non conferatur, ter in impuberes vel puberes non satis sanæ mentis ēt inuitos cōfertur. Hinc est quod tutores dantur impuberibus, ēt inuitis, curatores autē adultis inuitis non dantur. in prin. & per totum Inst. de tut. & per totum de curato. Hinc est, quod prohibitio alienationis facta sine causa, vel cum causa, quæ solius prohibiti utilitatem respicit, quia habet vim consilij & beneficii, non valet in homine sanæ mentis. l. filiusfamil. §. diui cum materia. ff. de lega. 1. valet tamen in impubere, ut l. 2. C. de vsu cap. pro emp. & in mente capto, vel minus industrioso. l. Titio centum. in princ. ff. de cond. & dem.

Tenendo hanc partem cōtra communem, quæ apud me verissima est, parum quæquam mouere debet fundamen. Doctorum sic ar-

guentium: Exemplaris fit eis, qui morbi causa testari non possunt. §. qua ratione. Instit. de pupil. & d. l. humanitatis. sed surdus & mutus morbi causa testari nequeunt. d. l. discretis. ergo surdis & mutis poterit fieri exemplaris. Sed resp. in forma: Dum dicitur exemplaris fit eis, qui morbi causa testari non possunt, falsum est, sic indistinctè, nam licet fiat eis, qui furoris vel dementiæ causa testari nō possunt, non tamen fit eis, qui morbi corporalis causa testari non possunt, qualis est morbus surdi & muti, nec vlla lege contrarium, vlla ueritate induci potuit. Et satis ridiculum est de morbo animi, in quo fundatur exemplaris, ut d. §. qua ratione. & d. l. humanitatis. arguere ad morbum corporis, qualis est morbus surdi & muti. Postremò testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia. l. 1. ff. de testamentis. ergo in eo, qui est compos animi & voluntatis suæ, si alius se inuito vel ignorante testaretur, certè id testamen. non esset.

Nec ad rē pertinet quod lex ex paritate rationis extendatur. Nam resp. quod hic non est paritas rationis, ut proximè dixi, id quod latius dixi in illa quæstione, an hodie furioso exemplaris fieri possit de iure communi, ubi videas. Præterea quod tenentes communem opinionem securi existimant exemplarem vnica hac ratione niti, quod morbi causa demens testari prohibeatur, id verum non est, nam etiam propter salutem ipsius, cui fit, inuenta est: argumen. §. sin autem formidolosus. Institu. de pupill. l. consilio. ff. de curat. furiosi. quæ ratio cessat hic, ergo, & c. l. quam hæredi plures. ff. de cond. Instit. Pro nobis. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de pet. hæred. l. non vsq;. ff. si quis à parē. fuer. man. l. 1. §. & magis. verb. prodegisset. ff. si quid in frau. patr. ut supra induximus.

Stat ergo filium non posse legitimam petere viuo patre. limita, nisi † pater monachus fieret. nam tunc statim legitimam posset petere, patris morte non spectata. Ita Abb. in c. cum simus. post Ioannem Andrez de regularibus. Glo. quam alibi non esse, firmat Abb. ibi in c. transmissi. qui filij sint legitimi. & est singul. teste Aretino in l. 1. nu. 6. ff. de testamentis. tenet Bald. in authentica, si qua mulier. C. de sacrosanctis Ecclesijs. colum. fin. Corferus in sin. verbo, legitima. Bald. Nouellus de dote, parte prima, colum. 3. qui ait, hanc esse communem opini. sequitur Couarub. de testamentis. c. 2. nume. 7. Iason in authentica, nouissima. C. de inoffi. testa. num. 8. versi. limita tamen, qui dicit se dubitare. Segura in lege Imperator. nu. 123. ff. ad Trebellianum. Bar. in d. authentica, Si qua mulier. Paulus in authentica, nunc autem. C. de episcopis & clericis. numero 3. Rodericus Suares, allegatione 20. col. 1. & est communis opinio Canonistarum, secundū Iasonem n. 51. in d. authentica, si qua mulier.

10
Legitimā viuo adhuc patre monacho, an filius petere possit, egre g. 9.

mulier. vbi Paulus & Ancharanus in d. c. cum simus. Romanus in l. si cum dotem. in principi. ff. solu. mari. Anania in c. 2. colum. fin. de delictis puerorū. Abb. in c. Raynucius. ad finem de testamentis. Pyrrhus post consuetudines. Aurel. ca. 2. colu. 4. Contrariam partem tenent Petrus, Cynus, & Salicetus colum. fi. in d. authentica, si qua mulier. Et Salicetus firmat ibi hanc esse communem opinionem. Sequitur & dicit communem Fulgosius ibi colu. penu. sequitur & dicit communem las. ibi, num. 50. Bald. in c. si pater. colum. fin. de testamentis in sexto. Alexander in d. l. si cum dotem, in principio. nu. 13. Felinus in c. in presentia, de probationibus. nu. 56. vbi Decius nu. 67. dicit esse veriore & communem. Pyrrus de sinitate q. 4. nu. 8. Guilielmus Benedictus in cap. Raynucius, de testamentis. verbo, mortuo itaque. num. 299. Didacus Peres ad Seguram, vbi supra, nu. 123. Qua de re vide Bar. Veronen. consil. 26. quidam. Ioan. de Anania consil. 87. circa. Ludoui. Roma. consil. 237. oppositionem. & consil. 208. in casu. & consil. 292. pro habendi, & consil. 292. circa declarationem. Phlippus Dec. consil. 86. viso puncto. & consil. 419. viso eleganti. & consil. 159. casus. Panor. conti. 44. par. 2. & consil. 104. pro euidencia. par. 1. & consil. 88. videtur. par. 1. & consil. 63. veritas. parte 2. Barthol. consil. 13. ex facto. Card. Zaba. consil. 28. quidam frat. & 152. nimis grate. & 144. statuto ciuitatis. Fede. de Sen. consil. 27. Titio existenti. Maria. Soz. consil. 13. presentens consulatione. Bal. consil. 9. mulier. parte 5. & consil. 280. parte 1. & 248. queritur. parte 2.

Quid dicendum? Et sanè harum partium vtra receptor sit, non facilè dignoscet. Verùm (vt nobis videtur) longè veriore est pars negatiua, vt non statim post patris monachismum filius legitimam petere possit, sed demum post mortem ipsius. Quod primùm probatur per generalitatem d. l. 1. §. si impuberi. ff. de colla. bonorum. Deinde per d. l. non vsque. ff. si à parente quis fuerit manumissus. Tertio expressum videtur in l. Staius Florus. §. Cornelio Fœlici. ff. de iure fisci. Quarto expressius in auth. si qua mulier. C. de sacros. eccle. vbi patri monachum liberum est bona sua quandiu vixerit, vt libitum ei fuerit inter filios distribuere, scilicet illius auth. destructionem: ergo nō illico post monachismi interuentum ad legitimam assignandam compellitur. Ad idem rex. in corpore. vn de d. auth. excepta est. Quinto facit ratio generalis, quod ingenuis hominibus quandiu vixerint liberum esse de betrerum suarum arbitrium. d. l. in re mandata. C. mand. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de per. hared. Sexto facit, quia liberi si viuo patre legitimam nanciscerentur, prouiores essent ad obsequium parentibus debitum, debitam que reuerentiam eis denegandam, quod satis absurdum esset. estque ratio satis considerabilis: nam ideo dicimus vetitum esse pactum de

non succedendo inter patrem & filium, ne filius postquam iam è bonis paternis amplius non sperat quicquā, eius obsequium prætermittat, vt tradunt communiter Doctores in l. fin. C. de pact. Georgius Nata in capit. quamuis pactum, in materia pacti de non succedendo de pact. lib. 6. las. in l. pactum dotali, de collat. in prin. vt fusius disseruimus de successione libro 2. §. 18. numero 35. Septimò facit l. vnum ex familia, in principi. ff. de lega. 2. vbi hæres. qui tenetur restituere vni ex filiis suis, cui ipse voluerit voluntatem suam postquam semel elegit, mutare & variare quoties voluerit, potest vsque ad mortem: ergo & arbitrium similiter datum per d. auth. si qua mulier, vt pater monachus bona sua diuidat inter filios vsque ad mortem duraturum esse, intelligendum est, non solum, si is pater monachus nondum semel elegerit, sed etiam si semel & amplius elegerit, & voluntatem mutare voluisset. Deniq; pro hac parte facit, quia viuentis non est hæres. l. qui superstitis. ff. de acqui. hared. l. nec non. C. de capti. & quod nuptibus videretur filius, qui viuo patre sollicitus esset de ipsius hæreditate. d. l. fin. C. de pactis. l. 2. §. interdum. ff. de vulgari. estque festinatio improba, punibilis, & contra bonos mores. l. 2. §. fin. ff. quibus vt in dig. l. quidem in iure. §. fin. cum lege seq. ff. de donati. faciuntque ferè omnia fundamenta quæ numerauimus supra in quæstione præcedente, quæ repetere non expedit. Estque regula pro hac parte, nec exceptio bene probatur, & regulis tenaciter est inherendum: vt in l. 1. vbi per Decium & alios. ff. de regu. iur.

Tenendo hanc partem † ad c. cum simus. de regularibus, in quo vnicum fundamentum, contrariam partem tenentium repositum est, responderi potest, parum sanè obesse. Nam si pater & filius illegitimæ ætatis monachi simul facti fuerint, deinde filius monachismum reliquerit, tex. ibi ait, id sibi liberum esse, & ne illa integra libertas vlla ex parte minuta, aut ne aliqua necessitate non solum præcisa, sed nec etiam causatiua, impedita videatur, & vult vt integrum sibi maneat adseruatumque intelligatur ius succedendi in bonis monachi patris. quo autem tempore ea successio deferatur, ibi verbum nullum: ergo is casus vt pote omisus remanet in dispositione iuris communis. l. commodissimè. ff. de liberis & posth. quod ius habet vt superstitis nō sit hæres vllus, aut vlla successio delata videatur. d. l. qui superstitis. ff. de acqui. haredi. d. l. nec non. C. de cap. l. hereditas. C. de pact. conuentis. l. hereditas. ff. de verborum sig. Idque comprobatur ex verbis illius tex. quæ ita habent. liberum sibi eriteum dimittere, & bona paterna, quæ sibi ex successione proueniunt postulare. Illa enim verba, quæ sibi ex successione proueniunt. prouenire intelligenda sunt tempore, quo ex lege ea successio defertur, s.

11
Intellectus e.
cum simus. de
regularibus.

cum moritur is cuius de successione agitur, non antea. Nam qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. extraneus. ff. si ex noxa. cau. agatur. Barthol. & communiter Docto. in l. ex facto, in princip. ff. de vulga. l. 6. ff. de lega. primo. Nec dicitur æquum videri, vt filius viuo patre monacho legitimam possit petere. nam verius est longè æquius esse, vt spectet, per iura supra dicta, præsertim cum interea ex bonis paternis sit pro modo facultatū alendus. l. si quis à liberis, in princ. & in §. alimenta. ff. de liberis agnoscendis.

Hæc procedunt in reliquis monachis, præterquam † in Minoritis, quia hi cum nihil suum habere possint in communi, neque etiam in particulari, clem. ex iui. de verb. sign. statim post monachismum pro mortuis habentur, & consequenter possunt filij petere legitimam patris monachi, morte non spectata. Ita tenet Abbas in c. in præsentia. de probati. Barthol. in d. auth. si qua mulier. Idem Barthol. in tract. Minori. par. 4. vers. isti etiam hæredes. Ang. & Alexand. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. Decius numero 67. versic. prædicta conclusio. in d. c. in præsentia. Alexand. consilio 13. circa primum dubium. libro 3. colum. 2. Sed licet ista sit communis opinio, dubia tamen mihi semper visa est, per plerasque earum rationum & legum, quas supra retulimus, præsertim per d. l. vnum ex familia. supra allegata, iuncta d. auth. si qua mulier. Nam cum sit patri monacho facultas bona sua inter filios distribuendi, & interea alantur ex ipsis bonis, pater non est præcipitandus vt inuitus faciat ante tempus illam distributionem, præsertim cum mores ciuiles morti naturali non æquiparentur, nisi in casibus à iure expressis. Quid enim si viuo patre vnus aut certi ex filiis decedant? certè cum is non sit in numero filiorum huius monachi connumerandus, in debite legitimam recipere, eamque fratribus eius hæres si filius non esset, restituere teneretur. Nam si sub conditione relicta non transmittuntur ad hæredes. l. vnica. §. si autem aliquid sub conditione. C. de cad. toll. l. si ita scriptum. l. sub diuersis. ff. de condit. & demonstr. quanto minus transmittetur hæc hæreditas patris monachi viuentis, quæ filio, qui patri non superuixit nec pure nec etiam sub conditione relicta fuit? tutius est ergo patris monachi mortem naturalem spectare, & interea eius bonis pro inuidioso vti frui, idque pati ad vltimum vsque vitæ spiritum facultatem distribuendi, variandi, eligendi pœnitendi, voluntatisque mutandæ intactam (ex permissio-
ne d. auth. si qua mulier) reserua-
re.

12
Legitima patris monachi viuentis filio non debetur licet in monachus esset Minorita cõtra commu-
nem.

SUMMARIUM.

1. Fructus restituuntur, quando donatio vt in officiosa rescinditur, contra docto.
2. Fructus restituuntur, quando donatio euanescit ob modum non impletum, contra nouiss.
3. Fructus restituuntur, cum pater, qui filio legitimam in vita tradiderat, eam reuocauit, contra nouiss.
4. Donatio inter virum & uxorem non equiparatur donationi, quam facit pater filio, contra Doct.
5. Fructus restituuntur, cum rem legatam, quam in vita tradiderat, reuocauit, contra nouiss.
6. Fructus veniunt in reuocanda donatione in officiosa, contra Doct.
7. Fructus triennio præscribuntur.
8. Fructus an post triennium sint restituendi.

CAPVT XXXVIII.



ENTESIMO trigesimo tertio colligitur quare si sub modo quid cui donauit, nec donator modum expleuit, teneatur fructus perceptos cum ipsa re restituere, vt proximè subijciã. ratio enim est, quia vt reliquos principes, ita & legis imperium acceperunt, vt prodesent, non vt nocerent (vt habet nostra principalis sententia) nocerent autem si permitterent vt donatarius ille ex sua perfidia modi suscepti & non impleti lucrum faceret, per quod & naturale ius, quo iubemur placita seruare, violaretur, & ex perfidia sua lucrum ille assecutus nequior fieret, inuitareturque ad delinquendum, contra l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de const. pec. c. 1. de pact. tex. cum Glos. in l. scire. C. vt in poss. lega. l. si. C. de iure iur. l. fin. C. de fideicom. In contrarium tamen videtur se habere receptiorem opinionem in isto articulo, quàm in illo, an cum donatio reuocatur tanquam in officiosa sit reuocata cum fructibus restituenda, & quid quado legitimam filio tradidi in vita, & postea pœnitentia ductus reuocaui eam. Ideo expresso quæro, † si filio meo feci donationem in officiosam, & post mortem meam reliqui fratres, per titulum C. de inoffi. dona. eam rescinderunt, non ex toto, sed tantum vsque ad debitum bonorum subsidium, an fructus quoque cum rebus ipsis sint restituendi, quatenus ea donatio mensuram vel modum & quãtitatem à lege permissam excesit, & quatenus restituantur? Qua in re Boerius aurea decis. 98. Segura in l. 1. §. si vir. numero 77. vbi etiam Didacus Peres eius additionator. ff. de acqu. poss. Gomesius in l. 27. Faurina numero 8. tenent generaliter fructus nõ restituendos, per Flo. in l. generaliter. §. planè. ff. de fideico. liber. dum ait, fructus rem donatam non augere. Id quod tenet etiam Franc. de Ripa in l. si

Fructus restituuntur, quando donatio vt in officiosa rescinditur, contra Doct.

vnquam. q. 40. C. de reu. don. & ibi Andr. Tiraq. verb. reuertatur. num. 228.

Sed contrarium, vt cum fructibus ea donatio in officiosa sit reuocanda, quatenus in officiosa fuit, longè verius est intelligendo de fructibus perceptis post mortem patris donantis, primò per l. 1. C. de fide instrum. & iure has. ff. libro 10. secundò per l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de minoribus. l. patri. §. primo. l. minor viginti quinque annis cui fideicommissum, eod. titu. in quibus iuribus cum minor ad rem suam recuperandam restituitur, fructus quoque recuperat. Tertio idem est & in ea restitutione. quæ maioribus ultra dimidiam iusti pretij læsis conceditur, per l. 1. C. si maior factus alienationem ratam habuerit. Quarto idem est in regressu, qui ad rem suam sine iudicis decreto alienatam minoribus conceditur. l. si prædium. C. de prædi. minorum. l. 2. C. si quis ignorans rem minoris esse. Quintò idem est in rescissione, quæ fit per querelam in officiosi testamenti. nam & tunc non ad hæreditatem tenet, sed ad eius quoque fructus restitutio datur & regressus. l. filio. §. fin. ff. de inoffi. testa. Sextò per l. in condemnatione. ff. de reg. iur. l. videamus. 2. §. in Fabiana. ff. de vsuris. vbi generaliter omnis restitutio fructuum quoque recuperationem indicit, non secus quàm ipsius rei principalis: & meritò, Nam vtròque par ratio est saltem quatenus possessor ille illis fructibus locupletior effectus esset. Septimò per l. cum autem. §. cù redhibetur. l. quod si nolit. §. fin. ff. de ædili. edict. & d. §. in Fabiana. vbi cùm animal morbosum redhibetur, etiam si redhibitio fiat sine culpa vlla venditoris, qui vitium animalis ignorabat, iuxta l. 1. §. causa. ff. de ædil. edi. ad huc tamen animal restituitur cum fructibus & partibus ipsius, licet emptor ipsius dominium, & iustam possessionem, & titulum non solum legitimum, sed etiam onerosum haberet. Octauò idem in restitutione, quæ fit per titulum ff. de leg. commiss. per l. 5. eod. titu. Nonò idem in restitutione, quæ fit in terminis totius tituli. ff. de in diem addictio. per l. item quod dictum. & l. Imperator. ff. eod. Decimò idem & in terminis totius tituli C. & ff. de condi. indeb. nam & tunc res restituitur cum fructibus, & ferè viginti alia similia congesimus suprà c. 71. num. 3. cum seq. & cap. 70. num. 12. ex quibus huius partis veritas redditur plusquam manifesta, præsertim per d. l. filio. §. si iuncto tit. C. de inoffi. don. Nam querela inoffi. donati. ad similitudinem querelæ in officiosi testa. inducta fuit, iisdemq; iuris regulis trutinatur. Vnde vt in querela inoff. testamen. fit restitutio cum fructibus, ita & in querela inoffi. donationis. Et ad Glo. d. l. generaliter, resp. vt docemur in fin. quæstio. seq. & in d. c. 70. num. 12. & donatio inter patrem & filium famil. licet regulariter non valeat. l. donationes quas parentes. C. de dona. inter

virum & vxorem. valet tamen si fiat filio emancipato. l. si emancipatus. C. de donat. l. 2. C. de inoffi. donat. Sicque si † filio meo emancipato donauit & tradidi aliquam rem, & donatio ni certum modum apposui, quo non impleto venit donatio reuocanda. l. si. C. de reu. don. & ferè per totum C. de don. quæ sub modo. Quæritur an tunc fructus cum ipsa re donata repetantur, & sint restituendi? quod negat Didacus Segura in §. si vir. l. 1. ff. de acqui. pos. numero 75. quod nouum, & singulare reputat ipse per Glo. in l. generaliter. §. planè. verbo, ex aliqua causa, ad fin. ff. de fideicom. lib. quæ indefinitè ait, donatione reuocata fructus non reuocari. Sed hæc opinio vera non est, quia omnis datio, traditio, vel donatio facta ob causam, causa cessante, & non impleta, venit reuocanda, non solum quò ad rem principalem, sed etiam quò ad fructus, per l. videamus. 2. in prin. ff. de vsuris. Secundò vrget d. l. videamus, in 2. responso, vbi idem ait, etiam si per eum, qui dedit, steterit quo minus causa illa impleteretur, puta mulier viro futuro ob causam dotis res suas dedit, per eam steterit quo minus nuptiæ sequerentur, repetit rem cum fructibus, non secus quàm si per eam non steterit. Tertio per l. si fundus, in princip. & l. lege. ff. de lege commissoria, vbi vendidi tibi fundum hac lege, vt si non solueres precium, infra mensem fundus esset inemptus, te in mensem non soluente, datur rei & fructuum repetitio. Nec ad rem pertinet, quod ibi esset contractus emptionis, hic autem donationis. nam sanè quando donatio non est pura, sed facta ob causam, vel sub modo, & sic respectiua & veluti vtrinque obligatoria: idem in ea esse debet quò ad propositum quod foret in reliquis contractibus respectiuis. Quarto per d. legem in sui ratione, dum ait, non decere vt fructuum lucrum maneat penes emptorem, qui fidem fefellit. sic & in proposito is donatarius fidem violauit, ergo penes eum lucrum fructuum manere non debet: nec refert fidem fefellerit, quia pecuniam habere non potuit ad manus, an quia cùm haberet, noluit numerare. vt d. l. lege, in sui generalitate. Quintò à fortiori probatur. Nam & in donatione causa mortis repetuntur fructus cum ipsa re, si donationi conualuerit, & pœnituerit, d. l. videamus. §. 2. 3. ergo multo magis in specie nostra, vbi non per pœnitentiam & variatione, vel factum donantis reuocatur donatio, vel datio, sed per factum, vel non factum seu cessationem donatarij. nam & qui cessat vel non facit, fecisse videtur, vt per Decium in l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. Sextò facit, nam & cum redhibetur equus, vel seruus per ædilitium edictum, veniunt etiam fructus d. l. videamus. §. secundo, & ferè per totam illam leg. Septimò per leg. Imperator. & lege, quod dictum est. ff. de in diem adiect. Octauò facit, nam & cum res, quæ

Fructus restituntur, quando donatio euanescit ob modum non impletum, contra nouis.

indebitè soluta est. repetitur, fructus quoque veniunt restituendi, vt in l. si & me & Titium. ff. si cer. per. & d. l. videamus. dixi supra c. 63. nu. 39. cum seq.

Sed non dubium est, quin indebitè donata res maneret penes donatarium, qui modum non impleuit, ergo cum fructibus regenda est. Octauò per l. si fullo, & ferè per totum. ff. de conditione sine causa. vbi licet causa esset iusta vel non iusta, rem meam ad te perueniendi, tamen cum etiam ex post facto cessare cœperit, & redigi ad non causam, æquum est rem cum fructibus restitui, ne præter æquum & bonum cum iactura donantis diteris longè præter eius, vel contra eius intentionem. Neque ad rem pertinet quod donatarius effectus fuerit dominus, sicque in consequentiam dominij fructus suos fecerit. l. Herennius. 1. ff. de vsuris. Nam fatemur eum fuisse factum dominum fructuum, non secus quàm ipsius rei donatæ. at quia iam veluti ea donatione indignus factus est, vel cessat causa, propter quam ab origine factus fuit illius rei donatæ dominus, & etiam fructuum, consequens est, vt tam res, quàm fructus ad donatorem reuertantur, & restituantur, cum par eademque ratio sit in fructibus restituendis, quæ est in ipsa restituenda. Diuersum esse videtur, quando donatio propter ingratitudinem reuocata fuit, tunc enim fructus ante ingratitudinem commissam percepti, non retrahuntur, quia ea donatio non quasi, vt ad tempus tantum, sed quasi vt perpetuè mansura facta fuit, nec fuit respectiua ad aliquam causam, vt in specie nostra. In summa pro opin. nostra faciunt plura quàm viginti fundamenta, quæ posuimus supra c. 71. num. 2. cum seq. & c. 70. nu. 12. quæ repetere non expedit, quibusque hæc pars indubitata apparebit.

3
Fructus restituuntur cum pater, qui filio legitimam in vita tradiderat, eam reuocauit, contra nouiss.

Filio † legitimam suam tradidi in vita cum incremento & melioratione à lege permessa, quod facere possum: arg. tex. in l. cum quo, de peculio. §. fin. ff. ad leg. Fal. Bald. in rubr. ff. de reru diu. idem in l. non amplius. §. si. vbi Alex. & alij. ff. de lega. 1. postea pœnitui & eam traditionem reuocaui. quæritur an fructus veniant restituendi cum ipsa re, quæ tradita fuit? & Didacus de Segura num. 54. vsque ad num. 110. in l. 1. §. si vir. ff. de acqui. pos. ait fructus industriales non esse restituendos. Mouetur per l. de fructibus. ff. de dona. inter virum & vxorem. vbi fructus industriales, quos ex fundo sibi à marito donato vxor percepit, suos facit, nec eos restituit, licet ad fundi restitutionem teneatur, vt ibi. Nec dubium, inquit, est, quin donatio inter patrem & filium in potestate confirmetur morte patris donantis, dum modò incipiat traditione, non secus quàm confirmatur donatio inter virum & vxorem morte donantis, si modò incœperit à traditione. l. donationes quas parètes. C. de don. in virum & vxorem, cum ibi not. iuncta l. Papinianus.

cum Glo. ff. de don. inter virum & vxorem. & quæ tradit Segura, vbi supra. Alexan. in l. non amplius. §. fin. ff. de lega. 1. Ange. in l. 2. ff. pro donatio. Bald. in l. 2. C. de inoffi. dona. Vnde † procedit regulariter arg. de donatione facta à patre filio in potestate, ad donationem factam inter virum & vxorem, secundum Seguram, vbi supra, & Ias. in l. si pacto quo. C. de pact. colu. 2. Roman. consil. 277. non est dubium. Sed isthæc omnia suspecta sunt, quia donatio inter virum & vxorem non est simpliciter verita, sed demum sub duabus conditionibus, nempe quod donator pauperior fiat, & donatarius ditescat. l. si sponsus. §. concessa. l. si id quod. ff. de don. inter virum & vxorem. At donatio à patre in filium suum in potestate simpliciter verita est, per d. l. donationes quas parentes: vt per nos supra §. 70. nu. 10. & cum ad tollendam consequentiam sufficiat dare vnam instantiam. Glo. communiter app. vt apparet ex relatione Ias. ibi in l. si creditori. ff. de ope. no. nuncia. sequitur minimè valere argum. de dona. inter virum & vxorem, ad donationem de patre in filium fam. & in quibus casibus quis habet aliquam rem reuocabili ter, & venit casus in quo eam tenetur restituere, in illis semper restituit fructus, non secus quàm ipsam rem principalem, vt plenè docemur per viginti fundamenta supra cap. 71. nu. 2. cum sequen. quod obtinet etiam si is, qui restituit, haberet titulum onerosum & dominium, quanto ergo magis in specie nostra, in qua filius non habebat titulum onerosum sed lucratiuum, nō permissum, sed vetitum, non dominium, sed tantum possessionem. Et traditio possessionis sibi à patre facta adhuc aliquid operatur, vt scilicet sic ea donatio morte patris confirmaretur, quæ aliter sine tali traditione minimè confirmaretur eius morte: & tatis superq; est, si id operetur absque eo quod etiam cœperetur quod filius ille fructus suos faceret irreuocabili ter contra omnia iura, quæ in speciebus similibus loquuntur.

Hinc etiam apparet suspectam esse opinionem eiusdem Didaci de Segura in d. §. si vir, colum. 22. vers. quinto facit, quod tenet. Dum sentit, quod si † testator rem legatam tradidit in vita ipsi legatario, legatū reuocauit, quod fructus interea à legatario percepti non restituentur, id quod est contra illa viginti fundamenta, quæ enumerauimus supra c. 71. num. 3. cum seq. in quibus apparet, quod semper restituantur fructus cum ipsa re principali, etiam si & dominium esset translatum, & translatum esset ex titulo oneroso, & etiam si talis titulus sui natura reuocabilis non esset. Quanto ergo magis in specie nostra, vbi & titulus est lucratiuus, & dominium vix est vt videatur translatum, & supposito quod translatum esset, tamen non potest non videri esse reuocabile. Præsertim cum licet donatio causa mortis incœperit à traditione, tamen si donator,

4
Donatio inter virum & vxorem non æquiparatur donationi factæ pater filio. contra Doct.

5
Fructus restituuntur cum re legata, quæ in vita tradiderat reuocauit contra nouiss.

tor, vel testator eam reuocauit, vel conualuit, cum re ipsa fructus quoque restituantur: vt in l. cum quis. ff. de cond. cap. da. l. videamus. 2. post princip. ff. de vsur. in specie autem nostra nullus negabit quin sit par ratio, ergo & idem ius. l. illud. ff. ad leg. A. qui. l. nō possunt. ff. de legibus.

Hinc etiam apparet suspectam esse opinionem eiusdem Didaci de Segura in d. §. si vir. colum. 26. vers. tertia erit conclusio. dum ait, quod si † filio feci donationem in officiosam, quam post mortem meam per querelam in officiosam donationis, reliqui fratres expugnauerunt, quod tunc fructus non sunt restituendi, id quod quo ad fructus post mortem meam præceptor (in quo casu ipse loqui videtur) indubitanter verum non est, per iura, & rationes, & illa viginti fundamenta supra remissiuè adducta, & per l. filio. §. fina. de inoffici. testamen. ff. Nam cum rescissio fit per querelam in officiosum testamenti, tunc fructus cum re ipsa restituuntur, vt tibi: sed cum querela in officiosi testamenti, & querela in officio. donationis à pari procedant, vt in l. 1. & per totum. C. de in officio. donat. superest vt vtroque casu cum fructibus fiat restitutio. In fructibus tamen perceptis viuo testatore procedere potest, & sine dubio opinione Seguræ, quia testator de illis potuit, & voluit liberè disponere. l. non vsque. ff. si quis à par. sue. manu. l. 1. §. si impuberi. ff. de colla. bon.

6
Fructus reuocandi in reuocanda donatione in officiosa, contra doctores.

7
Fructus triennio præscribuntur.

8
Fructus an post triennium restituendi.

Illud autem notandum est, quod † fructus toto triennio præscribuntur, secundum ipsum Seguram in d. §. fin. virg. colum. 30. vers. plus voluit Bald. quod & tenet Glo. Barthol. & Paulus in l. sequitur. §. fructus. ff. de vsucap. Bald. in l. 1. colum. 2. C. vsur. & fru. leg. Vnde ipse Segura vult, quod † in quibus casibus fructus cum dominio ipsius rei principalis essent restituendi, in illis post triennium cessaret fructuum restitutio, vt pote, iam præscriptorum. Sed non ineleganter contrarium defendi posset, vt etiam tunc fructus restituantur, nam non bene sequitur, possessor quæsiuit talium fructuum dominium, ergo non tenebitur eos restituere: quinimò in restitutione, quæ minoribus læsis datur, & in ea, quæ maioribus vltra dimidiam læsis conceditur, & in plerisque earum viginti specierum, quas enumerauimus supra c. 71. numero 3. possessor habebat dominium tam rei principalis, quàm fructuum, & nihilominus vtrunque restituere compellitur: ergo siue præscriptione, siue alia quauis ratione dominium fructuum quæserit, restitutio eorum locum habebit, præsertim cum si possessor rei principalis dominium habebat, fructuum quoque dominium, vt haberet necesse esset. l. Heren. ff. de vsuris, sicque cessaret eorum præ-

scriptione. l. sequitur. §. lana. ff. de vsucap.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicium decretum semper præsumitur iustum ex causis interpositum, cum communi.
- 2 Instrumento decreti iudicis, si dicitur omnia solennia intersuisse, omnia solennia adfuisse præsumuntur.
- 3 Iudicium maioris factum præsumitur.
- 4 Decretum iudicis præsumitur habuisse præambulam causa cognitionem.
- 5 Decretum iudicis vbi interpositum inuenitur, solennia præcessisse præsumuntur.
- 6 Ecclesia minoribus æquatur.
- 7 Decretum intersuisse aliquando præsumitur.
- 8 Sententia, quæ continet relationem actorum, creditur, licet alter de actis non appareat.
- 9 Tempus post longum præsumuntur ea, quæ sunt solennitatu extrinseca.
- 10 Limitatio l. quacunque. ff. de publi. in rem act.
- 11 Sententia vt feratur parte præsentem, vel vt postea ei notificetur, paria sunt.
- 12 Sententia, quæ enarrat acta processus, statur, licet aliter de illis actis non appareat, etiam si non sit sententia antiqua.
- 13 Solennitatis extrinseca interuentus, licet non præsumatur ex assertionem partium, præsumitur tamen ex assertionem sententia iudicialis.
- 14 Decretum vbi inuenitur interpositum, omnia solennia præsumuntur præcessisse, licet pro forma exigerentur.
- 15 Formaliter quando quid videatur exigi.
- 16 Decretum præsumitur rite & recte interpositum.
- 17 Titulus ad præscriptionem præsumitur post longissimum tempus.
- 18 Tempus antiquum facit præsumi quod omnia solennia præcesserant sententiam, licet de illis non aliter appareat, sed de sola sententia, & antiquum tempus dicitur quod ad hoc decennium vel biennium.
- 19 Conditionem non inducit dictio Si, quando per eam exprimitur, quod inerat à iure.
- 20 Tempus antiquum, quod dicatur, ingens varietas.

C A P V T X X X I X.



OLLIGITVR centesimo trigesimo quarto ex opinione nostra principali, dum docet, omnium magistratum imperium ad proficiendum inductum, non ad nocendum. non esse standum iudicis assertioni, omnia solennia de quibus in processu non apparebat præcessisse assertantis, nisi fortè post longum tempus: aliter enim eius imperium facile noceret nobis, si tam facilè ei fides adhibenda esset: quod dic
vt in

vt in quaestione seq. ex facto agitatum. Solenne iudicibus praesertim inferioribus esse solet, in capite cuiusque sententiae definitivae omnia acta totius iudicij, vel processus referre, dicendo visis citationibus, testium depositionibus, instrumentis, ceterisque, &c. Euenitque non raro vt postea acta processus non appareant, sed sola illa sententia, qua continetur, acta interfuisse: & quaeri solet, an sententiae iudicis talia acta interfuisse asserenti fides adhibenda sit; etiam si de talibus actis aliter non appareat. Vnde ex facto cum canonici res suae Ecclesiae minus rite vendidissent, querelaque hac de re apud summum Pontificem mora esset, ipse commisit duobus iudicibus in dignitate constitutis, vt talem alienationem, si reperirent, in utilitatem ecclesiae celsisse confirmarent, & non aliter. habita hac de re diligenti cognitione, ipsique anno 1466. sententiam tulerunt, qua de more asseruerunt, quod habita diligenti causae cognitione, ceterisque in commissione Papae contentis obseruatis, reperierunt, talem alienationem in utilitatem ecclesiae celsisse. ideoque eam sententia sua confirmarunt. Et postea annos 42. mota fuit lis contra haeredes emptoris, qui illa sententia sese tuebantur, sed cum reliqua acta iudicij non apparerent, praesertim ea probatio & causae cognitio, qua eam alienationem in utilitatem ecclesiae celsisse, apertum dicebatur fuisse quo ad illam causae cognitionem, de qua tamen alias non liquebat, dubitabatur, an tali sententiae assertioni standum esset? Et videtur quod sic, per sequentia, scilicet quod omnia contenta in commissione domini Pauli, & quae pro forma per eam requirebantur, praesumuntur & probantur legitime interuenisse, adduco tex. in l. cum precibus. C. de proba. ibi probare te oportet, contra voluntatem tuam hunc fundum instrumento aduersarium tuum sibi ascribere laborasse, vt possis consequi sententiam. & sic patet quod semper praesumitur pro instrumento, & standum ei, nisi contra probetur. sed cum per aduersarium non probatur contra, scilicet quod non interuenit sollemnitas, qua commissio Pauli requirebat, igitur standum est instrumento praedictae sententiae confirmationis contractus, quo continetur omnia illa obseruata fuisse. est pro hoc Glo. singu. quae ad hoc allegauit d. l. cum precibus, in l. i. C. de fide instit. & iu. ha. si. lib. 10. Per quam dicit ibi Alex. in addito. ad Barthol. quod si decretum semper praesumitur interpositum ex iustis causis, & cum causae cognitione. & illa Glo. communiter tenetur per omnes ibi, & Bal. in l. i. ff. de rebus eorum. dicit quod in d. l. i. de fide instit. est Glo. peregrina, quod si in instrumento, in quo reperitur decretum interpositum, fit mentio sollemnitatum, omnia praesumuntur sollemniter acta & probata, quod est notat. dignum secundum eum. Cum ergo reperiat in instrumento sententiae confirmationis, decre-

tum approbatorium interpositum, & fit mento informationis habitae, & sic sollemnitatum, praesumuntur omnia sollemniter acta & probata, & sic videtur expressum in nostris terminis. Secundò principaliter quod singulariter dicit Bald. in l. tutores. ff. de confir. tuto. ibi secus si ipse per se ipsum dedisset, quia l. praesumit quod factum maioris iudicis sit rite factum pondera verbum rite, quod idem est quod cum causae cognitione, & seruato iuris ordine. Glo. in l. iuste. de acq. poss. nam re & e causam, rite ius vel iuris sollemnitatem denotat, notatur in l. 2. ff. de inoff. testamen. cum similibus. Si ergo praesumitur rite factum, sequitur quod fuit seruata omnis iuris sollemnitas, & si iuris sollemnitas, sequitur quod fuit seruata sollemnitas praedictae commissionis, cum sit principis, scilicet Romani Pontificis, quia quod principi placuit, legis habet vigorem. §. sed quod principi, de iure naturali. est Glo. in l. quia tale, soluto matrimonio. & quia isti, quibus fuit commissum, sint iudices maiores, cum sint Apostolici. l. & si praetor. ff. de officio eius cui est manda. ibi, is qui alienam iurisdictionem exequitur, non tamen pro suo imperio agit, sed pro eo cuius mandato ius dicit. & sic videtur factum per ipsum Romanum principem, cum auctoritate Romani Pontificis confirmarunt, quia omnia nostra, &c. l. i. §. omnia, de vetere iure enucleando. Tertio decisio Bal. in l. si praeses. C. quomodo & quando iudex. vbi dicit quod decretum semper praesumitur sollemniter, & cum causae cognitione interpositum. Quarto accedat propria decisio nostri dubij. Domini Bald. in l. non aliter. de adopt. ibi, & non tamen quod ubi decretum reperitur interpositum, quod est necessarium ad confirmationem actus, semper praesumitur quod cognitio causae & iuris ordo praecesserit. & sic per hoc patet quod licet, cognitio & ordo iuris requiratur pro forma ante, quam fiat confirmatio, si tamen reperitur decretum interpositum super confirmatione, sicut in praesenti reperitur, praesumitur quod omnis cognitio causae & ordo iuris, quem requirebat commissio, fuerunt seruata, & hoc tenet per praedictam Glo. in d. l. prima. Quinto pro hoc dictum Specula. in tit. de emptione & vend. §. nunc videndum. ibi & breuiter scias. vbi tenet quod si ubi decretum iudicis interpositum inuenitur, praesumuntur omnes sollemnitates esse, & fuisse adhibitae. Ecce dictum expressum, quod loquitur quando pro forma requiritur causae cognitio, & iuris ordo ante interpositionem decreti, vt in alienatione rerum minorum, vt per totum C. & ff. de rebus eorum. & de praedijs minorum. tamen si reperitur decretum interpositum, praesumitur quod praedicta sollemnitas & omnia, quae requirebantur interuenerunt. Ita Specu. vbi supra, per plura fundamenta. & sic est casus noster, quod licet pro forma requirebat causae cogni-

3
Iudicij maioris factu praesumitur rite factum.

4
Decretum iudicis praesumitur habuisse praambulam causae cognitionem.

5
Decretum iudicis, ubi interpositum inuenitur, sollemnitas praecessisse praesumuntur.

1
Iudicij decretum semper praesumitur iustu ex causis interpositu cum communi.

2
Instrumentu decreti iudicis, si dicitur omnia sollemniter interfuisse, omnia sollemniter adfuisse praesumuntur.

cognitionem prædicta commissio, tamen cum reperitur decretum confirmationis interpositum, præsumitur quod forma commissionis fuit seruata, & cum † loquitur in alienatione prohibita, scilicet minoris bonorum, idem erit in bonis Ecclesiæ: quia pari passu, & priuilegio reguntur. c. 1. c. auditis, de in integ. testamen. & in l. Respublica. & ibi Glof. C. ex quibus causis maiores. & Glo. in l. cum hi. §. ea transactio. ff. de transact. loquendo in alienatione æquiparat Ecclesiam minori, & in l. si vt proponis. C. de rei v. d. & Glof. in l. à diuo Pio. §. in venditione, de rei iud. & Barthol. in authentica, hoc ius porrectum, circa si. C. de sacrosanct. Ecclesia, & sic est decisio formalis domini Specul. pro nostro casu. Sextò pro hoc Glo. singularis in l. actor. ff. rem ratam haberi. in parte omnimodo, vbi † præsumitur solennitas & decretum, dum modò constet de mandato. dicit enim prædicta Glof. vnum quod probat à fortiori, quod si constat de mandato, præsumitur decretum interuenisse, quod magis est. pro hoc videtur casus in c. ea noscitur, de his, qui fiunt à prelato. vbi dicitur quod illud, quod facit prelatus, præsumitur de consensu capituli, secundum Glo. & Imolam ibidem, ex quo posset attentari quod cum hic constet de mandato, scilicet de commissione, scilicet domini Pauli, & si non appareret sententia confirmationis prædictorum iudicum, sicut hic apparet, & constat de ea, quod præsumitur, & quod omnis iuris solennitas interuenit, quod fortius, vt in authentica, multo magis. C. de sacrosanct. eccl.

Septimò facit singulare dictum Cyni in l. emancipatione. C. de fide instru. Vbi dicit † quod statur sententiæ continenti tenorem actorum, scilicet relationem actorum, sed cum sententia prædictorum iudicum, vt in ea apparet, continet relationem & tenorem actorum requisitorum per commissionem prædictam, statur ei, & per illam probantur omnia interuenisse, & sic per tenorem sententiæ probantur omnia acta, de quibus in ea fit mentio, secundum Cynum, vbi supra, & est Glo. notabilis in l. acta. ff. de rei. iudi. quæ dicit, quod lite finita per sententiam possunt acta circumduci: ergo tenet sententia sine actis. & hoc dicit ipse sine dubio, quando factum finitum sententia, non fuit recens, sed antiquum. Idem tenet ibi Bald. & Paul. & est communis conclusio, & tenet Innocen. in c. quoniam contra, de probatio. per quod dicit Cynus, & Imola, & Paulus & omnes, quod datur intellectus ad d. c. quoniam contra. quod † ille tex. & c. sicut & omnia alia iura, quæ dicunt quod debet constare de actis & de processu, intelliguntur quando factum est recens, secus si antiquum sicut hic, quia ista sententia fuit lata Anno M. CCCC. LXVI. & sic sunt elapsi 42. anni, quod dicitur factum antiquum. Casus in l. si fideicommissa. §. Aristo. ff. qui & à quibus, qui

dicit, quod per decennium dicitur factum antiquum & longum. & per totum C. de longi temporis præf. quanto magis per 42. annos, & quia post decennium præsumuntur omnia solenniter acta. l. si filius, de petitione hæred. l. qui in aliena. §. primo, de acqui. hæred. ff. & etiam quando agitur de præiudicio alterius ex diuturnitate temporis probatur solennitas extrinseca, voluit Bal. in l. 2. 6. colum. de seruis fugi. & in capit. primo, qui feudum dare poss. facit Glof. singularis in l. qui maior. C. cõmuni diuidendo. sed est Glo. illa solennis in c. peruenit, de emptione & vend. per quam dicit ibi Barba. 5. colum. quod etiam in præiudicialibus probatur solennitas extrinseca per lapsum 30. annorum: sed cum hic non solum triginta, immò etiam 42. anni sunt elapsi, patet quod per lapsum prædicti temporis probatur omnis solennitas iuris, & requisita in commissione prædicta interuenisse. Allegat Barba. tex. d. c. ea noscitur. & tenet Anto. in d. c. peruenit, loquendo in alienatione rei ecclesiasticæ. & sic in nostro casu & per hoc † limitatur tex. in l. quæcunque. ff. de publici. vt non habet locum in facto antiquo, quia in illo omnis solennitas & ordo & indagatio & causæ cognitio præsumitur.

Octauò facit quod notatur per Barthol. in l. prima. C. de relatio. & in authen. si quis in aliquo, de edendo. Vbi dicitur, quod statur verbis sententiæ, quando lata est parte præfente, & non contradicente, sed cum ista sententia fuit lata præceptore dicti hospitalis præfente, cum ei fuit notificata sententia: & paria † sunt quod sit præfens, vel quod fiat notificatio, secundum Bal. in authen. hodie, de appella. cum hic constet de notificatione, standum est verbis prædictæ sententiæ late per prædictos Iudices, cum ipsi in eadem dicant quod citauerunt partes, & receperunt testes, & obseruauerunt omnia contenta in commissione: & probat prædicta sententia omnia illa, de quibus fit mentio, sicut si omnia acta apparent. hinc profectus stylus multorum iudicum, qui in capite sententiæ enarrant omnia acta processus, quæ præcesserunt. Plus dicit Specula. in titul. de instrument. edict. §. restat, vltima columna. l. quod † si sententia transiit in rem iudicatam, censentur omnia solenniter acta, & statur verbis sententiæ, siue fit de recenti, siue de longinquo. Ita videtur tenere Innocentius in c. bonæ, de electione, & c. quoniam contra & alia iura, quæ contradicunt, loquuntur quando fuit appellatum. Sed cum in nostro casu prædicta sententia transiit in rem iudicatam, & non fuit ab ea appellatum, vt patet ex actis processus, igitur præsumuntur omnia solenniter acta. & quod fuit obseruata forma commissionis, maxime si in sententia fit mentio de actis, sicut fit in prædicta sententia, quia tunc sine dubio

6
Ecclesia minoribus æquatur.

7
Decretum in uisum ali- quando præsumitur.

8
Sententia, que continet relationem actorum, creditur, licet aliter de actis non apparet.

9
Tempus post longum præsumuntur ea, que sunt solenniter ex- misse.

10
Limita l. quæcunque. ff. de publi. in rem act.

11
Sententia vbi feratur patre præfente vel vt postea ei notificetur, paria sunt.

12
Sententia quæ enarrat acta processus statur, licet aliter de illis actis non apparet, etiam si non sit sententia antiqua.

est vera determinatio Specula. & Inno. ita dicit singulariter Paulus de Castro in d. l. emancipatione. dando solutionem ad d. c. quoniam contra. & ad alia quæ contra dicunt, præsertim quia hic constat de commissione, quia in iudice delegato ut præsumatur pro sententia & in facto recenti Glo. in c. cum in iure, de officio deleg. duo tamé requiruntur commissionem & sententiam esse per eum hic constat de his, igitur præsumuntur omnia solenniter acta, præcipuè cum fuit factum antiquum, & parti aduersæ fuit notificata sententia, & transiit in rem iudicatam, & in ea fit mentio de actis. tunc etiam quia isti iudices erant viri prouidi, & constituti in dignitate, in quibus præsumitur quod obseruauerunt formam prædictæ commissionis, ut in c. nisi essent, de præbendis. & Glo. in l. Titio vs usufructus, de conditio. & demo. Bald. in l. iudicia. de rei ven. tunc etiam quia ex processu patet quod ipse obseruauerunt formam prædictæ commissionis, & sic confirmatio tenuit: ut in c. si qua de rebus. 12. q. 2. & valet ex tempore contractus. tex. est iuncta Glo. in parte consensus, in c. fin. 16. quæf. 1. Prædictis non obstat dictum Ancha. in cap. 1. prima colum. de rebus Ecclesiæ non alie. lib. 6. vbi dicit † quod non statur in instrumento dicenti, quod non fuit facta alienatio cum debita solennitate, quia loquitur inter ipsos contrahentes, & quia verba fuerunt pereosdem prolata, & sic per personas prohibitas: igitur si non per eas, sed per iudicem, vthic, præsumuntur omnia solenniter acta. & sic cum loquitur inter eosdem contrahentes, vult ipse quod non habeat locum, quando illa verba proferuntur per alium, sicut hic per iudicem. & ista si prædictum dictum inspiciatur, facit pro hac parte, & contra aduersarium, & hanc solutionem & differentiam inter verba contractus & sententiæ. quia in contractibus nõ præsumitur solennitas extrinseca inter personas prohibitas, ut loquitur Ancha. quia esset in potestate eorum confitendo solennitatem, defraudare ius: sed in sententia sic, quod præsumitur ut dictum est, seruata eius solennitate, tenet Bald. in d. l. prima, secunda columna. C. de fide instrum. & iur. has fil. lib. decimo. & patet ex prædictis ex pluribus decisionibus in terminis nostri casus, quia lex præsumit pro iudice, & non pro parte contrahente, capi. in præsentia, de probatio. & in l. nullo. C. de ferijs. & in l. secunda. C. de offi. ciui. iudi.

Secundum dubium est, an licet contenta in commissione, de qua supra, requiratur pro forma, non tantum pro solennitate, præsumatur interuenisse ex quo iudices, de quibus in commissione hoc dixerunt, & asseruerunt in sententia confirmationis.

Et licet huic dubio videatur satisfactum ex prædictis, nunc tamen magis specificè respondeo, quod † præsumuntur omnia solenniter acta, & interuenisse omnia in commissione

contenta, licet de substantia & pro forma requirentur. & pro hoc in primis quod singulariter notat Specu. in tit. de emptione & venditione. §. nunc dicendum restat, ibi, breuiter scias, quod vbi decretum iudicis interpositum inuenitur, præsumuntur omnes solennitates fuisse adhibitz, in tantum quod statur venditioni, nisi pupillus ostendat, & c. Ecce dictum expressum in terminis nostræ quæstionis. Nam in venditione & alienatione rerum minoris, solennitas, quæ requiritur. & si in ea aliquid sit prætermisum, corrumpunt actus. l. magis puto. §. non passim de rebus eorum. ibi, cuius officio in primis conuenit excutere, & c. & in §. quærere, vsque in finem l. & in l. si pupillorum, & melius in l. fin. C. de prædijs minorum. cuius verba, decreti interpositio Constantiniانو prætoris celebranda est probatis examinatisue causis, ut pote, facta rerum fide firma venditio perseveret, & sic patet quod pro forma requiritur cognitio causæ, & examinatio & probatio, ut res minorum possint alienari: & omnia debent procedere interpositionem decreti. vtd. l. fina. nam dicit, decreti interpositio celebranda est, & sic in facto examinatis causis, & c. id est, si examine tur prius, quia illi Ablatiui resoluuntur in conditionem. l. à testatore, cum ibi notatis, de condit. & demon. & tamen licet dicta solennitas requiratur pro forma & substantia actus: tamen ex eo quod decretum reperiatur interpositum in dicta alienatione, præsumuntur omnia interuenisse, quæ requiruntur pro forma, per dictum Specul. vbi supra. Licet ergo pro forma requiratur quod iudices prædicti debent vocatis partibus inquirere alienationem prædictam cessisse in vtilitate ecclesiæ, ut eam possint confirmare, tamen præsumitur propter decretum, quod interuenit, per dicta causæ cognitio & indagatio, & omnia alia, quæ prædicta comissio requirebat, & hoc est, quod dixit Bald. in l. non aliter, de adoptio. ibi, & nota quod vbi decretum reperitur interpositum, quod est necessarium ad confirmationem actus, semper præsumitur quod cognitio causæ & ordo iuris præcesserit. & allegat prædictum Speculatorem, & notab. verba Bald. dum dicit necessarium ad confirmationem actus. & sic patet quod licet † non tantum pro solennitate, immò pro forma & de necessitate requiratur aliquid, cum illud tantum dicitur necessarium, quod pro forma requiritur. l. cum hi. §. si prætor, de trans. ff. & in l. pact. ff. de contrahend. emptione, & in capitu. quia propter, de electione. tamen si reperitur interpositum decretum, præsumuntur omnia illa, quæ requirebantur pro forma, & sic de necessitate interuenisse in confirmatione. Licet ergo pro substantia & forma deberent interuenire omnia contenta in prædicta comissione, ut possit per prædictos iudices fieri confirmatio contractus, tamen ex eo quod reperitur sententia

14
Decreti omnia solenniter præsumuntur præcessisse, licet pro forma exigentur.

13
Solennitatem extrinsecam interuenisse, licet non præsumatur ex asseritione partium præsumitur tamen ex asseritione sententiæ iudiciali.

15
Formaliter quando quid videatur exigere.

con-

confirmationis, & decretum illorū iudicum, præsumentur omnia interuenisse, & quod prædicta commissio requirebat, & sic per decisionem Bald. de qua supra, est determinatum in terminis præsentis dubij loquendo in confirmatione. Præterea, pro hoc facit dictum singulare Bald. in d. l. cum tri. §. si prætor, de transa. Nam pro forma requiritur cognitio & indagatio de causa, & modo, & personis, vt valeat transactio, & decretum interpositum super alimentis. & Bald. & Paul. & omnes Doctores dicunt ibi expressè, quod omnia contrà in illo §. requiruntur pro forma, & substantia, & si aliquid ex illis fuisset prætermissum, corrueret omnis actus. casus est ibi, literalis & communis superscribentium conclusio, & tamen hoc præsupposito dicit ibi Bald. adde ad hanc glos. quòd vbi † inuenitur processum, præsumitur quod ritè. Item plus dicit Specula. quòd vbi reperitur decretum iudicis interpositum, præsumitur in dubio ritè & rectè, vt in Specula. de emptione & venditio. §. nunc videndum. vers. & videtur, & c. verba sunt Bald. aurea & singularia allegando prædictum Speculat. de quo supra, & sic patet quòd licet de substantia & forma requiratur quòd præcedat causæ cognitio, & utilitas, & alia de quibus in d. §. ad hoc vt valeat decreti interpositio super alimentis, tamen si reperitur decretum interpositū, præsumuntur omnia interuenisse. Licet ergo de substantia actus & pro forma requirebatur, vt iudices commissarij vocarent partes, & recipent informationem, an alienatio facta cetsisset in utilitatem ecclesiæ, tamen ex eo quòd reperitur in publica forma sententia confirmationis contractus prædictorū, præsumitur quòd interuenierunt omnia contenta in commissione, licet illa pro forma & substantia confirmationis prædicti contractus requirerentur. & sic est decisum præsens dubium per d. Speculat. quod allegat Bald. in locis, de quibus supra. Paul. de Castro tamen in d. §. si prætor. in terminis nostris dicit sic, restringendo dictum Specula. Specula. tamen in tit. de emp. & venditione. §. nunc dicendum. verb. & videtur. dicere videtur quòd vbi reperitur decretum iudicis interpositum, præsumatur adhibita causæ cognitio, quòd nullo modo videtur verum, per hunc tex. nisi in instrumento expresse hoc caueatur: & tunc videtur sufficere quòd dicatur causa cognita, licet non exprimantur particularia, & in hoc potest esse vtile dictum Specul. & ita tenebat Bald. per notata in l. 1. C. de fide instru. & iure haf. fil. lib. 10. ecce singulare dictum Pauli dicentis, quòd dictum Specul. est verum absq; dubio, quando in instrumento dicitur, quòd decretum est interpositum causa cognita, ex hoc solo quòd sic dicatur, licet particularia non exprimantur, in eo præsumuntur omnia quæ formā & substantiā requirebant, vt in casu dicti §. in quo loquitur

Paulus, & in exèplo quod ibi ponit, quoniam est proprium quando requiritur, quòd cedat in utilitatem, & quòd præcedat cognitio causæ ante interpositionem decreti pro forma. Sed cum in prædicta sententia confirmationis fit mentio non solum quòd causa cognita confirmarunt prædictum contractum, imò quòd magis est, de citatione partium, & de probatione & informatione recepta, & de omnibus contentis in commissione præsumuntur omnia interuenisse: licet pro forma requireretur. d. auth. multo magis. maximè quia per lapsu tanti temporis 42. ann. præsumuntur omnia rectè, & solenniter acta, & ex lapsu decem annorum. l. si filius, cum similibus. C. de petitione hæred. quanto magis ex lapsu 40. annorum, vt probatur, & sic titulus in præscriptione regulariter requiritur, & pro forma l. nullo. C. de rei vendi. l. diutinam. C. de longi temporis præscriptione. tamen Bal. & Salice. in d. l. diutina. intelligunt † in præscriptione longi temporis, scilicet 10. an. sed maior transcursus temporis eum præsumit & sublata esse malam fidem. casus est in l. fin. C. vnde vi. qui non est alibi, secundum Barba. in c. apostolicæ. colum. 1. de dona. igitur præsumuntur ex lapsu temporis, titulus & bona fides, & omnia quæ requirebantur pro forma, ergo à fortiori in proposito vbi maius tempus fluxit. & in proprio casu dicit hoc Cynus, Paulus, & Salice. & omnes in l. emancipatione. de fideiuss. Innocen. & omnes in c. quoniam contra. scilicet † quòd in facto antiquo deciso per sententiam omnia præsumuntur solenniter acta, & quòd interuenierunt, licet non appareant acta, sed sola sententia. sed certum est quòd in sententia aliqua requiruntur pro forma, & substantia ad hoc vt valeat sententia, vt in clementina, pastoralis, de re iud. & alia quæ etiam per partes renunciari nō possunt. c. de causis, cum ibi notatis. de officio delega. cum similibus. & quòd sententia feratur in scriptis, ista pro forma requiruntur, & alia tamen præsumuntur intercessisse, si sententia non apparet lata de recenti, sed ex antiquo. ita tenent omnes, vbi supra, sed sic fuit in proposito, vt sæpe dictum est, ergo, & c. & in expresse quòd tantum sufficiat lapsus 10. an. in sententia, vt omnia præsumantur intercessisse ritè, & rectè, tenet Hosti. & Ioan. Andre. in c. in præsentia, de renuncia. & in c. cum inter. de re iudi. & Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. Bald. in c. 1. de milite vasallo qui contru. & in l. sciendum. ff. de verbo. oblig. per d. l. si filius, cum alijs loquendo in sententia. Plus dicit Ioan. Andr. in d. §. cum inter. in fin. quòd quando sententia est ex antiquo prolata, præsumuntur omnia & pro contestatione & processu, & pro alijs, quæ requiruntur. & dicit quòd dicitur factum antiquum, ex quo lapsum est biennium, secundum Hosti. & dictum c. quoniam contra. & alia iura, quæ videntur contrà dicere, lo-

16
Decretū præsumitur ritè & rectè interpositum.

17
Titulus ad præscriptionem præsumitur post longissimum tempus.

18
Tempus antiquum facit summi quod omnia solennia præcesserant sententiam, licet de illis non aliter appareat, sed de sola sententia: & antiquum tempus dicitur quoad hoc decennium vel vicennium

quentur in facto de recenti, scilicet quando aliquid operatur, vel allegatur, contra sententiam ante biennium ex die, quo fuit lata. Idē tenet Ioan. Andr. in d. c. in præsentia, & ibi Hosti. ergo à fortiori in casu nostro, vbi sunt elapsi 42. an. & vide omnino Paul. in d. l. eman-
cipatione.

Et prædicta dico procedere non solū quando forma est data à lege, immò idem si ab ipso Romano Pontifice, vt fuit in nostro casu. Nihil enim refert an ab ipso, an à lege fiat commissio, cum mandatum eius lex dicatur. d. §. sed quod principi. facit l. Cæsar, de publi. l. cū multum, de bo. quæ liber. l. donationis. la secunda. C. de donat. inter virum & vxor. quia ipsa lex viua est. Glo. in l. quia tale. ff. soluto matrimonio. Præterea expressio illorum, quæ à iure insunt, si ab homine exprimantur, nihil operantur. l. 3. de lega. 1. ff. singulariter. Innocen. in ca. prudentia, de offi. de legati. & Abb. in c. cum dilecti de rescriptis. antepen. colu. & ibi reducendo ad concordiam. Docto. dicunt quod aut exprimitur ab homine illud, quod inest à iure de necessitate, & tunc expressio nihil operatur, allegat notata in c. significasti, de elect. & in c. olim. el primo, de restitutione spolia. Sed in casu præmissio quod requiratur causæ cognitio, quando alienatur res ecclesiæ, vt noscatur an sit vtile ecclesiæ, & omnia alia contenta in commissione. illud inest à iure de necessitate, quod debeant precedere alienationem. c. 1. de rebus ecclesiæ, cū simil. ergo cum insunt à iure de necessitate, si ab homine exprimantur nihil operantur, nec inducunt nouā formam mandati. Ita Abb. ad literam in d. c. cum dilecta. in pen. col. Bart. & Paul. in d. l. 3. & in l. conditionis, quæ extrinsecus. ff. de con. eidem est & casus pro hoc. quia non est differentia in illo, quod iubet lex, vel homo, nam in vtroque casu pari, & æquali modo debet seruari. de primo est tex. in l. pspexit. ff. qui, & à quibus. & in d. c. si scriptum. de secundo, in d. c. cum dilecta, & in l. diligenter. ff. mandati. Et procedunt prædicta etiam si in commissione sit adiecta clausula, & si vobis constiterit, &c. nam etiam tunc præsumuntur omnia interuenisse, quæ prædicta commissio requirebat. & hoc probatur per ea, quæ supra dixi, quia exprimendo Romanus Pontifex dixit & declarauit, si reperietis in vtilitatem ecclesiæ cessisse alienationem, &c. quod inest à iure, & sic nihil operatur expressio. Et quod † per ista verba, si constiterit, non videatur inducta conditio, sed quædam admonitio, est text. expressus, iudicio meo, in l. muto. §. sub conditione, de tutel. ibi. hanc autem conditionem, quam præfides prouinciarum faciunt, tutorem do, si satis dederit, non conditionem in se habere, sed admonitionem. nam à iure inest quod tutor satis det, tamen si exprimat ab homine, scilicet à iudice, præmissa dictio Si, quæ de sui natura inducit conditionem. l. qui promisit,

19
Conditionem
non inducit
dictio si, quā-
do per eam ex-
primitur quod
inertur à iure.

de cond. indebiti. ff. cum à iure hoc inest nihil operatur, nec facit actum conditionalem. Per quod dicit Bart. in d. §. sub conditione. Paul. in d. l. 3. quod si Papa mandatalicui quod conferat alicui beneficium, si eum reperit idoneum, quod hoc non faciat conditionem, cum hoc inest à iure, sed quandam admonitionem & ideo, & si non sit idoneus, tenet collatio, si est aliàs capax, vt quia Clericus, ita Paulus, vbi supra. Sic in proposito, cum per istam clausulā si constiterit, exprimat solū illud, quod à iure inest, vt dictū est, si exprimat, nil operatur, nec inducit nouam formam, secundum Doct. vbi supra. Et ad hoc adduco singulariter dictum Bal. in l. non dubium. C. de legi. 5. col. in fi. vbi dicit, quod ista clausula si constiterit, si concurrat, q. est de natura iudicij, tunc conditio in literis contenta, non est conditio, sed expressio iuris cōmunis. & ad hoc allegat dictum Inno. in d. c. prudentiam. de quo supra dixi. Sed cum in casu nostro expressio facta in prædicta cōmissione, si in vtilitatem ecclesiæ reperietis, &c. & q. fiat vocatis partibus, & cum causæ cognitione, sit de natura causæ cōmissæ, cum illud à iure insit, nihil operatur tãquam expressio iuris communis. nec facit cōditionem. Ita in terminis Bal. vbi supra. & sic ex prædictis patet quod præsumuntur omnia contenta in commissione præcessisse, & interuenisse, ex quo apparet sententia confirmatio in publica forma, quanto magis quia apparet commissio & sententia, & quod transiit in rem iudicatam, & ex antiquo tempore, vt & probantur omnia per processum. Et confirmatio prædicta contractus trahitur retro ad diem contractus. tex. iuncta Glo. in verbo, consensum, in c. fin. 16. q. 1. & ibi Glo. allegat plura iura ad hoc, præcipue quia erat in casu nostro sylua inutilis, vt etiam si postea sit reducta ad culturam, non debet attendi illa vtilitas, sed quod valebat tempore contractus. Casus notabilis in c. ad aures, de rebus eccle. & ibi vide Barba. vt pro illo censu, qui valebat tempore contractus, debeat concedi de nouo emphyteutz ducendi ad culturam, vel filijs, & hæredibus eius sine noua solennitate, & ita etiam Barthol. per illum tex. in l. quicumque. C. de omni agro deserto. quod ipse dicit esse mirabile, & non debet attendi melioratio, postea superueniens, cum contigerit diligentia possessoris. l. pen. C. de omni agro. def. lib. 10.

Denique † antiquum tempus dicitur multis modis. Nam interdum tēpus decennij dicitur antiquum, vt per Barthol. in l. qui in aliena. §. 1. ff. de ac qui. hæred. & est commu. opini. vt per Alexan. & Ias. ibi & per Decium. in l. 1. nu. 72. C. qui admitti. quod maxime obtinet in præsumenda actus celebrati solennitate, vt est in specie nostra. Interdum antiquum tempus dicitur 30. annorum, vt tenet Imola in c. peruēnit. de emptio. & vendi. & Crotus. ex cuius

20
Tempus anti-
quum, quod
dicatur magis
uariet. m.

cuius relatione hæc videtur commu. opin. in l. sciendum. in princip. ff. de verbo. obliga. per Alexand. ibi num. 17. & in conf. 17. libro 4. Tertio antiquum tempus dicitur 40. annorum, vt per Alexand. conf. 4. & confil. 187. lib. 2. Sozin. conf. 106. eod. lib. per Aymonem. de antiqu. temporum, in princ. Quarto antiquum tempus dicitur centum annorum, vt per Decium in ca. 1. num. 46. de appellatio. Beltrandum consilio 283. lib. tertio, & per Aymonem, vbi supra. Quinto antiquum tempus quod dicitur relinquatur arbitrio iudicis, vt per Innocen. & Anto. in c. veniens, de testibus. Alexand. consilio 187. lib. secundo. & consilio nonagesimo. lib. primo. Sozin. consilio centesimo sexto, libro secundo. Afflictus de cisione Neapolitana 483. Vltimo antiquum tempus etiam dici posset vnus anni: argumento in principio Institut. de vlucapio. Et melius in l. 1. titu. de las præscrip. lib. tertio ordin. In summa antiquum tempus quodnam dicatur, & si in quibusdam speciebus non obscure decisum reperitur, tamen in plerisque non sat dilucidè definitum comperimus. Vnde nõ potest non reseruari sanctitati, religioni, ac prudentiæ iudicantis: licet non abnegemus quin eorum sex casuum, de quibus iam egimus, quilibet sat habeat fautorum. Iudex ergo circumspectus si fuerit, inueniet rerum, de quibus agitur, personarum, temporum & locorum qualitatibus expensis tempus antiquum, vt interdum in vno anno concludatur; interdum verò etiam quinquaginta non suffieiant.

SUMMARIUM.

- 1 Fideiussor potest conueniri, excusioq; cessat, vbi notorium erat debitorem non esse soluendo, estq; dubia pugna.
- 2 Frustra nihil.
- 3 Finis melior quam media.
- 4 Bona cuiusq; cuius vt probentur?
- 5 Fideiussor in plusquam principalis acceptus, an saltem pro concurrente summa teneatur, anceps pugna.
- 6 Fideiussor durius quam principalis obligari nõquit, regula cum octo declaratio.
- 7 Fideiussor & si iuret, non tenetur in plusquam principalis cum quibusdam; contra communem.
- 8 Fideiussor cuiuscunque obligationi accedere potest, regula cum 18. declaratio.
- 9 Fideiussio in octo casibus cessat.

CAPVT XL.



ENTESISIMO trigesimo quinto colligitur, quare legum solennia in notorijs non sint superstitiosè obseruanda. Nam, cum vt nostra principalis conclusio habet, vt reliqui principes ita & leges

imperium acceperint, vt prodesse, non vt nocerent. Cumque notorietas superet omne genus probationis, certè si adhuc solennia legalia à lege nobis obseruari iuberentur, id vehementer nobis noceret. quod dicit vt in seq. q. Solenitas ꝑ excusiois cessat, vt supra obiter attigimus, vbi notorium est debitorem principalem non esse soluendo. Ita tenent Glos. in l. fin. ff. si cer. peta. Glos. Bart. in l. decem. ff. de verborum obligatio. & in l. nisi hoc actum. ff. de pact. Barthol. in l. 3. §. si is pro quo. in fin. ff. quod quisque iur. Ange. in l. 2. in principio. ff. qui satisda. cogan. sentit Barthol. in l. Marcellus, ad finem. ff. de fide instrumen. Bald. in authentica, sed hodie. in fin. C. de actio. & obligatio. Idem Bal. in l. prima. colum. septima de conue. fisci debi. lib. decimo. Sequitur & dicit esse communem opinionem Iaf. in l. decem. numero vigesimo septimo. ff. de verb. obligatio. Angel. in d. l. nisi hoc actum. Ludouicus Romanus in d. l. finali, in principio. ff. si certum pet.

Contrariam partem vt etiam si sit notorium, debitorem principalem non esse soluendo, adhuc excusio sit necessaria, & facienda contra principalem debitorem, antè, quàm contra fideiussorem agi possit: tenent Iacobus Butrig. in authentica, hoc si debitor. C. de pign. Bart. in l. stipulatio. §. habet. ff. de operis noui nunciatio. sequitur, & dicit esse communem opinionem Iafon ibi, num. decimo. colum. tertia, post plures Doctores, quos ipse allegat, mouentur. quia etiam super notorio requiritur pronuntiatio iudicis. c. cum sit Romana, in fi. de appella. c. porro, de diuor. Glo. in c. ad nostram. in 3. de iure iur. & Glo. fin. in c. euidentia. de accusatio. Barthol. in l. emptorem, in prin. ff. de actio. empt. & vendi.

Quid dicendum? & sanè prior pars vt receptior, ita & verior est: quia ꝑ vt natura, ita & ars ciuilis nihil faciunt frustra. §. minorem. Instit. de adopti. iuncta l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt lega. no. caue. l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procurat. l. qui bis. ff. de verb. obligatio. Nec dubium est quin ociosum esset, & inane circa solennia excusiois morari ad demonstrandũ debitore principalẽ non esse soluendo quando notoriũ erat soluendo minime esse: & etiam in conditionibus explendis (quarum implementum, & si strictissimè & ad vnguem regulariter desideretur. l. qui hæredi, in princ. l. Mæuius. ff. de condit. et dem.) adhuc tamen non est morandum quando conditionis aduentus esset ociosus, inutilis. l. si quis ita scripserit. ff. de hæz. inst. & secundum philosophum melior ꝑ est finis quàm ea, quæ ordinantur ad finem. id quod etiam probat l. 1. §. fin. ff. de dote przleg. dum ait, rei iam demonstratæ frustra adijci alteram demonstrationem; quod & in odiosis dispositionibus (qualis est exhereditatio) locum habet. Nam et in nominis, cognominis, et agnominis filij

¹
Fideiussor potest conueniri, excusioq; cessat vbi notorium erat debitorem non esse soluendo, estq; dubia pugna.

²
Frustrant nihil.

³
Finis melior quam media.

exhereditati in sui exheredatione expressio faciēda sit. l. i. ff. de li. & posth. tñ vbi solius nō minis expressio ad filiū exheredatū demonstrandum sat erat, tunc reliquorum nominum, & cognominum, seu agnominum solennitas cessat: vt est communis opinio, quam ibidem tenent Glo. Barthol. Bald. Albericus, Angelus, Imola, Paulus Castre. Aretinus, Alexand. Iason & Alciatus, vbi etiam Sozinius & reliqui. pro quo est ibi tex. satis dilucidus in secūdo responso. Sic ergo & in specie nostra, cum in eo tantūm vtilis sit. & ad hoc duntaxat desideretur solennitas excusationis, vt appareat debitorem principalem non esse soluendo. auth. præsente. C. de fideiussoribus & in corpore vnde sumitur. superest, vt illa cesset, vbi notorium erat, debitorem principalem non esse soluendo, præsertim quia notorium & sententia æquiparantur, vbi agitur ad declarandum aliquid. l. emptorem, in princi. & ibi Glo. & Barthol. ff. de acti. emptio. Neque ad rem pertinet quod Barthol. Iason & reliqui in d. l. stipulatio. §. habet. ff. de noui ope. nunc. aiunt, sententiam requiri, qua declaratur, debitorem principalem non esse soluendo, antequam contra fideiussorem agi possit. nam ipsi loquuntur post factam semel excusationem, post quam relationem nuntij asserentis non reperiri bona debitoris principalis, vt sic vltra excusationem etiam sententia iudicis exigatur (qua declaratur debitorem principalem minus idoneum inuentum fuisse) vt contra fideiussorem agi possit, qua ratione etiam in specie nostra recipi potest, vt licet sit notorium, debitorem principalem non esse idoneum, adhuc tamen debeat ferri sententia declaratoria, qua pronuncietur illum minus idoneum esse compertum, notoriumque esse, & ita demum & non antea contra fideiussores agendi via aperietur, vt sic data paritate terminorum, excusatio & notorietas exæquentur, vtrunque tamen exigat iudicis sententiam declaratoriam, sicq; concilientur varietates nostrorum supra relatæ.

Vsibus verò forensibus fortè obtinebit, vt vbi esset statutum vel consuetudo, quod † omnia conciuium, aut municipum bona mobilia & immobilia acquisita & acquirenda, in æstimo communi describerentur, ibi notorium esse intelligeretur tot, tantas, talesque esse cuiusque facultates, quales quantæque ibi descriptæ reperirentur. Ita tenent Barthol. Petrus Bexurius, Alexand. & Iason numero trigessimotertio in d. l. decem. ff. de verbo. obligation. licet contrarium ibi tenuerint Bald. Angelus, Imola & Cumanus vt per Iaso. vbi supra, cuius & Barthol. & sequacium opinione retenta, cum ferè per totius Hispaniæ oppida sit cōsuetudo, vt municipum bona in æstimo communi describantur, onerum, vctigaliū functionemue persolueudarum cau-

sa, quæ Catholicis regibus nostris debentur, iam illud æstimum ad excusationem, qua de reagimus, vitandam vtile erit.

Isthæc procedunt, quādo † fideiussor acceptus fuit in parem, vel minorem summam, quā principalis debitor obligatus esset, nam si in maiorem summam acceptus esset, fideiussio inutilis esset, non solūm quò ad quantitatem excedentem, sed etiam quò ad concurrentem, secundum Glo. in leg. Græcè. §. illud. ff. de fideiussor. Glo. in §. fideiussor. Institut. de fideiussor. quas sequuntur Doctores, secundum Decium in leg. in eo quod plus, numero duodecimo. ff. de regu. iur. & est communis opinio, secundum Cagn. ibi. Firmat esse communem opinionem. Segura in leg. vnum ex familia. §. sed si fundum. nume. 150. ff. de leg. secundo. post Barthol. & alios in d. §. illud. per d. §. fideiussores. & per d. §. illud. dum ait, si fuerint in duriores causam adhibiti, placuit eos omnimodo non teneri. Et est communis opinio, secundum Gregor. Lupum in l. 7. titu. duodecimo, parte quinta, verb. quando en lo demas. Estque communis opinio secundum Barth. & Imol. in d. §. illud, tenent Glo. in l. si pecuniæ. C. de vsu.

⁵
Fideiussor in plusquā principalis acceptus, an salte pro concurrente summate. neatur, an ceptus pugna.

Contrariam partem, vt saltem pro concurrente quantitate sit obligatus, tenent Decius, vbi supra, numero decimotertio. & Galiaula in leg. prima. §. si stipulanti, per illum tex. columna penultima. ff. de verborum obligationibus. & Alciatus parerg. libro quinto cap. 18. per leg. hæctenus, in fin. ff. de constit. pec. vbi licet in constituto durior obligatio quā in principali esse nequeat, tamen si in duriores causam fiat, valet si saltem pro concurrente quantitate. Sed responderi potest nihil verare, quin licet vtrouque par ratio sit, tamen diuersum ius sit statutum, cum isthæc sint iuris merè positiui, & alterutrum posset, vt patet ad sensum constitui absque eo quod per hoc ius diuinum aut naturale vlla ex parte violaretur, & mille iuris species passim reperies, in quibus licet par ratio sit, tamen diuersum ius nuncupatim constitutum reperitur. Ad leg. illud. ff. ad leg. Aquil. cum simil. dicentibus. vbi eadem vel par est ratio, ibi idem ius statui intelligendum esse, respondendum est, procedere in re dubia, non sic quando expressim diuersum ius constitutum reperitur, quæle hic reperitur, per d. §. illud cuius generaliter non est cur propter. d. l. hæctenus restringatur non magis quā generalitas. d. l. hæctenus, propter d. §. illud adhuc tamen. contra d. communem opinionem inclinat Gregorius Lupus, vbi supra. & Bald. per tex. ibi in leg. si vltra. C. de fideiussor. & de iure regio pro hac parte contra communem opinionem hodie est tex. in d. l. septima. titu. 12. par. 5. pro qua parte etiam in terminis iuris

⁴
Bona cuiusque conciuium vs probentur.

iuris communis, facit vltra supra alleg. §. item is qui exequitur, iuncta sua Glof. insti. mand. & l. diligenter, cum ibi not. ff. eod. vbi licet fines mandati sint diligenter obseruandi, adhuc tamen in maiore summa & minorem inesse intelligitur. Sicque si iussi, vt domus aureis centum mihi emeretur, licet pluris eminequeat, minoris tamen potest, vt ibi. sic & in specie nostra, & si diligenter cauendum sit, ne durius quam principalis debitor fideiussor obligetur, tamen benignam interpretationem vique ad concurrentem quantitatem admittere debemus, ne fideiussio pereat. contra l. quoties in stipulationibus. ff. de verbo. oblig. Nam & similiter benignam interpretatione, quo magis fideiussio sustineatur, facimus in terminis. l. si ita fideiussorem. ff. de fideiuss. vbi pro reo speciem debente, potest fideiussor obligari ad quantitatem eiusdem valoris, licet non econtra, quasi hoc casu licet non leue dubium esset, an fideiussor, qui ad quantitatem tanti valoris, quanti erat species debita, acceptus erat, in duriores causam accipi videretur: tamen benigna interpretatio fit, quo magis fideiussio sustineatur, vt in duriores causam acceptus non videatur. Et similiter cum reus ad factum tenetur, fideiussor potest sese ad interesse obligari. l. stipulatus es opus. ff. de fideiuss. nec dubium est quin tale interesse possit multum excedere. l. vnica. C. de senten. que pro eo quod interest. Sicque apparet, benignam interpretationem quod magis fideiussor sustineatur hac in re admittendam esse: præsertim per hæc duo iura posterius adducta, que ab alijs allegata non inuenio. & in hanc partem procliuior sum.

6
Fideiussor durus quæ principalis obligari nequit, regula cum 8. declaratio.

Stat ergo † fideiussorem non posse in duriores causam obligari quam principalē. d. l. Græcè. §. illud. l. hi qui. l. fideiussor obligari. ff. de fideiussor. l. 7. titu. duodecimo. parte quinta. Duriores autem causam accipere variè possumus. Primum, ratione rei. d. §. illud, & dicto §. fideiussores. Deinde ratione firmioris obligationis. l. Græcè. §. si quis Stichum, & l. hi qui. ff. de fideiussor. Tertio, ratione electionis ademptæ. Nam si principalis obligatio alternatiua erat, fideiussor accipi non potest alterutrum præcisè, vt in d. l. Græcè. §. idem Iulianus. Quarto, ratione loci. Nam si reus simpliciter obligatus erat, fideiussor vt soluat certo loco, obligari non potest. l. fideiussor obligari. §. 1. ff. de fideiussor. Quinto, ratione causæ. Nam si principalis debitor sub conditione tenebatur, fideiussor purè, vel in diem certam accipi non potest, vt in d. l. fideiussor obligari. §. 1. & in l. stipulatione, eod. titu. Sexto, ratione ademptæ facilitatis. Nam si reus pluribus personis soluere poterat, fideiussor ita vt paucioribus personis præcisè teneatur soluere, accipi non potest. l. hi qui, in princip. & in §. fin. ff. de fideiussor. Septimo, ratione maturioris præstationis. Nam fideiussor accipi non potest, vt

citius teneatur quæ reus principalis. l. si testamenta. §. quæsitum. eod. tit. Octauo, ratione diuersitatis. Nam in diuersam rem fideiussor, quam principalis obligari non potest. l. si ita fideiussorem, & leg. si Stichum, in princip. & l. Græcè. §. si quis Stichum. & l. si ita fideiussorem. ff. de fideiussor.

Hæc regula recipit quatuor limitationes, quas tradit Gregorius Lupus in d. l. 7. titu. 12. par. 5. in glo. 1. inter quas illa memorabilis est, vt si † fideiussor in duriores causam acceptus contractum iurauerit, valeat fideiussio, non solum in concurrente quantitate, sed etiam in eo, quod plus erat in fideiussoria quam in principali obligatione. Ita Barthol. in l. si à reo. §. penultimo. ff. de fideiussor. idem Barthol. in l. si quis pro eo. colum. quinta, eodem titu. Angel. & Imola in l. his, qui accessionis. §. penult. eodem. & Gregor. vbi supra. & est communis opinio Barthol. in l. cum pater. §. filius matrem, per tex. ibi. ff. de lega. secundo. Decius in leg. in eo quod plus. numero duodecimo. ff. de regul. iur. Alexand. consilio trigésimo secundo, libro primo, in fin. qui intelligunt, quod tunc fideiussor tenetur vt principalis, non vt fideiussor.

7
Fideiussor qui iuret non tenetur in plus quam principali, cum qui busdam contra. comm.

Contrariam partem vt nõ teneatur fideiussor in plus quam principalis, nec vt fideiussor, nec vt debitor principalis, tenent Ioannes Faber in §. fideiussores. colum. secunda. Institut. de fideiussor. & alij plures, vt alibi plenius disseruimus: & hæc pars verior est, quia iuramentum in contractu appositum nunquam operatur, vt is contractus degeneret, sed solum operatur, vt in sui forma & natura firmior sit, vt in l. fin. C. de non numer. pecu. Vnde in specie nostra cum sint varietates supra relatæ, vtrum fideiussor in plus acceptus quam principalis teneatur in concurrente quantitate, nec ne: iuramentum ibi appositum sat superque est vt operetur quod talis fideiussio valeat in cõcurrente quantitate, iuxta suammet naturam, absque eo quod valeat in maiori quantitate, & sic contra suamet naturam, & sensus iurantis ita interpretandus est, vt vellet etiam in maiori quãtitate teneri, quam reus principalis, si id fieri posset salua natura contractus, de quo agitur, quod si salua eius natura id fieri non possit, tunc teneretur quatenus contractus natura permetteret, & non vltra, arg. d. l. fin. Et durum alienum que à iurantis mente & sensu esse videretur, interpretari quod vellet in eo quod plus erat obligari, tanquam principalis, si nõ possit tanquam fideiussor. & ita intellige d. §. filius matrem.

Hæc autem † obligatio fideiussoria ad principalem obligationem accessoria est vt dictis legibus, & in pri. Inst. de fideiussoribus. & leg. prim. tituli 12. part. 5. Accedere autem potest multis modis. Primum potest accedere ad obligationem ciuilem simul & naturalē, vt in dictis iuribus. Deinde etiam si sit naturalis tantum

8
Fideiussor cuius obligati accedere potest re. cum 18. de claratio.

obligatio non etiam ciuilib, ita tenent Gloss. & communiter Doct. in l. 1. ff. de fideiuss. & §. 1. per text. ibi Instit. eodem titu. per legem stipulatus. & l. quod enim. l. fideiussor obligari, in princ. & §. fideiussor. l. 2. & l. cum fideiubeat. & l. si quis pro eo. §. 2. ff. de fideiuss. Tertio, potest accedere etiam ad ciuilem tantum obligationem. Ita Gloss. & communiter Doctor. in l. 1. ff. de fideiuss. per l. stipulatus. & l. fideiussor obligari, in princ. & in §. fideiussor. ff. eo. Quarto, potest accedere ad obligationem principalem re contractam. Gloss. in d. l. 1. per l. Græcè. in princ. eod. titu. Quinto, accedit ad obligationem verbis contractam, vt tenent Glo. & Doct. in d. l. 1. per d. l. Græcè. in princ. Sexto, potest accedere ad obligationem consensu contractam, vt tenent Gloss. & Doctor. in d. l. 1. per d. l. Græcè. Septimo, potest accedere ad obligationem literis contractam, vt tenent Glo. & Doctor. in d. l. 1. & Emanuel de Acosta, in l. 3. in prin. C. de non nume. pecun. per l. tam mandatori, eodem tit. Octauo, potest accedere ad obligationem ex contractu, vel quasi contractu, vel ex delicto, vel quasi delicto descendente, d. l. Græcè. §. sed & si ex delicto. Gloss. & Doct. in d. l. 1. Nono, potest accedere obligationi siue presenti, siue præterita, siue futuræ, hoc est, siue principalis obligatio modo contraheretur, siue iam diu contracta esset, siue postea foret contrahenda. l. 4. cum sua Glo. l. stipulatus sum. l. si Stichum. §. 1. ff. de fideiuss. Decimo, potest accedere obligationi principali, siue illa pura sit, siue in diem, siue sub conditione contracta: vt in dictis legibus, & l. si debitori. §. 1. eodem titulo. Undecimo, potest accedere non solum ad obligationem dandi, sed etiam ad obligationem faciendi. Ita Gloss. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. per l. stipulatus es. eodem titulo. l. nemo. ff. de duobus reis. Duodecimo, accedit non solum obligationi à iure ciuili descendenti, sed etiam si descendat à iure prætorio. d. l. Græcè. §. pro eo. Decimotertio, accedit non solum obligationibus regularibus, sed etiam obligationibus priuilegiatis. l. cum fideiubeat. eodem tit. Decimoquarto, accedit non solum obligationi principali, sed etiam obligationibus accessorij, vt in fideiussore fideiussoris. l. Græcè. §. fin. ff. de fideiuss. tradunt Glo. & Doct. in princ. Instit. eodem tit. Decimoquinto, accedit obligationi residenti, non solum in vera, sed etiam in ficta persona. l. mortuo. & l. qui contra. ff. de fideiuss. Decimosexto, accedit non solum obligationi hominis presentis, sed etiam absentis. l. fideiubere. ff. de fideiuss. Decimosextimo, accedit non solum obligationi hominis sanæ mentis, sed etiam prodigi, vel furiosi. l. Marcel. & l. cum lex. ff. de fideiuss. Decimo octauo, accedit non solum obligationi residenti in homine sui iuris, sed etiam si sit seruus, vel filius familiæ. l. cum fideiubeat. ff. de fideiuss. & in §. primo. Instit. eod.

Quinimmo etiam pater à filiofamiliæ, & dominus à seruo fideiussorem accipere possunt. l. si quis pro eo. §. primo. ff. eodem titulo.

Limita primo, vt non accedat obligationi, quæ contra legem contracta esset. l. qui contra, cum l. sequent. ff. de fideiuss. l. non dubium. C. de legibus. l. si quis inquilinos. §. fin. ff. de lega. 1. l. iurisgentium. §. & generaliter. ff. de pact. l. vbi lex. l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. fallit vt in l. Marcellus. eod. tit.

Secundo limita, vt non accedat obligationi finitæ, vel nulli. l. si quis postquam, & l. si Stichum. §. 1. ff. de fideiuss. l. si debitori, eodem titulo. Tertio non accedit cum effectu obligationi, quæ exceptione possit elidi. nam & fideiussoria obligatio simili exceptione elideretur. l. si testamento, in princ. l. ex persona. l. si stipulatus esses, in princ. eodem titulo. l. tam mandatori. C. de non numerata pecunia.

Quarto non accedit obligationi modicè utili, vel iuri ferè inutili, quale est in persona eius, qui ad solutionem tantum adiectus est, qui fideiussorem accipere nequit. l. si mihi. ff. de fideiuss. Quinto non accedit contractui impossibili. l. si sub impossibili, eodem titulo. Sexto non semper accedit obligationi tantum naturali. Nam seruus à domino & filiusfamiliæ à patre naturaliter sibi obligatis non accipiunt fideiussorem. l. si quis pro eo. §. 1. ff. de fideiuss. forte per rationem l. si quando. §. illud. C. de inoff. testam. ibi, non pactionibus astringendos, & l. liberto. ff. de obseq. Nam seruo & filio persona patris & domini semper sancta & honesta videri debet: nam si sancta sit, non est necesse, vt fideiussione astringatur: cum sponte conuentis acquiescet. Septimo fallit in muliere. l. 3. l. si Titius. §. Seia. ff. de fideiuss. per totum ff. & C. ad Velleia. nisi iurauerit, vt per Bart. & alios in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Octauo fallit in seruili obligatione, vt l. 4. ff. de fideiuss. Nono fallit, quando quis pro seipso fideiuberet. l. hæres à debitor. §. seruo, & §. retro. ff. de fideiuss.

S Y M M A R I V M.

- 1 Paupertas excusat moram soluendi.
- 2 Paupertas excusat à prosecutione appellationis.
- 3 Pauperes stipendia non præstant aduocatis, procuratoribus, iudicibus, & notarijs.
- 4 Pauperes non collectantur.
- 5 Pauperibus an currat tempus appellandi, ardua questio.
- 6 Maioratus noxi sunt.
- 7 Pauperes quare non collectantur.
- 8 Pauperes alienigenis pares.
- 9 Appellare an possit quis pro paupere non appellante.
- 10 Appellare regulariter alter pro altero non potest.

9
Fideiussio in
otto casibus
cessat.

- 11 Appellationi potest renunciare damnatus etiam criminaliter.
- 12 Hominem beneficio affici interest hominis.
- 13 Adam pater hominum.
- 14 Anima rebus preferenda.
- 15 Intellectus l. 2. C. quorum app.
- 16 Appellari permittitur ob modicam praiudicium.
- 17 Hominem beneficio affici, & damno nō affici, interest hominis.
- 18 Lites breuiari, interest Reipublica.
- 19 Defensio fit aut vi iurisdictionis, aut vi naturalis defensionis.
- 20 Defendere subditos incumbit magistratibus de iure diuino, naturali, & positiuo.
- 21 Magistratum quantum onus.
- 22 Defendere tenetur homo priuatus alterum hominem priuatum de iure diuino, naturali, canonico, & ciuili.
- 23 Defensio prius competit magistratibus, deinde etiam reliquis.
- 24 Defensio comperit cuilibet de populo, quando ipse magistratus iniuriam facere volebat.
- 25 Papa abuti an occurrere possit.
- 26 Principi imperio abuti, si occurrere non potest in vim iurisdictionis, occurrere tamen & potest & debet in vim naturalis defensionis.
- 27 Princeps dum legibus abutitur, nunquam presumitur iusta causa motus.
- 28 Princeps sine causa iusta dispensare nequit.
- 29 Principatus & iurisdictionis est de iure gentium secundario, vel positiuo, non de iure naturali aut gentium primo.
- 30 Ius naturale appellatur ius gentium primo.
- 31 Dominium est ius.
- 32 Animalium innocens natura erga eiusdem speciei animantia.
- 33 Aetas aurea.
- 34 Defensio homini ab altero homine debita est.
- 35 Vir bonus quis.
- 36 Defensionis naturalis loco succedit defensio artificialis, seu iurisdictionalis. (tur.)
- 37 Principatus & iurisdictionis iuri nature aduersarij.
- 38 Fabula Ranarum.
- 39 Principatus & iurisdictionis à Deo non magis nec minus est, quam reliqua omnia.
- 40 Iurisdictionis initio mundi nulla erat, sed longè postea esse cepit.
- 41 Principatus & iurisdictiones ut sint, necessarium non est, sed tantum utile.
- 42 Deum mundi initio eum per se regebat.
- 43 Dei non minore, aut maiore cura regitur domus familiae cuiusque pauperis, quam vnius magni regis.

C A P V T X L I.



ENTESIMO trigesimo sexto colligitur, quid respondendum sit in articulo illo, statuto definitur, ut appellans certam summam persoluat, aliàs appellatio deserta intelligatur, an desinat tem-

pus soluendi currere, ei qui propter paupertatem eam summam soluere desijt? Et appellationem non fore desertam, in specie hac responderunt Bal. in leg. secundo. ff. si quis cau. Franciscus Cremensis singula. 122. statuto cauetur quod appellans. Maresi. in singula. vlti. per cap. licet de censibus. tenet Ioan. Bapt. de Cast. in add. ad Cremem. vbi supra. Vnde similiter à prosecutione appellationis excusat paupertas, vt voluit Panormi. in c. ex tenore. colum. secunda, de appell. & Gerar. singulari 73. pauperes quorum. numero fin. Bald. in leg. acceptam. colum. pen. quæstio. 33. C. de vsuris. & sic non currunt sibi fatalia secundum eundem Gerardum, in quo vltimo contrarium videtur tenuisse Bald. in leg. fin. C. de condi. infertis. cuius sententia in hoc vltimo verior est, nam longè maius impedimentum est ignorantia & absentia quam paupertatis, huic enim contingere potest reparatio, illi autem (hoc est ignorantia) non vti que, & tamen ignorantia etiam currunt tempora ipso iure, & in eo tantum quæstio est, an restitutio concedatur ex iusta causa ignorantia. leg. fina. C. de longi tempo. præscrip. & ibi Barthol. & alij diximus plenè infrà cap. 75. incip. fundum tuum possedi. vbi resoluisimus restitutionem eo casu denegari. Ergo cum saltem iustissima & irreparabilis ignorantia causa non impediatur quin tempora currant ipso iure, & in eo tantum quæstio sit, an detur restitutio, par est vt in specie nostra fatalia currant ipso iure, licet si postea apparuerit propter paupertatem, eum non potuisse tempore definitio profequi appellationem, restitutio non denegetur. Nam & in eo quoque pauperes iuantur, quod aduocati eis gratis debent patrocinari, & notarij gratis instrumenta conficere, & procuratores gratis pro eis militare: & iudices gratis quoque iudicare, etiam si ab alijs ex lege, vel more regionis possint aliquid accipere: vt per Gerardum d. singulari 73. Ludouicus Romanns in leg. si vero. §. de viro. fall. 46. ff. solut. matrimonio. Albericus in leg. prima. C. suffragio. Idem Albericus nec quicquam. §. fin. ff. de officio proconsulis. Barthol. in leg. si furiosi. C. de nupt. per illum textum verbo, gratis. Baldus in auth. generaliter. colum. prima. C. de episcopis, & clericis. dixi de successione crea. §. decimo quinto. num. trigesimo septimo, lib. 2. Quinimò quod vtilius est, pauperes qui ex industria & labore manuum suarum victum quæritant, nec aliunde habent, vnde se alere possint, non debent contribuere ad onus collectarum, quæ per principes, vel respublicas imponuntur. ita Bal. in aut. defuncto. C. ad Tertuli. & Ger. vbi supra, post Glof. in leg. omnes. C. de ann. & libro decimo, & in simili per Barthol. ibi. Abbas in c. peruenit. colum. penul. de immunita. Ecclesiarum. Bal. in leg. etiam. colum. si de execu. rei. iudi.

2
Pauperes, cuius à prosecutione appellationis.

§
Pauperes stipendium non præstant aduocatis, procuratoribus, iudicibus & notarijs.

4
Pauperes non collectantur.

1
Pauperes ex causa moram soluendi.

5
*Pauperibus
 an curras tē-
 pus appellan-
 di, ardua q.*

Denique † quod ipso iure desinat pauperibus currere tempus ad appellandum, vltra supra allegatos tenet Mattheus Macha fillanus notabili 198. nota quod licet paupertas allegat Innocentium in ca. ex ratione. de appell. & Guliel. de Cun. in l. præcipimus. §. super his. C. de appellati. Sed, vt iam attigimus, fortè iustius & verius dicitur tempus ipso iure non desinere elabi, restitutionem tamen concedi, per d. l. fin. C. de præscript. longi temporis. quæ probat à fortiori. Nam si id, quod certè & indubitatè meum erat, amitto per talis temporis transcursum, non obstantè iustissima ignorantia mea, vt ibi, quantò magis in specie nostra tempus curret, vbi incertum erat, an iste iustam causam foueret: quinimò, eo ipso quod cõdemnatus fuit, præsumptio erat, quod non fouebat iustam causam, sicq; quod appellatione extincta nihil amittebat. l. res iudicata. ff. de re iudic. l. res iudicata. ff. de reg. iuris. Et præterea paupertatis causa non tam irreparabilis & coacta est, quàm iustæ ignorantia causa, vt iam exposuimus. De quibus etiam per Innocentium in capitu. P. & G. de officio deleg. per Barto. Angelum, Ioannem Imolensem, Alexandrum, Aretinum, & alios in l. continuus. §. illud. ff. de verborum oblig. Antonium Butrium, Imolam, & Panormitam in ca. breui, de iureiurand. Denique cum legum & statutorum imperium nõ secus quàm principum sit ad meram ciuium vtilitatem, & quod appellans certum quid soluere teneatur, id ad necessitates publicas subleuandas verosimile sit (& multis in regionibus solenne) induci, par est, vt pauperibus tale onus remittatur, ne ad impossibile obligari videantur, vel ad nimis difficile (quæ ferè paria esse iudicantur. l. impossibile. ff. de reg. iuris. d. §. illud. iuncta l. apud Iulianum. §. constat. ff. de lega. 1.) per quod talis statuti imperium noxium fieret contra nostram principalem conclusionem, & contra eius naturam. Rursus quod ad tales collectas supra relatas à principe vel republica impositas pauperes illi, qui labore manuum suarum victum quærunt, nõ teneantur, similiter ex eadem nostra conclusione princi. deducitur, ne aliter principum imperium ad proficiendum ciuibus creatum, eis noceret.

6
*Maioratus
 noxij sunt.*

Sed † cum apud nos Hispanos omnia ferè prædia & redditus annui sint penes Ecclesias, monasteria, hospitalia, clericos, aut nobiles laicos sub illo nomine maioratum, & non solum apud eos sint, sed etiam ita sint, vt in perpetuum alienari nequeant. Qui nam remanebunt, qui principibus vectigalia persoluant? vnde stipendia militibus? aut vnde publicis necessitatibus, bellis, & periculis pecuniarium subsidium? Apparebit ergò verissimas esse nostras sententias, dum (nostris reluctantibus ne dicam ineptiri properantibus) contendimus eos denuò maioratus creati,

bono publico noxium esse: eosque dissolui vtilissimum.

Centesimotrigesimoseptimò, nimirum ex eadem nostra principali conclusione planè defluit, veram esse opinionem supra relatam eorum, qui contendunt, qui † ex labore manuum suarum victum quærunt, nec aliunde habent, vnde se alant, eos collectis, tributis, & vectigalibus, quæ principibus aut rebus publicis persoluantur, non subiiciendos. Nam cum principum populorumq; imperium ad iuuandum, non ad nocendum sit (vt sæpè admonuimus) par est, vt qui omnes agros, campos, fundos, terrasque habent, hi sanè ad eos defendendos, hostiumque impetum propulsandum, manus, res & pecunias, bonaque admoveant & contribuunt: diuersum est † in ijs, qui nihil rerum soli possident in ea regione: nam terram, quam non habent, tueri aut defendere non iure cogentur, & in his propriè apteque verificatur quod Stadius cecinit:

Omne homini natale solum.

Et quod Ouidius lib. 1. Fastorum, sic modulatus fuit:

*Omne solum forti patria est, vt piscibus aquor,
 Et volucris vacuo quidquid in orbe patet.*

Etenim qui in regione sua, aut aliena suam habet nihil, nihil sanè differre videretur à reliquis animantibus, sicque vt auibus omne cœlum patria est, vtque piscibus omne æquor, vt ex Ouidio ostendimus: ita huic nihil habenti omne solum patria est, quia plus iuris in vna quàm in alia non habet. sicque non est aut vix est, cur magis quicquam ad patriæ suæ necessitates publicas subleuandas conferre cogatur, quàm ad necessitates aliarum regionum.

Denique istorum argumento crederem, quod † si condemnati etiam in causa ciuili tanta esset inopia, vt nec aduocatum haberet, nec alium, cuius consilio appellare posset, essetq; vt plerique sunt, literarum inexpertus, posset alius pro eo præsertim absente appellare, non aliter atque in causa criminali. Idem licitum est pro quocunque etiam diuite, per l. addictos. C. de Episcop. audi. vt sic quod operatur fauor vitæ aut membrorum condemnati respectu cuiusque, idem opere tur fauor paupertatis respectu pauperis: argumento d. l. addictos. iunctis ijs, quæ supra diximus. quod intellige etiam si appellans minimè coniunctus esset ei, pro quo appellauit, quamuis in cõtrarium aliquantulum facere videatur textus in l. neque filius. C. de rebus credi. In causa tamen criminali hoc plus est, quod etiã pro inuita appellare licet, vt d. l. addictos. Contra omnia superiora, præsertim dum diximus quod alius pro alio etiam non coniuncto potest appellare, oppono. Nam † certum est, quod cauetur, quod à sententia inter alios dicta nõ appellat, nisi ille cuius interest. l. à sententia, in prin. ff. de appella. Alibi dicitur. non solent audiri appellationes, nisi eorum, quorum in teresset.

7
*Pauperes
 quare non
 collectan-
 tur.*

8
*Pauperes alie
 nigeni pa-
 res.*

9
*Appellare an
 possit quis pro
 paupere non
 appellante.*

10
*Appellare re-
 gulariter pro
 altero non po-
 test.*

teresset, vel quibus mandatum est, vel qui negotium alienum gerunt, quod mox ratū reus habeat. ita dicit text. in l. 1. in princ. ff. de appella. reci. sed hic nullum horum interuenit, immò etiam contra voluntatem dicimus posse admitti, ergo, &c. Confirmo per pulchra similia, alteri per alterum non acquiritur stipulatio. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbor. obligat. Ratio est, quia inuentæ sunt stipulationes, vt vnusquisque sibi acquirat, quod sua interesset. §. alteri. Instit. de inutilib. stipulat. sed condemnati interest appellare non alterius, ergo, &c. & est pulchrum simile. Ad idem applico notabilem l. quæ seruum, in princ. ff. de interro. actio, cum his, quæ notat Abb. in c. quamuis, de re. iudi. 2. co. in prin. Præterea ius ciuile vigilantibus, &c. Sed iste non vigilat, ex quo non appellat in causa propria, ergo, &c. Tertio facit, res inter alios acta, alijs non nocet, ita etiam nec prodest. l. 2. C. quib. res iudi. non nocet. & per Abb. in d. c. quamuis. 2. q. sed actus factus per aliquem ad dispendium huius condemnati non sibi noceret, ex quo non est procurator, vt supra latè dixi, ergo nec debet sibi appellatio prodesse. confirmo, quia contrariorum eadem est disciplina, per contrarium, ergo, &c. Item quia iudicium non debet claudicare. l. si cum dies. §. fin. ff. de arbitr. cum similibus. Sed si valeret pro eo, cum non valeat contra eum, claudicaret, ergo, &c. Item quia eadem res non debet diuerso iure censeri. l. eum qui xdes. ff. de vsucapion. & ibi Bart. sed hoc contingeret, si diceremus, quod actus non nocet, sed quod prodest, ergo, &c. Quarto, eadem dispositio non debet contrarios effectus operari, ne se ad inuicem confundant, iuxta l. vbi repugnantia, cum simili. ff. de reg. iur. ergo, &c. Præterea, nemo gaudet inuitus. l. soluendo, cum ibi notatis. ff. de nego. gestis. pro isto ergo inuito non potest quis appellare, ad idem in simili. l. fin. C. de nego. gest. Sexto vbi commodum & ibi damnum, & e contra. l. secundum. ff. de re. iud. sed hic damnum patienti, vt supra dictum est, ergo, &c. Septimò non debet quis postulare, cuius contrarium non est petiturus. l. penulti. C. de solu. l. si ea. cum simili. C. de vsu. sed iste non peteret, vt actus contra eum factus valeat, ergo nec debet petere quod profit, cuius contrarium hic dicitur. Octauo, condemnatus † in causa criminali potest renunciare appellationi, vt tenet Bart. in l. addicto. C. de Episco. audi. & in l. quæ vltimo. in fin. ff. de pœn. & est singula. limita. ad vulgatam Glo. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. Si ergo potest ipse renunciare, qualiter ergo admittitur alius pro eo inuito. Istud etiã induco alio modo. postquam iste renunciauit, iam ipse idem non possit appellare, vt patet, & hoc operatur renunciatio, ergo nec alius pro eo, quia quod quis non potest per se, ergo nec per alium. Et istud etiam confirmo per l. 2. C. quorum appella. nō recip.

11
Appellationi
potest renun-
ciare damna-
tus etiam cri-
minaliter.

vbi non admittitur appellatio in casibus ibi positis, & debet intelligi, nec per se, nec per alium, cum ergo hic non potest post dictam renunciationem, ergo nec alius. his tamen nō obstantibus deciditur contrarium in d. l. addictos. scilicet quod alius potest appellare pro eo, etiam extraneus, & etiam eo inuito.

Nec obstant contraria, ad quæ respondeo per ordinem. Primò, ad primum quo dicitur, non appellat nisi ille cuius interest, fateor, tamen in casu nostro etiam interest appellantis ratione naturalis cognitionis. Nam † hominem beneficio affici interest hominis. l. seruus. ff. de serui. expor. & l. cum seruus. ff. manda. & natura inter nos quãdam cognitionem constituit. l. vt vim. ff. de iusti. & iu. quia † omnes ab Adam processimus, vt ibi notatur, & istam solutionem ponit Gloss. in l. non tantum. ff. de appella. in versic. humanitatis. Præterea, posito quod non interesset, est iste casus specialis, in quo alius pro alio appellat, vt dicit Ang. in d. l. non tantum, & quod sit speciale pondero. l. addictos. supra alleg. ibi; humanitatis intuitu. & ad idem d. l. non tantum, & d. l. addictos, vbi eadem verba. Suadetur, quia † animæ hominum quibuslibet rebus præponendæ sunt. l. sancimus. C. de sacrosan. eccles. vnde nimirum si isto casu concedatur hoc speciale, ad eò quod clericus admittitur, vt in l. addictos, supra alleg. Dicit tamen Ang. in d. l. non tantum, cauendū esse ab his, & hoc esse tutius allegat Specul. ibi vide. Et ista ratione dicimus, q. admittitur contra voluntatem condemnati, s. quia appellant præterit proprium interesse. Item quia condemnatus non habet potestatem circa hoc, cum non sit dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. l. nec si volens, & quod ibi Bal. C. de libera. causa. Nec etiam obstat simile de stipulatione, quia in hoc casu interest, vt supra dixi. & idem dicimus in stipulatione quãdo stipulantis interest, vt plenè not. in §. si quis alij. Instit. de inutili. stipu. & posito q. non interesset, (sed nō concesso) hoc est speciale, vt supra dixi. Non obstat aliud de l. qui seruū, de interroga. actio. quia dico ibi, ideo esse, ne delicta remaneant impunita, contra l. ita vulneratus, cum simili. ff. ad leg. Aquil. At in casu nostro licet iste admittatur ad appellandum, non propterea delictum remanet impunitum, vt patet, vnde non mirum si diuersum statuatur, cum sit diuersa ratio. potest etiam solui quemadmodū præcedentia. Non etiam obstat, q. vigilantibus, &c. quia ex quo alios tangit, non curamus de negligentia eius. nã quod omnes tangit, &c. vbi possunt alij non approbare negligentiam eius, & est vera solutio.

12
Hominis be-
neficio affici,
interest ho-
minis.

13
Adamus pa-
ter hominū.

14
Anima re-
bus præfe-
renda.

Non etiam obstat, quod actus istius non noceret, ergo appellatio non debet prodesse, cum corroborationibus, quas supra allegauimus, quia dico quod hic est speciale, vt patet in l. addictos. supra alleg. ibi humanitatis, &c. & ratio specia-

specialitatis est, propter interesse aliorum, qui licet alijs nõ possint nocere, possunt tamẽ sibi ipsis prodesse, & in consequentia prodest condemnato, & est notab. solutio. Præterea, non est eadem ratio in damno, quæ est in cõmodo, nam prima ratio est, quia alteri per alterum non debet iniqua, &c. Secunda ratio, quia hominem beneficio affici, &c. & alijs modis posses soluere. Non etiam obstat quod eadem dispositio non debet contrarios effectus operari, quia nego quoddam isti sint contrarij effectus, immo sunt diuersi. Item est diuersa dispositio, non eadem, nam in casu quo nocet non admittitur, quando autem prodest sic, nec est hic aliqua repugnantia. Non etiam obstat quod non debet quis postulare, &c. quia respondeo notabiliter quod illa regula procedit in actibus dependentibus à voluntate nostra, & ibi non debet quis petere cuius contrarium, &c. sed vbi actus non dependet à voluntate nostra, non habet locum illa regula. Nam cum isto inuito posset quis appellare pro eo, ergo voluntas eius nihil ad propositum, & est nota solutio. Item quia appellans præ tendit interesse, vnde non curamus de voluntate condemnati. Non etiã obstat aliud, scilicet quod potest renunciare appellationi. ergo nec alius admittatur, quia quod non potest quis pro se, & c. Respondeo quod illa regula procedit in causa propria, & eius solius tunc renunciatio nocet quod ad totam causam, & quod non potest pro se, &c. tamen cum ista causa tangat alios, renunciatio non nocet quod ad eos, & ita vult Barthol. in l. addictos, de appella. & est clarum quia renunciatio debet nocere tantum renuntiato, & quia alteri per alterum non debet iniqua conditio afferri, & quia res inter alios acta, &c. quia quod omnes tangit, ab omnibus debet probari. Non tamen obstat etiam l. 2. C. quorum appell. non recip. vbi qui non potest appellare per se, nec per alium, quia ibi loquitur quando appellatio est prohibita à iure. Vnde quemadmodum condemnatus, cuius principaliter interest, non potest appellare, ergo nec alij quorum interest secundario, quia prohibitio legis debet esse generalis, & vbi prohibetur appellatio ratione delicti vel facti, non curamus de personis, quia causa est super qua appellatio prohibetur. at nos loquimur vbi appellatio est permessa, vnde licet ille, cuius principaliter interest, ei renunciet. non nocet eius renunciatio quoad alios, qui per legem non prohibentur appellare, & est vera solutio & noua. Aliam solutionem dat Glo. in l. obseruare, & in l. non tantum. sed illa est vera secundum quod contrarium formatur, alio modo non ad propositum quo ego formaui, & adde quod contra solutionem Glo. in dictis l. habeo. Glo. in terminis contrariam in l. abstinendum. C. quorum appe. non recip. & ibi notat Paul. non faciens mentionem de alijs Glosis, cogita super eis. Et ista sunt quæ-

15
Intellectus l.
2. C. quorum
app.

tum ad rationem dubitandi & decidendi, & pro confirmatione omnium supra dictorum. facit, quia tamen etiam ratione modicissimi præiudicij permittitur appellare. l. si per lusorio. ff. de appel. Angel. in l. 1. ff. de appell. recipi. adde tex. in c. cum super, cum ibi notat. de re iudicata.

Stat ergo ex superioribus alterum pro altero idem posse appellare, quia tamen vt hominem beneficio affici interest hominis (vt iam docuimus) ita & multo magis hominis interest, ne damno afficiatur homo alter, vt patet ex superioribus. & probat l. si. C. de Codicil. optimus tex. in l. si pignore, in prin. ff. de furt. ibi, beneficij debitorẽ sibi acquirere. sed hæc ratio cum sit generalis, suadet, vt pro altero appellare possit, non solum in criminalibus (vt tenuimus) sed etiam in ciuilibus, quod iam abnegauimus, respondeo, superius ex regula esse videbatur, verum fauore litium minuendarum, aut breuiandarum prohibitum reperitur, ne alter pro altero in ciuilibus appellet. interest tamen enim Reipublicæ etiam principaliter lites breuiari. l. properandum, in princ. vbi tradunt communiter Doct. C. de iudi. communiter Doctores in c. finem litibus, de dolo & contu. dixi plenius de suc. crea. lib. 1. §. 7. numero 40. cum seq. præsertim cum res suas homo possit prodigere & eis abuti. l. sed & si lege. §. consuluit. ibi dum re sua se abuti putant. ff. de pet. hered. l. 1. §. & magis. verbo, prodegit. ff. si quid in fraudem patro. facit l. quia autem, in prin. & §. 1. ff. quæ in fraudem cred. l. quia poterat. ff. ad Treb. sed non sic homo est absolutè dominus membrorum suorum, ideo in criminalibus non potest prohibere quin alteri pro se appellare liceat, per rationem leg. liber homo. ff. ad lega. Aquil. aliud in ciuilibus, vt ostendimus.

Denique quum iuris præcepta sint honestè viuere, alterum non lædere, ius suum cuique tribuere. l. iust. ff. de iust. & iure. §. iuris præcepta. Instit. eod. titu. quod attinet ad illud præceptum ne alter lædatur, hominum hanc ad rem tuitio & defensio fieri potest altero de duobus modis, aut per vim iurisdictionis, aut per vim naturalis defensionis. Iurisdic. est in magistratibus. l. 1. §. huius. ff. de iusti. & iure. l. secunda. ff. de origine iuris. Naturalis defensio est tam in ipsis, quam in reliquis omnibus hominibus. in ipsis tamen t magistatibus est de iure diuino & naturali & positiuo, de diuino iure patet ex epistola diui Pauli dicentis sic: Qui suorum maximè domesticorum curam non habet infidelis est, & infideli deterior. Secundò intellige idem de iure naturali, nam sub hac lege & conuentione magistratus datus & acceptus intelligitur, vt talem curam gerant, taleque ministerium præstent, vt dd. ll. & l. nullum crimen. vbi plenè per Philippum Decium, & l. culpa caret. vbi idem Decius & Hieronymus Cagnolus plenè tradunt. ff. de reg. iur.

16
Appellari
permittitur
ob modicum
preiudicium.

17
Hominem be
neficio affici
& damno nõ
affici interest
hominis.

18
Lites breuiari,
interest rei
publicæ.

19
Defensio fit
aut vi iurif
dictionis, aut
vi naturalis
defensionis.

20
Defendere
subditos incõ
bit magistratibus
de iure
diuino naturali,
& positiuo
uo.

iur. & esse communem opin. apparet ex traditis per Cagnolum ibi. Tertio idem de iure positivo, ut d. l. culpa caret, à contrario sensu. d. l. nullū. similiter à contrario sensu. & ibi, s. in d. l. culpa, notant Cagnolus & omnes Doct. in d. §. huius. per tex. ibi. Quarto intellige, etiam si talibus magistratibus immineret periculum vitæ, ut ex communi opinione resoluit Hieronymus Cagnolus in d. l. culpa. & docet Cicero in oratione pro Caio Rabir. Est, inquit, boni magistratus cum auxilia Reipub. labefactari cōuelliq; videt, ferre opē patriæ, succurrere saluti fortunisq; communibus, suam salutem posteriorem salute communi ducere. Et rursus in oratione pro Sextio ait, Sudandum est ijs, qui magistratum gerunt pro communibus commodis ad eundem inimicitia, subeundæ sæpè pro Republica tempestates, cum multis audacibus, improbis, nunquam etiam potentibus dimicandum.

21
Magistratū
quanti onis.

22
Defendere te
netur homo
prius alie
rum hominē
prius de
iure diuino,
naturali, cano-
nico & ci-
uili.

Quod si autem etiam priuatis hominibus talis tuitio competat in vim naturalis defensionis, procedit primum de iure diuino, iuxta diuum Ioannem Euangelistam Epist. 4. dum ait: Qui nō diligit fratrem suum, quem videt, quomodo diligit Deum, quem non videt? & quia per secundum præceptum Decalogi iubemur proximum amare ut nosmet ipsos, sicque ut nos naturaliter tueremur. l. ut vim. ff. de iust. & iur. ita & proximum tueri debemus, iuxta illud diuinum præceptum: ut Quod tibi non vis, alteri non facias. & Quod tibi vis, alteri facias. sicque ut tibi periclitanti aut iniuriam patienti subuentum ab alio velis, ita & alijs subuenire iuberis. & sub illis verbis: Quod tibi non vis, alteri non facias, etiam facere continetur bonum, l. in facto. ff. de cond. & demonstratio. §. si vxor. Institu. de nuptijs ibi, melius facerent si se abstinerent. notant in specie Hieronymus Cagnolus & Philippus Decius in l. id quod nostrū. ff. de reg. iur. secundo intellige quod ad talem defensionem tenemur etiam de iure naturali, argumen. d. l. ut vim, cum simil. Vnde Ouidius sic cecinit:

*Et caret auxilio qui non tulit, ut q; reliquit:
Sic linquendus erit, legem sibi dixerat ipse.*

Et Cicero Officiorum lib. 1. Homines, inquit, hominū causa sunt generati, ut ipsi inter se alij alijs prodesse possent. Et rursus 3. libro Officiorum: Hoc, inquit, natura præscribit, ut homo homini ob eam tantum causam, quæ is homo sit consultum velit. dixi plenius infr. lib. seq. in materia præscriptionum, char. 1. q. 4. cum præced. & seq. vbi edocebimur in officiosum hominem, eoq; nomine indignum esse & videri, qui talem defensionem non præstat. Tertio intellige, idem esse de iure positivo canonico, secundum Cagnolus, vbi supra, hanc esse communem opinionem adfirmantem. Quarto intellige, idem esse etiam

de iure civili secundum eundem ibi. Quinto intellige etiam si immineret qualequale periculum, secundum eundem. Sexto intellige, quod id licitum est, ut dictis legibus & locis supra alleg. Septimo intellige, quod non solum licitum, sed etiam debitum & necessarium est, ut dd. iuribus, & plenè per d. Cagnol. Octauo intellige, quando fuimus requisiti per illum, qui iniuriam patiebatur, ut dictis locis habetur. Nondè idem & si requisiti non simus, nam vltro id facere possumus, ut supra in exemplo de appellatione docuimus. Vltimo intellige, ut procedat etiam inuito & renitente eo, qui patiebatur, ut in d. exemplo docuimus, & per Cagnolus & Decium in l. inuito. ff. de regul. iur. Secundum quæ si si patior iniuriam à cōcivie meo, magistratibus competit defensio: quibus absentibus, vel impeditis, vel non valentibus, vel si sit periculum in mora, cuilibet de populo competit defensio: & multo iustius si ab ipso magistratu iniuria fiat, & vis inferatur. Vnde si notorium est eum damnasse ad mortem vel ad membri mutilationem, vel ad similem pœnam non reparabilem, eum qui innocens erat, & noluit recipere appellationem, vel ab eo non poterat appellari, reliquis concivibus competit defensio illius hominis iusti. Intellige si ab eo fuerint requisiti. Secundo etiam si is taceret. Tertio etiam si expressim prohiberet & mori mallet. Quarto quod extraneis idem ius esset, argu. supradictorum. Vnde si in quibus casibus beneficiorum Ecclesiasticorum datio esset iuris patronatus laicorum, vel pertineret ad Episcopos, aut reliquos ad ordinarios pares vel superiores (ut Archiepiscopi sunt) vel inferiores (ut archidiaconi, & similes) in illis casibus si summus Pontifex ea beneficia, semel collata, ab ijs quibus ius conferendi erat, vellet illis quibus data fuerant adimere, & alijs conferre (cum illis satis digni essent) id fieri iure non posset, & bullæ suæ sanctitatis minimè essent executioni mandandæ: sed interea retinendæ, & ad ipsum summum Pontificem rescribendum, ut re cognita, ipse met eam debite reformaret: & nullius id tantum interest, quam ipsiusmet, cum huiuscemodi ausus, & tyrannides nunquam procedant ab sanctissima eius mente, sed ab avaritia & machinatione Officialium. Vnde reliqui principes etiam sæculares suis generaliter legibus cauere & imperare solent, ne sua rescripta executioni mandentur, si legibus suis aduersari reperiantur, quasi ab eorum mente talia rescripta aliena intelligantur.

23
Defensio prius
competit magi-
stratibus,
deinde etiam
reliquis.

24
Defensio com-
petit cuilibet
de populo,
quando ipse
magistratus
iniuriam fa-
cere volebat.

25
Pape ab usū
an occurri
possit.

26
Principi im-
perio ab usū
ti, si occurri
non potest in
vim iurisdic-
tionis, occur-
ri tamen et
potest et de-
bet in vim
naturalis de-
fensionis.

vim

vim iurisdictionis nullus possit factum eius corrigere, tamen in vim naturalis defensionis nullus est, qui non possit, quin imò etiam debeat & teneatur resistere vim inferenti aut iniuriam, & auxiliari patienti vim aut iniuriam gradatim tamen, nam primum hæc cura pertinet ad magistratus, quibus impeditis vel non valentibus, vel si est periculum in mora, reliquis quoque priuatis hominibus hæc ad rem pertinet aditus. & ita sunt intelligendæ, & defendendæ leges Hispaniæ hac de re loquentes, & consuetudines, quibus vtuntur supremi iudices illius regionis. Et ita cum essem ex iudicibus supremis Hispanensibus, ferè quotidie vrbibus forensibus hæc res hoc iure & ordine iudicabam & disponebam simul cum reliquis collegis. eademque omnia etiam in litibus procedere intelligo, si fortè quæ lites de iure intra fines Hispanicæ regionis, vel alterius cuiuslibet agitandæ essent, ad Romam auocarentur. simili enim defensio & simili modo & competeret & agenda esset, quod intelligo non solum petentibus ijs, qui non iure extra prouinciam suam litis causâ trahebantur, sed etiam tacentibus, vel fortè etiam renitentibus. quod vltimum intellige secundum superiores distinctiones.

Quæ omnia ita temperanda sunt, vt tam in exemplo beneficiorum, quàm litium contrarium tolleretur ex iusta causâ, dum modo iustam esse causam vel occasionem appareat dilucidè. Nam † ab illa debili iuris præsumptione, quod in principe præsumatur iusta causâ, facile receditur per probationem in contrarium factam: licet nulla probatio concludat iudici necessariò, sed tantum contingenter, quia vt mentiri potest vnus testis, ita possunt & mille, vt tradunt communiter Doctores in c. afferte. de præsump. Barthol. 2. colum. in l. admonendi. de iure iur. ff. vbi reliqui omnes. ergo notorietas & euidencia rei, quæ superat omne genus probationis, vt dixi supra c. 2. num. 11. & c. 120. nu. 23. multo magis contra illam leuem præsumptionem admittetur. quum ergo quæ sunt de iure notoria sint, excludunt præsumptionem iustæ causæ, quæ in principe solet præsumi, nisi ea iusta causâ aliunde comprobetur. Neque ad rem pertinet, quòd principes possint dispensare cum iure positiuo, vt multis visum est. Nam nec id fieri potest sine iusta causâ, & hic non agimus de iure positiuo, sed de iure naturali & diuino, & recta iustitia, quæ immutare nullus principum potest, vt plenè supra c. 1. cù seq. & c. 19. 20. 21. 22. isthæc autem fore contra ius diuinum & naturale, & contra rectam iustitiam ostendimus infra lib. seq. in materia præscr. par. 1. q. 4. cum præc. & sequen. & quod † sine iusta causâ nūquam dispensare possit princeps ostendimus de succes. progressu in præfat. post princ.

Deniq; hæc omnia iustificatur ex eo quod † omnis principatus, regnum, imperium, iurisdictionis est de iure positiuo & iure gentiũ secundario, nõ de iure naturali aut diuino, nec de iure gentium primario, quòd non sit de iure naturali prout competit omnibus animantibus, quæ in mari, quæ in cælo, quæ in terra nascuntur (de quo iure loquitur l. 1. in princ. ff. de iust. & iure. & in princ. Inst. eod. tit. c. ius naturale. 1. dif.) apparet, quia nullibi reperitur quod vrsus vrsio, aut leo leoni, aut draco draconis, taurus tauro, equus equo, canis cani dominetur, aut aquila aquilæ, columba columbæ, miluus miluo, aut delphinus delphino, & similia. sicq; quod inter se vllam habeant iurisdictionem aut principatum nusquam lectum, nusquam relatum, & contrarium putare stultum esset. Quod non etiam sit de iure naturali prout competit solus hominibus, quod ius naturale † ius gentium primariũ appellatur, vt diximus supra c. 10. & præcedentibus, & edocemur à Cicerone lib. 3. Offi. dum ait, Illud enim natura non patitur vltiorum spolijs nostras facultates, copias, opes augeamus, neq; verò hoc solum natura, hoc est, iure gentium, sed etiam legibus populorum eodem modo constitutum est. Quod (inquam) non sit de hoc iure naturali vel gentium primario, apparet ex l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. §. ius gentium. & §. ius autem gentium. Institutio. de iure natur. vbi edocemur omne regnum, imperium, iurisdictionem esse de iure gentium secundario (quod nos positiuum appellamus, & reuera positiuum est, vt diximus supra in c. præcedentibus, & c. 16. numero 11. & c. decimo & plenius de succes. progressu. in præfat.) id quod & probatur ratione, nam ex eo iure omne dominium processit d. l. ex hoc iure. d. §. ius gentiũ. dominium † autem est ius quoddam. l. fin. ad medium. C. de long. temporis præsc. l. qui vsum fructũ. ff. de vsum fructu. pet. ergo principatus, iurisdictionis, regnum & similia, quum iuris esse constet, ab eo iure processisse necesse est: Id quod alia apertiore ratione fit manifestum. Nam quum primum humanum genus proditum fuit, viguit ætas illa aurea tam à Philosophis & Sanctis laudata, tamque à Poetis decantata, quæ † ætate ineunte homines inter se tam innocenter vitæ debebant, quàm equi inter se, tauri inter se, aut leones inter se, aut deniq; quælibet alia species brutorum inter se, siue illa terrestria sint, siue volatilia aut aquatilia. Nec dubium est, quin quælibet reliquorum animantium species terrestrium, volatiliũ, & aquatiliũ innocentissimam vitam inter se gerat aut degat, quamuis respectu animantium alterius speciei, nõnullæ istarum specierum animantium violentæ sint. nam ex volatilibus aquila, miluus & omne genus accipitrum carniuori sunt, victum ex raptu quærunt violento, hanc tamen violentiam exercent in animalia diuersæ speciei aut diuersi etiam generis, nunquam autem in animalia suæmet speciei. Item

27
Princeps dñ legibus abusus, nunquã presumitur iusta causa motus.

28
Princeps sine causa iusta dispensare nequit.

29
Principatus & iurisdictionis est de iure gentium secundario vel positiuo, non de iure naturali aut gentium primario.

30
Ius naturale appellatur ius gentium primum.

31
Dominium ius.

33
Animalium innocens natura erga eiusdem speciei animalia

raptu

ex terrestribus leo, lupus, vulpes, & similia ex raptu violento victum quaritant, quem tamen exercent in animalia diuersi generis aut diuersæ speciei, non in animalia speciei propria: Idemq; in aquatilibus esse constat. Vnde Horatius sic modulatur epod. lib.

*Neque hic lupis mos, neque fuit leonibus
Vnquam, nisi indispas feris.*

Et Iuuenalis Satyra 15.
*Sed iam serpentum maior concordia: parcit
Cognatis maculis similis fera, quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore vnquam
Expirauit aper maioris dentibus apri?
Indica Tigris agit rabida cum Tigride pacem
Perpetuam: seuis int. r se conuenit vrsis.*

Sic ergo & in specie nostra, quandiu durabat ætas illa felix aurea, tandiu homines inter se cum essent innocentissimi, nullo principatu aut iurisdictione inter se egebant aut utebantur, quia eo opus non erat, omnis enim iurisdictione & principatus ad malos homines compescendos, & ad audaces & facinorosos frzmandos fuit inuentus, vt supra ostendimus cap. 1. cum seq. vnde quo tempore improbi sane non erant, aut rarissimi erant, is principatus eæue iurisdictione necessaria minimè erat, sicque eo tempore bella nulla fuisse, quinimò nec belligerandi occasionem vllam fuisse, testatur eleganter Boëtius, dicens: Quorum homines eo tempore, quo nihil cupiebant præter necessaria, quæ ab ipsa natura abundè suppeditabantur, vellent arma mouere, cum prælia seua viderent, & præmia sanguinis nulla, verba ipsius ita habent:

*Quid enim furor hosticus vlla
Vellet prior arma mouere:*

*Quum prælia seua videret,
Et præmia sanguinis nulla.*

Et de illa † ætate aurea multa cecinerunt Poëtæ. Vnde Tibul. Eleg. 3.

*Quam benè Saturno viuebant rege priusquam
Tellus in longas est, atefacta vias.*

*Nondum caruleas pinus contempserat vndas,
Effusum ventis præbuerat q; sinum:*

*Nec vagus ignotis repetens compendia terris
Prefferat externa nauita merce ratem.*

*Illo non validus subiit iuga tempore taurus,
Non domito franos ore momordit equus.*

*Non domus vlla fores habuit, non fixus in agris,
Qui regeret certis finibus arua lapis.*

*Ipsa mella dabant quercus, vltroq; ferebant
Obuia securis vbera lactis apes.*

*Non acies, non ira fuit, non bella, nec enses,
Immitti sauis duxerat arte faber.*

Iam ergo dubitare non oportet, quin ineunte ætate aurea nullus omninò fuisset principatus, regnum, imperium, iurisdictione, quia eo tempore necessaria non erant isthæc, neq; ad rem pertinet, quod eo etiam tempore vnus fortè aut alter improbus, aut violentus reperiretur, aut reperiri posset. nam ad tales improbos per raxos cõpescendos defensio hæc artifi-

cialis, q̄ per modum iurisdictionis fit, necessaria non erat, nec inuenta erat: sed ad id sat superq; erat defensio naturalis, quæ fieri tunc poterat, & fiebat q̄ties opus erat: etenim † vt eo iure & tẽpore hominẽ homini insidiari nefas erat. l. vt vim. ff. de iust. & iure. ita cuiusq; homini periclitanti, vim aut iniuriam patienti, non auxiliari nefas quoque erat, vt ex communi opinione resoluit Hieronymus Cagnolus in l. culpa caret. ff. de reg. iur. per text. ibi à contrario sensu. & Decius ibi, & in l. nullum crimen: per text. ibi eod. titu. Vnde Ouidius sic cecinit:

*Et caret auxilio qui non tulit, vt q; reliquit:
Sic linquendus erit, legem sibi dixerat ipse.*

Et diximus latè suprà c. 21. num. 29. ergo eo tempore quum omnes ferè essent boni viri, non dubium est, quin omnes vim patienti aut iniuriam continuò subuenirent, quum ad id tenerentur iure naturali, diuino & positiuo, vt supra ostendimus, & † secundum Cicero- nem lib. 3. Officiorum, Vir bonus ille demum dici possit, qui prodest quibus potest. nec sufficit, vt supra diximus, abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est, ergo eo tempore, vbi cauta erat bonorum copia, & nullus aut rarissimus vllus malus aut violentus, ad hunc compescendum, & ad vim patienti subueniendum, sat superque erant reliqui omnes boni, qui ex vi & obligatione naturalis defensionis ad id tenebantur, ducebantur, properabant, ardebant, & vtinam hodie artificialis defensio, quæ per modum iurisdictionis & principatus fit, tam idonea & sufficiens esset, quàm illa erat.

Denique † naturalis illa defensio tam res quàm personas intuebatur, sicque siue in rebus siue in persona eius vim aut iniuriam pateretur, non dubium est quin ex vi illius naturalis obligationis, qua reliqui homines ad iniuriam aut vim patienti subueniendum tenebantur, is subueniendus esset, & subueniretur: per iura & rationes supra alleg. id quod hodie ex defensione artificiali, quæ per modum principatus & iurisdictionis fit post tam laboriosas, molestias, immortales, sumptuosas moras & lites contingit, vt fatius, consultius, vtilius plerunque fuisset vim aut iniuriam patienti tale auxilium defensionemque artificialem non implorasse, quàm retulisse, aut impetrasse: eam enim plus nimio pretio videretur emisse.

Denique † hanc artificialem defensionem, quæ per modum principatus aut iurisdictionis contingit, non solum non esse de iure naturali aut gentium primæuo, sed potius naturali & gentium iuri primæuo aduersari, vel illinc intueri licet, quod illis iuribus inspectis omnes homines plenissima libertate utebantur, potiebantur, gaudebant, fruebantur. l. manumissiones. ff. de iust. & iure. & l. libertas. ff. de

34.
Defensio ho-
mini ab alte-
ro homine
debita est.

35
Vir bonus
quum.

36.
Defensio na-
turalis loco
successit de-
fensio artifi-
cialis, seu iu-
risdictiona-
lis.

37
Principatus
& iurisdictione
iuri nature
aduersantur.

T ff. de

33
Ætas aurea.

ff. de statu homi. §. libertas. Inst. de iure perso. nec dubium est quin principatus & iurisdictionio huic omnimodæ libertati aliquantulum aduersetur, nõ secus quàm quædam seruitus, quam iuri naturæ aduersari in comperto est, per l. manumissiones. ff. de iust. & iure. cum qua seruitute non parum similitudinis habet subiectio hæc, quæ principatus & iurisdictionis causa, aut occasione contingit, præsertim si non tam ius, quàm vsum noxium principũ, & magistratum respexeris, & latè habetur lib. 1. Regum. ergo vt bella & captiuitates iuri naturæ & iurisdictionis primæuo contrariæ ex iure gentium secundario processerunt. d. l. manumissiones. d. l. ex hoc iure. ita & regna, vt ibi, & reliqui principatus & iurisdictiones, qui quæde iuri naturali & gentium primæuo non minus contrariantur & aduersantur, quàm ipsa bella & seruitutes, & consequenter aduersantur iuri diuino primæuo, vt constat ex dictis iuribus, & rationibus: & potissimum ex d. lib. 1. Regum, id quod faceret † nostri Philosophi fabulantes depinxerunt, dum introduxerunt fabellam Ranarum & Iouis, quæ à summo (vt Poëtæ fabulantur) Ioue flagitabant regem sibi dari, qui trabem primũ dedit, quem regem quasi inertem ranarum generi fastidienti rursum Iuppiter ciconiam, vt ranas regeret, dedit, quæ postea eas deuorare cœpit, easque malè primũ cautas benè edoctas reliquit, insanire aut ineptiri regem expetentes.

38
Fabula ranarum.

39
Principatus et iurisdictionio à Deo nõ magis nec minus est, quàm reliqua omnia.

Sunt tamen † non pauci nostrorum, qui passim existimant contrarium, contendentes principatum, regna, imperia, iurisdictiones, & magistratus esse iuris diuini, iuxta illud Prouerb. cap. 8. Per me reges regnant, &c. Sed hæc ratio leuissima est. nam & similiter per Deum fiunt omnia humana, siue illa maxima sint, siue media, siue minima, vt & indubitatum est, & docet catholica religio. & Ethnici etiam tenuerunt fere omnes cunctique Philosophi. Vnde Lucanus ait:

Nil agimus nisi sponte Dei.

Et Plautus:

*Deus profecto est qui omnia intelligit videtque,
Benè merenti profuerit, malè merenti par erit.*

Et alibi Poëta cecinit:

*Deus ipse canatur,
Qui populos vrbesque regit, pacemque togat am.*

Et doctissimus Saluianus lib. 1. cum seq. de prouidentia Dei ex receptissima Theologorum & Philosophorum sententia omnia siue maxima, siue media, siue minima, adfirmat regi Dei prouidentia. Et Cicero lib. 1. de diuina. ait: Deum prospicere & consulere rebus humanis, & non vniuersis tantum, verum etiam singulis. & diximus plenè suprà cap. 21. num. 21. cum præced. & seq. ergo quod in d. c. 8. dicitur: Per me reges regnant, vt verissimũ, ita quoque indubitatum est: sed intelligendum,

quod Deus tanquam causa vniuersalis in omni regno, imperio, principatu, magistratu, & iurisdictione concurrat, non secus quàm concurrat in omnibus reliquis rebus humanis, maximis, medijs, & minimis, quæ omnia pereum fiunt, eius sponte & nutu, iussu vel permisso. Nam & alibi Deus ipse ait: Regnauerunt & non propter me, &c. Vt plenius diximus suprà in locis, ad quæ vos remisi. Possumus etiam intelligere illa verba, Regnant per me, hoc est, de iure diuino secundario vel positiuo. Postquam enim gentes deprauari & malignari cœperunt, cœperuntque esse necessarij principes, magistratus, iurisdictiones, isthæc omnia excogitauerunt, creauerunt, & inuenerunt homines, nutu & sponte ac gratia Dei, non secus quàm reliqua omnia, quæ homines ad suas necessitates & vtilitates inuenerunt, nutu & sponte Dei inuenta esse intelligendum est. Nam est ius diuinum naturale, quod simul cum ipso humano genere proditum fuit, & ius diuinum positiuum longè postea ab ipso Deo traditum, quale est illud præceptum: Sabbata sanctifices, præceptum de ieiunando, de carnibus non vescendis quibusdam temporibus, de confessione peccatorum, & similia multa, vt est communis opinio Theologorum, & suprà etiam attigimus: ita tamen hæc intelligas, vt omnis iurisdictionio & principatus ab ipso Deo esse intelligantur, inter ipsas duntaxat gentes & prouincias, in quibus in vfu est, non in reliquis, in quibus in vfu non est, quemadmodum bella, seruitutes, emptiones, venditiones, dominiorum distinctiones, & reliqua omnia iuris gentium secundarij inuenta ab ipso Deo esse intelliguntur (tanquam à causa vniuersali) vbi in vfu sunt tantum, nec enim propterea necesse est, vt vbique idem sit.

Itaque † fuit primum tempus, quo regnabat, & in vfu erat hominum simplicitas, bonitas, innocentia, & tunc nec erant principatus, nec iurisdictiones, nec bella, aut seruitutes, seu captiuitates, quia deerat omnis istarum rerum occasio, vt diximus, postea successit secundum tempus, quo homines malignari & deprauari cœperunt, & tunc quia naturalis defensio illa, de qua mentionem habuimus, quæ durante primæui temporis innocentia fat superque erat, cœpit non fat idonea & sufficiens esse, ideo inuenti fuerunt principatus & iurisdictiones ad homines bonos tuendos, malosque compescendos, successerunt bella, captiuitates, seruitutes, & similia, hi que principatus & iurisdictiones artificiales iuris gentium secundarij, & sic iuris positiuum esse constat: etenim homines malignari cœpisse non potuit contingere simul in omnibus mundi regionibus, sed primum in vna, deinde paulatim in reliquis. sicque cum primum in qua prouincia deprauari cœpissent, verosimile est, in ea principatum & iurisdictionem

40
Iurisdictionio initio mundi nulla erat, sed longè postea esse cœpit.

iurisdictionem admissam fuisse, tuncq; id iuris tantum ciuile (id est, illius prouinciae) non etiam iurisdictionem esset. verum postquam in reliquis ferè mundi regionibus is principatum & iurisdictionum usus admissus receptusque esset, tunc demum iurisdictionem esse inciperet, & non antea, id quod in reliquis omnibus, quae hodie sunt iurisdictionum secundarij, euenisse tradidimus plenè de successio- num progressu lib. 1. in præfat. & de successio- num creatione. §. 1. in princ. cum §. seq. In quibus locis etiam docuimus † omnia ea, quae hodie sunt iurisdictionum secundarij, non esse æterna & incommutabilia, non magis quam ea, quae sunt meri iuris ciuile, & consequenter in desuetudinem posse abire. Vnde fit, vt omnes mundi principatus profani, omnesq; iurisdictiones in desuetudinem similiter possent abire, quum eas esse iurisdictionum secundarij ostendimus, non secus quam reliqua, quae iurisdictionum secundarij sunt, in desuetudinem non raro abire & possunt & solent. Et initio mundi Deus † orbem non per reges, sed per seipsum cessante omni humana iurisdictione regere cœpit, vnde apparet postea quasi iure quodam positio principatus & iurisdictiones successisse. dixi supra c. 20. num. 3. & c. 21. Postremò † quòd diximus Dei prouidentia omnia fieri, intelligo à Deo procedere, vt nihil referat, sint maxima an minima. nam tam ex integro Dei prouidentia omnia reguntur, vt minima ab eo non minori aut segniori prouidentia regantur quam media vel maxima. Summæ enim Dei omnipotentiae pugnans aduersum contrarium esset existimare, minore, segniori aut imperfectiore prouidentia Dei donum cuiusque pauperrimi patrisfam. gubernari, quam donum magni cuiusque regis, Imperatoris, alteriusve Principis. Etenim homines minore cura agunt res minimas, quam medias, & segnius res medias quam maximas. Quia cum eorum memoria sit fragilis, seque noscant ad omnia impares minusque sufficientes, remedij loco anteponunt media minimis, & maxima medijs. Quæ ratio cessat in Deo omnipotente, quia ex æquo intelligit & comprehendit perfectissimè omnia tam maxima, quam media, quam etiam minima, præsentia, præterita, & futura. vt sic & si cuiusque rei etiam minimè omnium rerum etiam minimarum perfectissimam & integerrimam curam notitiamq; habeat, non magis ideo fastidio aut labore afficiatur, quam si nullam curam haberet. sicque nulla ratio suadet, maiore Dei cura regi principatum cuiusque monarchæ, quam principatum cuiusque priuatae domus. Vnde vt in d. c. 8. prouer. dicitur: Per Deum reges regnare in suis prouincijs, ita quoque dici potest per Deum quemque patrisfam. regnare, vel dominari in familia & domo sua: quod si pertinaciter in lares maio-

te Dei cura, magna regna administrari & regi, quam domos priuatorum, responderem adhuc vtrunque Dei prouidentia fieri, inter seque differre non in specie, sed tanquam plus & minus: argu. l. si. ff. de fundo inst.

S Y M M A R I V M.

- 1 Officia publica an vendi possint, ardua q.
- 2 Principatus ad ciuium utilitatem.
- 3 Princeps quantam suorum curam habere debeat.
- 4 Regis & tyranni differentia.
- 5 Officia publica populus vendere potest.
- 6 Renunciare possumus nostris utilitatibus.
- 7 Amor sui.
- 8 Honor cunctis rebus preferendus.
- 9 Officia publica honores sunt.
- 10 Legis vis.
- 11 Officia publica vendente populo præsumam id utile esse, contra Doct. & quid si à principe venderentur.
- 12 Officiorum venditio à populo libero facta deorsum videtur.
- 13 Officia publica vendi licet etiam practica.

C A P V T X L I I.



ENTESISIMO trigesimo octauò colligitur ex principali conclusione nostra, quid respondendum sit in illo articulo, dū controuertitur, an † officia publica, seu militiae possint à principibus, populisve, aut à ducibus, comitibus, & marchionibus alienari, aut fortè à defensoribus ciuitatum, seu decurionibus? Mouet quæstionem quod vt ex nostra principali sententia milites admonuimus, † omnis potestas & iurisdictione, siue illa popularis sit, siue principalis, siue etiam legalis ad meram ciuium, non etiam ad regentium utilitatem est, vt post Platonem, & Cicer. & sanctum Irenæum, & sanctum Thomam, & denique post vniuersam ferè turbam tam Iureconsultorum quam Theologorum, & etiam Philosophorum differuimus supra c. 1. quibus adde idem tenentem fratrem Dominicum Sotum Theologorum nostræ tempestatis disertissimum lib. 3. de iust. & iur. q. 6. artic. 2. conclusione 4. Idem vult Diuus Paulus Episto. 1. ad Corinth. c. 12. dum ait: Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem, quem locum ad id citat ipse Sotus, vbi supra. Idem Diuus Paulus Episto. 1. ad Timoth. c. 5. dum sic scripsit: † Si quis autem suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Idem vult idem Dominicus Sotus d. lib. 3. q. 6. artic. 4. vers. aliam verò. dum de rege loquens ait, Licet non Respublica propter ipsum, sed ipse propter Rempublicam sit institutus: & ideo omnia (inquit) debet ad publicum commodum referre.

1
Officia publica an vendi possint, ardua q.

2
Principatus ad ciuium utilitatem.

3
Princeps quantam suorum curam habere debeat.

41
Principatus & iurisdictiones ut sint, necessarium non est, sed tantum utile.

42
Deus mundi initio eum per se regerat.

43
Dei non minore, aut maiore cura regitur domus familiaris cuiusque pauperis, quam vnius magni regni.

ferre. nec dubium, quin vt ipse diuus Paulus ait, Dignus sit mercenarius mercede sua, nec quisquam proprijs expensis militare tenetur, ergo qui publica munera exercet, vt bono publico libenter consulat; ab ærario publico stipendium referre, & capere debet, tantū abest, vt emere ea onera aut munera debeat. adde Dominicum Sotum, vbi supra, lib. 10. q. 3. art. 1. dicentem: † Regnum enim non est factum propter regem, sed rex propter regnum, & rex differt à tyranno, quòd ille omnibus ob publicum bonum vitur, hic verò regno propter se abutitur. Quid dicendum? & sanè primum videndum est, an talia † officia populus liber vendere possit, deinde an id liceat principibus, tertio an liceat ducibus, comitibus, marchionibus, aut similibus dominis, qui superiorem recognoscunt in temporalibus, postremò an liceat reliquis. Quò ad primum receptior sententia Theologorum esse videtur, id permissum esse. Ita tenet sanctus Thomas opusculo 21. ad ducissam Brabantia. & tenent Caietanus in summa verbo, venalitas, & frater Domi. de Soto in d. art. 4. sed pro hoc est text. apertus, quem ipsorum nullus allegat in l. omnimodò. §. imputari. verb. militia. C. de inoffic. testa. & dixi plenè lib. 3. de succ. crea. §. 30. in rep. d. §. imputari. num. 202. vnde multa quæ hic defunt petenda sunt. Isto rum autem ratio, quam S. Thom. Caietanus, & doctiss. Sotus, vbi supra, reddere videntur, est, quia istud prohibitum non est, aut reperitur, sicut reperitur in Ecclesiasticis beneficijs, quæ gratis danda sunt. Rursus ista non sunt communia ciuibus quasi præmia virtutum proposita, sed tantum munera sunt ad meram Reipublicæ vtilitatē subeunda, ergo (inquiunt) cum nullus ad talia officia habeat vllum considerabile ius aut regressum, superest vt alienabilia esse intelligantur. Præterea, inquit ipse Sotus, populus liber habet liberum arbitrium ad sui gubernationem, ad quam suos ministros constituit, quorum officia habent suos reditus & emolumenta assignata, vel ex prædijs hanc fortè ad rem deputatis, vel ex collationibus omnium ciuium, vel eorum, qui sub talibus ministris negotia gerunt, vel aliunde: ergo populus vt talia emolumenta potuit initio eis signare, ita & ea poterit alterare postea ac commutare, addendo vel detrahendo, vel minuendo, aut commutando: quæ ratio non satis perstringere videtur, vt sine vllò omnino emolumento hæc possint administrari aut debeant: sicq; vt vendi possint. Nam qui emit, nihil accipere videtur, cum tantundem pretij nomine refundat. l. si voluntate. C. de rescin. vendi. adhuc tamen conclusio vera est, quæ probatur ratione altius deriuata. Omnis Reipublicæ munus aut administratio, respicit meram populi, non etiam administratoris vtilitatem, sicque conferuntur in inuitos, vt per totum titulum ff. muner. & hon.

præsertim in l. gradatim, ibi, † at in re cuiuspiam gratia instituta ipse potest liberrimè disponere, eiq; si velit renunciare ac prætermittere: quinimò etiam prodigere. l. penulti. C. de pact. vbi multa per Ias. post alios. l. si quis in conscribendo. C. de Episcop. & Cleri. l. stipulatio ista. §. inter certam. vbi textus egregius ff. de verborum obligatio. l. Titio centum, in principio. ff. de condi. & demonstra. l. filijs matrè, vbi diximus. C. de inoffic. testa. egregius textus in l. sed & si lex. §. consuluit. ff. de petit. hæred. ibi, dum ait, dum re sua se abuti putant. l. in re mandata. C. mand. l. 1. §. & magis. verb. prodegit. ff. si quid in fraudem patroni. l. 1. ff. mandati. l. cum pater. §. rogo, & §. mando. ff. de lega. 2. l. filiusfamil. §. diui. ff. de lega. primo. l. inuito. ff. de regu. iuris. Sicque nihil impedimento est, quin populus liberè possit de ijs muneribus seu officijs, vt pote meram sui vtilitatem intuentibus, disponere, non solum per venditionem, quæ ex parte talium officiorum pecuniarium emolumentum inquirat, sed etiam per talem venditionem, quæ ex toto omne pecuniarium emolumentum remoueat & absumat. id quod nostra ratio, non etiam ea, quam Sotus & alij reddunt, suadet. Cum enim ille sponte sua, non coactus ad talem emptionem accesserit, id sibi vtilius esse intelligendum est, quod ipse maluit & elegit. Vnusquisque enim † suo commodo studet, & plerunque etiam plus æquo. Vnde Terentius: Natura ita comparatū est, vt omnes sibi melius esse malint, quam alteri. Vnde Cic. orat. in Vatin. Nemo (inquit) est tam demens tamq; parum de se cogitans, qui alienam vitam aut comoda magis quam sua diligit. & idem Phil. duodecima: Qui multorum (inquit) custodem se profitetur, eum sapientes sui primum capitis aiunt custodem esse oportere. Et rursus 3. Offic. Nostræ (inquit) vtilitates omittendæ non sunt, & alijs tradendæ. ergo is, qui tale officium emit non huius animi erit, vt suam velit vtilitatem omittere, & alijs (hoc est, cunctis popularibus) tradere. Quid enim nonne † honor cunctis rebus præferendus est. l. Iulianus. ff. si quis omi. cau. test. adeo vt Virginius vitæ filiz suæ eius honorem anteposuerit. l. 2. §. pen. ff. de origine iur. Vnde Ouidius de Lucretia Romana, quæ propriæ necis testimonio pudorem minimè se violasse ostendit, sic cecinit:

*Cum foderet ferro castum Lucretia pectus,
Sanguinis & torrens egrederetur, ait:
Testetur cunctis me non violasse pudorem,
Ante virum sanguis, spiritus ante Deos.*

Multa in simili per Gerardum singul. 1. num. 10. & singul. 2. nu. 7. & sing. 33. num. 4. & multa per Boerium in tract. de autor. mag. conf. add. 1. num. 39. cum plurib. seq. Quid item nonne huiuscemodi † officia publica, honores & sunt & appellantur? vt in rubr. ff. de mun. & honori-

6
Renunciare
possumus non
nostris vtili-
tatibus.

7
Amor sui.

8
Honor cunctis
rebus præfe-
rendus.

9
Officia publi-
ca honores
sunt.

4
Regni & ty-
ranni differe-
ntia.

5
Officia publi-
ca populus ve-
dere potest.

honoribus. & in l. vt gradatim, & ferè per totum illum titulum. quid ergo mirum aut nouum, si populus mihi vèdiderit tale officium, quod habet onus annexum, sed similiter honorem, tantumq; pretij nomine dare velim, quantum pecuniarum & emolumentum exinde percipere possit, vt sic in effectu solius honoris non etiam alicuius pecuniarij emolumentum habita ratione videar illius officij onus operam & curam subire, & pro satis ampla mercede reputem talem honorem, quo antea carebam nactum fuisse me. Quæ ratio cogit nos fateri idem fore, etiam si precium, quod pro illo officio dedi, longè excederet emolumentum pecuniarium, quod exinde percipi potest, quasi cum illa honoris accessione & lucro isthæc omnia compensentur, id quod apud nos Hispanos frequens est, in illis honoribus omnium ciuitatum, & reliquorum populorum, qui vulgo (regimientos) appellantur seu decurionatus. nam & si ad eorum ministerium non leuis cura & diligentia desideretur, tamen magna vi pecuniarum emolent, cum emolumentum pecuniarij secum adferant nihil aut ferè nihil. Denique omnia censentur permissa, quæ non reperiuntur expressim prohibita. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. caus. maiores. l. super statuas. C. de religio. tradunt Franciscus de Ripa, & alij in l. in quartam. ff. ad legem Falcid. & diximus de successione crea. lib. 1. Sed huiuscemodi venditio munerum & officiorum inspectis iuris communis principijs (hoc est, iuris naturæ & gentium primæ) nullibi, vel non reperitur prohibita talis venditio, ergo par est eam permissam intelligi. In summa, † quod à populo non recognoscens in temporalibus superiorem (de quo loquimur & locuti sumus) statutum, aut legem sancitum, vel moribus præscriptum, aut frequentatum est, id valere & vim legis tenere, non aliter desinit, quàm si aperte sit contra naturalem iustitiam & rectam rationem, & bonos mores lædat, vt probat l. pspexit. ff. qui & à quibus. ibi, quod perquam durum, sed ita lex scripta est. l. non omnium. vbi eleganter notat Bal. ff. de legi. l. 1. §. initium, ibi, quia moderatam hanc ætatem prætor rarus est, vbi notat Gloss. clamans esse illam mirabilem rationem. ff. de postulando. Idem Bald. in l. de quibus. ff. de legibus. Andre. Tiraquell. qui multa hanc ad rem spectantia congerit in tract. de retract. in præfat. nume. 75. Nec dubium est, quin talium officiorum munerumve venditio non sit huiuscemodi, vt turpitudinem manifestam continere, aut contra bonos mores, aut contra ius diuinum esse videatur, vel etiam naturale: ergo par est talem venditionem fieri posse esseque inculpatam. Id quod vel ex eo intueri licet, quod hic inesse videtur quidam contractus respectiuus, puta, do meam pecuniam, vt populus aliquid faciat (hoc est, vt efficiat quod

mihi, quod attinet ad tale munus vel officium, ciues pareant, & honore ei officio debito me efficiant) huiuscemodi autem contractus ex ipsa conuentione legem accipiunt, & legitimi sunt fueruntque semper. l. contractus. ff. de reg. iur. c. contractus. eodem tit. lib. 6. iuncta l. naturalis, & per totum tit. ff. de præscript. verbis. ergo nihil vetat tales contractus valere, & lex dicitur esse contractus quidam. l. 1. vbi communis Reipublicæ sponso. ff. de legibus. & contractus dicitur esse lex, vt l. legem quam. C. de pact. d. l. contractus. d. c. contractus. l. 1. §. si conuenerit. ff. de positi. dixi in præfat. de succ. progressu, in principi. Et nullus (iudice me) negabit legem valere à populo factam, quæ disponderet, ab ipso met populo posset talia munera vendi, præsertim cum ærarij publicum exinde & aliunde ditari magnopere expediat omnibus conciuibus, non secus quàm ipsimet Reipublicæ. auth. res quæ, cum ibi plenè not. C. com. de lega. ergo cõsequens fit, vt quemadmodum per legem id fieri non solum licitum, sed etiam vtile est: ita quoque per modum contractus, vel consuetudinis & fieri liceat, & fortè expediat. Quin immò cum omnis lex præsumatur esse iusta. c. erit autem lex. 4. distinct. consequens fit, vt si quo in populo id fieri reperiatur, id vtile esse intelligatur, & præsumatur ad publicum ærarium locupletandum huiuscemodi pecunijs, quæ magis publicis necessitatibus subuenire possit, vt supra probauimus. Vnde duo inferuntur, Primum, † non solum fieri tales venditiones posse, sed etiam posse & expedire. Et ita præsumi, quamuis hoc vltimum Diuus Thomas & Dominicus Sotus & Caietanus videantur, vbi supra, abnegasse. Quorum sententiam fortè tueri licet, quando non ab ipso populo libero, sed à principe, qui à populo sufficienter alitus erat, venderentur talia munera.

Deinde † procedit etiam, vt tales venditiones à populo libero factæ, etiam decentes & honestæ videantur, quamuis hoc vltimum negare videantur sanctus Thomas, Caietanus, & Dominicus Sotus, vbi supra, quorum sententia in casu proximè notato fortè defendi posset. Ergò quinque tenenda sunt. Primum tales venditiones mero iure valere. Deinde etiam posse expedire. Tertio præsumi, quod populo ipsi expediant. Quarto tales venditiones esse honestas. Postremò etiam in re dubia honestas præsumi. Et tales vitz & reputatæ sunt apud nos Hispanos, cum & quotidie & omnibus in ciuitatibus & oppidis frequenter fiant in ijs militijs, quæ vulgo scriptoriz appellantur, & in alijs, quæ dicuntur decurionatus seu regimientos.

Sextò intellige, vt † procedat etiam si hæc res non solum speculatiuè, sed etiam practicè consideretur, puta, per applicationem ad vsum, quamuis & in hoc nominatim teneat

T 3

contra-

10
Legis viii.11
*Officia publica vendente populo præsumam id vtile esse, contra Doct. et quid si à principe venderentur.*12
*Officia publica venditio à populo libero facta decens videtur.*13
Officia publica vendi licet etiam practica.

contrarium Theologorum nostræ tempestatis doctissimus Dominicus Sotus, ubi supra, versic. secunda conclusio. mouetur ipse, quia, inquit, hæc ad res cum industria personæ & probitas desideretur, certè si plus offerenti vendatur, id obseruari non ita potest: sed responde dupliciter fieri posse, & apud nos Hispanos etiam hodie solere in vsuq; esse, vt illi ad quorum curam & prouidentiam spectabat, ad tale officium personam idoneam eligere: nomen tres vel quatuor, & ex illis, ei qui plus obtulerit, detur. sicque illi sunt omnes, si non æquè saltem sufficienter idonei. Præterea populus, ad cuius vtilitatem id spectat, mauult mediocrem sic dotatam pecunijs, quàm eminentiorem vacuum, id quod & in vxoribus eligendis plerumque fit, nec dubium est, quin populi iudicio, electioni & optioni in hac re sua standum sit, vt supra dixi. Vnde apparet idem fore etiam si cuius de populo plus offerenti venderetur cum hac ratione, tum etiam quia ad retinendos homines in officio pœnæ inuentz sunt. l. i. ff. de iust. & iur.

SUMMARIUM.

- 1 Officia publica princeps an vendere possit.
- 2 Intel. l. i. ff. de const. pri. §. sed & quod princ. Insti. de iust. & iure.
- 3 Mens praeualet verbu.
- 4 Verba non inspicienda, sed mens.
- 5 Mandatum generale restringitur ex mente concedentis.
- 6 Princeps sufficienter à populo donatus nihil ultra exigere potest.
- 7 Populus imitatur principem.
- 8 Officia quando vendere non licet, tunc nec expedit nec decet, idem econtra, contra Theologos.
- 9 Officia publica vendere licet & decet principi, si à populo erat insufficienter dotatus, contra Theologos.
- 10 Officia publica an vendere possint Duces, Comites & Marchiones.
- 11 Magistratus ciues tueri tenentur.
- 12 Officia publica vendita an transeant ad successores.
- 13 Dignus ad officia publica quò intelligatur.
- 14 Officia publica & dignitates non dignis, sed dignioribus danda.
- 15 Electionis forma.
- 16 Eligens dignum omisso digniore bis peccat.
- 17 Officia publica vendi posse ita vt transeant ad successiones, contra Sotum.
- 18 Populorum alienationes necessitatis causa an perpetuò fieri liceat.
- 19 Populorum à rege alienatorum duplex lesio.
- 20 Populum à principe habitum qui alienare potest, & vendere potest, contra Sotum.
- 21 Populo malè alienato adest peccatum & restituendi obligatio, contra Sotum.
- 22 Magistratus an populum vendere possit.
- 23 Episcopus an populum vendere possit.

CAPVT XLIII.



HACTENVS quò ad primum articulum de populo talia officia vendente. Quid autem quò ad secundum articulum de principe? & sanè in eo sunt tres conclusiones: Prima, vt venditio ab eo facta merito iure valeat. Altera, vt non expediat fieri. Vltima vt non quoque deceat fieri. ita S. Thomas opusculo 21. & Caietanus, & Dominicus Sotus, ubi supra, exemplificantes in ducissa Brabantiz, ad quam ita rescripsit consultus idem diuus Thomas, quod & in reliquis principibus superiorem in temporalibus non recognoscentibus procedere volunt. mouetur Sotus, quia, inquit, postquam populus principi & in principem omne suum imperium & iurisdictionem contulit, & sibi imperij reseruauit nihil, consequens fit, vt quidquid ante talem concessionem populus ipse poterat, id post eam principi liberrimum sit. l. i. ff. de const. prin. §. sed & quod principi. Insti. de iure nat. Hinc est, vt vulgò fertur, principem legibus solutum esse. §. fin. Insti. quibus mod. test. infir. l. princeps legib. ff. de legib. l. ex imperfecto. ff. de lega. 3. l. ex imperfecto. C. de testam. Quid dicendum? & sanè ab hoc ænigmate & elemento pendet vera istius rei cognitio, quam isti grauissimi patres non potuerunt non ignorare, ac subinde cespitare, cum in legalem disciplinam, sicque in possessionem alienam pedem intulerint: (ipsi enim Theologiae professores erant) Etenim ea æqui paratio, quam ipsi inter populum liberum, & principem facere volunt, regulariter minime procedit, vt enim vnicique suis de rebus vel ad suam vtilitatem spectantibus disponere liberrimè & est & expedit esse, vt plenè supra iam ostendimus: ita populo quoque de rebus siue suis, siue ad suam vtilitatem spectantibus (quale est in specie nostra) liberrimè disponere & licet & expedit, vt supra edocti fuimus. idque sibi vtilius esse reputatur, & consultius quod ipse mauult, vt ostendimus supra. quibus adde Gloss. & Doct. in §. præterea. Insti. de act. dum sic cecinit:

Id portat leuiter quod portat quisque libenter.

Diuersum longè est in eo, qui agit rem alienam, aut alienam ad vtilitatem spectantem, qualis est princeps, qui populi non tam dominationem quàm administrationem habet: nec enim Respublica propter principem creatur, sed princeps propter Rempublicam instituitur, vt supra diximus: & nominatim ipsimet S. Thomas & Caietanus & Sotus, ubi supra, fatètur. nec est verum, omne suum imperium à populo in principem translatum esse. Nam † licet lege regia relata in d. l. i. ff. de cõst. princ. generaliter ita quod attinet ad verba ipsius diceretur, tamen quum verba vtunq; generalia, sint intelligenda & restringenda vel amplianda iuxta subiectam materiam l. de iust. & iur. si vno,

1
Officia publica princeps an vendere possit.

2
Intel. l. i. ff. de consti pri. §. sed & quod principi. Insti. de iust. & iur.

si vno, in principio. ff. locati, etiam si per hoc recedatur à proprietate sermonis & verborum. l. stipulatio ista. §. hi qui, & §. hoc quoq; ff. de verb. obliga. quibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & demonf. vbi notant Sozinus & alij. l. pater Seuerinam. §. cōditionum verba, vbi textus egregius. ff. de condi. & dem. l. hzred. mei. §. cum ita, vbi plenè per Sozinum & Ripam. ff. ad Treb. iquam regulam pluribus quàm quinquaginta definitionibus iurium & rationum ornauimus in l. si quando. in prin. C. de inoffic. testa. & aliquid de succ. crea. §. 9. num. 8. cum seq. euenit vt verba generalia, d. l. i. ff. de const. prin. quatenus dicant, omne suum imperium à populo in principem translatum fuisse, sint secundum subiectam materiam restringenda, quatenus subiecta materia patitur, & ei accommodantur, aut accommodari possunt illa verba. Sicque qualis est natura principatus, talis esse debet illorum verborum, vt cunq; generalium, interpretatio. Principatus autem natura est, meram subditorum non etiam regentium vtilitatem respicere & curare, nec alium scopulum intuetur, aut intueri potest, vt supra attigimus, & plenissime supra cap. i. cum seq. ergo concessio imperij à populo principi facta, vt cunq; verbis generalibus, aut etiã generalissimis fiat, semper tamen sui natura & ex subiecta materia limitata & restricta ac alligata est ad meram ciuium, non etiam ipsius principis vtilitatem: idque tacite actum & exceptum videtur, vt dd. ll. & dd. locis habetur. etenim omnis concessio, quamuis generaliter fiat, aptanda est ad mentem concedentis, vel concedentium, l. si quando. in princ. C. de inoffic. testam. vbi multis iuribus & rationibus id ornauimus, & vani ac male sani capitis esset, non intelligere, quod populus, qui ad meram suam, non etiam principis sui vtilitatem, suam ei potestatem & imperium dedit, id nunquam ei cōcederet, quod damnosum ipsi populo esset: vt sibi enim consuleret, non vt noceret, fecit. Et quod ÷ verborum generalitas aut significatio seu proprietates non tam cōsideranda sit, quàm mens concedentium, eleganter docet Cicero in oratione pro Cecinna, his verbis: Scriptum se qui, calūniatoris est: boni verò iudicis, voluntatem scriptoris, auctoritatemque defendere. quæ lex enim, quod senatusconsultum, quod magistratus edictum, non infirmari aut conuelli potest, si ad verba deflectere voluerimus, cōsiliū autem eorum, qui scripserunt, & rationem & auctoritatem relinquamus: non enim ex verbis pendet ius, sed verba seruiunt hominum consilijs & auctoritatibus, nec verba veniunt in iudicium, sed ea res, cuius causa verba in leges coniecta sunt.

Idem Cicero in eadem oratione pro Cecinna ait: Verba reperta sunt, quæ indicarent, non quæ impedirent nostram voluntatem. facit. l. non aliter, ff. de lega. 3. l. 3. C. de lib. præ.

cum similibus, & licet verba legis generalia restringamus, eius mentem captantes, tam longè abest vt per hoc eam legem violare videamur, quod potius ipsius violatores & fraudatores esse videmur, quando mente relicta verborum generalitatem aut proprietatem obseruamus. l. fraus. ff. de legib. quæ omnia plenissime ornauimus supra c. 25. nume. 5. & in l. si quando, in prin. C. de inoffic. testam. secundum quæ, quod in d. l. i. ff. de const. prin. generaliter traditur, omne principi imperium à populo lege regia datum esse, ex mente ipsorum concedentium coangustatur, restringitur, & limitatur quò ad vtilia tantum, non etiam quò ad contraria. Nam & similiter ÷ in mandato vt cunq; generali eadem restrictio semper intelligitur, vt in c. qui ad agendum, cum ibi plenè not. per Glo. & Doct. de procur. li. 6. & in l. mandato generali. cum ibi not. per Gloss. & Doct. ff. eod. tit. Sicque per solam status mutationem in deterius, tale mandatum videtur reuocatum. l. cum quis. in prin. vbi per Bar. & alios. ff. de solu. quini mō etiam si in deterius mutatus non esset status, sed in æquè bonam vel etiam in meliorem sortem, si tamen procuratoribus conditio ad conueniendum difficilior facta est, per hoc mandatum etiam generale reuocatum, ademptum, vel nunquam datum intelligitur, vt diximus de succ. creat. §. 17. nu. 95. & num. 99. cum præ. & seq. & nu. 94. & in §. 4. nu. 52. sic ergo & mandatum seu imperium à populo principi datum huiusmodi esse intelligitur, vt ad vtilia tantum, non etiam ad contraria porrigatur.

Vnde apparet principis potestatem hac in re parem non esse potestati ipsius populi, sed longè inferiorem. populus enim suis vtilitatibus renunciare & cum eis dispensare, & eas etiam si libitum esset, prodigere liberrimè posset, vt iam docuimus, non secus quàm quisque priuatus in rebus suis. Principi verò populi vtilitatibus renunciare, easve prodigere aut lædere nefas esset, vt ostendimus. Vnde (vt ad propositum reuertamur) si quod damnum ex publicorum honorum, munerum, officiorum venditione contingere posset, aut euenturum verosimile esset, id principi (qui populum tueri, non lædere potest) nefas esset attentare, populo autem non vtiq; propterea quod suas vtilitates ptermittere, lædere, & prodigere potest. Verum quia necessitati & iustæ causæ subueniendum esse omnia iura proclamant, sicq; ex causa fit omnium legum & iurium naturalium, diuinorum & pbsitiuorū transgressio. l. si fideiu. §. si necessaria. ff. qui satis d. cog. vbi multa per la. l. necessarijs. ff. de acquir. hzre. l. si filius qui patri. vbi not. per Sozinum. ff. de vulga. l. vt gradatim. ff. de mune. & hon. id quod plenissime ornauimus supra per omnia ferè huius libri capita. & in præfatione tract. de succ. progressu in princip. Ideo si is princeps à populo non sit satis idoneis re ditibus dota-

3
Mens prenas
ter verbi.

5
Mandati ge
nerale restrin
gitur ex mens
re cōcedentis

4
Verba non in
ficienda, sed
mens.

6
Princeps sus
ficienter à po
pulo dotatus
nihil ultra
exigere potest

tus, itaque ei licitum sit, à ciuibus exigere quod deest ad congruam suam sustentationem, vel ad immensas bellorum impensas, ad urbium munitiones, ad præsidum salaria, ad militum stipendia, & similia, tunc vt per alios modos posset à ciuibus pecunias exigere, ita & per istum posset, qui satis idoneus nobis videtur, & expers molestiarum, quæ ciuibus inferri solent in pecunijs aliter extorquendis & colligendis.

Cæterùm cum princeps idoneos à populo haberet redditus, tunc talia officia vendere tam nefas esset, quàm si reliqui magistratus à populo sufficienter dotati pecunias præterea à ciuibus extorquerent, qui repetundarum tenerentur, vt per totum ff. ad leg. Iul. rep. Quim imò in principe turpius esset eò quod teste & eleganter modulante Iuuenali Satyra 8.

*Omne animi vitium tanto conspectus in se
Crimen habet, quanto maior, qui peccat habetur.*

Et ea propter turpius vitium est in principibus quàm in reliquis, quia populus principum vestigia & mores insequitur, non aliter quàm umbra corpus. Vnde † Claudianus sic cecinit:

*— Nec tam inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis:
Mobile semper mutatur cum principe vulgus,*

Vnde Cicero in epist. fami. ad Lent. Quales (inquit) in republica principes essent, tales reliquos solere esse ciues. Et Iuuenalis Satyra 13. sic cecinit:

*Sic natura iubet velocius & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Cum subeant animos auctoribus, &c.*

Id quod eleganter, vt ad solet, Cicero 3. de legibus depinxit:

Nò tantùm mali est peccare principes (quamquam est magnum per seipsum malum) quantum illud, quod per multi etiam imitatores principum existunt: nam licet videre, quæcunque mutatio morum in principibus extiterit, eadem in populo se exhibet: nobilium enim vita, victuque mutato, mores ciuitatis mutari solent: nec solum vitia concipiunt ipsi principes, sed ea infundunt in ciuitatem. neque obsunt, quòd solum ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt, plusque exemplo, quàm peccato nocent, pauci enim, atque admodum pauci, honore, & gloria amplificati, vel corrumpere mores ciuitatis, vel corrigere possunt.

Sit ergo quòd ad istorum officiorum venditionem triplex conclusio, & inspectio. Nam aut princeps erat à populo sufficienter dotatus aut minus sufficienter, aut dubitatur. Primo casu, talia officia vendere nequit. Secundo casu vendere potest vsque ad repletionem idoneam, & non ultra: atque si quid superest id in vsus publicos conuertendum est. Tertio casu quando dubitatur, sit sufficienter dotatus nec ne, questio facti est, pendetque ex necessitatibus rei-

publicæ, & ex mensura reddituum regalium, & alijs huiuscemodi inspectionibus, quas si mihi retuleris, responsum dabo.

Apparet ergo ex superioribus. an † tueri possit sententia diui Thomæ, vbi supra opusculo 21. ad Ducissam Brabantiz & Caietani in summa verb. venalitas. & Domin. de Soto. lib. 3. de iust. & iu. q. 6. art. 4. qui in hac nostra specie scripserunt talem venditionem à principe posse fieri, non tamen expedire neque decere: id quod reuera admittendum non est, longèque verius est data paritate terminorum, isthæc inter se minimè differre: nam si princeps à populo satis abundè dotatus erat, aut fortè plus satis, tunc non solum talia officia vendere, neque expediret, neque deceret (vt sanctus Thom. & Caie. & Sotus admittunt) verum etiam ea vendere mero iure non liceret, vt supra ostendimus. id quod est contra sententiam ipsorum, qui in eo falluntur, quod existimabant principis tantam esse potestatem, quantam olim populi erat, quod omnino à iure alienum est, vt vltra supra dicta plenissimè disseruimus supra c. 1. cum seq. & c. 19. 20. 21. 22. sed & si verum fuisset (quod verum minimè est aut fuit vnquam) quod populus Romanus lege regia omne suum imperium in principem ita contulisset, quod princeps non solum ad vtilitatem, sed etiam ad populi læsionem ius & potestatem vitæ (quod aiunt) & necis haberet, iux. d. l. i. ff. de const. princip. malè intellectam: adhuc tamen id ius ad reliquos totius orbis principes non porrigeretur, qui ad consulendum duntaxat, non etiam ad nocendum ius & potestatem habere viderentur. Aut & secundò princeps † non erat à populo sufficienter dotatus, & tunc longè diuersum est, nam non solum talia officia vendere posset mero iure (id quod S. Thom. Caie. & Sotus admittunt) sed etiam ea vendere deceret, id quod ipsi non iure negant, quinimò etiam tunc ea vendere expediret, si fortè alius modus colligendarum pecuniarum idoneior aut commodior facilliorve non adesset, id quod ipsi quoque, & non iure negat. Tertius casus principalis est † in ducibus, comitibus, & marchionibus, qui in temporalibus recognoscunt superiorem, quales sunt in regnis Hispanno, Lusitano, Gallicano, Neapolitano & in similibus. & tunc ab eis talium officiorum venditionem fieri non posse, tenet & rectè ipsemet Sotus, vbi supra: motus, quia istis dominis nò incumbit subuenire aut consulere publicis suorum populorum necessitatibus, quæ ratio reuera nulla est, quâ ipse nec probat, nec probare possibile erat. Nam si verum est (vt ipse Sotus ibi adfirmat) eos esse veros suorum populorum dominos (idque nos in præsentiarum nec probamus nec improbamus) illinc planè sequeretur eorum populorum tuitio, defensio, custodia, prouidentia ad eos spectare, non secus quàm ad regem

8
Officia quando
de vendere
nò licet, tunc
nec expedit
nec decet, idè
contra, contra
theologos.

7
Populus imi-
satur princi-
pem.

9
Officia public
ca vendere et
licet & decet
principi, si à
populo erat
insufficienter
dotatus contra
theologos.

10
Officia public
ca an vende-
re possint du-
ces, comites,
& Marchio-
nes.

regalium populorum protectio: sicque utroque casu par ratio esset & consequenter idem ius. l. illud. ff. ad leg. Aquil. quin immò & si tales domini solam iurisdictionem ordinariam habere dicerentur (id quod rarius est & vero proximius) rex autem supremam, adhuc idē esset, nam ad supremum qui de causa appellationis cognoscit, pertinet declarare benè vel malè ab ordinario iudicatum fuisse, & quo casu bene iudicatum fuit, ei executio remittenda est; ita quòd si omnia rectè & ritè fiant ab iudice ordinario, ab eius iurisdictione & imperio nihil omnino eximitur. l. eos, in principio ibi not. per Glo. & Doct. C. de appel. ergo cum publicis necessitatibus consulere, providere, & subuenire boni principis, aut boni magistratus sit, superest, ut ad tales necessitates subueniendas ordinarius magistratus possit talia officia vendere, quum quandoquidem omnia ea facere potest & debet, quæ ad bonam spectant gubernationem providentiamque eorum civium, adeo ut † pro ipsorum tutela etiam vitæ periculum subire (si opus fuerit) teneatur, nedum curam & diligentiam adhibere, ut ex communi & vera opinione resoluit Hieronymus Cagnolus in l. culpa caret, per tex. ibi. ff. de reg. iu. Felin. in c. quanto. post Glo. ibi, de offi. delega. Idem Felin. in c. 1. colum. 2. eod. titu. Cinus, Barthol. & Bald. in l. 2. ff. de noxal. Phil. Decius in d. l. culpa caret. adeò ut tales domini terrarum secundum opinionem Theolog. (teste Cagnolo, vbi supra. num. 5 & 6.) teneantur ad restitutionem, si non obstiterint damnis, aut periculis populo imminentibus. Quid dicendum? & sanè huiuscemodi quæstio non tam iuris, quam facti est, pendet enim illinc, utrùm istis nobilibus incumbat ex sui principis vel populi concessione ius & potestas non solum iuris dicendi, sed etiam gubernandi, & etiam illinc, utrùm plenam gubernandi habeant potestatem, an coangustatam, veluti si grauiora fortè referuata sunt regi aut populo, nam si plenam haberent tam iurisdicendi quàm gubernandi facultatem. hoc vno excepto quod vltima appellatio ad principem referuata esset, tunc in ipsis idem ferè respondendum esset, quod in principe responsum fuit, ut si ipsi non essent satis abundè à ciuibus dotati ad publicas huiuscemodi necessitates subueniendas, tunc ex talium officiorum venditione pollent pecunias colligere, non secus quàm alijs quibuslibet idoneis modis, dummodo in publicum bonum ex pecuniæ conuerteterentur, nam eas sibi (etiam si minus sufficienter, aut minus idoneis redditibus à ciuibus dotatus esset) assumere non liceret, & sibi imputandum, qui tale onus gubernandi assumpsisset illo stipendio conductus. l. nec emere, de iure delib. l. sicut ab initio. C. de act. & obliga. præsertim, si in manu eius est illud missum facere, ut plerumque est, quod si etiam ad eas publicas ne-

cessitates satis idoneis redditibus dotatus esset, tunc nec talia officia vendere, nec per alium modum pecunias à ciuibus colligere posset. Ceterum si gubernandi onus ad eum non spectabat, vel is casus aut necessitas, de qua agebatur, ad eius curam non spectabat, tunc ad eam necessitatem subueniendam talia officia vendere non posset, non magis quàm aliud pecuniarum colligendarum genus exercere.

Denique † in quibus casibus huiusmodi officia, (siue illa fortè sint scriptoriz siue pratoriz) diximus posse vendi, id saltem in pratorijs sub duobus demum temperamentis admittendum esset. Primum, ut emptor non admitteretur, nisi per examē hac de re factū, vel aliunde verosimiliter appareret idoneus ad talem honorem gerendum, munusque illud exercendum: sicque nec turpem aut vilissimum admitterem etiam peritum, nec honestum virum si imperitus aut aliàs minus idoneus esset. Alterum est, ut tales venditiones, hoc est, militiz vel officia nec essent ad hæredes transmissibiles, nec etiam inter viuos alienabiles, nisi fortè sub eodem examine si appareret, idoneus is in quem fieret talis inter viuos, vel in vltima voluntate translatio, quod vltimum in specie tenet ipse Dominicus Sotus, vbi supra. Istorum ratio ea est, quia ad tales pratorias & magistratus eligitur industria personæ. l. inter artifices. ff. de solu. authent. ut iudices sine quoquo suffra. per totum, adeò ut non sufficiat, aut vix sufficiat, idoneum, aut dignum eligere, si quidem magis idoneus, aut dignior in promptu est, ut tenere videntur, aut saltem sentire Dominicus Sotus, vbi supra, sanctus Thom. opusculo 21. ad Ducifam Brab. Caietanus in d. summa verb. venalitas. ita tamen ut ille † demum idoneus existimetur, in quo sit concursus duorum, primum probitatis, alterum peritiz & dexteritatis: quod vltimum Sotus, vbi supra, ita depinxit, Non solum (inquit) præter morum honestatem, scientia, prudentia, solertia, atque in primis animi robur necessaria sunt ei, qui testurus est iudex, verum etiam expedit nonnunquam eum, qui non est tam ornatis moribus alteri, qui illis abundat, ante ferri propter alias dotes, quibus præditus est ad regendum accommodas. Simillimum est, † quod in conferendis ecclesiasticis dignitatibus aut beneficijs eadem omnino (atque id exactius) consideranda sunt, adeo ut dignum eligere non sufficiat, si dignior in promptu est, quod tamen ita accipiendum est, ut digni electio, & si dignior sit prætermisus, valere non desinat mero iure, peccat tamen elector, qui dignioris conscius erat. Hæc videtur esse communis opin. tam Theolog. quàm Iuriconsultorum, ut per egregium Dominicum Sotum lib. 3. de iustit. & iu. q. 6. art. 2. sanctus Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. idem S. Thom. in quolib. q. 6. & rursus quæst. 8. Alex. de Alef. par. secunda, quæst. 136. mem-

11
Magistratus
cives tueri te-
netur.

12
Officia publi-
ca vendita
an transeant
ad successo-
res.

13
Dignus ad offi-
cia publica
quis intelliga-
tur.

14
Officia publi-
ca et digni-
tates non di-
gnis sed di-
gioribus
danda.

membro 2. Nicolaus de lira super Ioan. 21. Henricus & Goffredus in suis quodlib. Hadrianus postea summus Pontifex in materia restitutionis. & Mairo. in 4. distinctio. vigesima quarta quæst. octava, & quæst. nona. Facit, nam forma electiõis hæc est, † Dilectissime, & si es hodie, cras non eris, per patrem & filium & spiritum sanctum adiuramus te, & in virtute conscientia, & sub periculo animæ tuæ dic nobis quis vtilior videatur. Perpende, non dixit, quis vtilis, sed quis vtilior. ita habetur in c. cõstitutus. 2. de appel. tradunt Hostiens. Anto. Butrius, Abbas Siculus, & alij communiter relati per Nicolaum Boerium decisio. i. nume. 32. vers. & debet talis adiuratio. Hanc receptionem sententiam (non paucis tamen repugnãtibus ac contententibus dignum eligere sat esse) egregia ac naturali ratione tuetur ipse Dominicus Sotus, nã inquit, Antistites (iuxta illud Domini, Gratis accepistis, gratis date) tenentur gratis conferre beneficia. Nec dubium est, quin † is qui meliorem posthabito, quem in promptu habebat, beneficium confert minus digno, is gratis non dat, quia species lucri est de alieno largiri, & beneficij debitorem sibi acquirere, adeo vt tale lucrum ita turpe reputeretur quod furto an numeratur. textus egregius in l. si pignore, in princip. ff. de furtis. nec expedit dubitari quin verosimilior nullũ aliũ animũ quàm istiusmodi lucri faciendi habere possit, aut videatur antistes, qui meliorem posthabito, minus digno tale confert beneficium. gratiam enim aut gratũ ne dicã indebitum donum ei dare valuit de alieno, quod magis istius doni aut beneficij eum debitorem sibi faceret & obstringeret, id quod nõ solum lucri, sed etiã furti species esse intelligitur, vt d. l. si pignore. cui adde impietatis quoque vitium esse, peccat enim contra iustitiam distributivam edocentem pro meritis virtutum tales honores esse deputatos, & esse conferendos. Vnde iniquitas non in eo duntaxat est, quod præmio & emolumento digni or ille defraudatur, sed etiam in eo impietas est, quod eius honor & decus læditur: etenim secundum mores hominum, iuxta modum aut mensuram dignitatum, quibus decoratus est, aut honorum quos gerit vnusquisque, vulgo magis aut minus dignus iudicatur. Vnde fieri non potest, quin princeps si posthabito digniore minus digno isthæc conferat, digniorem illum non solum debito præmio & emolumento defraudare, sed etiam eius decus & honorem lædere intelligatur. Facitque præterea contra iustitiam commutativam, quæ suadet tutorum aut administratorum custodumque non mediocrem tantum, sed etiam optimum Reipublicæ accommodandum esse, si is vel in promptu sit, vel rationabili diligentia reperiri potest, cuius contrarium reipublicæ noxium vehementer est: Quæ omnes rationes, quas commemorati patres lu-

culenter ecclesiasticis accommodare videntur, profanis verò non ita apertè, dubium non est quin ad sæcularia quoque pertineant, præsertim cum omnis principatus meram ciuium, non etiam regentium vtilitatem intueatur, vt cap. superiore fuse ostendimus. Sicque etiam in sæcularibus officijs & dignitatibus conferendis tenendum est, non sufficere eligere dignum, quoties dignior in promptu est. intellige non sufficere quin peccet elector, sufficit tamen quod ad hoc vt valeat mero iure collectio aut electio, vt supra ostendimus.

Stat ergo ex superioribus officia publica etiam ob publicam necessitatem vendi non posse, si habeant iurisdictionem: nisi idoneis ad eam iurisdictionem exercendam hoc primo. Item vendi ita non posse, vt transeant ad hæredes, aut etiam inter vivos possint alienari, id quod nominatim tenet Dominicus Sotus d. art. 4. ad finem. Quod nos sub hoc temperamento admittimus, vt † procedat quandiu nõ constet illum successorem esse idoneum. Ceterum postquam id constiterit, vel si id constaret, talem translationem admittere fas esset. Mouetur doctif. Sotus eo quod munus eligendi senatores ad regis electionem pertinet, quod munus ei ademptum videretur, si tales alienationes essent transitoria ad successores vniuersales, vel singulares ementis, quæ ratio (iudice me) debilis est, Omnia enim cõsentur permissa, quæ nõ reperiuntur expressim prohibita. l. nec nõ. §. quod eis. ff. ex quib. cau. maio. l. super statuas. C. de religiof. nec alibi reperio id prohibitum esse aut vnquam fuisse, & cũ nisi ob publicam vtilitatem tales alienationes fieri non posse duxerimus, si id fieri publicè vtile sit, iam eo ipso permissum videbitur: quod obtineret, quando in toto regno esset ea necessitas, & sic in toto regno talis alienatio fieret. Deinde procedit etiam si in vno populo ea necessitas vigeret, tunc enim ad salutem & tutelã illius populi id fieri liceret, si rex, vt dixi, non haberet aliunde, vnde id faceret. nec adesse alius modus commodior colligendarum hanc ad rem pecuniarum. Ceterum si communis esset necessitas aut periculũ omnium populorum regni, aut quorundam, tunc ad omnium populorum tutela non liceret tales magistratus cum clausula, vt ad hæredes transirent ementis, vel vt transirent ad eorum singulares successores, vendere. nam iure naturali incommoda cuiusque rei iactura, damna aut impensa ipsius, non etiam alterius reparanda sunt. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. Sicque impium & iniurium esset, vt omnium populorum periculũ damno vnus aut alterius populi repararetur, præsertim si tale damnum & alienatio esset æterna, & sic irreparabilis, vt in capitibus præcedentibus plenè attigimus, & aliquid infra lib. seq. in præscriptionis materia par. 1.

Deni-

15
Electiõis forma.

16
Eligens dignum omisso digniore bñ peccat.

17
Officia publica vendi posse ita vt transeant ad successores, contra Sotum.

18
Populorum
alienationes
necessitatis
causa an per-
petuo fieri li-
ceat.

Denique ex sententia ipsius Domini vide-
tur eas populorum seu oppidorum alienationes
perpetuas, quas reges nostri quotidie faci-
unt, licitas non esse, quum temporaliter tan-
tum, hoc est, ad vitam duntaxat emptoris, eas fie-
ri liceret, ipse scripserit, cuius verba ita habet
hoc autem (inquit) est hic apprimè conside-
randum, quod & si necessitas legis nescia
principem quandoque compulerit huiusmo-
di loca deuenire, emptores tamen, neque vl-
lus alius, vendendi ius habent, esset. n. hoc sena-
torum eligendi munus usurpare, quod rex ne-
mini committit, quæ ratio re vera nulla est,
nam illa verba, quod res id nemini commit-
tat, non tam potentiam quàm consuetudi-
nem aut usum regis denotant, at de illo sanè
quæstio erat, an rex id facere posset, non an so-
leret. Sed & ipsa conclusio non minus suspec-
ta est, Nam cessante publica necessitate, ta-
lia officia oppidorum, aut etiam oppida ipsa
vendere nefas est: eadem autem urgente lici-
tum est, ut iam ostendimus. Et quamuis mo-
deratius, temperantius & commodius sit ea
oppida vendere, vel eorum officia publica seu
magistratus, non in æternum, sed ad vitam dun-
taxat ementis, aut ad breuius etiam tempus, si
fieri posset, tamen si id commodè fieri non
posset, vel quod sic non inuenitur emptor, vel
minus pecuniarum sic colligeretur, quàm
ad præsentem eandemque urgentem neces-
sitate opus erat, tunc etiam talem venditio-
ne fieri perpetuo fas esset, per iura & rationes
iam relatas, cum moderamine, de quo supra:
ut si communis necessitas erat communi iac-
tura & æqua pportionabiliter repararetur: sin
autè vnus tantum populi periculum imminabat,
tunc illius tantum iactura aut impensa id fiat,
nisi forte vnus populus ab hoste propter totum
regnum adortus fuerat, tunc. n. quasi res totius
regni ageretur (præsertim si periculum erat,
ne capto illo oppido, reliqua quoque regni op-
pida hostis adortiretur) omnium populorum iac-
tura & impensa ea res reparanda esset. Quasi
ià cõis causa ageretur, ut tñ si tuc aliq. oppidum
alienaretur, postea cõibus expensis redimatur,
ne aliàs vnus tantum populi iactura cõis cau-
sa iniquè reparata videretur. Cõstat. n. † apud
nos Hispanos ingentè esse læsionem eorum ciui-
um, quorum oppidum alienatur, non solùm eo
nomine q. ignominiosum sit in dominium
vel subiectione inferioris à rege transire ciues
ut dixi supra in præfatio. sed è eo nomine q.
oppidorum fiscalienatorum prædia, campi, domus,
& similia cõtinuò redduntur longè vilioris va-
loris & æstimationis. Tam ergo dubitari non
oportet quin alienationes talium officiorum,
aut etiam ipsorum oppidorum à rege fieri ex
necessaria causa fas sit, etiam in æternum, præ-
sertim si sibi referuet supremam iurisdic-
tionem, & in eo tantum quæstio erit, quando ea
necessaria causa urgeat, aut urgere videatur, id
quod ex superioribus expendendum est.

19
Populorum à
rege alienato-
rum duplex
lesio.

Subdit † Doctissimus Sotus, vbi supra, se-
quentia verba, quod si quis (inquit) à rege fa-
cultatem suam locum transferendi impetra-
uerit, non explicando venditionem, arbitror
sic peccare vendendo, ut ad restitutionem pre-
tij teneatur, quia nemini fas est vendere, nisi
regi. Quæ ratio suspecta est, nam qua ex causa
primæua principis concessio iustificari potest,
eadem ex causa sequens translatio potuit iu-
stificari, ut supra ostendimus, & hanc ad rem
princeps à reliquis magistratibus. nihil differt,
quinimò cum tales alienationes plerumque
necessariæ sint, ipsi principi magis interdictæ vi-
dentur, quàm reliquis. sicque non est verum
quod nemini fas sit vendere, nisi regi, quini-
mò regi, cessante necessitate, magis nefandum
esset quàm reliquis, ipsa autem urgente (se-
cundum superiorem declarationem) & ipsi &
reliquis idque facilius fas esset.

20
Populum à
principe ha-
bitum qui alie-
nare potest,
& vendere
potest, contra
Sotum.

Subdit Doctissimus Sotus hæc verba, vbi
autem (inquit) rex eadem largiretur facultate-
m, cessaret restitutionis obligatio, non ta-
men ratio peccati, postquam venditio non fit
in bonum publicum. Sed re vera isthæc omnia
suspecta sunt, nam aut rex licita ex causa id
permittit, aut ex causa minus licita. Priore ca-
su, sequuta venditione, non solum cessat resti-
tutionis obligatio, sed etiam peccatum om-
nino cessat. Posteriore autem casu, non solum
peccatum adest, sed etiam præcisè obligatio
restitutionis, ut patet per omnes titulos ff. C.
& Institu. de lege Aquis. c. non dimittitur. de
reg. iur. in lib. 6.

21
Populo male
alienato ad-
est peccatum
& restituen-
di obligatio,
contra Sotum.

Quod ad quartum principalem articulum,
vtrum † defensores aut decuriones ciuitatum
taliam officia vendere possint, Doctissimus Do-
minicus, vbi supra, tenet quod non, quod ve-
rum est in plerisque Hispaniarum oppidis,
quia eorum iurisdic-
tio aut administratio ad
hanc rem sese non extendit, sed vbi hanc ad
rem eorum potestas sese extenderet, ibi id fieri
ob utilitatem publicam liceret, non aliàs.

22
Magistratus
an populum
vendere pos-
sit.

Eandem regulam † negatiuam tradit idem
Sotus in episcopis, & reliquis ecclesiasticis
magistratibus, cuius rei veritas ex facto pen-
det, hoc est, ab institutione eorum officiorum,
de quorum venditione agitur, secundum su-
periores rationes & distinctiones.

23
Episcopus an
populum ven-
dere possit.

SYMMARIUM.

1. Leges an mero iure obligare incipiant ante earum promulgationem, et quæst.
2. Leges declaratorie respiciunt etiam præterita, & obligant ante sui promulgationem.
3. Lex noua ante sui promulgationem non ligat etiam scientes, contra Sotum.
4. Leges nouæ noxiæ sunt.
5. Lex contractus est, & contractus lex est.
6. Lex & mandatum aquantur in obligando.
7. Leges ante sui promulgationem non ligant etiam quò

quò ad contractus infirmandas, contra Doctores.

- 8 Matrimonium non infirmat lex noua ante promulgationem.
- 9 Lex noua priuilegiarum reuocatoria non ligat ante sui promulgationem.
- 10 Ius naturale obligat nos sine promulgatione, secus in iure diuino positiuo.
- 11 Leges post promulgationem an teneant inculpabiliter ignorantes?

CAPVT XL.



ENTESIMO trigesimo nonò colligitur ex nostra principali conclusione, quid respondendū in illo egregio articulo, an † leges incipiant obligare saltem mero iure simul ac lata fuerint etiam ante sui promulgationem, an verò demū postquā promulgatae sint? Qua in re receptor opinio esse videtur, nō solum ad culpam, vel ad pœnam, ante sui promulgationem non obligare, sed nec etiam mero iure. Ita tenent communiter Doct. per tex. ibi. in auth. vt factæ nouæ constitutiones. in princi. Communiter Doctores per tex. ibi in l. leges sacratissimæ. C. de legib. Communiter Doct. in c. ad hæc, per tex. ibi, de postul. præl. Communiter Doctores per tex. ibi, in c. cognoscentes, de consti. vbi plenè per Panormi. post Anto. Butri. Ioannem Imol. & alios. Baldus plenè in d. l. leges. & hanc esse vtriusque Iuris professorum receptam sententiam agnoscit doctissimus Theologorū Dominicus Sotus lib. 1. de iust. & iure. q. 1. arti. 4. tenet summus Theologus Alfonso de Castr. de potesta. legis pœnalis. c. 1. ad finem. vers. additur deinde, qui sic ait, Tanta est in statuenda lege publicationis necessitas, vt Deus ipse, cui rerum est summa potestas, non possit lege positiuā ab eo data citra eius publicationem aliquem ad ipsius obseruationem obligare. idem tenent diuus Hieronymus & S. Ambrosius, & S. Augustinus, quos ipse allegat.

Contrariam tamen partem nouissimè tenet nostræ tempestatis Theologorum doctissimus Dominicus de Soto lib. 1. q. 1. art. 4. de iust. & iure, qui contendit simul ac quæque lex lata est, statim ligare mero iure ciues, licet ad culpam, aut ad pœnam minimè obliget ignorantes ignorantia tolerabili, aut inuincibili. motus, quia inquit, lex est commune præceptum. l. 1. ff. de legibus. sicque omnes ciues obligat, nullo dempro, nullaq; habita distinctione inter scientes & ignorantes, & quia simul ac me (inquit) aliquis certiore fecit de lege, lata statim obligor ab ea aut constringor, & tamen nuntius ille non me obligauit, sed lex antea lata, ergo antea eram obligatus, etiam dum legem latā ignorabam. Sed cum ab apertis vtriusque iuris definitionibus supra relatis recedere nefas sit, (vt interim præ-

termittam auctoritatem nostrorum communivoto in idem cōsentientium) in eo tantum quæstio supererit quemadmodum ab his difficultatibus enodare nos possimus. Et sanè quod vno tempore fiat dispositio, & in aliud tēpus effectus eius conferatur, nec nouū nec mirum est. l. 1. quod sponsæ. C. de dona. ante nup. l. in tēpus. ff. de hæc. inst. sicq; hodie si fit lex, eius tamen effectus ex sui met natura confertur in tempus, quo quisque ciuium legis notitiam habere cœpit, vel habere debeat, aut præsumebatur, quod est postquam præterijt tempus hanc ad rem à legislatore definitum. In regionum † enim plerisque mos esse solet, vt cum leges publicantur, tempus certum definiatur, à quo in posterum & non antea obligare incipiant. sicque antea ciues ea lege minimè constringuntur, nisi fortè fiat lex declaratoria iuris iam statuti & recepti, in qua plerunque nominatim solet declarari, vt præterita quoque comprehendat & etiam præsentia, cuius rei ratio est, quod & si regulariter legis natura sit futuris, non etiam præteritis dare formam negocijs: vt dd. iuribus. tamen. fallit in legibus declaratorijs, quia qui declarat nihil denuo agit, sed quod actū iam erat detegit, non aliter atque si spicas excusseris frumenti, granaq; antea occulta exinde profiluerint apparereq; cœperint, quo casu nihil granorum te fecisse verum est, sed ea tantum quæ ibi inerant detegisse. l. adeo. §. cū quis ex aliena. ff. de acq. rerum dom. iuncta l. hæredes palam. §. 1. ff. de testamen. facit. duo sunt Titij. ff. de testamen. tut. sic ergo & in specie nostra, & si regulariter futura negocia leges intueantur, non etiam præterita, tamen cum sint non tam noui iuris inductoria quàm declaratoria etiam præterita comprehendere possunt. Exempli gratia, in iure ingens quæstio erat in successione maioratus, vt r̄m filius secundò genitus præferretur nepoti ex primogenito præmortuo, an contra. definiuit Taurina lex 40. nepotem præferendum patruo suo, ea lex quasi non tam noui iuris inductoria, quàm declaratoria tantum facile potuit præteritos ad casus retrahi. sicque simul atque lata esset, etiam ignorantes ciues comprehendere. non sic † si noui iuris inductoria esset, tunc enim nec ad præterita regulariter referenda esset, nec in futurū antea obligare inciperet quàm ad ciuiū notitiā vel perueniret vel peruenire deberet, aut præsumeretur: q. est post præteritū tempus à legislatore definitum, quod definire & solet & expedit secundum distantiam locorum, intra quod tempus illius legis notitiam habentes non magis (vt arbitror) legi obstringuntur quàm reliqui, qui ipsius notitiam nullam habent. arg. d. l. 1. d. l. quod sponsæ. d. l. in tempus. quamuis contrarium & minus rectè (iudice me) tenuerit Sotus, vbi supra. Moueor per dd. leges, & rationes. sic enim parius inter conciuēs seruatur, quod & æquissimum

1
Leges an mero iure obligare incipiant ante earū promulgationē; ard. quæst.

2
Leges declaratorie respiciunt etiam præterita, & obligant ante sui promulgationem.

3
Lex noua ante sui promulgationem non ligat etiā scientes, contra Sotum.

num est iustitiz rectz que rationi. & iuris prudentię consentaneum. l. cum oportet, in prin. C. de bon. quz libro. l. illam. C. de coll. l. illud. eod. ti. cū simil. Quid enim si iussit lex equos, aut arva, mancipia, frumenta, pecudes extra fines regni nō vendere, semestriq; tēpore pręterito voluit ciues obligari, certē per iniquū, & societati populari aduersum esset, vt qui statim illius legis notitiam habuerint, ea illicō obstringerentur, reliqui verō longē postea. sic que isti illicō inciperent carere emolumento, quod ex talibus mercimonijs capiebant, reliqui verō conciuēs huius rei ignari non carerent, vt interim omittam rationi & iuri esse aduersum, pugnans, contrarium vt scientes aut diligentes. sic que legis prioris notitiam habentes, per hoc sint deterioris conditionis quā reliqui, qui ipsius notitiam per imperitiam, aut socordiam, vel ignauiam non habebant: arg. d. l. leges sacratissimz, cum ibi not. C. de legi. l. 2. ff. de orig. iuris. ibi, turpe est viro patritio ius in quo versatur ignorare. Hactenus quando lex fuit prohibitoria. Quid si esset imperatrix? puta, iussit vt post semestre tēpus nemini liceret syluam suam, aut montes suos stirpitū cędere, aut eradicare, quo magis prouincia lignis abundaret: quod obseruari ab omnibus post pręteritum semestre tempus iussit: & tunc iisdem iuribus & rationibus dicendum est, ante illud tempus scientes ea lege non teneri, non magis quām ignorantes, postea verō omnes ex æquo teneri. Quod que si lex esset permissoria? idem foret, puta erat prohibitum, ne quis vendere mancipia, aut colonos etiam suorum agrorū, neue renuntiaret paternę hęreditati futurę, neue vxori donaret, neue filio famili. mutuū daret, neue vxor dotis fideiussorem acciperet, aut fundum dotalem maritus alienaret & similia, de quibus de Bartolum in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. nunc fit noua lex disponens isthęc omnia permitti post semestre tempus, certē tunc etiam is, qui statim illius legis notitiam haberet, non gauderet tali permissioe ante illud tempus, postea tam ipse quā etiam illi gauderent, qui eam legem ignorarent. Quid si ea lex esset punitiua, quia disposuit sic? Qui damnū iniuria dederit, aut furtum fecerit, aut vulnerauerit, falsū mē commiserit, abhinc post pręteritum tempus semestre duplicatam pœnam subeat, quā antea solebat imponi. & adhuc idem erit, nam taliter delinquentes intra illud tempus pœnam tantum simplicem, non etiam illam duplicatam subirent, etiam si illius legis nouę notitiam haberent, post pręteritum verō illud tempus eam duplicatam pœnam subirent, non solum scientes, verū etiam illius legis ignari, per eadem iura & rationes. Quę omnia obtinere intelligo, etiam si expressum esset à legislatore id tempus statui vt ad omnium ciuium notitiam ea lex perueniret, adhuc enim interea il-

lius legis conscij ea lege non obstringerentur, non magis quām ignari: sed demum postea & tunc tam conscij quā ignari: cū quia prohibita ad tempus, post tempus censentur permissa, & ecōtra post tēpus prohibita, intra tempus non disponunt. leg. cum prętor. ff. de iudic. dicta leg. in tempus. dicta l. quod sponsa. cum plenē notat. per Doctores in dictis locis. tum etiam quia legis virtus in quatuor concluditur, in imperando, vetando, permitendo, & puniendo. leg. legis virtus. ff. de legibus. & in omnibus his speciebus (vt constat ex exemplis iam relatis) planē edocti sumus, inciuile, iniurium, iniquum que fore, si intra tempus à legislatore definitum ea noua lege tenerentur scientes magis quām ignorantes, post tempus verō vtrosque teneri ius esse, nisi fortē etiam post tempus tam iusta & inuincibilis esset alicuius ignorantia, vt ei quasi restitutionis, aut abolitionis, indulgētiz ue beneficij principes vellet subuenire: argumen. per totum. ff. de aboli. l. prima. ff. de constitu. prin. in fine. §. sed & quod principi. Instituit. de iur. natu. Tenendo nostras & receptas sententias nihil ad rem pertinet, quod leges factę intelligantur ad bonum cōmune, leg. i. ff. de legibus. c. erit autem lex. quarta distinc. sic que videatur debere ligare etiam ante tempus in eis definitum eos, qui earum notitiam habuerint. Nam respondeo animum legislatoris talem esse videri, quale eius verba indicant. l. Labeo. ff. de supel. lega. verba autem eius significant post tempus non antea eas leges debere subditos ligare, ergo & talem fuisse animum credēdum est, qui nimō intelligendum etiam eam nouam legem, post illud demum tempus à legislatore definitū, & nō antea vtilem esse videri reipublicę? ideoq; etiam mentaliter antea non obligare etiam scientes, non magis quām ignorantes, pręsertim † cum nouas leges ferre non tam laudabile quā reprehensibile prudentioribus semper visum fuerit, teste Thucidide, qui ex prudentissimi Cleonis Atheniensis oratione sic scripsit, Melius (inquit) agitur cum republica, quę malis moribus constanter vititur, quā cum ea quę bonis, sed inconstanter. Denique † lex ciues obligat, non secus quā contractus quidam, ideo lex & appellatur, & est contractus quidam. leg. prima. ff. de legibus verb. communis Reipublicę sponso (hoc est promissio, vt §. primo. Instit. de verb. oblig.) & contractus lex quoque appellatur. l. legem quam. C. de pact. l. contractus. ff. de reg. iur. leg. prima. §. si conuenerit. ff. de pos. dixi plenē de succ. progressu in pręf. ad princi. vnde vt si tecum facerem contractum, ita post tempus obligemur inuicem, antea minimē teneremur, vt iam ostendimus, ita & per legē ita factā antea non obligamur. Nec ad rem pertinet, quod legem possumus ignorare, contractum autem nostrum non videamus posse ignorare, nam imō possumus.

4
Leges nouę
noxie sunt.

5
Lex contra-
ctus est, et cō-
tractum lex
est.

6
Lex et man-
datum equā-
tur in obli-
gando.

6
Lex & mandatum equatur in obligando.

mus. Quid enim † si per seruum aut filium institorem, aut per mandatarium, aut per procuratorem generalem obligemur, vt per totos titulos ff. & C. & Instit. de instit. act. & ff. & C. & Instit. quod cum eo, cum simi. & de procur. & mand. nonne possumus ignorare contractus, & nihilominus obligamur? dicit quis iam eo ipso quod mandatum dedisti, scire videris quod vel huic futuro euetui & periculo te committere vis. sed replicabo, eo ipso quod sub principe vel republica viuere volumus, videmur velle nos eis mandatum ad tales leges ferendas dare. l. i. ff. de const. princ. d. §. sed & quod principi. Instit. de iure nat. idq; mandatum nostrum nostraque commissio nos obligat, sponteque nostra legibus etiam pœnalibus. idè dicimur obligari. l. Imperatores, ff. de iure fisci. ibi, tu te huic pœna subdidisti. l. fin. C. ad leg. Iul. maiest. ergo vt si procurator meus (iuxta formam mandati, vel non egressus formam mandati) me post tempus & non antea obligatum voluit. tunc demum & non antea obligabor: Ita & legislator si me post tempus, & non antea obligatum voluit, tunc demum & non antea tenebor. Verùm vt si procurator habens ad hoc mandatum me purè obligatum, & statim voluit, statim etiam ignorans obligabor. Ita & legislator si me statim obligatum voluit, statim etiam ignorans nedum sciens tenebor, dummodò is non egrediatur terminos mandati, hoc est, imperij & iurisdictionis sibi datæ. Terminus autem mandati & imperij sibi commissi is esse videtur, vt pro fit, non vt obsit, vt supra cap. præc. & plenius supra capit. primo cum seq. in nostra princ. concl. differuimus. ergo si is vellet vt leges noui iuris inductiuè præsertim pœnales obligarent ignorantes, planè terminos mandati & imperij sibi commissi videretur egredi. Cæterùm si vellet vt leges nouè iuris tamen veteris declaratoriz etiam ignorantes obligarent, nihil iniurium aut noxium fecisse videretur, sicque terminos imperij sibi commissi minimè videretur egredi, secundum quod supra exposuimus: quæ omnia nota, quia nullus vnquam, in cuius scripta incidere, ita attingit, nec etiam proximè accessit.

7
Leges ante sui promulgationem non ligant etiã quoad contractus infirmandos, contra Doct.

Ex superioribus apparebit, an vera † sit sententia Panor. in d. c. cognoscentes, & Domin. de Soto, vbi supra, existimantium legem regulariter obligare, vel valere statim etiam quod ad ignorantes, & ante sui promulgationem quod ad inualidandos vel rescindendos contractus, vnde verosimiliter responsuros credendum est (id quod in simili etiam responderunt) quod si lex à rege nostræ fieret ita, Nō valeat vllus contractus sine insinuatione. aut non valeat mulieris contractus sine interuentu duorum consanguineorum. aut non valeat contractus adultorum ipso iure curatore carentium. aut non valeat contractus vxoris in-

scio marito initus: tales leges & similes etiam ante sui promulgationem tenerent ciues, & consequenter & statim, & etiam ab ignorantibus initos contractus infirmos redderent: quæ omnia & similia omnino repudianda sunt, Primùm quod aperte noxia essent, & consequenter egredi viderentur terminos mandati & imperij principi à populo commissi. Deinde quia cōtra naturam legum nouarum regulariter est præterita intueri, sed tantum futuris dare formam negotijs. at in matrimonij † contractu, quia postquam semel celebratus est, non potest sine læsione alterius vel fortè vtriusque dissolui. Bene agnoscit ipse Sotus, vbi supra, talem legem à Pontifice, vel à Concilio etiam latam non ligare, nisi post tempus promulgationis, qui etiam agnoscit, leges † nouas priuilegiorum reuocatorias nō ligare, nisi demum à tempore promulgationis, hoc est, post tēpus à legislatore definitū, quale esset (inquit) dum indulgentiz reuocantur, aut suspenduntur, tunc enim in suobore permanet, donec in metropoli vel in ecclesia cathedrali reuocatoria, aut suspensiuæ lex publicatur, cuius sententiam sequor, ex qua apparet veluti ex sua ipsius confessione quàm longè ipse & Panormi. errauerint in superiore opinione, quam improbauimus. nam si lex noua priuilegiorum reuocatoria non obligat, aut producit effectum, nisi demum post tempus à legislatore definitum, præteritum, vt ipse fateretur, multò minus producet effectum ante illud tempus lex noua, quæ à iure communi concessa immutauerit, cum priuilegia longè facilius tollantur, quàm ea quæ competunt de iure communi. l. eius militis. §. militia missus. ff. de mili. testam. Nec dubium est, quin quilibet lex noua, quæ declaratoria non sit, sed noui iuris inductiuæ, necesse sit, vt à iure vetere aliqua ex parte recedat, aliàs nihil ageret. l. ius ciuile, cum ibi not. ff. de iust. & iure. quod si declaratiua tantum sit, tunc nihil denuo induceret. sicque statim ligaret etiam ignorantes, vt in exemplo maioratus, de quo meminimus supra, cū similibus. Lex † autè diuina simul & naturalis ante vllam, vel sine vlla promulgatione idè obligat nos, quia eam omnis homo sine vllò doctore natura ipsa edoctus est, secundum eundem Sotum, quod & docemur à lege prima. ff. de iust. & iu. & in prin. Inst. de iure nat. lex diuina positiua demum post promulgationem obligat nos, secundum eundem Sotum, qualis est lex diuina ceremonialis, sicque ipsi rursus aduersari ipse Sotus videtur, nam si lex diuina positiua ante sui promulgationem non obligat, quando minus obligabit lex positiua ab homine lata ante talem promulgationem, & ante tempus quod ad notitiam hominum rationaliter peruenire poterit.

In summa † adèd verum est ante promulgationem non obligare legem illam, q. etiam post

8
Matrimonium non infirmat lex noua ante promulgationem.

9
Lex noua priuilegiorum reuocatoria nō ligat ante sui promulgationem.

10
Ius naturale obligat nos sine promulgatione, secus in iure diuino positiuo.

11
Leges post promulgationem an teneant in culpabiliter ignorantibus.

post præteritum tempus signatum in ipsa legis publicatione, adhuc ignorante inculpabiliter non videatur obligare, vel saltem illius excusatio admitteretur, secundum Panor. in c. cognoscentes, de const. per tex. ibi, & in c. 1. de postul. prælatorum. vbi dicitur, quod talem ignorantiam allegantes, non facillè credendi sunt. ergo credendi sunt, si probandi onus in se susceperint, quod etiam nominatim tenet Alfon. Castr. vbi suprà. & ideo inquit in foro conscientie etiam post præteritum tempus in tali legis publicatione præfixum ea lege non obligantur, qui eam inculpabiliter ignorarunt. quod intelligo quando noui iuris inductoria essent, secus si declaratoria tantum veteris iuris, vt iam edocti sumus.

S V M M A R I V M.

- 1 Princeps an sit legibus solutus, ardua q.
- 2 Lex quando teneat priuilegiatos.
- 3 Princeps legibus subest iure naturali, diuino, & positiuo.
- 4 Intellectus l. 1. ff. de const. prin. & nu. 5. & 6.
- 7 Princeps legibus etiam ciuilibus subest trisariam.
- 8 Princeps in sua causa iudex, & executor.
- 9 Princeps subest legibus ciuilibus quò ad pœnam, & quò ad pœna executionem, vtrunque contra nouiss.
- 10 Princeps subest legi ciuili, licet ea differat à diuina vel naturali, contra nouiss.
- 11 Lex etiam iustos comprehendit.
- 12 Princeps legibus ciuilibus an obligetur? ar. q.
- 13 Obligationes & actiones ciuiles comprehendunt principes.
- 14 Obligatio naturalis non est efficax contra principem Romanum.
- 15 Factum nudum cum principe Romano initum, non est efficax ad agendum contra principem, contra Doctores, nec contra priuatum, contra eosd. Doct.
- 16 Contractus cum principe initus, an remaneat in terminis iuris communis? ar. q.
- 17 Ius commune quid.

C A P V T X L V.



ENTESIMO quadragesimo colligitur ex principali conclusione nostra, & ex his, quæ proximè diximus, An lex ꝑ ipsum principem obliget ante sui promulgationem? Ad cuius cognitionem prius nosse oportet, an princeps legibus subiaceat? postea videbimus quando teneri incipiat. Et quod legibus non subiaceat, videtur primum per l. princeps legibus. ff. de legib. vbi palam statuitur, principem legibus solutum esse. Deinde quia populus omne suum imperium lege regia ei, & in eum contulit. l. 1. ff. de constit. prin. §. sed & quod principi placuit. Instit. de

1 Princeps an sit legibus solutus, ardua q.

iure nat. Qui autem totum dicit, nihil excludit. l. Iulianus. de leg. 3. ergo in omnibus ille à lege exemptus est. Tertio, ꝑ quia leges generaliter etiam disponentes non comprehendunt personas priuilegiatas, si in ea ipsa re vel materia, qua de agitur, reperiuntur habere peculiare priuilegium: vt tenent Bald. per tex. ibi, in l. in fraudem. §. si. ibi, quia generalis erat illa determinatio. ff. de mil. test. Philippus Decius in l. 1. ff. de re. iuris. idem Decius in l. ex testamento. C. vnde liberi. And. Alciatus parad. lib. 4. c. 10. & Andr. Tirac. qui alios allegat de præc. §. 1. glo. 11. & idem Decius in cont. 5. sed princeps in hac materia, qua de agimus, reperitur nominatim priuilegiatus, per d. l. princeps, cum sim. suprà allegatis. ergo non comprehenditur sub legibus quicquam disponentibus, quasi generi per speciem derogetur. l. vxorem. §. felicissimo. ff. de lega. c. generi. de reg. iu. in d. l. cum quæstio. C. de lega. Estque quarta ratio, quæ pro principe vrget. Postremò id apparet ex multis legibus eandem principem à reliquorum hominum ceteru priuilegijs varijs eximentibus. l. omnium. C. de testa. l. ex imperfecto. eo. tit. l. ex imperfecto. ff. de lega. 3. cum mille similibus, quas adduximus de succ. crea. lib. 3. §. 26. per totum.

2 Lex quando teneat priuilegiatos.

Contrariam partem tenet Theologorum disertissimus frater Domi. de Soto libro. 1. de iur. & iu. q. 6. art. 8. motus primùm, ꝑ quia de iure naturali & naturali ratione est, vt Quod quisque iuris in alium statuit, eodem iure vti debeat, vt per titul. ff. quod quisque iuris. sicque iuri naturæ par est & debitum, vt Princeps qui leges fert, eis vtatur, eisque subijciatur. Deinde vrget illud naturale principium simul & iuris diuini, vt Quod tibi non vis, alteri non facias. sicque Quod alteri vis, id tibi quoque velis. Vnde, Qui legem alteri dedit eo ipso eandem sibi dixisse videtur. Vnde pulchrè Ouid. sic modulatur:

3 Princeps legibus subest iure naturali, diuino, & positiuo.

Et caret auxilio, qui non tulit, vrq; reliquit:
Sic linquendus erit, legem sibi dixerat ipse.

Quod exemplo edocemur, quod non solum expressim, sed etiam si tacitè tantum legem diximus alteri, eandem quoque nobis imposuisse videmur, Vnde Plutarchus in Apoph. lib. 4. refert legem à Iulio Cæsare latam de stupratoribus sub certa pœna, quam transgressus fuit adolescens quidam, qui ipsius Cæsaris filiam stuprauit, isque apprehensus iussu Cæsaris, verberibus cum acrius quàm lege cõtinebatur, cæderetur, clamauit, Legem dixisti Cæsar, quo ille audito, ita ingenti mœrore correptus fuit, vt per totum illum diem comedere aut bibere noluerit, adeo se ipse lege, quam dixerat, alligatum intelligebat: vt eam non solum obseruare non secus quàm reliqui teneretur, sed etiam vtrunque transgressor legis insigniter ausus fuisset (vt in hoc exemplo adolescens ille fuit) adhuc idem obseruandum ipse sibi & omnibus persuaferit.

Denique docemur ab ipso iure diuino magis etiam in specie Matthæi 23. ibi, qui dicunt, & non faciunt, qui alijs onera grauiam imponunt, & ea nec digito amouere volunt. Addit ipse Sotus, vbi supra, tertiam egregiam rationem. Nam (inquit) legislator legem ferendo, id opus constituit in certa virtutis specie, quam virtutem ipse princeps insequi non secus quam reliqui populares, quinimmo longè magis quam ipsi tenetur, omnis enim potestas ab ipso Deo optimo maximo est, cui similior tantò magis quis est & esse debet, quantò sublimiori potestate, dignitate, & principatu decoratus est ab ipso, sicque tantò magis omne opus virtutis (quale esse intelligitur id quod ea lege comprehensum est) intueri & insequi debet, vt infra libro 2. disseruimus in materia præscriptionum 1. par. princip. q. 3. & 4. Est & quarta non minus noua, quam egregia ratio. Nam legibus non aliter obligamur, quam ex ipsis contractibus: lex enim nihil aliud est quam cōtractus quidā, & mutua promissio omnium ciuium inter sese. Ideo rogatur lex cum ferenda est, an à ciuibus recipi velit, non secus quam rogantur contrahentes à tabellione, an illi contractui, aut obligationi, qua de agebatur, submittere sese velint. §. lex. Inst. de iure. nat. c. lex. dist. 1. isque est verus sensus ad l. 1. ff. de legibus ibi, communis reipublicæ sponso, hoc est, communis & mutua omnium ciuium inuicem promissio. Est enim sponso firmissima promissio. §. 1. Inst. de ver. oblig. ergo vt princeps contractibus suis & obligatur & submittitur, vt & omnibus notum est, vt in superioribus cap. millies admonuimus, ita & hoc contractu publico, hoc est, lege, aut legislatione obligatur. Quinimmo & erit quinta ratio, longè magis ipse & iustius ac firmius obligatur quam reliqui. Nam quò magis ex puriore consensu cuiusque nascitur aut descendit obligatio, eò magis ac magis ille obstringitur, sicque geminata verba firmius quem obligatum reddunt quam simplicia. §. 1. Inst. de verb. ob. diximus plenissimè de succ. creat. lib. 1. §. 3. num. 13. Vnde fit vt Iureconsultus ad iustificandam pœnam, quæ in terminis l. Imperatores. ff. de iure fisci, reo imponebatur, hanc rationem reddiderit, Tu te (inquit) huic pœnæ subdidisti, & similia verba sunt in l. fin. C. ad legem Iuliam maiest. significantia tantò firmius & iustius quem obligari, quantò ex puriore consensu suo obligatio descendit, nec dubium est, quin ex puriore principis legem ferentis consensu descendat ea lex, quæ ipsemet tulit, quam ex consensu reliquorum ciuium, quorum multi sunt absentes, alij ignorantes, alij fortè renuentes, aut dolentes aut parum eam rem, quæ agebatur, intelligentes. ergo par est tali legi ipsum principem firmius quam reliquos obligari iustiusque, præsertim cum in principe, inconstancia, pœnitentia, variatio turpior sit, quam in reliquis.

princeps enim esse debet sicut polus in cælo, & ei conueniunt maximè illa verba Pilati dicentis, Quod scripsi, scripsi, vt supra ca. primo cum seq. & capit. 20. cum multis seq. in simili scripsimus. Denique princeps non est extra rem publicam, quinimmo est membrum ipsius reipublicæ, puta, caput. sicque secundum Sotum, vbi supra, comprehenditur legibus ipsius reipublicæ, quæ totam rem publicam comprehendunt. sicque inter reliquos magistratus aut appellatione Magistratum ipse princeps continetur, vt docet Nicolaus Boerius de autho. magni concilij, add. 1. mag. dixi supra cap. primo. num. 18.

Iam ergo dubitari non oportet quin princeps non secus quam reliqui, quinimmo firmitus & iustius, quam reliqui legibus à se, vel à republica latis comprehendatur, (præsertim cum ipse non sit lege superior, sed custos, minister, & executor, aut defensor, vt plene supra ca. 1. cum seq.) & in eo tantum quaestio super erit, quemadmodum ab ijs quæ supra in contrarium adduximus, nos enodare possimus: & in primis quod attinet ad d. l. princeps. ea nullum negocium nobis facit, qui de iure communi omnium gentium agimus, non de iure peculiari Romanorum. exulauit enim cæca eorum sententia, qui existimabant ius Romanorum omnium gentium commune esse debere, quasi Romanorum Imperator dominus esset totius mundi, res sanè risu & ludibrio quam longa contentione dignior, vt fusè disseruimus supra c. 19. cum 3. seq. Sic ergo de iure communi omnium gentium princeps non lege superior, sed potius eius minister, custos & executor est, vt iam diximus. Præterea † d. l. princeps. in verb. lege regia, fat superque significat ipsum etiam principem Romanum legibus subesse ante, quam illa lex regia, de qua ibi mentio fit, lata fuisset: sic lex illa nostram potius quam contrariam firmat sententiam. Tertio & si ea lege regia tam plena & generalis potestas principi Romano à populo data fuerit quò ad verborum corticem, tamen quò ad mentem concedentium, quæ præualere debet, sui natura ea generalis cōcessio videtur limitata, restricta, coangusta, ad vtilitatemque concedentium redacta. nec enim in generali mandato, commissio, aut concessione comprehenditur id, quod quis in specie non esset concessurus. l. obligatione generali. ff. de pign. id quod innumeris legibus & rationibus ornaui in l. si quando. per tex. ibi, iuncta sua Glo. C. de inoffic. testamen. & supra c. 25. & c. 28. Vnde scriptum sequi calumniatoris esse mente derelicta, ait Cicero in oratione pro Cecinna. nec enim legis verbis, aut scriptura, sed mente tantum ipsius obligamur. leg. obligationum substantia, in princip. in iuncto vlti. respon. l. non figura. ff. de act. & obliga. ad eò vt legi fraus fiat ab eo, qui eius mente relicta, verba aut verborum

4
Intellectus l.
1. ff. de cons.
prin.

rum proprietatem ipsius amplectitur. l. fraus. ff. de legib. Quinimmo etiam in contractibus stricti iuris non tam verborum proprietates, quam mens & sensus contrahentium inspiciuntur. l. ita stipulatus, in mag. verf. Sabinus. verbo, ex mente. vbi notant Ias. & Paul. Cast. ff. de ver. oblig. l. quid quid astringendæ, in prin. eodem tit. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. egregia lex, pater Seuerinam. §. conditionum verba. ff. de condi. & demo. Ex mente † ergo & verisimili sensu concedentium intelligo ciues, qui principi suo omne suum imperium & potestatem dederunt, intellexisse quo ad ea, quæ ipsis vtilia essent, quæque ipsi verosimiliter concessissent, non quod ad contraria, quæ verosimiliter ipsi in specie minimè concessissent. sicq; non quod ad hoc vt ei liceat leges transgredi, quæ reipubl. vtilis præsumuntur, argumen. c. erit autem lex. quarta dist. l. 1. & 2. ff. de legib. quarumq; transgressio ciuibus non potest non esse noxia. Quartò intellige † d. l. princeps, quod si quando leges transgredi potuerit, id erit ex iusta causa reipublicæ vtilitatem respiciēte, & hoc est quod vulgò dicitur, principem non solum posse ex causa cum legibus dispensare, sed etiam debere, & hanc ad rem ipse solus est legibus solutus, & præterea nullus. sine causa autem dispensare potest in his, quæ sibi nominatim à populo concessa sunt, id quod à populo Romano factum fuit quod ad legitimationes, vt per totum auth. quibus mod. nat. eff. sui. & in auth. quib. mod. nat. eff. legi. & in criminum abolitionibus, vt ff. de aboli. & in eorundem restitutionibus, vt C. de sent. pafsis & restitui. & in natalibus restituendis. vt ff. & C. de natalibus resti. & si quæ sunt alia. Item etiam in reliquis, quæ tam modici sunt præiudicij, & verosimiliter ea ei populus in specie concessurus esset: argumento l. cicio. cum similibus. ff. de minor. & diximus multa lib. 1. de succ. resol. §. 7. & aliquid supra cap. superiore. & c. 25. num. 3. Ergo princeps legibus solutus est quod ad hoc, vt etiam sine causa eas transgredi cumque eis dispensare possit in his duobus vltimis casibus, & quod ad hoc vt in reliquis omnibus ex iusta causa tamen, & non aliter possit dispensare, quinimmo tunc non solum potest, sed etiam debet, vt plene ostendimus in dictis locis, & in capitu. 25. nu. 3. is ergo est verus sensus d. l. princeps. cum similibus. supra all. dum aiunt, principem legibus solutum esse. Et in d. l. 1. in fin. ff. de const. prin. d. §. sed & quod principi, dum similiter aiunt, principem cum legibus liberum habere dispensandi arbitrium, quas leges nullibi sic enodatas & ad totius humani generis communem vtilitatem redactas inuenies. Itaque extra hos casus princeps legibus solutus non est, sed tam allegatus & fortè magis quam reliqui conciuēs, cui rei dictæ leges rectè intellectæ minimè impedimento sunt. Intelligoq; eum subesse legibus etiam ciuilibus reipubli-

5
Intel. l. 1. ff.
de const. prin.

6
Intel. l. 1. ff.
de const. prin.

cæ suæ, vt in prin. Insti. de oblig. ibi, secundum nostræ ciuitatis iura. Scilicet intellig. ad d. l. princeps, cum similibus, est, quod ibi loquitur quod ad solennia legum ciuiliū, quibus non astringitur princeps, sui enim actus inter viuos tenebunt prætermisissis etiam contractuum solennitatibus. Idem in vltimis voluntatibus. Idem in iudicijs, vt plene egimus de succ. crea. §. 27. cum seq. & de succ. progressu in præfatione. Id quod in principe Romano sine dubio procederet per dd. ll. in reliquis autem principibus non ita expeditum, & fortè diuersum esset per superius dicta.

Stat ergo regula, principem legibus subesse, intellige primò, subesse legibus iuris naturæ. Deinde subesse legibus diuinis. Tertio intellige etiam subesse legibus ciuilibus reipublicæ suæ. Quæ tria tenuit Dominicus Sotus vbi supra. Quartò intellige quod subest iuri gentium, licet tale ius posituum sit, quod intelligo quandiu ab ipso vel à republica sua ab eo iure non fuerit recessum: arg. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. cum similibus. idque ius posituum esse & supra diximus, & tradit ipse Sotus de iust. & iure, lib. 3. q. 1. art. 3. Quintò intellige subesse iuri canonico: argumen. c. 2. & c. solitæ, de maiorita. & obediē. Denique † quod diximus subesse legibus ciuilibus suæ conditionis, primò intellige quod ad verba, siue enim verba legis generalia sint, puta quicunque, vel omnes, & similia, siue etiam indefinita, puta, qui hoc fecerit, vel si quis hoc fecerit, vel non fecerit, talis indefinita locutio à lege prolata æquatur vniuersali, diximus de succ. crea. §. 20. numero 53. cum seq. Deinde intellige, principem comprehendere etiam quod ad effectum & substantiam legalis obligationis, ea enim obligationis legalis substantia consistit in consensu vero, vel interpretatio ipsius principis legi dato. l. obligationum substantia. l. non figura. ff. de act. & obliga. iuncta d. l. 1. ff. de legibus. ibi, communis reipublicæ sponsio. Nec dubiū est quin ipse princeps consensum legibus reipublicæ suæ dedisse videatur, non minus quinimmo longè certius & euidentius, quam reliqui conciuēs, vt iam diximus. Id quod etiam admittit Sotus, vbi supra. Tertio intellige teneri etiam quod ad pœnam, sicque quum petens ante tempus, quod sibi in diem debebatur, subeat hanc pœnam, vt duplicentur induciæ, sicque bis longius tempus expectare teneatur, vt in prin. Inst. de pœna temerè litigan. dicerem huic pœnæ subesse principem, si ante tempus, quod sibi in diem debebatur, peteret: crederemque in eo locum habere materiam auth. qui semel. C. quomodo, & quando iudex. Idemque in reliquis pœnis, quæ non lædunt honorem, & ita videtur esse ex mente Doctorum in simili, vt per Decium & Andream Alciatum, & Andr. Tiraq. in locis supra citatis, cum alijs allegatis per Tiraq. ibi. Cæterum principem

7
Princeps legibus etiam ciuilibus subest trifariam.

minimè teneri crediderim ijs actionibus, quæ lædunt honorem: arg. eorum quæ tradunt Doctores per text. ibi, in l. alia. §. eleganter. vbi Barthol. Alexa. & alij ff. sol. matr. & per totum tit. ff. & C. de obseq. l. antep. ff. eod. sicque ad verum vsque precium damni dati semper tenerentur etiam lege ciuili. executio autem à semet, vel ab eius officialibus fieret etiam contra semetipsum. Nā & ipse † est iudex & executor contra semetipsum in sua causa propria, propter excellentiā & sublimitatē suæ dignitatis. l. si paterfam. & l. & hoc Tiberius Cæsar. ff. de hær. instit. vbi per Doctores diximus plenè §. 26. cum seq. de succ. crea. præsertim in d. §. 26. numero 22. in duobus ergo errauit Theologorum nostræ tempestatis disertissimus Dominicus Sotus, vbi supra. Primum, dum † negauit legibus ciuilibus subesse principem quò ad pœnam. Deinde dum negauit eis subesse quò ad pœnæ executionem. Sed parcendum est ei, quum iuris prudentiæ expertus esset, nisi vel eo nomine eum notaueris quod intra cancellos professionis suæ theologicæ sese non continuerit. Errauit & tertio, dum ait ibi, † legem humanam à principe laico initam, eum in conscientia obligare, eo (inquit) quòd ab æterna per naturalem deriuatur, quòd nihil est, nam si ea lege idem cõtineretur, quòd lege naturali & diuina implicitè vel explicitè continebatur, iam tunc id ius non tam ab ista lege humana, quàm ab ipsa met lege naturali & diuina descendere intelligitur, vt supra non semel admouimus, per l. aded. §. cum quis ex aliena. ff. de acq. rerum domi. quòd si aliud diuersum continebat, ita quòd huius legis transgressor non possit videri transgressorem fuisse legis naturæ, aut Dei, tunc cessat peccatum, quia legibus ciuilibus consensum dare videmur, ita limitatum vt si aduersus eam à nobis item fuerit, tunc pœnâ lege expressam, aut arbitrio iudicis imponendam substineamus, & præterea nihil mali patiamur, vt dixi supra. Iustos † autem non secus quàm reliquos legibus comprehendit, docet Sotus, vbi supra. quamuis S. Paulus 1. ad Timoth. scripserit, Iusto non esse legem positam. quòd ipse rectè ibi exponit.

Ex superioribus apparet, veram † non esse eam vulgò receptam sententiam existimantium, principem legibus ciuilibus non obligari ciuilitè contrahendo, sed tantum naturaliter, id quòd tenuerunt Baldus in leg. princeps. ff. de legibus. Idem Baldus & alij in leg. prima. ff. de pact. Fernandus Loazes consil. pro Marchi. de Velez, pag. 29. numero decimo dubit. prim. idem Baldus in leg. fi. C. de transa. & rursus in leg. fin. aquam. colum. sexta. C. de serui. vbi ait, quòd licet principes lege positiua non obligentur, à dictamine tamen rationis minimè soluuntur, tradunt omnes Doctores in c. primo. de constit. & Alexand. consil. vlt. libro quarto. colum. septima. Bald.

in leg. pecuniam. C. de cond. ob cau. & in leg. prima. C. de hæred. vel act. vend. sed longè verius est, principes legitimi & regulares regulariter ex contractibus non solum naturaliter, sed etiam ciuilitè secundum suorum principatum iura obligari: quibus tam subesse videntur, quàm reliqui conciuues, vt supra ostendimus. Vnde † secundum formam contractus orietur actio contra principem, vel etiam pro eo, non secus quàm si is contractus inter priuatos fieret, eaque actio poterit esse vel perpetua, vel temporalis, secundum distinctionem Glo. in princip. Instit. de perpe. & temp. act. Sicque si princeps venderet seruum, vel quadrupedem intra tempus semestre, contra eum posset redhibitoria actio competere, vel si emeret seruum, vel quadrupedem intra tantundem temporis, eam actionem haberet, iuxta titulum ff. & C. de ædil. edi. quæ omnia & similia verosimilimum est doctores supra allegatos abnegaturos, sed non iure, vt patet etiam dictis. Idem in actione de dolo, quæ similiter principi decepto intra biennium competeret. leg. fin. C. de dolo. licet contra eum, vt dixi, non daretur. Colligitur † etiam suspectam esse sententiam existimantium naturalem obligationem, qua princeps teneretur in terminis iuris ciuilibus Romanorum efficacem esse: id quòd voluit Antonius Butrius & Panor. vterque colum. pen. in c. quæ in Ecclesiarum, de consti. Loazes, vbi supra, pag. trigesimo quarto, nume. 24. sed ex pacto nudo de iure ciuili Romanorum non crederem eum obligari, nisi naturaliter tantum. eaque obligatio ad agendum non esset efficax, non magis quàm in homine priuato per supra dicta, contra docto. supra allega. Et consequenter † qui cum eo de aliquo nudo pacto conueniret naturaliter tantum, & sic non efficaciter ad agendum obligaretur. l. iurisdictionum. §. sed cum nulla. & §. igitur nuda. ff. de pact. iuncta l. prima. ff. quòd quisque iuris. & quia leges illæ generales, personas priuilegiatas, vt est princeps, non secus quàm reliquos comprehendunt, nisi ea in specie, qua de agitur, reperiantur habere peculiare priuilegium. leg. in fraudem, in fin. ibi. quia generalis erat illa determinatio. ff. de mil. testamen. & ibi not. Baldus, Decius consil. quinto. & in leg. ex testamento. C. vnde. libro. & in leg. prima. ff. de regul. iur. Andreas Alciatus parad. libro quarto. c. decimo. Andreas Tiraquellus de præscriptione. §. primo. glo. vndecima. ad finem. Apparet etiam quemadmodum sint intelligendi Panor. in c. quæ in Ecclesiarum, de constit. colum. penul. & Loazes, vbi supra, nu. 23. & idem in rep. leg. filius famil. §. diui. ff. de lega. limi. septima. col. quadragesima septima. dum aiunt, contractus celebratos inter principem & ius subditos remanere in terminis iuris communis, Nam † ius commune à Iureconsultis appellatur ius naturale,

8
Princeps in sua causa iudex, & executor.

9
Princeps subest legibus ciuilibus, quo ad pœnâ, & quo ad pœnæ executionem, vtrumque contra nouiss.

10
Princeps subest legi ciuili, licet ea differat à diuina, vel naturali, contra nouiss.

11
Lex etiam iustos comprehendit.

12
Princeps legibus ciuilibus an obligetur, ard. q.

13
Obligaciones & acciones ciuiles comprehendunt principes.

14
Obligatio naturalis non est efficax contra principem Romanum.

15
Pactum nudum cum principe Romano iniunctum non est efficax ad agendum contra principem, contra Doct. nec contra priuatum, contra eosd. doct.

16
Contractus cum principe iniunctus an remaneat in terminis iuris communis, ard. q.

17
Ius commune quid.

turale, vel gentium. l. ius ciuile. ff. de iust. & iure. Sed à Doct̄oribus sumitur pro iure ciuili Romanorum, & nec est verum, q̄ remaneat in terminis solius iuris naturalis vel gētium, cūm etiam regulādus sit secundum ius ciuile ciuitatis illius principis: arg. in princ. Instit. de oblig. ibi, secundum nostrā ciuitatis iura. Nec est verum, quod remaneat in terminis iuris ciuilis Romanorū, sed iuris ciuilis illius principatus, cui dominabatur rex ille, vt iam ostendimus.

SUMMARIUM.

- 1 *Leges ligent nec ne, & an priuato iudicare liceat, ardua q.*
- 2 *Lex non valet nisi publicè utilis sit, & à naturali, & diuina deriuetur.*
- 3 *Lex ininitio utilis, & si fiat inutilis, non perdit vim obligatoriam, contra Theologos.*
- 4 *Ratione legis cessante, etiam in particulari, lex cessat, contra Doct̄.*
- 5 *Lex non est scriptura, aut verba, sed mens, qua ipsius verbis preualet.*
- 6 *Lex ne quis sylvam cedat suam, cessat vbi id noxiū est in parte regionis, contra Doct̄.*
- 7 *Legem cessare in particulari ordinarius potest interpretari, contra Doct̄o. quinimò ita interpretari necesse habet, contra Doct̄. & princeps ad id teneretur, contra Doct̄.*
- 8 *Legem in particulari cessare potest interpretari priuatus, contra Doct̄.*
- 9 *Legis ratio nō cessat, quando contingenter cessat, contra Doct̄.*
- 10 *Lex parum utilis, vel nil omninò utilis, vel etiam aliquantulum noxia, seruanda est.*
- 11 *Lex positua contra ius gentium secundarium valet.*
- 12 *Ius gentium secundarium posituum est.*
- 13 *Lex inutilis vel aliquantulum noxia in foro animæ seruanda non est.*
- 14 *Leges passim mutare nocet.*
- 15 *Lex fit inutilis, vel aliquantulum noxia à principio, an verò postea inutilis esse incipiat, multum refert.*

CAPVT XLVI.



ENTESIMO quadragesimo primò, superioribus proximus est & ille articulus, qui ex nostra principali conclusione facile definiri licet, An homini priuato liberum fasque sit iudicare de legibus, vtrū earum mens cesset, vel non, aliquo casu. Mouet quæstionem, quòd in temporalibus legibus quāuis homines & possint & debeant de his iudicare eas dum instituūt, dumq̄; consultant ac disceptant ferri eas leges expediat nec ne, tamen postquā late sunt, iam amplius iudicare de ipsis minimè licet: sed oportet iudicare secundum ipsas, capitu. erit autem lex. quarta distinct̄. & diuus Augusti-

nus de vera religione eadem ferè verba refert, & tenet eandem sententiam: Et præmitte † legem non aliter valere, quàm si publicè utilis sit. d. cap. erit autem lex. nec valet nisi deriuetur à lege naturali, & diuina, vt docemur per Dominicum Sotum lib. 1. quæst. 6. art. 7. de. iust. & iure. sicque necessariò esset bona, quia illa iura semper sunt bona: ideoq̄; æterna fore certum est, vt l. omnes populi. ff. de iust. & iure. §. sed naturalia. Instit. de iure natræ. Nunc tria videnda sunt, quid si lex in communi postea facta est nociua? Deinde quid si in quodā particulari tantum facta est nociua Reipublicæ? Postremò, quid si in quodā particulari facta est nociua non Reipublicæ, sed cuidam priuato ciui? Primo casu † communis Theologorum sententia esse videtur, talem legem ipso iure euauisse, ita videntur tenere dicentes talem legem nullam habere obligandi vim. Dominicus Sotus Theologorum doct̄issimus de iust. & iure, lib. 1. quæst. 6. artic. 8. post sanctum Thomam & Caietanū. 1. 2. q. 90. artic. 8. idem 8. Thom. 2. 2. quæst. 60. artic. 5. & rursus 1. 2. q. 96. art. 4. vbi etiam Caietanus & in d. artic. 5. sequi videtur, & Theolo. eruditissimus frater Alphonsus de Castro, de potestate legis pœnalis lib. primo. ca. 5. documento 3. plenè per Philipp. Corneum in l. vn. in princ. C. de cad. tollen. & per Andream Tiraquell. de causa cessante. par. 1. & rursus idē Alphonsus Castrensis, vbi suprā, in 5. documento. Id quod nos impugnauimus de succ. progressu in in præfa. num. 67. versicul. sed an ipso iure ea lex. Mouemur per egregiam l. vn. in princ. suprā alleg. dum ait, vt quod belli calamitas introduxit, lenitas pacis sopiret. expende verbum Sopiret, vt enim homo dormiens & sopitus non fit cadaver, nec desinit habere vim & substantiam hominis, ita ea lex vim legis habere nō desinit, quamuis interea, dum eius ratio quòd ad bonum publicum cessat, non sit executioni mandanda: utilitas magna est, sic enim fit, vt utilitate legis rursus redeunte eadem lex quasi à suo somno expergefacta vires suas, quas non amiserat, sed tantum frænauerat & continuerat, aut occultauerat, nunc exercere incipiat, nec opus sit eandem legem rursus à Republ. cum suis ambagibus & prolixis solennitatibus (de quibus in l. humanum. C. de legibus. & in §. lex. Instit. de iure nat.) ferri, quæ omnia fusius loco iam allegato peregrimus. nec à diui Thomæ & aliorum sententia id fortè alienum esset, quamuis eorum verba repugnare aliquantulum videantur. Ergo si quo tempore vrbs obsessa erat, lex iussit, ne portæ ciuitatis aperirentur nocte, ne fortè hostes urbem aggressi muros penetrarent. Ea lex quo tempore bellum non solum finitum esset, sed & longissimè exterminatum, ita vt nullum omninò periculum esset, tunc ea lex quòd ad omnes ciues Reipublicæ, & quòd ad omnes etiam casus

2
Lex non valet, nisi publicè utilis sit, et à naturali, et diuina deriuetur.

3
Lex in initio utilis, & si fiat inutilis, non perdit vim obligatoriam, contra Theologos.

1
Leges ligent nec ne, & an priuato iudicare liceas, ardua q.

cessare videretur. Cæterum si iidem hostes, vel alij reuerſi rurſum urbem obſiderent, eadem lex, quia vires suas nunquam amiſit, ſed tantum ad imaginem ſopiti, aut ſoporati hominis vires continuerat, reſpreſerat, frænauerat, nunc quaſi expergefacta, aut fræno libera & ſoluta, vires ſuas ſine noua legiſlatione aut promulgatione ipſo iure exercere incipiet. Quod ad ſecundum caſum principalem, quando ea lex non ex toto Reipublicæ nociua facta eſt, ſed tantum in quodam caſu particulari, & tunc Dominicus Sotus, vbi ſuprà, poſt diuum Thomam & Caietanum, vbi ſuprà, quos refert, tenet ceſſare legem, hoc eſt, ipſius executionem, quod ad illum caſum particularem. Sicque ſi iuſſit lex ciuitatis obſeſſæ, ne ipſius portæ etiam de die aperiantur, tamen ſi ciues ab hoſtibus fugientes clamarent ſe intra muros recipi, aperiendæ portæ eſſent, nec per hoc legis tranſgreſſio facta videretur, cum illi vtilis ſint ad deſenſionem & tuitionem urbis, cui rei ea lex conſultum voluit: quod admitterem, niſi fortè periculum eſſet, ne hoſtes tales ciues inſequentes ſimul cum fugientibus irrumperent in urbem: ſicque eam caperent, omnesque ciues perderent, quod maxime cauendum eſſet, quando non magnus eſſet numerus ciuium fugientium, magnumque eſſet periculum in portis aperiendis. Vltimo caſu quando ratione legis in particulari ceſſabat, quod particulare Reipublicæ ſaltem principaliter non intererat, tunc duo ſunt videnda: primum an ceſſet legis obligatio: deinde an illi particulari & priuato homini liceat facere hanc interpretationem collectam ex mente legis contra verba ipſius. Quod ¶ ad primum Sotus, vbi ſuprà, negat tunc legis tranſgreſſionem fieri licere, quod ſi, inquit, ſcis cæteris vtrum illa ſit ſufficiens ratio, vt ſubditus faciat contra legem, quod ratio legis in particulari perſona & caſu deficiat: reſpondetur, quod ſi tantum deficit in particulari, non ſufficit id, quod & tenet ſecundum ipſum, omnis Thomas 2. 2. q. 60. art. 5. quod & tenet rartum ipſe Dominicus Sotus Theologorum diſtinctiſſimus, vbi ſuprà lib. 3. q. 4. artic. 5. poſt Ariſtotelem, quem referunt 5. Ethico. c. 7. & vt perfectius rem agamus ipſi diſtinguunt inter legem poſitiuam, quæ non tam iuris induc-tiua eſt, quam iuris diuini, aut naturalis iam inducta repetitiua (id quod ipſi appellant ius naturale continere, ſed non inſtituere) & legem quæ illud diſponit, quod inſpectis iuris naturæ principijs nihil referebat vtrum ſic fieret, vel non fieret: quo caſu, inquit, ipſa legis ſcriptura ius ipſum non ſolum continet, ſed etiam inſtituit (quod ius poſitiuum appellant diuus Thomas & Dominicus Sotus, Ariſtoteles verò legitimum appellat, aitque, eſſe bonum legitimum) ergo aiunt, qui ab hoc iure ſcripto recedit, non poteſt non ire vel contra bonum naturale, vel contra bonum legiti-

um, quorum neutrum licet. Vnde Sotus ex mente, vt inquit, reliquorum, d. art. 5. & d. art. 8. ait, quod etiam ſi lex poſitiua, quæ in communi bona eſt, in particulari incipiat eſſe noxia, non deſinit etiam in illo particulari habere ſuum effectum & executionem: ſicque ait, ſi lege cautum eſt, neminem noctelicere incedere armatum, & ciuis multum quietus & pacificus, à quo veroliſimiliter nihil mali timetur, armatus incedit, incurrit pœnam legis, licet ratio & vtilitas legis in eo ceſſet. Vnde etiam ſubdit, principem per modum diſpenſationis eo caſu poſſe ſubuenire ei, ne pœnam ſubeat: ſentit tamen quod princeps talem legis diſpenſationem facere non tenebitur. Aitque iudicem id facere neque debere, neque poſſe, ipſumque priuatum hominem non poſſe eo colore legem in conſulto principe tranſgredi, quæ omnia veroliſimiliter reſponderent. ita Andre. Tiraquell. de cauſa ceſſante, limi. 32. poſt Arretinum & alios, quos refert, quatenus tenent ceſſante ratione legis in particulari, ceſſanteque eius vtilitate, ſi quidem in communi non ceſſat, tunc legis executionem & effectum non ceſſare, etiam in illo particulari: quibus fauere videtur egregia l. 1. §. ff. de minor. d. reſt. titutionem concedit minori læſo, etiam ſi ipſe æque prudens & ſtrenuus eſſet cuiſlibet homini legitimæ ætatis, quamuis minoribus propter lubricum ætatis ſuccurri ſoleat, quæ ratio ceſſare videbatur in tali minori.

Quid dicendum? & ſanè iſtorum patrum ſententiæ, quod ad pleraque ſuſpectæ ſunt, eorumque error illinc deſluxit, quod ipſi loquebantur de lege, & quid eſſet lex non rectè percipiebant. Nam ¶ exiſtimabant, legem eſſe ipſam ſcripturam (vt non ſemel expreſſit diuus Thomas d. q. 60. art. 5. poſt Ariſtotel. quos Dominicus ſequi videtur, vbi ſuprà) id quod longè diſtat à vero. Lex enim ſcriptura non eſt, vt in l. non figura. & l. obligationum ſubſtantia. 1. iuncto vlti. reſ. ff. de act. & obligat. quinimò fraus legi ſit, quando inſequimur eius verba aut ſcripturam relicta mente. l. fraus. ff. de legi. & Cicero in oratione pro Cecinna ait: Scriptum ſequi calumniatoris eſt, ſi quidem eludatur mens legiſlatoris aut ſcribentis. Et rurſum ibidem ait: Verba inuenta eſſe, quæ indicarent, non quæ impedirent noſtram voluntatem. ſicque voluntas tenet primum locum, ſequentem veriſimilitudo, vltimum verba, vt pleniffimè diſſeruiſimus ſuprà cap. 25. & 28. voluntas ergo & mens legis etiã ſi coniecturæ tantum collecta ſit, poſthabitis ipſius verbis, aut ſcriptura inſequenda eſt, vt etiam pleniffimè diximus in l. ſi quando, in princ. C. de inoff. teſtamen. Nec dubium eſt, quin principatus tam legum quam principum ſit creatus ad meram ciuium vtilitatem. Vnde ad eorum perniciem cõuerſi minimè debet. ſicque vt lex ſimul ac in communi incipit eſſe noxia, ceſſat eius effectus & executio, quod ad omnes,

4
Ratione legis
ceſſante etiã
in particulari
lex ceſſat, con-
tra Doſ.

5
Lex non eſt
ſcriptura, aut
verba, ſed
mens que ip-
ſius verbum
præualeat.

omnes, secundum quod supra exposuimus. Ita & cum incipit esse noxia respectu vnus, aut quorundam ciuium in aliquo casu particulari, in illo casu carebit executione, ne ea lex ad proficiendum lata nocere incipiat. contra l. quod fauore. ff. de legib. l. non idem minus. C. de procur. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. quam regulam iure naturali nitentem mille legum, rationum, & doctorum autoritatibus ornamus in d. l. si quando, in princ. idque comprobatur per argumentum validissimum de toto ad partem, de quo in l. an pars. ff. pro derelicto. l. quae de tota. ff. de rei vendi. elegans l. haeredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. sicque par est, ut quemadmodum si ex toto ratio & utilitas legis cessaret in communi, tunc etiam ad omnes lex illa interim effectu & executione careret, ita si cessare incipiat in particulari, tunc quod ad illud particulare cessare, & executione quoque carere incipiat, id quod si recte inspiciatur diuus Thom. d. q. 60. artic. 5. in vltimis verbis amplectitur, licet longè aliter & minus rectè (iudice me) ab ipso Soto intellectus fuerit. Denique hæc pars probatur ex nostra principali conclusione, qua edocemur legis imperium esse ad meram ciuium utilitatem, non ad eorum læsionem. sicque quo casu ea lex vni cui noceret, & reliquis non prodesset, non potest non cessare ex naturali ratione, aliter enim ea lex in officiosa esset, hoc est, suæ destinationi contraria. nam & plus est etiam iure & libertate nostra uti non possumus, cum id nemini prodest, & alteri noceat, ut tradunt communiter Doctores eam legem ita restringentes in l. altius. C. de seru. dum negant, posse me ædificare in domo & area mea, quando id mihi non prodest, & alteri nocet. In summa hæc pars confirmatur per omnia iura, per omnes rationes, perque ea omnia, quæ toto hoc libro continentur. Si ergo iussit lex, ne quisquam syluam suam cæderet, quod magis lignis prouincia abundaret, certè si postea aliqua particula illius fortè latæ prouinciæ (ut Hispania est) cœpit tam densas habere syluas, ut vel frugibus vel animalium saluti vel vtrique rei noceret, ea lex in illo particulari carebit executione. Idemque si iussit lex, ne per decennium liceret venari, aut piscari, quod magis regio abundaret feris & piscibus, certè si post annum fortè in quadam regionis particula tam abundare, aut pullulare cœpisset ferarum genus, ut noceret non solum frugibus, sed etiam itinerantibus propter numerosam, ferarum, vrsorum, leonum, & similibus turbam: tunc licet in reliquis regionis partibus id non esset, adhuc in ea terræ particula ea lex cessaret executioneque careret. Idemque si tanta in ea terræ particula piscium copia in fluminibus, vel in pelagis esset, ut mortui putrescerent, hominumque saluti noceret, quibus casibus & similibus iudex ordinarius posset legem il-

lam ita interpretari, id quod ex mente diui Thomæ esse videtur, vbi supra, contra mentem Dominici Soti, Andreæ Tiraquell. Arretini & sequacium. Quinimò non solum posset, sed etiam necesse haberet sic interpretari & iudicare ex mente ipsius sancti Thomæ, contra reliquos proximè allegatos, quia id esset iudicare secundum leges & legum mentes: contrarium aut non iudicis, sed calumniatoris esset, ut diximus. Denique in omnibus his speciebus & similibus princeps non solum posset hanc interpretationem facere (id quod Sotus, vbi supra, admittit) sed etiam necesse haberet, ne aliter leges non tam interpretari, quàm calumniari videretur, quod vltimum verosimiliter negaret ipse Dominicus Sotus, vbi supra. Sed & quod plus est, et ipse homo priuatus hanc facere posset interpretationem. Pro nobis etiam faciunt egregia verba Modestini Iureconsulti, qui in lege, nulla. ff. de legib. ait: Nulla ratio, aut iuris benignitas patitur, ut quæ salubriter pro hominum commodis statuta sunt, nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producimus ad seueritatem. sicque etiam hominem priuatum talem legis interpretationem posse facere, atque ita contra verba legis posse ire, teneri in hoc sibi contrarius Sotus d. artic. 8. quando certus ille esset, quod cessaret ratio legis, id quod ait esse contra diuum Thomam, quem refert, & fortè non rectè ipsius mentem percepit. sed quidquid sit, vera est eius opinio. Sed & si subdubius esset, si tamen in hanc partem magis, quàm in contrariam se inclinaret, adhuc idem esse teneri idem Sotus d. artic. 8. & nos tenuimus de succ. progressu in præfation. num. 66. cum præcedent. & sequent.

Neque ad rem pertinet et quod Sotus d. artic. 8. negat, hominem etiam quietum & probum posse armatum incedere, stante lege contrarium iubente, quamuis in eo cesset (ut sibi videbatur) ratio legis: nam eum armatum non posse incedere verum est, sed in eo legis rationem cessare verum non est. Nam quantumlibet quietus ille sit, potest armatus nocere, & tunc demum legis rationem cessare intelligimus, quando indubitatum est, legis rationem & utilitatem cessare: non quando contingent tantum. nec enim probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. l. non hoc. C. vnde legi. iuncta l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. vbi clarum exemplum & alia quamplura, quæ congesit Andreas Tiraque de causa cessante. part. 1.

Quando et verò utilitas & ratio, quæ legi ferendæ occasionem dedit, nec in communi, nec in particulari hodie cessat, sed tam integra est, quàm erat tempore quo lata fuit, quia res sunt in eodem statu, tunc & si ea lex parum utilis sit, seruanda est, idem & si nihil omninò utilis sit, quinimò idem & ter-

8
Legem in particulari cessare, potest interpretari priuatum, contra Doct.

9
Legis ratio non cessat, quando contingenter cessat, contra Doct.

10
Lex parum utilis, vel etiam aliquantulum noxia seruanda est.

6
Lex ne quis syluam cedat suam, cessat vbi id noxiu est in parte regionis, contra Doct.

7
Legem cessare in particulari ordinarius potest interpretari, contra Doctores. quinimò ita interpretari necesse habet, contra Doctores. et principis ad id teneretur, contra Doct.

tid etiam si forsan melius foret contrarium fuisse lege positum, vel eam latam non fuisse. ita tradit Dominicus Sotus d. artic. 5. ad finem post Aristotelem, quem refert 5. Ethico. capitu. 7. quibus adde idem tenentes Bald. in l. non omnium. ff. de legib. & in l. de quibus, eodem titu. Andreas Tiraquell. qui plures refert in tract. de retract. in prxfat. nu. 75. per l. 1. §. initium. ibi, quia moderatam hanc ztatem prxtor raturus est, & per l. prospexit. ff. qui & à quibus. l. vnic. in princip. C. de cad. toll. verb. machinationibus, & d. l. §. 1. nisi forte ea lex aperte esset contra naturalem æquitatem, vel contra ius naturale: aut contra bonos mores, secundum Sotum d. articu. 5. & Andream Tiraquellum, vbi suprà. Vel † nisi esset contra ius gétium secundum eundem Tiraquellum, post Bald. vbi suprà, & alios, quos refert. Quod vltimum verū non est. Ius enim † gentium positium, ius est non naturale, vt eleganter docet Dominicus Sotus de iust. & iure, lib. 3. quæst. prima. articulo tertio. & disseruimus suprà in prxcedenti capitu. & plenius de success. progressu in prxfatione. ergo contra tale ius gentium positium lex ciuili lata, non minus valet, quàm si lata esset contra aliud quodlibet ius ciuile. §. sed naturalia. Institut. de iure natur. l. eas causas. ff. de capi. dimi. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. cap. omnes res, eod. rit.

11
Lex positiua
cõtra ius gen-
tium secun-
darium valet.

12
Ius gentium
secundarium
positium est.

13
Lex inutilis
vel aliquan-
tulum noxia
in foro ani-
me seruanda
non est.

14
Leges passim
mutare no-
cet.

Quæ † omnia intelligenda sunt, quod at- tinet ad forum contentiosum. Nam in foro conscientie fortè lex omninò inutilis seruari necesse non esset: & longè minus si etiam noceret ab ipso initio. quod intelligo, quando ex ipsius legis transgressione reliqui ciues nõ læderentur. Quid enim si in exemplis de venatione, aut piscatione, non solùm ex post facto, sed etiam ab ipso initio, quo lex illa facta fuit, inutilis erat, vel fortè noxia: quia eo tempore plus æquo flumina & pelagi scatebant piscibus, & nemora ferarum sat superq; abundabant, vt melius vtiliusq; foret minui quàm multiplicari: & tunc crediderim talem legem in conscientia non esse seruandam necessariò. Id quod alibi plenius egimus, & aliquid in d. prxfatione.

In dubio tamen consultissimum est, leges seruari, veteresque aut minimè aut parcè in- nouare, quia leges magnam vim ex consue- tudine sumunt, magnamque authoritatem, eaque consuetudo quasi in alteram naturam transit. Vnde durum fit eam relinquere, ita sanctissimè consulunt sanctus Thomas prima, secunda quæst. 97. artic. prim. & Domini- cus Sotus de iust. & iure lib. 1. quæst. sept. artic. primo. & Iurecõsultus dum ait, minimè sunt mutanda, quæ interpretationem certam sem- per habuerunt. l. de quibus, cum pluribus legibus sequentibus. ff. de legibus. consuluit etiam Philofophus 2. Politic. capitu. sexto, & eleganter Thucidydes, dum refert Cleonem

seratiocinantem: Melius agi cum Republi- ca, quæ malis moribus cõstanter vtitur, quàm cum ea quæ bonis, sed inconstanter. Idem con- suluit Alphonf. de Castro summus Theol. de de potestate legis pœn. lib. 1. c. 7.

Denique Dominicus Sotus tam in d. artic. 8. quàm in d. articulo. 5. ad finem ait, quod siue † lex lata in communi nociua sit, siue in quodam particulari, non definit vim habere, donec à principe sit abrogata: quinimò ait, quod secundam illam agere debent subditi. sed qd ait, vim habere, verum est, dummodo nõ semper eam rem exerceat, vt suprà diximus. quod autem ait, subditos secundum eam agere de- bere, verum est, quando ab ipso initio, & si non erat contra ius naturale diuinum aut contra bonos mores, tamen inutilis, vel noxia tolerabiliter tamen erat: cæterum si cum ab initio vtilis esset, postea nociua esse cœpit, tunc secundum eam ciues agere non teneren- tur: vt in exemplis de piscatione, aut venatione suprà relatis. Ratio differentie, quia priore casu cum populis interpretatiuè, & princeps apertius eam legem vtilem esse pu- tauerit, & per modum contractus vel quasi in eam itum fuerit, non est ab ea recedendum ob qualemqualem noxiam aut læsionem: argumen. l. si voluntate. C. de resc. vendi. iun- cta l. sicut ab initio. C. de act. & obligat. l. se- cunda. C. de resc. vend. l. scio. ff. de minor. Po- steriore autem casu, tam legislatore quàm ciues tamdiu verosimilit: eam legem obligare voluisse videntur, quãndiu durasset ipsius v- tilitas, quãndiuque res in eodem statu per- mansissent, & non vltra: argument. capitu. cum inde constitutio. cum ibi plenè traditis per Doctores.

15
Lex sit inuti-
lis, vel ali-
quantulum no-
xia à princi-
pio, an verò
postea inuti-
lis esse inci-
piat, multum
refert.

SUMMARIVM.

- 1 Populus principem habens, an leges ferre possit, ardua quæstio.
- 2 Principatus quadripartitur.
- 3 Tyranni est regnum, aut dolo quæsitum, aut vi.
- 4 Principatus deificus.
- 5 Principatus legitimus ex solo populi consensu.
- 6 Legem sibi imponere an priuatus possit, ardua quæstio.
- 7 Populus ad singulos ciues non se habet, vt corpus ad singula membra, contra nouiss.
- 8 Consequentiam remouet differentia inter equi- parandos.
- 9 Populus regem habens, an leges sibi ferre possit, ardua q.
- 10 Qualia principia, talia principata.
- 11 Populus regem habens, præsumitur facultatem leges ferendi sibi reseruasse.
- 12 Reuocabilis est omnis concessio facta ad conceden- tis vtilitatem.
- 13 Princeps in dubio an habeat ius leges ferendi, ar- dua q.



ENTESIMO quadragesimo secundò colligitur, quid respondendum sit in illo articulo, quo quæritur, an populus principem habens, possit sibi leges condere quibus regatur? ad cuius rei intelligentiam & notitiam præfari oportet, esse quadruplicem principatus speciem, tyrannicam, legitimam, dominicam, deificam. Vel aliter summa diuisio est, quod quædam tyrannica est, quædam legitima, tyrannica qualis est illa, quæ vi aut dolo, ditione & imperio ciues tenet oppressos: vt contingit in populis & gentibus debellatis. tale enim imperium tyrannicum esse, tenet doctiss. Theologorum frater Alfonsus Castr. de potesta. legis pœnalis, lib. 1. c. 1. pag. cuius verba, & inde (inquit) sequitur, vt potestas, quæ nullam habuit ex populi consensu originem, non iusta, sed tyrannica sit dicenda. Idem sensit rex Dionysius iunior, & Plutarchus, & Erasmus ad eum in eius translatione lib. 5. Apoph. in dictis ipsius Dionysij, qui regno patrio pulsus cuidam interroganti quid factum esset, vt cum pater suus tenui fortuna ac priuatus Syracusanæ sibi ciuitatis principatum parauerit, ipse regis filius & regnum hæreditate acceptum amiserit, quoniam (inquit) pater rerum potitus est, quum iam in odium venisset popularis gubernatio, ego, quum inuidia laboraret tyrannis, principatum suscepi, talem ergo principatum vi & armis paratum aut dolo tyrannidem appellarunt. iidem authores eodem loco referunt eundem Dionysium alteri idem percontanti respondisse, pater (inquit) suam mihi reliquit tyrannidem, non fortunam.

Legitimus principatus rursus in species tres diuiditur: Prima, quam deificam, quasi à Deo factam appellauimus, licet enim omnis principatus à Deo esse dicatur, iuxta illud Prouerb. c. 8. Per me reges regnant, &c. tamen illud intelligitur non immediatè, sed mediante populi concessione, vt infra dicemus. immediatè verò interdum à Deo est principatus, qualis fuit regis Dauidis, qui à populo regnum non accepit, sed immediatè à Deo per Samuelem, vt legitur Regum lib. 1. c. 16. & qualis fuit Petri principatus à populo non electi, sed ab ipso Deo, per illa verba delecti: Pasce oues meas, ter geminata, vt Ioan. 21. & declarat Alfonsus Castrensis. vbi supra. Altera species est, quam dominatum appellauimus, quando dominus latissimorum fortè camporum, in quibus nulli erant habitatores, aliquos ibi habitare ædificareq; permisit sub certis legibus & suprema iurisdictione, aut dominio fortè sibi reseruatis: tunc enim ex lege cõventionis potuit sibi reseruare imperium, vel par, vel inferius, vel fortè plenius liberiusque,

vt exposuimus supra c. 1. cum seq. Vltima species est, quando populi consensu & concessione principatum suscepit, hæcque legitima quoq; principatus species est, vt duo superiores, sed ista frequentior, vt edocet Alfonsus Cast. vbi supra. & probat l. 2. §. deinde quia difficile. ff. de origine iuris. l. 1. ff. de const. princ. §. sed & quod principi. Instit. de iure nat. & Alfonsus Castrensis, vbi supra verisimè, Iure, inquit, naturæ etiam, postquam illa deprauata fuit, nullus est populi rex, aut dominus, sed hi principatus aut dominia, quæ iustè tenentur ex populi consensu euenerunt. Et primus (inquit) rex, qui est hominibus datus (vt Regum lib. 1. c. 8. enarrat historia) non nisi populo petente fuit ab ipso Deo concessus. Deinde populi varij varios sibi reges elegerunt, nec paucos expulerunt, vt d. l. 2. §. exactis deinde regibus. ff. de origine iur. apud aliasque gentes regum nomen odio habitum fuit, cœperuntq; sese p cõsules, per dictatores, per quosdam alios magistratus gubernare, interdum per vnum, interdum per plures, sed omnes isti modi gubernandi ex populi consensu descendeant, & legitimi videbantur. qui atuem illinc non descenderent, tyrannici esse intelliguntur. Nam quod 1. Regum capit. 8. legitur: Per me reges regnant, intelligitur (vt iam post Alfonsum Castrensem, vbi supra attigimus) mediante populi concessione, & Deus ibi est tanquam causa vniuersalis, quæ cum omnibus rebus, & humanis actionibus concurrere videtur. Nam secundum receptam sententiam tam Philosophorum, quàm Sanctorum & Doctorum Deus consulit non solum rebus humanis vniuersis, sed etiam singulis, omnia eius prouidentia reguntur, vt per Saluianum libro primo, secundo & tertio de prouidentia Dei. & supra plenius disseruimus c. 21. num. 12. secundum quæ doctissimus Alfonsus Castrensis, vbi supra, tenet populum etiam principem habentem, posse sibi leges, quibus regatur, instituere, dummodò ex nihil obsint iuribus principis sui, hancque potestatem iure naturæ ei competere ait, quia, inquit, quilibet homo legem sibi dicere posset, à qua sibi recedere non liceat, quia eam potest sibi imponere cum obligatione. ergo idem populo, inquit, fas erit, eiusque verba ita habent. Constat enim, inquit, potestatem legem statuendi populo iure naturæ concessam esse, præsertim ad eas leges, quæ superioris sui iuri & dominio minimè repugnant, nam quilibet particularis homo potest sibi legem statuere, qua vitam suam regat & moderetur, etiã cum obligatione faciendi id, quod lege decreuerit, si id, quod apud se statuit nulli superioris sui decreto obuiat. Idem prorsus de toto populo, aut de tota Republica dicere oportet, quæ ratio re vera est contra textum vulgò notum, in l. si quis. in princ. testam. ff. de lega. 3. vbi negatur posse hominè sibi eam legem imponere,

1
Populus principem habens, an leges ferre possit.

2
Principatus quadrupliciter.

3
Tyranni est regnum, aut dolo quaesitum, aut vi.

4
Principatus deificus.

5
Principatus legitimus ex solo populi consensu.

6
Legem sibi imponere an priuatus possit, ardua q.

nerē, à qua eimet non liceat recedere: nec. n. potest suam voluntatem teruam sibi met face- re, id enim libero arbitrio natura hominibus dato dilucidè aduersum, pugnans, cōtrarium foret, & in hac ratione nititur illa egregia l. si. C. de pact. & l. si mihi & tibi. §. in legatis. vbi multa per las. in vtraque lectu. post Bartol. in dictis locis. ff. de legat. 1. l. 1. C. de sacrosanctis Eccles. l. 4. & per totum illum titulum. ff. de adim. lega. elegans. l. sub hac. ff. de act. & obligat. vbi nominatim sic dicitur, sub hac conditione, si volam, nulla obligatio est, sicque vt sit obligatio, non sibi ipsi tantum quis loqui debet, sed etiam cum alio paciscendum est, vt dd. iuribus. Quinimò etiam tunc obligatio præcisa non est, nam regulariter & re integra pœnitere liberum est, nisi in solis contractibus nominatis, in quibus id expressim prohibitum est, ita procedit totus titulus ff. de præscript. verbis. & ff. & C. de rerum permu. & ff. & C. de cond. ob caus. Mouetur secundò Alfonso Castrensi. quia † vt se habet totum corpus ad singula corporis membra, ita se habet totus populus ad singulos ciues. sicque vt totum corpus potest cuilibet membro imperare, idque assolet, ita & populus imperare potest cuilibet cōciuium. quæ ratio leuis est, tum quod superest princeps, qui populi vice fungitur. l. 1. ff. de const. princ. §. sed & quod principi. Instit. de iure nat. l. 2. §. deinde quia difficile. ff. de origine iuris. tum etiam quia ea similitudo nulla est, aut non procedit: primùm quia vnusquisque ciuium potest domicilium ad libitum mutare de populo in populum, & de regione in regionem etiam remotissimã, qua re nihil vñtatius aut frequentius: pes autem aut manus à reliquis corporis membris abscedere nequeunt. Vnde Statius sic cecinit:

Omne homini natale visium.

Et Ouidius sic etiam modulatur:

Omne solum fors patria est, vt piscibus equor.

Et dixi de succe. crea. §. 30. num. 298. vbi videbis de mutatione domicilij. Deinde quia pes aut manus nūquam possunt aut vnquam poterunt arcem capere, hoc est, caput fieri: singulis autem ciuibus id contingere & possibile est & non rarum, vt & omnibus notum est, & ita vt quotidie fiat, necesse est in populis, qui reguntur per consules aut alios magistratus vicissitudinariè, quod hodie fit in populo Venetiarum, & Genuensium, & Lucensium, & similibus. Idemque fit in omnibus oppidis Hispaniarum, quæ vulgò Aldeas appellantur. Tertio quia in hominis corpore aut alterius animalis, pereunte capite, vt reliqua corporis membra pereant, necesse est: non sic in principe populi, quo extincto non ideo populus perit, quinimò nec minui videtur: argumen. text. in l. quærebatur. ff. de iudi. Postremò, quia gubernationis munus in vero corpore semper est penes caput, non sic in po-

pulo, nam & potest & quotidie solet, qui hodie populi princeps est, priuatus fieri: & econtrà priuatum rursus fieri principem. id quod vt fiat necesse est in populis, qui regem non habent hæreditarium, sed per suos magistratus vicissim reguntur, & non raro fit etiam in populis regem iure hæreditario gubernantem habentibus, vt in exemplo de Dionysio supra relato. In summa sunt & alix innumetæ differentix, quas enarrare ociosum esset. nec dubium est, † quin ad tollendam consequentiã sufficiat dare vnã instantiam. Gloss. cōmuniter ibi approbata, vt constat ex relatione las. in l. si creditori. ff. de ope. no. nuncia. gl. in c. sicut vrgerē. 1. q. 1. Est tandem illa similitudo de corpore ad membra respectu populi & ciuium, non eo pertinet, vt exinde quasi ex primo quodam elemento aut necessario principio fieri possit vlla collectio, aut illatio, seu consequentia (id enim vani capitis esset) sed eò pertinet, vt sit quidam modus docendi ad faciliorem hominum præsertim hebetorum instructionem.

Denique † receptissima sententia est Bart. & omnium in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. Alexandri, & Philippi Cornei, las. & aliorum in l. fin. C. de testam. per text. ibi, non valere leges, quas populus principem iure hæreditario regnantem habens sibi fecerit, nisi ab illo sint confirmatæ. Quorum sententia vera est, si ponas populum omne suum imperium, iurisdictionem, & potestatem in principem transtulisse, vt fecit populus Romanus. & ita intelligo d. §. sed & quod principi. & d. §. deinde quia difficile. & d. l. 1. ff. de const. prin. Secus autem esset si eam potestatem sibi retinisset, tunc enim procederet opinio Alfonso Castrensis supra relata, cum enim tota potestas penes populum prius esset, ab eoque in principem populicam concessione migrauerit, potuit migrare vel ex toto, vel tantum ex parte, quæ res facti est, exindeque pendet istarum controuersiarum definitio. & quia † secundum Philosophum: Qualia sunt principia, talia præsumuntur principiata, & econtrà. sicque: Qualis est præsens status, talis præsumitur origo, secundum eum, & secundum communem opinionem Gloss. l. cum res. C. de proba. plenè per Nicolaum Boer. decis. 42. alia in super. in princ. Hinc fit, † vt si populus sit in possessione tales leges, vel etiam consuetudines sibi faciendi, vel introducendi sine vlla superioris cōfirmatione, tunc præsumam illud ius, illamque potestatem à populo reseruata, quo tempore principem sibi elegit. quod si ex diuerso princeps reperiatur in consuetudine, hoc est, in possessione, vel quasi, eas leges & consuetudines approbandi, tunc præsumendum est, nihil iuris ad eam rem sibi populum reseruasse. sicque eius leges citra principis confirmationem non valere. quod si nihil istorum proberetur, nec appareat qualis fue-

8
Consequentiam remouet differentiam inter equiparandos.

9
Populus regem habens, an leges sibi ferre possit, ard. q.

10
Qualia principia, talia principiata.

11
Populus Regem habens, præsumitur facultatem leges ferendi sibi reseruasse.

7
Populus ad singulos ciues non se habet, vt corpus ad singula membra, contra nouiss.

fit consuetudo, aut possessio istarum rerum, qualisve fuerit populi concessio, tunc præsumam hanc potestatem à populo reseruatam fuisse, per generalitatem d. l. omnes populi. & §. sed naturalia. Instit. de iure nat. d. §. deinde, quia difficile, cum simil. Et quia omnis principatus ad populi meram utilitatem, vt habet nostra conclusio principalis ornata per totum hunc librum. populo autem hanc potestatem à se ex toto abdicasse nocentissimum esset, & contra præsumptionem l. cum de indebito. ff. de proba. ergo id præsumendum nõ est, sed potius contrarium. & quia ¶ omnis concessio facta ad meram concedentis utilitatem, intelligitur esse reuocabilis, præsertim in huiusmodi mandatis. §. rectè quoque. Inst. de mand. & per totum titulu. ff. & C. de procur. & extra eod. titulu. in decr. & in vi. & C. ff. de mandato. iuncta l. quoties ab omnibus. vbi in simili per las. C. de fideicom. & l. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de verborum oblig. l. pen. vbi multa per las. C. de pac. l. si quis in cõscribendo. C. de Episc. & cler. l. filijs matrè. C. de inoffic. testa. itaque cum omnis legitimus principatus sit ad meram populi, non etiam ad regentis utilitatem, quumq; tale mandatum aut commissionem ad suam utilitatem datam, reuocare cuilibet liberum esse debeat: videtur quod populus eam iurisdictionem, quam dedit, & liberè reuocare, & longè magis aut liberius moderare possit. & consequenter vt possit quoties velit leges novas sibi facere, nouasque introducere consuetudines. quæ omnia disputationis tantum non etiam definiendi gratia dicta esse intelligantur, quia modò neutram partem adfirmo ob causam nunc reticendam.

12
Reuocabilis
est omnis con-
cessio facta
ad conceden-
tis utilitatem.

13
Princeps in
dubio an ha-
beat ius legis
ferendi, ar-
dua q.

Illud autem certum est, non benè sequi, populus concessit principi, vt ipsum gubernaret, ergo ei dedit potestatem legum ferendarum. hoc enim pendet ex scripturæ inspectione, aut verborum conceptione ad eam concessionem factis & habitis; quæ res facti est. factum autem non præsumitur nisi probetur. l. in bello. §. factz. ff. de capti. l. si emancipati. C. de colla. ibi, teq; emancipatum probatum fuerit, vbi notat las. & cum ea iurisdictione & potestas prius esset penes populum, penes eum remansisse & perseverasse præsumitur, nisi quatenus probatur contrarium, iux. Gloss. communiter app. in l. siue possidetis, & in l. cum res. C. de proba. Nicol. Boërius decis. 42. alia in super colum. 1. Ergo aut princeps reperitur in quasi possessione eas leges ferendi, & præsumam eo vsque mandatum populi habuisse, aut quasi possessio est in contrarium, & tunc contrarium præsumam, aut sumus in dubio, quia neutrum istorum probatur, & præsumam penes populum eam potestatem remansisse, vt dictum est, quamuis contrarium & nullo iure tenuerit Alphonsus Castrensis, vbi supra per d. §. deinde quia difficile. & per l. 1,

ff. de constit. princip. quæ leges nihil faciunt, quia loquuntur in casu claro, non in casu dubio, ipse tamen nobiscum tenet in duobus membris supra relatis, qui non minus vtiliter quam summa autoritate & grauitate subdit hæc verba. Et inde, inquit, mea sententia deducitur, vt si princeps, aut magistratus talem potestatem à populo habens, vellet lege à se condita populum contradicentem cogere ad aliquid lege naturali, aut diuina minimè necessarium, sit tyrannus dicendus: quia maiorem potestatem erga populum sibi commissum, quamque verè habebat, exercet. quam sententiam verissimam puto, eò præsertim quod omnis lex positua ad sui validitatem debet deriuari à lege naturali & diuina, secundum eundem Castrensem ibi, vt continud dicemus. & tenuit Dominicus Sotus in locis supra relatis. Et quod princeps in dubio leges ferendi facultatem non videatur habere, illinc apparet, quod principem legum ministrum, custodem, obseruatorem, & executorem esse sæpè supra diximus, cap. primo, cum pluribus sequen.

SUMMARIUM.

- 1 Meretrices an toleranda.
- 2 Malum minus eligendum ex duobus malis.
- 3 Meretricibus sui quæstus gratia datur actio & re-sentio.
- 4 Meretrici an liceat vim inferri.
- 5 Meretrix in foro conscientie an mercedem petere, vel retinere possit, ardua q.
- 6 Regina Amazonum precio emit Alexandri congressum.
- 7 Meretrici datum effugit dominium danti.
- 8 Nostrum prodigere fas est.
- 9 Meretrici datum quod est, acquiritur.
- 10 Meretrici datum repeti nequit.
- 11 Restituitur difficilius lesus in toto, quam si in parte lesus esset dimidia.
- 12 Volenti non fit iniuria, aut damnum.
- 13 Virgo aut vidua quod accepit à viro secum congre-diente restituere non tenetur. Idem in nupta.
- 14 Veneris causa quod dedit minor, aut filiusfam. an sit restituendum.
- 15 Meretrix si vult nubere ei, qui ad supplicium du-cebatur, an sit audienda.
- 16 Meretrici datum non publicatur contra Accur. & Guil.
- 17 Intellectus l. Lucius. ff. de cond. & demonstrat. & num. 22.
- 18 Hereditas lucrum transferri tolerantius, quam de periurio quari.
- 19 Successiones sunt iuris civilis.
- 20 Vidua decimo mense post mortem mariti pariens, ab eo concepisse videtur.
- 21 Filius ineunte matrimonio natus, præsumitur ma-riti, licet mulier cum multis adultera esset.
- 23 Nostrum nobis inuitis sæpè adimitur etiam sine facto nostro.

- 24 Spes improba est ad hereditatem uiuentis.
- 25 Adultera se prode non tenetur, quando ad in-
fructuosum fore putari
- 26 Adultera filio ut abstineat à patris hereditate
suadere an teneatur, ardua q.
- 27 Accusare se nemo tenetur, nisi coram Deo.
- 28 Ratio noua.
- 29 Filiatio certò probari interdum potest.
- 30 Filiationis intustu legatum relictum non debetur,
si ille filius non erat, contra nouis.
- 31 Adulter, qui filium genuit, an restituere marito de-
beat aliquid.
- 32 Intell. l. filium. ff. qui sunt sui vel alieni iuris.
- 33 Adulterinum se esse filium domi ineunte matrimo-
nio natus, matricenti credere non tenetur.
- 34 Adultera an restituere teneatur, quod adulteri-
nus filius capit ex hereditate patris putatiui,
ardua q.
- 35 Intell. titulum. ff. C. & Insti. de lege Aquil.
- 36 Intell. adit. ff. C. & Insti. de furtis.
- 37 Restitutio cessat ubi est legitima acquisitio.
- 38 Restitutio cessat interdum, & si acquisitio fiat sine
domini voluntate.
- 39 Adultera an restituere teneatur, quod adulterinus
filius ex bono patris putatiui percepit, egregia
questio.
- 40 Poena suos tenent auctores.
- 41 Intell. c. qui causam, de reg. iur. lib. 6.
- 42 Casus nulli imputatur.
- 43 Amantes fiunt amantes.

CAPVT XLVIII.

QUINQUAGESIMO quadragesimo
tercio colligitur ex conclusio-
ne nostra principali, An leges,
consuetudines, statuta, lupana-
riorum vsum introducenda va-
leant mouet quæstionem, quod salus anima-
rum est cunctis rebus præferenda. l. sunt per-
sonæ. ff. de religiof. Nec dubium est, quin vsus
ille aduersetur præcepto diuino de non forni-
cando. sicque nocere videatur animarum sa-
luti. adhuc tamen quod ex leges, consuetudi-
nes, & statuta tolerentur, & vniuersalis vsus
probat, & iure etiam sustinentur ex vulgata
illa regula dictante, Ex duobus malis minus
malum esse eligendum, iuncta rerum experi-
entia, quæ docuit, quàm malè se habeat Re-
publica, si quando id fuerit, prohibitum est.
l. si procurator rei. ff. de doli excep. cum Glo. l.
quoties nihil. ff. de reg. iur. c. considera. 22. q. 1.
Philippus Decius & Hieronymus Cagnol. in
d. l. quoties. c. si quod verius. 23. q. 2. & c. 1. & 2.
distinct. 13. Alexand. in l. si constante. ff. solut.
matrim. §. fin. colum. penult. Paul. Castren. in
l. 1. ff. si quis cautio. Alexan. conf. 107. ad finem
lib. 3. & consil. 54. viso processu causæ. colum.
final. lib. 5. His tamen planè aduersatur Fran-
ciscus Petrarca lib. 5. Epistolarum rerum se-
nilium, quem refert Hieron. Cagnol. vbi su-
prà. ille enim negat se percipere posse quo pa-

cto quod malum est, eligendum sit, aut op-
tandum, commodius aptiusq; dicendum ex-
istimat, maiora & grauiora mala diligentius
esse præcauenda, fugienda, obuianda, quòd si
id nõ detur, tunc minora æquiore animo per-
ferenda, sed vtrunque eodem tendit, si rectè
inspiciatur, ut & fatetur Cagnol. vbi supra, al-
legans Ciceronem Offic. lib. 3. differentem, ex
malis minima oportere eligere. secundum
quæ superest ut leges ac principum imperium
etfi ad ciuium vtilitatem spectent, non ideò
minus talem meretricum vsum admittere po-
tuisse, maioris mali vitandi causa, quinimò ex
meretrices huiusmodi sunt tamq; legitimus
quæstus, quem faciunt, intelligitur ¶ ut detur
actio & retentio, & exceptio. nam & quod sui
quæstus gratia accepit, retinere iure potest, &
contra repentem sibi daretur exceptio, re-
tentioque, dominiumque illius rei suum facit.
Et similiter (id quod plus est) si sibi illius
quæstus gratia promissa non persoluerentur,
agere posset contra promittentem: quia licet
turpiter faciat eò quòd meretrix sit, tamen
cùm talis sit, non turpiter accipit, præsertim
¶ quia ipsa sui copiam facere etiam si nolit,
cessante legitimo impedimento tenetur, ad eò
ut illius rei gratia non possit vnquam videri
vim passa, nec puniretur, qui per vim cum
meretrice rem haberet, ut isthæc & alia multa
hanc ad rem pertinentia tradunt Bald. Salic.
& alij in l. mercalem. per text. ibi. C. de cond.
ob turp. causam. Hieronym. Cagnol. in l. semper
in contractibus. ff. de reg. iur. post Philipp.
Decium ibi, Iacobinus de sancto Georgio in
tracta. de homagio ad finem. per Nicolaum
Boërium decis. 217. nu. 20. & decis. 217. quid de
iudice. num. 5. & nu. 14.

Hactenus quòd ad forum contentiosum,
quid ¶ autem in foro conscientie, an illa me-
retrix tuta in conscientia petere possit, vel re-
tinere quod sibi datum vel promissum quæ-
stus sui gratia fuerit? & Medina egregius no-
stræ tempestatis Theologus negat meretri-
cem suæ turpitudinis causa posse aliquid præ-
cij nomine, aut mercedis nomine accipere,
sed ait, sibi quasi dono datum accipere fas es-
se. Contrarium tenet Dominic. Sorus de iust.
& iur. lib. 4. q. 7. artic. 1. ex mente S. Thom. 2.
2. q. 62. artic. 5. & Sorus ait, hanc esse receptam
opinionem Theologorum. facit l. idem si ob
stuprum. ff. de condit. ob turpem causam. vbi
tales meretrices, & si in eo quòd meretrices
sint, turpiter faciant, tamen in eo quòd acci-
piunt mercedem cùm meretrices sint, turpi-
ter minimè faciunt. Quid dicendum? & sanè
Medina sic arguit, actus meretricius venereus
cùm turpis sit, nullo precio dignus est, ergo
qui pro eo precium aut mercedem receperit,
in debitum accepisse videbitur, sicq; restituere
tenebitur: ergo, inquit, si meretrix quasi mer-
cem eius rei acceperit, ut rem indebitam resti-
tuere tenebitur, quod si quasi dono datù reti-
nere

1
Meretrices
an toleranda.



2
Malum mi-
nus eligendū
ex duobus
malis.

3
Meretricibus
sui quæstus
gratia datum
actio, & re-
tentio.

4
Meretricibus
liceat vim
inferri.

5
Meretrix in
foro conscien-
tie an merce-
dem petere,
vel restituere
possit, ard. q.

nere poterit, sed cum plerunque ad meretrices ingredientes nullas cum eis habeant amicitias, raro aut nunquam ex meretrices possent retinere, quod sibi datum esset, cum donationis animus praesertim in ignotam & turpem mulierem praesumi non iure possit. l. cum de indebito. ff. de probatio. id quod aduertit Sotus, ubi supra. sicq; illarum mulierculatum miserima conditio hac opinione admissa miserabilior. & deterior fieret, quod non expedit, ne afflictis addatur afflictio: argu. l. vn. in princ. C. de his, qui ante aper. tab. l. imperialis. C. de secundis nupt. suamque opinionem Sotus probat quatuor rationibus. Prima, quia iuste accipit mulier mercedem pro voluptate, quam vir captat. Deinde, quia forte illi viro prolem generabit. Tertiò, quia forte illi semè ad salutem emittere expediebat. Vltimò, quia meretrices salarium publicum accipiunt, quod, inquit, ipsum nomen meretricis suadet, quod vltima ratio in facto, non in iure consistit. sicque incerta est. ipse tamen refert reginam Amazonum prece & pretio congressum Alexandri Magni emisisse prolis suscipiendae gratia, id quod mulieribus illis solenne fuerat. Item 2. & 3. rationes, quibus vtitur Sotus, non sunt generales. quinimò rari sunt (vt experientia docet) qui ad meretrices salutis, aut prolis gratia accedant, sed plerique voluptatis explendae gratia, adhuc tamen Soti opinionem contra Medinam verissimam puto ac vtilissimam, ne miserimae illae mulierculae miserabilioris stent conditionis, quam sunt. sicque huius sententia humanior est. & tria videbimus. Primum, An dati dominium abscesserit ab ipso dante. Alterum, an migrauerit in accipientem. Vltimum, an repetenti sit restituendum? Quò ad primum tamen dominium à dante abscelsisse certum est etiam de iure naturali, nihil enim tam naturali aequitati conuenit, quam voluntatem domini rem suam in alium transferre volentis ratam esse. §. per traditionem. Instit. de rerum diui. sed hic tradidit, ergo transtulit dominium. facit. l. traditionibus. C. de pact. l. traditio. ff. de acquir. rerum domi. Deinde, quia hisce in rebus plerunque fieri solent pactiones expressae aut tacitae de talibus dationibus, quas seruare iure naturae debemus. l. i. ff. de pact. cap. i. eodem titul. l. i. ff. de constitu. pecu. l. non minorem. C. de transact. Tertiò, quia tamen unicuique licet suum non solum disponere, alienareve, sed etiam prodigere, eoque abuti. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de pet. hared. ibi dum re sua se abuti putat. & l. i. §. & magis. verb. prodegit. ff. si quid in fraudem patroni. l. quia autem, in princ. & §. i. ff. quae in fraudem creditorum. l. quia poterat. ff. ad Trebell. l. non vsque. ff. si à parente quis fuerit manu missus. l. nemo. ff. de pact. & multa per Doctores in dictis locis. ergo iste sine dubio & voluit & potuit rem suam prodigere. Quinimò non solum quan-

do interfuit vlla causa dationis, siue honesta, siue inhonesta, sed etiam quando nulla omnino interfuit, nostra possumus prodigere. l. i. & 2. & per totum titulum ff. pro dereli. tuncque ea res fit primi occupantis, nam iure naturali, quod nullum est, id occupanti conceditur. l. i. 2. 3. & 4. ff. de acquir. rerum domi. l. i. & 2. l. si id, quod. ff. pro dereli. l. si quis vi. §. differentia. ubi per Doctores. ff. de acquir. possess. Quò ad secundum, an tamen tale dominium fuerit meretrici acquisitum? certum est ei acquiri, tum quia fuit primus occupans post istum à se tale dominium abdicantem, deinde quia in eam iste id dominium transferre voluit, nec quicquam tam naturale, quam voluntatem domini rem suam in alium transferre volentis ratam esse, per leges & rationes supra relatas. Postremò, quia non minus infructuosum quam iniquum esset, introducere vt dominium meretrici acquiri desineret, quod ab ipso viro iam dicimus abscelsisse, & hac ratione vtitur in simili Iureconsultus in l. i. §. si vir virum uxori. ff. de acquir. possess. Quò ad tertium, an tamen meretrix repetenti restituere teneatur. Et quidem homini sui iuris & legitimae aetatis restituere non teneatur, quia talibus non licet poenitere. c. quod semel, de regulis iur. lib. 6. l. sicut ab initio. C. de actio. & obligat. l. sicut maior. C. de rep. hared. Et quia in pari causa turpitudinis meliorem est conditio possidentis. cap. in pari causa. de regulis iuris. lib. 6. d. l. mercalem. C. de condi. ob turp. causam. cum ibi not. Et quia maiores aetate restitui non solent, in ijs quae ipsi recte intellexerunt, etiam si ultra dimidiam vel in totum sit deceptio. Et ita procedunt omnes tituli ff. C. Instit. & extra de donation. & ff. & C. de condi. ob caus. & sic licet deceptus ultra dimidiam possit restitui, quia praesumptum est, se non intellexisse quod agebat. l. 2. C. de resc. ven. tamen deceptus in toto, quia is recte intellexit, quod agebat, restitui non potest, vt tradunt communiter Doct. praesertim Hieronymus Cagnolus, & Aries Pinellus & Panta. de Crema. in d. l. 2. post Barto. Saly. & alios ibi, vt diximus lib. 3. contro. vsu frequentium. Sicque tamen filius & filia, qui futurae patris successioni renunciarunt, si decepti fuerunt ultra dimidiam possunt restitui contra eam renunciationem iurata, & tamen si gratis renunciarunt cum iuramento (hoc est, nihilo sibi penitus reseruato) tunc restitui nequeunt, quia tunc in computatione, vel in rei mensura non fuerunt decepti: sed à toto recedere voluerunt, vt videtur esse communis opinio Doctorem, & tradit Francisc. Areti. in l. qui superstitis. ff. de acquir. hared. Philipp. Deci. in consil. 181. & consil. 182. Sic ergo & in specie nostra, vir ille, qui dedit meretrici, cum intelligeret quod agebat, restitui non potest, & quum illa dominij translatio contingeret, ex mera voluntate sua iure

9
Meretrici datum quod ei acquiritur.

10
Meretrici datum repetenti nequit.

11
Restituitur diff. ilium leesus in toto, quasi in parte leesus esse dimidia.

6
Regina Amazonum pretio emisit Alexandri congressum.

7
Meretrici datum effugit dominium danti.

8
Nostrum prodigere fas est.

naturali & diuino rata fuit, vt iam ostendimus, & nō est mera donatio, sed datio ob causam, quæ sequuta fuit. l. i. ff. de donat. Diuersa causa est in cæteris contractibus respectiuis (qualis est emptio & locatio, & similes) in quibus idē restitutio læsis conceditur, quia præsumuntur, non intellexisse, quod agebant, si læsio fuit vltra dimidiam, in d. l. 2. l. si voluntate. C. de rescin. vendi. sicque si se deteriore suam conditionem tam inæqualiter intelligeret, qui vltra dimidiam læsus fuit, præsumitur talem contractum minimè initurum fuisse aut fore. sicque præter suam voluntatem eam læsionem sibi contigisse. At in specie nostra ipse in toto eo, quod dabat, sciebat se læsum: sicque non præter, sed secundum suam voluntatem ei læsio contigit: id quod non reputatur læsio, eo ipso quod ex libera voluntate descendit. Nā † id portat leuiter, q. portat quisq; libenter. text. cum Gloss. in §. præterea. Instit. de action. l. quia poterat. ff. ad Trebell. quin immo & si læsio esset, eo ipso tamen, quod sponte sua sibi contigit, sibi imputandum est, nec succurrendus aut restituendus est, quia damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi & non alij debet imputari. c. damnum, de regul. iur. libro sexto. & Quia volenti non fit iniuria. l. cum donationis. C. de transact. egregia. l. iam dubitari. ff. de hæred. instit. ibi, sua sponte. l. si filius qui patri. ff. de vulg. verb. non sponte susceptis. vbi in simili per Bartholomeum Socinum. l. si fideiussor. §. si necessaria, vbi multa per Ias. ff. qui satisdare cogan. & est longè melior defensio ad hanc conclusionem, quàm reliquæ ab Theologis adductæ, licet opinionem Medinæ supra relatam teneant Ioannes Andre. & Ioannes Mona. in d. c. in pari causa. in princip. de regulis iuris. lib. 6. sed nobiscum tenet Alphonsus Castren. de potestate legis pœnalis lib. 2. c. 10. vers. 3. principali arg.

12
Volenti non fit iniuria, aut damnū.

13
Virgo aut vi-
dua quod accepit à viro
secum congre-
diente, resti-
tuere non tenetur. Idem
in nupta.

14
Veneris causa quod dedit minor, aut filius. an sit restituendū.

Quid autem † si virgo precium (hoc est, aliquid) accepit pro simili alicuius viri congressu? aut quid si vidua, non tamen meretrix accepisset? aut quid si accepisset etiam nupta? & in omnibus his speciebus & similibus tenendum est, dominium abscessisse à dante, & migrasse in accipientē, nec oportere ipsi danti etiam repetenti restitui, per iura & rationes supra allegatas, & ita tenet Dominicus Sotus, vbi supra, quod intelligo tam in foro contentioso, quàm in foro conscientiæ.

Quid † si is, qui dedit, erat minor ætate, vel maior, sed filiusfam. & sanè in minimis non daretur repetitio minori: argu. l. scio. ff. de mino, quam regulam plenè ornaui lib. 1. §. 7. de succes. resol. aliter sic. argu. eorum quæ supra dicta sunt. mensura autem iudicis arbitrio æstimanda est, & vtrunque obtinere intelligo et in foro conscientiæ, non secus quàm in foro iudiciali. In filiofam. si verosimile est patrem suum id permissurum, tunc & transtulit do-

minium, & cessat repetitio, aliter non. verisimilitudo ex quantitate rei data, & bonorum patris æstimanda iudicis arbitrio est, quod intelligo tam in foro contentioso, quàm pœnitentiæ, & hæc omnia sunt ex mente Domini Soti, vbi supra.

Quid si † custos carceris compressit meretricem incarceratam, aut quid si meretrix, vel alia mulier vult nubere ei, qui ad vltimum supplicium ducebatur? dic vt per Boërium in locis supra citatis.

Ex superioribus † apparet veram non esse Guilielmi de Ludo sententiam, qui (sing. 42. post Accursum, quem allegat in l. non dubium. verb. ex eo. C. de legibus) scripsit fisco deferri, quo meretrix ex quæstu suo acquireret. Allegat l. Lucius. ff. de iure fisci. quæ loquitur quando aliud graue delictum fuit admissum, & sic non obstat.

Tenendo superiorem sententiam nostram contra communem: tunc ad illud fortè argumentum, quo dicebatur, lex inuitabat ad hæreditatem maioratūve illum, hunc filium legitimū, nisi per interuentum istius adulterini exclusus foret. ergo qui hunc interposuit, hoc damnum dedit immediatè (præter superius dicta, quibus ostendimus id damnū minimè esse immediatum) respōdetur, quod non adulteri, sed Deus ipse hunc interposuit & etiam lex. Deus etiam facit nos, non ipsi nos, vt Sacris literis edocemur: sicque prolem illam (siue illa ex adulterio sit, siue ex legitimo coitu) non tam adulteris ipsis, quàm ipsimet Deo optimo maximo acceptam ferre debemus, qui ex malis iniurijs multa bona sæpè facit oriri.

Præterea lex quasi sub hac conditione ad eam hæreditatem videtur inuitasse legitimū siue filium, siue agnatum, nisi interposuerit se alter, cuius causa secundum legis dispositionem, vel secundum humanam cognitionem potior est secundum legis dispositionem, vt si fortè spurius à principe legitimatus exclusiteum, qui aliàs vocabatur à lege, vt per Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum, prope finem. ff. de libe. & posthum. & ibi per omnes Doct. secundum humanam cognitionem, vt si fortè, qui filius non erat, errore aliquo tanquam filius habitus fuit, vt in terminis l. si pater. & l. neque apud. C. de hæred. instit. lex enim vocauit filium vel agnatum ad talem hæreditatem vel legatum sub hac conditione, nisi sit alter filius maior natu, qui minorem excludat, vel nisi sit filius, qui excludat agnatum: & quia lex de tali filiatione certa esse non potest, vltèrius processit declarando eum filium se vocare, & talem reputare, qui durante matrimonio domi nasceretur, non ignara enim huius mali & similibus, miseris per hunc modum succurrere didicit, ne vnquam de adulterio ob causam ciuilem posset esse quæstio, vt probat † d. l. Lucius. ff. de cond. & dem. vbi si filius

15
Meretrix si vult nubere ei, qui ad supplicium ducebatur, an sit audienda.

16
Meretrici datum non publicatur, contra Accur. & Gu.

17
Intell. l. Lucius. ff. de cond. & dem.

filius fuit institutus sub hac conditione, si se filium probaret, ea conditio ipsius institutionem vitiat de iure ff. (vt tibi & hodie quaestio- nis est, an etiam vitiet, an ipsamet conditio rei jciatur, vt diximus de succ. crea. lib. 1. §. 10. super rep. l. quoniam in prioribus, ibi colloca- tam. C. de inoff. test. part. 3.) quia t mens- tatoris fuit sibimet minimè satisfacere per probationem, vel praesumptionem legis, de qua in d. l. filium eum. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iuris. & d. l. si vicinis. C. de nupt. Vnde is filius se alio modo, quàm ex legis praesump- tione filium probare non poterat, conclu- denter aut necessariò, & si alia probatio admit- teretur, eueniret, vt aduersarius inferret adul- terij quaestio- nem, quod lex illa consultissima simul & honestissima admittere noluit, ma- luitque vt ea hereditas huic filio siue vero, siue putatio deferretur, quàm quòd adulterij quaestio super hac causa pecuniaria admitter- retur. facit l. filius. ff. de cond. inst. l. reprehenden- da. C. de insti. & subst. l. nepos proculo. ff. de verb. signif. ergo lex sciens, prudensq; nec huius mali & similibus ignara, cum tales hæ- reditates aut maioratus defert, se incerto euen- tui committere intelligit, sciensque, prudens- que id vult, admittit, tolerat consueta, ratione dubij euentus recedere à regulis iuris. l. si pa- ter puellæ. C. de inoff. testa. l. de fideicommis- so. C. de transact. ergo non est verum adulte- rinum, aut eius matrem id quo de agitur ade- misse reliquis, qui aliàs vocarentur, quinimò ipsam legem id fecisse, cuius voluntatis pri- mus gradus erat, vt verus filius vel agnatus id caperet. At secundus gradus fuit, vt etiam adul- terinus potius caperet, quàm alius, si ad eum peruenire non posset, nisi adulterio detecto aut agitato, simile in princ. Instit. de donat. & in l. fin. ff. de hæred. inst. Nec dubium est, quin si lex id voluit, id quoque potuit. nam hære- ditates, t successiones, maioratus, & similia descendunt à mera legis ciuilibus concessione, vt ex vera & communi sententia ostendimus de succ. creatione lib. 1. §. 1. in princ. & lib. 2. §. 20. super rep. auth. nouissima, ibi collocata. C. de inoff. testam. secundum quæ apparet ad eam hæreditatem, qua de agitur, inuitatum fuisse à lege illum adulterinum, vt iam non minus vtiliter, quàm nouè, non solum mon- strauerimus mulierem illam, si restitutio faci- enda esset ad eam faciendam minimè teneri, sed etiam nihil omninò esse restituendum ne- que ab ipsa neque ab alio. nam post mortem suam suas relinquere successiones, hæredita- tes, maioratus, nulli vnquam mortalium li- cuisset, nisi ius ciuile foret, quia id principijs iuris naturæ aduersum, pugnans, contrarium esse in dictis locis disseruimus. lex autem ci- uilis id concessit, eandemque hanc conces- sionem moderauit & declarauit, vt hoc casu non deberetur talis successio veris filijs aut agnatis, sed potius illi adulterino; vt sic quan-

tum fieri possit, abstinere ab inuestigatio- ne vel inquisitione coniugij, & pudoris & ho- nestatis violatæ. sicque sumus re vera in casu huius fallentis, non in casu regulæ illius. Quæ omnia t vel illinc iustificatur, quod si post mortem mariti statim vidua facta est schola- ris concubina, & nono mense post mortem mariti peperit, is filius fauore legitimitatis po- tius praesumitur mariti, quàm illius scholaris. nec distinguimus, an diu ante mortem vehe- menter aut grauius maritus ille ægrotasset, nec consideramus quòd non solum nono, sed etiam septimo mense potuit ab illo scholari, quòd mulier concepisset, parere. l. septimo mense. ff. de statu homi. quarum rerum ratio ea est, quòd successionem vni per legem adim- mi, & in alterum transferri facillimè fit ob le- uissimas etiam causas, quia quod gratis leges concedunt, facillimè & possunt & solent adim- mere & transferre: arg. in l. planè. in princ. ff. de leg. 1. & per totum ff. & Instit. de adim. lega. Si ergo id fit solum legitimitatis fauore, quã- tò magis fauore pudoris, honestatis, famæ & honoris fauore, qui omnibus rebus precio- sior est. l. iulianus. ff. si quis omi. cau. testam. multa per Gerardum singulari 1. & 2. & singu- laria 33. & singulari 82. num. 6. Et quod diximus de exemplo scholaris & viduæ, tenent in spe- cie Bald. in l. si mater. C. de suis & legitimi. hære- di. per l. miles. §. defuncto. ff. ad legem Iul. de adul. & Franc. Crem. singulari 127. incip. mortuo marito. Facit, nam t & si probetur vxorem cum decem vel pluribus scholaribus habere quotidianum commercium, non aliter atque cum marito suo, adhuc tamen fauore legiti- mitatis liberi, quos pepererit, praesumitur esse mariti, non aliorum filij: sicque & legitimi intelliguntur, & patris erunt hæredes, quia siue veri filij mariti fuerint, siue non fuerint, eo ipso quòd constante matrimonio domi ab vxore editi sunt, ipsis à lege patris, hoc est, ma- riti, defertur hæreditas, ad eamq; inuitantur. sicque non est verum, eos alienum possidere, vt sic ad vllam restitutionem illius hæredita- tis, vel ipsi vel eorum mater teneantur: quin- imò reliqui filij veri vel agnati, si eam hæredita- tem occuparent, fortè his vtcunque adulte- rinis restituere tenerentur: quandoquidem isti & non ipsi ad hæreditatis lucrum ex mera legis gratia & indulgentia concessum inui- tati reperiuntur: vt in specie per Bald. in rubr. C. de probat. Angelum in l. 1. eod. tit. Barto. in l. miles. §. defuncto. ff. de adult. & Franc. Cre- mentem, vbi supra. & plenè in simili per Bar. & omnes repetentes in l. Gallus. in princ. ff. de lib. & posthum.

In summa t rursus perpendimus d. l. Lu- cius. ff. de condi. & dem. vbi nulla alia ratione testator potuit filium domi ex vxore sua natū sub hac conditione, si se suū filium probaret. instituere, nisi quod eum ex adulterio natum suspicaretur, eandemque suspicionem non potuit

18
Hereditatis
lucrum tras-
ferri toleran-
tius, quàm de
peritio que-
ri.

19
Successiones
sunt iuris ci-
uili.

20
Vidua deci-
mo mense
post mortem
mariti paries
ab eo conce-
pisse videtur.

21
Filius in eum-
te matrimo-
nio natus præ-
sumitur ma-
riti, licet mu-
lier cum nyl-
tū adultera
esset.

22
Intell. l. Lu-
cius. ff. de
cond. &
demon.

potuit iuste lex non concipere, & nihilominus voluit conditionem & testamentum reijcere, hæreditatemq; testantis illi filio siue vero, siue adulterino concedere, ergo voluit, disposuit, & prospexit lex, vt si verus esset filius, vero filio deferretur: sin autem adulterinus etiam adulterino deferretur: sicque tam iure habebit dominium illius hæreditatis, quam ille, qui contra domini voluntatem præscripsit, iux. l. fi. C. de longi temp. præscrip. aut in terminis totius tituli. C. de seruis, qui pro premio liber. accip. aut in terminis §. præterea per alluionem. Instit. de rerum diui. aut in terminis legis, item si verberatum. in princ. ff. de rei ven. aut in terminis §. thesaurus. Inst. de rerum diui. aut in terminis §. si alienam purpuram, cum multis alijs §§. & exemplis præced. & sequen. Institut. de rerum diui. in quibus † sæpissimè nobis inuitis & ignorantibus nostrum per legem adimitur varijs ex causis, quantò ergo facilius in specie nostra, in qua nostrum non erat, sed nobis tantum destinatum, idque sub quadam conditione aut spe, quæ non extitit, sed euauit.

23
Nostrum nobis inuitis sepe adimitur, etiam sine factis nostris.

24
Nectalis † spes alienæ hæreditatis viuentis esse debet in consideratione, quinimò improba reputatur. l. 2. §. interdum. ff. de vulga. ibi, improbum esse eum, qui sollicitus esset de hæreditate viuentis Iulianus aiebat. l. final. C. de pact. vbi Gloss. communiter ibi app. id extendit etiam ad filios respectu parentis hæreditatis. l. 2. §. si. ff. de his, quibus vt indig. l. quidam in iure. §. si. cum l. seq. ff. de dona. vbi contra ius gentium & bonos mores id esse iureconsultus testatur.

25
Tenendo † nostram sententiam contra sententiam communem, inde sequitur verà esse opinionem existimantiũ, quòd mulier si vehementer suspicetur reuelando suam turpitudinem se nihil profuturam, eam reuelare non tenebitur, licet ipsa aliàs nequeat restituere, id quod tenuit Pet. Sotus d. lib. 3. ar. 2. q. 7. post Scotum, quem allegat.

26
Adultera filio vt abstineat à patris hæreditate iudicare an teneatur, ar. quæst.

Deinde † ex rationibus sententiæ nostræ apparet, quòd etiam si ipsa mulier probabiliter speret, quòd si id ipsi filio (spurio hoc est, adulterino) dixerit, ei persuadere poterit ab ea hæreditate abstinere, adhuc id facere non tenebitur. Nam si ille vtunque adulterinus esset, ad eam hæreditatem fuit à lege inuitatus, eò quòd lex tolerantius esse existimabit tale hæreditatis lucrum de vero mariti filio ad illum adulterinum transferri, quam de fide thori violata iudicialiter agi, vel etiam extraiudicialiter tractari: & turpissimis hisce iumoribus popularium aures offendi, matronarumque pudorem, & malè audiri, aut eas fortè ad similem turpitudinem inuitari istius modi exemplo incitatas. Pare est vt ei adulterino hæreditatis lucrum à lege sibi delatum non adimatur, & in alium transferatur: iam enim si aliter fieret, & ipse suo careret, & ille aliena in-

uria potiretur. Contrarium tamen tenent Petrus Sotus & Scotus supra citati, post Caietanũ q. 62. ar. 5. super S. Tho. 2. q. 2. & Adrianus in summa q. 1. verb. restitutio. quorum sententiam receptissimam esse ait Sotus, vbi supra. & nostra sententia contra eos facilius procederet in fideicommissio familiz relicto ad descendentes transituro, & in maioratu, & similibus, puta in regno, in ducatu, comitatu, marchionatu, & similibus: nam & si ille filius qui à matre adulterinus declaratus fuit, fidem matri adhiberet. sicque ab eo maioratu, ducatu, regno, comitatu, marchionatu, fideicommissio abstineret, adhuc istius abstentio, vel renuntiatio suis liberis iam natis, vel nascituris eas ad res inuitatis minimè noceret. Quæ omnia fortè possent temperari, vt non procedant, quando euident esset, eum esse adulterinum, quia natus eo tempore, quo maritus peregrè abfuerat per longius tempus, quam vnius anni (id sæpè accidit nostris Hispanis ad Indorum regiones dum nauigant, vxoribus domi relictis) tunc enim & restitutio in conscientia facienda esset, & fortè id iudicialiter quoque obtineret. opportunè ergo ait Petrus Sotus, vbi supra, matrem † se proderè nunquam teneri, quia in casu euidenti eius confessione opus non est, & cessante tali euidentia, sua confessio nihil prodest. Et facit illud Chrysostomi: Non tibi dico, vt te prodas, quem refert & sequitur Sotus dicto articulo. in princip. Quæ omnia vel illinc iustificatur, quia nullus se alterius filium vel cognatum certò monstrare potest, dicta l. filium eum. & communiter Doctores tam ibi, quam in d. l. Lucius, per text. ibi, & plenè per Boërium, vbi supra. ergo duplici ratione possent iste adulterinus remorari restitutionem, quia nec certò scit se non esse filium eius, cuius de successione agitur, nec certò scit alterum restitui sibi postulantem filium aut cognatum esse eius, cuius de successione controuersia est. Nisi in casu, qui nunquam fortè contigit, quem descripsit Boërius, vbi supra, scilicet, † quòd masculus & foemina intra quendam cancellũ essent inclusi, & post vndecim menses ea foemina pareret, indubitatumque esset nemini mortalium ad eam patuisse eo tempore aditum, nisi illo viro. Et nostras sententias probat d. c. officij, de pœni. & remis. & quando periculum esset, si mulier se proderet, quia viuus erat maritus, tunc se proderè minimè tenetur, secundum Innoc. Hosti. Panorm. & alios per text. ibi in d. c. officij, tenent Petr. Sotus, Caiet. & alij, vbi supra.

Quid si † tua leuitate deceptus, vel ab alio citra culpam meam deceptus mihi centum quasi filio naturali tuo cum non essem, legasti, an ea centum debeam restituere tuis hæreditibus testamentarijs? id quod negat Sotus, vbi supra, sed loquitur contra text. in l. fin. ff. de hæz. inst. & in l. si pater. & in l. neq; apud. C. de hæz.

27
Accusare se nemo tenetur, nisi coram Deo.

28
Ratio nona.

29
Filiatio certò probari non potest.

30
Filiatio inuitu legatũ relicto non debetur, si ille filius non erat, contra nouiss.

hæred. insti. & ibi plenè per Corneum, & per Ias. in simili post alios Doctor. disputantes, an fiscus fortè ad id lucrum inuitetur, quod obtinet quando huic aliàs relicturus non erat, nisi eum suum esse filium falsè opinatus esset, vt ibi, & l. demonstratio falsa. §. quod autem. iunctis traditis per Bartho. ibi. ff. de cond. & dem. fallit quando ex vxore mea nato vt filio meo cum adulterinus esset legassem, ne tunc de adulterio quæzratur: argu. eorum quæ suprà diximus.

Hactenus de adultera & eius filio. Quid in ipsomet † adulterio, qui filiū ex adultera suscepit, qui ad patris putatiui hæreditatem fuit inuitatus, an ad restitutionem teneatur, vel hæreditatis veris mariti filijs, vel cognatis ablatæ, vel expensarum à marito in illo educando factis? Sotus, vbi suprà, id negat, cum hoc tamen moderamine, vt si adulter sibi vehementer illum suum esse filium persuadet, & honesto modo eas expensas marito refundere potest, id faciat. primum verum puto, & secundum quoque, ita tamen vt ea vehemens opinio, quò ad eas tantum expensas, non etiam quò ad hæreditatis restitutionem sit in consideratione.

Centesimo quadragesimo quarto colligitur, an † valeat dispositio. l. filium eum definimus. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. l. si vicinis. C. de nupti. dum aiunt, præsumptionem esse (iuris etiam & de iure, vt ibi exponunt Doctores) eum, qui domi cuiusque ex vxore sua natus fuerit, præsumi filium ipsius, quòd per quàm durum videtur. Quid enim si ex adulterio natus esset, vt aiebat testator ille, de quo in l. 3. in prin. ff. de libe. & posth. Quid item si subdititijs fuerat. arg. l. si pater. l. neque apud, cum ibi not. per Doct. C. de hæred. inst. sanè in his speciebus & similibus hominem compelli ad talem loco filij agnoscendum & alendum, per quàm durum, sicque à legis imperio alienum videtur, quòd prodesse non sic obesse deberet, vt habet nostra principalis conclusio. Deniq; † ad eòd verum est, talem filium mariti filium præsumi, vt etiam si mater contrarium asseueret, ei credendum minimè sit. hæc est communis opinio, quam tenent Cynus in d. l. si vicinis. ad finem. & Barthol. in d. l. filium. vbi referunt matrem dixisse filio cuiusdam regis primogenito, se regis filium non esse, sed cuiusdam militis, qui filius matri fidem adhibuit, sed vehementer errauit, secundum Bar. & Cyn. vbi suprà, sicque stultè, aiūt, regno renuntiauit. sequuntur Nicolaus Boer. decis. 249. Mulieri asserenti. nu. 6. Bald. in d. l. filium. lect. 1. col. 2. Albericus, Angelus, & Salycetus in d. l. si vicinis. Iacobinus de Sancto Georgio in l. 1. ff. de probatio. Francisc. Cremes. singula. 127. mortuo marito, ad finem. & alij quàm plures relati per Boerium, vbi suprà, & Theologorum doctissimus Dominicus Sotus de iust. & iur. lib. 4. q. 7. arti. 2. & per Ant.

31
Adulter, qui filium genuit, an restituere marito debeas aliquid.

32
Intell. l. filium. ff. qui sunt sui vel alie. iur.

33
Adulterinū se esse filium domini inuenit matrimonio natus, matri dicens, credere non tenetur.

Butrium, Panor. Ioan. Imolen. & alios in c. officij. de pœni. & remis. sicque hi † omnes intelligunt, neque in foro contentioso tali matris dicto credendum esse, nec etiam in foro conscientie, quamuis hoc vltimum non ita expressim significant, quòd apertius tenent communiter Theologi, vt per Dominicum Sotum, vbi suprà, post Scotum, quem allegat, id quòd videtur ex sententia diui Thomæ. 2. 2. q. 62. art. 5. & Caiet. ibi in id quoque inclinatur, facit tex. in c. officij. de pœni. & remis.

Deniq; ipsi mulieri quid agendum sit, solè dubitari. Quid. n. si partè hæreditatis paternæ abstulit reliquis mariti filijs, is filius adulterinus? videtur. n. talè matrè teneri ad restitutionem istius damni dati. Quid si primus durante illo matrimonio susceptus erat adulterinus, vel fortè subdititijs, & alius filius verus, & fortè mariti bona erant maioratus. sicque ex toto ad illium adulterinum peruentura erant: in hac quidem specie grauior est restitutionis obligatio, idemque in regni successione, vt in exemplo suprà relato. sed & si alius nō sit filius, supersunt tamen consanguinei illius mariti, ad quos ille maioratus, aut regnum, aut bona peruentura erant, sicque eadem ferè ratio est, quòd attinet ad vim restitutionis. Quid dicendum? & quidem, aut mulier illa habet alia bona, quibus id damnum compensare possit, & tunc non potest non restituere, secundum communem opinionem Theologorum relatum per Sotum, vbi suprà (in exemplo de adulterino filio, quòd solum prosequor). nec tunc tenetur adulterium suum manifestare, secundum quos hoc vltimum verissimū est, sed primum satis dubium, ad cuius rei dilucidiorē notitiam videndum, quando & quatenus quis restituere teneatur, & sint duo mēbra. Primum, quando quis factus est locupletior. Alterū quando locupletior factus minimè fuit. Priore casu duobus concurrentibus, quòd † & damnum iniuria dederim, & factus sim locupletior, teneor restituere quatenus damnum dedi, & non solum quatenus locupletior factus sum, ita procedit totus titulus. ff. C. & Institut. de lege Aquil. sicque si seruum tuum iniuria occidi, aut quadrupedem, licet locupletior nec ex toto, nec ex parte factus fuerim, teneor restituere ad modum & mensuram damni dati. quòd si † seruum subtraxi tuum, & vendidi vilioris quàm par erat, teneor restituere, non solum precium exinde redactum, sed etiam quòd deest ad iustum serui precium, & etiam quòd vltius tibi intererat seruo tuo non caruisse. Cæterum si is seruus eodem momento, quò à me subtrahitur fuit, naturaliter mortuus fuit, ita quòd & si subtractus non foret non minus periret, ad nullam teneor restitutionem in conscientia, quia nec tu pauperior factus es, nec ego locupletior. idemque in omnibus reliquis rebus. ratio, quia & si per momentum

34
Adultera an restituere teneatur quòd adulterinū filium capis ex hæreditate patris putatiui, ard. q.

35
Intell. titulus rum. ff. C. & Inst. de leg. 1. q.

36
Intell. ad rit. ff. C. & Inst. de fur.

temporis damnum iniuria datum videtur, tamen eodem momento resolutum fuit, & damnus esse desijt, sicque in consideratione esse non debet: argument. l. qui sic. ff. de solutio. & l. Titio cum morietur. ff. de usufru. leg. Item restituere non teneor quando legitime factus fui locupletior, Legitime intelligo variè. Primùm quando id fit ex expressa domini concessione, & ita procedit titulus ff. C. & Inst. & in decret. de donat. titu. generali, & de donat. cau. mor. & titulus ff. de precario, & titulus ff. C. & Insti. & in decret. de commodato, & omnes concessiones vltimarum voluntatum: Deinde intelligo etiam si tacita tantum domini voluntas accesserit. l. cum quid. ff. si certum petatur. & ita procedit. l. alienationis verbo, ibi. vix est enim vt non videatur alienare, qui patitur rem suam vsucapi. ff. de verb. sig. ita etiam intelligo l. si quis diuturno, in princi. ff. si fer. vend. facit §. fin. Inst. de iniur. l. si id quod. ff. pro dereli. & totus ille titulus.

37
Restitutio cessat ubi est legitima acquisitio.

38
Restitutio cessat interdum et si acquisitio fiat sine domini voluntate.

Vltimò intellige etiam si nec tacita nec expressa domini voluntas accesserit saltem in specie, si tamen adhuc fuit legitima acquisitio: quale est in acquisitione per interuentum prescriptionis, quæ contra absentem & ignorantem cucurrit. l. si. C. de long. temp. pres. & in acquisitione, quæ per alluionem contingit. §. præterea. Insti. de rerum diui. l. ad eod. §. præterea per alluionem. ff. de acquir. rerum domi. Idem in terminis totius tituli. C. de seruis qui pro præmio. lib. acc. Idem in terminis l. in bello. §. si quis seruum. ff. de capt. in specie idè dixi, quia his etiam casibus in genere videtur adesse quodammodo voluntas domini, quatenus quisque ciuium legibus reipublicæ suæ consensum dedisse videtur. leg. prima. ff. de leg. ibi, reipublicæ sponso (hoc est promissio.)

In secundo membro quando factus non fuit locupletior, adhuc tenetur si damnus iniuria dedit, vt dixi, si modò id damnus fuit considerabile, non momentaneum, vt iam declarauit. Nec dubium est ei tantum, qui damnus passus est, non etiam alteri faciendam esse restitutionem, & fortè id tantum considerabitur, quod principaliter agitur, vbi tantum inspicitur quod damnus datum potissimum, & principaliter intuebatur cuique primordialiter nocebat, non illud quod veniret per quasdam consequentias præsertim magnoperè remotas: arg. l. si quis neque causam. ff. si cer. pe. cum ibi plenè not. per las.

Quibus suppositis, videndum est in primis an ea mulier adultera teneatur ad restitutionem illius maioratus, aut illius hæreditatis partem, quæ ex toto vel ex parte filius ille adulterinus ademit, ijs siue fratribus suis, siue alijs, qui ad id quod ipse capit à lege inuitarentur, si ipse vel natus nunquam fuisset, vel se ex adulterio natum apparuisset. Deinde dato quòd ea mulier ad talem restitutionem mi-

nimè teneatur, videndum est, an saltem teneatur ex vi naturalis iustitiæ huic malo obuiare, ne is maioratus eam hæreditas ex toto vel ex parte ijs adimatur, quibus aliàs deferretur.

Quòd ad primum commune, vt dixi, sententia Theologorum & Iuris peritorum in locis supra allegatis esse videtur, vt ad restitutionem teneatur eo casu, quo ipsa satis amplum patrimonium habebat, vnde id facere exple-reque posset. vnde si is maioratus, eam hæreditas, quæ ex toto vel ex parte per hanc occasionem adempta fuit, & huic filio adulterino delata mille valebat, & totidem ea mulier in bonis habebat & præterea nihil, ea omnia restituere teneretur, & si per hoc nuda maneret, quod per quam durum esset, nec vllò iure (iudice me) introductum aut præceptum est, non magis quam si contendas, quod damnus, quod dedit filius à patre ex vi necessariæ restitutionis refarciendum sit, eo quòd illum genuit, vel à matre, eo quòd illum peperit. sicq; causam illius damni dedit, quod admittere vani capitis esset, & contra præceptum diuini iuris dictantis, Quod filius non portabit iniquitatem patris, nec pater iniquitatem filij, vt habetur in l. 1. & per totum titulum C. ne filius pro patre, & per totum titulum C. ne vxor pro marito, & per totum titulum C. res inter alios. & in l. non debet. ff. de iure iur. & l. si quis in suo. §. legis vbi dixi. C. de inoffi. testamen. estque similiter contra ius naturale, & positiuum suadentia pœnas suos duntaxat, non etiam alios tenere auctores: vt dd. ll. meliusque esse nocentem impunitum relinquere quam innocentem damnare. l. absentem, in prin. ff. de pœnis. vnde Horatius sic cecinit:

39
Adultera an restituere teneatur quod adulterinus filius ex bonis patris putasiui percepit, eo gregia q.

40
Pœnae suæ sententiam auctores.

Ad sit regula

Peccatis, quæ pœnas irroget aquas.

Non magis ergo ea mulier tenebitur ad talem restitutionem, etenim ea mulier, quæ adulterium commisit, si illico pœnituit, non dubium est, quin in ipsomet adulterio peccatum suum & cœptum & finitum fuerit, nec habuerit causam successiuam continuamque, nec in eo quod peperit peccauit, nisi malè sanus contendat eam teneri abortum facere, aut infantem in lucem editum subito necare, quod tam à vero abest, quod tunc parricidij pœnam subiret, tantum abest vt ad id teneatur: arg. per totum titulum ff. ad legem Pompe. de patri. & §. alia deinde. Inst. de pub. iudi. Quin immò talem filium etiam adulterinum (vtcunque malè & turpiter conceptum) parere, & partum tueri, & alere opus sanctum est. nam Ouidius Metamor. libro primo cecinit:

Sanctius his animal mentisq; capaciore alia,
Deerat adhuc: et quod dominari in cætera posset,
Natus homo est.

Et no. in aut. ex complexu. C. de incest. nu. vbi per Bald. & Saly. Quum ergo homo animal Sanctum Deoq; gratum sit, mulier, quæ cum

eum peperit, opus Deo gratum & meritorium fecit. licet opus conceptionis propter illam noxiam adulterij qualitatem improbum fuerit. & sic ait l. quod si nolit. ff. de ædil. edic. maximum præcipuumque munus foeminarum est concipere partumque tueri. Quum ergo ea mulier in pariendo inq; partu tuendo opus fecerit meritorium, licet præcedens actus adulterij turpis fuerit, causam tamen obligatoriam ad restitutionem minimè habens, consequens fit, omnem obligationem restitutionis in hac specie cessare. Simillimum est, quod in l. idem si ob stuprum. ff. de condit. ob turpem causam. dicitur, meretricem turpiter facere in eo quod sit meretrix, in eo verò quod cum meretrix sit meretricio more mercedem vsus meretricij acceperit, nihil turpe facere videri, omnemque restitutionis obligationem cessare, vt est Theologorum & Iuris peritorum communis sententia, de qua per Dominicum Sotum, de iustitia & iure. lib. 4. q. 7. artic. primo & attigimus supra. Non aliter & in specie nostra hæc coniunx turpiter fecit dum adulterium commisit, dum verò postea peperit & partum educauit, non turpiter, sed laudabiliter fecit, sicque omnis restituendi obligatio cessat.

Neque ad rem pertinet, quod qui causam damni dat, damnum dedisse videatur, vt in regula iuris. nam illud intelligitur de causa proxima & ordinata ad illud damnum inferendum. sicque his duobus demum concurrentibus, secus si alterum deesset, & longè magis si vtrunque. Hic autem deest etiam vtrunque, quia causa damni est longè remota, ex tali enim coitu non sequitur necessariò mulierem grauidatam iri, abortum minimè facturam, feliciter parituram, puerum patri superstitem fore, ad eius successionem aut maioratum à rege vocatum iri, & similia multa. Aliter enim similiter diceretur culpatus pater, qui filios suscepit, qui postea pessimi euaserint, qua si illius illorumque facinorò causam dederit, aut mater, quæ tales filios peperisset, quod admittere stultum esset, præsertim si tales liberi nati essent ex coitu vetito, puta ex stupro, & longè magis si ex coitu damnato, puta ex coitu consanguineorum vel fortè parentem cum foeminabus à se descendentes, vel ex monacha vel ex clericis, & cæterea id genus. & tamen in omnibus his speciebus & similibus, quæ notantur per tex. Glo. & Doct. in auth. ex complexu. C. de incest. nup. & per totum illum titul. & si turpe & interdum turpissimum sit talem habuisse concubitum, tamen ex illa turpi conceptione filium parere, partumque alere, turpe non est, sed laudabile, & cum par turpitudine sit ex parte tam adulteri quàm adulteræ, vt patet ad sensum, & probat in simili l. maximum vitium. C. de lib. præter. consequens fit, vt vel neuter ad talis hæreditatis vel maioratus restitutionem, vel vt v-

41
Intell. c. qui
causam. de
reg. in. lib. 6.

terque teneatur, & tamen nullus vnquam dixit adulterum ad talem restitutionem teneri, ergo nec mulier illa tenebitur, quia, vt diximus, ea damni causa longè remota, sicque in consideratione minimè habenda. l. si quis neque causam, cum multis in simili ibi per las. adductis, quæ nostram iustiorè reddunt sententiam. ff. si cer. pet. Nam & similiter † si domum tuam mihi precario & gratis habitandam concessisti, vel fortè commodasti, & famulus meus sine culpa mea eam incendio còbussit, nihil restituere tenebor, quamuis per indignum videatur prima facie te pro tuo in me beneficio præmij loco damnum reportare. tex. est in §. 2. & 3. Instit. quib. mod. re contr. obli. l. si vt certo. ff. commodati. l. quæ fortuitis. C. de pignor. acti. Huius autem rei ratio ea est, quod restituere minimè cogitur, qui causam damni dedit, nisi ex causa ad tale damnum dandum ordinata fuerit, etiam si ea causa proxima fuerit, nedum si fuisset remota. Sicque licet tua domus à famulo meo combusta nunquam fuisset, nisi ego eam inhabitandam & peterem & acciperem. sicque causam etiam proximam huic damno dederim, tamen quia ea causa in id ordinata non fuerat, non est in consideratione, quod ad restitutionis obligationem pertinet, ad idem in simili l. si ex legati causa, cum ibi late traditis per Doct. ff. de leg. 1. & in l. quod te mihi. ff. si certum per. & per totum. ff. & C. de peti. & com. rei vend. Pro nobis egregius tex. in l. scimus. §. repletionem. C. de inoff. tes. verb. aduentitium lucrum. vbi & si voluntatem defuncti ex toto vel etiam ex parte vtrunque minima impugnare odiosum reputetur. l. vel negare. ff. quemadmo. testa. aperi. l. 1. C. de sacr. eccles. tamen supplementum legitimæ à lege contra voluntatem defuncti introductum (iuxta §. cæterum. in auth. vt cù de appell. cognos.) habet locum. nec ad illud excludendum computatur lucrum per ius accrescendi cõtingens, eo quod reputatur quædam res aduentitia: sicque minimè consideranda, vt ibi. Ad idem l. 5. & 6. ff. de lega. 3. vbi is, qui per medias quasdam causas hæreditatem testantis habuit, non præstat legata. eo quod à testatore lucro affectus non videtur. ad idem multa, quæ congerit Andreas Tiracuellus de causa cessante, partè 2. dum negat, & multis comprobat & ornat hanc regulam, quod causa remota non consideratur. Ad hoc etiam oportune idem docet, dum negat occasionem regulariter considerari quia occasio est causa remota. sicque ari, qui occasionem damni dedit, minimè dedisse damnum videtur. licet interdum contra sit.

Deinde hoc damnum datum fuit ex ista causa non solum remota, (vt iam ostendimus) sed etiam ad tale damnum dandum minimè ordinatum. nam vt naturaliter sentimus tales adulteri non ad hæreditatem, maioratumque alicui

23
Casus nulli
imputatur

43
Amantes fi-
unt amantes.

alicui adimendum coibant, sed ad suam voluptatem ex plendam. Quinimò amor, qui eos ad actum Venerum coëgit, tum coecos reddere solet amâtes (ne dicâ amentes) vt vix præsentia, & quæ ante pedes sunt, cernere valeant, nedum tam longas ratiocinationes, cōsequentias, computationes, casuumque futurorum considerationes cogitare vacent, curent, aut polsint, quales fieri oporteret ad considerandum ex tali actu Venero post multa sæcula posse euenire, vt per interuentum filij inde nascituri hæreditas maioratusve filio legitimo mariti adimeretur: etenim quæ futura sunt præsertim si tam longè absint, prospicere, perfecta prudentia opus est, teste Terentio, qui ait, Isthuc est sapere, non quod ante pedes modò est videre, sed quæ futura sunt prospicere. huius autem consumatæ prudentiæ quàm alieni sint plerunque amantes, testatur Propertius lib. 2. Eleg. sic modulatus:

Quicumque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,

Nonne putas miras hunc habuisse manus?

Hic primum vidit, sine sensu viuere amantes,

Et leuibus curis magna perire bona.

Et Plautus in Trinummo sic scriptum reliquit:

Scio & sponte non tuapte errasse: sed amorem tibi peccus obscurasse.

Et Propertius lib. 2. Eleg. sic cecinit:

Scilicet infano nemo in amore videt.

Et Seneca in Hippolyto:

Quod ratio poscit, vincit, ac regnat furor:

Potensq; tota mente dominatur Deus.

Et Tibullus Elegia vlt. lib. 2.

Acer amor fractas vtinam tuatela sagittas,

Si licet extinctas aspiciamq; faces.

Tu miserum torques, tu me mihi dira precari

Cogu, & insana mente nefanda loqui.

Et Virgilius lib. 4. Aeneid.

Vritur infelix Dido, totaq; vagatur

Vrbesurens.

Et Propertius lib. 2. Eleg.

Errat, vesani, qui finem querit amoris.

Et Plautus in Truculento:

Bis perit amator ab re atque animo simul.

Denique tam amantes reddit amor amantes, vt omnis medicina sit desperanda, teste Ouid. sic modulante Epif. 5.

Memiseram, quod amor non est medicabilis herbis,

Destitutor prudens artis ab arte mea.

Quinimò amantes non solùm medicari non possunt, verùm nec mederi volunt, quò magis ac magis miserendi sunt, teste Proper. lib. 2. Eleg. ad Mecœnatem:

Omnes humanos sanat medicina dolores,

Solus amor morbi non amat artificem.

SVMMARIVM.

- 1 Duellum an licitum esse possit, ar. d. quest.
- 2 Historia Hispanorum.
- 3 Historia Hispana.

- 4 Occidens adulterum siue priuatus, siue iudex sit, an peccare videntur? ar. d. q.
- 5 Legislator an malo obuiare teneatur? egregia q.
- 6 Homo homini tenetur subuenire.
- 7 Permittere malum, alienum est à lege.
- 8 Defensionis commendatio.
- 9 Intellectus l. Gracchus. C. de adult.
- 10 Homo presumitur bonus.
- 11 Duellum an in dubio licitum.
- 12 Duellum ob priuatum honorem inire an liceat? ar. d. q.
- 13 Occidere bannitum si licet, licebit etiam si sit pater aut filius occisoris.
- 14 Duellum quando illicitum.
- 15 Duellum ob bonum publicum licitum, contra Glo. & nouis.
- 16 Duellum inter milites quando sit licitum, contra Docto.
- 17 Historia Torquati.
- 18 Prælia tumultuaria (seu scaramuzæ) inter milites licita esse, contra nouis.
- 19 Sortis iudicium quando licitum.
- 20 Duellum illicitum ad rei occultæ probationem.
- 21 Duellum honoris causa an licitum?
- 22 Duellum suscipiens an peccet?
- 23 Duellum princeps si permittat, an peccet?
- 24 Duellum patria causa inire licere.
- 25 Historia Romanorum fratrum tergemitorum.

CAPVT XLIX.



ENTESIMO quadragesimo quintò colligitur, an † legum, consuetudinum, statutorumve imperium eo vsque porrigatur, vt faciat licitum duellum? mouet quæstionem quod animarum salutis cunctis rebus humanis anteponenda est. I. sunt personæ. ff. de religiof. & sump. funerum. Nec dubium est, quin duellum regulariter peccatum mortale sit, sicque animarum periculum inducere videatur. ergo licitum fieri non potest autoritate legum, principum, statutorum, & consuetudinum. Isthæcenim omnia ex consensu populi vim & authoritatem capiunt, vt habet nostra principalis conclusio per totum hunc librum ornata & iustificata. nec verosimile est, populum consensum in specie daturum ad rem tam nociuam, quandoquidem legum principumque potestas à populo data videtur ad sui duntaxat commodum, non etiam ad incommodum, vt millies admonuimus. sicque duellum sui natura esse illicitum plenè suprâ ostendimus.

Adhuc tamen videtur duellum esse tolerabile ex vi consuetudinis, vel statuti, argum. l. Gracchus. C. ad legem Iuliam, de adulte. Nam qua ratione permittitur à lege, vt maritus mœchû domi deprehensum occidere possit, quia rari sunt (inquit lex) qui tantum dolorem ferre possint: ita eadem aut alia lege præsumit potest,

1
Duellum an
licitum esse possit
ar. d. quest.

potest, raros esse homines, qui iniuriam corporealem, ex qua ingens contumelia, ignominia, infamia nascatur, ferre possint, sicque si Mæuiū fortē fuste pulsaui, aut verberibus, aut colapho, ex quibus rebus secundum mores hominum tam ingens contumelia nascitur tantaque infamia, vt harum rerum vindicta necem iniuriantis deponat, non minus sed fortē magis quam adulterium, quæ res poterit esse impedimento quò minus per legem licere videatur iniuriato talem iniurantem interficere. Quid enim si lex delicta istarum iniuriarum & similibus capitalia esse disponeret, non secus quam adulterij maleficium, & quasi huius rei vindicem loco iudicis & carnificis constitueret eundem, qui iniuriam passus esset? certè ea lex eadem ratione valeret qua valet dicta l. Gracchus. cum vtroque casu vel par ratio sit, vel saltem eiusdem generis, quinimmò non rari essent, qui leuiore se contumelia affectos per interuentum adulterij existimassent, quam per istarum contumeliarum interuentum (vt interim omittam huiusmodi contumelias plerunque fieri palam, adulteria verò clam) ergo quod in crimine adulterij licet, vt & in reliquis criminibus similibus, aut atrocioribus licere posse, dubitari non oportet. idemque etiam in ijs, quæ parum leuiora essent, si id lege nominatim cautum, aut diuturna populi consuetudine receptum esset. Quid ergo si ipsummet adulterium per duellum vindicari posse, aut persequi lege, aut diuturna consuetudine introductum esset? mihi quidem non difficilium, sed potius, facilius & lenius videretur, quam mœchum certè morti tradere, & plerunque ex insidijs deprehensum, veluti pecora trucidari, & clementer plerunque vsus est induello, in quo victorem in victum minimè sœuire mos est. Quid in bannito, quem ex forma decreti popularis cuiusque occidere fas erat? in omnibus quidem his speciebus & similibus, si is, qui occidit siue bannitum, siue mœchum, siue iniurantem, id fecit ad propriam vindictam, peccauit mortaliter: quod si id fecit ob bonum publicum, quò magis reliqui ciues à similibus facinorum perpetracione abstinerent, non peccauit. Nec ad rem pertinet quod in terminis d. l. Gracchus. calor iracundiæ excusationem qualemqualem præbere videatur, vel occasionem legis impunitati dedisse. nam id calor iracundiæ esse & potest & solet in reliquis contumelijs, de quibus supra meminimus, & fortè maior, & licet aliquantum minor esset, non referret, quia quæ differunt tanquam plus & minus, non differunt in specie. leg. si. ff. de fundo instrumen. sicque non sunt ligatæ legis manus ad mensuram casus. d. l. Gracchus. Nec ad rem pertinet quod primus motus non videtur esse in homine, vt tradunt Decius & Cagn. in d. l. quidquid calore, sicque non mirum si impunitum sit ho-

micidium à marito factum, quando domi mœchum deprehendit. nam respondeo d. l. Gracchus. procedere etiam si ex insidijs maritus seruasset tempus oportunum, quo mœchum domi deprehenderet, id quod plerunque fit. sicque licet ex proposito procedatur ad duellum, par ratio erit: nam qui iniuriam vel maleficium passus fuit, si in duelli certamen descendit ad propriam vindictam, peccauit mortaliter, quòd si ob bonum publicum quò magis reliqui homines tali pœna & periculo perterriti à similibus facinorum perpetracione abstinerent, crederem eum non peccasse, non magis quam iudices, aut carnifices, dum illi ad mortem malefactores condemnant, hique eostrucidant. aut non magis quam is, qui bannitum ob salutem & tranquillitatem publicam interfecit. & talia duella in vsu hodie sunt Hispaniæ apud Taraconensem regionem, & ferè per totam Italiam. Et tale fuit † duellum Hispaniæ habitum inter duos præliantes propter iniuriam, quam illustres viri (qui Hispano sermone vocabantur los infantes de lara) filiabus Roderici de Bibar fecerant, in quo prælio victi fuerunt iniuriantes à vindicibus. Tale † etiam fuit prælium duelli habitum cum viris Zamoranis apud urbem Zamorensem post necem regis Sancti, hasta proditoriè tamen transfossi ab Vellido dolfos. Et denique † hac siue illac animum verteris, tu semper inuenies similem in duello permittendo esse rationem, quæ est in permittendo vt propria auctoritate maritus adulterum, aut pater mœchum filix suæ, aut consanguineus, interficere possint, aut vt id liceat cuilibet de populo quoad bannitum. Qua de re per Gloss. in cap. inter hæc. 33. quæstio. 2. Tirraquel. de iure mariti. leg. 8. Abb. Ana. & Felynus. in cap. interfecisti, de homici. Faber in l. Gracchus. C. de adul. Abb. in cap. si vero. primo. de sententia excommu. Abb. & Præpo. in cap. veniens. secundo. de spon. Ias. in l. vt vim. columna quinta. num. vigesimo secundo. vbi Oros. colu. prima. & alij omnes. ff. de iusti. & iur. Ias. in l. vbi pactum. num. 16. C. de transa. Feli. in c. quæ in eccle. col. 4. de const. Fortu. de vlt. fin. illatione 11. Fely. ind. c. si vero. Host. vbi Paul. & alij 37. q. 2. Sylues. in summa. verbo, homicidium. Couar. in quarta par. 2. c. 7. nu. 8. per Alex. colu. 1. Ias. col. 1. Ripa num. 6. in l. si plagi. ff. de verb. obliga. quorum receptior opin. est, vt in re dubia peccasse videatur occidens tam bannitos, quam adulteros, etiam lege permittente, sed nos in vtroque contrarium tenemus in re dubia, licet secus si constet propriæ vindictæ causa bannitum, aut adulterum fuisse occisos. Vnde infertur necessaria declaratio ad l. Gracchus, cū ibi notatis. C. de adulter. l. marito. & leg. patri, cum seq. & leg. neque ea. ff. eo. titul. & leg. 80. & 81. & 82. Tauri. leg. 2. titul. de los adulteros. libro 8. ord. l. pen. tit. 7. lib. 4. fori. cum similibus supra allegatis, quæ

² Historia Hispanorum.

³ Historia Hispania.

⁴ Occidēs adulterū siue priuatus; siue index sit, an peccare videantur, ard. q.

quæ quidem leges permittunt marito, & alijs personis adulterum, adulteramque vel accusare, vel etiam propria auctoritate interficere, vt hi omnes nec peccasse in re dubia intelligantur, nec si peccauerint, id fecisse intelligantur legis auctoritate, non magis, quam ipse iudex aut carnifex. nam siue publicæ tantum salutis causa, non etiam propriæ tantum vindictæ fecerint, non peccarunt, siue id fecerint propriæ tantum vindictæ causa, tunc peccarunt, & in re autem dubia publicæ tantum salutis causa fecisse videntur. nam & in terminis illarum legum tam iudex, quam carnifex nihil in re dubia peccasse intelliguntur, eo quod publicæ salutis tantum causa fecisse videntur, licet indubitanter peccassent, si propriæ iracundiæ, aut inimicitiz explendæ causa fecissent. Vnde similiter infertur intellectus ad l. i. tit. de los adulteros. par. 7. & in prin. Instit. de publi. iudi. l. i. ff. eod. vbi cuilibet de populo adulteros accusare permittum est, vt id procedat sine peccato accusatoris in duobus casibus. Primus, quando constat accusasse publicæ tantum salutis causa. Secundus quando sumus in dubio, quia sic fecisse præsumitur, licet tertio casu quando propriæ vindictæ inimicitiz tantum causa fecisset, peccasse videretur, eademque distinctio in iudice sententiam proferente admittenda est. Non pauci tamen eorum, quos supra retulimus ea ratione contendunt vim legis habere, dicta l. Gracchus. cum simil. & statuta permittentia quod ban-nitus à quocunq; possit interfici, quia inquit, leges illæ si iuberent præcisè, vt huiusmodi homicidia fierent, minimè valerent, quasi nutritiuz peccati: arg. d. c. erit autè lex. quarta distinctio. iuncto c. fina. de præscript. Cæterum cum nihil disponant, sed duntaxat permittant id fieri, nihil mali fecisse videntur, nò magis quam Deus optimus maximus, qui & si permittat homines peccare (cui malo, si vellet, occurrere posset) nihil tamen mali per hoc fecisse videtur. & hoc etiam argumento & similitudine vtitur in simili Hierony. Cagn. in l. culpa caret. num. 5. de regul. iur. Sed istorum ratio nulla est, nam vt culpa caret, qui scit & prohibere non potest, d. l. culpa, & l. nullum crimen. eo. tit. ita in culpa est, qui scit & quum posset prohi. aliquod malum præsertim magnum, fieri permisit, vt dd. ll. à contrario sensu. & l. si ita stipulatus essem per te non fieri. ff. de verb. obli. vbi Bart. ait, non sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bon. est, & inofficiosus tamen homo est, sicque quasi à cætu reliquorum hominum segregandus, qui egenti, periclitanti, vim, iniuriamue patienti cum posset, desijt auxiliari, vt docemur per Cicer. lib. 1. Offic. & per Teren. in Andr. dum aiebat, Homo sum, humani à me nihil alienum puto. & eleganter per Ouid. sic modulantem:

*Et caret auxilio, qui non tulit, vt q̄, reliquit:
Sic linquendus erit, legem sibi duxerat ipse.*

Et cum cognationem quandam inter homines natura constituerit, hominem homini nò auxiliari nefas est: arg. l. vt vim. ff. de iust. & iu. id quod plenius ostendimus supra. modò sic, cum tamen lex poterit esse ad tristissimum necis facinus obuiandum in terminis l. Gracchus. supra alleg. cum simil. non satisfacit permittendo malum fieri, quia non sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est, præsertim si quis ratione officij ad id teneatur, vt est vera & receptior opinio Theologorum in dictis locis, vt testatur Cagnolus, vbi supra, & probat l. legis virtus. ff. de legi. dum ait, Legis virtus est imperare, vetare, permittere, punire. ecce suam punishmentem, per quam homines boni fiunt à maloque abstinentes, hoc in casu denegare aut remouere non deberet, ne debitum suum officij denegasse videretur: arg. d. l. legis virtus. iuncta l. i. ad finem. ff. de iustit. & iu. ibi bonos non solum metu pœnarum, &c. Quinimò lex in hac specie vtroque pede claudicare videtur, nec enim in eo tantum reprehensione digna videtur, quod malo obuiare desierit cum posset, sicque in officiosa videatur, sed quod suum officium denegauerit, sed etiam (quod deterius est) in eo quod vicini & popularibus ademerit facultatem subueniendi. Finge enim quod maritus, qui erat hodie concubiniarius, aut meretricator, vxorem in adulterio deprehensam occidere properaret. eamque finge clamantem, ita: Ferte populares opem, seruate me obsecro, quia vim patior & iniuriam, quum maritus meus eodem qua ego crimine culpatus, me perdere vult contra æquitatem & iustitiam. l. in harenam. C. de inoffic. testamen. & contra præceptum illud diuinum & naturalis iuris, vt: Quod tibi non vis, alteri non facias. & contra illud vulgatum:

Nihil Iudeus Iudeo, nihil Catilina Cethego.

Maritus autem meus vt se adulterum noleret interfici, ita deberet me seruare, certè adhuc stante dicta lege, Gracchus, cum similibus, non liceret viciniæ opem ferre, maritumque prohibere. at ijs legibus non stantibus, in terminis solius iuris naturalis tali mulieri vim iniuriamque & iniustitiam illam patienti nò solum viciniæ liceret opem ferre, sed etiam forte oporteret: ne aliter ij inofficiosi viderentur & culpabiles, vt in simili ostendimus supra. Quinimò tamen tam debita defensio est, vt non solum proximum vim patientem defendere liceat & expediat, vt supra ostendimus, & probat c. ipsa pietas. 24. q. 4. sed etiam tertius potest occidere aggressorem proximi sui, si aliter eum ab iniuria tueri non potest. c. quis potest. & c. Maximianus. 23. q. 3. & tradit Alfonso Guerrerius in Speculo principum. c. 41. num. 10. Ergo tamen d. l. Gracchus, cum similibus supra allegatis, verum est vtroque pede claudicare & gemino vitio laborare, non solum dum denegant iustam defensionem ad earum

7
Permittere
malo, aliena
est à lege.

5
Legulator an
malo obuiare
teneatur,
egregia q.

6
Homo homini
tenetur sub
uenire.

8
Defensionis
comendatio.

9
Intel. l. Gracchus. C. de adul.

earum legum officium spectantem, sed etiam dum impedimento sunt, quò minus talis naturalis defensio & opitulatio ab hominibus priuatis præstetur. sicque apparet eas leges aliter esse tuendas & iustificandas, quando quidem earum auxiliares supra relati defecerunt. Quid dicendum? & sanè qui occidit bannitum aut uxorem suam adulterio deprehensam, quo animo id fecerit nullus certò scit, aut scire potest præter Deum, etiam si ipse illud de clarasset, quia verba sæpe fallunt, vt ff. & C. ad legem Corne. de falsis per totum, & l. diuus. ff. de mil. testam. §. planè. Instit. eod. tit. l. non figura. l. obligationum substantia, in prin. iuncto vlt. resp. ff. de act. & obliga. In re † autem dubia homo bonus præsumitur. l. merito. in pri. ff. pro socio, & quia qualia sunt principia, talia præsumuntur principiata, secundum philosophum. sicque homo vt pote à natura, quæ optima est, principiatus optimus præsumitur. sicque præsumitur habere bonam fidem in omnibus actionibus suis, vt est receptissima opin. Doctorum. vt isthæc omnia plenissimè edocebimur infra lib. seq. in materia præscriptionum in 1. par. principali, & multis edocet Andreas Tiraq. de præscri. §. 1. glo. 2. in verbo, bona autem fides. sicque par est, vt maritus uxorem talem interficiens bannitum, aut frater sororè, aut pater filiam, aut quilibet aggressorem proximi sui (quem aliter tueri non poterat) interficiens in terminis iurium supra allegatorum, id semper ob bonum publicum fecisse videantur, quò magis reliqui à similibus perpetrations abstinere, sicq; bonis in tranquillitate vitam degere liceret. sicq; his casibus huiuscemodi interfectores nõ peccarent nõ magis quàm iudices, qui ea ob facinora, quæ capitalia esse diximus de succ. creat. §. 7. num. 22. sententiam ferrent condemnatoriam. aut carnifices, qui eam sententiam exequeretur. & ista est ad eas leges longè defensio quàm ea, quæ ab earum auxiliariis supra relatis tradebatur. Ergo hi interfectores aut fecerunt ob bonum publicum & non peccarunt, aut ob propriam vindictam & peccarunt: aut dubitatur, & præsumam ob bonum publicum fecisse: & sic non peccasse. In iisdem † ergo speciebus in duello eandem admitterem distinctionem, quia eadem ratio est. Quid enim si lege, aut diuturna consuetudine receptum esset, licere maritis adulteros uxorum suarum in certamen duelli prouocare, aut patribus stupratores filiarum, aut etiam fratribus vel colanguineis, aut cuius de populo prouocare bannitum, vel forte eum etiam, qui proximo suo tam grauem iniuriam fecisset, vt crimen esset capitale? certè in omnibus his speciebus & similibus, qui ad certamen duelli prouocaret, motus ob bonum publicum, quò magis reliqui ab similibus facinoribus abstinere, non peccaret: sin autem propria indignatione motus ad suam vindictam pecca-

ret. in dubio præsumerem ob bonum publicum id fecisse. eandemque distinctionem adhibendam, etiam si in suamet persona iniuriam passus esset, quod fuste aut colapho percussus, aut vulneratus fuerit, nam vtroque casu parratio est: argu. §. patitur autem. Instit. de iniur.

Ex superioribus † apparet non esse verum quod Bald. in c. 1. col. 5. de pace tenenda. & Petrus Gerardus sing. 37. nobiles. num. 5. scripserunt, licere inire duellum pro defensione proprii honoris, cum id solum ob bonum publicum liceat. Vnde pater, qui pro defensione patris occidit filium, excusatur. Quinimò † bannitus, qui impune poterat interfici, poterit etiam occidi à filio suo, vel à patre suo, ita egregiè tradunt Panor. post Goffredum in c. peruenit. de immuni. eccles. Petrus Gerardus singulari 2. Bart. in l. minimè. per tex. ibi. ff. de religio. la. in l. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iure. colum. vlt. idem Petrus Gerardus sing. 82. num. 6.

Apparet etiam † prohibitum esse duellum, primùm cum initur ad manifestationem veritatis, id enim Deum tentare est. ita procedit c. monomachiam. 2. q. 5. & in tit. de purga. vulgari, & l. vn. de gladiato. lib. 11. & c. porro. de pug. in duello. Idem si fiat virtutis, aut vitium exercendarum, aut ostentandarum causa: vt d. l. vn. & d. l. in arenam. C. de inoffi. testamen. Idem si propriæ vindictæ causa, aut causa proprii honoris, vt iam diximus.

Apparet † suspectam esse Glo. d. c. monomachiam. quam sequitur Alfons. Guerrerius, vbi supra c. 46. aiunt enim, Dauidem cum Golia in duello pugnantem non peccasse; quia id fecit instinctu diuino. sentiunt ergo quod aliter peccaret, quod nõ est verum, cum ipse ob bonum publicum pugnasset in illo duello. Errat etiam ipse Guerrerius ibi, dum ait, † peccare ineuntes duellum deni forte, aut quini, aut vicini, tempore bellorù, quia, inquit, per huiusmodi prælia non imponitur finis bello, fiuntque ostentationis gratia, quod nihil est. sic enim fieret vt in omni bello præliantes peccarent, quia nemini nisi Deo notum est, an post prælia finis bellorù sequeretur: & etiam ex talibus singularibus certaminibus bonum publicum sæpe sequitur, quia incutitur timor exercitibus, eo quòd victus sit quis ex parte sua, & crescit alacritas exercitus illius partis, cuius miles victor in singulari certamine euasit: ideo interdum quasi res summi ponderis à ducibus prohibetur, vt ff. de re mili. l. desertorem. §. in bello. etiam sub pœna capitis, vt ibi. adeò vt † Torquatus Romanorum dux quum singularia certamina inter suos milites & hostes interdixisset sub pœna mortis, & ipsius filius patris iussa transgressus cum hoste singulari certamine pugnasset, victorque euasisset, à patre præmij loco capite damnatus fuit, de quo meminit Titus

12
Duellum ob priuatum honorem inire an liceat, ar. quest.

13
Occidere bannitum si liceat licet etiam si sit pater, aut filius occisorum.

14
Duellum quòdo illicitum.

15
Duellum ob bonum publicum licitum, contra gl. & no.

16
Duellum inter milites, quando sit licitum, contra Doct.

17
Historia Torquati.

Y

Liui-

10
Homo præsumitur bonus.

11
Duellum an in dubio licitum.

Liuius, & Claudianus de 4. Honorij Augusti
consul. sicque cecinit:

Triste rigor nimius, Torquati desue mores.

18
Prelia tumul-
tuaria (seu,
scaramuzza)
inter milites
licita esse, cõ-
tra nouiss.

Ergo & si † secundum sententiam Glossæ
& Guerrerij supra relata, omnia prælia tumul-
tuaria (quæ vulgò scaramuzza appellantur) nullius iuris auctoritate viderentur posse
defendi, sed quasi finem bello minimè impon-
entes viderentur damnari debere, tamè lon-
gè verius est, regulariter nõ minus iustas esse,
quàm sit ipsum bellum aut præliũ quantum-
libet ingens & atrox, sicque aut fiunt ostenta-
tionis tantum gratia, aut ob bonum publicũ,
aut dubitatur: Primo casu peccatum erit, reli-
quis verò duobus non utique. & ita in specie
tenet S. Tho. 2. 2. q. 95. ar. 8. in princ. & in fine.
vbi † duellum vult exequare iudicio sortis,
sicque vt sortes (inquit) illicitæ sunt ad occul-
ta quasi miraculosè detegenda & reuelanda,
quia quæ Deus sibi reseruauit, id homini scruta-
tari non licet, vt ibi per eum: ita & prælium
singulare seu duellum iniri non licet ad proba-
tionem vel reuelationem alicuius rei occul-
tæ, sed id Deo reseruandum est, fatisque eum
vltorem habebit: arg. l. 2. C. de rebus credi. Cæ-
terum vt iudicium sortis & licitum & visita-
tum est ad diuisionem rerum, ita ad talem di-
uisionem vel definitionem, initur & iniri fas
est duellum, quale fuit duellum seu singulare
certamen Dauidis cum Philisteo, 1. Regum c.
17. quod approbatum fuit à Deo, secundum
sanctum Tho. vbi supra quod intelligo dum-
modo fiat ob bonum publicum, vel ob maius
malum vitandum, quod necessariò aut vero-
similiter sequeretur, si commodior, aut cle-
mentior modus definiendi sese non offere-
bat, Nam ex duobus malis minus malum esse
eligendum supra ostendimus, & docet Hiero-
nymus, Cagn. & Decius per tex. ibi in l. quoti-
es nihil. ff. de reg. iur. Et † ad probationem rei
occultæ illicitum esse duellum communis
opin. est secundum Hierony. Cagn. in l. fauo-
rabiliores. nu. 17. de reg. iur. ff. per Baldum &
Claudium & alios in l. ex hoc iur. ff. de iust.
& iu. per Andre. Barb. conf. 62. libro 1. Iason
consil. 144. lib. 2. Decium conf. 487. & conf.
686. & alios plures relatos per Cagn. vbi supra.
& voluerunt Caiet. in summa verb. duellum
& diuus Tho. vbi supra. Fallit vt nos interpre-
tamur in duabus speciebus, Prima, quando fit
ob bonum publicum, Altera, quando fit ob
maius malum vitandum cum requisitis su-
pra relatis. nam & hac ratione tolerantur
meretrices, & etiam aluntur publicè, vt dixi-
mus supra.

20
Duellum illi-
citurum ad rei
occultæ pro-
bationem.

21
Duellum ho-
noris causa
an licitum.

Pro conseruatione tamen honoris alicuius
priuati iniri duellum liceret ex consuetudine
provinciæ, vt est Hispaniæ apud Aragonensem
regionem, & forè per totam Italiam, secun-
dum Doct. vt per Bald. & Petrum Gerardum
in locis supra allegatis, tenet Cag. vbi supra, &

Curtius Senior in repe. l. admonendi. ff. de iu-
reiu. colum. 77. Philippus Decius dicto confi-
97. & rursus Curtius Iunior conf. 173. & Pau-
lus Parisius loco per Cagnolum allegato, qui
ita tenere Doctores ait, eo quòd crudelis sit,
qui negligit honorem suum, & quia honor
vitæ æquiparatur. l. iusta. cum Glos. ff. de ma-
nu. vindi. & interdum anteponitur l. 2. §. pe-
ff. de origine iuris. quod moderat Cagno. vbi
suprà. vt procedat quòd ad forum contentio-
sum, nam qui ob causam honoris alterum in
legitimo duello occiderit, non punietur, sed
in conscientia mortaliter peccasse intellige-
tur. Sed nos in hoc vltimo dicimus. quod si il-
le ob bonum publicũ pugnavit, non pecca-
uit, si ob propriam vindictam peccauit, indu-
bio præsumam potissimum ob publicam vin-
dictam fecisse, vt supra exposuimus. Vnde ap-
paret errasse Cagn. & Caietanum, vbi supra
simpliciter dicentes, in tali duello esse pecca-
tum ex parte prouocantis. Quid autem † ex
parte prouocati? & similiter peccatum adesse
tenet Cag. qui ait Caieta. vbi supra, ita velle,
quod ego admitterem, si sponte ille susciperet
non sic si aliter ei pœna mors esset, tunc enim
se defendere posset iure naturæ, arg. l. vt vim.
ff. de iust. & iure, quale esset, si mœchus ob id
maleficium vel mortis pœnam subiturus es-
set, vel à marito prouocatus singulare duelli
certamen subiturus esset. Sed † an populi vel
principes tali iure vtentes peccet, quod nego,
quando eis visum fuerit illum esse bonũ mo-
dum ad tranquillitatẽ reipublicæ, prout Ara-
gonensibus & Italis visum est, arg. eorum, quæ
suprà dicta sunt, & quæ latè tradit Andreas
Tiraq. de retract. in præfa. num. 75. & Hiero-
nymus Cagn. vbi supra, qui ita tenet in spe-
cie.

Ob patriæ † defensionem duellum inire
etiam meritorium est, tantum abest vt culpa-
bile intelligatur, vt per Cagnolum, vbi supra,
vt in exemplo de Tergeminis † fratribus Ro-
manis cum Albanis totidem pugnantibus,
vt refert Titus Liuius, & meminit Manilius
Astro. lib. 2. sic modulatus:

Tresq; sub vnius fratris virtute iacens.

SVMMARIVM.

- 1 Lex inutilis an valeat? ardua q.
- 2 Tyrannus quis.
- 3 Lex si civilis non est, noxia est.
- 4 Intellectus l. vn. in princ. & §. 1. C. de cad. tol.
- 5 Lex positua vt valeat, debet deriuari à lege na-
tura.
- 6 Lex positua largè naturalis potest dici.
- 7 Intell. l. ius civile. ff. de iust. & iure. & num. 9.
- 8 Leges positua specificantur ex materia iuris na-
tura.
- 9 Generatum simile generanti.
- 10 Lex inutilis an valeat?
- 11 Legu vita quant a sit.

22
Duellum sus-
cipiens an
peccet.

23
Duellu Prin-
ceps si permit-
tat, an peccet.

24
Duellum pa-
triæ causa ini-
ri licere.

25
Historia Ro-
manorũ fra-
trum tergo-
minorum.

CAPVT L.



ENTESIMO quadragesimo sexto colligitur ex nostra principali conclusione, an valeant leges inutiles † à principibus, vel magistratibus. latæ, quibus populus regebatur, mouet quæstionem, quod licet regulariter leges iustas, & necessarias, vtilisque esse oporteat: argumen. cap. erit autem lex. 4. dinstin. l. 1. & 2. ff. de legibus, tamen communis sententia est, vt lex si non aduersatur iuri naturali, diuino, vel gentium, aut sit contra bonos mores, non desinat valere, quamuis nihil referre videretur, eam legem factam fuisse vel fortè non fuisse factam, vt post Arist. & Dominicum Sotum Theol. dissertissimum diximus supra cap. ab hinc. 2. & quia valuit lex captiōibus plena. l. vni. in princ. C. de cad. toll. ibi. suis machinationibus, & l. inuidiosa. vt ibi. §. 1. & l. per quàm dura. l. prospexit. ff. qui & à quibus, elegans l. 1. §. initium. ff. de postul. ibi. quia moderatam hanc ætatem prætor ratus est: quam rationem mirabile esse clamat Accur. ibi, & Andr. Tiraq. multa hanc ad rem spectantia congerens de retract. in præfa. num. 75. & Bal. in l. non omnium, per text. ibi. ff. de legibus, & in l. de quibus. ff. de legibus.

Adhuc tamen contrariam partem summa authoritate & grauitate, nec minore (iudice me) aut minus dilucida veritate contrarium tenere videtur Theol. summus Alfonso Cast. de potest. legis pœnalis lib. 1. c. 1. cap. penul. ibi in vers. & inde mea sententia, cuius verba ita habent. Et inde inquit, mea sententia deducitur, vt si † princeps, aut magistratus talè potestatem à populo habens, veller lege ab eo condita populum contradicentem cogere ad aliquid lege diuina, aut naturali, minimè necessarium, is sit tyrannus dicendus, quia maiorem erga populum potestatem exercet, quàm verè habeat: quibus verbis duo significauit, primum non valere legem, quæ nociua aliquantum esset, cuius contrarium tenuit Dominicus Sotus Theologus dissertissimus de iust. & iure. lib. 3. q. 4. arti. 5. ad finem. Deinde significauit, non valere, si non esset necessaria inspecto iure naturali vel diuino, qua si eo ipso quod necessaria non est, noxia esse intelligatur, cuius contrarium licet tenuerit Arist. loco per eundem Sotum citato, tamen verissimam esse Alfonso Cast. sententiam, apparet ex nostra principali sententia, & ex omnibus his, quæ per hunc totum librum ad eius tam ornata quam iustificationem disseruimus, edocentes, omne imperiū tam legum quam principum pertinere ad meram subditorum, non etiam ad regentium vtilitatem. Nec dubium est quin † omnis lex positua eo ipso quod necessaria nō est, noxia & nociua sit. Leges enim constringunt hominum vitas. l. leges sacratis-

simæ. C. de legibus. sicq; onerant libertatem, vt ibi, & l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur. inducuntq; imaginem quandam seruitutis, quæ morti æquiparatur. l. seruitutem. ff. de reg. iur. iuncta l. libertas. ff. de statu hominum. & §. libertas. Inst. de iure personarum. adeo vt in obligationibus faciendi ideo nullus compellatur præcisè, sed tantum teneatur ad interesse, quia oneraretur libertas si homo ingenuus aliquid facere præcisè cogatur, & lenius, clementius ac tolerabilius visum est, vt interesse præstemus, vel etiam omnia nostra, si opus fuerit, amittamus, quàm vt ad minimum faciendum inuiti cogamur, per quod nostra libertas aliquantisper lædi videatur, facit Glo. app. in leg. in seruorum. ff. de pœnis. dum ait, vel minimam pœnam corpoream duriolem esse omni pœna pecuniaria, facit l. filiusfam. §. secundum vulgarem. ff. de lega. 1. dum ait, patriam potestatem esse in æltimabilem. & quod Terentius per Cremetem ad Sossiam dicebat, Quod habui, inquit, summum precium perfolui tibi, hoc est, libertatem. Et illud vulgare:

Non bene pro toto libertas venditur auro.

Quum ergo hæc libertas per leges posituas restringatur, consequens fit, eas leges non solum noxias, sed nocentissimas quoque esse, quoties necessariæ (inspectis iuris diuini aut naturalis principis) non sunt, quamuis ingenti non modò leuitate verum temeritate quoque, aut (quod turpius & inclementius est) machinatione non rarè fiant, vt testatur Iustinianus Imperator in d. l. vn. in princ. & §. 1. C. de cadu. toll. tanta est, tamque lamentabilis humani generis infœlicitas. & verus † intellectus ad d. l. vn. cum simi. est, eam legem & similes non tam iusto imperio, quàm tyrannide & ferri ab initio, & postea contineri aut obseruari. de quibus dictum est illud, Væ eorum, qui condunt leges iniquas.

Iustificatur † hæc sententiæ, quia lex positua vt valeat, oportet vt deriuetur à lege diuina & naturali, vt eleganter per eundem Alph. Castr. vbi sup. c. 2. cuius verba ita habent, Aliæ sunt leges humanæ, quæ à lege naturali deriuantur per modum specificationis aut determinationis, sicut species in rebus artificialibus quodammodo deriuantur à genere, in qua deductione licet sit necessitas, qua aliquam certam speciem statuat artifex in orando, q; tamen hanc aut illà statuat, ex mera artificis pœder voluntate, tales sunt omnes leges, quæ præmium aliquod virtuti, aut pœnam vitio statuunt: quarum nullæ ex primis legis naturæ principijs necessaria consequentia deduci possunt. Nam licet necessarium sit ex lege naturæ, vt virtuti præmium, eo vitio pœna reddatur, non tamen ex eadem lege est necessarium, vt hoc aut illud præmium virtuti, & hæc aut illa pœna vitio reddatur. Ta

Y 2 les

1
Lex inutilis
an valeat,
ord. 9.

2
Tyrannus
quis.

3
Lex si utilis
non est, noxia
est.

4
Intel. l. vn. in
princ. & §. 1.
C. de cad. toll.

5
Lex positua
vt valeat, de
bet deriuari à
lege natura.

les ergo leges, licet verè humanæ dicantur, quia ab hominum voluntate pendent, vt subditos obligare possent, non tamen est sola in illis humana voluntas, ita vt sine illa similitudine aut specificatione legis naturalis illa sola subditis necessitatem & obligationem imponere posset. Possunt † ergo huiusmodi leges quodammodo extensa vocis significatione naturales dici, quia per illas id in specie discernitur, quod in genere absque vlla specificatione lex naturalis faciendum esse decernit: si enim lex humana omnino à lege naturali discederet, illa iusta non esset, et si nihil extra legem naturalem præciperet, iam non humana, sed lex naturalis diceretur. Nam † Vlpianus Iuriconsultus in l. ius ciuile. ff. de iust. & iure. ita ait, Ius ciuile est, quod neq; in totum à naturali iure vel gentium recedit, neque per omnia ei seruit, itaque cum aliquid addimus vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est, ciuile efficitur. Hæc ille. In quibus verbis ius commune ad ostendendam vocum idem significantium varietatem, posuit pro iure naturali. & merito, quoniam (vt ex testimonio Aristotelis supra citati constat) ius naturale est idem apud omnes. Deniq; † quod lex positua vt iustior sit, oporteat deriuatam esse à iure naturali & diuino, vltra d. Alphonsium Castren. tenent Dominicus Sotus Theologorum disertissimus, & alij, quos retulimus supra c. 29. num. 20. Sicque vt ex massa cerea, si vis, potes facere vnam figuram, deinde eam infectam reddere, ac rursus ex eadem massa aliam formam effingere, idemque in massa aurea, vel argentea aut plumbea & similibus. Ita massa aut materia ex quibus faciendâ est lex positua, est diuinum aut naturale, ex quibus variæ formæ fieri à lege positua possunt, ea enim iura edocent pœnam non mereri malefactores, quamuis modum aut mensuram pœnarum non definiant, Vnde quod fur siue manifestus, siue non manifestus puniatur, & etiam, raptor, aut parricida, & similes, ijs iuribus prospectum est. quod autem fur manifestus quadrupli, fur autem non manifestus dupli pœna puniantur, vt in §. dupli, & §. quadrupli, cum vtrobique not. Instit. de act. quodque ex rapina pœna tripli sit, vt in prin. & §. 1. Inst. de vi bonorum raptorû. quodque parricida culeo insutus pereat, vt in §. alia deinde lex. Instit. de publi. iudi. & c. id genus. isthæc sanè omnia à iure naturali incognita erât, & à iure ciuili formata & specificata sunt ex ipsa iuris naturalis massa & materia dictantis in genere puniendos esse tales malefactores, facit tex. in simili, in l. ad ed. §. cum quis ex aliena. ff. de acqui. rerum domi. cum §§. præced. & seq. quatenus loquuntur de specificationibus, quæ fiunt ex massa vel materia aliena: sicque tales leges posituæ habita consideratione materiæ aut massæ iustitiæ ex quibus fiunt, naturales appellari possunt, habita verò

ratione formæ & specificationis dici possunt & debent ciuiles, & vtunque probat d. l. ius ciuile. Nam quatenus dixit ius ciuile esse, quod intantum à naturali iure non recedit, intellexit de materia iustitiæ, & quatenus subdit, neque ei per omnia seruit. intellexit de forma seu specificatione, quæ à iure naturali incognita & solo iure ciuili introducta est. Idem † quod ad præmia, quæ iure quoque pro benefactis debentur naturaliter, non secus quam pœna pro malefactis. l. prima. ff. de iust. & iure. ibi, bonos non solum metu pœnarum, verum præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes. Cæterum quantum præmium deberetur seruis pro benefactis, de quibus in titul. C. de seruis. qui pro præmio libertatem accip. quantumque præmium deberetur militibus in terminis. leg. item si verberatum. in princip. ff. de rei vendi. nullibi iure naturæ in specie definitum erat, sed iure ciuili definitur, vt ibi. Ergo quum omnis lex naturalis sit necessaria & utilis, & ipsa quasi materialiter debeat generare legem posituam, vt positua iusta sit, superest vt utilis & necessaria quoque esse debeat, quia † omne generatum simile est generanti. Nam vt poëta cecinit

*Fortes creantur fortibus, nec debiles
Generant aquila columbas.*

Et secundum Philosophum, Qualia sunt principia, talia præsumuntur principiata. tradit Andreas Tiraq. de præscrip. Gloss. 2. §. 1. verbo, bona autem fides. Vnde Poëta sic modulatur:

Sape solet filius similis esse patri.

Notat Gloss. in l. quisquis. §. 1. C. ad legem Iuliam maiest. leg. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edi. & in c. si quis. 6. q. prima. Speculator de feudis. §. quoniam. versic. 5. numero 14. & Benincasius de actio. in princip. numero 102. Tertio † id pulchrè edocemur à Cicer. in Vati. sic scribente A. maioribus, inquit, nostris nulla alia de causa leges sunt inuentæ, nisi vt ciues suos incolumes conseruarent ergo leges non necessariæ, aut non vtilis, cum non possint non esse nociuæ, vt supra ostendimus, valere non possunt, quia tunc ciues non seruant incolumes, sed potius lædunt. Idem apertius idem Cicero secundo de legibus scriptum reliquit, Ad salutem (inquit) ciuium, ciuitatumque incolumitatem, vitamque hominum, & quietam, & beatam conditæ sunt leges, quod & idem Cicero longè etiam significantius expressit prima de Inuent. Ea, inquit, virtute & sapientia maiores nostri fuerunt, vt in legibus scribendis nihil sibi nisi salutem & vtilitatem Reipublicæ proponerent, neque enim ipsi quod obesset scribere volebant, & si scripissent cum esset intellectum repudiarum iri legem intelligebant. Quibus verbis non

6
*Lex positua
largè natura
li potest dici.*

7
*Insel. l. ius ci-
uile. ff. de
iust. & iur.*

8
*Leges positi-
ua specifican-
tur ex mate-
ria iuris natu-
ra.*

9
*Insel. l. ius ci-
uile. ff. de
iust. & iure.*

10
*Generatum
simile gene-
ranti.*

11
*Lex inutilis
an valeat.*

non obscure significavit, eam legem, quæ minus utilis esset, aut necessaria utroque pede claudicare, ac infirmam esse ex defectu non solum voluntatis, sed etiam ex potestatis defectu legumlatorum. Quod intelligo quamdiu cessat utilitas, nam ea adueniente lex illa valere incipiet, vt supra diximus.

11
Legi vira
quanta sit.

Hactenus quod ad huiuscemodi validitatem. Quid tamen quod ad ipsius durationem? & sanè regulariter & si omnes leges perpetuæ sint, id tamen procedit, quando iurisdictio legem ferentis perpetua erat: qualis est iurisdictio populi, qui semper durat. l. quærebatur. ff. de iudici. aut etiam iurisdictio principis perpetua, vt sunt reges & similes. Cæterum quando ab habente temporalem iurisditionem fiunt, tunc ipsæ quoque temporales sunt,

actionesque temporales producant, vt in principio. Institut. de perpet. & tempo. actionibus. qua de re per Bart. in l. 5. in princip. ff. de verb. obliga. per Mathasillanum singulari 189. Nota vnum mirabile. idem Bart. in l. si. ff. de pœnis. idem in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. & ibi Bald. Ludouicus Romanus consil. 228. Aretin. in d. l. 5. in princ. & Andr. Barb. in rubric. C. qui admitti.

Ijs, quæ per totum hunc librum egimus, finitima sunt quæ scripsimus infra in secundo Tomo huius Operis lib. primo illius Tomi secundi. Si quæras cur si his contigua sint, desierint hic subiungi & continuari? respondeam id factum ob causam hic reticendam. Ergo quæ hic desunt, illinc petenda sunt.

FINIS LIBRI PRIMI.

FERNANDI VASQVII PINCIANI DE MENCHACA IVRE

CONSULTI HISPANI, IN SUMMO DOMINICAE REI PHILIPPI HISPANIARVM REGIS
Cath. potentissimi Prætorio Senatoris.

CONTROVERSIARVM ILLUSTRIVM,
ALIARVMQVE VSV FREQVENTIVM,
LIBER SECVNDVS.

SVMMARIVM.

- D**escriptionum materia summi momenti est.
- Prescriptionum materia quatuor principijs, seu elementis consistit.
- Mundus constat quatuor elementis.
- Diuisio huius tractatus.
- Elementa inuicem conuertuntur.
- Diuisio partis primæ.
- Diffinitio prescriptionum & vsucapionum.
- Prescriptio & vsucapio an differant inter se.
- Prescriptio quare introducta.
- Dominia essent in incerto cessante prescriptione.
- Terrarum dominium iure gentium prima uero erat in communi.
- Patria hominibus est omne solum.
- Communia sunt terra, aer, aqua.
- Ius gentium prima uero appellatur naturale.
- Terra dominium non presumitur nisi probetur.
- Terræ dominium probari nisi prescriptione non potest.

- 17 Dominium vt probetur.
- 18 Probatio leuior sufficit in incidentibus.
- 19 Dominium plene probatur per prescriptionem.
- 20 Titulus suppletur adiectione temporis.
- 21 Dominium sine prescriptione probatur in actionibus & in rebus mobilibus.
- 22 Dominium cadit in iuribus & in incorporalibus.
- 23 Prescriptions sunt iuris ciuilibus.
- 24 Obligatio naturalis an perinatatur prescriptione.
- 25 Prescriptions nunquam fuissent, si ius ciuile non esset.
- 26 Dominium prescriptione questum an princeps adimat.
- 27 Prescriptio triginta annorum iure sforum non erat cognita.
- 28 Prescriptions non tenent extraneos à iurisdictione principis aut prinatos.
- 29 Princeps cum subdito contrahendo non obligatur ciuilitate, sed solum naturaliter, sed ea naturalis obligatio efficax omnino est.
- 30 Principes aut populi liberi inter se iure naturali, & gentium non ciuilibus ligantur.

LIBRI SECVNDI

- 31 Ius ciuile non ligat principes aut extraneos a iurisdictione.
- 32 Peregrinus expers testandi actiue & passiue.
- 33 Hispania etiam de iure non subest imperio.
- 34 Contractus sunt informes inter extraneos a iurisdictione populos, principes, priuatosq; homines, inter quos omnes nuda conuentiones & naturales obligationes efficaces sunt.
- 35 Ambasciatores iure naturali & gentium non ciuili vtuntur.
- 36 Prescrip. & iura ciuilia cessant in extraneis populis, principibus, priuato hominibus.
- 37 Hispanorum regum ius quod ad ecclesiastica.
- 38 Patronatus iura iustus conceduntur terra ab infidelibus debellata causa, quam dotationis causa.
- 39 Iuri canonico subsunt omnes Christiani.
- 40 Homines a suis negotijs & prouincijs auocari necessitate non cogente noxium, & contra naturalem iustitiam est.
- 41 Ius posituum aut consuetudines inducere non possunt, quod iustitia naturali aduersatur.
- 42 Intellectus infirmus est, querere legem vbi naturaliter sentimus.
- 43 Notorietas superat omne genus probationis.
- 44 Iustitia naturalis est incommutabilis.
- 45 Navigatio impossibilis ferè, & noxia reputatur.
- 46 Impossibile reputatur quod est nimis difficile.
- 47 Impossibile nulla obligatio.
- 48 Impossibilia an possit Deus.
- 49 Immemorialis prescriptio qua dicatur.
- 50 Ius naturale & diuinum non immutantur per abusus.
- 51 Ius posituum iurum naturalis repetituum non naturale, sed posituum, dicitur.
- 52 Abstinenti beneficium esse pratoriam non ciuile.
- 53 Ius nouum per adiectionem, vel detractionem fit quod ad particulam solum additam, vel detractionem.
- 54 Intell. l. ius ciuile. ff. de iust. & iur.
- 55 Ecclesiastica iurisdictione iustus exercenda quam profana.
- 56 Iustitia virtutum regina.
- 57 Ecclesiasticorum iniustitia turpior, quam profanorum.
- 58 Filius similis patri.
- 59 Generatum simile generanti.
- 60 Filia similis matri.
- 61 Deus dat omnem potestatem.
- 62 Operibus credendum.
- 63 Opera indicant auctorem.
- 64 Vtilitatis causa admissa non sunt ad contrarium conuertenda.
- 65 Deus malum facere nequit.
- 66 Impossibilia sunt que turpia sunt.
- 67 Potentia mentita.
- 68 Dei omnipotentia.
- 69 Dei prouidentia mundus regitur.
- 70 Dei prouidentia mundus non solum in vniuersis, sed & in singulis regitur.
- 71 Populi vox Dei vox est.
- 72 Princeps iure naturali ciues ab omni lesione tueri tenetur.

- 73 Principum quanta esse debeat cura & prouidentia.
- 74 Lites a prouincijs ad curiam non reuocanda.
- 75 Exceptio saepe auget regulam.
- 76 Onera iniqua tollenda.
- 77 Prescribi iniqua nullo tempore possunt.

CAPVT LI.



COLLIGITVR ex principali nostra conclusione, an valeant leges prescriptiones inducentes? Mouet quaestionem, quod vt principum, ita & legum imperium vt prosint non vt noceant datum creatumque (vt supra lib. 1. cap. 1. cum sequen. miles admonuimus) fuit. iniquissimū autem est, & sic nocuum prescriptionis remedium, vt mox probabimus. ergo ex leges non deberent valere. hac ergo occasione, & quia nostrae professioni dum de controuersijs illustribus & frequentib. agere profitemur, nulla quam prescriptionū materia aptior, aut accommodatior videretur, (quia siue ad frequentem iudiciorum vsum respexeris, hac materia nihil vtilitatis, vt pote quae sit ferè vnica spes, & probatio, & thesaurus omnium siue dominiorū siue iurium mortalis generis, siue etiam regum, principum, Imperat. iura, statutumq; in tueris in sola prescriptione temporisque vetustate tanquam in fidelissimo quodam thesauro ac ditissimo reposita inuenis, vt propè edocebimur. idèd hanc materiam per hunc tertium librum peragemus, non tamen eo animo vt longiores aliorum de hac re commentarios huc transcribere (nostrorum more) velimus, sed vt circa ea duntaxat versemur, quae ab alijs vel praetermissa, vel parum feliciter aut minus dilucidè tradita inuenimus.

¹
Prescriptionum materia summi momenti est.

Porro † vt rerum natura in quatuor consistit elementis, ita & vsucapionum, prescriptio numè natura, & tota materia in quatuor nititur ceu elementis, & principijs, scilicet in possessione, traditione, titulo, & bona fide. ea autem quatuor elementa eleganter Philosophi iidemque vates modulati sunt:

²
Prescriptio materia principijs seu elementis consistit.

Vnde Ouid. lib. 15. Metamor. sicceinit:
† Quatuor aeternis genitalia corpora mundus
Continet, ex illis duo sunt onerosa, suorumq;
Pondere in inferius tellus, atque vnda feruntur.
Et totidem grauitate carent, nulloq; premente
Alta petunt, aer atque aere purior ignis.

³
Mundus constat, quatuor elementis.

Idem lib. 1. Fastorum:
Altum petit flamma, propior locus aera caput:
Sederunt medio terra, fretumq; loco.
Manilius lib. 1. astronom.
Ignis in aetheras voluer se transtulit auras.
Summaq; complexus stellantis culmina caeli.
Flammaram vallo natura menia fecit:
Proximus in tenuis descendit spiritus auras,
Aeraq; extendit medium per inania mundi:
Ignem stat us alit, vicinus subditus astris.

Tertia

*Tertia fors vnda strauit, flat usq; natantes
Aequore perfudit toto nascencia ponto,
Vt liquor exhalet tenuis, vtq; euomet auræ,
Aerq; ex ipso ducentem semina pascit.
Vltima sub sedis glomerato pondere tellus.*

4
Definitio huius tractatus.

Quod autem omnes præscriptiones in quatuor veluti elementis & principis ceu principijs consistant, hoc est, in possessione, traditione, titulo, bona fide, id vt notissimum est (per l. vni. in prin. C. de vsuc. transfor. in prin. Instit. de vsucap. cum mille similibus, infra allegandis) ita quoque longissimum esse constat, vt edocemur per totam secundam, tertiam & quartam partem huius præscriptionum tractatus, qui sex partibus constabit.

Prima continebit decem quæstiones, quæ vt potè ad totam materiam communes, faciliores reddent eorum omnium, quæ dicenda sunt, cognitionem.

Alterà ad possessionem & traditionem rerum præscribendarum pertinebit.

Tertia ad titulum spectabit.

Quarta bonam ad fidem adspirabit.

Quinta res, quæ præscribi possunt, quæque non possunt, captabit.

Vltima eos casus remissiue, qui ad præscriptionis rescissionem pertinere videntur complexa, finem huic præscriptionum tractatui imponet.

Verum istarum partium singulæ in reliquarum materiam & veluti possessionem nõ poterunt non inferre pedem, ad id cogente materiærû affinitate, eo quod ipsis quoq; primis elementis, vt quotidie & incessanter contingat, summus ille rerum opifex & parens Deus ordinauit. Vnde Ouidius lib. 15. Metamorph. sic philosophatus est:

*Quæ quanquam spacio distent, tamen omnia sunt
Ex ipsis, & in ipsa cadunt: resolutaq; tellus
In liquidas rarefcit aquas: tenuatur in auræ,
Aerq; humor alit, dempto quoq; pondere rursus.
In superos aer tenuissimus emicat ignes.
Inde retro redeunt, idemq; reuertitur ordo.
Ignis enim densum spissatus in aerã transit,
Hinc in aquas, tellus glomerata cogitur vnda.*

5
Elementa inuicem conuertuntur.

PRIMA PARS PRINCIPALIS.

In primis itaque videndum est, † quid sit vsucapio. Deinde vt differat à præscriptione, vel à consuetudine. Tertio, quare fuerit introducta. Quarto quo iure recepta fuerit. Quinto an aduersa sit rationi & iuri ac æquitati naturali. Sexto, an præscriptio perimat vtramque obligationem tam ciuilem, quam naturalem. Septimo, an dominium directum præscriptione acquiratur. Octaudo, an obligatio ex delicto orta præscriptione perimatur. Nono, an præscriptio impediatur litis ingressum. Vltimo, an tempus perimat, an transferat ius nostrum. Quod ad primum † vsucapio est acquisitio, vel adiectio dominij per conti-

6
Definitio partis primæ.

7
Definitio præscriptionis & vsucapionis.

nuationem possessionis temporis lege definiti, supple contingens. Ita ait Iureconsultus in l. 3. ff. de vsucapio. circa cuius definitionis tutionem multus (iudice me) esse videtur Ioannes Imolensis in dicta l. 3. & Felinus & Philippus Decius in rubrica, de præscript. & nouissimi post alios in capitu. possessor, de regulis iuris lib. 6. Panormitanus & alij in dicta rubric. notant enim Iureconsultum, eod, quod ab effectu vsucapionem definierit, nec aduertunt Iureconsultis solenne esse, fuisseq; semper, aut plerunque ita (Iuris disciplina id exigente) iuriu materias definire, vt in l. 1. ff. de tutelis, in princip. Instit. eod. titul. in l. imperium. ff. de iurisdic. omnium iudicum. in l. 1. ff. de testament. & in l. 1. ff. de legibus. & textus vulgo notus in l. legatum est. ff. de legat. 2. l. legatum est. ff. de legat. 1. §. legatum est. Institut. de legat. in princip. Institut. de obligat. in princip. Institut. de action. in princip. & alibi sæpè, vt nos tradidimus in tracta. de success. progressu. lib. 1. in præfat. num. 64. post Alphonsum Castrensem de potesta. legis pœnalis lib. 1. cap. 2. Cagnolus & alij in l. omnis definitio. ff. de regulis iuris. alijs ergo ociosis hanc quæstionem velicandam relinquamus, nobis autem sat superque esse debet ipsa Iureconsulti definitio, quam improbare nephas est. Et cum ea transit Franciscus Balbus, de præscriptio. in prima parte, quæstione prima. Azo in summa. C. de vsucapio. pro empto. ad princip. & alij. & vide omnino quod dixi infra c. incip. quod ad octauum est. in 8. quæst.

† Quod ad secundum vt vsucapio differat à præscriptione plerunque traditum est, vsucapionem ad mobilia, præscriptionem ad immobilia pertinere. Ita Gloss. in l. secunda. ff. de vsucapio. Gloss. in princip. Institut. eodem tit. in verb. vsucapiantur. Gloss. decima & sexta, quæst. 3. in summa. id quod procedit voce angustè sumpta. nam hi termini passim conuertuntur, vt per omnes ferè leges sub titulo ff. de vsucapi. apparet, & differunt Balbus in dict. 1. part. quæst. 3. Felinus & Decius, vbi supra. & nouissimi in dict. capit. possessor, ad princip. post Gloss. in l. tertia. ff. de vsucapio. Bald. in l. prima. colum. 3. vers. nec puto. C. de seruis fugitiuis. per Aret. in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. poss.

8
Præscriptio & vsucapio, an differant inter se.

Quod † ad tertium, nempe quare vsucapio fuerit introducta, Respõdet Iureconsultus in l. 1. ff. de vsucapio. id admissum, ne rerum dominia in incerto essent, & ne lites essent immortales. l. final. ff. pro suo, † neve domini perpetuo timore rerum suarum amittenda cruciarentur. l. cum notissimj, in princip. C. de præscription. triginta annorum, vt per Bald. in repeti. l. primæ. in colu. 3. C. de emancipatio. liberorum. Balbus de præscript. parte prima, quæst. quarta. Azo in summa. C. de vsucapio. pro emp. in princ. Sed quonam modo

9
Præscriptio quare introducta.

10
Dominia essent in incerto cessante præscriptione.

deducitur lites fore immortales dominiaque rerum fore in incerto, si præceptiones inuentæ non fuissent. † Et sanè perspicuum id est, nam principio generis humani omnia erant in communi præsertim agri & campi, vt est vera & communis opinio, quam tenent Paulus Castrensis, & alij in repet. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. Vnde Horatius satyra 2. lib. 2. sic cecinit:

*Nam propria telluris herum natura, neq; illum,
Nec me, nec quenquam statuit, nos expulit ille:
illum aut nequities, aut vafri inscitia iuris.*

Et Virgilius lib. 2. Georgicorum.
*Ante Iouem nulli subigebant arua coloni:
Nac signare quidem aut partiri limite campum
Fas erat: in medium querebant.*

Et Seneca in Hippolyto:

*Hoc equidem reor
Vixisse ritu prima quos mistos deis
Profudit atas: nullus hic auri fuit
Cacus Cupido: nullus in campo sacer
Diuisit agros arbiter populis lapis.*

Et hac habita ratione Stadius sic canebat:

† *Omne homini naturale solum.*
Eadem consideratione Ouid. lib. 1.
Fast. canebat:

*Omne solum forti patria est, vt piscibus aquor:
Et volucris vacuo quidquid in orbe patet.*

Nimirum eorum collectio erat quod vt volucres seu aëreum genus in cælo vel aëre, vtq; squamea turba in æquore vel ponto nihil proprium habent præter vsum communem: ita & humanum genus in terris communem vsum non secus quam reliqua animantia terrestria haberent, & præterea nihil, saltem quod ad ius proprietatis aut dominij in particulari attingeret, & Ouid. lib. 6. Metamor. sic modulatus est:

*Quid prohibetis aquas? vsus communis aquarum est.
Nec solum proprium natura, nec aëra facit:
Nec tenues vndas: ad publica munera veni.*

Ista erant verba terræ aliquid terræ proprium cuiusquæ esse vetantis, & omnia esse communia asserentis, facit tex. in §. singulorum. Inst. de rerum diuisione. † quum ergo tam in specto iure naturali quam iure gentium primæuo (quod similiter naturale ius appellatur, vt supra lib. 1. in præf. nu. 118. disseruimus, & attingimus de succ. crea. lib. 1. in §. 1. num. 2. & 41.) omnia essent communia præsertim omnes agri, campi, prædia, & reliqua immobilia, † superest, vt qui aliquid immobile suum esse duxerit, illud probare debeat, quia contra se habet præsumptionem iuris, cumque is dicat quod ius olim erat commune degenerasse, ad seque solum in particulari pertinere cœpisse, id probare necesse habet cum talis assertio in facto consistat, quod non præsumitur nisi probetur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. l. si emancipati, ibi, reque emancipatum probatum fuerit, vbi notat las. C. de colla. † & id factum

non solum probari oportet, sed etiam ea probatio, si remouerimus vsum præscriptionum, esset penè impossibilis, nisi quis ostenderet testamentum primi parentis Adami, quo quopiam fortè prædium aut prædia sibi relicta fuisse apparet. aliter enim & si probet se emisisse, parum iuuat cum per hoc non appareat an venditor dominus fuisset, nec potuerit vendens pluris iuris in emptorem transferre quàm ipse haberet. l. nemo plus. ff. de regul. iur. c. nemo potest plus. eod. titu. lib. 6. l. traditio. ff. de acqui. reru. domi. quinimodò etsi (vt ioci causa id dixerimus) Adami testamentum ostenderet, nihil iuuaret, quia se ab Adamo magis descendere quàm reliquos homines probare non posset, vt interea omittam tam antiquum instrumentum authenticum esse probari non posse, & ita in specie quod dominium immobilium probari sit improbabile, nisi per præscriptionem, tenent, licet non ita dilucidè probent Glo. in l. cum res. C. de probati. quam sequuntur communiter Doctores ibi, vt tradit Nicolaus Boërius decisione 47. alia in super ex dicto num. 25. Paulus Castrensis & Iacobinus de sancto Georgio in l. si quis seruo. C. de furtis. Alex. consil. 4. colum. 2. libro 2. Dynus, Barthol. Alberi. Paulus Castr. & alij, præsertim Alex. in l. si sic. §. 1. ff. delegat. Idem Alexand. consil. 180. col. 4. lib. 7. & consil. 71. col. 1. lib. 1.

Hinc † est, quod licet quis probet se habere alicuius rei possessionem cum legitimo titulo, sicque tanquam dominum fructus illius rei nomine, & sibi met, non etiam alteri percipere, adhuc non intelligitur se dominum sufficienter probasse, vt sentiunt Gloss. d. l. cum res, & omnes illi quos supra allegauimus. sentit Glo. in l. 7. C. de probat. Bald. in sua praxi. tit. de extraordi. q. 1. & Boërius, vbi supra, nu. 2. versi. sed glo. Id quod procedit quando dominium deducitur in iudicium per modum actionis & principaliter, quale est in rei vindicatione, in qua dominium venit probandum principaliter. l. 1. C. de alien. iudi. mu. cau. facta. l. 1. ff. eo titu. l. doce ancillam. C. de rei vendi. nam & si probarem contra possidentem, me ab hinc annos fortè duos fundum, de quo lis erat, per quadriennium possedisse, fructusque ipsius vt dominium percepisse, reliquaque omnia vt verum dominum, & quæ à dominis fieri solent, egisse, adhuc contra illum possessorem minimè obtinerem. Cæterum si non principaliter, sed incidenter tandem dominium deduceretur in iudicium, tunc is modus probationis sufficeret ad inducendam dominij probationem, vt est recepta opinio in locis mox referendis.

† Vnde si domum tuam domui meæ seruitutem debere dicebam, & ostendi legitimum titulum istius domus, quam esse dicebam, meque eam possidere, eaque vti & frui non secus quam veris dominis, solenne est edocui, tunc sufficienter dominum me esse videor probasse, vnde

11
Terrarum dominiū iure gentium primæuo erat in communi.

12
Patria hominiū est omne solum.

13
Cœlia sunt terra, aër, aqua.

14
Ius gentium primæuū appellatur natura le.

15
Terra dominiū nõ præsumitur nisi probetur.

16
Terra dominiū probari nisi præscriptione non potest.

17
Dominus vt probetur.

18
Probatio leni or sufficit in incidentibus.

Vnde si huic domui domum tuam seruitutem debuisse ostendatur legitime, obtinebo, & is esse solet frequentissimus aduocatorum vsus allegantium, quem cum legitimo titulo aliquam rem tenuisse & possedisse, eiusque fructus tanquam verum dominium percepisse, reliquaque omnia egisse, quæ à veris dominis fieri solent. nam per hoc intelligitur dominium presumptiuè probatum, nō aliter quàm presumptiuè fatuus ex ineptis dictis, vel factis quis probatur, vt tenuerunt Glof. in l. pen. verbo, amoueri. ff. de condit. instit. & ibi Bald. Ange. & Paul. Castrenf. Bart. Bald. Paul. Castrenf. & alij in l. Titia, per text. ibi. ff. de solut. est text. melior de iure secundum Nicol. Boër. d. decisio. 47. num. 1. in l. filiusfamil. §. ijdem principes. ff. de leg. 1. Barbat. consil. 50. num. 12. lib. 1. Iacob. de Arena, & Bart. in l. penultim. Anto. But. & Abb. Sicut in c. cum ad sedem, de restit. spol. Innocen. in c. illud, de presump. Bart. consil. 110. quidam Masiolus. Idem Bart. in quæst. incip. mulier habens amplum patrimonium. col. penult. glof. 1. l. sicuti. §. si quærat. ff. si seruitus vendicetur. Glo. iuncta textui in l. 1. ff. fam. ercif. & ibi Florianus tradit Raph. Cum. consil. 150. ad fin. Pet. Philip. Corn. consil. 48. lib. 3. Andreas Barb. consil. 8. lib. 1. Alexan. consil. 4. lib. 2. Idem consil. 103. num. 10. lib. 7. Iaf. post Bart. ibi in l. si prius. ff. de op. nō. nū. & plenè per Boër. vbi suprà, & Corne. consil. 19. lib. 2. Idem Corneus consil. 24. lib. 4. & Bal. in l. non ignorat. col. 6. C. qui accus. non poss. facit. l. & quæ nondum sunt. §. 1. ff. de pign. tenet Romanus consil. 24. circa propositum. & Bar. Sozinus consil. 106. in causa. colum. 4. lib. 2. ratio differentiz inter hanc speciem & superiorem ea est, quod quando dominij probatio deducitur incidenter in iudiciū, cum aliud principaliter ageretur, par est, vt non tam exacta probatio postuletur, quàm si principaliter deduceretur & desideraretur. cum & ea res leuioris sit præiudicij, & aliter bis oneraretur in probatione, si teneretur ex integro probare, & donum vicini seruitutem alteri domo debere. & præterea ex integro probare, quod ea domus, cui talis seruitus debebatur, sua erat. facit pro hac ratione l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Treb. l. Titia. §. qui inuita. ff. de leg. 2.

19
Dominij ple-
nè probatur
per prescrip.

Cæterum † si cum eo legitimo titulo probauit possessionem longi temporis, tunc sufficienter probatum est dominium, etiam si in iudicium deduceretur principaliter, quia iam prescriptum intelligitur: & hæc est utilitas prescriptionum (qua æquius aut consultius nihil vnquam excogitari potuit) ita tenet Glof. in d. l. cum res. C. de probat. & est communis opinio Doctorum, quos suprà allegauimus. † Idem foret si nullum titulum probarem, si tamen longissimi temporis possessionem probauit, quasi ea temporis adiectio suppleat tituli defectū; vt in l. si quis emptio-

20
Titulus supple-
tur adiectio-
temporis.

nis. §. 1. & l. cum notissimi. in prin. & l. sicut. l. omne. C. de prescrip. triginta annorum, vt est communis opin. Bal. vbi suprà, & aliorū, quæ suprà retulimus, tradit etiam Boër. vbi suprà num. 9. cum seq.

Hactenus de dominij probatione in rebus soli, & etiam in rebus mobilibus regulariter, † sunt tamen plures species, in quibus circa inuentum prescriptionis probatur dominium in rebus mobilibus. quid enim si quis tabulam depinxit, iuxta §. si quis in aliena tabula. Instit. de rerum diui. aut melle mulsū ex vuis & melle fecit, aut librum scripsit, & similia. certè in his speciebus & similibus facile est dominium probare. Item idem est in rebus se mouentibus, quale est, si quis feram cepit, aut armenta, aut pecudes, aut quadrupedes, quæ antea nullius in bonis vel fuissent, vel iam esse desissent, vt in §. feræ. & per totum titulum Instit. de rerum diui. præsertim in §. singulorum, cum sequent. vsque ad finem tituli. & l. ad eò. per totam l. 1. 2. & 3. l. naturalem. ff. de acquir. rerum domi. Idem in iuribus & actionibus, nam probatur contractus obligatione probatur nobis, id de quo agitur deberi, † nec dubium est, quia etiam istarum rerum dicatur esse dominium. l. qui vsu infructum. ff. si vsusfruct. per l. fin. ad medium. C. de prescrip. longi temporis, & de quadruplici dominiorum differentia differit Bald. in l. in rebus. C. de iure dot. colum. 2. & Boërius d. decisio. 42. num. 4. & plenius per nos de suc. progressu lib. 1. in præfa. nu. 176. cum seq.

21
Dominij sine
prescriptione
probatur in a-
ctionibus, et
in rebus mo-
bilibus.

Quod ad quartum, nempe, † quo iure fuerit inducta vsucapio, vel prescriptio, omnes omninò admittunt mero iure ciuili recepram fuisse. ita Azo in summa C. de vsucapi. pro empt. ad princip. Bald. in repeti. l. 1. col. 3. C. de emancipat. liberorum. Franciscus Balbus de prescript. part. 1. q. 4. Bar. in l. nemo potest. colum. 4. vers. quærit Dynus. ff. de legat. 1. Philippus Decius in cap. quæ in ecclesiarum. nu. 26. de constit. Aymon Crauet. & antiq. temporum. part. 1. num. 49. pereundem Decium consilio 269. num. 7. Idem Decius consil. 202. num. 2. Bald. in l. fin. colum. 2. C. sententiam rescindi non posse. Angelus in l. Lucius. ff. de euctioibus. Paulus Castrensis in l. 1. ff. de testamento. Alexand. in l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 27. ff. de liber. & posthum. Panormitan. consil. 84. videtur. 1. lib. 1. Glof. quam ibi omnes sequuntur in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Bald. in authent. adhæc. colum. 3. C. de vsur. Ang. in repe. l. 1. colum. 19. C. de iudi. † Ideò dicunt, quod prescriptio vt potè ciuile inuentum obligationem naturalem nequit perimere, quod & firmant Bart. & Paulus Castrenf. in l. final. §. 1. ff. rem ratam haberi. Corne. consil. 251. in hac consultatione. colu. 2. lib. 3. Idem Corne. consil. 176. ad euidentiā. col. pen. lib. 1. Ant. But. Ioan. Imol. Panorm. & Feli. in c. ad aures, de prescrip. Ioan. And. in c. posses-

22
Dominij ca-
dit in iuribus
& in corpo-
ralibus.

23
Prescriptio-
nes sunt iuris
ciuili.

24
Obligatio na-
turalis an per-
rimatur præ-
scriptione.

possessor, vbi Philipp. Franc. & noui. de reg. iur. Franc. Balb. vbi supra. 2. part. 3. princ. q. 10. & in part. 1. q. 6. & Ioan. Oroscius & nouissimi sequuntur d. Gloss. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. eamque Gloss. sequuntur alij quàm plures, quos allegauimus de succe. crea. lib. 1. §. 1. num. 1. vers. vltima fuit opin. Hinc † dixit Bal. in rep. d. l. 1. col. 3. C. de emancip. liber. q. si ius ciuile non foret, præscriptiones aut vsucapiones minimè forent, quem sequitur Francisc. Balb. in d. q. 4. † Hinc etiam dixit Philip. Decius in d. c. quæ in Ecclesiarum, num. 26. dominium præscriptione quæsitum cum sit iuris ciuilis tolli nobis posse per principem, id quod improbamus (annuente Deo) in secundo Tomo harum controuersiarum, qui inscribitur sub titulo controuer. vsu frequentium. c. 1. num. 15. ibi enim ostendimus, etiam dominium iuris ciuilis tolli nobis per principem non magis posse, quàm dominium iuris naturalis, nisi ob bonum publicum. Deniq; cum præscriptiones & vsucapiones sint iuris ciuilis aded, vt si ius ciuile nõ esset ipse minimè fuissent, vt iam edocti sumus, & probat l. 1. & l. 3. ff. de vsucap. Et ided † præscriptio longissimi tēporis triginta vel quadraginta annorum non erat cognita nec inuenta iure ff. vt est vera & communis opinio, quam tenent Glos. in l. qui occidit, in princ. verb. amissi. ff. ad l. Aquil. Gloss. & Doct. qui cum ea simpliciter transeunt in l. Iulianus. ff. ex quibus causis maiores. Bar. in l. tutor rerum. in fin. ff. de admi. tutorum. Bald. in l. eum qui. §. in hac. ff. de public. Idem Bal. in l. si ego. §. partus. eodem tit. Francisc. Balb. de præsript. in 2. part. 3. partis princip. quæst. 12. num. 12. vers. sed dubitatur. Bald. in l. nihil. C. de vsucap. pro hærede. Gloss. cum qua trantuent communiter Doctores ibi in princip. Instit. de perpe. & temp. actio. Alexan. in l. Pomponius. §. cum quis. num. 21. ff. de acquirend. possess. Et ibi Iaso. num. 22. Felin. in c. de quarta. num. 34. de præsript. Bart. in l. fin. in fin. ff. rem ratam haberi. Aries Pinellus de bonis maternis in authent. nisi tricennale, in princip. Bartholomæus Socin. consil. 203. colum. 2. in fin. lib. 2. Episcopus ciui. Roder. in c. possessor, de regu. iur. lib. 6. part. 2. §. 9. num. 4. Cum (inquam) † omnis præscriptio & vsucapio sit merum inuentum iuris ciuilis, consequens est, vt subditos duntaxat liget, & comprehendat illius illarumve regionum, vbi tale ius ciuile seruat, iuxta l. omnes populi. ff. de iust. & iure. §. sed naturalia. Instit. de iure nat. l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. l. fin. vbi plenè in simili per omnes Doctores. ff. de iurisdic. omniū iud. sicque si inter reges aut populos liberos, qui non recognoscerent superiorem, in temporalibus lis esset, cessaret materia præscriptionum, non secus quàm si re vera scripta, aut inuenta nunquam fuisset, quia ius ciuile vnus principis aut populi liberi alterum principem aut populum liberum non tenet, sed ius tan-

tum naturale & gentium inter eos seruadum est. Et secundum tale ius ciuile iudicandum esset. nam si princeps legibus populi sui solutus esse dicitur. l. princeps legibus. ff. de legibus, quantò magis solutus esse dicitur legibus alterius principis vel populi. † Id quod nullus modò sanus negat aut negauit vnquã, quod aded verum est, vt princeps cum subdito contrahendo non obligatur ciuilitè, sed tantum naturaliter, quia iuri tantum naturæ, & gentium non etiam iuri ciuili subiaccere intelligitur, vt tradit eleganter Bald. in d. l. princeps. ff. de legibus. Idem Bald. in l. 1. ad prin. ff. de const. princ. Idem Bal. & communiter omnes Doct. in l. 1. ff. de pact. Idem Bald. in l. fin. C. de transact. & in l. si aquam. colum. 6. C. de seruit. & aqua. plenè per Doct. in c. 1. de const. Alex. consil. vltim. clementissimi. col. 7. lib. 4. Bald. in c. 1. §. fin. qui feudum dare possunt. quod ita tamen intelligendum est, vt ea obligatio naturalis, qua princeps ex contractu suo vel conuentione cum subdito, vel cum altero principe celebrato tenetur, tam efficax sit, quàm foret si esset ciuilis simul & naturalis, vel si ius ciuile nunquam vllibi scriptum aut inuentum esset. Ita Anto. Butrius colum. penultim. & ibi alij omnes in c. quæ in Ecclesiarum, de consti. & ibi Abb. colum. pen. Bal. in c. 2. colum. fin. de noua forma fidel. in feud. Fernandus Loazes in consil. pro Marchi. de Velez. dub. 1. pag. 34. num. 23. Sicq; † principes inter se, vel populi liberi inter se semper & sunt & esse videntur, ac fuisse quasi in terminis l. 2. ad princip. ff. de orig. iur. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de consti. pecun. cum similib. vt inter eos ius solum naturale & gentium non etiam ciuile in consideratione sit, non magis quàm si scriptum aut inuentum nõquam fuisset. nam & idem esset (quod plus est) † si res ageretur inter principem & vnum hominem priuatum, qui tamen sibi subditus non esset. † Et ided peregrinus nec testamentum facere debet, secundum nostri iuris regulas, sed secundum simplicitatem iuris gentium, vt diximus de succ. progressu lib. 1. sub tit. qui testam. fac. poss. num. 124. nec ex testamento alicuius ciuis nostri capere potest, quia vt nostro iuri subiectus non est, ita etiam non gaudet beneficijs nostri iuris ciuilis, vt ibidem docuimus sub titulo, qui ex testamē. cape. poss. num. 6. cum sequen. per l. 1. cum ibi nor. C. de hæred. instit. l. sed si hac. §. pœnam, in verb. peregrinitatem. ff. de in ius vocan. Quinimò idem foret, si inter duos homines priuatos exteros tamen (hoc est, qui essent diuersarum iurisdictionum, puta vnus Hispanus, alter Gallus) res ageretur, nam & tunc ius tantum naturale & gentium inter eos seruaretur, non etiam ius ciuile alterutrius ex illis prouincijs † (cum constet regem Hispaniarum etiam de iure non subesse Imperatori. 63. distinct. c. Adrianus, vbi Gloss. & reliqui. Idemque in rege Galliarum saltem de facto, vt lib. præced. plenius

25
Præscriptiones nõquam fuissent, si ius ciuile non esset.

26
Dominium præscriptione quæsitum, an princeps adimat.

27
Præscriptio 30. annorum iure ff. nõ erat cognita.

28
Præscriptiones nõ tenent extraneos à iurisdictione principes aut priuatos.

29
Princeps cum subdito contrahendo nõ obligatur ciuilitè, sed tantum naturaliter, sed ea nat. obl. efficax omninè est.

30
Princeps aut populi liberi inter se iure nat. & gent. non ciuili ligantur.

31
Ius ciuile non ligat principes aut extraneos à iurisdictione.

32
Peregrinus expers testandi actiue & passiuè.

33
Hispania etiam de iure nõ subest imperio.

34 *Contra Ius
sunt informes
inter extra-
neos à iuris-
dictione popu-
los, principes,
priuatos & ho-
mines, inter
quos omnes
nude conuen-
tiones & nat.
obl. efficaces
sunt.*

plenius tradidimus. c. 22. nu. 11. cum sequen.)
† secundum quæ licet regulariter non valeat
emptio & venditio sine precio, nec locatio
& conductio sine mercede certa, nec contra-
ctus emphyteusis sine scriptura, nec stipula-
tio sine verbis, vt in princip. Instit. de empt. &
vendi. & in princ. Instit. de locatione & cond.
l. 1. in prin. ff. de verb. oblig. in prin. Inst. eod. ti.
l. 1. 2. & 3. cum ibi not. C. de iur. emphy. tamen
inter externos principes, vel inter externos popu-
los superiorem non recognoscetes, vel in-
ter externos homines priuatos, vel inter vnum
principem, populùmve liberum & ciuem ei
subiectum, & emptio venditiõne sine precio,
& locatio & conductio sine mercede certa, &
stipulatio sine verbis, & emphyteusis sine scri-
ptura valerent, non tam in vim eorum con-
tractuum formaliter, quàm in vim nudæ gen-
ericæ iurisque gentium conuentionis, quæ
tamen plenum effectum & executionem for-
tiretur, non secus, quàm id fieret, si ius ciuile
scriptum aut inuentum nunquã fuisset, iuxta
l. 2. in princip. cum §. sequen. ff. de origi. iuris.

35 *Ambasciato-
res iure nat.
& gent. non
ciuili vtuntur.*

36 *Prescript. &
iura ciuilia
cessant in ex-
tranat. popu-
lis, principi-
bus, priuatis
hominibus.*

37 *Hispanorum
Regi ius quod
ad ecclesia-
stica.*

38 *Patronatus
iura iustius
conceduntur
terre ab infi-
delibus debel-
late causa,
quàm dota-
tionis causa.*

† quæ omnia in contractibus legatorum prin-
cipum (quos vulgo ambasciatores appella-
mus) qui celebrarentur in prouincijs suarum
legationum procederent, vt plenius egimus
in præfat. lib. 1. de succ. progressu. colu. pen. &
in locis duobus; de quibus iam meminimus.
† In omnibus ergo his speciebus & similibus,
quemadmodum cessat ius ciuile quò ad om-
nes contractus, conuentiones reliquasque
humanas actiones, ita quoque & quò ad præ-
scriptiones cessare iam comperto esse debet,
quandoquidem præscriptionum inuentum
merè ciuile est, & ciuillissimum, vt iam edocti
sumus, quæ omnia eò potissimum nomine
notanda sunt, quòd nullibi sic declarata in-
uenio, suntque addenda ad illos 28. casus, in
quibus cessat præscriptio, de quibus per Fran-
ciscum Balb. de præscrip. q. 6. part. prin.

Hinc colligebam expeditum fixum atque
indubitatum haberi debere † potentissimo
Hispaniarum Regi, & domino nostro etiam
hodie integrum saluumque esse ius & facul-
tas conferendi omnes archiepiscopatus, epi-
scopatus, præbendas, dignitates, personatus,
rectorias, beneficiaque; omnia ecclesiasticis per-
sonis per vniuersam Hispaniam, non secus
quàm olim neque id ius vlla ex parte præscri-
ptionis, consuetudinis, vel alia quauis ratio-
ne, aut occasione immutatum, debilitatum
aut diminutum videri, nõ magis quàm olim
foret ac fuisset. nam cum sit non minus vera,
quàm receptissima omnium sententia, Hispa-
niarum regem ac regnum nullum in tempo-
ralibus superiorem recognoscere. Glof. in d.c.
Adrianus. 63. distinct. diximus plenè supra c.
22. nume. 11. cumque; sequen. † cumque Hispa-
niarum rex ex receptissima omnium senten-
tia habeat legitimum ius patronatus in om-
nibus Hispaniarum ecclesijs, eò quòd eam

provinciam eripuit, liberauitque à manu in-
fideliùm (quæ causa ex mente Doctorico m-
muniter longè iustior est, quàm causa eccle-
siæ dotationis) vt in lib. præcedenti. ca. 22. nu.
14. cum præced. & sequen. differuimus, conse-
quens fit, vt id ius patro. semel sibi competens
per temporis aut præscriptionis interuentum
perire non potuerit, aut vlla ex parte enervari,
quandoquidem præscriptionum inuentum
& ciuillissimum esse, & sic inter externos Prin-
cipes, Reges, Imperatores, populos aut ciues
locum non habere fufe edocti sumus, & non
solùm tales ecclesijs Hispaniarum Rex con-
ferre potest, hoc est, eligere vel nominare per-
sonas ad eas dignitates, beneficia, episcopa-
tus, rectorias, personatus, archiepiscopatus, &
similia, non solùm (inquam) id ex definitio-
ne sacrorum canonum, & ex doctorum sen-
tentijs, & ex legibus Hispaniarum licere sibi
apparet, sed etiam id per sacrum Concilium
Toletanum 12. canone, & c. 6. sancitum est, &
stabilitum in hæc verba.

Illud quoque decernendum nobis occur-
rit, quòd in quibus tam ciuitatibus, deceden-
tibus episcopis proprijs, dum differtur diu or-
dinatio successoris, non minima creatur offi-
ciorum diuinorum offensio. Vnde placuit om-
nibus (saluo priuilegio vniuscuiusque pro-
uincie) vt licitum maneat deinceps Toleta-
no Pontifici, quoscunque regalis potestas ele-
gerit, & iam dicti Toletani Pontificis iudi-
cium dignos esse probauerit, in quibuslibet
prouincijs præficere præfules, & decedenti-
bus episcopis eligere successores, sic tamen, vt
quisquis ille fuerit ordinatus post ordinatio-
nis suæ tempus infra trium mensium spa-
cium proprij Metropolitanij præsentia visu-
accedat, qualiter eius authoritate vel di-
sciplina instructus condignè susceptæ sedis
gubernacula teneat, quòd si per desidiam aut
neglectum quilibet constituti temporis met-
excefferit, excommunicetur, hanc quo-
que definitionis formulam sicut de episco-
pis, ita de cæteris rectoribus placuit obser-
uandam.

Sed & idem expressum est in ca. cum lon-
gè. 63. distinct. neque ad rem pertinet, quòd id
ius & si in vsu sit fueritque semper quò ad ar-
chiepiscopatus, & episcopatus, & nonnullas
Abbatias Hispaniarum, tamen quò ad reli-
quas dignitates ecclesiarum cathedralium, &
quò ad reliqua beneficia non ex integro id in
vsu nunc est, † nec dubium est, quin iuri ca-
nonico omnes principes Christiani subesse
videantur, vnde iuriscanonicali præscriptiones
contra eos eorumque; regna videntur posse lo-
cum habere, in ijs rebus & materijs, quæ sub-
sunt iurisdictioni ecclesiasticæ, qualis est ma-
teria beneficiorum, vt habetur ferè per omnes
in c. 1. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ, & in c. quæ
in ecclesiarum, de constit. & in c. cum non li-
ceat, de præscript.

39 *Iuri canonico
subsunt om-
nes Christia-
ni.*

Nam

Namad perfectam huius rei cognitionem præfari oportet non esse solum aut simplex ius patronatus id, quod habent Hispaniarum reges in talium beneficiorum collatione seu nominatione, neque ex sola iuris canonici concessione, sed potissimum ex ipsomet iure regali, & sic ex iure naturali. cum enim regna & principatus fuerint iure naturali, vel gentium etiam primo creati ad meram civium utilitatem, vt plenissimè ostendimus supra lib. præced. cap. 1. & 2. & id ornamus tam per totum illum librum, quàm per totum etiam istum, & præsertim in d. c. 1. num. 25. & cap. 21. num. 8. in d. lib. præced.

40 *Homines à suis negotijs & provincijs auocari longius peregreque proficisci, peragere & peregrinari noxium vehementer sit, vt & patet ad sensum, & probat l. 4. cum sequen. ff. quemadmod. testa. aperi. superest, vt ad regale officium, munus & tuitione pertinere intelligatur prospicere ac efficere, ne subditi talem incommoditatem patiantur, per quam negotiorum suorum causa peregre à regione sua, liberis, vxoribus, domibus, rebus, negotijsque suis domesticis desertis proficisci cogantur, id quod eueniret, si ab Hispania ad Romam vsque urbem penetrare passim cogentur, beneficiorum, dignitatum, episcopatum, archiepiscopatumve causa, aut litium fortè occasione, & cum talem incommoditatem homines pati aduerfetur naturali rationi & iuri naturali. † Neque per leges positivas, ciuiles aut canonicas id induci posset, neque per consuetudines, quæ magis videntur & iustius dicerentur morum corruptelæ, quàm mores præscripti: argu. l. 1. & 2. ff. de legibus. c. erit autem lex. 5. distinct. l. de quibus, cum multis legibus sequen. ff. de legibus, cum edocent, leges & consuetudines irrationabiles aut nociuas non valere, id quod plenius differuimus de succ. progressu in præfat. num. 93. & supra lib. præced. cap. 31. num. 38. & cap. 30. num. 1. & num. 3. vnde leges ferre ad publicam utilitatem, vt principis est, ita eas ferre ad propriam legislatoris utilitatem, præsertim cum læsione subditorum, tyranni est, vt d. c. 30. num. 2. differuimus. & omnis lex, quæcunque sit, utilis si non est, vix esse potest, vt desinat nocere, vt d. lib. c. 29. num. 22. non parum utiliter ostendimus. & ibi etiam num. 20. ostendimus, legem humanam non aliter valere, quàm si à lege naturali aut diuina deriuetur. sicque utilis & æqua sit, & aliquid eod. lib. c. 26. num. 29. quæ omnia non solum comprobantur ex ijs, quæ supra lib. 1. cap. 1. & 2. tradidimus, edocentes, legum principumque imperium ad meram civium utilitatem pertinere, ita vt quidquid à principe vel à lege iussum, præceptum, sancitumve fuerit, si civium utilitati aduerfetur, nullius momenti sit, quasi egredi videatur terminos mandati, cõmissionis, regni, principatus, sed etiam hoc idem*

40 *Homines à suis negotijs & provincijs auocari longius peregreque proficisci, peragere & peregrinari noxium vehementer sit, vt & patet ad sensum, & probat l. 4. cum sequen. ff. quemadmod. testa. aperi. superest, vt ad regale officium, munus & tuitione pertinere intelligatur prospicere ac efficere, ne subditi talem incommoditatem patiantur, per quam negotiorum suorum causa peregre à regione sua, liberis, vxoribus, domibus, rebus, negotijsque suis domesticis desertis proficisci cogantur, id quod eueniret, si ab Hispania ad Romam vsque urbem penetrare passim cogentur, beneficiorum, dignitatum, episcopatum, archiepiscopatumve causa, aut litium fortè occasione, & cum talem incommoditatem homines pati aduerfetur naturali rationi & iuri naturali. † Neque per leges positivas, ciuiles aut canonicas id induci posset, neque per consuetudines, quæ magis videntur & iustius dicerentur morum corruptelæ, quàm mores præscripti: argu. l. 1. & 2. ff. de legibus. c. erit autem lex. 5. distinct. l. de quibus, cum multis legibus sequen. ff. de legibus, cum edocent, leges & consuetudines irrationabiles aut nociuas non valere, id quod plenius differuimus de succ. progressu in præfat. num. 93. & supra lib. præced. cap. 31. num. 38. & cap. 30. num. 1. & num. 3. vnde leges ferre ad publicam utilitatem, vt principis est, ita eas ferre ad propriam legislatoris utilitatem, præsertim cum læsione subditorum, tyranni est, vt d. c. 30. num. 2. differuimus. & omnis lex, quæcunque sit, utilis si non est, vix esse potest, vt desinat nocere, vt d. lib. c. 29. num. 22. non parum utiliter ostendimus. & ibi etiam num. 20. ostendimus, legem humanam non aliter valere, quàm si à lege naturali aut diuina deriuetur. sicque utilis & æqua sit, & aliquid eod. lib. c. 26. num. 29. quæ omnia non solum comprobantur ex ijs, quæ supra lib. 1. cap. 1. & 2. tradidimus, edocentes, legum principumque imperium ad meram civium utilitatem pertinere, ita vt quidquid à principe vel à lege iussum, præceptum, sancitumve fuerit, si civium utilitati aduerfetur, nullius momenti sit, quasi egredi videatur terminos mandati, cõmissionis, regni, principatus, sed etiam hoc idem*

41 *Ius posituum aut consuetudines inducere non possunt, quod iustitie naturali aduersatur.*

comprobatur ex omnibus, quæ per totum hunc librum & præcedentem plenissimè differuimus, quia quasi ex illo primo elemento & fonte reliqua omnia deriuauimus. Nec dubium est, quin quod lege aut consuetudine induci non potest, quia irrationabile vel noxium, id per præscriptionem etiam immemoriam recipi longè minus possit, quia talis præscriptio, etsi reliquis præscriptionibus potentior videatur, tamen ad summum id assequi potuit, vt legis vim habere videretur. l. 1. §. fin. l. 2. in princip. ff. de aqua plu. arcenda. l. 1. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æstiuæ. is ergo vigor legis interpretatiuus fortior esse non potest, quàm ipsamet vera, expressa & certa lex, quinimò vix est, vt ei æquetur. l. filio quæ. ff. de libe. & posthum. l. si quis posthumos, in princ. eodem titu. ergo quod lege expressa introduci non potest, id longè minus per legem tacitam induci admittive poterit, qualis est consuetudo iuxta d. l. de quibus, cum multis sequen. ff. de legib. & qualis est præscriptio etiam temporis, cuius initij memoria non est, vt proximè diximus. † Et denique querere legem, vbi naturaliter sentimus, nihil aliud est secundum Philosophum, quàm infirmitas intellectus, nec vllus tam demens aut tam rerum inexpertus erit, qui non videat Reipub. regnoque Hispaniarum non noxium modò, verum nocentissimum esse, si ad lites expediendas, vel ad beneficia ecclesiastica, episcopatus, archiepiscopatus, dignitates, præbendasve Romam semper passimque adeundum esset, id quod cum nostro magno malo experti sumus, † estque tam notorium, vt omnem speciem probationis facile superet. notorietatis enim talis est vis, vt plenè differuimus supra lib. 1. c. 22. & c. 21. text. in l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. ff. ad legem Iuliam, de adulter. & denique in hac ingenti læsione, quæ ex tam longa & periculosa nauigatione & itineratione causatur, nititur text. in d. concilio Toletano. 12. cau. 6. & d. c. cum longè. 63. distinct. † sicque cum ea ratio sit tam naturalis & vera, contrarium eius fieri minimè poterit vnquam, aut vnquam poterit: arg. §. sed naturalia. Instit. de iure nat. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Bald. per text. ibi. in l. fin. ff. de hæred. instit. Idem Bald. in l. his solis. per text. ibi. C. de reuo. dona. Pet. Philipp. Corn. Alex. Dec. & alij per text. ibi in l. humanitatis. C. de impub. Ias. Purpuratus, & alij per text. ibi in l. fin. C. de pact.

† Denique nauigare etiam impossibile reputatur, nedum nimis difficile, neque quicquam est, quod magis ipsi naturæ aduerfium, pugnans, contrarium esse intelligatur, quàm nauigatio, vt plenè ostendimus supra lib. 1. c. 20. vbi etiam docemur, nauigationem horridam esse, tristissimam, periculosissimam aded, vt nauigantes inter mortuos, an inter viuos sint connumerandi, non satis certum sit. sicque ad Ro-

42 *Intellectus infirmitas est querere legem, ibi naturaliter sentimus.*

43 *Notorietas patet omne genus probationis.*

44 *Iustitia naturalis est immutabilis.*

45 *Nauigatio impossibilis fere & noxia reputatur.*

ad Romam ab Hispania per æquora transuolare durissimum, nocentissimum & ab omni iustitia & ratione profus alienum esset, vt homines à iure compellerentur. Id enim non ius, sed summa iniuria esset, rursus per terram eundi nullus patet aditus: nam vt interea omitterem longitudinem itineris, magnitudinem laboris, & expensarum periculum, insidiasq; latronum, & cætera id genus, (quæ omnia omnibus notiora sunt, quam vlla relatione egeant.) Adest etiam id impedimentum, qd omnes Galliarum penetrandæ sunt, nec alias patet iter, via aut femita vlla: sicque penetratio est impossibilis, nisi ex Galliarum principis concessione, quæ reputatur impossibilis. l. apud Iulianum. §. constat. vbi multa per Alex. & Ias. post alios. ff. de legatis pri. Ergo † cum nimis difficilia pro impossibilibus habeantur, vt ibi est communis opinio Alexand. Ias. & aliorum per text. vbi Hieronymus Cagno. in l. impossibilium. ff. de regul. iur. Claudius Aquens, in l. Gallus. §. instituens, colum. 1. ff. de liberis & posthumis. Georgius Natanus in clemen. sepe, in principio. not. 4. de verborum significatio. Barto. Soci. in l. quidam relegatus. not. fin. ff. de rebus dubi. superest vt Hispani pro rebus supra memoratis Romam petere non sint de iure cogendi, † non magis quam si ad impossibilia obligandi, ad quæ nullus tenetur. l. impossibilium. ff. de regulis iuris. cap. nemo potest. eodem titul. lib. 6. §. si impossibilis. Institut. de hæred. insti. l. 1. vbi plenè per Bart. ff. de condit. insti. l. vbi repugnantia. §. quæ rerum natura. ff. de regulis iuris. Adeò, vt † ad impossibilia non solum principum potestas sese non extendat, sed etiam ipsius Dei optimi maximi potestas sese non extendit, secundum Theologorum opinionem, vt & affirmat & sequitur Hieronymus Cagnolus, vbi supra, & plenius tradidimus supra libr. 1. cap. 27.

Denique † secundum opinionem multorum, quæ modò nec probo nec improbo (quia infra cap. 81. num. 10. cum seq. dicturus sum) non est præscriptio temporis immemorialis, quando de ipsius origine constat, vt tenent Ioannes Andreæ in capitu. 1. ad finem de præscrip. lib. 6. & Aymon Crauetus de antiq. temporum part. 4. versic. materia ista, num. 3. Couarru. in capitu. possessor. de regulis iur. lib. 6. parte secunda. §. 3. nu. 7. sed cum de principio huius rei, de qua agimus, non solum constat, sed etiam notoriè constat, quia ex dispositione iuris, vt patet in dicto concilio Toletano duodecimo, canone sexto, & dicto capit. cum longè. 63. distinctio. sequitur illud ius episcopatum, rectoriarum, aliarumque præbendarum ecclesiasticarum integrum ius Hispaniarum Regi, & regno illarumque ab immemoriali præscriptione seruari. Quamuis si verum amamus, ea sola ratio sufficiat, quam iam retulimus, quod bona gubernatio minime

admittit contrarium. † Item, quòd hæc est ratio naturalis, s; iusque naturale & gentium, (ius enim naturale illud dicitur, quod ratio naturalis suadet & docet, diximus supra lib. 1. c. 16. num. 10. & decimo num. 8. & c. 27. num. 11.) Idque ius immutabile est. §. sed naturalia. Instit. de iure naturæ. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. licet enim passim fiant homicidia, latrocinia, falsitates, adulteria, parricidia, & cætera id genus contra ipsum ius naturale, adhuc tamen ius ipsum naturale integrum manere intelligitur, semperque est eritque ius, & semper æquè bonum, & ille huius iuris transgressionem nullam inducunt præscriptionem aut consuetudinem: cõtra hoc ius, quòd minus videre stare & pollere videatur, æquèq; bonum & laudabile esse. sic & in specie nostra docet Theologorum disertissimus frater Alphonsus de Castro, de potestate legis pœn. lib. secundus, cap. decimo quarto, pagin. quingentesima sexagesima secunda. Paulus Apосто. Roma. 1. dum ait: Qui cum cognouissent Deum, &c. Sic ergo & in specie nostra, & si per annos mille nos Hispani pro his rebus vel istarum rerum causa, de quibus mentionem habuimus, Romam adire coacti essemus, vel fortè sponte (aut quod certius, est stultitia aut rusticitate) nunquam fieret ius aut bonum aut æquum, quod in postremum idem facere teneremur, non magis quàm si per mille annos latrocinia, falsitates, adulteria, & cætera id genus, exerceremus. nam per hoc nunquam fit ius aut bonum aut æquum, vt similia facinora in posterum perpetrare cogamur, aut perpetrare iure possimus. † Et istud ius naturale bonum & æquum, vt Hispani non cogantur istarum rerum occasione, de quibus mentionem habuimus, Romam petere, licet postea à iure canonico (per d. cap. cum longè, & per d. Concilium) approbatum fuerit, non tamen fuit transformatum in merum ius canonicum, ita vt ius naturale & gentium esse desisse videatur, non magis quàm si quis malè sanus contenderet illud præceptum Decalogi, De non occidendo, aut etiam illud præceptum, De parentibus obseruandis euauisse, iusque diuinum, aut naturale eo ipso esse desisse, quod per omnes leges, quæ sunt sub titulis C. & ff. ad legem Corneliam de Sicarijs parricidæ, & etiam homicidæ pœnæ legales designatæ sunt. Aut si contenderet, quòd illud præceptum Decalogi, Non falsum testimonium dices, aut illud præceptum, Non mœchaberis, aut illud, non Furtum facies, euauerunt, eò quòd pœnæ legales adulterijs, & falsarijs, vel falsis testibus, & furibus, seu latronibus definitæ sunt, per leges, quæ sunt sub titulis ff. & C. de furtis, & ff. & C. ad legem Iuliam, de adulter. & ff. & C. ad legem Corneliam, de falsis. Verius ergo est in omnibus his speciebus & similibus, ea præcepta adhuc remanere iuris diuini, & naturalis, non secus quàm antequàm fieret

50
Ius naturale
& diuinum
non immutatur
per abusus.

51
Ius posituum
iuris naturalis
repetitum
non naturale
non positum
dicitur.

46
Impossibile
reputatur,
quod est
nimis
difficile.

47
Impossibiliū
nulla obligatio.

48
Impossibile
an possit
Dei.

49
Immemoria
in præscriptio
quæ dicatur.

ius scriptum, aut potissimum, quod ius diuinum, & naturale his in rebus adiuuasse tantum, non etiam transformasse videtur: argu. in princip. Institut. de bonorum possessio. l. aded. §. cum quis ex aliena. ff. de acquirend. rerum domin. † Sic & licet mille leges Iureconsultorum de beneficio abstinendi à pratore inuento differant, vt in l. Cornelius. l. iam dubitari. ff. de hæredi. instituend. l. si filius qui patri. ff. de vulgari & pupillari substitutio. l. final. C. de repudian. hæredi. §. sui. Institut. de hæredita. quæ ab intesta. §. sui, & §. necessarijs. Institut. de hæredita. quali. l. cum antiquioribus. C. de iu. de liberan. cum similib. adhuc tamen ius abstinendi dicitur esse pratorium, non ciuile, habita potius ratione inuentoris, quàm eorum, qui postea id ius iam inuentum interpretantur, vt est communis opinio, quam tenent (multis tamen repugnantibus) Gloss. in l. qui se patris. C. vnde liberi. & ibi Alexan. num. 15. Ludouic. Roma. in d. l. necessarij. ff. de acquir. hæred. las. num. 29. post Gloss. ibi in l. vnic. C. quando nõ peten. partes. Paulus Castensis in l. 1. C. si minor ab hæredi. abiti. Imola in l. ventre. ff. de acquirend. hæred. dixi plene de success. crea. §. 1. num. 5. Sic ergo & in proposito, & si ius canonicum id quod iure naturali, diuino, vel gentium induxerat, præciperet, non tam nouum ius induxisset, quàm illud iam inductum antea fuerat, repetisse vel detegisse videretur, iuxta d. §. cum quis ex aliena. d. l. aded. ff. de acquir. rerum domin. inde dictum declarantem nihil agere, sed iam actum detegere. l. hæredes palam. §. 1. ff. de testament. † Sed his aduersari viderur, quod cum naturali iuri vel gentium aliquid addimus vel detrahimus, tunc proprium nostrum ius fecisse videtur † l. ius autem ciuile. ff. de iustit. & iure. & ibi Gloss. & las. ego id ius vt beneficiorum ecclesiasticorum, aut litium causa Hispani extra suam prouinciam non trahantur, & si naturale vel naturali rationi congruum videretur, tamen eo ipso quod à iure canonico idem cautum fuit sub illa formula, & adiectione vt fieret per primatem Hispaniæ confirmatio, videtur vt desierit esse ius naturale, & esse cœperit ius canonicum, sed respondit quod vulgo dicitur, quod cum aliquid addimus, vel detrahimus, tunc ius proprium nostrum efficitur, intelligitur ius nostrum fieri, quod ad illam particulam additam, non quod ad id, quod antea erat, id enim remanet, vel naturæ vel gentium ius, vt antea erat, ita intelligitur dict. l. ius autem ciuile, secundum Curtium in l. vt vim. nu. 17. ff. de iustit. & iure. & Benincasius de actio. in §. superest, nume. 226. post Modernos Tollentinas, quos ipse allegat. sic ergo postquam per §. alia deinde lex. Institut. de public. iudic. illam pœnam nouam parricidis imponendam excogitauerunt Iureconsulti, meri iuris ciuilis erit illud parricidij facinus, quod ad pœnam illam

temporalè, sed quod ad prohibitionè, & pœnâ æternâ non definit esse iuris naturæ & diuini, vt est notum, & supra ostendimus, & multis autoritatibus in simili ornauius, supra lib. 1. cap. 29. num. 17. Vnde & ex locis supra relatis, ad quæ vos remisimus, quæ hic desunt, petenda sunt. Quin imò tam noxium est litium, aut beneficiorum ecclesiasticorum causa à laribus, domibus, negotijs, rebus, populis, regionibusve suis homines extrahi, vt in Concilijs Oecumenicis cautum præceptumque fuerit, causas & lites in partibus finiri, nec ad Romam urbem pertrahi, etiam si essent ex ipsa Italia prouincia. Quotò ergo magis in his litibus, aut negotijs, quæ aguntur in remotissimis extremisque mundi oris, qualis Hispania est, vt habetur Concil. Lateranens. sub Greg. Papa sessione 11.

Denique (vt verbo omnia claudam) nulla potestas est ad malum, sed potius ad bonum: ad consulendum & iuuandum est omnis potestas siue illa ecclesiastica sit, siue secularis (hoc vno excepto, † quod in ecclesiastica longè exuberantior æquitas & iustitia desideratur, & inesse debet. ca. pri. de feud. alienat. & athen. de monachis. §. cogitandum, per Andream Tiraquell. de priuil. piz. causæ, priuil. 100.) vt plenissimè dixerimus supra libro 1. cap. 1. & 2. ex communi, & receptissima sententia tam factorum quàm Iureconsulto. & omnium Philosophorum. & aliquid attingimus in secundo Tomo harum controuersiarum sub inscriptione, & tit. controuersiarum frequentium lib. 1. cap. 1. etenim omnis potestas in iurisdictione consistit, nec aliud quàm iurisdictione est, vt ibi edocemur, iurisdictioni autem iniuriæ datio, vel damni datio contrarium est: contrarium autem consistere impossibile est, aded vt ipsi Deo omnipotenti isthæc, quæ implicant contradictionem, impossibilia esse intelligantur ex communi Theologorum sententia, vt exposuimus supra libr. 1. ca. 27. num. 2. cum quibusdam præceden. & seq. quibus adde Hieronymum Cagnolium in l. impossibile. in princip. ff. de regulis iur. & omnis potestas illud duntaxat obiectum, & scopulum intuetur, nempe, iustitiam, † quæ virtus omnium virtutum domina, & regina est, teste Cicerone Officio. lib. 3. Iustitia autem est, alterum non lædere. l. iustitia. ff. de iusti. & iur. §. iuris præcepta. Inst. eodem tit. vnde Cic. Officiorum lib. 1. sic scriptum reliquit: Iustitiæ inest splendor virtutis maximus, ex qua boni viri nominantur, cuius primū munus est, vt ne quis cui noceat. ergo cum nocentissimū esse iam ostenderimus homines negotiorum suorum causa à prouincijs suis extrahi, consequens fit id iustitiæ contrarium esse, & consequenter extra omnem potestatem & iurisdictionem esse, siue illa secularis sit, siue ecclesiastica, magisque ac magis extra ecclesiasticam, quàm extra profanam esse potestatem, vt ostend-

52
Abstinendi beneficium esse pratorium non ciuile.

53
Ius nouū per adiectionem, vel detractionem fit quod ad particulam solā additam vel detrahitam.

54
Intell. l. ius ciuile. ff. de iustit. & iur.

55
Ecclesiastica iurisdictione in suis exercenda quàm profana.

56
Iustitia virtutū regina.

57
Ecclesiastico-
rum iniusti-
tia turpior
quàm profa-
norum.

vt ostendimus, confirmatur, † nam quòd maior est ecclesiastica potestas profana, vt in cap. sollicitz, de maioriata & obedient. & tradunt nouissimi in c. nouit, de iudicijs. tantò abstinentior à malo, & iustitia esse debet, teste Iuuenale sic canente Satyr. 8.

*Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò maior qui peccat habetur.*

Nec dubium est, quin quantò maior, eminentior, splendidior, sublimior est potestas, tantò magis ac magis Dei potentiam summam (vt ei proximior & sublimior) imitari debeat, ac necesse habeat, nam vt Poëta cecinit:

† Fortes creantur fortibus: nec debiles
Generant aquila columbas.

† Et naturalissimum est vnumquodque sibi simile generare, secundum Philosophum lib. 2. de ani. & text. in l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædili. edict. vnde patres prudentes liberos quoque prudentes plerunque generare solere Accursius author est in l. final. versic. consequentia. C. de natur. liberis. † Et talis præsumitur filius qualis pater, & talis præsumitur filia qualis mater, vt per Quintilianum lib. 5. cap. 10. & per Speculatorem tit. de feudis. §. quoniam super. versic. 5. num. 4. & c. si quis. 6. q. 1. l. non sunt. ff. de statu homi. & l. cum simus. C. de agricolis, & cæstitis. lib. 11. Socin. consil. 31. prosequendo ordinem lib. 1. Benincasius Instit. de action. in princip. num. 233. notatur in l. quisquis. §. 1. C. ad legem Iuliam maiestatis. Vnde versus:

*Sapè solet filius similis esse patri:
Et sequitur leuiter filia mariti iter.*

Et qualia sunt principia, talia præsumuntur principiata, secundum Philosophum, tradit Bald. C. si quis omis. cau. testa. l. 1. ad fi. Andre. Tiraquell. de præscrip. §. 1. Gloss. 2. & tradunt omnes Doctores in l. fin. per text. ibi. C. de impuber. † Cùm ergo omnis potestas sit à Deo, iuxta illud Prouerb. cap. 8. Per me reges regnant, & cõditores legum iusta decernunt, & iuxta verbum Domini in Euangelio dicentis ad Pilatum: Non haberes potestatem in me vllam, nisi datum esset tibi de super, vt plenissimè diximus supra lib. 1. cap. 21. num. 22. cum multis præceden. & sequen. cumq; summi põtificis, & ecclesiæ potestas & iurisdictio sit reliquis omnibus iurisdictionibus, & potestatibus maior, & splendidior, eminentior, sublimior. sicque tanquam Dei optimi maximi primogenita haberi debeat, vt ipsimet Deo simillima sit, aut esse debeat, consequens est, si quandoquidè, vt exactè ostendimus, naturalissimum est vnumquodq; sibi similia generare, & efficere, vnde illud † operibus credere. Er illud Ouidij 13. Metamorph.

*Denique quid verbis opus est, spectemur agendo.
Et vt plenè edocet Saluianus lib. 1. de pro-*

uidencia Dei † naturaliter author quilibet opus suum amat & tuetur, eoque magis ac magis quòd illud maius erat quasi rem sibi similiore. Quz omnia eò pertinent, vt ecclesiæ potestas (cùm sit opus Dei maius ac splendidius reliquis iurisdictionibus & potestatibus) Dei operibus, iustitiæ, potentiz & iurisdictioni similior quàm reliquæ potestates esse debeat, & consequenter abstinentior à damno, iniuria, noxia & læsione hominum, † ad quorum utilitatem & salutem, & tuitionem fuit ordinata, ne inducta ad vnum effectum in contrarium conuertatur, contra omne ius, omnemque rationem, vt l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. l. legata inutiliter. ff. de adimend. legat. & l. quod fauore. ff. de legi. l. non idè minus. C. de procuratoribus. quam regulam exactissimè ornauius libro tertio de successio. resolutione, super l. si quando, in principi. C. de inofficio. testamen. ibi, à nobis infera.

Quòd † autem quantò sublimior potestas est, tantò magis ac magis à malo, à læsione, & iniuria debeat esse abstinentior constat, vel ex eo, quod Deus nihil malum facere potest, nec enim malum facere posse potentia est, sed potius infirmitas non valentis abstinere à malo. sicque ille solus omnipotens appellatur, qui malum facere nequit, secundum diuum Augusti. in c. princip. §. charitas. de pœnitent. distin. 2. Raphael Fulgosius consil. 61. domina Catherina col. penult. Curtius senior consil. 73. col. 29. Aymon Crauerus de antiquit. temporum ad princip. parte 1. vers. non omitto. part. 3. & potestas ad malum non tam potestas quàm tempestas dicitur, vt per eundem Aymonem ibi. Bartholom. Sozi. consil. 120. colum. penult. Bald. consil. 345. ad euidenciam. colum. 2. lib. 1. Idem Bald. consil. 316. rex Romanorum. colum. 2. eo. lib. 1. † Vnde turpis conditio dicitur non esse potestatiua, quia id tantum possumus, quod honestè, & sine cuiusquam iniuria possumus. l. reprehendenda, vbi plenè per Corneum & Philippum Deci. post alios. C. de institutio. & substitutio. l. nepos proculo. vbi per Andream Alciatum. ff. de verborum significat. l. Lucius, secundum vnum intellectum. ff. de conditio. & demonstratio. † Multa de illa tempestate, & mentita potestate per Fernand. Loazes, in consil. pro Marchione de Velez, dub. 1. pagi. 54. Bartholomæus Socin. consil. 164. visa bulla. col. 8. lib. 2. Cardinal. in clement. pastoralis, de re iudica. Ioan. Jacob. de Leonardis inter consilia Alberti Bruni. consil. 117. in hac causa. colum. fin. † Nec tamen dubium est, quin Deus optimus, maximus (quem malum facere non posse diximus) sit omnipotens in terris nō secus, quàm in cœlis, vt testatur fides catholica, & quantumuis infidelis abnegauit. Vnde Virgilius sic cecinit:

Iuppiter omnipotens precibus si flecteris vllis.

Z 2

Idem-

63
Opera indi-
cant autho-
rem.

64
Vtilitatem cau-
sa admissa nō
sunt ad contra-
rium conuer-
tenda.

65
Deus malum
facere ne-
quit.

66
Impossibilia
sunt, que tur-
pia sunt.

67
Potentia memo-
rita.

68
Dei omnipo-
tentia.

58
Filius similis
patri.

59
Generatiu si-
mile gene-
ranti.

60
Filia similis
matri.

61
Deus dat om-
nem potesta-
tem.

62
Operibus cre-
dendum.

Idemque Virgilius 4. Aeneid.

*Iuppiter omnipotens adigat me fulmine ad umbras
Pallentes umbras Erebi, noctemq; profundam.*

Et Boëtius Metro. 5. lib. 1. de Deo
modulatus ait:

— *Omnia certo sine gubernas.*

Et Titus Calphurnius Eclog. 4. sic
modulatur:

— *Deus ipse canatur,*

† *Qui populos, vrbesq; regit, pacemq; legat am.*

Et Horat. Oda 4. lib. 3. sic canebat:

*Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventosum, vrbes, regnaq; tristia;
Diuidiq; mortalesq; turbas
Imperio regit vnus aquo.*

Idem Oda 12. lib. 1.

*Qui res hominum ac Deorum,
Qui mare, & terras, varijsq; mundum
Temperat horis.*

Et Boëtius Metro. 6. lib. 4.
*Sed interea conditor altus,
Regumq; regens.*

Et Silius Italicus lib. 6. bell. pun.
Iustitia rectiq; dator qui cuncta gubernas.

Et Statius lib. 5. theb.

*Cuncta hac superum demissa suprema
Mente fluunt.*

Et Boëtius Metro. 9. lib. 5.

O qui perpetua mundum ratione gubernas.

Et Lucanus lib. 9. bell. ciuil.

Deus est quodcumq; vides, quodcumq; moueris.

Et Manilius lib. 1. Astro.

Conspirat Deus, & tacita ratione gubernat.

Et Lucanus lib. 9. bell. ciuil.

Nil agimus nisi sponte Dei.

Quorum Philosophorū, & Poëtarum plerique significant, † non solum Deum omnia posse, & gubernare respectu vniuersorum, sed etiam singulorū curam & prouidentiam habere, vt nec minima vnquam res fiat nisi prouidentia, & sponte Dei, id quod apertius edocemur à Cicero. 1. de diuini. Deorum, inquit, prouidentia mundus administratur, idemq; consulunt rebus humanis, neque solum vniuersis, verum etiam singulis. Docet etiam Saluianus lib. 1. cum seq. de prouidentia Dei.

Quum ergo Deus ipse omnipotens nihil malum agere possit, quinimò eius omnipotentia nulla in re dilucidius inspicatur, quam in eo, quod malum facere nequit, quumque ecclesie potestas ac iurisdictio vt reliquis maior, ita & Dei potentie similior sit, quam reliquorum potestates, necesse est, vt à malo, læsione, iniuria, noxiæque hominum sit longè remotior, & abstinentior, neque in vlla alia re magis, aut cōspectius, quam in ista cognoscitur magnitudo ecclesiasticæ potestatis, & iurisdictio. Vnde cum homines litium, aut præbendarū ecclesiasticarum causa extra prouincias suas distrahi nocentissimum esse, nullus vnquam modò sanus ignoret, & exactissimè ostenderimus, vt testetur † vox populi,

quæ veluti Dei & naturæ vox est (vt cap. 11. nu. 34. supra lib. 1. docemur) superest, id esse extra potestatem vtriusque iurisdictiois tam ecclesiasticæ quàm secularis, quæ ad consulendum iuuandumque, non ad nocendum est, & hoc est eritque semper solidissimum ac inconcussum fundamentum, quod comprobare fas est ex pluribus, quamuis centum illationibus vel collectionibus seu deductionibus, quas disseruimus per totum hunc librum & præcedentem.

Præterea † quum principibus secularibus iure naturali & potestate principatus competit tuitio & defensio ciuium, ne patiantur damnum, iniuriam, noxiam, molestiam indubitam (vt per totum hunc & præcedentem librum ostendimus, maximè cap. 1. & 2.) ius canonicum de præscriptionibus loquens aut differens ad hanc iurisdictioem, vt potè alienam & merè secularem trahi non potest, & hoc etià solidissimum fundamentum.

In summa cum talis defensio sit iuris naturalis, non subiacet legibus positiuis, siue illæ canonicæ sint siue laicæ. sicque vt non subiacet iuri scripto, ita quoq; & longè minus subiacebit iuri consuetudinario, aut præscripto, cum id non tam ius quàm iniuria iustus dicatur, & re vera sit, non aliter atque si per annos mille solitum sit furari, vt erat apud Lacedæmones, aut mœchari apud Persas, libro 2. §. 15. de succe. crea. num. 22. ostendimus, quæ iniuria & mala vi temporis in ius cōverti nunquam potuerunt, & hoc etiam est solidissimum fundamentum, nam & furtum, adulterium, rapina & reliqua facinora idèd mala sunt, quòd Reipublicæ vel priuatis noxiam, & similiter quod negotiorum, aut præbendarum ecclesiasticarū causa, extra prouinciam suam homines trahantur, & molestias, ærumnas, impensas immensas, labores, pericula subeant, similiter publicè & priuatim noxium & nocentissimum est. ergo nō minus id admittere flagitiosum erit, quàm admittere adulteria, furtum, & similia. sicque isthæc omnia tempore iustificari, præscribi, aut in ius conuerti impossibile erit. Quinimò quantò diutius durauerint, & in vsu fuerint, tantò magis ac magis turpiora fient: arg. text. in cap. fi. de præscript. quæ omnia tempore præscribi non posse docet doctiss. Theolog. Alphon. de Castro de potestate legis pœna. c. 14. lib. 2. Quæ omnia sic temperanda sunt, vt summo Pontifici, vt capiti ecclesie, liberum sit suum legatum Hispaniæ tenere, vel aliam personam, quæ gratis ea expediat nomine & vice summi Pontificis, quæ vel quia rarissima & nimis ardua, vel alia ratione ad summi Pontificis cognitionem & definitionem iure pertinere videbuntur, gratis accipere debemus, dummodò congrua sustentatio & alimenta cessante fastu nimio non desinit.

Nam & retenta opinione eorum, qui contendunt,

69
Dei prouidentia mūdus regitur.

72
Princeps iure naturali ciues ab omni læsione tueri soletur.

70
Dei prouidentia mūdus nō solum in vniuersis, sed et in singulis regitur.

71
Populi vox Dei vox est.

tendunt, Imperatorem esse dominum quod ad iurisdictionem totius orbis, de cuius veritate egimus supra cap. 21. & 22. adhuc in prouincijs à regibus eorumq; magistratibus admittunt ipsi Doctores illam opinionem tuentes omnia esse expedienda, nec lites, aut numerum officiorumve publicorum collationes, aut similia, aliorumve negotiorum, ad Imperatorem deuenire debere, nisi forte esset quaedam iustitiæ intolerabilis denegatio, aut iniuriæ illatio, & similia, quæ & nimis ardua sunt, & raro aut nunquam ferè contingunt, vt per d. c. 21. & 22. Sit ergo conclusio, quod Rex Hispaniæ efficere potest, vt beneficiorum & omnium præbendarum ecclesiasticarum electio Hispaniæ fiat cū declarationibus, de quibus supra, hoc primo. Id quod non solum efficere potest, sed etiam debet, hoc secundo. Se autem negligente populi Hispani fortè id assequi & possent & deberent, iuxta modum, de quo supra cap. 5. num. 10. cum præced. & seq. hoc tertio. Totidem conclusiones, hoc est, alię tres similes conclusiones fieri debent, quod ad lites super negotijs ecclesiasticis Hispaniæ agendis & definiendis, quæ omnia longè iustiora sunt, quod ad lites & beneficia & reliquas præbendas ecclesiasticas, quàm quod ad episcopatus & archiepiscopatus, tum quod longè frequentius, imò millies quotidie huiusmodi de rebus agendum est, de episcopatibus verò & archiepiscopatibus longè rarius, tum etiã quod magnitudo expensarum, laborum, & periculorum in Romam adeundo longè intolerabilior est minimis aut modicis in rebus, quàm in rebus magnis & diuitibus. Et quidquid circa Hispaniam dictum est, procedet etiam quod ad reliquas prouincias, quæ aut nõ minus longè aut fortè longius ab Vrbe distarent, idemque & si parum minus distarent, licet in reliquis prouincijs non tam expressum vt in Hispania, propter sacra Concilia nominatim hac in re Hispaniæ consulentia. Quæ omnia S. M. Eccl. iudicio subsint.

73
Principi quæ
ta esse debeat
cura et pro-
videntia.

Quanta ¶ autem obligatione hæc ad res prospiciendas consulendasque principes teneantur, testatur cunctis mortalium egregia diui Pauli sententia. ad Timoth. cap. 5. sic iudicantis: Si quis autem (inquit) suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Nobilissimum est enim illud Redemptoris nostri verbum: Nam quos (inquit) dedisti mihi, non perdidisti quenquam ex eis: non obscure significans, quantam curam suorum habere debeant principes & reliqui magistratus.

74
Lites à prouincijs ad curiam non reuocanda.

Denique ¶ superioribus rationibus moti sanctissimi patres, qui ad sacrum œcumenicū Concilium Tridentinum cōuenerunt in sessione, quæ habita fuit die Nouembris vndecimo, canone 29. anni 1563. definiuerunt, vt omnes lites & causæ ad ecclesiasticam iurisdictionem pertinentes agerentur in partibus co-

ram ordinarijs, quod ad primam instantiam, nisi fortè ex magna necessaria & vrgenti causa aliquam vel aliquas summus Pontifex reseruasset, quæ exceptio eandem regulam & caronem firmiorem & stabiliorem reddidit, tantum abest, vt illum debilitasse aut aliqua ex parte eneruasse videretur: constat. n. summum Pontificem ex causa posse transgredi omnem legem positiuam: est enim princeps legibus solutus, vt non paucis nostrorum tam interpretum quàm etiam legumlatorum placuisse video. l. princeps legibus. ff. de legib. l. ex imperfecto. ff. de lega. 3. l. ex imperfecto. C. de testament. §. final. quibus modis testamentum infir. sed id nihil ad nos, quia est ius ciuile & peculiare Romanorum, non autem ius commune, quale est ius diuinum, naturale, & gentium, de quibus iuribus hæc ad res agendum est, regulariter enim omnes principes legibus subesse non minus vtiliter, quàm eleganter edocemur supra lib. 1. cap. 1. cum sequent. Neque ad rem pertinet, quod ex causa possint transgredi leges, id enim non solum possunt, sed etiam necesse habeat, si ea causa necessaria aut utilis sit (si modò mentem legis amplecti posthabitis ipsius verbis legem transgressionem appellari fas est.)

Denique ius positiuum omnium iuris diuini præceptorum transgressionem fecisse reperitur, iubet enim occidi homicidas & reliquos facinorosos, permittit defensionem etiam cum nece alterius, negat morigerandum esse parentibus turpia imperantibus, permittit interdum liberis alimenta denegari, dies festos interdum non coli permittit, aliena rapere aliquando nõ vetat, & reliqua id genus, vt multis edocemur exemplis de suc. progress. in princ. præfationis. Et ferè per totum librum præcedentem.

Istorum & similia ratio est, quod in omnibus his speciebus & similibus nõ tam ipsius legis diuinę, quàm verborum duntaxat transgressio facta videtur, dum per hoc magis ac magis ipsam mentem diuinam contemplantur actuemur verbis spretis, Scriptum enim sequi mente relicta calumniatoris esse, Cicero ait in oratione pro Cecina, & Iureconsultus in l. fraus. ff. de legib. fufius per nos supra cap. 30. num. 4. 5. 6.

Porro summus Pontifex cū ex causa legem transgredi posset, canonicam etiam, si in d. canone 20. id expressum non fuisset, euenit vt ea expressio eius potentiam hac in re non solum nõ augeat (cū ipsa ei aliàs etiam competeret) sed potius restringat, quum quod aliter liberius agere sibi licebat, propter illã posthac adiectionem, non aliter quàm ex magna necessaria vrgentiq; causa liberum ei erit. ¶ Sicque illa exceptio contra regularem sui naturam non restringit regulam, sed potius eam firmiorem stabilioremque reddit, quod non raro fit. nam & similiter & si mandatum

75
Exceptio san-
pè augeat re-
gulam.

generale non contineat regulariter casus exigentes speciale mandatum. cap. qui ad agendum, de procura. tamen si dixi, do tibi mandatum generale ad mea negotia, nisi quod non possis debita exigere vel transactione litium mearum facere, per hanc exceptionem ipsum mandatum augetur, ut videatur comprehendisse omnes casus, etiam speciale mandatum aliis exigentes, præter illos duos nominatim exceptos, ut ex communi opinione resoluunt Lopus & Dominicus Geminianus in d. c. qui ad agendum. & Philipp. Decius in l. i. num. 31. ff. de regulis iur. Alexand. in l. final. ff. quod quisque iur. Philipp. Dec. in c. consultationibus, in fin. de offic. deleg. Alex. consil. 36. viso themate, quem allegat & sequitur Decius in c. cum dilecta, de consil. vtil. vel inut. 5. nota. Andre. Tiraquel. de vtroque retract. pag. 784. num. 95.

Secundò facit, nam si testator legauit mihi vsumfructum fundi, nisi quod mihi seruitutem imponere non liceat, per hoc videtur etiã proprietatem legasse, ut sic illa exceptio, nisi, &c. auget, non minuit dispositionem præambulam, ita Bart. Bald. Alberi. Ange. & Raphael Fulgos. in l. Proculus. per text. ibi. ff. de vsufu. Rapha. Cuman. & Ludo. Roman. in l. dona. §. species. ff. de donat. Alexan. in l. si constante, in princip. ff. sol. mati. las. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. lect. 1. num. 10. ff. de lega. 1. Bart. in l. ex hac. ff. de dona. Andr. Alc. in l. rectè dicimus. ff. de verb. sig. Lancel. Galiaula, in l. Centurio. num. 465. ff. de vulga. & pupilla. post Gloss. in d. §. species, & in d. l. Proculus. sic ergo & in proposito illa exceptio, nisi ex vrgenti & necessaria causa, &c. auget ipsam regulam negatiuam præambulam, ne aliàs nihil operaretur, auget (inquam) ut regula illa negatiua, ne causa litesque ab ordinarijs prouinciarum in prima instantia extrahantur ad Romamve reuocentur, intelligatur, ut non fiat etiam ex causa, nisi ea causa fuerit non iusta solùm, verùm vrgens quoque & necessaria.

Tertiò confirmatur, nam ijdem Doctores proximè relati tenent, talem exceptionem similiter augere, quando diceret testator, lego domus vsumfructum, nisi quod eam altius eleuare nequeas, nam per hoc, ne nihila exceptio, quæ tacitè inerat, operetur, videtur etiã proprietatem legare.

Quartò facit, nam si testator dixit, lego Titio vsumfructum, nisi quod non possit rem alienare, per hoc videtur etiam proprietatem legare, ne aliàs nihil ea exceptio operetur. sicque talis exceptio eò quod tacitè inerat expressa operatur, ut augeatur præambula dispositio, ut est communis opinio, quam tenent Bald. in d. l. Procul. Alexan. in d. l. si constante. Ange. & Fulg. in d. l. Proculus, & alij quàm plures, quos allegaui de succ. creat. §. 9. nu. 8. vers. 2. intelligitur. sic ergo & hic illa exceptio, ut Papa tales causas ex iusta causa re-

uocare posset, tacitè inerat (ut dixi) sicque expressa, ne nihil operetur, auget ipsam regulam negatiuam præambulam. nam & si sancitum fuisset, ne tales lites ad curiam reuocentur, nec vltra processum esset, tunc tacitè intelligeretur, nisi ex causa contrarium summo Pontifici visum fuisset: nunc propter illam adiectionem fit, ut etiam si ei ex causa contrariū visum fit, adhuc id fieri non debeat, nisi ex ea causa fit non solùm iusta, sed etiam vrgens & necessaria, qualis esset (ut sanctissimis patribus hæc rem definientibus in eo sacro Concilio, cui nos quoque interfuimus, tunc videbatur) si fortè causa ageretur inter reges Castellæ & Lusitanæ, vel inter regem & reginam, vel inter eos & filium primogenitum, & cætera id genus, in quibus verissimiliter in partibus non esset potestas, aut libertas iustitiam faciendi: non sic si inter conciuces ageretur vtcunq; proceres, quibus potentia non esset resistendi principibus suis iustitiam facientibus, vel tuentibus eos magistratus, qui iustitiam administrarent, aut ius redderent.

Ad superius acta iustificanda, dum exceptionem interdum regulam augere ne aliter nihil operetur, addere licet plura quàm sexaginta similia, quibus hanc regulam ornauimus in l. si quando, in princi. C. de inofficiso testamento.

Denique cum hac lege de litibus à prouincijs minimè extrahendis, dispentare minimè licere principibus, nisi quando id etiam si prætermittere vellent, non possent sine graui peccato. Idemque in similibus rebus & legibus, quæ perspicuè bonum publicum & rectam gubernationem intuentur, non parum vtiliter edocemur supra lib. 1. c. 25. 26. 27.

Postremò eadem iura & rationes militare in spolijs episcoporum, in quindenijs, in fructibus ecclesiarum vocantium, in medijs annatis (ut vulgo nominatur) in compositionibus, reliquisque similibus impositionibus remouendis, incomparto est, præsertim cum omnes redditus ecclesiastici ex collationibus fidelium procedant ad sustentationem ecclesiarum ecclesiasticarumque personarum, ita ut si quid superest pauperibus distribuatur. ergo siue tales impositiones auferant de eo, quod clericis necessarium erat, id inhumanum & contra ius naturale est, siue auferant de eo, quod supererat longè turpius est, cum id (ut potè quod pauperibus elargiendum erat) ipsis pauperibus ademptum videatur, ut plenè peregrinus de succ. creat. §. 22. num. 57. & nume. 40. cum seq. plu.

Denique † huiuscemodi iniqua onera esse contra omne ius omnemque rationem multis nominibus plusquam manifestum fit, Primum, quia nocet fidelibus, ex quorum pijs collationibus ecclesiasticæ personæ aluntur & sustinentur, quatenus necessitas & congrua mensura expetit. sicque; quidquid eis adimitur, id

76
Onera ini-
qua tollenda.

ab ip-

ab ipsis fidelibus vt supleatur necesse est, sicq; plus æquo onerantur contra rectam iustitiam & naturalem rationem, & contra nobilissimum illud iuris tam Dei quàm naturæ præceptum, quod dicitur, vt alteri non faciamus quod nobis fieri nolumus.

Deinde quia id ipsis clericis quàm noxium nullum non videt, cum alimenta sibi necessaria adimantur aut noxiæ minuuntur, id quod iuri naturæ aduersum est, quod edocet, alimenta iure illo deberi, neminemque militare suis stipendijs, dignumque esse mercenarium integra mercede sua, non diminuta, vt isthæc & alia nulla huc spectantia differuimus plenè suprà lib. 1. cap. 19. cum pluribus sequentibus, & capit. 1.

Tertiò quia pauperibus, quibus dandum est quod superest ex redditibus ecclesiasticis, id nociuum esse constat, quantum enim istorum indebitorum onerum causa ecclesiasticis rapitur, tantum ipsis pauperib. adimitur, id quod contra ius diuinum esse incomperato est, vt dictis locis tradidimus.

Quartò quia, vt iisdem in locis attigimus, cuiusque regionis fructus ad personarum ibi commorantium alimenta natura spectant.

Postremò, propterea quod omnis potestas & iurisdictio est ad meram ciuium, non etiam regentium vtilitatem, sicque huiusmodi illicitæ exactiones suapte natura illicitæ, longè turpiores sunt quando fiunt ab ipsismet tuitoribus (quales principes esse deberent) quàm si ab alijs fierent, præsertim si tales principes ecclesiastici sint (qui, vt suprà num. 55. ostendimus, reliquis iustiores esse debeant) tunc enim summum turpitudinis gradum ea improba onera attigisse viderentur, vt id malum, quod vltèrius progrediatur non habeat, & quod diutius perdurauerit, eò indies inhonestius videtur, tantum abest vt præscribi possit, vt suprà quoque ostendimus.

In summa his rationibus moti sacri canonicique iuris conditores isthæc omnia sanctissimè verarunt ac damnarunt non tam nouum ius hac in re inducentes, quàm ius diuinum & naturale repetentes, ac declarantes, vt sic transgressio istius iuris tergemina esse intelligatur, non solum iuris diuini, & naturalis, verum iuris quoque positiui, non secus quàm si nunc facinorosus quispiam homicidium iniuria perpetrasset, qui licet incideret in legem Corneliam de sicarijs, vt ff. & C. ad legem Corne. de sic. non idèd minus etiam incidisse videretur in diuinum illud Decalogi præceptum, De non occidendo, & iuris similiter natura violator existeret, vt in l. vt vim. ff. de iust. & iure. nec. n. iuris diuini & naturalis id esse desijt, propterea quod iure quoque positiuo idem cautum promissumque fuerit, vt dixi suprà nu. 51. Isthæc autem quæ iniuria impia, aut iniqua sunt, nullo tempore præscribi posse etiam mille aut decem millia annorum communis opi. est tam

iuræ professorum, quàm Theolog. vt per Glo: in c. inter cetera. 16. q. 3. & per Francisc. Balb. de præscrip. in 5. part. 5. partis princip. q. 11. Alphonsus à Castro Theologorum disertissimus de potestate legis pœnalis libro 2. c. 14. & Theologorū nostræ tempestatis summus Dominicus Sotus de iust. & iur. libro 3. q. 6. art. 2. vers. nona conclusio.

77
Præscribi ini
qua nullo tem
pore possunt.

SUMMARIUM.

- 1 Præscriptio an sit contra æquitatem naturalem, ardua questio.
- 2 Meum mihi inuito vt iniquum est adimita aqua me volente.
- 3 Præscribi qui rem suam patitur, eam concedere videtur.
- 4 Animus hominis solis indicijs colligitur.
- 5 Verborum ministerium.
- 6 Facti appellatione, & non factum venit.
- 7 Pœnis sponte subijcitur.
- 8 Prodigere nostra possumus.
- 9 Præscriptionum leges nos ex nostro consensu ligant, sicq; naturaliter & veluti ex contractu.
- 10 Lex est vt contractus.
- 11 Incertus euentus remouet lesionem interpretatiuè.
- 12 Lites breuiari expedit reipublica & principaliter.
- 13 Locupletari aliena iactura nisi sit iniuriosa iniquum non est cum Cag. contra Decium.
- 14 Præscriptiones etiam contra ignorantes non sunt iniquæ, contra communem.
- 15 Præscriptio sapit naturam pacti etiam contra ignorantes, contra Gloss. Bal. Fulg. & Barb.
- 16 Præscriptio an sponte patientis accidere dicatur, ardua questio.
- 17 Pœna vt consensum dedisse videatur.
- 18 Ius accrescendi est lucrum simile præscriptionis lucro.
- 19 Contrahentium tam amittens, quàm lucrans sentire dicuntur.
- 20 Præscriptionem repellere non potest arbiter assumptus, vt secundum æquitatem iudicet, ardua questio.
- 21 Intellectus auth. vt eccle. Rom. habeat.

CAPVT LII.



VO ad quintum, nempe vt trum præscriptio sit contra ius, vel saltem contra æquitatem naturalem, non leuis controuersia est. nam partem affirmatiuam vt contra æquitatem naturalem esse videatur, affirmat esse communem opinionem Iurisperitorum. Ioannes Andreæ de regu. iur. capitu. possessor, post princip. versicul. ex quibus omnibus. Sed Hieronymus Cagn. in leg. iure naturæ. numero 4. ff. de regulis iur. ait, communem esse sententiam, vt non dicatur contra ius, aut æquitatem naturalem, sed præter

1
Præscr. an sit
contra æqui-
tatem natu-
ralem q.

ius, & æquitatem naturalem: priorem tamen partem affirmatiuam tenent Ang. & Alexan. qui alios allegat in leg. possessio quoque. §. & si possessio. ff. de acquir. possessio. pro qua etiam parte arguit Bald. in l. fin. in repet. colum. §. C. de longi temp. præscrip. Partem tamen negatiuam, vt non sit contra naturalem æquitatem, tenent Ioan. Andr. post Gerardum de Senis, quæ ipse allegat, & Pet. Anchara. & Philipp. Franc. in dict. capit. possessio. vbi etiam nouissimi, & in hac sententia videtur residere Franciscus Balb. de præscrip. par. 1. q. 5. qua de re plenè per Fely. & Philippum Decium in rubr. de præscrip. & per Doctores post Gloss. ibi in cap. ius naturale. i. distincti. quam uisea Gloss. teneat partem affirmatiuam per Ias. in l. placuit. C. de iudic. per eundem Iaso. post alios in l. nam hoc natura. ff. de condi. in debi. per Bart. & Claudium & alios in l. ex hoc iur. ff. de iust. & iu. & quòd sit contra æquitatem naturalem firmat Bald. in l. ancillæ. colu. 2. C. de furt. & Azo in summa. C. pro empto. colum. i. in pr.

² *Meum mihi iniuror ut iniquum est adimi, ita æquum me volente.*
 Quid dicendum est & sanè ipsa veritas est non esse contra ius aut æquitatem naturalem, quinimò omni iuri & æquitati arridet, tantum abest vt aduersari videatur. nam quamuis iure naturæ iniquum sit alterum alterius iactura & iniuria locupletem fieri. l. iure naturæ. supra allega. l. nam hoc. ff. de condit. in debi. cap. locupletari. de regu. iuris. lib. 6. & iuris præceptum sit, Alterum non lædere. l. iustitia. 2. resp. ff. de iustit. & iure. §. iuris præcepta. Inst. eodem titulo. & iuris diuini & naturalis præceptum est, vt Quod tibi non vis, alteri nõ facias, vt per Cagnolus, vbi supra, ad finem. Tamen hæc omnia moderantur, & cessant ex voluntate & concessione ipsius domini: quia tunc ex diuerso nihil tam naturali æquitati conuenit, quàm voluntatem domini rem suam in alium transferre volentis ratam esse, ita ait tex. in §. per traditionem. Inst. de rerum diuisione. l. nemo. ff. de pactis. l. prima de sacro. ecclesi. l. traditio. ff. de acquirend. rerum dominio. l. traditionibus. C. de pactis: nec refert ea voluntas expressa, an tantum tacita sit. l. certum. ff. si certum petatur. l. cum ex filio, vbi multa per Iaso. in principio. ff. de vulga. l. prima, vbi per Iason. C. qui admitti gloss. not. vbi per omnes in l. 2. §. sed quia veremur. C. de iur. calum. † Nec dubium est quin ex legis interpretatione qui rem suam per tempus à legè definitum ab alio possideri patitur, is alienasse eam videatur vel pro derelicto eam habendo, vel eam possessori cõcedendo. l. alienationis verbum. ff. de verb. significatio. ibi, vix est enim vt non videatur alienare, &c. iuncta l. prima & 2. ff. pro derelict. Nec ad rem pertinet † quòd forrè domini animus diuersus fuit. nam & similiter qui expressis verbis se rem suam mihi cõcedere ait, forrè diuersum animum habuit, argumentum l. diuus. ff. de milita. testamea-

to. §. planè. Institutione eodem titu. l. an inutilis. ff. de acceptilatio. l. non solum. ff. de acti. & obligation. l. non figura, eodem titul. leg. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. voluntas enim hominis soli Deo certa esse potest, & præterea nemini. † Nam & ipsa verba indicia tantum non etiam certitudo sunt nostræ voluntatis. l. Labeo. ff. de supel. lega. id quod eleganter Cicero definiuit in oratione pro Cecinna, Verba, inquit, reperta sunt quæ indicarent, non quæ impedirent nostram voluntatem, propter verbum Indicarent, vnde nec etiam scriptura intelligitur nostram voluntatem certò declarare, sed tantum indicare, verosimiliter d. l. non figura. vnde eleganter idem Cicero, vbi supra, ait, Scriptum sequi, calumniatoris est, boni verò iudicis, voluntatem scriptoris defendere. Cùm ergo qui rem suam præscribi patitur, eius alienationi consentire videatur, succedit regula, Quòd damnatum quod quis sua culpa patitur; sibi & non alij debet imputare. c. damnatum, de regulis iuris lib. 6. Nec dubium est, quin id quod nostrum est, licet sine facto nostro à nobis auelli nequeat. l. id quod nostrum. ff. de regulis iuris. tamen appellatione facti etiam non factum continetur, secundum Philippum Decium ibi per §. si vxor. Inst. de nupti. ibi, melius facerent si se abstinerent. l. in facto. ff. de condition. & demon. facit l. cum de in rem verso. ff. de vsuris, & quæ plenè habentur per Gloss. & omnes in l. si certis annis. C. de pactis. l. si quis diurno. ff. si ser. vendi. ergo ex facto ipsius dominium rei suæ abs se recessit interpretatiuè. Id quod sufficit: quia, vt iam ostendimus, humana cognitio, quòd ad hominum volùtates, secundum interpretationem tantum, non secundum certam scientiam procedit. Quinimò (quod plus est) etiam is qui dereliquit rerum suarum amissioni & pœnz consentire videtur, vt ff. de iure fisci. leg. Imperatores, ibi. te huic pœnz subdidisti. leg. finali. C. ad legem Iuliam maiest. ibi, quodammodo sua mente punitur, tradit Angelus in §. furtorum. Institutione de obligatione ex malefici. Iason in l. prima. §. sublata tam in prima quàm in secunda lectura. ff. ad Trebell. an Florianus in leg. inde Neratius. §. finali. ff. ad legem Aquiliam, dixi plenè de success. crea. lib. primo. §. 10. ad finem. num. 665. Fit enim ea legis interpretatio, vt is præsumatur maluisse rerum suarum dominio carere, quàm à maleficio abstinere, vt dictis legibus, quantò ergo iustius in specie nostra interpretatur lex, vt qui rem suam per tantum tempus patitur ab alio possideri, maluerit aut maluisse videatur rei suæ dominio carere quàm eam accipere, sine eo quod liberalitatem in possessorem exercere velit, iuxta titulos ff. C. & Institutione, & in decret. de dona. siue quod eam rem pro derel. habere voluerit, id quod licet, vt leg. prima. & 2. ff. pro dereli. † cum & res nostras possimus pro-

⁵
 Verborum ministerium.

⁶
 Facti app. non factus venit.

⁷
 Pœnz sponte subijcitur.

⁸
 Prodigere non frustra possumus.

prodigere aut eis abuti. l. fed & si leg. §. confu-
luit. ff. de pet. hzred. ibi, dum re sua se abuti
putant. l. i. §. & magis, in verbo prodigit. ff. si
quid in fraudem patro. leg. quia autem. §. i. &
etiam in princip. ff. quz in fraudem credi-
torum. in re enim sua quilibet est moderator
& arbiter etiam abutendo, vt dictis legibus.
& leg. in re mandata. C. mand. l. non vsque. ff.
si à parente quis fuer. man.

9
*Prescriptio-
num leges nos
ex nostro con-
sensu ligant,
sicq; naturali-
ter et veluti
ex contractu.*

10
*Lex est ut cō-
stat.*

Denique & si omnia superiora cessarent †
tamen eo ipso quodd à prin. vel à republica lex
generalis de præscriptionibus disponens lata
fuit, non dubium est quin ea lex obliget ex
suo consensu omnes ciues, non secus quam ex
contractu quodam obligentur, † quia lex
nihil aliud est quam quædam sponcio, hoc est
firmissima promissio & contractus factus à
ciuibus inter se. leg. prima. in verbo, commu-
nis reipublicæ sponcio. ff. de legibus. dixi ple-
nè de succ. progressu libro primo. in præfa. ad
princip. & supra libro primo. capi. 28. numero
11. ergo vt qui sub conditione, si nauis venerit,
vel sub alia quauis promissit adueniente con-
ditione, manet ex præambulo consensu suo
obligatus. §. ex conditionali. Institur. de ver-
borum obligatio. ita & cum lex de præscriptio-
nibus lata & rogata fuit (rogatur enim lex,
cum ipsa fit, vt in §. lex. Institur. de iurenatu. c.
lex. prima dist. omnes ciues ei consensum præ-
bere dicuntur, velleq; vnumquenque rem su-
am iusue suum amittere sub hac conditione,
& futuro euentu, si ea res idue ius ab alio per
tempus à lege definitum possideri legitimè
contigerit, nam & ex diuerso ipse quoque lu-
crificet, si rem iusve alienum per tale legiti-
mum tempus à se possideri contigerit, sicque
omnes sunt in pari spe, & causa, vel lucri faci-
endi, vel amittendi, id quod est secundum ius
naturale, secundum naturam. ff. de regulis iu-
ris. §. his ita. C. caduc. tollen.

11
*Incertus euen-
tus remouet
lesionē inter-
pretatiuè.*

† Et propter istum futurum euentum nul-
lus intelligitur lædi. leg. fideicommissio. C. de
transactio. l. si pater puellæ. C. de in officio. re-
stamen. l. i. verb. non iniquis rationibus. C. de
pact. l. si iactum retis, de action. emp. Vides er-
go ius præscriptionum non solum iuribus na-
turæ minimè aduersari, sed potius iuri naturæ
omnino adhærere, vt interim omittam om-
nes non minus iustas, quam publicè, & priua-
tim vtilissimas causas, quibus præscriptiones
fuerunt inductæ, quas supra in tertio quæsto
enarrauimus. Quibus, † dum diximus esse
ob lites vitandas, adde, in litibus vel vitandis,
vel minuendis verti publicâ vtilitatem etiam
principaliter, aded vt etiam ex consensu parti-
um præscriptiones non impediuntur, nec eti-
am ex dispositione testatoris, vt plenissimè en-
arrauimus de successio. creat. lib. i. §. 10. num.
14. cum plurib. sequentib. & §. 7. numero 40.
cum seq. quibus in locis apparet has esse com-
munes opiniones. In summa postquam quis

12
*Lites brenia-
ri expediri rei
pub. etiã prin-
cipaliter.*

rem alienam, iusue alienum præscripsit tacita
ex domini voluntate, & concessione, si domi-
nus ille admitteretur ad rem suam, nonne id
esset iniquum & cōtra naturalem æquitatem,
& iustitiam, de qua in leg. prima. ff. de pact. §.
per traditionem. Institur. de rerum diuision.
dum ait, nihil tam naturali æquitati conueni-
re, quam voluntatem domini rem suam in ali-
um transferre volentis ratam esse, voluit ille
semel, nec naturalis iustitia, [aut æquitas per-
mittit pœnitere, aut variare, vt dd. iuribus, &
cap. primo, de pact. Ergo præscriptiones tam
longè absunt ab iniquitate, quod potius natu-
rali æquitati omnino adhærere, & accedere,
adscribiq; videntur. Amplia vt hæc omnia
procedant non solum quando sciente, & pa-
tiente domino præscriptio contingeret, sed
etiam si ex ignaro, iuxta leg. fin. C. de longi
temporis præscrip. Nam adhuc ipsa iustitia, &
æquitas naturalis dicitur, vt ille, cuius res præ-
scripta est, conqueri non possit, quando qui-
dem ipse quoque erat, & hodie est in pari cau-
sa, & spe lucrificandi. nam iuri tam naturæ,
quam positiuo approbatum est, emi posse ia-
ctum retis, & nautica pericula, & reliqua
quæ dubiorum euentuum occasione ad-
mittuntur, vt tradunt omnes doctores per
multa similia in leg. prima. C. de pact. & in l.
de fideicommissio. per tex. ibi. C. de trans-
actio. & nos multis ornamus in secundo to-
mo harum controuersiarum, qui inscribitur
controuersiarum frequentium libro tertio.
capitul. 68. per totum. Limita vt non procedat
quando possessor rei alienæ haberet malam fi-
dem, vel debitor haberet malam fidem, tunc
enim præscriptio esset contra naturalem æqui-
tatem, secundum communem opinionem,
vt testatur Bald. de præscript. part. prima. quæ-
stio. 5. quæ limitatio parum (iudice me) apta
est, quia tunc neque iure ciuili neque iure ca-
nonico procedit præscriptio, vt infra fusè age-
mus, & diximus de successio. creatio. §. vige-
simoprim. num. 179. lib. 3.

Ex † superioribus apparet, veram esse opi-
nionem Cagnoli in d. l. iure naturæ. ff. de reg-
ul. iuris, asserentis, eam legem dicentem iure
naturæ iniquum esse, alterum alterius iactu-
ra, & iniuria locupletari, propriè locutam fu-
isse dum copulatè loquitur, quasi sola iactura
si desit iniuria iniquitatem illam non indu-
cere, vt patet in omnibus titulis ff. & C. Instit.
& in decre. de donation. & patet ex omnibus
suprà dictis, & ex multis quæ edocemur
infra c. 72. quamuis Philippus Decius in d.
l. iure naturæ, contendat, & minus rectè (iu-
dice me) iniquitatem esse eo ipso, quod alter
alterius iactura etiam iniuria cessante locuple-
tetur, motus per l. nam hoc natura. ff. de cond.
indeb. & per l. cum pupillus. ff. de cond. & de-
mon. Sed ea iura parum absunt, quia per d. l.
iu. natura. declarantur iuxta l. Gallus. & quæ
ibi latè per doct. habentur. §. ille casus, ibi, qua
fi

13
*Locupletari
aliena iactu-
ra in suis ini-
riosa iniquè,
non est cum
Cagn. contra
Decium.*

14
*Præscriptio-
 nes etiam con-
 tra ignoran-
 tes non sunt
 iniquæ, cōtra
 communem.*

si duobus capitibus legis committis. ff. de lib. & posth. Apparet t̄ etiam non sat tutam, aut non sat generalem esse responsonem Gloss. in l. nam hoc natura, supra alleg. & Gloss. in l. prima. ff. de vsucapio. cum quibus transeunt Docto. vtrobiq. & Balbus de præscriptioni- bus; part. i. quæstion. quinta. aiunt enim quod præscriptiones idèd iniquæ non sunt, licet præscribens cum aliena iactura locupletetur, quia sua culpa id accidit, qui passus est rem suam ab alio tamdiu detineri, id quod suspectum est, quia inde sequeretur aliud fore, si rem suam detineri ignorasset, quod patet falsum esse, vt supra ostendimus, sic intelligentes, dict. l. fin. C. de longi tempo. præscriptio.

15
*Præscriptio
 sapit naturã
 pacti etiam
 contra igno-
 rantes, cōtra
 Glo. Bal. Ful-
 go. & Barb.*

Apparet t̄ etiam eadem ratione parum tu- tam esse opinionem Glo. quam sequitur Bal. ibi. colum. 7. & C. de seruis fugitiuis, & Balb. vbi supra, & Speculator de feudis. §. quoniam. versicul. quæritur tamen contra. & Gloss. in l. prima. ff. famil. eriscund. aiunt enim quod præscriptio sapit naturam pacti contra eum cuius res præscribitur eo, quod rem suam pati consensit, argumen. l. semper qui non prohibet. ff. de regulis iuris. l. qui patitur. ff. manda. quod suspectum idèd est, quod sic cessare præscriptio, & illud tacitum pactum quando domino ignorante res præscripta esset, quod est falsum. Longè ergo rectius dixissent, sapere naturam pacti generalis, quod inter conciuēs in initum videtur, quo tempore lex lata fuit, quodque extendit sese etiam ad ignorantes, & procedit etiam quò ad eos qui tempore illius legis latæ nondum nati erant, quia populus idem esse intelligitur. l. proponebatur. ff. de iudi. & legibus reipublicæ quisque ciuium consensum præbere intelligitur, licet retro abhinc annos mille factæ essent, vt diximus in locis, ad quæ supra retuli me.

16
*Præscriptio
 an sponte pa-
 tientis accide-
 re dicatur,
 ard. quæst.*

Apparet etiam ex superioribus quid respon- dendum sit in eo articulo, quo quæritur, t̄ an cuiusque rei præscriptio ex voluntate domini contingere videatur: qua in re variæ sunt no- strorum sententiæ. Sunt enim qui negent ex domini voluntate id contingere, ita Glo. in l. i. §. si. & Gloss. si. ff. de dolo. Bal. in §. si quis per triginta, ad finem. si de feudo fuerit contro- sentit Balb. de præscrip. part. i. q. 5. num. 6. ver- si. addo etiam. dum ait, inuito rem suam præscribi. Sunt tamen qui existiment ex volunta- te domini ficta, vel præsumpta id contingere, ita Bart. in l. si. colu. penul. C. in quib. caus. integ. resti. non est. Ioan. Imo. in repe. cap. si. col. 26. vers. item aduerte. de præscrip. Balb. in au- then. adhæc. col. 3. C. de vsuris. Ioan. Andreæ in d. cap. possessor. col. fin. arti. vlti. de regulis iur- is. lib. 6. per l. alienationis verbo. ff. de verborum signification. Est & tertia opinio Alexan. distinguentis inter præscriptionem, quæ contra scientem & patientem currebat, vt ea spon- te illius contigisse dicatur: argu. l. cum de in- rem verso. ff. de vsuris. l. semper qui non pro-

hibet. ff. de regulis iuris. l. qui patitur. ff. man- dat. & inter præscriptionem in scio domino currentem, vt ea, citra domini voluntatem contigisse videatur. Ita Alexand. in l. filius fam- ilias. §. diui. colum. 7. ff. de lega. i. quem re- fert, & sequi videtur Franciscus Balb. vbi su- præ, num. 5. qui sibi ipsi parum constare vide- tur, quid dicendum: & sanè vt istarū opinio- num nulla simpliciter (iudice me) vera est, ita fortè aliqua ex parte tueri poterunt. Et enim veritas est, quod in genere dominus rei præ- scriptæ non potuit non videri consensum præ- buisse: nam cum legibus Reipublicæ de præ- scriptionibus disponentibus omnes ciues con- sensum præbere, & præbuisse intelligantur, vt d. l. i. in verb. communis reipublicæ sponso. ff. de legibus. consequens fit vt si res meas præ- scribi contigerit, iam olim & retro tali præscri- ptioni consensum præbuisse videar: nam & eadem ratione qui legi pœnali ferendæ con- sensum expressim, aut interpretatiuè præbuit si postea deliquerit, licet nullus compos men- tis puniri velit, adhuc tamen sponte sua puni- ri videtur, eo quod iam olim hunc consensum præbuisse, quasi sub hac conditione si deliquisset, videretur, vt iam ostendimus per d. l. Impe- ratores, ibi, re huic pœnæ subdidisti. ff. de iure fisci, & d. l. fin. C. ad legem Iuliam maiesta. & si per fluminis alluionem aliquid de fundo meo detractum, inque fundum tuum transla- tum fuit, tu licet cum iactura mea ditior fias, non idèd minus desinis esse in bona fide, quia iam retro à tempore legis latæ, vel approbatæ huic rei singuli ciues consensum præbuisse vi- dentur, & vnusquisque eorum in pari causa, & potentia erat lucrandi, vel amittendi, iux- ta §. præterea per alluionem. Instit. de rerum diuisione. l. aded. §. præterea per alluionem. ff. de acquiren. rerum domi.

17
*Paruè ut con-
 sensum dedis-
 se videamur.*

Et sic t̄ ex voluntate hominis descendere dicitur acquisitio, quæ per ius accrescendi contingit. l. si. Titio & Mæuio. §. Julianus. ff. de leg. secundo. & tamen id ius accrescendi qua- si quopiam alluionis incrementum est. l. si Titio. ff. de vsufru. & ius accrescendi dicitur quoddam aduentitium, & veluti fortuitum lucrum. l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi- cio. testamen. & nihilominus saltem imme- diatè, vel in genere dicitur descendere à vo- luntate & ordinatione testatoris. d. §. Iulia- nus. sic ergo & in hoc lucro præscriptionis re- tro videtur interfuisse voluntas domini pro- pter consensum olim præstitum in lege hac de re disponere, quæ vt damnum, ita & lucrum, potuit asferre.

18
*Ius accrescen-
 di est lucrum
 simile præscri-
 ptionis lucro.*

Simile t̄ in l. si voluntate. C. de rescinden- da venditio. vbi & si vnusquisque contrahen- tium non amittere, sed lucrari studeat & con- tur, tamen toti rei consensum præbuisse non minus videtur is qui amisit, quàm alter qui suam conditionem meliorè fecit, vt ibi: quia huic futuro euentui sese commisisse videtur.

19
*Contrahenti-
 um tam amis-
 tens quàm lu-
 crans consen-
 tire dicuntur*

fic er-

fic ergo, & in specie nostris, cuius res præscripta est, legi de præscriptionibus loquenti præbuisse consensum videtur, nec eum iuuabit dicere se solum lucrari, nõ etiam amittere velle, seque alienas res præscribere, non autem suas præscriptione amittere voluisse, argum. l. si voluntate. C. de rescinden. vendi. simile est in l. fideicommissio. C. de transaction. & in l. 1. C. de pactis. Simile in l. si pater puellæ. C. de in officioso testament. & multa similia congesimus secundo tomo harum controuersiarum. lib. 3. cap. 68. & infra c. 72. Stat ergo quod is, cuius res præscripta est, præscriptioni tali consensum olim præbuisse visus est, etiam si ignoret eam præscribi. nam & in exemplo de alluione, & de iure accrescendi, & de lege lata idem contingit. Idemque in fera, cuius dominium habebam, & aufugit, in q; alterius potestatem recidit, nam mea esse definit. §. feræ. Institu. de rerum diui. l. adeo. §. feræ. ff. de acqui. rerum domi. quo casu ignorantia vel scientia mea non inspicitur, vt ibi. In specie verò consensum præbuisse videtur quando id sciebat, non sic si ignorabat, secundum opinionem Alex. supra relatâ per iura iam allegata, iuncta l. mater decedens. ff. de inoffic. testamen. & secundum hanc distinctionem. varietates superiores & possunt & debent conciliari, iunge alia fundamenta ex c. sequen.

20
Præscriptio
nõ repellere
non potest ar
bitr assum
ptus vt secun
dam æquitate
iudicet, ard.
q.

Ex superioribus apparet quid respondendum sit in illo articulo, quo quæritur, ¶ an arbitrer qui habet pronuntiare secundum veritatem & æquitatem, possit repellere exceptionem præscriptionis? qua in re sunt qui velint, posse eum talem exceptionem repellere, ita tenent Angelus in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. Idem Angelus in rep. l. 1. ad fi. C. de iudi. sentit Bald. in l. prima. C. de præscript. tringinta an. Ludouicus in rubr. ff. de arbitris. colum. 1.

Contrariam partem, vt talem exceptionem non possit reficere, tenent Barthol. in extrauag. ad reprimendum. in verb. videbitur, prope finem. Feli. in rubr. colum. 1. de præscriptio. Idem Feli. in c. 1. colum. penul. de consti. Est & tertia opinio distinguendum referre vtrum ille cum bona fide præscriberet, vt tunc exceptio præscriptionis non possit repelli, an verò cum mala fide, vt tunc repelli fas sit. & vtrunque membrum huius distinctionis communiter receptum esse testatur Francisc. Balb. de præscriptio. par. 1. q. 5. numero 8. cum seq. vbi similiter affirmat cum mala fide non procedere præscriptionem de iure ciuili, non magis quàm de iure canonico. Ergo commodius & certius trademus regulam negatiuam, talem exceptionem præscriptionis ab arbitro reijci non posse, sed tantum reijci posse mentitam præscriptionis allegationem, quale esset cum constaret malam fidem interfuisse, tunc enim qui se præscripsisse diceret falsum diceret, sicque arbiter eum repellens non tam præscri-

ptionem quàm mentitam præscriptionis assertionem repellere diceretur.

Tenendo ¶ nostram principalem opinionem vt præscriptio non sit contra æquitatem naturalem, tunc ad tex. in auth. vt ecclesia Romana. §. habeat itaque, ibi, nec iniquis hominibus impium remaneat præsidium, nempe præscriptionis respo. nihil obest. nam ait, tunc demum impium esse præscriptionem, cum iniquis hominibus & sic malam fidem habentibus contingit, non sic ergo si bonam fidem haberent, tunc enim non impium sed pijsimum, & Reipublicæ vtilissimum præsidium diceretur, prout est, præscriptiones sæpissimè contingunt cum mala fide, quamuis ea probari nequeat, quia ex animo pendet. l. pe. C. de euiet. & quia bona fides præsumitur, licet fortè ad sit mala. l. merito. ff. pro socio. plenè per Andream Tiraquel. de præscrip. §. 1. Glo. 2. in princip.

21
Intell. auth.
vt eccl. Rom.
§. habeat.

SUMMARIUM.

- 1 Obligatio naturalis, an præscriptione perimatur, ardua q.
- 2 Obligatio naturalis oritur ex iure gentium primæuo.
- 3 Ius gentium primæuum dicitur naturale,
- 4 Meum negligere quando videar.
- 5 Obligatio interdum præsumitur post longum tempus.
- 6 Remissio facilior quàm noua concessio.
- 7 Donatio post longum tempus præsumitur.
- 8 Consensu coniecturato obligamur.
- 9 Obligatio vtraque tollitur præscriptione contra communem.
- 10 Obligatio præscriptione debilitari fas sum est, quia extinguitur.
- 11 Dominium directum queritur præscriptione contra scientem currente.
- 12 Repetere potest qui soluit debitum præscriptum.
- 13 Obligatio vtraque perimitur præscriptione, acceptilatione, contra Doctores.
- 14 Fideiussor non accedit obligationi præscripta.
- 15 Nouari non potest obligatio præscripta.
- 16 Compensatio non fit ex obligatione præscripta.
- 17 Constitutum non fit post obligationem præscriptam, contra Doctores.
- 18 Euangelica denunciatio non facit rem corpoream præscriptam restitui.
- 19 Euangelica denunciatio an faciat infestam præscript. actionis personalis, ardua questio.
- 20 Obligatio vtraque vt perimatur an fieri possit per legem, ardua questio.

CAPUT LIII.



VO ad sextum, ¶ an præscriptio actionum tollat & perimat vtranque obligationem, an alteram tantum, vehementer controuersum est, & sunt variz nõ-

2
Obl. nat. an
præscriptio
perimatur
ard. q.

strorū sententiæ. Sunt enim qui velint, quod sola ciuilis obligatio perimitur, naturalis verò, neque perimitur neque vlla ex parte enervatur. ita Bald. in auth. ad hæc C. de vsuris, col. 3. qui hanc esse communem opinionem testatur, quem sequitur Franciscus Balbus de præscrip. in 2. par. 3. par. princ. q. 10. vbi ait semirari de doctõribus contrarium tenentibus. Idem tenet ipsemet Balbus in 1. par. q. 6. ad fi. & Pet. Philippus. Corneus consilio 251. in hac consultatione. colum. 2. lib. 3. moti quia leges ciuiles, quæ præscriptionis induxerunt, vt duximus supra in 3. illa q. conclusionēque quo iure esse inducta præscriptio, non potuerunt perimere iura naturalia. l. eas causas. ff. de capit. dimi. l. iura sanguinis, vbi multa per Decium & Cagno. ff. de regu. iu. §. sed naturalia. Inst. de iust. & iure. l. omnes populi. ff. de iust. & iure. §. minus ergo. Inst. de hære. quæ ab in-testa. † Nec dubium est quin naturalis obligatio ex iure gentium primæuo, q. et ius naturale appellatur, oriatur. l. 1. ff. de pact. c. 1. eod. tit. §. per traditionem. Inst. de rerum diui. ibi, nihil tam æquitati naturali conuenit. l. non minorem. C. de trans. l. 1. ff. de const. pecu. † Et tale ius gentium primæuum, quo suadet, docetque pactiones ac conventiones custodiri esse, & dici ius naturale respectu humani generis, duximus supra c. 16. num. 11. lib. 1. ergo talis obligatio naturalis ex hoc iure gentium primæuo, & sic naturali orta per ius ciuile perimi non est possibile, & sic nec per præscriptiones eo iure ciuili ortæ, idem tenet Andreas Tiraquell. de præscri. §. 1. Glo. 2. ad finem, & vide infra. c. 74. nu. 3. Sed sanæ hæc ratio, quæ his patribus tam immobilis peremptoria inexpugnabilisq; visa fuit, nullius (iudice me) momēti est, nā q. naturalis obligatio sit iuris, naturalis secundū superiorem declarationem ingenuè fateamur: quodque naturalia iura per solum ius ciuile perimi nequeant, similiter agnoscimus, quod autem in specie nostra per solum ius ciuile ea naturalis obligatio fuerit oppugnata vel expugnata, id omninò negamus: quinimò per ipsum ius naturale vel gentium expugnata ex legis interpretatione intelligitur: Nam si sciebas me tibi centum debere, & per longissimum tempus triginta annorum tacuisti, petereque superfedisti, iustissime ius ciuile interpretatur † te habuisse animum voluntatemque istius debiti vel iuris remittendi, aut pro derelicto habendi. Nam (quod longè plus est) etiam post vnius duntaxat anni præteritionem hanc remittendi interpretationem aliàs lex facit, vt in §. fin. Instit. de iniurijs, & ius possessionis negligi & abijci, vel pro derelicto haberi per negligentiam decennij lex interpretatur, vt est communis opinio, quam tenent Glo. & Paulus Castrensis in l. si de eo. §. 1. ff. de acqui. poss. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 84. ff. eod. tit. & idem Ias. in l. 1. colum. fi-

na. C. de seruis fugiti. † & post decennalem annuam præstationem lex incipit præsumere obligationem, & animum in posterū aliquid annum præstandi. l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. quid ergo mirum aut nouum, si post scientiam & patientiam longissimi temporis incipiat lex ciuilis præsumere annum debiti remittendi. † Cum longè facilius quis remittat plura quàm denuò dedat aut donet, vel cōcedat pauca, vt diximus de succ. crea. lib. 2. §. 18. num. 16. versic. tertia ratio, per Paulum Castren. in l. pacta que contra. C. de pact. & hac ratione improbatum pactum legis commissoria in pignoribus. l. fin. C. de pact. pig. & improbatum eadem ratione renunciatio futurorum alimentorum, vt in d. num. 16. declaramus, vbi etiā diximus, eadem ratione improbari pactum de non succedendo factum inter patrem & filium, & tradit Ias. in l. pactum dotali. C. de collati. harum enim rerum ratio ea est, quod facilius quis remittit plura quàm donet pauca, vt naturaliter fieri videmus. Quid ergo mirum aut nouum, si lex per longissimi temporis taciturnitatem præsumat debiti remissionem, cum etiam obligationem post breuius tempus præsumere soleat, & remissionem etiam aliàs per vnius solius anni transcursum, vt diximus. Quinimò † etiam cōcessionem per longi temporis transcursum alibi præsumit, quale est in terminis. l. si quis diuturno, in princip. ff. si seruitus vendi. de cuius intellectu agemus, latè infra declarantes, quod vt debitor cum scientia iuris alieni potest longissimo tempore per creditoris scientiam & patientiam præscribere, quia ex tali taciturnitate præsumitur remissio, vt in specie nostra, ita in terminis, d. l. si quis diuturno, per scientiam & patientiam domini rei consentientis me tignum in parietem suum immisit in lōgo tempore habere acquirō & præscribo ius seruitutis, ergo longè facilius id cōtinget, ac iustius in specie nostra, tum quod hic adest longissimum tempus, ibi longum duntaxat, tum etiam quod ibi est noua seruitutis acquisitio, quæ odiosa est, hic liberatio ab obligatione, quæ fauorabilior est. l. Arrianus. ff. de actio. & obliga. iuncta. l. alius. C. de seruit. cum ibi notatis, cum ijs, quæ scripsimus infra §. 82. numero 13. & infra c. 83. scripsimus plenè de intellectu, d. l. si quis diuturno. Pro nobis tex. egregius in l. si ego. §. 1. ibi, per traditionem forte aut per patientiam. ff. de publici. in rem actio. vbi scientia & patientia habet vim traditionis: ergo multo facilius habebit vim remissionis quando quidem facilius quis remittit quàm donet, aut tradat, vt supra ostendimus. Neq; ad rem pertinere debet, si quis obiecerit hanc legis interpretationem non esse equam vt possit perimere iura naturalia, ne sic in effectu iura naturalia perimi videantur, nam id omninò negatur, sed potius ipso quoque iure naturali contrario perimi: omninim

2
Obligat. oriatur ex iure gen. primæuo.

3
Ius gen. primæuum dicitur naturale.

4
Meum negligere quando videatur.

5
Obligatio interdu præsumitur post longum tempus.

6
Remissio facilior quàm noua concessio.

7
Donatio post longum tempus præsumitur.

enim res naturaliter per quasunque causas nascitur, per easdem dissoluitur. c. omnis res, de regu. iur. licet nihil tam naturale. ff. eod. tit. §. fin. & per totum tit. Inst. quib. mod. re contrahi. obliga. Modò sic † tibi centum promisi, solus Deus certò scit, an id fecerim animo obligandi me, an verò loci vel ostentationis causa, vel fortè causa comitatis vt beneuolus erga te viderer. l. diuus. ff. de mil. testamen. §. plenè. Insti. eod. titul. l. Labeo. ff. de sup. lega. l. an inutilis. ff. de accep. l. non solù. ff. de actio. & obliga. nihilominus tamen lex interpretatur me tibi obligatum videri, sentiens ex animo me promississe obligandi me ipsum, quasi voluntatis nostræ certius signum nullum sit quàm verborum. d. l. Labeo. sicque obligamur ex consensu & voluntate nostra à lege ciuili coniecturata, non tamen infallibiliter cognita, sic ergo & per contrarium ea obligatio ex animo nostro contrario perimi naturaliter potest & debet, quamuis animus ille coniecturis tantum non etiam certa scientia lege ciuili percipiatur. & vt lex quò ad ortum obligationis fidem adhibuit verbis promittentis, ita & quoad ipsius obligationis resolutionem fidem adhibet taciturnitati & patientiæ longissimi temporis, & aliquando longè breuioris, vt diximus. Nec dicatur obligationem personalem inseparabilem esse ab ofsibus obligati: arg. l. nemo potest. ff. de lega. 1. cum ibi traditis per Barthol. colum. 1. vbi per omnes repetentes. nam quòd semel personali obligatione deberi cœpit certis modis à lege definitis deberi definit. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & oblig. per totum titulum Insti. quib. mod. tollitur oblig. & vt illos modos perimendarum obligationum ipso iure lex adinuenit & induxit, ita quoq; alios modos, vt constat, inducere potest quotidie, id quod fecit in nostra materia iubendo vt plenissima securitas & obligationis liberatio contingeret per ipsius præscriptionem longissimi temporis, id quod expressius induci non potuit aut iuberi quàm inducitur si verba earum legum nò calumnientur & exterminantur ac turpiter violentur per l. sicut. l. omnes. l. cum notissimi. C. de præsc. 30. annorum. l. si pnpillos, in fin. ff. de adm. tutorum, iuncto pri. Inst. quib. mod. tolli. obl. & c. ad aures, de præscrip. & l. 1. cum Glo. C. si aduer. creditorem.

Sit ergo fixa indubitataq; conclusio † post longissimi temporis præscriptionem sublatam videri vtranque obligationem tam ciuilem quàm naturalem. c. iam ipso iure. vnde primum apparet verà non esse opin. Bal. & Francis. Balbi, & Petri Philippi Cornei & aliorum supra relatorum negantium eam ipso iure perimi, & affirmantium quod etiam in effectu non eneruabatur aut debilitabatur.

Apparet etiam errasse † quotquot asseruerant eam in effectu debilitari duntaxat non etiam ipso iure perimi, id quod affirmat

Bart. in l. fin. §. 1. ff. rem ratà haberi. cuius opin. cōmunem esse testatur Francis. Bal. vbi suprà, par. 1. q. 6. & par. 3. prin. in 2. par. illius 3. partis. q. 10. vbi pluries hanc dicit cōmunem opinio. Paul. Castren. in d. l. fin. §. 1. ff. rem ratam haberi. Bal. in l. sicut. col. 1. C. de præsc. 30. annorum. Ioan. Imol. in c. fi. col. 6. de præsc. in rep. Ang. l. 1. col. 19. C. de iud. in rep. Pano. & Feli. col. 1. in cap. ad aures, de præsc. Ioan. And. in c. possello. ad fi. de regulis iuris. Antonius, & Ioan. Imol. in d. c. ad aures. Pet. Philip. Corn. confi. 176. ad euentiã. col. pen. lib. 1. Neq; ad rem pertinet q, etiam iure ciuili non procedat præscriptio iurium & actionum cum mala fide non magis quàm iure canonico, secundum veram & communem opinio. vt suprà diximus. & plenius in c. præced. nam nò sequitur, scio me debere, ergo habeo malam fidem, est enim aperta incuria (ne dicam iniustitia) existimantium, qui possidet rem alienam, aut moratur scienter debiti solutionem, eum esse necessariò in mala fide, cum potius sit in bona fide, aut saltem in bona fide & esse possit & esse posse à lege ciuili præsumatur, vt iam ostendimus, & fusius in c. præced. & c. 72. & cap. 76. & vt exactius res agatur considera quod aut tam creditor quàm debitor erant debiti conscij, aut vterq; ignorabat, aut creditor solus sciebat, debitor autem ignarus erat, aut & quartò ex diuerso creditor ignorabat & debitor solus sciebat. Primo casu cessat regulariter mala fides, quia ex illa scientia & patientia longissimi temporis præsumitur tacita debiti remissio aut abiectio, vt diximus suprà, & alijs in locis ad quæ me retuli. Secundo casu quando vterq; ignorabat, etiam secundum omnes procederet præscriptio, cum debitor apertè sit in bona fide vt pater ex sua iusta ignorantia, quale esset si ex contractu fortè procuratoris quem ignorabat obligatus esset, vt suprà dixi, & exactius in c. præced. Tertio casu cum solus creditor sciebat, debitor ignorabat se debere, tunc idem, & longè iustius, quia ex parte sua adest bona fides, & ex parte creditoris iustissimè præsumeretur debiti vel remissio vel abiectio. Vltimo verò casu cum solus debitor se debere sciebat, creditor autem ignorabat, vix est vt non intelligatur esse in mala fide quando quidem ex parte creditoris ignorantis nec debiti abiectio, nec remissio præsumi potest. l. mater decedens. ff. de inoffic. testa. sicq; cessat rō bonæ fidei præsumendæ, de qua in l. alienationis verbum. ff. de verb. signi. ibi. vix est enim vt non videatur alienare, & c. & l. qui patitur. ff. amand. l. semper qui non prohibet. ff. de reg. iur. & cum debitor suum debitum saltem improprijssimè videatur possidere. Glo. in l. regula. ff. de pet. hère. certè hoc casu istius debitoris improprijssima illa possess. nò legitima, sed clãdestina videatur, arg. 1. si quis diuturno. in pri. ff. si ser. ven. di. quæ lex si rectè inspiciatur, probat omnia membra huius distinctionis negans vbi vitio

a

sa pos-

8
Consensu con-
iecturato ob-
ligamur.

9
Obligatio tollitur
præscriptione
contra cōem.

10
Obl. præscri-
ptione debili-
tari falsum
est, quia ex-
tinguitur.

sa possessio, vel quasi possessio est contingere prescriptionem, non sic si vitio caret. Iam ergo dubitari non oportet quin cesset prescri. utroque iure tam civili, quam cano. vbi mala fides interfuit, & in eo tantum quaestio est, an possessor, vel quasi poss. rei vel iuris alieni in mala fide esse dicatur cū id sciebat, qua in re distinguendum est, vt dixi modò, & plenius supra cap. prac. & c. 72. & c. 76. incipi. actio personalis.

11
*Dominium directum quaeritur prescrip-
tione contra
scienciam cur-
rentem.*

Confirmantur hæc omnia, nam tenentes prescriptione vitale tantum dominium, non etiam directum acquiri, eo q, in prescriptione cessat naturalis æquitas, quia currit contra ignorantem, fatetur q, si dominus scit, & patitur re suam prescribi, tunc directum dominium acquiritur non secus quam si ipse eam venderet & traderet, ita Balbus de prescri. par. 2. q. 2. nu. 9. & Bald. in auth. nisi tricennale. col. fi. C. de bo. mater. & Feli. in rub. de prescrip. colu. 1. & Ias. in l. traditionibus. C. de pact. ergò vt cessat mala fides qñ domini voluntate possideo alienum, per totum ti. ff. & C. comod. & ff. de precario. & ff. C. Inst. & in decret. de dona. ita & hoc casu cessat mala fides.

12
*Repetere potest qui soluit
debitum prescriptum.*

Apparet t ergo ex superioribus verissimam esse sententiam. Accursij & Bart. & Pauli Castrensis in l. fi. §. 1. ff. rem ratam haberi. existimatum eum, qui prescripsit si soluit posse repetere, quos sequitur Francisc. Balb. de prescript. part. 1. q. 6. post alios, quos ipse tam ibi quam rursus in 2. par. 3. part. prin. quæst. 10. refert.

13
*Obligatio utragque
perimitur prescri-
ptione acceptilatione,
nouatione.*

t Apparet similiter parum aptam esse, aut suspectam esse æquiparationem, quam ipsemet Balbus d. q. 6. post Paulum Castren. in d. l. fi. §. 1. & post Bal. in l. sicut. col. 1. C. de prescri. 30. anno. facit. ait. n. quòd vt per pactum de non petendo, quod est iuris gentium, eliditur civilis obligatio, sed naturalis, quia similiter est de iure gentium, ex toto perimitur, ita ex diuerso per prescriptionem, quæ est iuris civilis, ex toto perimitur obligatio civilis, sed naturalis duntaxat debilitatur. Secundum quam rationem consequens fieret, vt diceremus quod per nouationem quæ est iuris civilis, vel etiam per acceptilationem quæ similiter est iuris civilis, sola civilis obligatio tolleretur, naturalis verò duntaxat debilitaretur, id quod esset contra text. in §. præterea nouatione, & in §. item per acceptilationem. Inst. quib. mod. tolli. obli. & contra l. fi. C. de nouat. & contra omnes leges tam illius tituli quam ff. eo. titu. & per totum ff. & C. de accepti. ergo non est bona consequentia, nouatio, aut acceptillatio, aut prescriptio sunt iuris civilis. ergo civilem tantum non etiam naturalem obligationem perimere possunt, quinimò vtranque perimere possunt & perimunt, quia hac in re cum ipso iure civili concurrat etiam natura, hoc est, voluntas illius contra quem prescribitur, quæ vt ex verbis, vel scriptura, vel etiam nutu, vel alijs signis, & indicijs eius probata intelligeretur,

ita etiam ex ista scientia & patientia probata censetur. d. l. si ego. §. 1. ff. de pub. in rem act. d. l. cum de in rem verio. ff. de vsuris iuncta l. La- beo. ff. de sup. lega. l. nutu. ff. de legat. 3. l. 1. §. si quis ita. ff. de verborum obligation. l. milites. ff. de milit. testam. l. an inutilis. ff. de accepti. l. non solum. l. non figura. ff. de actio. & obligatio. certum enim est quod multis modis esse potest. l. certum. ff. si certum petat. iuncta l. 1. §. fina. ff. de dote præleg. & vt obligatio naturalis sine dubio pempta diceretur ex remissione creditoris, de qua constaret per verba ipsius: ita quoq; pempta videbitur ex remissione ipsius, de qua alio quouis modo constet, vt dictis iuribus. constat autem de tali remissione vel abiectione per scientiam & patientiam longissimi temporis, vt diximus, ergo talem obligationem naturalem pemptam esse proculdubio intelligemus.

14
*Fideiussor non
accedit obliga-
tioni prescriptæ.*

Denique apparet ex nostra declaratione obligationi prescriptæ non posse accedere fideiussorem, nam licet is soli obligationi naturali accedere possit, non secus quam civili & naturali. leg. fideiussor obligari. §. fideiussor. vbi notant Paulus Castrensis & Barthol. ff. de fideiuss. §. 1. Instit. eod. titu. tamen post prescriptionem cum nulla secundum nos supersit obligatio ei obligationi, quæ nulla est, fideiussor accedere non poterit, id q, in specie tenent Bald. in l. tam mandatori. colum. 2. C. de non nume. pecu. Bartholo. & Paulus de Castr. in d. §. fideiussor. Francisc. Balb. in d. q. 6. Paulus Castre. in l. fin. §. 1. ff. rem ratam haberi. Anton. Butr. Ioannes Imol. & Felin. in d. c. ad aures, de prescrip. quæ communis opinio ex nostra sententia verissima est, non autem ex ratione, qua ipsi omnes mouentur, dum naturalem quidem obligationem superesse existimant, quamuis debilitatam, & pro nobis in specie est tex. in l. si quis postquam, cum ibi not. ff. de fideiussor.

15
*Nouari non
potest obliga-
tio prescripta.*

Apparet t similiter ex sententia nostra talem obligationem prescriptam nouari non posse, Nam ex nihilo nihil fit, secundum Philosophum, vt in l. sed si manente. ff. de precario, dixi plenè in 2. tomo harum controuersiarum c. 14. in princip. & per totum, & in specie ita tenent Antonius Butr. Ioan. Imo. & Felin. in d. c. ad aures & Francisc. Balb. d. quæ. 6. num. 4. facit. §. præterea nouatione. Instit. quibus mo. tolli. oblig. cum ibi notatis. & l. 1. ff. de nouat.

16
*Compensatio
non fit obliga-
tione prescri-
pta.*

Apparet t similiter q, talis obligatio prescripta non proderit ad compensationem, vt tenent Antonius Butr. Imola & Fel. in d. c. ad aures. & Bald. in d. q. 6. quorum sententia longè expeditior erit secundum nostram opinionem, cui negamus naturalem obligationem superesse, quam secundum eorum sententiam superesse existimantium, debilitariq; duntaxat, non etiam perimi asseuerantium.

Appa-

17
*Constitutum
 non fit post ob
 li. præscripta
 contra Do.*

Apparet etiam † ex nostra sententia an super obligatione præscripta constitutum fieri possit, quod admittit Bal. in rub. C. de const. pecu. colum. 2. & Balb. in d. q. 6. nos contra, per §. in personam. In titu. de act. & per d. l. si quis postquam. ff. de fideiussor. vbi traditur, eum qui se pro alio soluturum constituit, similem esse fideiussori. Sicque dicendum restat obligationi præscriptæ accedere non posse magis quam fideiussori, præsertim secundum nostram opinionem, qua asseueramus per præscriptionem non solum civilem verum naturalem quoque obligationem peremptam videri.

18
*Euangelica
 denunciatio
 an faciat rem
 corporeâ præ
 scriptam res
 situi.*

Apparet etiam quid respondendum sit † in illo articulo quo controuertitur, an postquam quis præscripsit possit per denunciationem Euangelicam compelli ad restituendum quod præscripsit, qua in re receptissima opinio est non posse, si quidem sumus in præscriptione rei vel iuris corporalis, vt plenè resoluit Franciscus Balbus de præscri. 2. par. 3. partis princ. q. 11. & rursus q. 10. & Bartol. in extrauag. ad reprimendum, in verb. per denunciationem. in versu. sed quid de obligatione quæ tollitur præscriptione. Bald. in authen. ad hæc. col. 2. & 3. C. de vsuris. Anton. Butr. Ioan. Imo. Parnormi. Felinus & alij in c. fin. de præscrip. Pet. Philippus Corneus consi. 176. ad euidenciam. col. pen. lib. 1. & hanc sæpè testatur communem esse opinionem Imol. & sæpius Balb. vbi supra.

19
*Euangelica
 denunciatio
 an faciat im
 perfectâ præ
 scrip. actionis
 personalis ar
 dua quest.*

Sed & in præscriptione actionis personalis idem esset, tenent Bar. Ioannes Imo. Panormi. & Pet. Philip. Corneus, vbi supra, & hanc esse communem opinionem affirmat Balb. in d. q. 10. qui tamen contrarium tenet, firmans locum habere denunciationem Euangelicam, id quod tenet Pet. Philip. Corn. sibi contrarius consi. 251. in hac consultatione. colu. 2. lib. 3. Ioannis Imolensis sibi contrarius in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. Antonius Butrus in d. c. fin. Bald. in auth. ad hæc. colum. 3. de vsuris mouentur hanc partem tenentes: quia longa, inquit, est differentia inter ius reale præscriptum & ius personale, nam iura realia facillè migrant de persona in personam. l. si. C. de lega. l. fin. §. sed quia, cum §. seq. C. com. de leg. l. cum pater. §. furdo. ff. de leg. 2. l. à Titio. ff. de furt. l. si tibi homo. §. cum seruus. l. legatus. §. fin. ff. de lega. 1. l. 1. 2. & ferè per totum. ff. de in diem addi. l. quoties, & ferè per totum. C. de donati. quæ sub modo. l. 1. 2. & ferè per totum. ff. de lege comiss. Diuersum est in actionibus personalibus, quæ immobiliter inhæret ossibus obligati. l. nemo potest: vbi Bar. col. 1. & alij omnes ff. de leg. 1. sicque per interuentum præscriptionis in re vel iure reali dominium eradicatur à primo domino, & migrat in præscribentem, sicque præscriptione completa nihil alienum reperitur possidere quod restituere per denunciationem Euangelicam cogatur, cum iam non tam alienum quam suum de-

nuo effectum possidere inueniatur. Sed præscripta actione personali adhuc, inquit, debitor remanet naturaliter obligatus, neque alieni iuris debitor adhuc superest, per hocque poterit per Euangelicam denunciationem cogi ad soluendum. Sed hæc ratio (iudice me) nullius momenti est. primum quia tam facile fuit legi inducere & disponere quod obligatio personalis extingueretur præscriptione quam vt dominium obligationis realis transferretur in præscribentem, vt ex dictis supra per hoc & per superius caput edocemur. Deinde quia non est verum, superesse obligationem naturalem post præscriptionem, quinimò vtranque perimiam edocti sumus. Ergo penes præscribentem nihil reperitur alienum, quod per denunciationem Euangelicam restituere cogatur. Nec ad rem pertinet, quod cum mala fide nec iure civili nec canonico procedat præscriptio (id quod potissimum decepit eos, qui partem affirmatiuam tuentur) nam id ingenuè fatemur, sed negamus debitorum in mala fide constitutum censeri, eo quod sciat se debere, secundum quod supra exposuimus, in quo contrarium tenentes decepti fuerunt, qui etiam aperte æquiocant aut hallucinantur, nam primum negant contingere præscriptionem cum mala fide, postea verò dicunt, quod qui mala fide præscripsit per denunciationem Euangelicam, cogitur soluere. ergo cum talis mala fide præscriptio vt contingat non sit possibile, restat vt talis denunciatio Euangelica locum habeat nunquam.

Ergo quo casu actionum personalium præscriptio contigerit, eo casu talis Euangelica denunciatio locum nunquam habeat.

Apparet etiam † ex his verissimam esse opinionem Angeli in reperi. l. 1. colum. 19. C. de iudic. contendenti per legem vel statutum effici posse, vt per interuentum præscriptionis perimatur non solum civilis, sed etiam naturalis obligatio in personalibus actionibus, quamuis contrarium, & minus rectè tenuerint Bald. in d. authenti. ad hæc. colum. 3. C. de vsuris. & Franciscus Balb. vbi supra, q. 10. Idem Bald. in cap. si quis per tringinta, si de feudo fuerit controuersia. Ioan. Imol. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapion. Quinimò (vt hoc Angelo addamus) non solum potest, sed etiam in dubio id actum videtur per legem, vel statutum, vt obligatio personalis tam civilis, quam naturalis per interuentum præscriptionis perimatur, etiam si per tale statutum tempus præscribendi coangustetur, nam quæ ratio est in tringinta annis, eadem ratio (quod attinet hanc ad rem) in aliquantulum breuiore tempore erit, quia quæ differunt tantum plus & minus, non differunt in specie. leg. fin. ff. de fundo instrumen. vt plenè ex superioribus rationibus deducitur, quas non expedit repetere.

20
*Oblig. utraq,
 vt perimatur
 an fieri possit
 per legem, ard.
 quest.*

SVMMARIVM.

- 1 *Dominium directum an prescriptione acquiratur, ardua questio.*
- 2 *Dominium iuris gentium secundarij est.*
- 3 *Ius gentium secundarium dicitur esse positivum.*
- 4 *Ius gentium secundarium initio fuit ius civile.*
- 5 *Sucessionum ius prius fuit civile, quam gentium.*
- 6 *Ius gentium secundarij, que sunt libere, possunt immutari.*
- 7 *Dominium directum facilius queri prescriptione longa, quam vsucapione triennali, contra Doctores.*
- 8 *Effectus non semper regulatur à sua causa.*
- 9 *Exceptio non semper est actionis exclusio.*
- 10 *Dominium an transferetur, vel an extinguatur prescriptione, vel vsucapione, ardua q.*
- 11 *Retentio non conceditur domino rei prescripta, contra Doctores.*
- 12 *Rei vindicatio non datur domino rei prescripta contra tertium possessorem, contra Doctores.*
- 13 *Prescriptionis exceptio impedit litis ingressum, contra Bald.*

CAPVT LIIII.

Dominij directum an prescri. acquiratur, ardu. q.



VO ad septimum † vtrum prescriptione acquiratur dominium directum an vtile tantum, sunt tres communes opiniones Prima est, quod dominium directum acquiratur per vsucapionem triennalem, quæ mobilibus in rebus contingit: Altera, quod per prescriptionem triginta annorum, quæ sine titulo contingit, sola utilis non etiam directi dominij acquisitio contingat: Vltima, quod prescriptionem longi temporis similiter solum vtile dominium, nõ etiam directum acquiratur. Ita tenent Gloss. & communiter Doctores. in princip. Instit. de vsucapion. in verbo, dominium. per Glo. Bartholo. Bald. Salicet. Fulgos. Petr. Philipp. Corneum, & alijs Pinellum in authen. nisi triennale. C. de bonis maternis. per Aretinũ. Christof. Porcium Ioannem, & alios in d. princip. Instit. de vsucapion. per Paulum Castren. in l. fina. §. 1. ff. rem ratam haberi, hanc esse cõmunem opinionem, restatur Angelus Aret. in d. princip. Instit. de vsucapion. hanc sequitur, & sæpè appellat cõmunem opinionem Franciscus Balb. de prescription. secunda par. principal. quæstione secunda. Alberi. & Ioannes Andreæ in capit. possessor. de reg. iur. in versu. quartum proponebatur. Felynus in rubri. colum. 1. de prescriptione. qui hanc firmat esse communem opini. Ias. Dec. Alciatus, & alij in l. traditionibus. C. de pact. vbi Alex. colu. 2. Gloss. in l. quis emptionis. §. primo. C. de præsc. 30. annorum, vbi per Saly. & alios Ioannes Imolen. in repeti. cap. fin. colum. 24. de prescriptione. Gloss. Ange. & alij in authen. ecclesia Romana, in princip. Marianus Sozin. in rubric. de caus. posses-

sio. & proprietate. versu. 18. Archidiaconus in c. seruitium. 18. quæst. 2. Dynus, & nouissimi in d. c. possessor. & alij plures quos allegat Baldus vbi supra. Idem in repe. leg. Celsus. ff. de vsucapio. in fin.

Contrariam tamen partem in prescriptione longi temporis tam multi in dictis locis tenet, vt mihi non satis certum sit vtra pars receptor sit, & cum omnes ferè conueniant triennali vsucapione directum dominium acquiri. l. traditionibus. C. de pact. leg. 3. ff. de vsuca. in principi. Institutio. eodem titulo. & similiter cum omnes conueniant vtile tantum dominium nõ etiam directum acquiri per prescriptionem annorum 30. quæ sine titulo (hoc est, legitima possidendi causa) contingeret per d. l. si quis emptionis. §. primo. C. de præscr. 30. annorum. in eo duntaxat controuersia est, an longi temporis prescriptione vtile tantum dominium, an fortè etiam directum acquiratur, qua in re receptor sententia fortè est vtile tantum acquiri, & sciendum est potissimum huius rei fundamentum & occasionem illa erronea opinione, quam in c. præced. exterminauimus, effluxisse. aiunt enim quod dominium rerum nostrarum iuris gentium est. leg. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. leg. prima. cum seq. ff. de acqui. rerum domin. ius autem civile ciuilia tantum iura, non etiam naturalia aut gentium perimere potest. §. sed naturalia. Instit. de iure natur. & ibi omnes Doctores. leg. omnes populi. & ibi Barthol. & omnes repetentes. ff. de iust. & iure. l. eas causas. ff. de cap. dimi. l. iura sanguinis, vbi plenè per Philipp. Decium. ff. de regulis iuris. §. minus ergo. Instit. de hæred. quæ ab intesta. l. 2. ff. de vsufruct. earum rerum. tradunt communiter Doct. per tex. ibi in l. maximum vitium. C. de liberis præteri. cum ergo prescriptione sit iuris ciuilibis, & ciuilibis ratio iura naturalia aut gentium perimere nequeat, sequitur quod nostrum dominium, quod iuris gentium esse intelligitur, perimere non poterit, ita arguunt Ioannes Andr. post Gerardum de Senis, quem ipse refert, & sequitur, vbi supra, & Franciscus Balb. vbi supra, numero 2. versu. & hunc articulum Panorm. in rub. de præscript. colum. 2. & ferè reliqui omnes. & cum hanc rationem effugere aut ab ea enodare sese non valerèt, omnia iura hac de re loquentia (dum hanc ad rem & rationem seu partem ad istam aptare student) exulare & exterminari compellunt. Quæ quidem ratio (quando alia vrgentiora fundamenta deessent) partem contrariam iustiore probatiore inque redderet, tantum abest, vt eam confutarent. † Nam dominium præsertim rerum immobilium est sanè iuris gentium non primæui (quo naturale appellatur) † sed tantum secundarij, quod naturale non tam est quam positivum, vt est vera & communis opinio, quam tradunt Paulus Castrensis & alij communiter in repe. leg. ex hoc

2
Dominium iuris gentium secundarij est

3
Ius gen. secundarij dicitur esse positivum.

ex hoc iure. ff. de iust. & iure. traditque eleganter frater Dominicus de Soto de iustit. & iure lib. 3. q. 1. art. 3. & diximus supra in 3. arti. quo egimus, quare prescriptio aut vsucapio introducta esset, id quod fufius multisque ornaui-
 mus de succ. progressu lib. 1. in prafatione, vbi plenè ostendimus, † ea omnia quæ sunt iuris gentium prius fuisse iuris tantum ciuilibus, sed paulatim scripsisse aut velociter transuolasse ad reliquas gentes & regiones, sicque cum primùm ab vno vel altero homine vel regione inuentum fuisset & receptum, tunc iuris tantum ciuilibus non etiam iuris gentium id esse. Verùm postquam eo iure omnes omnino aut pleræque aliarum gentium vti quoque cœpissent, iam iuris gentium effectum videri, inq; ius gentium conuersum & transformatum. Quemadmodum & ex diuerso, id quod hodie iuris gentium est, in desuetudinem abire fortè cœpisset, ita vt penes vnam tantum prouinciam maneret, sine dubio iuris gentium esse desineret, & iam iuris tantum ciuilibus esse diceretur, hoc est illius ciuitatis vel regionis, penes quam adhuc id ius perdurauerit. sicque non minus eleganter quàm vtiliter in lib. 1. §. 2. de succ. crea. Vsum testamentorum inuentum fuisse à iure ciuili, vel scripto, vel consuetudinario ostendimus, sed postea cum à reliquis quoque gentibus receptum fuisset, in ius gentium fuisse conuersum & transformatum, nõ secus quàm ex diuerso si hodie fortè testamentorum vsus ita in desuetudinem abire cœpisset, vt penes vnam tantum aut alteram prouinciam maneret, continuo iuris gentium esse desineret, & iuris tantum ciuilibus esse diceretur, hoc est illius illarumque prouinciarum, in quibus vsus mosque ille testandi perseverauit. quod dic vt in dictis locis & supra capitul. decimo. nu. 18. & capit. 4. num. 3. & cap. 27. nu. 11. & cap. 16. num. 11.

† Sicque hodie quælibet prouincia posset ea, quæ iuris gentium secundarij esse dicuntur, quò ad quasdam vel fortè quò ad omnes particulas immutare: Quid enim si iuberet ne capri fierent serui capientium, profecto talis lex ciuilibus valeret, & ita aiunt Galliarum obseruari, quamuis per hoc violaretur ius gentium contrarium disponens. l. manumissiones. ff. de iustitia & iure: valeretque similiter si iuberet ne hominibus suæ ditionis liceret testari, vt iam diximus in dicto §. 1. & dicto §. 2. valeretque si iuberet omnia prædia esse communia, id quod apud Lacedæmonas Lycurgus Legislator aut (vt alij volunt) Agefilaus præcepit, teste Plutarcho in Apoph. Ergo cum ius gentium secundarium intelligatur esse ius posituum, indubitatum est, eritque semper per leges posituas perimi & immutari posse, non secus quàm ipsum ius ciuile. dicto §. sed naturalia. dicta l. omnes populi. cum similibus, supra allega. d. l. eas causas. dicta l. secunda. de vsufr. earum re, dicto §. minus ergo. dict. l. ma-

ximum vitium, iuncto capit. omnis res, de regulis iuris, & l. nihil tam naturale. ff. de regulis iuris. Sicque dominium, de quo agimus, cum omnes conueniant, esse iuris gentium secundarij non etiam primarij, per legem posituam, de prescri. disponentem, poterit tam liberè & perfectè de persona in personam transferri, quàm si iuris ciuilibus esse posset.

Quæ omnia etiam iuuantur ex ijs, quæ in c. præced. differuimus, quæ repetere non expedit.

Præterea † cum omnes fateantur vsucapio ne triennali dominium directum acquiri per dict. l. traditionibus. C. de pact. d. l. 3. ff. de vsucapio. non solum pari, sed etiam longè maiore, aut iustiore ratione, idem in prescriptione longi temporis admittere deberent: Primùm propter diuturnitatem temporis, quæ est in hac longi temporis prescriptione, quæq; non est in vsucapione triennali. Deinde, quia longè iustius, & antiquius dominium est, quod quis habet in rebus mobilibus, quàm quod habet in rebus soli, ita Paulus Castr. in repetitio. l. ex hoc iure, supra allega. & ibi communiter Doctores. facit l. cum seq. ff. de rer. diui. & §. ferz, cum seq. institu. l. adeo. §. ferz, eo. tit. ff. de acq. rerum domi. nam ab ipso iure naturali primario descendit (secundum Paul. Castren. & cõmuniter Doctores. vbi supra) dominium in rebus mobilibus, quale est in feris quas cœpissimus, aut in tabulis quas quis depinxisset, aut in vestibus quas fabricasset, & similibus. & tamen in rebus soli (qualia sunt prædia, campi & similia) dominium non fuit nisi de iure gentium secundario, vt dictum est. ergo si dominium iuris gentium primarij etiam directum vsucapione acquiri & transferri potest, dic. l. traditionibus. d. l. 3. multò facilius & iustius prescriptione longi temporis in immobilibus acquiri, & transferri poterit dominium, quod iuris gentium secundarij, & sic iuris positui. Idem promiscuè cum de vsucapionibus acturi essent Iureconsulti non solum earum rerum, quæ mouentur, sed etiam immobilium per omnes titulos. ff. de vsucapio. & ff. pro emp. & pro legato, & pro donato, & pro dote, & pro tuo, & C. per eosdem titulos, & Instit. eod. scripserunt, vel inscripserunt titulos de vsuca. plenissimè significantes tam perfectum dominium, & ius longi temporis prescriptione, aut vsucapione acquiri in immobilibus quàm triennali vsucapione in mobilibus rebus. Iam ergo dubitari (non solum mille leges sed etiam mille integros titulos subuertere velis) non oportet quin non minus integrum, perfectum & directum dominium longi temporis prescriptione quàm triennali vsucapione quærat, & non solum æquè iusta, sed etiam iustiore ratione, vt edocti iam sumus. Agnosco tamen quòd magis naturali ratione acquiritur dominium per contractum, & traditionem domini, quàm per vsucapio-

4
Ius gen. secundarium in ius ciuile fuit

5
Successionum ius prius fuit ciuile quàm gentium.

6
Ius gentium secundarij, quæ sunt libere, possunt immutari.

7
Dominium directum facilius queri prescrip. longa quàm vsucapione triennali, contra Doct.

8
*Effectus non
 semper regu-
 latur à sua
 causa.*

nem triennalem, vel longi temporis præscriptionem, vt in l. 1. ibi, naturali ratione. ff. de acquirend. rerum domin. leg. prima. C. de sac. eccl. expressius in §. per traditionem. Institut. de rerum diuisio. ibi, nihil tam naturali æquitati conuenit, quàm voluntatem domini rem suam in alium transferre volentis ratam esse. Sed id nihil ad rem, quia vt ea æquitas vincit acquisitionem, quæ per longi temporis præscriptionem contingit, ita & longè iustius vincit acquisitionem per triennalem vsucapionem contingentem. (Sed hæc iustior aut iniustior origo, quæ attinet ad hanc rem, nihil debilitat effectum, nam & à patre debiliore sæpè solet filius robustior procedere quàm à robustiore patre, & à patre iniquiore æquior filius, quàm à patre iustiore) sicque apparet ex prædicta ratione parum aptè argumentatos fuisse ad inducendam differentiam inter præscriptionem, & vsucapionem Ioannes Andr. post Gerardum in d. cap. possessor. d. versic. quartum proponebatur. & Balb. in d. quæst. 2. numero secundo, & Panor. d. rubr. de præscrip. colum. 2.

9
*Exceptio non
 semper est a-
 ctionis exclu-
 sio.*

Tenendo nostram sententiam nihil ad rem pertinet quodd præscribendi detur exceptio, quæ regulariter est actionis exclusio, ergo superest ius & actio ei cuius res præscripta est. l. 2. ff. de exceptio. Sed resp. illud esse regulare, fallit in specie nostra, in qua post præscriptionem nullum ius remanet priori domino: & exceptio, quæ præscribenti datur, est exceptio intentionis, quæ non præsupponit actionem. leg. vbi purè. ff. de doli exceptio. declarat in simili Emanuel à Costa in leg. tertia. C. de non numera. pecun. dicens, simile esse in illa exceptio. non nume. pecu. quæ est intentionis non actionis exclusio: patet, quia & per vsucapionem triennalem dicitur exceptio acquiri. l. in rebus. §. omnis autè. C. de iu. do. Balb. in rep. l. Celsus. in fin. ff. de vsucap.

10
*Dominium
 an transfera-
 tur, vel an ex-
 tinguatur præ-
 scrip. vel vsu-
 cap. ar. d. q.*

Ex superioribus apparet quod qualis sit illa differentia, quam inter triennalem vsucapionem, & longi temporis præscriptionem faciunt Barthol. Paulus Castre. & Alex. in l. 3. §. ex pluribus. colum. 3. ff. de acqui. poss. & Franciscus Balb. in d. 2. q. num. 8. versic. sed videtur, quod nullus: aiunt enim per triennalem vsucapionem dominium transferri de priore domino in præscribentem: cæterum per longi temporis præscriptionem dominium directum prioris domini extinguunt, nouumque dominium in præscribentis persona renasci, idque vtile tantum, non etiam directum esse, & ita declarant Gloss. in d. l. 3. §. ex pluribus. in verb. possideo. & Glo. fin. in leg. si ades. 1. ff. de ser. vrb. præd. dum Glo. illæ aiunt, præscriptione extinguunt antiquum dominium, quæ differentiam Paul. Castre. vbi supra, subtilem esse ait, quæ (si verum amamus, iudice me) risu & ludibrio dignior est, aut meris fabellis somnisque sollicitis similior, & ex mero ipso-

rum doctorum capite citra vllam omnino occasionem, aut fundamentum defluxit. Quis enim vnquam talem differentiam facientem vllam legem principalem, aut Iureconsultorum responsum inuenit? Certè nullus, & vt ex superioribus apparet, vtroque casu idem est eritque semper, & siue dixeris, vtroque casu dominium extinguunt prius, nouumque in persona præscribentis renasci: siue etiam dixeris, antiquum dominium, quod apud primum dominum erat, in præscribentem transferri, idem erit, quod ad omnes omnino effectus, & quod transferri videatur suadet ille titulus ff. de adimend. & transfer. lega. & Institut. eod. titulo. Quod autem prius dominium extinguatur, nouumque idemque directum & perfectum in persona præscribentis renascatur, suadet, & probatur in leg. tertia. ff. de vsucap. dum ait, vsucapio est dominij adiectio, & hoc magis placet, effectusque magnus est. nam si prius dominium in vsucapientem vel præscribentem translatum diceremus, certè transiret cum sua causa suisque cum qualitatibus. Vnde penes primum dominium, si id dominium seruituti vel fortè pignori obnoxium erat, obnoxium quoque & obligatum foret penes præscribentem, leg. secunda. §. ex his, cum ibi late traditis per Doctores. ff. de acqui. possessio. id quod non ita est in persona præscribentis, nec enim successor prioris domini contra quem præscripsit, esse videtur, aut ex iure & persona illius, sed potius iure suo, & ex persona tradentis possidere visum est, ergo si fundum pignori reuera aut seruituti obnoxium mihi vt liberum vendidisti, per longi temporis præscriptionem illum acquiram, vel saltem in eo tantum quæstio erit, an longius aliquantulum tempus spectandum sit, tamen vt liberum semper videor possidere: & finita præscriptione, quæ ad acquirendum ius proprietatis, & illius pignoris vel seruitutis requirebatur, liberum fundum habebotam in præscriptione rei immobilis, quàm in rei mobilis vsucapione, si in ea exemplum ponas per d. l. 3. ff. de vsucapion. ergo verissimum est, primum dominium extinctum videri, nouumque in persona præscribentis renasci, quandoquidem illius rei domini in solidum duo esse non possunt. d. l. 3. §. ex contrario. ff. de acquiren. possess. leg. si vt certo. §. si duo. ff. commodati. leg. quod contra. ff. de regulis iuris. Itaque si in re, quam præscripsi longo tempore, aut triennio, vsucepi præter dominum priorem, alius habebat ius reale pignoris aut hypothecæ, aut fortè seruitutis, tunc si quidem vtrunque ius tam dominij quàm alterius iuris erat paritas, vtrunque pariter præscriptum fuit. idemque si longioris vitæ erat dominium quàm illud ius reale, quod si breuioris vitæ erat, tunc post finitam præscriptionem, aut vsucapionem proprietatis seu dominij adhuc opus est vt

est vt perficiatur quò ad alterum ius reale, q longioris vitæ erat præscriptio, quia illius iuris respectu non tam expleta quàm cœpta tantum præscriptio videbitur. & ita intelligo l. si quis emptionis. C. de præscrip. triginta annorum, iuncta l. iusto. §. non mutat. ff. de vsuca. l. 2. cum prædiu. ff. de pignori. & C. de pignorum vsucap. tradit Balb. in rep. d. l. Celsus. ff. de vsucap. in fin. semper tamen remanet verum, tam in præscriptione quàm vsucapione primum dominium primamq; proprietatem extinctu extinctamve esse, nouumq; ius renasci, & dominium in persona præscribentis. Ex quibus apparet, veram non esse opinionem ipsius Francisci Balbi in tract. præscript. part. 1. partis 6. principio in versic. decimustertius casus, qui scriptum reliquit, vsucapiones, & præscriptiones inuentas fuisse, vt ius creatum in alium transferant, non vt ius nouum inducant, post Gloss. quam Balb. allegat in capit. si diligenti, de præscript. & Salicet. in l. final. de præscript. longi tempor. quæ pro liber. Sed certè errant, vt ex superioribus patet, magisq; est vt creatæ videantur ad ius nouum inducendum. Sed & idem effectus est etiam si teneas ad transferendum esse creatas, quod magis placet, vt infra q. 10.

11
Retentio non cõceditur domino rei præscriptæ cõtra Doct.

Hinc apparet, veram non esse opinionem existimantium, quod si fundum tuum longo tempore præscripti, & deinde eius fundi possessio ad te peruenit, poteris eum defendere, & retinere contra me, quando opinionem tenent Dynus in cap. possessor, de regulis iuris. lib. 6. & Balb. in d. quæst. 2. num. 8. versic. 2. effectus est, vt tenet Gloss. 2. intell. Ioannis quem communiter approbatum esse ait Balb. vbi supra, per text. in l. si quis emptionis. §. 1. C. de præscript. triginta annorum. quæ sententia suspecta est, vt patet ex superioribus. nam cum prioris domini ius omne extinctum esse nouumque & integrum dominium in persona præscribentis renatum fuisse iam edocti sumus, superest vt si is possessione ceciderit, cum fundum à priore domino possit vindicare, non secus quàm ab alio quocunque detentore. Sed & idem foret etiam si dominiu translatum diceretur, nam per hunc possessionis reditum non videretur dominium quoq; rediisse.

12
Rei vindicatio non datur domino rei præscriptæ cõtra tertiu possessorem, contra Doct.

Apparet t similiter suspectam esse sententiam eorum, qui contendunt, quòd talis fundi præscripti possessio, si ad alium tertiu perueniret, posset prior dominus fundum ab illo tertio vindicare, vt per d. §. 1. tenuit Dynus in dicto c. possessor. & Balb. in d. num. 8. versicul. prius est. quæ sententia suspecta est, quia prioris domini ius omnino per præscriptionem fuit extinctum, vt iam disseruimus, sicque nullo iure, & sine actione ageret, meritoq; à limine iudicij repelleretur, idemque foret etiam si teneas tale dominium non tam extinctu quàm translatum fuisse.

Apparet t similiter respectum esse, quod Bald. & Salic. in auth. nisi tricennale. C. de bon. mater. sentiunt, dum aiunt, quòd prior dominus, cuius fundus longo tempore præscriptus fuit (quia secundum eos adhuc remanet dominus directus) si fundum illum perat, non repellatur à limine iudicij, cuius contrarium proximè ostendimus edocetes; exceptionem præscriptionis impedire litis ingressum, quod & hoc casu affirmat Balb. vbi supra, vers. tertius est effectus, post Feli. in rubr. de præscript. col. 4. quem ipse allegat.

13
Præscriptiois exceptio impedit litis ingressum, contra Bald.

S Y M M A R I U M.

- 1 Pœna legales an naturaliter obligent, ardua questio.
- 2 Pœnis an ex quadam aequitate obligemur.
- 3 Legibus consensu obligamur.
- 4 Obligatio naturalis ex delicto orta, an perimatur præscriptione, ardua q.
- 5 Pœnalis obligatio extinguitur ipso iure, præscriptione.
- 6 Conditionalia nil ponunt in esse.
- 7 Mors nil.
- 8 Mors saxi venit.
- 9 Restituendi obligatio non perimitur præscriptione.
- 10 Ius naturale est diuinum.
- 11 Bona fidei esse quando videamur.
- 12 Restituendi obligatio perimitur quando præscriptio currit contra scientem & patientem, contra communem.
- 13 Meum prodigere possum.
- 14 Intellectus ad tit. ff. C. & Instit. ad legem Aquil. contra Doctores.
- 15 Intellectus ad titulos ff. C. & Instit. de furt. & de vi bono. rapt.
- 16 Restituendi obligatio non tollitur exceptione, contra Bald. & Imol.
- 17 Præscriptio non est pœna contra communem opinionem, quando currit contra ignorantem.
- 18 Pœna non datur culpa cessante.
- 19 Afflictio esse potest non pœna culpa cessante.
- 20 Pœna culpa par.
- 21 Præscriptio non est pœna, etiam si currat contra scientem, contra comunem opin.
- 22 Pœna spontanea non est pœna.
- 23 Pœna conuentionalis præscribi potest.
- 24 Actiones temporales præscribuntur etiam à sciente.
- 25 Actiones temporales præscribuntur etiam contra clericos, & contra ecclesias.
- 26 Hæres nunquam præscribit legatum, contra Doctores.

27 *Legatum non dicitur ius, querendum contra Balbum.*

CAPVT LV.

1
Pœna legales
an naturali-
ter obligent;
ardua q.



VO ad octauū, † vtrū obligatio naturalis, quæ oritur ex delictis, præscriptione perimatur, primū enucleandum est, an ex delicto oriatur obligatio naturalis ad pœnam, quæ in re variæ sunt sententiæ, Prima est existimantium, cessare obligationem naturalem, ea enim ex consensu nostro oritur. l. non minores. C. de transactio. l. sub specie. C. de postuland. l. consensu, in princip. l. obligationum substantia. ff. de actio. & obligat. l. i. ff. de pact. in princip. Institut. de obligat. ex consensu. l. i. verb. naturali æquitati. ff. de acquirend. rerum domin. §. venditæ, & §. per traditionem. Institut. de rerum diuisio. nec dubium est, quin subtraxit rem meam lucrandi animum habuerit, non autem pœnæ legali dupli, vel quadrupli sese obnoxium facere voluerit, & sic de reliquis maleficijs, in quibus adest animus explendæ voluntatis, aut voluptatis, non autem bonorum, aut substantiæ propriè prodigendæ, & ita vt delinquens non videatur habere animum obligandi sese pœnæ legali, & consequenter, vt pœnæ legali naturaliter non obligetur, tenent Bartol. in d. l. i. num. 11. ff. de conditio. & indebi. Bald. in authent. ad colum. 3. num. 19. C. de vsuris. Paul. Castrenf. & in l. si tibi decem. §. quidam. ff. de pact. Ioannes Lupus, Paul. de Rui. in rubric. de donati. inter virum & vxorem. §. 66. num. 24. Fortunius Garfia in l. legitima. ff. de pactis. Gomefius in §. omnium. Institut. de action. Franc. Balbus de præscriptio. part. 1. q. 7. Paulus Castrenf. in l. quam Tuberonis. §. si. ff. de peculio. Aries Pinnellus de bonis mater. in authent. nisi tricennale. num. 32.

Contrariam tamen partem, vt naturaliter obligentur pœnæ legali delinquentes, tenent Ange. colum. 20. in repetitio. l. i. C. de iudic. Io. Imol. in cap. fin. de præscript. col. 23. Accur. in l. i. §. ad bestias. ver. onerari. ff. de postu.

Est † etiam tertia opinio eorum, qui non tam ex suo consensu immediatè, quàm occasionaliter eos ex æquitate quadam naturali contendunt obligari, quæ quidem æquitas dicitur malefactorem puniri debere, & ita sentiunt Bartol. & Balb. vbi supra, & ad hanc partem inclinant Ang. Aret. in §. ius autem. nu. 7. Institut. de iure natu. Ias. in l. i. §. sublata. in prima lect. & rursus etiam in secunda lect. ff. ad Trebell. Andreas Alciatus in regula tertia, præsumpt. 33. num. 4. Florianus in l. inde Neratius. §. fin. ff. ad legem Aquil. Ioannes Faber in §. furtorum. Institut. de obligat. quæ ex delict. nascun.

Quid dicendum? & nos in lib. 1. §. 10. num.

665. de succ. crea. tenuimus ex suo consensu eum obligari, quod multis legibus & rationibus offendimus, quibus adde non minus nouam quàm egregiam rationem, † nam leges ex vero consensu nostro obligant ciues. l. i. in verbo, communis Reipublicæ sponfio, hoc est, promissio. ff. de legib. cum enim rogatur, lex & populus consentit ei, iuxta §. lex. Institut. de iure nat. ibi, verissimus consensus est. Sed & ei, qui postea nascuntur, vel tunc aderant, consentire iure videntur, quando quidem sub ea lege & conditione in illa Republica vel regione vitam agere volunt, vt legibus suis pareant, non secus quàm legibus contractuum reliquorum, quos quisque iniret: vt egregiè edocemur de succes. progressu lib. 1. in præfat. & vt qui sub conditione, si naus ex Asia venerit, promittit, ea postea aduentante non poterit negare se ex cōsensu suo obligatum fuisse. §. ex cōditionali. Inst. de verb. oblig. quamuis ipse promissor tacitus fortè cogitasset nauem illam nunquam venturam, ita & is, qui expressim vel interpretatiuè legibus pœnalibus consensum præbuit, quasi sub hac conditione sese obligatum voluit pœnæ legali, si postea fortè ipse legem transgrederetur, & is est verus sensus. l. Imperatores. ff. de iure fisci, ibi, te huic pœnæ subdidisti, & l. final. C. ad legem Iuliam maiesta. ibi, quodammodo sua mente punitur. Quinimò & in specie alterum consensum, & sic geminatū, quo tempore spontè deliquit, præbere videtur, vt in dict. nu. 665. ostendimus, estque magna vis geminationis, vt edocemur de succ. crea. §. 3. num. 13. facit l. non solūm. §. 1. ff. de iniur. l. i. in fi. ff. de furtis, & §. quia verè leonis, in verb. amatores periculi, in auth. de non alienan.

His prælibatis † sunt, qui velint talem naturalem obligationem perimi, qualis est Balb. & Ioan. Imol. & Franc. Balb. vbi supra, quod obtinet quò ad pœnam. Sed non perimitur quò ad rei persecutionem, secundum Bald. vbi supra. Idem Imola & Balb. quò ad hoc, vt ipso iure obligatio ad rem vel eius æstimationem consequendam non perimatur ipso iure, ceterum ope exceptionis benè tollitur concurrente bona fide præscribentis, secundum Imo. vbi supra, quem improbat Balb. vbi supra, quia in delinquente negat posse adesse bonam fidem, adde Balb. vbi supra in 2. par. 3. partis princ. q. 13. num. 5. Fel. in c. fin. de præsc. col. 2. & 3. post Panor. ibi.

Elegans materia hæc est, & parum, vt nobis videtur, à nostris digesta aut composita sunt, ergo secundum Doctores iam allegatos conclusiones sequentes: Prima, quòd ipso iure præscriptione perimitur naturalis illa obligatio, quò ad pœnam. Altera † vt nunquam perimatur ipso iure quò ad rei restitutionem. Tertia, quòd ope exceptionis benè perimatur etiam quò ad restitutionem, dummodò ex parte præscribentis adesset bona fides. Vltima quod

3
Legibus con-
sensu obliga-
mur.

4
Obligatio na-
tur. ex delicto
orta an peri-
matur præ-
scriptione, ar-
dua q.

2
Pœnæ an ex
quādā æqui-
tate obligen-
tur.

5
Pœnalis obli-
gatio extin-
guitur ipso i-
ure præscri-
ptione.

quod cessante bona fide non contingeret præscriptio rei restituendæ etiam ope exceptionis. Quò ad primam conclusionem verissimum est perimi etiam ipso iure eam obligationem naturalem post præteritum tempus legale huic rei definitum, nam si damnum tibi iniuria dedi. sicque incidi in legem Aquil. punientem talem damnificatorem vel in duplo vel quanti retro plurimi fuerat ea res, quæ modò læsa fuit, vel furtum feci, & dupli vel quadrupli à lege pœna mihi imposita fuit, iuxta §. dupli, & §. quadrupli. Insti. de act. aut vi rapui rem tuam, sicque tripli pœna est, iuxta §. i. Inst. de vi bonorū raptorum. certè cum his omnibus actionibus & obligationibus lex civilis certum terminum, metam & vitæ definierit, non dubium est, quin veluti sub hac conditione eam pœnam vni imposuerit & alteri pollicita fuerit, si intra illum terminum agatur, & non aliter. l. cum prætor. ff. de iudi. vnde præterito illo tempore. sicque conditione minimè existente debitum manet nihil, † quia ex tali conditionali pollicitatione, oblatione, aut promissione tantum spes est debitum iri. §. ex conditionali. Insti. de verborum oblig. quæ spes expirat, euanitque tempore illo præterito, sicque conditione illa expirante. §. si autem sub conditione. C. de cad. toll. & ferè per totum. ff. de condi. & demon. & quod tradunt Gloss. Bart. & omnes in l. item quia. ff. de pact. dum aiunt, etiam tacitam conditionem omnem iuris effectum suspendere, conditionaliaque nihil ponere in esse conditione pendente, & longè minus ea defecta, vt dd. ff. de l. si quis sub conditione dandorum decem. ff. si quis omissa cau. test. Bart. & Soz. & omnes in l. quibus diebus. §. Terminus. ff. de condit. & demon. Gloss. Bald. Sali. & alij, vbi plenè per Petr. Philippum Corne. in rubric. & in l. i. C. de his, quæ sub modo, facit l. post aditam. C. de impuberum. Sicque obligatio illa naturalis, si à lege posita descendebat, vel quatenus à lege civili descendebat, non potuit non extinguui, vel, aut rectius & aptius loquamur, non videtur nata, nisi dixeris (id quod magis est) nata quidem fuit, sed tamen mortalis, vt homo & reliqua animantia, non autem immortalis nata fuit. sicque morte adueniente fuit resoluta non aliter atque homo mortis aduentu resoluatur, accommodatissimaque est hæc similitudo. nam teste Seneca † mors nihil aliud est, quàm terminus vitæ, sic ipse ait post mortem nihil est, ipsaque mors nihil, scilicet, nihil aliud quàm terminus vitæ. Vnde Aufonius sic cecinit:

Miremur perisse homines, monumenta fatiscunt.

† Mors etenim saxi nominibusque venit.

Ergo elegantius & certius est actionem illam & obligationem natam fuisse interpretari, sed mori occidi que sua die adueniente non aliter, atque animantia, quod obtinet quatenus ea obligatio à lege civili descendebat, quæ

ei certam vitæ metam statuit, sed diuersum videtur quò ad ius naturale vel diuinum, quod restituendi obligationi nullam temporis metam definiuit, sed etiam obligationem perpetuam esse voluit, nam & iure civili olim erant perpetuæ obligationes, vt in prin. Insti. de perpetuis & tempor. actionibus. hæcque obligatio naturalis, qua de agimus, non tam à lege civili, quàm à lege naturali descendere fortè videtur, sed re vera non descendit à lege naturali vel diuina vlla obligatio ad pœnam, sed ad rei duntaxat plenam restitutionem iuxta illud præceptum, Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. c. non dimittitur, de regul. iur. lib. 6. pœna autem insuper adita est merè iuris civilis. sicque hoc casu merito per temporis præteritionem extincta fuit. † Ex quibus deriuatur verissimam esse secundam conclusionem existimantium (vt iam retulimus) integram manere obligationem naturalem ad rei damniue dati restitutionem, quia Deus & natura huic restituendi legi certam viuendi metam non imposuit, aut definiuit, sicque eam æternam esse maluit. † ius enim naturale, & diuinum, quod attinet hanc ad rem, idem est, quia Deus creauit naturam, sicque diuinum dicitur, quia à Deo creatum, & naturale, quia hoc ius edocemur ab ipsamet natura etiam cessante Doctore, & quia cum ipso humano genere hoc ius proditum simul fuit, Institut. de rerum diui. §. singulorum. dixi supra cap. 27. num. 11. & cap. 29. num. 13. quibus adde Alphonsum Castren. Theologorum disertissimum sic declarantem de potestate legis pœnalis. 2. lib. c. 14. pag. 561. ergo & si per temporis à lege civili definiti lapsum cesset ipsa lex civilis, quæ non solum damni reive restitutionem, sed etiam aliam pœnam præstari volebat, tamen superest integraque manet lex naturæ, & Dei, quæ licet pœnam non deposcat rei damniue restitutionem non remittit. Ita Bald. Ioan. Imol. & Francisc. Balb. vbi supra, ratiocinantur incauti & securi, nec aduertunt, nihil tam naturali æquitati, sicque ipsi iuri naturæ & Dei conuenire, quàm voluntate domini rem suam in alium transferre, vel ei remittere volentis ratam esse. §. per traditionem. Insti. de rerum diui. l. i. cum seq. ff. de acq. rerum domi. facit l. i. C. de sacrosan. eccl. nec refert hæc voluntas vno, an alio modo colligatur, aut vtrum tacita an expressa sit. l. certum. ff. si cert. petat. l. i. §. final. ff. de dote prælegat. l. i. vbi plenè Ias. in simili. C. qui admitti. Idem Ias. per text. ibi in l. cum ex filio, in princip. ff. de vulgari. nec dubium est, quin si sciebas me tibi damnum dedisse, aut contumeliam fecisse, & tempus, hanc ad rem persequendam à lege definitum elabi passus fuisti, tacite ius tuum mihi remittere & condonare videaris. §. si. Inst. de iniur. Vnde ne secundum ius naturæ & Dei, & secundum naturalè æquitatem rem tuam mihi donatam aut aliàs concessam

9
Restituendi obligatio non perimitur per scriptione.

10
Ius naturale est diuinum.

6
Conditionalia nil ponunt in esse.

7
Mors nil.

8
Mors saxi venit.

cessam retinerem etiam te postea pœnitente, vt per totos titulos de dona. ff. C. Inst. & in decret. & l. perfecta. C. de dona. quæ sub modo. iuncto d. §. per traditionem, cum simil. suprà allegatis. ita & isto casu iure naturæ & Dei tutus & suffultus retinere videbor. Nam & cùm expressis verbis vel literis te mihi ius tuum concedere diceres, huius tui animi certam & indubitata notitiam non haberem, sed verosimilem tantum, & solus Deus id certo noscere poterat. l. diuus. ff. de test. mil. §. planè. Inst. eodem tit. l. non figura. l. obligationum substantia. §. fin. ff. de actio. & oblig. l. non solum. eod. titu. l. an inutilis. ff. de acceptil. Denique non solum pertalem scientiam & patientiam ius tuum remittere, mihi que concessum velle videreris, quando mihi ex damno, iniuria vel contumelia tibi illata nullum emolumentum accederet, licet tibi abscederet (vt in terminis d. §. fin. Instit. de iniur.) sed etiam si & tibi abscederet, & mihi accederet, si tamen ex parte mea adesset bona fides. l. alienationis verbu. ff. de verb. signi. ibi. vix est enim, vt non videatur, id quod fusiùs egimus in tribus cap. præcedentibus. † Bona autem fides adesse intelligitur etiam si sim conscius rei vel iuris alieni. l. si id quod. ff. pro dereli. Si tamen legitimam causam aut occasionem habui credendi dominum ius suum remittere, aut mihi concessum velle, vt tibi. Vnde vt cunq; initio malam fidem haberem, & vitiosum ingressum per longissimi temporis præteritionem id vitium purgatur, & iuste videbor opinionem mutasse, cœpisseq; opinari dominum illum ius suum remissum, mihiq; concessum velle, vt est vera & communis opinio, quam tenent Bart. colum. final. ad finem, & alij in l. fina. C. vnde vi. vt exactius differuimus infra cap. 75. num. 13. ergo cùm præscriptiones currant contra ignorantem, non secus, quam contra scientem. l. final. C. de longi temporis præscriptio. si tibi contumeliam personalè feci, quam non ignoras, ex qua mihi nihil emolumenti accessit, præterito tempore à lege definito obligatio perempta est, & præscripta. d. §. final. Institut. de iniu. intellige primò de obligatione quò ad pœnam, quam non solum ciuilem, sed etiam naturalem dicere possumus, eò quòd naturalis obligatio est illa, quæ nascitur ex consensu nostro. cap. 1. de pact. l. 1. ff. eodem. l. 1. ff. de constitut. pecun. l. non minores. C. de transaction. l. consensu, in principi. ff. de actio. & obligatio. in principi. Institut. de obligat. ex consensu, nec dubium est, quin legibus ciuilibus suæ ciuitatis consensum, quo tempore feruntur, & rogantur, vel postea expressim, aut tacite à ciuibus approbantur, vnusquisque ciuium præbere intelligatur. l. 1. in verb. communis Reipublicæ sponso, hoc est, promissio. ff. de legi. iuncto §. lex. Institut. de iure naturali. text. in principi. Institut. de obligat. ibi, secundum nostræ ciuitatis iura, vbi plenè significatur,

obligationem ciuilem, & naturalem pendere, & procedere ex iure ciuili cuiusque ciuitatis propter dictum consensum. Ad idem d. l. Imperatores. ff. de iure fisci, & d. l. fin. C. ad leg. Iul. maiesta. secundum quod suprà initio huius capit. exposuimus, & fusiùs in tribus, vel quatuor cap. præcedent. Secundò intellige, quod † perimitur obligatio naturalis, quatenus etiam respicit damni dati emendationem, nam vt si rem meam læsisti, aut peremisti damnificatus videor, ita si mihi ignominiam fecisti, ex qua secundum mores hominum honor meus læditur, me damnificatum videri nullus, qui modò sanus, aut honore dignus sit, abnegabit, cùm honor sit cunctis rebus, & etiam vitæ præferendus: argument. l. Iulianus. ff. si quis omissa causa testamen. l. 2. §. penultimo, cum præceden. ff. de origine iuris. l. si filiam. & auth. sed si post viginti, cum vtroque à me ibi traditis. C. de inofficio. testamen. l. 3. §. si emancipatus, in verb. nam si tam ignominiosam. ff. de bon. possessio. contra tabul. dixi suprà cap. 11. num. 9. & capit. 18. siue ergo mihi in rebus, siue etiam in honore, & sic in persona damnum dedisti, ex quo nihil emolumenti tibi accessit præteritione, & præscriptione temporis à lege definiti, non solum obligatio ciuilis ad pœnam, sed etiam obligatio tam ciuilis, quam naturalis ad damni emendationem competens me sciente, & patiente ipso iure sublata est, per generalitatem, dict. §. fin. Institutio. de iniurijs, & dicta l. alienationis verbum, & dict. §. † per traditionem, cum similibus, suprà allegat. liberum enim fuit mihi non solum hanc piam remissionem facere, laudabilem, vel saltem tolerabilem, & minime reprehensibilem, sed etiam ius meum, & substantiam prodigere, textus egregius in l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petitiõ. hæred. ibi, dum re sua se abuti putant. l. 1. §. & magis. verbo, prodegit. ff. si quid in fraudem patron. leg. quia autem, in princip. & §. 1. ff. quæ in fraudem credito. l. non vsque. ff. si quis à paren. manu. fue. dummodò ei per sententiam iudicis non esset tanquam prodigo notorio bonis interdictum, etiam si reuera prodigus & esset, & notorius esset, vt est communis opinio Doctorum, secundum Alexand. & Ias. per text. ibi in l. is, cui bonis. ff. de verborum obligation.

Vnde † apparet errasse Bald. in d. authent. adhuc. col. 3. C. de vsuris. contendentem talem obligationem naturalem ad damni emendationem temporis à lege definiti præteritione & præscriptione non perimi ipso iure, licet eum sequantur Ioannes Imol. in d. cap. fin. de præscript. colum. 23. & Balb. de præscript. parte 1. quæst. 7. Et ita intelligo omnes leges & titulos. ff. C. & Instit. de lege Aquilia vel ad legem Aquiliam, vt damnum iniuria datum, ex quo damnificatori nihil emolumentum accessit, hanc recipiat interpretationem.

12
Restituendi obli. perimitur quando præscriptio currit contra scientem & patientem contra communem.

13
Meum prodigere possunt.

14
Intel. ad sit. ff. C. Inst. ad l. Aquil. contra Doct.

Ita

11
Bona fidei est sequando videtur.

15
Intel. ad tit.
ff. C. & Inst.
de fur. & de
vi bo. rap.

Ita † etiam intelligo omnes leges & titulos ff. & C. de furtis, & Instit. de obliga. quæ ex malef. nasc. vt si rem tuam subtraxi. sicque emolumenti aliquid apud me est, si per hos annos triginta tacuisti, hæc res præscripta intelligatur, mihi que pertuam scientiam & patientiam legitimè acquisita: quia & si initio malam fidem habuerit, tamen postea ea purgata pertuam scientiam, & patientiam videtur & ad bonam fidem redacta: argumento l. si ego. §. 1. ibi, per traditionem fortè aut per patientem. ff. de publi. in rem acti. l. si quis diuturno, in princip. ff. si ser. vendi. iuncto dicto §. per traditionem, cum ijs, quæ supra diximus, & plenius in tribus cap. præcedent. licet contrarium vellent Balb. & Imola, & Bald. vbi supra, quorum sententiam eo duntaxat casu tueri potest, quando & initio mala fides interfuit, & nondum tempore purgata, & ad bonam fidem legis præsumptione redacta fuit, tunc enim & si tempore fortè breuiore obligatio, & actio ad pœnâ sublata esset, ad damni tamen emendationem naturalis obligatio superesset, quæ quò ad Deum perpetua est, quandiu & præscripta non est, & verosimiliter remissam, aut condonatum sibi fuisse is non potuit cogitare, aut non debuit cogitare.

16
Restituendi
obli. non tolli-
tur exceptio-
ne cõtra Bal.
& Imol.

Tertia † conclusio, quam videntur tenere Imol. & Balb. vbi supra, vt ope exceptionis tantum non etiam ipso iure ea obligatio naturalis ad damni emendationem tollatur, quando ex parte præscribentis aderat bona fides, vera non est, quia, vt iam edocti sumus, tunc etiam ipso iure perimitur.

Vltima conclusio Imolæ, vbi supra, quod quandiu durat mala fides, obligatio illa naturalis ad damni emendationem, nec ipso iure nec etiam ope exceptionis tollatur, vera est, quia eam obligationem, quò ad Deum, perpetuam esse ostendimus supra.

17
Præscript. nõ
est pœna con-
tra commun.
opinio. quan-
do currit con-
tra ignoran-
tem.

Ex superioribus apparet, quàm longè absit à vero sententia eorum, qui existimant, † præscriptionem esse pœnam, id quod ex professo contendit doctissimus frater Alphonsus Castren. Theologorum disertissimus de potestate legis pœnalis, lib. 2. c. 5. pag. 321. post Panorm. in rubr. de præscript. Ioan. Andre. in c. possessor. vbi per Philip. Francum & nouissimos de regu. iur. Felyn. in d. rubr. col. 1. sequitur, & sæpè appellat hanc cõmunem opinionem Franciscus Balb. de præscriptio. par. 1. q. 1. Hostiens. in summa de præsc. §. 1. & alij multi quos refert Balb. vbi supra, qui præscriptionis hanc tradit definitionem: Præscriptio est ius quoddam ex tempore congruens, legum auctoritate vim capiens, negligentibus pœnam inferens, & finem litibus imponens. perpendo verbum, pœnam negligentibus inferens, nam, quòd præscriptio sit pœna, est omninò suspectum, quando præscriptio contra ignorantes cucurrit, iuxta l. si. C. de temporis longi præscriptio. tunc enim pœnam esse impossibi-

le est. † quia pœna non est, nisi propter culpâ. l. 1. ff. de iust. & iur. l. 1. ff. de legib. docet Alfonso Castren. vbi supra, lib. 1. pag. 39. c. 3. cuius verba ita habent: Deinde, inquit, aduertendum, quod non omnis passio quamlibet offensua, seu concomitans, siue inflicta est, dicenda pœna, nisi ista habeat aliquem ordinem ad peccatû. Ideo Ioannes Gerson lect. 1. de vita spirituali animæ, ait, Pœnam & Culpam dici correlatiuè, † & idem dicit de punitione, & culpa, propter quod afflictiones, quas iusti in hac vita sæpè sine culpa sua præcedente tolerant, non esse dicendas pœnas, docet August. libr. 4. de ciuita. Dei, cap. 3. Vnde Horatius Satyr. 1. lib. 1. sic ait:

18
Pœna nõ da-
tur culpa ces-
sante.

19
Afflictio esse
potest nõ pœ-
na culpa ces-
sante.

Adfit

Regula peccatis, quæ pœnas irroget equas.

Ergo quando contra me ignorantem rem meam præscribi præscriptio processit, non est verum, pœnam meæ negligentiz impositam videri. est enim tunc afflictio quædam infortunium, aut casus damnum inferens, non tamen ob culpam negligentiz, vel alterius generis, sic in l. quæ fortuitis. C. de pignor. actio. diximus multa in simili, in c. 32. nume. 5. & in c. 20. num. 8. cum seq.

20
Pœna culpa
par.

Quid † autè si contra scientem currat præscriptio? an tunc propriè dicatur pœna negligentiz, & sustineatur superior cõmunis opinio. Respondeo minimè, nam vt pœna sit, oportet quòd sit inuoluntaria, vt edocemur per eundem Alphons. Castren. Theologorum disertissimum, vbi supra lib. 1. cap. 3. pagin. 39. cuius verba, Illa † verò pœna, quâ homo sibi ipsi ex arbitrio suo inflixit, etiam si illam pro peccatis sibi sumit, non est propriè dicenda pœna, quia, vt sanctus Thomas ait, de ratione pœnæ est, vt sit contraria voluntati. & ita ait diuus Thomas primæ secundæ, quæst. 46. artic. 6. ergo qui rem suam scit, & patitur præscribi eam, per hoc vel abijcere vel concedere præscribenti videtur. d. l. alienationis verbum. d. §. fin. Institut. de in iur. d. l. si quis diuturno. d. l. si ergo. §. 1. iuncto dicto §. per traditionem. Institut. de rerum diuision. cum similibus supra allegatis, & consequenter pœnam nullam pati intelligitur, non magis quàm si eam rem donaret, iuxta titulos de donat. ff. C. & Instit. & in decreta. aut si eam pro derelicto habere vellet, iuxta titulum ff. pro derelicto. & iuxta dictum §. consuluit, & dictum §. & magis. d. l. non vsque. dict. l. quia autem, cum alijs supra allegatis. verissimè ergo sunt hæc duæ conclusiones contra communes opiniones, supra relatas. Prima, quòd præscriptio currens contra ignorantem non est, nec dicitur propriè pœna negligentiz, vel alterius vitij. Secunda, quòd longè minus pœna negligetiz dicitur, quando currit contra scientes.

21
Præscript. nõ
est pœna, etiã
si currat con-
tra scientem,
contra cõmu-
nem opinionem.

22
Pœna sponta-
nea non est
pœna.

Hactenus † de pœna legali, quid in pœna conuentionali? Francisc. Balb. vbi supra in secunda parte tertiz part. principal. quæst. 13. num. 5.

23
Pœna conuèn-
tionalis præ-
scribi potest
num. 5.

num. 5. versic. sed moueo dubium, mouet & vix aperit sententiam suam, veritas est eam præscribi posse non secus, quàm poena legalis, & fortè facilius, cum legales poenæ iustiores plerunque & sint, & esse præsumantur, quàm conuentionales, vt plenè per Cagnol. in l. q. à quoque. ff. de regul. iur. faciunt omnes leg. & rationes, supra allegatz, quas non expetit repetere.

24.
Actiones temporales præscribuntur etiã à sciente.

Quid † in actione de dolo, quæ expirat biennio. l. si. C. de dolo, vel in actione redhibitoria, vel quantò minoris, & in reliquis temporalibus actionibus, quæ enumerantur per Gloss. magistram in princ. Instit. de perpe. & temp. act. & secundum superiorem distinct. tenendum est etiam à sciente præscribi posse, id quod Balb. admittit in d. quæst. 13. post Panormitanum & Felinum in d. c. si. & istæ sunt communes opiniones, vt apparet ex cõgestis per eos, quibus quantum perspicuitatis addiderimus vos iudicabitis. Nec est verum, quod ait Balb. vbi supra, num. 7. versicu. & notat latius post Panormitanum. in d. c. fin. colum. 3. versic. sed ego dubito. & ibi Felin. colum. 2. versic. recipit tamen. Aiunt enim quod post finitum tempus his temporalibus actionibus à lege ciuili signatum omne ius præscriptum manet, quando nulla culpa aut delictum præcesserat, secus, in quiunt, si præcesserat, quia tunc ea æquitas & iustitia puniendi perdurat, sed ipsi non aduertunt id duntaxat admitti posse, quando is, contra quem præscribitur, ignorans esset, secus si scisset, quia tunc ius suum vel remisisse videbitur, vel condonasse, per d. §. si. Institut. de in iur. d. l. alienationis verbum. d. l. si quis diurno. d. l. si ego. §. 1. iuncto d. §. per traditionem, cum similibus. & hæc legis ciuilibis præsumptio, naturali profecto & verosimili ratione nititur. sicq; eam lex canonica impugnare non posset, etiam si vellet, nedum si non reperiatur (prout non reperitur) id immutasse, vnde èt in foro cãonico id ius seruandum videtur. argu. c. 1. & 2. cum ibi not. de noui. oper. nuncia. quamuis in eodem luto hære vi deatur idem Panorm. in c. licet causam. col. 12. de probat. Pro nobis, quia communis opinio est, quod † in his actionibus temporalibus à iure canonico nihil est immutatum, aded, vt currant hæ temporalium actionum præscriptiones à scientibus habitas etiam contra clericos & contra ecclesias, vt tenuit Glo. in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. in verb. durantibus, quam Balb. vbi supra num. 8. qui sibi ipsi contrarius videtur, communiter approbatam esse firmat, & Felin. in c. de quarta, prope finem, de præscrip. & Panor. in c. cum causam. col. 2. de empr. & vendi.

25.
Actiones temporales præscribuntur etiam contra clericos & contra ecclesias.

His ergo rationibus euenit, † vt hæres etiã sciens præscribat legatum contra legatarium, qui per annos triginta illud non petijt. quia eo tempore vel repudiare vel donatum hæredi velle videretur. Balb. di. quæst. 13. num. 9.

Socin. consil. 63. in causa vertente. quem Balb. allegat & Anchar. in c. sine possessione, de regul. iur. lib. 6.

Idemque in iure adeundæ hæreditatis secundum Balbum, qui in eo lapsus videtur, q; in legato putauit esse ius querendum non secus quàm in hæreditate, nec meminit dominium legatæ rei acquiri legatario ipso iuri, diuersumque esse in hæreditate. l. cum pater. §. furdo. ff. de lega. 2. l. à Titio. ff. de furtis. l. si tibi homo: §. cum seruus. vbi plenè per Alexan. ff. de lega. 1. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cadu. toll. l. cum antiquioribus. l. quoniam sorore. C. de iure delib. l. vnica. C. qui ante aper.

27
Legatum nõ dicitur ius querendum, contra Balb.

Sed quod Doctores aiunt, hæredem etiam scientem legatum præscribere, verum non est, nam post tempus legale ad legati agnitionem concessum finitum, non tam iure præscripto & aduentitio, quàm iure proprio hæreditario hæres rem legatam retinere dicitur, & dominium illius rei legatæ nunquam videtur separatum fuisse ab ipsa hæreditate. sicque nõ tam translatum quàm redditum intelligitur, vt in simili ait lex filio, quem. ff. de lib. & posth. ibi, non tam translatus quàm redditus videretur, tex. est in l. si tibi homo. §. cum seruus, cum ibi plenè not. per Gloss. & Alexan. ff. de lega. 1. vbi habetur, legatum repudiatione vel tempore amissum haberi, perindè ac si reuera relictum nunquam fuisset, aut ab ipsa hæreditate separatum, expressius in l. legatarius. §. fin. ff. de lega. 1. & in l. 1. ad medium. ff. si quid in fraudem patron. ergo non est vsucapio, quia ipsa est noua dominij adiectio. l. 3. ff. de vsucap. sed hic hæredi nouum dominium non adijcitur, sed pristinum retinetur. ergo non est præscriptio, dixi de succ. crea. §. 10. num. 38.

SVMMARIVM.

- 1 Prescriptionis exceptio impedit litis ingressum.
- 2 Litis ingressus prescriptione an impediatur, quando per eam vtile tantum dominium queritur, ardua q.
- 3 Tempus omnia consumit.
- 4 Vrbium ruina.
- 5 Tempus alit omnia.
- 6 Tempus nil est nisi nudum nomen, sicq; nil generat.
- 7 Tempus omnia transformat.
- 8 Elementa corrumpuntur, & inuicem conuertuntur.
- 9 Terra fit pontus, & econtrã.
- 10 Tempus omne indiuiduum perimit, quod ad formam, & corrumpit materiam, ex qua rursus aliud generatur.
- 11 Nil vt non generat aliquid, ita aliquid non potest ad nihilum reduci, sed solum transmutari.
- 12 Principiata sunt qualia principia.
- 13 Mundus continet quatuor elementa, qua omnia generant.
- 14 Intellectus l. 3. ff. de vsucap.

15 Tem-

- 15 *Tempus nil, mors nil est.*
 16 *Intell. l. cum de in rem. ff. de vsur.*
 17 *Intellectus l. obligationum. §. placet. ff. de actio. & obliga.*
 18 *Intellectus l. nemo potest. ff. de legat. 1.*
 19 *Intellectus l. sicut. & l. omnes. C. de prescript. 30. annorum, & princ. Infit. de per actio.*

CAPVT LVI.

1
Præscriptiois exceptio impedit litis ingressum.



QUO ad nonum, vtrum † præscriptio vel præscriptionis exceptio impediatur litis ingressum. communis opinio est quod sic. Ita tenent Bartol. & alij in l. fratris. C. de transf. per text. in l. fin. ff. pro suo, ibi, vt sit litium finis. l. sicut, ad finem ibi, nulli litem mouendi vltierius facultatem patere censemus, & l. omnes. in verb. moueatur. C. de prescript. triginta annorum. vbi notant Bald. & Salyc. & fuse per Felinum rubric. colum. 4. de præscription. Prepositus in cap. si quis per triginta. colum. 1. cum sequen. si de feudo fuerit controuersia. Bald. in dict. l. sicut. colum. 2. Idem Bald. in l. fin. opposi. 13. C. de edic. diui. Adria. Idem in repe. l. 2. colum. 20. ff. de iureiurand. Philippus Decius consil. 22. & pro tenui. Alexand. consil. 213. viso & opportunè, in princ. lib. 2. Idem Alexand. in additio. ad Bal. in d. l. sicut, prope finem. Petr. Philipp. Corne. consil. 46. in causa. colum. 1. lib. 2. Franc. Balb. de prescript. part. 1. quæst. 9. Sali. in l. adulter. colum. fin. de adulteri. C. Bald. & Salice. colum. fin. in authent. nisi tricennale. vbi etiam nouissimi. C. de bonis mater.

Intellige primò, quado prior dominus rem præscriptam vendicabat, & antequam de suo antiquo dominio doceret, cœpit liquere de præscriptione, secundum Doctores supra allegatos per leges iam allegatas. Deinde intellige etiam, si prior dominus de dominio suo docuisset, si pariter liquere cœpit de præscriptione secundum eosdem. Tertio idem etiam si de exceptione præscriptionis pariter nõ cœpit liquere, si tamen incontinenti probatio adducitur: argumento l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebell. & in simili per Bart. col. 2. in l. naturaliter. §. nihil commune. vbi per Alexand. Ias. & Franc. de Ripa. ff. de acquiren. possess. Paria enim sunt, quod aliquid sit liquidum, vel quod possit incontinenti liquidari. Idem Bald. & Salice. per text. ibi in l. neque. C. de compen. & per l. final. C. eod. Alex. consil. 161. viso puncto, ad finem, lib. 2. & consil. 101. super quæsito. lib. 4. colum. final. Bart. & alij in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & per omnes Doctores in l. lecta. §. dicebam. ff. si cert. petat.

Limitant Felinus & Balb. vbi supra, primum, quando ad impediendum litis ingressum hæc præscriptionis exceptio opponeretur, vt tunc id procedat, non sic si ad merita

causæ opponeretur, vt per Bart. in l. cum quærebatur. ff. iudi. sol. Deinde idem Felin. & Balbus limitant, vt non procedat, quando postquam actor ius suum probauit, exceptio præscriptionis ad sui probationem latiore requireret indaginem: argumè. d. §. si de testamento, cum ibi not. & ita significat text. qui sic intelligendus est in l. emptor. C. de temp. longi præscript. Tertio limitant Baldus & Salicetus in d. auth. nisi tricennale, vt † procedat quando per præscriptionem quæsitum fuit directum dominiū, secus si vtile tantum, tunc enim ea exceptio non impediret litis ingressum. Ratio differentiæ quia priore casu constaret actorem actione ipso iure carere. sicque à limine iudicij repellendus esset, posteriore verò casu non careret actione. Sed hanc limitationem improbant, & rectè Felinus in dict. rubric. & Franc. Balb. de præscript. part. 2. q. 2. num. 8. versicu. 3. effectus. frustra enim spectaretur euentus, cuius nullus futurus esset effectus. l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procu. l. qui vti. vbi multa in simili per Ias. ff. de verborum obligat. & in rubri. eodem titu. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt legatorum nomi. cauea. quid ergo iuaret præscriptio, si non repelleret priorem dominum vendicantem vel agentem, rursus si ea ad eum excludendum potens est, quid prodesset eum frustra admittere cum continuo repellendus foret, si quidem in continenti ab ipso præscribente offerebatur probatio, vel si per confessionem agentis de ea iam liquebat. Quando autem dominium vtile & quando directum quæzatur per præscriptionem iam supra quæst. 7. differuimus, & secundum opin. Felini & Balbi contra Salicet. & Baldum, erit quarta extensio ad nostram regulam, vt exceptio præscriptionis impediatur litis ingressum, non solum quando præscriptione directum dominium quæsitum esset, sed etiam si vtile tantum, & de hac materia dicemus multa in simili infra cap. 87. & c. 88. vnde quæ hic desunt, petenda sunt.

Postremò videndum erit, quare tanta vis tēpori attributa fuit, vt vsucapione dominiū rerum nostrarū adimeret vel perimeret, & in alium transferret, & sanè quæstio hæc & si primo aspectu affinis videatur quæst. 3. supra peractæ, tamen longè ab ea differt, ibi enim quas ob res vsucapio introducta esset. nunc autem agimus quas ob causas fuerit introducta. sicque nostra quæstio causam de præterito inuestigare noscitur, illa autem disceptatio utilitates futuras intuebatur, atque ita vt differt causa impulsua, quæ respicit præteritum, à causa fina. quæ respicit futurum futurasque res & utilitates, ita hæc quæstio differt ab illa, hæc enim causa, de qua modò agere sententia est, non ineptè occasio nominari posset, itaque si quæras, qua causa seu occasione de præterito moti Iure consulti prohibuerunt mulieres esse procuratrices causarum, aut veterunt pactum futuræ

2
Litis ingressus præscriptio an impediatur, quando per eam vtile tantum dominium quæritur, ard. 9.

b

curæ

turæ successio nis, aut introduxerūt exceptionem Macedoniani, respondeam, occasionem his rebus dedisse Calphurniæ impudicitia, vel improbitate quorundam, qui insidiabantur vitæ eorum, quorū successiones ex pacto sperabant, vel nephandam immanitatem quorundam filiorum familiâs, qui mole debitorū oppressi parentum necem captabant, vt in l. 1. ff. ad Macedo. & quod notant Gloss. in l. fin. C. de pact. & per Barr. & alios in l. demonstratio. §. quod autem. ff. de cōd. & dem. l. damus. ff. de cond. cau. da. si quæras his in speciebus, quæ nam esset causa finalis vel vtilitas de futuro, ob quam isthæc introducta fuerunt, respondeam, ne sexus muliebris impudentior fiat, neve liberi parentum vitæ in posterū mole debitorum excitati insidientur, aut improba spe hæreditatis futuræ homines contra alios quid machinentur, vt dictis locis habetur, sic ergo & in proposito vsu capio fuit introducta ob has res causasve & vtilitates finales futurasque, ne dominia rerum essent in incerto, neve lites essent innumeræ & immortales, aut ne domini rerum perpetua formidine vexarentur earum amittendarum, vt diximus suprâ q. 3. nunc autem id agimus & inuestigamus, qua causa aut occasione moti tantâ vim lex temporis possessioni adiuncto dederit, vtrum id inde descendat quod tempus, vt multis placuit, omnia consumit & peremit, sicque & in specie nostra nihil mirum si rerū nostrarum dominium perimat. An quia tempus, vt alijs placuit, omnia generatur. sicque dominium non habenti potuit facile tribuere. An forte (vt veritati proximius & verosimilius est) quod tempus omnia cōmutat, transfert, traducit. sicque vnus res & dominium ad alios transfert, † & tempus omnia consumere & perimere docemur ab Ouid. 15. Metamor. sic modulante:

Sic magna fuit, censuq, viruq,

*Perq, decem potuit tantum dare sanguinis annos,
Nunc humili veteres tantummodo Troia ruinas,
Et pro diuitijs tumulos ostendit aurorum.*

*Clara fuit Sparte: clara viguere Mycena,
Nec non & Cecropis, nec non Amphionis arces:
Vile solum Sparte est, alta cecidere Mycena.*

*Oedipodionia quid sunt nisi nomina Theba?
Quid Pandionia restant nisi nomen Athena?*

Et Horatius Oda 7. lib. 4.

*Quo pius Aeneas, quo Tullus diues, & Ancus
Puluis, & ymbra sumus.*

Et rursus idem Horat. paululum inferius ait:

*Cum semel occideris, & de te splendida Minos
Fecerit arbitria.*

*Non te Torquate genus, non te facundia, non te
Restituet pietas.*

*Infernis neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum.*

*Non lethæa valet Theseus abrumperè charo
Vincula Perisboo.*

Et Iuuenalis Satyr. 10.

*Longa dies igitur quid conulit? omnia vidit
Euerfa, & flammis Asiam, ferroq, cadentem.*

Et Martialis lib. 9. Epigram.

Quid non longa dies, quid non consumit is anni?

Et Ouid. lib. 4. de Ponto:

Tabida consumit ferrum, lapidesq, vetustas.

Idem lib. 15. Metamorph.

Tempus edax rerum, tuq, inuidiosa vetustas

Omnia destruit, viriat aq, dentibus aui

Paulatim lenta consumit is omnia morte.

Et Claudianus lib. 2. in Eutrop. sic ait:

— *Quid non longa valebit*

Permutare dies.

Haecenus differuimus vt tempus omnia perimat, vt autem omnia generet, nonnulli voluerunt, quales sunt: Olimpius Nemesianus Eclog. 3. sic modulatur:

Omnia tempus alit.

Et Ouidius lib. 4. de Tristibus:

Tempus vt extensus tumeat facit vna racemis:

Sed hæc non fiunt à solo tempore. vnde verius est à terra reliquisque elementis temporis tractu id materialiter generari & produci, tempus enim solum de perse est res omnino incorporea, † sicque nihil est nisi nudum ipsius temporis nomen, sicq; vt ex nihilo, secundum Philosophum, nihil fit, ita ex solo tempore, qd nihil materialiter est, nihil generari potest. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & obligat. Tertia fuit opinio existimantium tempore nullum corpus perimi, sed omnia transformari. Vnde Ouidius lib. 15. Metamorph. sic modulatur:

Quæ quanquam spacio distent, tamen omnia fiunt

Ex ipsis, & in ipsa cadunt: res solus aq, tellus

In liquidas rarefcit aquas: tenuatur in auras,

Aëraq, humor abit: dempro quoque pondere rursus

In superos aër tenuissimus emicat ignes.

Inde retrò redeunt, idemq, rexitur ordo.

Ignis enim densum spissatus in aëra transit,

Hinc in aquas, tellus glomerata cogitur vnda.

Et Manilius libr. 1. Astronom.

Ignis in aethereas volucer se transtulit auras.

Et Ouid. lib. 15. Metam.

*Omnia mutantur, nihil interit: errat, & illinc
Huc venit, hinc illuc.*

Et ibidem:

— *Cum sint huc forsit an illa*

Hac translata illuc, summa tamen omnia cōstant,

Nil equidem durare diu sub imagine eadem

Crediderim, sic & ferrum venistū ab auro

Secula, sic tories versa est fortuna locorum.

Vidi ego, quod si fuerat quondam solidissima tellus

Esse fretum, vidi factas ex æquore terras.

Et Ouid. lib. 15. Metamorph.

Nec species sua cuiq, manet, rerumq, nouatrix,

Ex alijs alias reparat natura figuras.

Vides ergo tres Philosophorum varias, inter se seque dissidentes sententias. Prima est existimantium, tempus omnia consumere, quæ vt simpliciter sumpta, vera non est, ita bene

3
Tempus omnia consumit.

4
Vrbium ruina.

5
Tempus alit omnia.

6
Tempus nihil est nisi nudum nomen, sicq, nihil generat.

7
Tempus omnia transformat.

8
Elementa corrumpuntur, & inuicem conuertuntur.

9
Terra fit pontus, & econtra.

10
Tempus omne indiuiduū perimit, quod ad formā, & corrumpit materiā, ex qua rursus aliud generatur.

benè intellecta ex parte tueri potest, tempore enim nihil tam proprium, quam omne indiuiduum, omnem figuram seu formam specificatam consumere, vt multis supra ostēdimus: & congerit non pauca And. Tiraquel. de præscript. §. 1. Gloss. 4. prope finem, à quo nullum verbum mutuati sumus, & ea figura seu forma sic consumpta ad nihilum omninò reducit, etenim si ex massa auri, argenti, luti, ceræue formam, speciēme aut effigiē feceris, conflaueris, si rursus eam infectam reddideris, iam semel perijt, nec eandem met nu. reuocare aut reparare poteris, quamuis aliam eiusdem met modi eius loco suffeceris: deperijt enim illa semel, & ista eius loco suffecta, & si priori similis esse possit, eandem tamen esse minimè poterit, non magis quam verbum ab ore semel emissum, quod (teste Horatio) euolat irreuocabiliter.

Et semel (inquit) emissum volat irreuocabile verbum.

Ergo vt etsi illud verbum priori omninò simile ore formaueris, nō idem verbum est, sed aliud vt cūque priori simillimum, ita cū homines armenta, pecudes, genus omne feratū, aut volucres, aut pisces occidunt, eandem res nune. non redeunt, quoad eandem formam & figurā, & hac habita ratione tempus rectissime dicitur omnia perimere.

Cæterum † quia materia illius rei formatæ, & pereuntis ad nihilum reduci non potuit. (Vt enim ex nihilo nihil fit, ita aliquid ad nihilum reduci non est possibile, secundum Philosoph.) ideo tempus habita materiæ ratione dicitur omnia nouare, permutare, commutare, transformare, traducere, transferre, vt enim nihil manet sub imagine eadem, ita omnia manent sub diuersis formis & imaginibus seu figuris: primū enim occidunt, deinde corumpuntur, postremò transformantur seu cōuertuntur, nam secundum Philosophum corruptio vnus est generatio alterius, id quod non minus eleganter, quam verè Philosophi & Vates, supra relati, cecinerunt. Etenim † Qualia sunt principia, talia, secundum Philosophum, sunt principiata, tradit Bald. in l. 1. ad fi. C. si quis omi. cau. test. & Andr. Tiraq. de præscript. §. 1. Gloss. 2. sed principia, hoc est, quatuor elementa, ex quibus omnia gignuntur, sunt cōuertibilia, nam terra in aquas, aqua in aërem, aër in ignes vicissim conuertuntur, ergo necesse est, vt omnia corpora inde nascentia similiter sint conuertibilia, quòd elementa autem inuicem sint conuertibilia supra auctoritate Poëtarum ostendimus, quòd verò ex ipsis elementis reliqua omnia generentur, indubitata Poëtarum & Philosophorum sententia est. Vnde Ouid. lib. 15. Metam. sic cecinit:

† *Quatuor æternus genit alia corpora mundus
Continet.*

Deniq; cū ius naturam anxie imitetur. §. minorem. Inst. de adoption. l. adoptio. ff. eod.

tit. l. si quis posthumus, in principi. l. filio quem ff. de liber. & posthu. cumq; ipsa natura nullū corpus semel generatum perimat, & ad nihilū reducat, sed duntaxat conuertat, & transformet (vt iam disseruimus) cōsequens fit, vt præscriptiones à iure inductæ nullum dominium perimant, aut aliud ius, sed tantū de vno ad alium transferant, † & ita est nouè declaranda l. 3. ff. de vsucapion. ibi, dominij adiectio.

Deniq; cū tempus, quod nullū omninò corpus extinguit, sed omnia permutat, tradit & transformat, vt iam disseruimus, consentaneum fit, vt non extinguat, sed tantū transferat ius præscriptum, vt sic lex naturam imitetur, operæ precium est videre, quare ius proprietatis transferat ad habentem ius momentaneæ, & vilis possessionis, cū ex diuerso potius fieri debere videretur, vt ius possessionis tanquā vilius, & debilius sequeretur ius proprietatis, vt potè principalis: argumen. l. 1. & 2. ff. de pecul. cap. accessorium, de regu. iur. lib. 6. iuncta rubric. C. si de momenta. possession. fuerit appella. sed non est verum, quòd inter se habeant se tanquam principale, & accessorium. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. possess. vbi possessionem, & proprietatem nihil inter se commune habere affirmat Iureconsultus, & possessio antiquior, & prior est, quàm dominium, ipsaque possessio tanquā causa materialis, aut mater parit & generat dominium. l. prima, in principi. ff. de acquirend. possess. ibi, dominiumque ex naturali possessione cōpisse. sicque mirum nō est, si dominium reuertatur ad possessionem tanquam ad suam causam, quia omnis res facile reuertitur ad suam causam. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Vnde Boëtius lib. 3. Met. 2. sic cecinit:

*Repetunt proprios quaq; recursus,
Redituq; suo singula gaudent.
Nec manet vlli traditus ordo,
Nisi quod fini iunxerit ortum,
Stabilemq; sui fecerit orbem.*

Denique † tempus nil est materialiter; sed est nudum nomen, nō secus, quàm mors, quæ, teste Seneca, nihil est, nisi terminus vitæ, ergo sentit Seneca, terminum quoque quemlibet & sic tempus nihil esse, nisi nudū nomen non aliter atque mors, quam nihil esse, eleganter demonstrat.

Cū † ergo tempus materialiter nihil omninò sit, sitque nudum nomen & umbra, ex eo, quòd generari nihil possit, Quia ex nihilo nihil fit, ex sententia Philosophorum, quos supra retulimus, exinde colligitur, quòd nō potuit quicquā alicui dare: quia nemo dat quod non habet. l. traditio. ff. de acquiren. rerum domi. sicque dominium post tempus lege definitum, quòd alicui dat alteri prius, vt ad emisset necesse est. sicque non tam dare, quàm id ius transferre videtur, non secus quàm ventus, qui flatu violento siccas arenas hinc trāsfert

14
Intell. l. 3. ff.
de vsucap.

15
Tempus nil est.

16
Intell. l. cum
de in rem. ff.
de vjur.

11
Nil vt nō generat aliquid ita aliquid non potest ad nihilū reduci, sed solū transmutari.

12
Principiata sunt qualia principia.

13
Mundus continet quatuor elementa, quæ omnia generant.

fert illuc, sed eas minimè generavit. Vnde si piscandi ius in flumine publico aliosq; piscari prohibendi tempore quæsiui id ius, vt reliquis ciuibus per prius ademptum videatur. sicque non tam datum quàm translatum intelligatur necesse est, licet contrarium tenuerint Bald. & Angel. & Faber, & Francisc. Balb. vt diximus infra cap. 89. num. 38. Vnde cum similiter in terminis l. cum de in rem verso. ff. de vsuris, & in pluribus quàm quinquaginta iuris speciebus, quas argum. illius legis definiunt Doctores, vt plenè rerulimus infra part. 3. per totam, ipsi intelligant contingere præscriptionem temporis curli, nos aduertimus, eam non esse præscriptionem, aut substantiam, sed duntaxat iuris ex varijs causis antea nati præsumptiuam probationem, sicq; in contrarium admitti probationem ad illius iuris præsumpti exclusionem, quod non fieret, si præscriptio vera esset, vt etiam attigimus prope finem huius tractatus. Vnde impossibile est, quod solum tempus per se pariat obligationem personalem in futurum sine vlla conuentionis, vel alterius modi præexistente materia, cum ipsum tempus nihil sit, & ex nihilo nihil fiat, † & is est verus sensus l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obligatio. dum ait, quod tempus non est modus inducendæ obligationis, illi enim Iureconsulti enixè naturalem Philosophiam, & naturam sequebantur, & imitabantur. l. adoptio. ff. de acquiren. rerum domi. §. minorem. Insti. eodem titul. † Et hac ratione etiam tempus actionem personalem perimere non poterat, vt dicitur in d. §. placet, & in l. nemo potest. ff. de leg. primo. quia secundum veram & naturalem Philosophiam, vt ex nihilo nihil fit, ita econtra quod aliquid est, nunquam reducitur ad nihilum, vt supra ostendimus ex Philosophis, nisi eodem modo dissolueretur, quo colligatum esset. l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. capit. omnis res, eod. tit. per totum, Insti. quib. mod. tolli. oblig. Sicque solo tempore obligatio semel nata perimi non poterat, vt dd. ll. & in prin. Insti. de perpe. act. † Sed ab hoc iuris rigore Imperatores postea recesserunt, vt ibi, & l. sicut. l. omnes. C. de præscript. triginta annorum. Id quod & fecerant ipsi Iureconsulti in actionibus & obligationibus, quæ non ex materia consensus expressi, aut præsumpti præexistente, sed ex quadam naturali æquitate dabantur, vt §. fina. Institut. de iniur. l. quod si nolit. §. penult. ff. de ædil. edi. l. fin. cum simil. C. de dolo. l. fin. & per totum. C. de temp. in integ. resti.

SVMMARIVM.

- 1 Possessio civilis & naturalis requiritur ad præscriptionem.
- 2 Possessio civilis sufficit ad præscriptionem.
- 3 Possessio naturalis an sufficiat ad præscriptionem.

- 4 Possessio naturalis sola an sufficiat ad præscriptionem vsusfruct.
- 5 Possessio quæ sita per constitutum vel precarium, an sufficiat ad præscript. ardua q.
- 6 Possessio naturalis sola an sufficiat ad præscribendum, etiam si civilis ab alio teneatur, ardua quæstio.
- 7 Prodigere nullus præsumitur.
- 8 Occidere an liceat hominem pro rerum defensione, ardua q.
- 9 Homo homini quantum debeat.
- 10 Defensio licita.
- 11 Conscientia in foro opi. facientis inspicitur.
- 12 Facti appellatione etiam non sacore continetur.
- 13 Præscriptio quare inuenta.
- 14 Domini signa.
- 15 Ratio expressa in lege est lex verè.
- 16 Possessio naturalis iustior quàm civilis.
- 17 Maioratus in successorem vel etiam in heredem continuatur possessio naturalis.
- 18 Possessio cõtinuata videtur in hereditatem ad explendam præscriptionem ceptam, nisi naturalis possessio ab alio occupetur.
- 19 Possessio vt continuetur in heredem vel in maioratus successorem intelligitur, nisi naturalis possessio ab alio occupetur, ar. d. q.
- 20 Lex Taurina 45.
- 21 Possessio naturalis quid sit.
- 22 Possessio, vel occupationis ius, olim erat in rebus soli.
- 23 Dominium mobilium, & semouentium erat etiã iuregen. primauo.
- 24 Possessio etiam naturalis solo animo retinebatur iuregentium etiam primauo.
- 25 L. 45. Tauri. intellectus.
- 26 Possessio ab illo tertio licitè an illicitè capiatur multum interest.
- 27 Possessio qua ipso iure in maioratus successorem, vel in heredem transiuit cepta corporaliter fuit ab tertio sine vitio utilis est regulariter ad præsc. contra Doct.
- 28 Possessio dicta non interest occupetur à tertio hereditate iacente, an postea, contra Clau.
- 29 L. 45. Taur. extenditur.
- 30 Statutum Mediolani.
- 31 Possess. occupauit tertius, an sit vi repellendus.
- 32 Possessio naturalis non est in quatuor speciebus hic relatis, contra Doctores.

SECUNDA PARS PRINCIPALIS AD possessionem & traditionem pertinens.



POSSESSIO † in præscriptione requiritur capit. sine possessione de regulis iuris. l. vnica. C. de vsucapion. transfor. in prin. Insti. de vsucap. l. 1. & 3. ff. eod. tit. cum similibus, & sufficit civilis & naturalis, vt dd. ll. Secundo intellige solam civilem sufficere. l. vnica. §. per seruum, qui in fuga. ff. de acquirend. possession. & ibi tenet Bartol.

1 Possess. civilis & natur. requiritur ad præsc.

2 Possess. civilis sufficit ad præsc.

Are-

Aretinus, Alexand. & Iaf. idem Barto. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. possess. colu. 3. vbi Iaf. colu. 5. & Alex. Gloss. 1. in glo. mag. ad finem, vbi etiam Iaf. in l. 1. C. de seruis fugitiuis. Francisc. Balb. de præscript. in 3. part. princ. q. vlt. Iaf. in §. rursus. colu. 10. Institut. de action. Petr. Philipp. Corne. consil. 16. viso primo themate. colu. 3. lib. 2. Aret. in §. 1. Instit. de vsucapion. Ioan. Imol. & Francisc. de Aretio in d. §. ex contrario. Andreas Tiraquell. de constitu. parte 1. num. 17. qui hanc ait esse communem opinionem. Est communis opinio secundum Balb. vbi supra. † Sola autem naturalis possessio quandiu ciuili ab alio retinetur non sufficit, vt est receptissima opinio eorū omnium, quos supra retulimus. † Quod obtinet quantum ad dominium acquirendum. nam quod ad acquirendum ius inferius dominio putatum vsufructum vel superficiem, sufficeret sola naturalis possessio. Ita Bart. in dicto §. ex contrario, cuius opinionem improbant ibi Bald. Angel. Ioann. Imol. Paulus Castrenf. Alex. & Aretinus, & alij communiter, teste Balbo, vbi supra, qui eandem impugnant. Paulus in l. si. in fine. C. de longi temporis præscript. Calderinus consil. 5. sub rubri. de præscript. quia, inquit, & si fructuarius, & superfructuarius naturaliter tantum, non etiam ciuilitate possidere dicantur, id intelligitur respectu totius rei, nam respectu ipsius vsufructus ciuilitate, & naturaliter possidere intelliguntur. l. qui vsufructum. ff. si vsufru. per. l. fin. ff. vt possit. Et quod sola naturalis possessio non sufficiat ad præscribendum quandiu alius ciuilem retinet. tenet etiam Andreas Tiraq. vbi supra, nume. 18. & Dynus in c. sine possessione, colu. penult. de reg. iur. lib. 6. per l. acquiritur. §. fin. ff. de acquir. rerum domi. l. Celsus. §. Iulianus. ff. ad exhibend. l. 1. §. pen. ff. de acquir. poss.

5
 Poss. quesita per constitutum vel precarium an sufficiat ad præscrip. ard. q.

Illud † autem dubium est, an possessio per actum ciuilem tantum, non etiam naturalem acquisita (quale est per constitutum vel precarium, vel per retentionem vsufructus, vel per traditionem instrumenti de contractu confecti) sufficiat ad præscriptionem? & non sufficere voluit Andreas Barba. in c. 2. colu. 8. de consuetudine, post Gloss. & Panorm. quos allegat. sed tamen in contrarium est verior & receptior opinio, quam tenuit Iacob. Butrig. in §. sed ista quidem. Instit. de actioni. Bart. in l. Celsus. colu. 2. ff. de vsucap. Bald. in l. nullo, in fin. C. de rei vend. Idem Bald. in l. 1. ad medium. C. pro donatio. Guid. Papæ decil. 356. quos & quos effectus. col. 1. Pet. Ancha. consil. 419. in causa. col. 2. Alex. consil. 83. viso processu. col. 3. versic. vlt. etiam. lib. 6. qua de re per Franc. Aret. Alex. Iaf. & Aquensem in l. Pomponius. §. si is qui precario. ff. de acquir. poss. Francisc. Balb. in rep. l. Celsus. col. 21. vers. succelsiue. ff. de vsucap. & hæc conclusio vera est, nam cum leges his casibus proclamant translatam esse possessionem, iuxta l. quod meo, in

princ. ff. de acquir. possess. l. 1. §. si iusserim, cum ibi notatis, eodem titu. l. 1. C. de donat. consequens fit, vt cum suis effectibus transire & acquiri videatur, ne sine effectu frustra; transiisse acquisitamve fuisse videatur, contra l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procura. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt legatorum nomi. caueatur. l. qui bis, vbi plenè in simili per Iaf. post alios. ff. de verb. obligat. l. qui sic. ff. de solu. l. 2. C. commu. de lega. neve lex verbis non rebus imposita videretur, contra d. l. 2. Rursum si ea possessio suos effectus habitura est, nulla ratio suadet, vt hoc præscribendi effectu careat, non magis quam reliquis iuris effectibus, nisi nominatim aliqua lege id cautum reperitur, id quod non reperitur, ergo dicendum est hoc effectu carituram minimè esse, declara vt in fi. huius cap.

Et hanc sententiam, vt naturalis possessio non sufficiat ad præsc. olim securus incautusq; tenebam, nunc autem moueo nouum dubium ab alijs non animaduersum (quod meminim) nam si communis opinio supra relata vera esset, non ratio, quinimò ferè semper cōsultissima præscriptionum prouisio vtcunque utilissima sit, eluderetur. † pauci enim admodum pauci sunt, qui res suas velint iactare aut prodigere. l. cum de indebito. ff. de probati. Res enim sunt veluti altera vita. l. aduocati, cum ibi not. per Gloss. & Doct. C. de adu. diuerforum iudi. † aded vt pro rerum nostrarū defensione hominem occidere non aliter liceat, atque pro defensione corporis nostri, dummodò ea defensio fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt est receptior opinio, quā tenent, vt affirmat Iaf. communiter Doct. Ita Iaf. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & ibi Ioannes Oroscius, & Carrerius in sua prax. fol. 106. nu. 31. Bern. Diaz de Luco in regula 597. qui alios allegant. Sed tamen non fortè pauciores tenent contrariam partem negatiuam, quos refert Felin. qui hanc negatiuam partem receptiorem esse existimat in cap. 2. de homicidio, num. 4.

Pro hac posteriore parte Philosophi naturales ex sententia Platonis & Aristotelis adducere solent, quod iniuria potius ferenda est, quàm inferenda. sicque is vir bonus dicitur, qui prodest quibus potest, nocet autem nemini, ita Cicero lib. 3. Offic. & ibi lib. 1. idem ait, Homines hominum causa sunt generati, vt ipsi inter se alij alijs prodesse possent. Et rursus lib. 2. ait, Proximè & secundum Deum homines hominibus maximè vtilis esse possunt. Et rursus 3. lib. ait, Hoc natura præscribit, vt homo homini quicumque sit ob eam ipsam causam tantum quod is homo sit consultum velit, sed isthæc omnia charitatis & perfectionis sunt & etiam necessitatis, eo casu quo sine suo periculo homo id facere possit, non sic si ipse periculum subeat ob alterū hominem saluandum, præsertim si ab ipsomet homine,

b 3

quem

6
 Poss. naturalis sola an sufficiat ad præscribendum etiam si ciuili ab alio retineatur, ard. quest.

7
 Prodigere suum nullus præsumitur.

8
 Occidere an liceat hominem pro rerū defensione, ard. q.

9
 Homo homini quantum debeat.

quem saluum esse curabat, periculum sibi immineret. Et ideo iure etiam naturali & diuino furem nocturnum occidere fas est, eò q̄ si ille rerum subtrahendarum causa domum nostram ingressus principaliter videatur, periculum tamen est ne etiam vitam nostram adoriatur, quò tutius res nostras rapere possit, & per Domi. Sorum de iust. & iur. lib. 5. in princ. cum seq. q.

Id quod formidari in eo, qui res nostras inuaderet non minus iuste, sed fortè iustius posset, vt ille, qui violentus & iniustus res nostras inuadit etiã vitam nobis eripere studeat, quò liberius & tutius res nostras arripere arreptisque potiri possit, & charitas benè ordinata debet (vt patet) incipere à seipso, per l. præses. C. de seruis fugit. Et iniuria est omne, quod non iure fit, vt in princ. Institut. de iniur. † Iniuriam autem propulsare, & vim iure naturæ fas est. l. vt vim. ff. de iust. & iure, ibi, vt vim atque iniuriam propulemus, & ex rebus vita etiam pendere intelligitur. l. aduocati, cum Gloss. C. de aduo. diuer. iudiciorum. Ergo in foro cõtentioso sine dubio tutus erit, in foro autem conscientie idem erit, siquidem periculum corporis sui formidauit. d. l. vt vim, ibi, ob tutelam corporis sui, quod obtinet primũ, quando iustam formidandi causam habuit, vt ibi. Deinde etiam si minus iustam, si tamen reuera tibi iusta visa fuit: argu. l. quia poterat. ff. ad Trebell. † Quid enim peccauit, quoad Deum, qui ab ipso met non fuit clariore iudicio, & ratione præditus, sed iudicauit secundũ rationem à Deo sibi concessam, in hoc ergo verificatur illa Horatij sententia, sic canentis:

— *Hic murus aneus esto,*

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Cum ergo (vt eò diuerticulo ad viam redeamus) nullus præsumatur suas res (in quibus salus & vitæ conseruatio consistit) velle negligere aut prodigere, cumque per hoc, qui res suas ab alio possideri intelligunt, continuo eas vendicatuos verosimillimum sit, superest, vt præscriptiones per rarò currant, nisi contra ignorantes & absentes, qui vel nullo ferè modo, vel non facillè possunt rebus suis prospicere ac consulere, & ideo regulariter præscriptiones iniquum præsidium appellantur, quod iniquum sit & contra ius naturæ alterum alterius iactura locupletari sine facto suo. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. l. iure naturæ, eod. tit. l. nam hoc natura. ff. de condit. indeb. tradunt plenè Decius & Hieronymus Cagnolus in l. iure naturæ. ff. de regulis iur. & Francisc. Balb. de præscript. in prima part. princ. q. 5. & licet † facti appellatione etiam non factum continetur, vt Instit. de nupti. §. si vxor ibi, melius eos facturos si abstinerent, & notant Decius & Hieronymus Cagno. in d. l. id quod nostrum. text. vbi not. Carolus Ruinus in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. & est Ruinus ibi, col. 1. lect. 1. l. si ita stipulatus essem per te non fieri. ff. de

verb. oblig. tamen qui res suas scit vsucapi vel præscribi, idq; patitur, iam satis ex facto suo res suas amittere videtur, vt dd. ll. & per Balbum Deci. & Cagnol. vbi supra, bonus text. in l. alienationis verbum. ff. de verborum signif. l. si quis diuturno, in princ. ff. si ser. vendi. §. si. Inst. de iniur. l. si ego. §. 1. ibi, patientiam. ff. de publi. in rem acti. l. si id quod verbo quasi volente & concedente. ff. pro dereli. l. iam dubitari. verb. sponte sua. ff. de hæredi. instituend. Cæterum quando præscriptio aut vsucapio contingit (vt plerunque fit) contra ignorantes (quia scientes per rarò res suas præscribi patiuntur) tunc cessat illa ratio, & negari non potest, quin si ea iniquitas vel esse videatur secundum Doctores communiter, qui (iudice me) longè falluntur, & supra parte 1. q. ... nõ minus vtiliter, quam nouè nostram præscriptionum materiam parũ vtiliter ab eis fuisse defensionem ostendimus, easque ab omni iniquitatis nota purgatam reddidimus. Verum cum per rarò nisi contra ignorantes currant præscriptiones, euenit, vt si alicuius absentis & ignorantis rem cœpi ab alio tertio, qui eam mihi vendidit, aut donauit, aut dotis nomine dedit, aut legauit, sicque eam per tempus lege definitum possedi, & consequenter ex hoc titulo, & bona fide præscripsi, ea præscriptio ex vi possessionis duntaxat naturalis non etiam ciuilis contigisse videatur, nam absens ille illius rei suæ vt dominium ita & ciuilem possessionem animo retinebat. l. 3. §. in amittenda. ff. de acquir. poss. & cum rem suam à me possidere ignoraret, non potuit videri animo possidere desisse, sicq; ciuilitèr possidebat, ergo ciuilitèr quoq; eandem rem eodem tempore possidere non erat possibile. l. 3. §. ex contrario, vbi tenent Bart. & communiter Docto. ff. de acquir. poss. ergo solam ipse naturalem possessionem, quamuis non iniustam habebam, ex vique ipsius præscripti sine vlla omninò ciuili possessione.

† Hoc probatur non minus egregia, quam noua ratione, nam præscriptiones fuerunt introductæ, ne dominia rerum essent sub incerto. l. 1. ff. de vsucapion. ne velites essent immortales. l. fin. ff. pro suo. & ne rerum possessores perpetua formidine rerum amittendarum premerentur. l. cum notissimi, in princ. C. de præscrip. triginta vel quadraginta annorum. quæ quidem omnes tres rationes eò pertinent, vt beneficium vsucapionis possessioni naturali, corporali, & euidenti ac apparenti non etiam possessioni latenti, qualis est ciuilis, concedatur. Quid enim si rem alienam, quã possidebam tibi vendidi, meque tuo nomine possidere, aut precario constitui, postea alteri, puta Titio vendidi, & tradidi, quo casu tu ciuilitèr, Titius verò naturaliter possidet. l. q. meo, in prin. ff. de acquir. poss. Aut quid si dixi, me retinere illius rei vsufructum, te in verum dominum, & possessore recognoscens.

Aut

10
Defensio
licita.

11
Conscientie
in foro
opi facien-
tu inspicitur.

12
Facti appella-
tione etiã nõ
facere conti-
netur.

13
Præscriptio
quare inuen-
ta.

Aut quid si tibi tradidi instrumentum venditionis, iuxta l. i. C. de donatio. in omnibus enim his speciebus, & similibus, quæ traduntur per Doctores in dict. l. quod meo, in princip. ff. de acqui. possession. & quas supra retulimus, tua possessio civilis est, & latens, vel occulta, vel per paucis nota. Titij verò possessio est evidens nota vicinis, & reliquis † quia eum fundum, vel rem vident ab eo quotidie arari, seminari, plantari, extirpari, fructus colligere, collectisque ut verus dominus potiri, quæ omnia sunt signa veri dominij, ut per Glo. Barthol. Angel. Ioannem Imolensem, & alios communiter in l. penul. ff. de condition. institu. & propè fufius edocebimur. huicque possessioni apparenti, in naturali, corporeæ, verique dominij significatrici auxiliari præscriptionis beneficio leges voluerunt, ne per alios occultos, fraudulentos, fallacesque modos, aut possessiones civiles, & occultas possessiones naturalis, & apparens ludificaretur, & frustraretur: sicque dominia rerum essent in incerto, possessoresque rerum apparentes perpetua formidine premerentur, litesque fierent immortales.

14.
Dominij signa.

15
Ratio expressa in l. est. l. vere.

Astringitur hoc fundamentum. † Nam cum illæ rationes tres sint in dd. ll. expressæ, ipsæ rationes habentur pro legibus, & sunt lex reuera non interpretatiuè, & earum decisiones loco exempli habentur, quod non ardeat regulam, ista est communis opinio, quam tenent Gloss. in authenti. de hæredit. ab intesta. §. i. Glo. verb. ordine. & Gloss. in clementi. prima, de election. verb. eligatur. Bal. in l. maximum vitium, per text. ibi. C. de lib. præter. Idem Bal. in l. finali, per text. ibi. ff. de hæredib. institu. Idem Bald. & Ias. num. 22. in authenti. quas actiones. C. de sacrosanct. eccl. Idem Ias. in l. de quibus. num. 14. ff. de legib. Paul. Castren. & Ias. in l. quamuis. C. de fideicommiss. Georgius Natanus in capi. quamuis pactum. 32. de pact. lib. 6. Alex. num. 5. & Petr. Philip. Corneus num. 15. & Ias. num. 6. & Curtius Iuni. num. 9. in l. humanitatis, per text. ibi. C. de impube. Philippus Decius & Curtius Iuni. & Franciscus Purpuratus numero 23. in l. fin. per text. ibi. C. de pac. Tiraquel. de causa cessante par. 1. num. 135.

Cum ergo illæ leges (ut constat ex rationibus quas expresserunt) ei duntaxat possessioni consultum voluerint, per quæ dominia rerum certiora & notiora fiunt, id quod ex possessione naturali & patenti non ex civili plerunque occulta & incognita, & vafra contingit, consequens fit ut illæ leges de possessione loquentes, de hac vera naturali, & apparenti possessione intelligantur, eique suum præscriptionis auxilium, & beneficium accommodare videantur, non autem possessioni civili tantum quæ plerunque occulta, vafra, fraudulenta, noxia est, ut pluries ac pluries in rebus forensibus experti sumus.

Tenendo hanc partem, quam non minus veram quam reipublicæ utile existimamus (licet contraria à Doctoribus receptor sit, qui mouentur per l. i. §. per seruum qui in fuga. ff. de acqui. poss. quæ parum vrgēt si rectè inspicatur) tunc ex ea colligitur, suspectam esse sententiam, quam tenuerunt Ioan. Imolens. con. 16. viso casu. num. 3. And. Barba. consil. 58. sapienter scripsit. lib. 2. colum. 11. & Iaso. consil. 147. præsens consultatio. colu. 10. lib. 2. Idem Ias. consil. 85. quando habemus. colum. fin. lib. 3. Ioan. Bapt. in dispu. incip. magnificus, & excellens. colum. 3. Ias. consil. 152. vera & iuridica. colum. 1. lib. 4. And. Tiraquel. de iure constit. part. 3. declar. 2. Fran. Cur. Iunior. consil. 108. sacratissimæ. col. 8. & consil. 110. pro habenda clara. colu. 8. aiunt enim quod statutum vel consuetudo disponens possessionem ipso iure à defuncto in heredem sine vlla apprehensione continuari, intelliguntur de vera & civili possessione, non etiam de naturali tantum, id quod in specie tenent Andreas Tiraquel. & Francil. Curtius iunior, vbi supra, & Bal. in l. post prin. C. com. de vsucap.

Sed † istorum patrum vtraque tam decisio quam ratio suspecta est, de decisione constat, quia (ut ex superioribus patet) fauorabilior esse debet possessio naturalis corporea, evidens, nobilis, quam civilis plerunque occulta, subdola, fallax & machinationibus plena, aut saltem apta & obnoxia, facit quod habetur in l. fin. cum ibi notat. C. qui veniam æta. facit l. prima, in principi. ff. de acquiren. possess. ibi, dominiumque ex naturali possessione cepisse, Facit Glo. in l. i. in principi. iuncta textui. C. de cadu. tollen. dum exponit antiquum ergo bonum. Sicque hæc naturalis possessio quod antiquior est melior & iustior, & consequenter fauorabilior esse debet. Facit l. maximum vitium. C. de lib. præteri. & faciunt ea quæ supra proximè diximus, intelligentes d. l. i. ff. de vsu capio. d. l. fin. ff. pro suo. leg. cum notissimi in possessione naturali. Facit l. stipulatio ista. §. hi qui, & §. hæc quoque. ff. de verborum obligat. vbi verbum de possessione loquente etiam in nuda detentione aliquando intelligitur, cum in numeris similibus per me congestis in leg. si quando, in principi. C. de inoffic. testamen. ergo si defunctus possessionem tantum naturalem, iusta tamen ex causa habebat in aliqua re, ea possessio in heredem continuabitur ipso iure, iuxta talem consuetudinem vel statutum, non secus quam si esset civilis & naturalis.

† Et ita intelligo res maioratus etiam naturaliter tantum possessas ipso iure transire in sequentem in gradum quo ad illud ius naturalis possessionis, per quod ampliatur egregie l. Taurina 45.

† Cōfirmatur nostra sententia, nā & si possessio civilis ipso iure videatur cōtinuata in hære-

16
Poss. nat. iustior, quam civilis.

17
Maioratus in successorē vel etiam in heredem continuatur possessio naturalis.

18
Poss. cōtinuata videtur in hereditatem ad explendam præscr. capta nisi naturalis poss. ab alio occupetur.

ditate iacente suo ad effectum vsucapionis ab defuncto ceptæ implendæ. l. ceptam. ff. de vsucap. l. nomnunquam. §. vacuam eod. tit. tamen hoc non procedit si ea possessio corporaliter fuerit, nedio tempore per alium occupata. l. qui cum pro herede. §. fin. ff. pro empt. Glo. in l. cum miles. verbo, quasi coniunctim. ff. ex quib. cau. mai. Andreas Tiraquel. de constituci iure, par. 5. decla. 3. num. 4. Dynus & Cynus opp. 3. in l. vnica. C. de vsucapi. transformat. l. Pomponius. §. quæsitum. ff. de acqui. posses. cū similibi à Glo. allegatis. Huius autē rei ea ratio est, q̄ beneficium vsucapionis concessum possessioni à lege, hunc scopulum in tuetur vtrorum dominia non sint in incerto. d. l. 1. ff. de vsucap. vtq; sic remoueat litium occasio. l. cum notissimi. in princip. C. de præscrip. triginta annorum. d. l. fin. ff. pro suo. nec dubium est quin tale vsucapionis beneficium huic possessioni naturali, seu corporali, & apparenti, præsertim vitio carenti aptari debeat, vt is finis à lege optat̄ assequatur, vt sic quem homines cuiusq; rei dominum esse: ideo existimant, quod corporale, & apparentem eius rei possessionē tanquā verus eius dominus vident longo tempore tenere, is re vera à lege post tempus ab ea definitum fiat dominus. Sic ergo apparet beneficium præscriptionis ad hunc effectum consequendum naturali possessioni, dummodo vitio carenti potius ac commodandum quàm possessioni ciuili eidemque plerunque occultæ, cui si accommodaretur is finis remouendarum litium, & dominiorum rerum certificandorum minimè, vel saltem non tam ex integro consequeretur.

19
Poss. ut continetur in herede, vel in maioratus successorē in illigitur nisi naturalis possessio ab alio occupetur, ard. q.

Et ita in specie, † vt stante statuto quod possessio in hæredem ipso iure continueretur post mortem defuncti, quod tunc si corporaliter ea possessio ab alio fuerit occupata, cesset & interrumpatur ea continuatio, tenent Bal. in rub. de causa possessio. & propri. col. fi. Rapha. Cumanus, Alexa. & Claudius Aquen. in l. cum hæredes. in prin. ff. de acqui. poss. Idem Cuma. Ias. & Clau. in l. Pomponius. §. quæsitum, eodem titulo. Sig. Homod. consil. 178. col. 1. Bartholo. Sozi. consil. 49. in causa Episcopi. colum. vlti. lib. 3. Alex. consil. 82. perspectis his. col. 2. lib. 2. Idem Alex. consil. 83. visa facti narratione. col. 2. lib. 3. & consil. 153. circa litem, lib. 6. Andr. Barba. in c. 2. num. 45. de consuet. Ias. in l. si forori. col. 1. C. de iure delib. Andr. Barb. vbi supra, num. 7. Idem Ias. consil. 147. præfens consultatio. li. 2. & consil. 148. viso processu. lib. 4. colu. penult. Philip. Dec. colum. 2. & Franc. Cur. iunior colum. vlt. in l. vlt. C. de edict. diui Adri. Mat. Aff. in c. 1. §. 2. nu. 40. de feudi cogni. Carol. Rui. consil. 25. circa primum, col. 3. lib. 4. Decius consil. 467. bene & consultè. col. 2. Cur. Iunior consil. 108. sacratissimæ. & consil. 110. pro habenda. Pet. Pau. Pari. consil. 1. visa facti narratione, libro primo. colum. 28. & consil. 54. in

isto. colum. 6. libro 3. Cal. consil. 76. in primis. colum. 3.

Contrariam partem, vt per talem tertij occupationem non cesset, aut interrumpatur ea possessio, quæ semel per eam legem, statutum, vel consuetudinem delata fuit, tenent Bal. in rub. de caus. possess. & proprie. colum. 3. per l. 1. §. necessario. ff. si mulier ventris nomine. Alex. consil. 82. perspectis his. colum. 2. libro 2. Bald. consil. 454. quidam Ioan. colum. fin. lib. 3. Ioan. Faber in §. sui autem. col. 2. Instituti. de hæredum quali. Pet. Ancha. consil. 146. in prædicta quæst. Ias. consil. 85. quando habemus. colum. vlti. lib. 3. Ioan. Imo. consil. 16. viso casu. Raph. Fulg. consil. 230. in quæstione vertente ad medium. Masuerius titu. de possessore. §. item dato, quod ille. Ias. consil. 146. præsupposito sine veri præiudicio. colum. 1. lib. 4. & Guiliel. Bened. in repe. c. Raynutius, de testamen. verb. mortuo, itaque. 2. nu. 27. Philip. Dec. consil. 84. excellentissimi. colum. 2. & in hanc partem inclinat Andr. Tiraque. vbi supra post Cassa. & Nicol. de bello. quos allegat, & hanc partem veriolem puto, à qua non pauciorū, quos pro contraria sententia allegauimus, dissentire non videbuntur, si penitissimè inspiciantur, nam licet affirment eum qui talem possessionem inter mortem defuncti, & aditam hæreditatem occupauit, non esse repellendum propria hæredis autoritate, sed esse citandum, non propterea ius possessionis apud talem hæredem mero iure esse negant.

Et hanc partem expressim probat l. 45. Tauri. quæ iubet possessionem rerum maioratus ipso iure transire in successorem ipsius maioratus, etiam si ab alio esset medio tempore occupata. Nec isthæc aduersantur nostræ conclusioni, aliud est enim quærere de solo possessione ciuili iure, aliud de ipso dominio, nam & si ius possessionis ipso iure ex vi statuti transeat in hæredem à morte defuncti, si tamen inter mortem defuncti, & aditam hæreditatem, vel etiam post aditam hæreditatem ante apprehensam illius rei (qua de agitur) possessionem alius tertius alicuius rei hæreditariæ cepit possessionem sine vitio; vt in exemplis supra relatis, is quin naturaliter possideat: negari non potest (licet ciuili possessio sit apud illum hæredem) & huic naturali, & apparenti possessioni in re dubia accedere debet emolumentum dominij præscriptione continget, iuxta l. 3. ff. de vsucap. vt sic quem tempore longo vicini. & reliqui eam rem possidere eaque tanquam verus dominus potiri videbant, licet que dominum reputabant, eum post tempus lege definitum, ipsamet l. & possessio illius rei dominum faciant, ne in æternum illius rei, aut similibum rerum dominium in incerto sit, id quod contingeret, si ciuili eidemque plerunque occultæ possessioni, & non illi naturali possessioni, & apparenti emolumentum vsucapionis contingeret.

Verum

20
L. Taurina
45.

Verum quin antequam vtu apio expleatur possessio civilis sit apud illum hæredem, & naturalis apud illum qui eam occupauerat, sine vitio negari non debet.

21 *Possess. natu. quid sit.*
 Quæ ut clariora fiant, videndum est † quid sit possessio naturalis, habita ratione tam acquisitionis, quam retentionis (nā quid sit civilis notum est) naturalis possessio nihil aliud est, quam alicuius rei occupatio, vel vsurpatio, & apprehensio. l. i. in princ. in verb. ex naturali possessione. l. si. ff. de vsucap. & ff. de iniur. l. sane si maris. Dicitur autē naturalis, quia iure naturæ, vel gentium antequam essent leges positivæ eo duntaxat modo possessio acquirebatur, & permessa erat, si modò ab alio prius occupata non erat, ut dd. ll. & licet in rebus immobilibus, puta in campis, & in mari, vel flumine per talem occupationem dominium non acquireremus, † quia illa erant ab origine mundi in communi vsu, nec cuiquam iure dominij acquirebantur, ut dixi supra, quæst. 3. tamen quandiu is qui prior occupaverat, ea re, vel loco secundum naturalem hominum societatem, & indigentiam utebatur, non poterat iure ab alio exinde disturbari, ut dd. ll. & dixi supra par. prima. quæstio. 3. cum seq.

22 *Poss. vel occupat. ius olim erat in rebus soli.*
 † Et in rebus mobilibus, & se mouentibus poterat eo iure, & tempore eodem modo acquirere non solum possessionē, sed etiam dominium. §. ferz. Instit. de re. diu. cum seq. leg. adeo. §. ferz. ff. de acqui. re. dom. l. i. 2. & 3. & l. naturalem. ff. eo. tit. Sicque si feram, vel volatilem, aut piscem cæperam, eius possessionem, & dominium acquirebam: hoc est, ex ipsa facti apprehensione sequebatur ius tam possessionis, quam dominij, ut dd. ll.

23 *Dominij mobilium sermo uentum erat etiā iure gen. primo.*
 † Et eam possessionem sic corpore, & animo cæptam solo animo etiam sine corpore poteram retinere. Quid enim si animal terrestre, vel cæleste, vel aquatile quod cæperam domi reliqui: aut quid si aliās rem mobilem quam alius mihi vendidit, donauit, & tradidit, domi reliqui? certe eius possessionem iure illo naturali, & gentium retinere videbar solo animo, quamuis ad eius acquisitionem vtrunque tam corpus, quam animus exigere-tur. l. quemadmodum. ff. de acqui. poss. iuncta l. 3. §. in amittenda. eod. tit. cum ll. supra allega. Idem iure gentium secundario etiam quò ad possessionem rerum soli (quales sunt campi, & similia) tā acquirendam quam retinendam, quia si qua res quæ non dicatur possessio naturalis quò ad effectum illius acquirendæ, vel retinendæ, respondeam eam intelligi, & esse, & dici, quæ iure gentium primæuo, vel etiam secundario acquirebatur, vel retinebatur. Civilis verò ea dicitur quæ per alios modos à lege inuentos, vel acquiritur, vel retinetur.

24 *Possess. etiam naturalis solo animo retinebatur iure gen. etiā primo.*
 † Vnde apparet, ut intelligenda sit lex 45. Taurina, quæ ait, rerum maioratus possessio-

nem, tam civilem, quam naturalem ipso iure sine vlla apprehensione trāsire in successorem ipsius maioratus etiam ignorantem, id quod ipsa lex facere non potuit non quidem magis quam efficere, ut quod nec erat, nec vnquam fuit de iure gentium primæuo, aut secundario, id de eo iure fuerit, quod enim olim nunquam fuit, ut olim fuisse verum sit, nulla lex efficere potest, quia nec ipse Deus optimus maximus, quomodo omnia potest, id posset. c. si Paulus. 32. q. 1. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. sicque d. l. 45. necessariò restringenda est. Verum d. l. in hunc sensum sustinenda est, ut omnes effectus, quos leges solent civili, & naturali possessioni accommodare, concessi videntur illi possessioni quæ per legem illam ipso iure sine naturali aut corpore apprehensione in talem maioratus successorem etiam ignorantem transt, quamuis re vera possessio naturalis (hoc est naturali modo quæst) ei non contingat, quia iure gentium primæuo, aut secundario is modus possessionis acquirendæ nunquam fuit visus, cognitus, auditus.

26 *Possess. ab illo seruo licitè an illicitè capiatur multum interest.*
 Quid † autem si tertius ille illicitè medio tempore eam possessionem occuparet, & tunc omnes conueniunt sine dubio, eam non obstante tali occupatione transire in talem successorem. Ita Catteli. Cotta in memorabili incip. decreto Mediolanensi. las. consil. 146. colum. prima, libro quarto. Philippus Decius consil. 467. columna 1. Andre. Tiraquellus, vbi supra, numero 16. lason d. consil. 85. quando habemus. colum. 1. libro tertio. Intelligetamen quod benè potest transire effectus tam naturalis quam civilis possessionis, ipsa tamen naturalis possessio re vera non transiit, secundum superiorem declarationem: quamuis hoc casu cum ex parte occupatoris illicita sit possessio, crederem; & eum vsucapere minime posse ex vi illius naturalis illicitæ; possessionis, & talem hæredem ex vi suæ civilis possessionis posse vsucapere: arg. d. l. cæptam: sicq; hoc casu etiam quoad effectum vsucapiendi plus roboris attribuo huic civili & legitimæ possessioni quam illi possessioni naturali, & vitiosæ. Cæterum si ea naturalis sine vitio foret eò fortè quòd inter mortem defuncti, & aditam hæreditatem, vel agnitum, aut acceptatum maioratum eam rem emi & accepi ab alio tertio, quem dominum esse putabam, tunc ista naturalis mea possessio vitio carens vincere debet civilem illam possessionem illius successoris (vt cunque legitima sit) quò ad hunc effectum præscribendi (nisi nominatim per eam legem contrarium cautum esset) quia hoc beneficium leges naturali possessioni, & apparenti non etiam civili latenti, & ignotæ concessum mentaliter voluerunt, ut iam differuimus, quòd not. ad d. l. 45. in cuius terminis satis expressum est, illi tertio non cōtingere vsucapio.

Denique † quòd occupatio possessionis

ab

27 *Poss. quæ ipso iure in maioratus successore, vel in hæredem transiit cæpta corporaliter fuit ab tertio sine vitio vitilis est regulariter ad præscr. contra Doct.*
 ab illo tertio facta non impediatur illi hæredi, aut maioratus successoris possessionem acquiri tenuerunt. Bal. in rubr. de caus. poss. colu. ult. & Alex. d. consil. 82. & Paul. Cast. in d. l. si forori. C. de iure delib. & And. Tiraq. vbi supra, num. 17. sed tantum (inquiunt) efficit, ut is hæres, aut maioratus successor nequeat illum ab illa possessione propria autoritate deicere, sed nos noue aduertimus, quod & in alio vitilis erit illius tertij possessio, nempe ut præscribere possit, si ea possessio vitio crebat, ut dictum est, quod est contra mentem Doctorum, Fallit quando expressum esset à lege contrarium, vel virtualiter, ut fuit in d. l. 45.

28 *Poss. diuina non interest occupetur à tertio hereditate intacte, an possit, contra Clau.*
 Ex superioribus apparet, veram non esse opinionem Clauij Aquen. in l. Pomponius. §. quæ situm. ff. de acqui. pos. & Alex. consil. 83. lib. 2. & eiusdem Clau. in d. l. cum hæredes, in princip. ff. de acqui. possess. & Ioan. Anto. Rubi consil. 121. col. 2. aiunt enim, differentiam esse, utrum ille tertius possessionem illam post mortem testatoris, vel defuncti ante aditam hæredem, vel ante agnitum maioratum occupasset, an post: priore enim casu (inquiunt) successor ille hereditatis, vel maioratus eam possessionem utpote iam occupatam acquirere non posset: posteriore vero casu posset id quod nil est: nam cum statim post mortem testatoris transeat possessio in talem hæredem vel maioratus successorem, occupatio sequens facta ab alio tertio non potuit ius huic quæsitum tollere non magis quam si fieret post agnitionem, vel hereditatis, vel legati: quia utroque casu par ratio est, & ita aduertunt Tiraque. vbi supra, num. 18. & alij. Intellige tamen quod licet non impediatur ciuilem possessionem transire, tamen cum naturalis vitio carens esset apud illum tertium, tunc ille posset præscribere, ut dictum est, nisi & id nominatim per talem legem esset prohibitum, vel virtualiter, id quod factum fuisset virtualiter intelligo per dict. l. 45. quæ eo ipso quod voluit omnes effectus, tam ciuilem, quam naturalis possessione transire in successorem maioratus per prius tales effectus adimere voluit illi occupatori, sicque vsucapio cum sit effectus legalis (ut dixi supra pa. prima. q. secunda. cum seq.) ei contingere non poterit, quod not. ad extensionem d. l. 45.

29 *L. 45. Tauri. extenditur.*

30 *Statutum Mediolani.*

† Vnde cum statutum Mediolani definiat non solum post mortem defuncti in hæredem transire possessionem, sed etiam ut si medio tempore ab alio fuerit occupata possessio, neget eam esse vilius momenti. Tunc apparet, & eam (non obstante tali occupatione) indubitater transire in talem hæredem, & ipsum occupatorem vsucapere minimè posse, id quod voluisse videntur Alex. d. consil. 83. visa facti, lib. 3. & Andr. Tiraque. vbi supra, num. 19. & Iac. d. consil. 85. quando habemus. lib. 3. Idem Iac. consil. 146. lib. 4. Paul. Pari. consil. 41. opti-

num. lib. 1. quod confirmare extensionem supra signatam ad d. l. 45.

† Adhuc tamen tam eo casu, quam in terminis d. l. 45. existimo, talem hæredem, aut maioratus successorem non posse talè tertium occupatorem ea possessione spoliare propria autoritate, argu. l. si quis in tantam. C. vnde vi. id quod est ex mente Cornei consil. 166. circa primum. colum. penul. lib. 1. Decius in l. vltima. colum. 2. C. de edict. diui. Adr. Bald. consil. 452. quia dominia. lib. 4. Tiraque. vbi supra, nu. 8. quia nec prædo est spoliandus propria autoritate, l. colonus. l. cum fundum. ff. de vi & vi arma. capi. in literis, de restitut. spoliato.

Denique iunge hic alia plura, quæ ad intellectum d. l. 45. diximus in l. si quando, in pri. C. de inoffi. testa. num. 41. cum plurib. seq. Ex superioribus apparet, duplicem esse possessionem, ciuilem scilicet, & naturalem, & cum ciuilem est apud vnum naturalis, apud alium vtraque suos potest operari effectus, ut plenè iam differuimus, id quod controuersum esse apparet ex dictis per nos de success. creatio. §. 21. num. 108. de success. resol. lib. vltim. super l. si quando, in princ. num. 42. C. de inoffi. testament. sed hic dicta tutiora sunt. Colligitur tamen limitatio ad quatuor casus, in quibus supra diximus, ciuilem possessionem sufficere ad præscribendum, puta quando per clausulam constituti, vel precarij, vel per retentionem vsusfructus, vel instrumenti traditionem, in me transtulisti possessionem, tunc enim ego præscriberem, quia à nullo est occupata naturalis possessio, quia tu vel naturaliter non possides vel non tibi naturaliter possides, sed mihi, sicque per solam meam ciuilem possessionem possum præscribere, id quod non contingeret si naturalis possessio ab alio tertio sine vilo vitio occupata cæptaque esset. Nec est verum (quod plerique supra relati putant) me hoc casu ciuiler, & naturaliter possidere quasi ciuilem retineam per me, naturalem per te, qui meo nomine possidere te dixisti. nam talis acquisitio, vel retentio possessionis à nullo iure naturali, vel gentium primæuo, aut secundario fuit inuentus, aut cognitus, sed tantum legibus ciuilibus introductus, diuersus est, si naturaliter (hoc est per modos à iure gentium cognitos, & vsitatos) cæpi possessionem fundi, quem postea colebam per familiam meam, aut per meos colonos: tunc enim etiam naturalem possessionem retinebam, quia & iure gentium receptum, & vsitatum erat, quod possessio per tertias, & medias personas posset retineri. Secundum Philosophum enim talia sunt principia, qualia sunt principia, & tales sunt progressus, qualis fuit origo, nisi aliqua noua causa extrinsecus accedat, ut dixi supra q. ... & probat l. si à fure. in prin. & §. 1. cum ibi notat. ff. de vsucapion. vbi bonum simile, & aliud simile in l. cum nemo. C. de

C. de

31 *Poss. occupatus tertius, an sit vi repellendus.*

32 *Poss. nat. non est in quatuor speciebus hinc relati, contra Doct.*

C. de acqui. poss. Sicque si initio ciuili modo quaesita possessio fuit, ipsa possessio, vt ciuilis sit, non naturalis, necesse est, nisi contendas hominem pictum esse verum corpus, aut verba transire in factum, aut aquilas generare leones, aut pisces volatilia generare, sicque in quatuor speciebus supra relatis, & initio, & progressu ea possessio ciuilis est. Verum si postea corporaliter ingressus capi colere, arare, & similia, ex hoc nouo accidenti ea ciuilis possessio in naturalem, & ciuilem versa est, vel (vt rectius loquar) illi ciuili etiam naturalis accessit, iamque vtranque per illum met, qui initio se nomine meo constituit possidere, (constituti, aut precarij nomine, aut per retentionem vsusfructus, vel traditionem instrumenti) potero retinere, vel etiam per alium quemlibet, & etiam per me ipsum etiam si discedam ab illa re est: tamen verum quod huic possessioni per constitutum, vel precarium, vel per retentionem vsusfructus, aut per instrumenti traditionem quaesita omnes effectus, quos possessio naturalis sortiebarur, lex positua voluit, & potuit accommodare, & accommodauit: Id quod vtilitatis, & breuitatis & expeditio nis gratia fecit, quo expeditius, & facilius homines possessiones rerum acquirerent, vt in simili alias breui manu per vnum actum fit, & consequimur legis artificio, idem quod per plures actus alias consequi, & fieri solebat, vt in l. singularia, cum ibi plenè not. ff. si cer. per. attamen, vt ibi per legem non sit, vt actus ille, qui re vera vnus est, duo actus sint, sed tantum vt vicem, & effectum vtilitatemque duorum plurimum actuuum consequatur. ita & hic haec possessio, quae re vera ciuilis est, non etiam naturalis (quia is possessionis acquirendae modus tempore quo ius tantum naturale in vsu erat vsus, natus, cognitus, vsitatusque minimè fuit) vt re vera naturalis sit, (hoc est quod eo tempore, quo solum ius naturale in vsu erat, nata esset cognitaue) lex facere non potest, licet ei possit omnes effectus accommodare, quos lex naturae naturali dabat possessioni. Simile in adoptionibus liberorum, qui initio per legem ciuilem quoad omnes effectus exequabantur veris filijs, & naturalibus, vt per totum titu. ff. C. & Instit. de adop. licet paulatim postea id ius debilitari minuique ceperit. §. minus ergo, cum simil. Instit. de hereditate qua ab intesta. tamen non per hoc liberti naturales fiebant, quia quo tempore ius tantum naturae in vsu erat, tales liberi non erant inuenti, aut cogniti, ergo vera possessio est in quatuor speciebus supra relatis, quia non desinit esse vera, propterea, quod creata à lege ciuili, non etiam à lege naturali, nam nec desinunt esse vera adoptio, arrogatio, seruitus, manumissio, stipulatio, acceptilatio, emphyteusis, testamentum, codicillus, donatio, causa mortis, & similia, propte

rea quod à lege ciuili, non etiam à naturali sint inuentae, aut cognitae.

SUMMARIUM.

- 1 Possessionis continuatio exigitur ad praescribendum.
- 2 Dominium vt probetur.
- 3 Media talia, qualia extrema.
- 4 Progressus talis praesumitur quale initium.
- 5 Possessionis continuatio, an praesumatur, ardua quaest.
- 6 Animus soli Deo notus.
- 7 Verba signum tantum non etiam certitudo sunt animi.
- 8 Probantur indicijs bona vel mala fides, metus, dolus.
- 9 Dominij probandi quartus modus.
- 10 Dominij probandi alius modus.
- 11 Intell. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. contra Pau. Castrensem.
- 12 Titulus quando requiritur ad praescriptionem non praesumitur ex tempore longo etiam si agatur de paruo praedictio.
- 13 Intell. l. nullo. C. de re iud. l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsucap. l. quod vulgo. ff. pro empr.
- 14 Intell. l. cum de in rem. ff. de vsuru.

CAPVT LVIII.



AD vsucapiendum, vel praescribendum cotinuum esse possessionem oportet, vt in l. 3. ff. de vsuca. ibi, per continuationem possessionis, & in prin. Instit. eod. tit. l. ceptam. ff. eo. tit. l. vnica. C. de vsuca. transfor. Sed illud dubium est quid probari oporteat, vt possessionis continuatio probata videatur, quam re, ex epli gratia in decenniali praescriptione agemus, vt sic in reliquis quoque vsucapionem speciebus, idem quoque dixisse nos intelligatur, etenim quod testes deponant vidisse me semper, & continuè citra vllam intermissionem possidere, & rei, qua de agitur, insistere, id vt impossibile factu est, ita & dictu, nisi enim per mendacium impossibile erit: arg. l. seruitutes. l. quoties. ff. de seruit. † Vn de perfructuum perceptionem id probari potest, atque probatum videtur, id quod altero de tribus modis fieri sufficit, siue testes dixerint me fructus omnibus, & singulis illis decem annis percepisse, siue primo & vltimo anno illius decennij, siue etiam primo anno. primum tenent Specu. titu. de proba. §. probari autem. versi. sed quaeritur. col. fin. Barthe. & Bald. in l. Titia. ff. de solut. Bald. in add. ad Specu. vbi supra, per d. l. Titia. in verb. redditus exigit. Francif. Cremen. singula. 132. Ioannes Ferrariensis, titulo de forma responsionis rei conuenti. verbo, praescript. columna 8. Lanfran. Orianus in rep. c. quoniam contra, in ma-

1
Poss. continuatio exigitur ad praescri.

2
Dominium vt probetur

in materia testium. ver. 3. venit probanda possessio. Ludo. Roma. consi. 70. Florianus in l. 1. colum. 2. ff. famil. etc. Philipp. Dec. consil. 2. ex perceptione. Andreas Tiraquel. ex cuius relatione apparet hanc esse communem opinionem in tractat. præs. §. 1. glo. 5. Secundum modum, ut sufficiat probari fructuum perceptionem primi & ultimi anni de decennio, tenent Specul. vbi supra. Bar. in l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mod. pignus vel hypo. soluitur. Idem Bart. in l. Celsus. col. pen. ff. de vsuca. Anton. Butr. & Panorm. in c. accedentibus, de priui. Anton. & Ioan. Imolen. in proemio decret. Fel. in c. inter dilectos, de fide instrum. & alij non pauci quos refert, & sequitur hanc partem receptiorem esse affirmans Andr. Tiraquel. vbi supra, quamuis contrarium, & minus rectè tenuerit Andr. Barb. consi. 8. colum. 10. lib. 2. incip. sapienter, & communem opinionem videretur, & tenere, & multis ornare, Nico. Boër. decisi. 42. alia in super. n. 1. cum seq.

Huiusq; rei ratio ea est † quod qualia sunt extrema, talia præsumuntur esse media. l. talis scriptura. vers. si in annos. ff. de lega. 1. l. sed & si. §. solemus. ff. de hære. inst.

Tertium verò modum, ut sufficiat probare fructus primi anni collegisse. † Inde descendit, quod si ab aduersario denegetur possessio nis continuatio ea præsumetur, etenim ex præterito præsumitur ad præsens quandiu non probatur contrarium. Glo. & Hugo. & Place. in l. siue possideris. C. de probatio. vbi idem tenent Pet. de Bellaperti. Iacob. Butrig. Odofr. Ioan. Faber. Bal. Salice. & alij communiter Ioan. And. Anto. Butr. Panor. in c. cum ad sedem, de rest. spoli. Cynus in l. super longi. C. de tēp. long. præscrip. Ioan. Faber in §. 1. colum. 2. Inst. de vsucap. Bart. in d. l. Celsus. col. penul. ff. de vsucap. & hanc esse receptiorem sententiam, apparet ex relatione Andree Tiraq. qui eam sequitur, vbi supra, quamuis contrarium, & minus rectè tenuerit Andr. Barba. d. consi. 8. sapienter. colu. 10. lib. 2. Ne huius communis opinionis ratio obscura est. nam cum possessio (præsertim quod attinet ad præscribendum) constat in animo, quia ciuilis possessio est illa in qua nititur vsucap. l. 1. §. per seruum qui in fuga. ff. de acquir. possess. vbi ita tenent communiter Doctores, qui animum meum mutatum esse dixerit, non solum id probare debet, cum animi mutatio facti sit. l. bonz fidei. §. 1. ff. de acquirendo rerum domi. iuncta l. fin. C. de insti. & subf. ibi. voluntatis esse questionem, sed etiam id nimis difficulter probare poterit, † quia mens & animus latet, soli que Deo notus est, vnde Cicero ad Brutum sic ait, Non ignoras, quam sint incerti animi hominum. Idem que Cicero pro Cecinna in oratio. ait, Verba † reperta sunt quæ indicaret nostram voluntatem. Perpende, non dixit, quæ ostenderent, sed tantum quæ indicarent, hoc est, indicium facerent nostræ voluntatis, non etiam

certam & dubitatam demonstrationem, & tamen nihil omnino est quod tam ad animum demonstrandum efficax, & aptum sit, quam sermo. l. labeo. ff. de supell. leg. & Dominus noster in Euangel. nam loquela (inquit) tua manifestum te facit, & tamen non raro fallit ut probat l. diuus. ff. de milit. testamen. §. plane. Inst. eod. tit. l. non solum. ff. de actio. & oblig. l. obligationem subst. in princi. iuncto vlti. resp. eodem titu. l. an inutilis. ff. de acceptio. Et denique non solum factum tam occultum quam est animi voluntas, sed & reliqua facta apertiora ab eo qui allegat probanda sunt. l. si emancipati. vbi notat la so. C. de colla. & l. in bello. §. factz. ff. de capti. ergo qui negauerit continuatam fuisse possessionem, id probare debet. id autem quoad animum, & sic quoad ciuilem possessionem indicij probauit. † Nam bona, aut mala fides, dolus, metus, mutatio voluntatis, & reliqua que in animo consistunt, indicij probantur. l. pen. C. de euict. l. merum. C. de eo quod metus causa. l. dolum. C. de dolo. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic. tradunt Glo. Barth. Alex. laf. communiter Doct. in l. inter stipulantem. §. si stichum. ff. de ver. obli. Et ita est intelligendum illud Terentij, dum ait, Erras, tui animi si me esse ignarum putas. nam de suspicione, & coniecturis, non de certa scientia intelligendum est.

Quartus † modus probandi est quando probatur quod quis fecit terram seminari, arari, coli, & similia, ita Glo. in l. si quis, in verb. finiatur. C. finium regendorum. singularis est secundum Lanfran. in rep. d. c. quoniam contra. Andr. Tiraq. vbi supra Glof. 5. † Nisi forte cum vnus terram coleret, alius fructus perciperet, nam tuncis potius, quam ille possidere videretur, secundum eundem ibi post Bald. col. 3. & Fel. col. 7. in c. licet causam, de prob. quam uis Bal. in l. arboribus. §. nam & si agrum. ff. de vsufruct. tenuerit contrarium.

† Hactenus cum agitur de vera possessione rei corporeæ. Diuersum enim esset, si prætenderem te mihi aliquid annuum debere, & ex diuturna eademque annua præstatione contenderem legitimum titulum præsumi, iuxta l. cum de in rem. ff. de vsuris. l. si certis annis, cum ibi plenè notatis. C. de pact. & ad id probandum admissus contenderem sufficere, ut probetur præstatio primi, & decimi anni, quasi per hoc præsumeretur, vel præsumi deberent medij temporis præstationes, tunc enim nihil agerem, nec medij temporis præstationes præsumerentur, secundum And. Tiraq. de præscrip. §. 1. Glo. 5. ad finem: qui tamen ait, hac in re cogitandum idè esse, quod contrarium tenuerit Pau. Castr. consil. 51. in casu spectabilium virorum, prope medium, lib. 2. & sentit Panor. in c. accedentibus, de priuilegijs. mouetur Andr. Tiraq. quia aliter, inquit, non vnam tantum, sed plures præsumptiones introduceremus, nempe ut & per primi & ultimi anni

3
Media talia, qualia extrema.

4
Progressus talis præsumitur quale initium.

5
Poss. continuatio an præsumatur, ar. d. 9.

6
Animus soli Deo notus.

7
Verba signa tantum non etiã certitudo sunt animi.

8
Probantur in dicijs bona vel mala fides, metus, dolus.

9
Dominij probandi quartus modus.

10
Dominij probandi alius modus.

11
Intell. l. cum de in re ver. so. ff. de vsu. contra Paul. Castr.

anni possessionem medij quoque temporis possessio vel quasi (hoc est medij) quoque temporis præstationes, præsumeretur, & ex his sic præsumptis annuis præstationibus titulus legitimus præsumeretur, prout à parte allegatus fuit, quæ ratio nobis leuis videtur, nam præterea quod Glof. l. i. C. de dotis promissio. non est tuta, quinimò passim leges plures inducunt præsumptiones, vt ibi plenè per Docto. Quis nam ligauit manus legumlatorum quominus possint plures in vna eademque specie inducere præsumptiones, quoties id expedire eis visù fuerit, certè id ratio nulla suadet, adhuc tamen opinio ipsius Tiraquelli cōtra Pau. Castrensem verior mihi visa est, ratione peremptoria, & occulta, nam quæ ratio facit, vt cum agitur de re corporea ex possessione primi & vltimi anni, præsumatur possessio medij temporis, eadem ratio cogit, vt hic contrarium præsumatur. Cùm agitur enim de rei corporeæ possessione, ideo diximus ex possessione primi & vltimi anni, vel etiam ex primitantum anni possessione præsumi medij quoque temporis possessionem, quod qui cōtrarium dixerit videretur nouum factum allegare (hoc est transitum possessionis de primo possessore in alterum primumque possessore animum possidendi missum fecisse) quod probare deberet cùm minimè præsumatur. d. l. si emancipati. d. l. in bello. §. facte. ff. de capti. d. l. bonæ fidei. d. l. fin. C. de inlt. & substi. Sed in specie nostra qui se possidere diceret annum redditum à se sibi præstandum, eo quod contenderet me legitimo titulo ei obligatum, huncque titulum ex diutina præstatione singulis annis facta præsumendum, hancque diutinam præstationem præsumendum ex præstationibus primi & vltimi anni, nihil ageret, nam postquam ei præstiti primo anno nullo nouo facto opus est, vt non videar ei sequentibus annis præstare desisse, quinimò ex diuerso nouo facto. opus erat, vt sequentibus annis præstatio fieret, sicque probanda esset ab eo qui in ea suam intentionem fundabat, præsertim cùm ex parte aduersi negatiua (hoc est se sequentibus annis non præstitisse) sic per rerum naturam improbabilis. leg. actor quod alleuerat, cū ibi notatis. C. de pba. Nisi & mecum esset confusus, & præterea vigiles oculos semper haberet, ne fortè dum ipse mecum confusus dormiret, ego eam præstationem facerem, sicque admissa Pauli opinione, absurdū intolerabile sequeretur, vt per vnium duntaxat anni præstationem in effectu acquireretur, & præscriberetur ius tantundem in posterum, & in externum annum exigendi. Nam post annos decem dicerem me abs re illud annuum legitimo titulo debere, & probata vnus solius anni præstatione, inde dicerem similes præstationes per sequens decennium factas præsumi, & consequenter legitimus titulus, nec tu contrarium probare, aut redefen-

dere posses, cùm negatiua, vt ostendimus, sit improbabilis. Diuersa omnino ratio est in eo qui probauit ab hinc annos decem se possidisse fundum, is enim etiam nullo extrinsecus accedente nouo facto in præsentem vsque diem animo suo potuit possessionem retinere, quæ ad præscribendum sufficeret. d. §. per seruum qui in fuga. & per contrarium aduersario facile esset si fortè is possidere desijt, id probare edocendo eum fundum ab alio arari, aut coli solitum, aut illius fundi fructus ab alio perceptos fuisse, & similia, quæ omnia notanda sunt ad intell. d. l. si certis annis, & d. l. cum de in rem verso, cum similibus.

In quorum terminis dubium est † an ex cursu longi temporis cum patientia domini præsumatur titulus allegatus: & sunt qui velint non quidem præsumi cum agitur de magno præiudicio, & ita procedere leg. nullo. C. de rei vendic. secus si ageretur de paruo præiudicio, & ita procedere leg. si quis diuturno, in princip. ff. si seruitus vend. ita Nicolaus Boërius. decis. 42. alia insuper numero quinto, & ait idem velle Barthol. in q. per eum disputata, incip. mulier habens amplum patrimonium. colum. penul. vnde (si verum id esset) sequeretur, quod etiam in quibus casibus ad præscriptionem vel vsucapionem requiritur titulus, in illis si de leui præiudicio ageretur, præsumeretur ex diutina possessione si allegaretur, † id quod verum non est, sed est contra text. expressum in d. l. nullo, & in leg. diutina. C. de longi tempo. præscriptio. leg. quod vulgo. ff. pro emptio. leg. non solum. §. quod vulgo. leg. Celsus. ff. de vsucapio. leg. fin. ff. pro suo. leg. fin. C. pro donato, cum alijs per me allegatis, infra c. vigesimo septimo, numero decimo. aliter enim esset imponere legem verbis, nam cùm leges proclamant ad præscriptionem iustam possidendi causam vel titulum desiderari, vt dd. ll. & l. vnica. C. de vsucapion. transfer. in princip. Institu. de vsucap. si post diutinam possessionem sufficeret titulum allegare, vt probatus præsumeretur, tunc aduersarius illius tituli interuentum abnegans impossibile esset quod hanc negatiuam (vt ostendimus) probaret, sicque frustra à legibus tot titulus exigeretur, cùm de leuiore ageretur præiudicio. Ergo siue agatur de maximis siue de medijs sine de minimis rebus aut iuribus præscribendis, in quib. casibus titulus ad talem præscriptionem requiritur, in illis eum allegare non sufficit, nisi probeatur, etiam si præterierit longum tempus per ll. supra allega. generaliter intellectus prout intelligi debent. Neque ad rem pertinet. d. l. si quis diuturno. nam in eo iure seruitutis præscribendo, titulus minimè requiritur, sicque neque eius interuentu, neque etiam eius allegatione opus est, vt suo loco videbitur, isque est verus illius legis intellectus, quia ex ipsa scientia, & patientia inducitur ta-

12

Titulus quando requiritur ad præscr. nõ præsumi ex tempore lōgo etiam si agatur de paruo præiudicio.

13

Intel. l. nullo. C. de rem. l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsuc. l. quod vulgo. ff. pro emptio.

c

cita

cita concessio, vt ibi, & diximus supra par
prima principi. q. 5. cum seq. & diximus infra
c. 77. num. 10.

14.
Intell. l. cum
de in rem, de
usur.

Neq; ad rem pertinet † d. l. cum de in rem
verso, quia ibi quando vltra longum tempus
interfuit factum illius contra quem ius acqui-
ritur, & non simplex aut vnicum factum, sed
decies geminum, & vniforme, vt infra etiam
c. 83. agemus, quæ omnia non cōcurrunt in v-
fucapione, vel p̄scriptioe rerum vel iurium
regulari, siue agatur de magno siue de leui p̄-
iudicio, ibi enim citra vllum factum eius con-
tra quem p̄scribitur, contingit p̄scriptio,
etiam si sit absens, vel ignorans, lege fin. C. de
longi. temp. p̄scrip.

Quinimò (quod apertius est) interminis
d. l. tū de in rem. non agitur de p̄scriptioe,
aut de iure aliquo p̄scribendo, sed tantūm
de iure ex contractu quæsito per temporis diu-
rnitatem probando: p̄scriptio enim in-
ducit ius, & substantiam. leg. tertia. ff. de vsu-
capio. At in terminis d. l. cum de in rem. tem-
pus non allegabatur ad ius inducendum, sed
tantūm ad probationem iuris, quod antea in-
ductum, & creatum esse dicebatur.

Porro aliud est ius, aliud probatio eius leg.
duo sunt Titij. ff. de testamen. rute. dixi supra
part. prima. q. decima, quæ omnia disputandi
gratia dicta esse intelligas. nam regulariter, vt
bonam fidem p̄sumi etiam si nec allegetur,
nec probetur, nisi probetur contrarium, dixi-
mus infra par. quarta, in principio. ita & titu-
lus (hoc est tolerabilis, vel iusta possidendi
causa) p̄sumitur, licet nec probetur, nec al-
legetur, quoad non probatur contrarium,
aliter enim si iniusta possidendi causa p̄su-
meretur, iam exinde mala quoque fides p̄-
sumeretur. leg. quærebatur. leg. fina. C. vn-
de vi.

Denique ex sola possessione contingit p̄-
scriptio, dummodo non mala fides non pro-
betur, quæ probatur ab eo qui ostendit iniusta
ex causa illum possidere, vt dixi infra c. 72. &
c. 77. numero decimo. & probaui per plura,
quàm quinquaginta fundamenta, infra par.
3. princip. per totam, & infra c. 61. num. 10. cum
plur. seq. & c. 62.

SUMMARIVM.

- 1 Traditio ad p̄scriptionem an requiratur, ardua
questio.
- 2 Possessio vitiosa non prodest ad p̄scriptionem.
- 3 P̄scriptionis continuatio facilior, quàm acqui-
sitiō. vel inchoatio.
- 4 Possessionis vitium, vt purgetur.
- 5 Accrescendi iuri assimilatur p̄scriptio.
- 6 Allusionis acquisitioni assimilatur p̄scriptio.
- 7 P̄scriptio est aduentitium lucrum.
- 8 Elementa an sint quatuor.



TRADITIO † vel aliquid quod
loco traditionis habeatur exigitur ad p̄scribendum, & p̄te-
rea, quod possessio fuerit conti-
nuata iugiter. Ita Barthol. in leg.
vnica. C. de vsucapi. transfor. per tex. vbi Petr.
Ancha. in c. possessor. de regu. iur. libro 6. ad fi.
Francis. Balb. qui plures allegat in tracta. p̄-
scrip. part. 3. in princip. & rursus in 3. part. illius
3. partis principal. in principio. oportetque
vt ea possessio sit sine vitio. † Nam iustus ti-
tulus cum possessione vitiosa non sufficeret, vt
si fortè rem quam à me emisti, à tertio posses-
sore vi, aut clam, aut precario cæpisti, ita Bald.
in repe. l. 1. col. 4. C. de emanc. liberorum. Bart.
per tex. ibi in l. nec ex vera. C. de acq. pos. Goff.
per tex. ibi in l. stipulationem. ff. eo. facit l. 2. l.
diutina. l. super long. C. de longi temp. p̄scr.
l. nullo. C. de rei vend. l. 3. l. sine possessione. ff.
de vsucapio. in principi. Institutio. eod. titul.
tradit. Prat. Papi. in forma respo. rei conuen. in
Gloss. in verbo, exceptionem p̄scriptio. co-
lum. 1. & Azo in summa. C. pro empto.

1
Traditio ad
p̄scr. an re-
quiratur, ar-
dua questio.

2
Possessio vitiosa
non prodest
p̄scrip.

3
P̄scriptio
continuatio fa-
cilior quàm ac-
quisitiō vel
inchoatio.

Neque ad rem pertinet † quod etiam sine
possessione continuata contingere videatur
p̄scriptio. l. cæptam. ff. de vsucapi. vbi hæ-
reditas iacens, quæ possidere saltem quo ad esse
etum p̄scribendi non potest, cum careat ani-
mo. l. 1. §. Sczuola. ff. si quis testamento liber
esse iussus fuer. in cuius animi possessione ci-
uili consistit vsucapio. l. 1. §. per seruum qui in
fuga. ff. de acquir. poss. ea quidem hæreditas
p̄scriptionem continuare potest. d. l. cæ-
ptam. nam responderetur, eam p̄scriptionem
inchoare non posset per d. rationem, iuxta l.
fin. §. fin. ff. de vsucapio. quamuis cæptam con-
tinuare non prohibeatur, sed permittatur, d. l.
cæptam. nam & dormiens inchoare possessio-
nem non potest, qui tamen inchoatam con-
tinuare non prohibetur. Nam & similiter pos-
sessio, & si acquiri non possit sine corpore, &
animo tamen, tñ cōtinuari, & retineri potest
solo animo. l. quemadmodum, iuncta l. 3. §. in
amittenda. ff. de acq. pos. & quæ tradidi supra
c. p̄sc. & plenè in simili per las. ff. qui sunt sui
vel al. iur. l. patre furioso.

Sed superior communis traditio quæ ha-
bet, traditionem necessariam esse ad vsuca-
pionem, vera non est vtrunque recepta sit, pos-
sessio enim tantūm (quod attinet ad proposi-
tum) ad p̄scribendum, vel vsucapiendum
desideratur, nec refert vtrum illa possessio (si
vitiosa non sit) originem traxerit à traditione,
an aliunde, sicque si rem tuam mihi minimè
tradidisti, sed cum ego eam detinerem, tuam-
que esse putarem, mihi vendidisti, dotis nomi-
ne dedisti, eam tēpore à l. defuncto p̄scribam
non secus, quàm si mihi eam tradidisses, quod
enim si alius mihi bona fide eā accipiendi cō-
modauit, aut pignori dedit, quod si custodiz
causa

causa deposuit apud me, alio quouis modo sine vitio eam detinebam, in omnibus certè his speciebus, & similib. eius dominium nactus ero sine vlla etiã tradatione si dominus postea eam mihi vendiderit, donauerit, dotis nomine dederit. l. qua ratione. §. interdum. ff. de acq. rerum domino. §. interdum. Insti. de rer. diuis. & similiter in omnibus his speciebus, & similibus vsucapiendi conditionem nactus ero, si is qui mihi bonam fidem habenti eam rem vendiderat, donauerat, dotis nomine dederat, dominus nõ erat, vt dd. iuribus, iuncta l. clauib. ff. de contrah. emp. nec vsquam inuenies legem aliquam dicentem talem traditionem ad vsucapiendũ necessariã esse, quinimò contrarium reperitur, tantum abest, vt id exigatur, nam in l. 3. ff. de vsuca. definitionem (quæ denotare debet perfectam rei essentiam, & quiditatem) tradens Iureconsultus de traditione verbum nullum, sed tantum exigit continuationem possessionis, & hanc ad rem iustam possessione desiderari, & præterea nihil leges proclamant. l. quod vulgo. ff. de vsucap. l. pro empto. l. nõ solum. §. quod vulgo. ff. de vsucap. l. 1. l. penult. & fina. cum vtroque notatis. ff. pro legato. nec dubium est, quin iusta possessio esse nõ desinat in speciebus supra relatis, etiam si traditio non fiat ab eo qui nobis dedit titulum vel causam præscribendi, vt patet in dictis legibus. Ergo superest hanc ad rem traditionem minimè requiri, quando ille qui præscribere contendit, in possessione erat sine vitio. Quinimò ¶ etiam si vitiose in possessione fuisset, quia eam à me vi, aut clam, aut precario detinebar, si eandem rem ei postea vendidi, donavi, dotis uero nomine dedi, cum me dominum esse ille credidisset, sine dubio præscribere poterit, sine vlla etiam noua traditione, quasi vitium illud possidendi accedente noua domini voluntate, vel ius quem ille dominum esse putabat purgatum videatur, vt patet in dictis iuribus, & rationibus, iuncta l. si id quod. verb. quasi volente, & concedente domina. ff. pro derelicto, & quod in simili plenè tradunt Barthol. & alij in l. fin. C. vnde vi. circa finem, iunctis his quæ dicemus in cap. 72. & c. 77. infra, vbi edocemur, malam fidem purgari accedente domini voluntate, verè vel interpretatiuè. Confirmantur isthæc, ¶ nam vt habenti ius in proprietate accrescit altera pars proprietatis. leg. si totam. ff. de acquir. hæ. & vt habenti partem, & ius vsusfructus, accrescit altera pars vsusfructus. l. 1. in prin. & §. 1. & §. interdum. l. pen. & per totum titulum. ff. de vsufr. accrescen. & vt habenti ius proprietatis totus vsusfructus accedit, vt per totum illum titulum, ita & habenti ius possessionis quasi videtur accrescere sua proprietate concurrentibus ijs quæ ad præscribendum, vel vsucapiendum necessaria sunt. Nec ¶ ab ijs multum distat ea acquisitio, quæ per alluionem contingit, iuxta §. præterea

per alluionem. Insti. de rerum diuis. cum simil. vt enim latenter fundo meo accrescit & acquiritur, quod per recessum fluminis contiguum relictum fuerat, vt ibi. ita quoque & in specie nostra ius proprietatis iuri possessionis contiguum intelligitur esse. sicque ei facile accrescit, ijs quæ ad eam possessionem iustificandam necessaria sunt, concurrentibus, nec vllibi inuenies necessariam esse traditionem ex mente Iureconsultorum, sed vt per alluionem ex solo tempore cum fluminis actu contingit incrementum & accessio. d. §. præterea. Ita in vsucapione per solum temporis cursum cum actu possidentis contingit incrementum. & accessio proprietatis ad possessionem. ¶ sicque vt aduentitium lucrum est quod per ius accrescendi, vel per alluionem acquiritur, leg. si Titio. ff. de vsufruct. iuncta leg. scimus. §. repetitionem. C. de inoff. testamen. ita quoque aduentitium lucrum est quod per vsucapionem contingit, iuxta d. l. 3. ff. de vsucapio. ibi, adiectio domini. ¶ Ergo desinit vnum ex quatuor primis elementis, quibus præscriptionum materiam constare supra in 1. cap. huius tractatus dicebamus, nec miremur, nam & mundum ipsum sunt qui negent quatuor elementis constare, sed tribus tantum, ignis elementum negantes. & alij firmiter vnicum esse elementum, nempe terræ, ex qua reliqua, inquit, elementa procedunt, sicq; non sunt propria elementa, quia elementum propriè est primum corpus.

SUMMARIUM.

1. *Præsentia est quid facti.*
2. *Præsentia vt probetur.*
3. *Impedito non currit præscriptio.*
4. *Hypothecaria quanto tempore præscribatur, ardua questio.*
5. *Impeditis sua sponte non subuenitur.*
6. *Absinendi ius non datur ei qui sponte hæres extitit.*
7. *Necessitas sponte causata non consideratur.*
8. *Hypothecaria an competat ante excussum principalem debitorem.*
9. *Hypothecaria vel pignoratitia directa vt præscribatur, ardua q.*
10. *Impedito etiam sine spe restitutionis currit tempus si potuit tollere impedimentum, & negligit.*
11. *Pauperibus currit tempus sed restituuntur.*
12. *Hypothecaria generalis an præscribatur, ardua questio.*
13. *Conditionalia nil ponunt in esse.*
14. *Impedito de euictione agere an currat præscriptio, ardua questio.*
15. *Impeditis currit præscriptio 30. annorum.*
16. *Censum annuum habens super re qua post alienatur, an agere impeditus dicatur, not. q.*

4
Possessionis
vitiu vt pur-
getur.

5
Accrescendi
iuri a simili-
tate præscri.

6
Alluionis ac-
quisitio a simi-
litate præ-
scriptio.

7
Præscrip. est
aduentitium
lucrum.

8
Elementa an
sint quatuor.



VO ad materiam præscriptio-
num qui intelligantur esse præ-
sentes quive absentes, tradit text.
in l. si. vbi notant Glo. & Docto.

C. de longi temp. præscr. tradunt
Ioannes Faber & Ange. Aret. in princip. Insti.
de vsucapio. Verùm cum ea quæ facti sunt nõ
præsumantur nisi probentur. leg. in bello. §.
factæ. ff. de capti. l. si emancipati. C. de colla.
ibi, teque emancipatum probatum fuerit, vbi
notat las. post alios, quumque præsentia sit
quid facti, necesse est, vt qui inter præsentis
decennio se præscripsisse contendit, probet
præsentiam eius contra quem præscriptum
vult. ita in specie tenent Iacob. Butriga. in d. l.
fin. Ang. in l. pen. C. quib. non obs. longi tem-
po. præscr. Andr. Tiraquel. de præscripti. §. 1.
Glo. 6. † præsentiam autem probasse intelli-
geretur, si probauerit vtrunque tam præscriben-
tem quàm priorem rei dominum in eadem
ciuitate fuisse præsentis. Ita Angel. vbi supra
Bald. in l. emptor. C. de longi tempo. præscr.
Petr. Philipp. Corne. conf. 50. in lite vertente.
colum. fin. lib. 2. Barthol. Socinus consil. 129.
visa contingentia. post princ. lib. 1. And. Tira-
quel. vbi supra. in loco enim vbi quisque ha-
bitat, ibi intelligitur esse præsens. Ita Ioa. Imo-
len. Alexand. & Francisc. Aret. in l. is potest. ff.
de acqui. hæreditate plenè per Andream Ti-
raquellum vbi supra, & in legibus connubili.
Glo. 6. q. 2.

1
*Præsentia est
quid facti.*

2
*Præsentia vt
probetur.*

3
*Impedito non
currit præscri-
ptio.*

4
*Hypothecaria
quanso tem-
pore præscri-
bitur, ard. q.*

5
*Impeditis sua
sponse nõ sub-
uenitur.*

Denique † quemadmodum absentia
quasi priuilegij loco concessum est vt dupli-
centur tempora & inducitur vsucapionum, d. l.
fin. C. de longi temp. præscriptio. in principio.
Institutio. de vsucapion. ita quoque impedi-
ditis iusto iuris impedimento datum est vt
nullo modo currat præscriptio. leg. prim. §.
fin. C. de annali exceptio. leg. contra maiores.
C. de inofficio. testamen. leg. qui hæredi. §.
si pars. ff. de cond. & dem. Qua † ratione con-
trouersum est, an creditori habenti hypotheca-
riam currat præscriptio eo casu quo debitor
rem hypothecatam alienasset, eamque longo
tempore emptor possedisset, mouet quæstio-
nem quòd hodie creditor ille contra tertium
illum possessorem agere non potest nisi de-
mum excusso prius principali debitore, sicque
interim videtur agere impeditus, & conse-
quenter videtur quòd contra eum præscriptio
non currat, argu. authen. hoc ita si debitor. C.
de pignora. & ita in specie per hanc rationem
tenet Alexand. consilio 58. viso & perlecto
prope si. libro secundo. verùm contrarium te-
net ipsemet Alexand. consil. 220. ponderatis
his quæ in superiore libro 6. colum. vlt. Andr.
Tiraquellus de præscriptio. §. 1. Glo. 7. qui v-
trunque locum refert relinquit cogitandum
quid dicendum, & sanè pars affirmatiua vt
contra iustum creditorem currat præscriptio

longè verior est, nam quòd vulgo traditur cõ-
tra impeditum agere, non currere præscriptio-
nem, id quidem regulare est. Fallit tamen
quando in manu ipsius impediti erat remo-
uere illud impedimentum, idque negligit,
tunc enim contra eum non desinit currere
præscriptio non magis quàm si reuera vel om-
nino impeditus non fuisset. Ita est text. in leg.
qui hæredi. §. si pars. ff. de cond. & demon. dixi
plenè in l. contra maiores. C. de inof. testam.
vbi eadem si milititer exceptio probatur.

Ad † idem. l. iam dubitari. ff. de hæred. insti.
vbi æquissimum illud abstinendi beneficium
filijs concessum, eisdem denegatur, quando
non ex necessitate præcisa, sed tantum causa-
tiua hæredes patri extiterunt, si enim (inquit
lex) filius à patre sub potestatiua conditio-
nem minimè explendo hæredem patris non
fieri, vnde si eam conditionem expleuit, con-
tinuò fit hæres à lege iuris suitatis, iuxta l. cõ-
ditionibus pupillus, verbo, iure potestatis,
vbi notat Sozin. colum. penul. ff. de conditi-
on. & demon. & tamen licet sic à lege hæres fa-
ctus fuerit, adhuc denegatur ei beneficium
abstinendi eo, quòd in manu sua fuerat con-
ditionis implementum prætermittere, sicque
hæres à lege minimè fieret, prout hæc ratio
nuncupatim reddita est, in d. l. iam dubitari,
ibi cum sub hac conditione instituti, iam non
vt necessarij, sed sua sponse hæredes extiterint.
sicq; legis auxilium non meruerunt.

6
*Abstinendi
ius non datur
ei qui sponse
hæres extitit.*

† Ad idem leg. si filius qui patri. ff. de vul-
ga. quam, vbi supra, inducit Sozin. & multa
in simili per lason. in leg. si fideiussor. §. si ne-
cessaria. ff. qui satisd. cogi. sic ergo & in specie
nostra auxilium legis impeditis pollicitum
non meretur is creditor, quando quidem in
manu sua erat debitorem conuenire, sicque
illud impedimentum remouere, præsumim, †
cùm etiam ante principalem debitorem excus-
sum competat actio hypothecaria contra
tertium possessorem, vt tradunt Glo. & Barth.
in l. 2. C. cõmun. diuid. & Andr. Tiraq. vbi su-
pra, & licet ipse possit opponere exceptionem
ordinis, id tamen iam sufficeret ad suam præ-
scriptionem interrumpendam, ad eamque in
mala fide constituendum, vt tradunt Docto.
in leg. more litis. C. de rei vendic. & suo loco
differemus, pro nobis tex. in l. qui potest face-
re. ff. de regu. iur. & in leg. quibus dieb. in pri.
ff. de condition. & dem. vbi multa per Soz.
post Barthol. & Paulum Castre. ibi & per Hie-
ronymum Cagnololum, in d. l. qui potest. Phi-
lippumque Decium ibi, & nostram sententi-
am in specie vno verbo tenet Franciscus Bal-
bus de præscript. in 4. par. quintæ partis prin-
cipal. q. 3. numero secundo. versu. ex quo infe-
ro motus. quia in potestate creditoris est effi-
cere vt ea actio oriatur, id quod secundum
superiora declarandum est, & quæ dicta
sunt

7
*Necessitas
sponse causa-
ta non consi-
deratur.*

8
*Hypothecaria
an competat
ante excus-
sum princ. de
bitorem.*

sunt in hac actione hypothecaria contraria re-
petita esse credantur & in pignoratitia, quia
vtrouque casu par ratio est, sicq; idem ius illud.
ff. ad legem Aquiliam.

⁹
*Hypothecaria
vel pignorati-
tia directa vt
prescribatur
ard. 9.*

Hactenus de actione hypothecaria contra-
ria, † Quid autem pignoratitia, vel hypothe-
caria directa, quæ competit debitori contra
creditorem, puta debebam tibi ceterum pigno-
ris nomine, tibi tradidi rem mobilem, vel hypo-
thecæ nomine tradidi tibi fundum, quam
rem mobilem, aut fundum vendidisti, a em-
ptor eas res præscribere possit, cum ille non iu-
re creditoris, sed tanquam res suas eas vendi-
disset, mouet quæstionem, quod debitor ante
solutionem non potest ad res suas recuperan-
das agere, sicque vt impedito non currere præ-
scriptionem videbatur, argu. d. l. contra maio-
res. C. de inoffic. testamen. d. l. 1. §. fin. C. de an-
nali excepti. d. l. fin. §. fin. autem. C. commun.
delega. Contrarium adhuc tenent Franciscus
Balbus, vbi supra, post Paul. Castren. quem
allegat consil. 294. ego Paul. Castren. in volu-
mine antiquo, & Bal. consil. 292. super eo. lib.
3. mouentur quia ille non videtur impeditus,
quando quidem poterat debitum exoluen-
do rem suam recuperare. sicque ei non subueni-
tur, argu. d. l. iam dubitari. d. l. qui potest face-
re. d. l. quibus diebus. in princip. & in c. fin. de
elect. & in l. 3. §. quid ergo. ff. de contrario iud.
tutelæ. † Et enim vera & cõmunis opinio est
per dd. iura, vt quando quis impeditus est, sed
ipse potest impedimentum remouere, tunc ei
currat tempus etiam sine spe restitutionis, ita
Felynus colum. 1. & Paulus Parisius colum. 3.
in capitu. ex transmissa. de præscript. Ludoui-
cus Romanus consil. 435. Hierony. Cagnolus
numero 3. in d. l. qui potest facere. Alexand.
consil. 72. colum. fin. libro 5. Riminaldus in l.
procurator. vltim. nota. C. de edendo. Philip-
pus Decius in cap. cum inter. colum. 8. de ex-
ceptionibus. idem Decius consil. 677. Ioannes
Crotus in repetition. leg. si is qui pro emptore,
de vsucapio. 3. colum. charta penulti. † Quid
autem si is debitor egestate laboraret adhuc
idem, vt contra eum currat tempus mero iu-
re, quod attinet hanc ad rei suæ præscrip-
tionem, nam ea necessitas, quæ non præberet in
communi impedimentum, sed tantum in
particulari, non est in consideratione, eam &
similiter dicimus, quod & si necessitatis cau-
sa relaxetur solennitas testandi, tamen intel-
ligitur si ea necessitas erat in communi homi-
nibus illius loci vbi testamentum fiebat, forte
propter timorẽ pestis, aut hostium, non sic si
erat particularis in eo testatore tantum, pro-
pterea, quod erat reliquis fortè conciuibus in-
festus, aut ita pauper vt testes ad eum accedere
noluerint, vt disseruimus de succession. crea-
tion. libro secundo. §. 4. numero. 61. in simili
per Andream Tiraquel. de causa cessante. par.
secunda, limit. 32. per leg. prim. ad finem. ff.
de minoribus. Ceterum hoc casu licet tempus

¹⁰
*Impeditio et
sine spe resti-
tutionis cur-
rit tempus si
potuit tollere
impedimen-
tum et negle-
xit.*

¹¹
*Pauperibus
currit tempus,
sed restituuntur.*

mero iure currere non desinat, tamen huma-
num erit concedere restitutionem, argum. eo-
rum, quæ diximus in illo articulo quo nega-
uimus tempus appellandi currere pauperi-
bus, vt supra lib. præced. cap. 136.

Hactenus † quando ea res de qua præscri-
benda agebatur, specialiter erat obligata. Quid
autem si generaliter venditor quid de euictio-
ne emptori promisit, in id omnia bona sua ob-
ligauit (vt solenne est) deinde bona omnia
alienauit, an reliqui emptores vel fortè do-
natarij qui ea bona acceperunt legitimo titu-
lo possint præscribere contra illũ primum em-
ptorem ius hypothecæ, quod ei compete-
bat, & Andre. Tiraquellus de præscrip. Glo. 7. post
Panorm. quem allegat consil. 22. quidam Io-
ann. de Senis libro secundo tenet, non cur-
rere præscriptionem, quibus adde idem tenen-
tem Franciscum Balbum de præscri. in 4. par.
5. partis princip. q. 3. vers. & quod non præscri-
batur post Glo. quam allegat in leg. empti. C.
de euict. Mouentur, quia, inquiunt, emens
rem alienam de euictione agere non potest
antequam ea euincatur. leg. qui rem, & leg. si
post. C. de euictionibus. ergo is impeditus est
agere, & consequenter contra eum non cur-
rit præscriptio, per dd. ll. Sed hæc elegans opi-
nio nobis tuta non sat videtur, nec enim mihi
impeditus agere videri is potest, qui ius suum
habet iam natum inque esse iam productum,
nec dubium est quin iste creditor ius reale ha-
bere intelligatur. leg. fin. C. de reb. ali. non ali.
ergo non est agere impeditus cum habeat ius
reale in esse productum & ortum, possitque
prohibere & denunciare debitori, ne res suas
alienet nisi saluo iure suo hypothecæ, & de-
nunciare emptori vt eas res sciat esse obliga-
tas, sicque vt eas cum suo onere & causa emat &
non aliter, sciatque se in ijs rebus si eas emerit
habiturum consortem quoad illud ius hypo-
thecæ, quo facto ille iam in eodem statu con-
stituatur, in quo ipse debitor erat. sicque hac
mala fide præscribere nunquam poterit. Di-
uersum est diuersaque causa & ratio est illius,
cui vel nullum de presenti ius competit, iux-
ta leg. prim. §. fin. ff. de annali except. C. vel
competit sub conditione, iuxta d. §. fin. au-
tem. leg. fin. C. communem de lega. d. l. contra
maiores.

† Hi enim nullum ius habere dicuntur,
quia conditionalia nihil ponunt in esse. leg. si
quis sub conditione dandorum decem. ff. si
quis omi. caus. testamen. Sicque meritò di-
cuntur agere impediti, & contra eos non cur-
rit præscriptio, ergo si noster emptor negligens
fuerit in tali denunciatione facienda, sibi im-
putet, & meritò ei curret præscriptio. Dicit
quis, quid si ignorauit eas res sibi obligatas a-
lienari? respondeam ei nihilominus currere
præscriptionem, quia tunc nõ tam iuris quàm
facti esset impedimentum, quod non impe-
dit currere præscriptionem, & in eo tantum quæ-

¹²
*Hypothecaria
generalis an
prescribatur,
ardua 9.*

¹³
*Conditiona-
lia nil ponunt
in esse.*

14.
Impedito de
euictione age
re an currat
presc. ar. q.

stio tunc esset, an propter iustum illud facti impedimentum posset contra talem prescriptionem restitui, vt per text. iuncta doctrina Barthol. ibi in leg. fina. C. de longi temporis prescripti. de quo infra plenius agemus, cogita tamen. Quid † autem si mihi postea nunciatum esset, hanc rem quam ab illo emi esse alienam, adhuc antequam ex facto euicta esset, de euictione agere non possem. d. l. si post. d. l. qui rem. C. de euict. & consequenter interea videor agere impeditus, nec mihi curreret prescriptio, secundum Andream Tiraquellum, vbi supra, id quod durius est quam superius. nam id scire dicimur quod vehementer iustis ex causis moti opinamur. leg. cum quidam. §. quod dicitur. 1. & 2. cum ibi notat. per Gloss. & Doctor. ff. de acquiren. heredit. si ergo postquam bona fide emeram viri boni & graues dixerunt mihi eam rem esse alienam, iam dicor scire eam esse alienam, & consequenter intelligo à me euictam iri verosimiliter, quia verus huius rei dominus non est credendus hanc suam rem omisurus, aut neglecturus. leg. cum de indebito. ff. de probatio. sicque etiam nequeam de euictione agere contra principalem, nec etiam contra illos tertios possessores antequam re vera euincatur, interim tamen & potero, & deberem eis denunciare, vt sciant quemadmodum sese res habeat, etenim potentia proxima actui proprio meractu reputatur, sicque cum primum maritus dissipare, vel ad inopiam, vergere cepit, potest mulier agere ad dotem. leg. in rebus. leg. vbi. cum vtrobique notatis. C. de iure dotium. ergo cum in specie nostra, cum primum intellexi rem esse alienam, intelligo potentiam, vt ea res à me absit, vel abscissura sit, propinquam esse, & verosimilimam, par est vt contra illos tertios possessores agere possint saltem denunciando, quemadmodum se res habeat eosque per hoc in mala fide constituendo, vt sic contra me ius meum hypothecae prescribere nequeant, id quod si omiserim mihi merito imputabitur, mihi que tanquam non impedito nisi culpa vel sponte, aut negligentia mea non est, cur non currat prescriptio, iuribus, & rationibus de quibus supra, cogita tamen quia non affirmo. In † superioribus tamen speciebus retenta opinione existimantium non currere prescriptionem illam, intellige quod ad prescriptionem ordinariam decem, aut viginti annorum, non sic in prescriptione anno. 30. quae non desineret currere, secundum Balbum, vbi supra, q. tertia in fine.

15
Impediti cur
rit presc. 30.
annorum.

16
Censum annuum habens
super re qua
post alienatur
an agere im
peditus dica
tur, uor. q.

† Quid si Mæuius vendidit mihi decem aureos annuos, in idque domum obligauit, quam postea alteri vendidit, qui contractus legitimus & vtitatissimus est, appellaturque census vulgari nomine, is per annos viginti eos aureos annuos persoluit, totidemque annos emptor domus eam bona fide possidet,

postea is debitor meus non vult aut non est idoneus ad annum illum censum persolendum, vtrum possim agere contra domus illius emptorem, an vero ille sese prescriptione possit defendere, attigit Andr. Tiraquell. vbi supra Glo. 7. in fin. sed non definiuit, allegat Speculatorem de prescripti. §. 1. versicul. pone colonus, & titulo de locato. §. nunc aliqua. versicul. 44. Guiliel. de Cune. & Bald. in leg. solennibus. C. de rei vendication. Bald. in leg. arboribus. §. qui tamen. ff. de usufruct. Callane. in consuetud. Burgundia. ritu. des centes. §. 2. colum. 15. versicul. nunc succedit. Alexan. consil. 71. videtur. colum. fin. lib. 1. Et sane si illius domus emptori ab ipso venditore dictum fuit (vel etiam ab alio, ita vt credere deberet) eam rem esse obligatam vel illo censu oneratam, expeditum est eum vt malae fidei (quod attinet ad illud ius) possessorem non posse prescribere, quod si nihil ei dictum fuit, tunc si illius rei ignarus erat qui emeret annum illum reditum, iusto facti impedimento tentus videtur, & est materia d. l. C. de longi tempo. prescrip. cum ibi notatis per Barth. quod si id nouerat, & neglexit denunciare emptori quemadmodum se domus illa haberet, vt sic eum in mala fide constituere, sibi imputandum videtur iuxta ea, quae superius dicta fuerunt. nec enim video vt possit videri aut dici, agere, aut denunciare impeditus is qui ius suum habet in esse productum, & nulla conditione suspensum.

SYMMARIUM.

- 1 Titulus ad prescri. requiritur.
- 2 Titulus allegatus an presumatur.
- 3 Intell. l. cum de in rem. ff. de vsur.
- 4 Obligari personaliter durius quam rem tradere suam, & alienari.
- 5 Titulus beneficij presumitur ex longo tempore.
- 6 Oblitio presumitur post longum tempus.
- 7 Emancipatio post longum tempus presumitur.
- 8 Additio hereditatis presumitur.
- 9 Consensus presumitur post longum tempus.
- 10 Matrimonium presumitur post longum tempus.
- 11 Manumissio presumitur post longum tempus.
- 12 Consensus patris presumitur post longum tempus ad validandum filij contractum.
- 13 Tempus longum facit presumi licentiam mariti in vxoris contractu, idem quod consensum propinquorum.
- 14 Tempore ex longo presumitur consensus domini in venditione rei emphyteuticæ.
- 15 Tempore ex longo presumitur ratificatio.
- 16 Emancipatio illegitima validatur ex longo tempore.

17 Longum

- 17 Longum tempus facit filium præsumi emancipatum.
- 18 Intell. l. cum de in rem. ff. de vsur. vt procedat etiam si allegaretur titulus donationis, contra communem opin.
- 19 Lex noua præterita annullans, an extendatur ad diu obseruata.
- 20 Domicilium quanto tempore videtur queri.
- 21 Tempus longum facit sustineri contractus illegitimus.
- 22 Votum continentia præsumitur ex longo tempore.
- 23 Ordo sacer præsumitur ex longo tempore.
- 24 Vniõ Ecclesiarum præsumitur ex longo tempore.
- 25 Consensus Episcopi in vniõne præsumitur ex longo tempore.
- 26 Tempore ex longo præsumitur consensus coniugis ad solutionem tori.
- 27 Temporis longi taciturnitas facit præsumi diuisionem, etiam si agatur de graui præiudicio, at-
dua questio.

TERTIA PARS PRINCIPALIS AD Titulum spectans.

CAPVT LXI.



TITVLVM in præscriptionibus requiri vulgo traditum est, per l. nullo. C. de rei vendic. l. vnic. C. de vsucap. transfor. in princ. Instit. de vsucap. cum similibus. quod nos iustam possidendi causam appellamus. l. quod vulgo. ff. pro empt. l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsucap. l. si. ff. pro suo. cum simil. quod quemadmodum intelligendum sit, plenè disseruimus infrà cap. 77. nume. 10. & cap. 72. & c. 81. † Sed egregia questio est, vt iste titulus vel iusta possidendi causa probetur, is enim titulus sufficiens, & idoneus intelligitur, qui ad dominium transferendum habilis, & idoneus est (quale est si eam rem mihi venditam, aut dotis nomine datam, aut donatam inter viuos dicerem, aut fortè legati, vel fideicommissi nomine in vltima voluntate relictam, vel conditionis implendæ causa traditam, vel titulo hæreditario relictam, vel fortè rem titulo pro de relicto captam, & similia, vt per totos titulos ff. & C. pro empto. & ff. & C. pro donato. & ff. & C. pro dote. & ff. & C. pro suo. & ff. pro derelicto. & ff. & C. pro hærede. & ff. pro legato, & l. 1. ff. de conditio. causa data, & l. videamus. 2. ff. de vsuris. & per Bart. in l. quartam. num. 9. cum sequentibus. ff. ad legem Falc.) si ergo aliquo ex his titulis me possidere & possedisse allegauim, an per solam allegationem is titulus iuncta diutina possessione præsumatur dubium, & est, † & crederem talem legitimum titulum allegatum præsumi ex diutina possessione, per l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. vbi si annua præstatio

vniformis longo tempore mihi soluta fuit, & in posterum tantundem annum mihi debere contendam, & allegem aliquem titulum in id obligatorium, is titulus præsumitur, & probatur ex illa diutina præstatione. sic ergo & in specie nostra postquam diu rem possedi, si eam me ex iusto titulo possedisse allegem, is titulus ex ipsamet diuturna possessione præsumetur. Adstringitur hoc argumentum, nam si in terminis dict. l. cum de in rem. id fit ex vi possessionis discontinuæ, quæ esse intelligitur in decem annuis illis præstationibus, multò facilius idem erit in specie nostra, vbi erat possessio continua. Quandoquidem continua possessio tam efficacior est discontinua, quod in illa solum decennium sufficiat ad præscribendum: in ista verò centum anni exiguntur, vt in l. 1. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & in l. 1. & l. 2. ff. de aqua plu. iuncta l. seruitutes, in mag. ff. de ser. & astringitur secundò, quia in terminis d. l. cum de in rem. erat quasi possessio tantum, non etiam possessio vera, vt patet: hic autem vera possessio est.

† Postremò adstringitur, nam de longè grauiore præiudicio agebatur in terminis d. l. cum de in rem, quàm in specie nostra: argu. text. egregij in l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg. 2. ibi, sunt enim in rebus suis legandis, quàm in alienis comparandis & in onerandis hæredibus faciliores voluntates, quorum verborum sensus est longè facilius esse cuiq; rem suam dare, quàm obligari personaliter ad aliquid emendum emptumq; tradendū, quanto ergo durius videretur Iureconsulto illi, si ea obligatio personalis non vnica solutione perimenda esset, sed in æternum duratura ad aliquid annuū in æternum persoluendum, vt fit in terminis d. l. cum de in rem. Proinde si ibi huiusmodi duritie non obstante titulus allegatus ex sola illa diuturna non possessione, sed quasi possessione præsumitur, multò magis in specie nostra præsumetur, vbi nulla in futurum obligatio est, neque æterna vel geminata, neque simplex, præsertim cum hic sit vera possessio, ibi impropria, hic continua, ibi discontinua. Optimè facit, quia generale esse videtur, vt ex diuturnitate temporis ad præscribendum definiti præsumatur titulus: argu. l. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & l. 1. & l. 2. ff. de aqua plu. arce. vbi expressum est eam temporis diuturnitatem, vim legis conuentionalis aut constituti obtinere. sicque alium titulum non requiri. Neque ad rem pertinet, quod ibi centum anni vel tempus immemorabile exigatur. nam ibi in rebus & possessione vel quasi discontinua, in qua tantundem & non plus operatur centum anni, quantum longum tempus decem vel viginti annorum, vbi possessio esset continua, vt in specie nostra. † Postremò optimè facit, quia in nulla vnquam re tam enixè titulus

4
Obligari personaliter durius, quàm re tradere suam & alienari.

1
Titulus ad scri. requiritur.

2
Titulus allegatus an præsumatur.

3
Intell. l. cum de in rem. ff. de vsur.

5
Titulus beneficij præsumitur ex longo tempore.

titulus desideratur, quàm in obtinendo Ecclesiastico beneficio. c. beneficium ecclesiasticum. de reg. iur. lib. 6. & tamen etiam in Ecclesiasticis beneficijs post longum tempus decennij præsumitur titulus allegatus, vt est vera & communis opin. quam tenent Bald. Ang. Ioan. Imol. Ludo. Rom. & Franc. Aret. in l. qui in aliena. in prin. ff. de acquir. hæred. And. Tiraq. de præscri. §. 1. Glo. 4. vers. 6. eiusdem farinz, ex cuius relatione apparet, hæc esse communem opin. Fernand. Loazes Archi. Terraco. in consil. pro Marchio. de Velez, dub. 1. pag. 269. Host. Innoc. Card. Anton. de Butrio, Panorm. Ioannes de Imola, Felin. & communiter alij in d. c. illud, de præsum. & in d. c. licet. Heli. de simo. & in d. l. si filius. C. de petit. hæredi. Card. Andreas Sicul. & alij in c. requisisti. de testam. Domini de Rota in decis. 84. incip. nota. quòd vbi contra aliquem excipitur, sub tit. de prob. & excep. in antiquis. Ioan. de Imol. in c. ex frequentibus, de instit. Nicolaus de Milis in d. suo Repertorio, in verbo, Episcopus. in d. versicu. antep. Alexand. in consil. 219. incip. ponderatis his. colum. 3. vol. 6. Andre. Siculus in consil. colum. 5. vol. 4. Barthol. Socin. in consil. 170. colum. penult. vol. 2. Felin. in c. sicut. col. 15. vers. fallit. 4. de re iudi. & in consil. 2. incip. excellens Doct. in 6. & 7. col. Barthol. Cassane. in consil. 11. incip. lecas. col. 27. in 2. dubio. Ioan. de amicis in consil. 121. incip. coram magnifico domino, & tradit Mattheus de Affli. in decis. Neap. decisio. 368. incip. in casu nobilium, in 2. colum. cum sequent. † In summa hæc pars probatur ratione, nam post longum tempus præsumitur obliuio, adeò, vt post tale tempus possessionis suæ oblitus quis videatur, quanto ergo magis testes, quorum nihil interest, per quos eum titulum, quo de agitur, probare curabam, præsumuntur merito obliti. Sicq; post tale tempus non iniuria tituli probatio maximè difficilis reputabitur, & consequenter merito à lege cessabit hoc casu tituli probandi onus, isque titulus allegatus post diuturnam possessionem merito præsumetur. Quod autem post longum tempus decennij etiam propriæ possessionis quis oblitus præsumatur, vera & communis opinio est, quam tenent Dynus in c. sine possessione, in fin. de reg. iur. lib. 6. Gloss. & Iacobus Butrig. in l. licet. C. de acquir. hæred. la. in l. 1. §. per seruum. colum. 4. lect. 2. ff. de acquir. possess. Andreas Tiraquel. qui hanc affirmat esse receptiorem sententiam de præscrip. §. 1. Gloss. 4. versicul. postremò tempus, ibi, sed multò plures. Ioan. Andr. in additio. Specul. in tit. de peti. & poss. quo loco supra citauimus. Bart. & Bald. in l. 1. C. de seruis fugitiuis. Bart. & Ange. in dict. §. si fortè. ibique latè Alex. colum. 1. & sequent. qui respondet rationibus aduersariorum. Barto. in l. Celsus. colum. 2. ibi, vel cum negligentia longi temporis. ff. de vsucap. Bald. in l. vlt. C. de his, qui à non domi. & in l. si minorem.

C. de in integrum resti. mi. & in d. l. 1. in fin. C. de seruis fugitiuis. & in repe. l. edicta. colum. 4. versic. incidenter quæritur, ibi, dummodò sit intra decennium. C. de eden. & consil. 37. quidam tabellio. colum. vlt. lib. 1. & consil. 150. casus actualiter. colum. penult. lib. 2. Rosellus inter consilia Bald. consil. 445. super prædictis. col. 2. lib. 2. Panorm. col. 5. & Feli. col. pen. in c. vigilanti, de præscrip.

Quintò † eadem pars probatur per text. in l. 1. C. de patria potesta. vbi filius postquam diu fuit in quasi possessione sui iuris, & si nullum titulum emancipationis vel dignitatis vel alterius rei aut modi, per quem solent liberi à patria potestate liberari, ostendat, adhuc sui iuris esse præsumitur, & iustam causam seu titulum gerendi se pro homine sui iuris habuisse intelligitur, quamuis ea possessio (id quod durius & mirabilius est) aduersetur priori statui ipsius, nam ipse non negabat, se patris sui legitimum filium fuisse ex legitimo matrimonio natum, sicque olim sub eius potestate fuisse constitutum, iuxta l. filium eum definimus. ff. de ijs, qui sunt sui vel alieni iuris, & in princ. Institut. de patria potestate. & Institut. de nuptijs, in princ. Et tamen emancipatio in facto consistebat, quòd præsumitur ex diutina poss. vel quasi, vt ibi iuncta l. emancipati. C. de colla.

Sextò † facit text. egregius in l. si filiusfam. C. de pet. hæred. vbi hæreditatem filiofam. delatam is filius longo tempore possedit, & ex illa diutina possessione præsumitur legitimus titulus, hoc est, hæreditatis additio, licet illa in facto consistat. §. fin. Institut. de hæred. qual. l. gerit. l. is potest. ff. de acquir. hæred. & textum. d. l. filiusfam. dicunt singularem Bald. & Angel. ibi, & Bald. in l. si certis annis. colum. 4. C. de pact.

Septimò † facit l. qui in aliena, in princip. versic. sed & si non aderit. ff. de acquir. hæred. vbi ex diuerso hæreditatem filiofam. delatam pater ipso longo tempore possedit, & per hoc legitimus titulus vt cunq; in facto consistat, præsumitur (hoc est) additio hæreditatis à filio facta. & text. ille singularis est, secundum omnes Doct. ibi, & secundum Barb. conf. 33. scribit Psalmista, col. 2. lib. 2.

Octauò † facit elegans text. in c. illud. de præsumpt. vbi per diutinam cohabitationem maris & femine præsumitur legitimum matrimonium, alijs concurrentibus adminiculis, nec dubium est rem facti esse matrimonium, vt per totum titulum de sponsalib. quem text. Anton. Card. Ioan. Imol. Panor. & Feli. ibi trahunt ad matrimonium spirituale rectè contendentes, titulum beneficij ex diutina possessione vel quasi præsumi, vt supra disseruimus. Nec dubium est, contractum matrimonij longè grauioris præiudicij esse, quàm vllus alius contractus, quandoquidem in æternum inducit obligationem, adimitque libertatem, iuxta illud:

7
Emancipatio post longum tempus præsumitur.

8
Additio hæreditatis præsumitur.

9
Cõsensus præsumitur post longum tempus.

10
Matrimonium præsumitur post longum tempus.

6
Obliuio præsumitur post longum tempus.

Illud: Quos Deus coniunxit, homo non separet. ergo longè facilius idem recipiendum in reliquis actibus, qui tanti momenti esse nequeunt.

11 *Manumissio presumitur post longum tempus.*
 Nonò † facit text. in l. circa. ff. de proba. vbi qui diu fuit in quasi possessione libertinitatis, licet agnosceret se olim fuisse seruū illius, qui ei status quæstionē mouebat, adhuc præsumitur iusto ex titulo, & causa, fuisse in tali quasi possessione, & si istitulus manumissionis sit quid facti. dict. l. si emancipati. C. de collation.

12 *Consensus patris presumitur post longum tempus ad validandum filij contractū.*
 Decimò † facit, nam si ex forma statuti filius nequeat contrahere sine expresso patris consensu, adhuc si is filius re vendidit, eamq; longo tempore emptor possedit, is consensus, & sic legitimus titulus vtcunque consensus in facto consistat, iuxta l. bonæ fidei. §. 1. de acquir. rerum dom. præsumi non desinit, ita in specie tenent Bald. in d. l. si filiusfa. C. de petit. hered. Alex. conf. 79. circa primum, de quo quæritur. col. 3. lib. 1. And. Tiraq. de præscrip. §. 1. Gloss. 4. vers. 2. huc pertinet. And. Barb. in l. sciendum. col. 26. ff. de verbor. oblig. & in l. 1. col. 12. ff. de verb. oblig. & in rep. l. 1. C. qui admitti. Franciscus Areti. conf. 36. casus talis est. col. 1.

13 *Tempus longum facit presumi licentiam mariti in uxoris contractu. Idem quo ad consensum propinquorum.*
 Vndecimò † facit (id quod superiori rei proximum est) quod si mulier aut minor nequeunt contrahere sine duorum propinquorum consensu, certè post longum tempus interuentus illius consensus vtcunque in facto consistat, præsumitur. Ita tenent Bald. Angel. Ioan. Imol. & Aret. in d. l. filiusfam. per Andre. Tiraq. de legibus connubi. Gloss. 5. 8. limi. vnde in terminis l. Taurinz 45. idem respondendum erit, vt si vxor per illam legem contrahere in scio viro vetita contraxit post longum tempus, præsumatur licentia mariti præcessisse, & alibi latius egimus.

14 *Tempore ex longo presumitur consensus domini in vendicatione rei emphyteutica.*
 Duodecimo † facit, nam qui rem emphyteuticam emit, & sciente domino directo eam diu possedit, præsumitur legitimum titulum (hoc est, consensum) ab eo habuisse. Ita Alex. conf. 113. viso & diligenter. col. pen. lib. 4. And. Tiraq. vbi supra nempe de præscr. §. 1. Gloss. 4. vers. 3. non hinc. Philippus Dec. conf. 185. colum. vlt. Ias. in d. l. si certis annis. C. de pactis, col. 3. idem Deci. conf. 409. viso conf. colum. 1. Ias. in l. 1. col. 6. C. qui admitti.

15 *Tempore ex longo presumitur ratificatio.*
 Tertio decimò † facit, nam si bonorū possessionem sibi delatam filiusfa. agnouit, & res hereditarias longo tempore possedit, per hoc præsumitur patris ratificatio, vtcunque facti sit, sicq; sibi quæritur vsusfructus, iuxta l. fina. C. de bonis quæ liberis. Ita in specie tenent Gloss. in l. 1. verb. ratam. C. qui admitti. quam ibi sequuntur Cynus, Barto. Angel. Salicetus, Fulgosius, Ludouic. Roman. Alex. Philippus Corne. & Ias. & Andreas Tiraquell. vbi supra, vers. 5. quod autoritate, vbi hanc dicit communem opinionem, licet cōtrarium voluerit Paulus Castrensis in dicta l. 1.

Quartodecimò † facit l. si post mortē, cum Gloss. ff. de adopt. vbi filiusfam. & si minus ritè fuisset emancipatus, tamen si diu stetit in quasi possessione hominis sui iuris, per hoc ea emancipatio quasi reualidatur.

16 *Emancipatio illegitima reualidatur ex longo tempore.*
 Quintodecimò † facit, nam si filiusfa. diu vixit seorsum à patre perse negotiando, licet non probetur fuisse in quasi possessione hominis sui iuris, hoc est, non probetur se quasi emancipatū gessisse, adhuc præsumitur emancipatus, vtcūq; emancipatio facti sit. l. emancipati. C. de colla. ibi teq; emancipatum probatum fuerit, vbi notat Ias. ita in specie tenet Bald. in d. l. si post mortem, prope finem. And. Tiraq. vbi supra. vers. 7. superioribus. idē Bald. in l. 1. per text. ibi. C. de patria potest. & in l. 2. C. si aduersus rem iudi. And. Barb. in d. l. sciendum colum. 27. ff. de verborum obligat. Ias. in d. l. si certis annis. col. penult.

17 *Longum tempus facit filij presumi emācipatum.*
 Sextodecimò † facit text. egregius in l. Procula. ff. de prob. iuncta l. cum de indebito. eodem titulo. vbi etsi donatio nunquam præsumatur, tamen post longum tempus præsumitur, cum alijs adminiculis, secundum Barto. in dicta l. Procula. sequitur Andre. Tiraquell. vbi supra. vers. 8. istis. Idem Barto. in l. quæ dotis. ff. solu. matrim. Ioan. de Platea in l. quicunque de apo. pub. lib. 10. Cuman. conf. 136. visis instrumentis. Bald. Salic. & Florian. in d. l. Procula. Philip. Decius conf. 202. vt præfens consultatio. col. fin. Gloss. & Bart. in l. libertus quos. §. 1. ff. de alim. leg. Bar. Ludo. Rom. Alex. & alij in d. l. quæ dotis, & alij quāplures, quos allegat Andr. Tiraq. vbi supra, referens multos contrariæ partis assertores, qui affirmant d. l. cum de in rem, non habere locum, quando possessor ille, vel quasi possessor titulum donationis allegaret, quia tunc, inquiunt, cum sit iuris præsumptio in contrarium, quia nullus præsumitur donare, iuxta dictam l. cum de indebito, merito ex tali allegatione is titulus allegatus non præsumeretur, quæ ratio vento leuior est. nam & similiter emancipatio non præsumitur, quia facti est. d. l. si emancipati. ea autem, quæ facti sunt minimè præsumuntur, nisi probentur, vt ibi, & in l. in bello. 4. factæ. ff. de capt. & tamen ea emancipatio post diutinam possessionem, vel quasi præsumi non desinit. d. l. 1. C. de patria potest. cum alijs supra allegat. astringitur hæc ratio, nam emancipatio similiter continet donationem, & non quidem leuem, sed rei inestimabilis. l. filiusfamil. §. secundum vulgarem. ff. de legat. 1. ergo cum ex diuturna quasi possessione emancipationem præsumi ostenderimus, longè facilius idem præsumendum in alterius cuiusque rei concessione.

18 *Intell. l. cum de in rem. ff. de usu, vt procedat etiā si allegaretur tit. donatiōis, contra cōmūnem opinio.*
 Astringitur & secundo, nam si ex vi diutine quasi possessionis (vt est in quasi possessione gerendi se pro homine sui iuris) recedimus ab illa præsumptione, quod nullus præsumitur donare, multò magis idem fiet ex vi veræ posses-

possessionis, vt si diu possedi rem tuam te sciente. Quinimò in hac sola præsumptione donationis plerunque nituntur omnes leges de præscriptione inter præsentés disponetes, qualis est l. alienationis verbum. ff. de verborum significatio. vbi, vix est enim, vt non videatur, &c. & l. si quis diutino. in princip. ff. si serui. vend. nec dicatur, quòd d. l. si quis diutino, loquitur in concessione seruitutis, quæ parui præiudicij esse videtur, sicque titulo non exigit: nam quia idem sit, in ijs quoque maioris momenti, & præiudicij sunt, constat ex dict. l. alienationis. vbi de ipsa proprietate agebatur, & idem probatur in l. si ego. §. primo. ff. de public. in rem action. ibi per traditionem, aut per patientiam fortè, & tamen ibi agebatur generaliter de omni seruitute, & sic etiam de vsufructu, qui pars domini est. l. quarta. ff. de vsufruct. Ad idem §. final. Institut. de iniur. vbi præsumitur per patientiam etiam vnus anni iuris nostri concessio, & remissio, denique hoc probat euidenter d. l. cum de in rem verso. ff. de vsuris in longè fortioribus terminis, vt exposuimus supra prope initiu huius capitis. Præfertim cum ibi illa obligatio annua non est, cur non posset procedere ex causa donationis non secus, quàm ex reliquis quibusuis causis, & qui contrarium dixerit, loquetur contra generalitatem illius textus, & in mille iuris speciebus supra relatis, & infra referendis apparet ea, quæ sunt facti, licet regulariter non præsumantur, nisi probentur, præsumi tamen post longum tempus. Sit ergo firma conclusio quòd si rem tuam te sciente, & patiente diu possedi, & tibi eam vendicanti obieci, quòd eam mihi donasti, tunc is titulus donationis præsumitur ex ipsamet diutina possessione, quæ te patiente cucurrit. Intelligè concurrentibus adminiculis, id quod (quibusdam repugnantibus) communiter receptum est, vt diximus. Secundò intellige etiã si alia adminicula non adessent, id quod quidam (pleriq; nostrorum repugnantibus) admittunt, & verissimum est.

Decimo septimò facit egregius text. in l. qui in prouincia. §. 1. de ritu nupt. ibi, mouemur temporis diuturnitate, vbi Imperator aliàs nõ confirmaturus temporis diuturnitate, motus id, quo de agebatur, confirmauit, quem text. literis aureis scribendum esse aiunt Barba. cõsil. 9. præclare. colum. 2. lib. 2. & Andre. Tiraq. de præscript. §. 1. Gloss. 4. versic. 9. huc spectat. cuius text. argument. Angel. ait, † legem nouam, quæ præterita annulat, non extendendam ad ea, quæ essent temporis diuturnitate stabilita, ita Ange. consil. 52. in quæst. proposita. colum. fin. cuius rei neque contestem, neque rursus contradicentem se nunquam reperijle Felyn. testatur in c. fin. col. 7. de const. Catellianus Corta in memorabil. incipien. lex noua, post Bald. quem allegat, & ita intelligit consil. 107. considerandum. lib. 5. Philipp.

19
Lex noua
præterita an
nullas an ex-
tendatur ad
diu observa-
ta.

Corne. consil. 199. in præsentis consultatione. colum. antepenult. lib. 2. vt notat Andreas Tiraquellus, vbi supra, quibus etiam & illud aliquantulum consonat, & facit: nam si vir & mulier diu cohabitauerunt tanquam vir, & vxor per ignorantiam iuris confirmatur status filiorum: ita vt legitimi intelligantur, secundum eum post Paul. Castren. & alios quos allegat, cogita super istis.

Decimo octauò facit, † nam vbi quis per integrum decennium habitauit, ibi intelligitur suum domicilium constituere, & illud illic, vbi prius erat, mutare, secundum eum, vbi supra, versic. 10. istis. per l. 2. C. de incolis. libro decimo tradunt Gloss. & Docto. ibi Gloss. & Docto. in l. hæres absens. ff. de iudi. Cyn. in l. 2. C. vbi senatores vel clarissimi. Barto. in l. lex Cornelia. §. domini. ff. ad legem Cornel. de iniur.

Decimononò † facit c. contingit, de transf. act. ibi, & fuerit aliquot annis seruata. vbi ex diuturnitate temporis contractus sustinetur, aliter minimè sustinendus, quem text. allegant, & ad notabilem quæst. inducunt Philip. Dec. consil. 140. an & quando. col. 2. & Andreas Tiraq. vbi supra. versic. 11. proximè.

Vigesimò facit text. in c. licet. de coniugio seruorum, & quod tradit, vbi supra. versic. 12. his, ipsemet Tiraq. post Decium in rubric. de præsumpt. Vbi summus Pontifex motus auctoritate, & vi temporis decenalis definit id, de quo ibi aliter non ita facturus.

Vigesimoprimum † facit text. quem Tiraq. vbi supra, versic. 13. huc respicit, dicit singularem in c. neque viduas. 27. quæst. 1. vbi virgo vel vidua si longo tempore in religioso proposito permanferit, præsumitur votum continentie fecisse, adeò, vt ad nuptias transire nequeat.

Vigesimosecundò facit, † nam & si initiatu sacris ordinibus, nemo nascatur aut præsumatur, quia id res facti est, & contraria primæuo hominis statui, tamen si quis diu se vt initiatum gesserit, talis præsumitur. Ita Inno. in c. super his. col. 3. de accusa. & est communis opin. vt constat ex relatione Felini ibi, col. 9. & Andreas Tiraquel. plures allegans affirmat hanc esse communem opinionem de præscri. §. 1. Glo. 4. versic. 17. huc pertinent.

Vigesimotertiò † superioribus accedit, nam licet nullum temporis spacium inducat vnionem, tamen si quis diu duas ecclesias tanquã vnitas possedit, vnio præsumitur, ita (& si ea res facti sit, quod regulariter, vt pluries diximus, non præsumitur nisi probetur) tenent Ioan. Andr. in c. qui contra iura. ad fin. de regul. iur. Card. Flor. in clem. 1. in princip. q. 20. de supplenda negle. præla. Feli. in c. causam. colum. 2. de præsc. ex cuius relatione cum ea, quã facit Andr. Tiraquell. idem sequitur in tract. præscr. §. 1. Gloss. 4. versic. 20. non hinc, apparet hanc esse communem sententiam.

Vige.

20
Domicilium
quanto tem-
pore videat-
ur queri.

21
Tempus lon-
gum facit su-
stineri contra-
ctus illegiti-
mus.

22
Votum contō-
nentie præsu-
mitur ex lon-
go tempore.

23
Ordo sacer-
dotum præsu-
mitur ex lon-
go tempore.

24
Vnio ecclesiarum
præsumitur
ex longo
tempore.

25
Consensus e-
piscopi in v-
nitione presu-
mitur ex lon-
go tempore.

Vigesimoquarto his proximum quoq; est, nam † & si consensus res facti sit. l. bonæ fidei. §. 1. ff. de acquiren. rerum domi. l. fin. verb. voluntatis esse quæstionem. C. de inst. & sub. tamen in tali vnione post longum tempus consensus Episcopi præsumitur secundum eum, ibi. vers. vigesimoprimo. allegat Alexā. conf. 210. colum. 3. lib. 6. & Deci. consil. 419. colum. 1. & Roman. consil. 270. cum alijs pereos allegatis, ex quorum dictis hanc esse receptam sententiam constat.

26
Tempore ex
longo presu-
mitur consen-
sus coniugii ad
solutionem
tori.

Vigesimoquinto † eodem pertinere videtur, nam & si coniunx religionem ingredi nequeat, nisi de consensu alterius coniugis. cap. significauit. de conuers. coniu. is tamen consensus vtcunque facti sit præsumitur. si ille sciente altero coniuge diu sterit in religione, ista videtur esse recepta opinio ex traditis per Felin. in c. sicut. fal. 3. de re iudi. & Andr. Tiraq. vbi supra, vers. 22. quidem sequuntur.

27
Temporū lō-
gi taciturni-
tas facit præ-
sumi diuisio-
nem etiam si
agatur de
gravi præiu-
dicio, ard. q.

Vigesimosexto † superioribus fauet, nam & si diuisio sit quid facti, vt patet per omnes titulos. ff. & C. fa. erci. & ff. & C. com. diuid. & ff. & C. finium regundorum. tamen si fratres bona paterna longo tempore separatim & possederunt, & onera eius iniuncta persoluerunt, ea diuisio & si facti sit præsumitur, ista est vera & communis opinio, quam tenent Gloss. Iacobus Burrig. Odofredus, Raynerius, Petrus de Bellaperti. Ioannes Faber, Bart. Albericus, Bald. Angel. Salic. Paul. Castren. & alij, in l. penult. C. com. diuid. Bart. colum. 3. & Florianus colum. fina. in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. Andr. Tiraq. qui sæpius appellat hanc communem opinionem de præscrip. §. 1. Gloss. 4. versicu. 14. Nicola. de Neap. & Ias. col. 7. in §. quædam. Insti. de actioni. Francisc. Aret. in l. qui in aliena. in princ. ff. de acq. hær. Bart. in sua disput. incipi. mulier habens amplum patrimonium. Bald. in l. si certis annis. C. de pact. vbi etiam Ang. Paul. Castren. Alex. Ias. col. 3. & Riminaldus. Bald. conf. 282. proponitur quod minor. lib. 2. vbi eam Gloss. ait esse communiter app. Paulus Castren. consil. 426. non sequendo ordinem lib. 2. vbi eam Gloss. ait esse comm. Alexan. consil. 92. viso & discusso. lib. 2. vbi hanc affirmat esse commun. opin. hanc pluries affirmat esse comm. opin. Francisc. Balb. de præscr. in 1. part. 3. part. prin. q. 10. vbi plures allegat, hanc sententiam receptam esse asseuerantes, & tradit multa Fernandus Loazes Archiep. Tarraco. in consilio pro March. de Velez, pag. 256. cum pluribus sequent. Andr. Tiraquel. de præscrip. §. 1. Glo. 4. vers. 14. & iterum vers. 39. vbi postquam plures quos allegat, tentat, id solum procedere, quando de leui præiudicio ageretur, & sic quando illæ portiones ab intesta. essent æquales vel testa. hæred. portionibus consentaneæ, secus alias tamen nos generaliter tenemus, d. Gloss. etiam si de graui agatur præiudicio pei plura quàm 70. fundamenta, de quibus supra,

& infra c. seq. vbi et si de grauisimo præiudicio agatur, ex longo temp. id admittitur.

SUMMARIUM.

- 1 Emphyteuticus præsumitur fundus ex longo tempore.
- 2 Longum tempus inducit mutationem mala fidei.
- 3 Ecclesia consecratio ex longo tempore præsumitur.
- 4 Iuramentum præsumitur ex longo tempore.
- 5 Notariatus præsumitur ex longo tempore.
- 6 Priuilegium præsumitur ex longo tempore.
- 7 Mandatum ex longa scientia & patientia an præsumatur, ardua q.
- 8 Mandatum an inducatur ex scientia & patientia inter absentes, ardua q.
- 9 Consensus quid sit.
- 10 Absentium contractus quando perfectus videatur.
- 11 Donatio mortis causa sit hodie pacto nudo.
- 12 Donatio causa mortis facta presenti & tacenti, an valeat, ardua q.
- 13 Donatio simplex facta presenti & tacenti, an valeat.
- 14 Consensus non solum verbis, sed & alijs modis coniungitur.
- 15 Verba indicium duntaxat non certa probatio non sunt voluntatis.
- 16 Iustitia que pestis capitalior.
- 17 Calumniator quis.

CAPVT LXII.



VIGESIMO SEPTIMO & huc spectare videtur, † nam & si concessio in feudum sit quid facti, quod non præsumitur nisi si probetur, tamen si quis diu soluit pensionem pro aliquo fundo census feudive, aut emphyteusis nomine, ex illa diuturna præstatione ille emphyteusis, vel feudum titulus præsumitur, hæc est vera & communis opinio, quam tenet Gloss. mag. in fin. in l. secunda. C. de iure emphy. quam Gloss. sequuntur ibi Bald. Ioan. Fab. Angel. Salicet. & Iaso. col. 57. Specula. in titulo. de loca. §. nunc aliqua. vers. 64. & Salic. post Cyn. in l. competit. C. de præscriptio. triginta, vel quadraginta annorum. Idem Bart. in l. cum de in rem verso, & ibi etiam Bal. in lect. Floren. & Salicet. in 6. quæst. ff. de vsuris. Bart. in l. 3. §. ex contrario. colum. 2. in princip. ff. de acquiren. possess. & in l. solent. §. 1. ad fin. ff. de officio procon. & in l. iubemus. C. de fund. patrimo. lib. 11. & in l. litibus, & ibi etiam Angel. & Ioann. de Plat. colum. 3. C. de agrico. & censu. eodem libro 11. Bald. in l. male agitur, & ibi etiam Angel. & rursus idem Bald. in l. cum notissimi. §. vltimo. C. de præscriptio. triginta vel quadraginta annorum. & in d. l. qui in aliena. in princip. & ibi Ange. Ang. in l. prætor. in princip. & ibi recentiores. ff. de eden. & in l. qui lumini-

Emphyteuti-
cus præsumi-
tur fundus ex
longo tempo-
re.

luminibus. ff. de seruitu. vrb. prädior. & in §. emphyteusim. colu. 1. versic. sed tunc quæro. in authen. de aliena. & emphy. Petr. Anch. consil. 422. quidam ferus. Roman. consil. 27. posito quod dominum rei. colu. 1. Panorm. in cap. ad audientiam. colu. 3. versicu. ex his concludo, lib. 1. & Paulus Castrenf. consil. 213. viso puncto. colu. 2. lib. 2. Alexand. consil. 79. circa primum. colu. 3. lib. 1. Bartho. Soz. consil. 50. subtiliter. colu. 2. lib. 4. Andreas Tiraquell. vbi supra, versic. 16. Ias. in l. sciendum. colu. 8. ff. de verborum obligat. Alexand. consil. 169. viso themate. colu. 2. lib. 2.

2
Longum tempus inducit mutationem male fidei.

Vigesimo octauo † & illud non longè abscedit, nam etsi mutare propositum sit quid facti, tamen is, qui in mala fide esse præsumitur, ex temporis diuturnitate præsumitur mutasse eam opinionem, & bonam fidem habere cœpisse, vt plenè diximus infra cap. 79. nume. 18. & cap. 81. num. 2.

3
Ecclesie consecratio ex longo tempore præsumitur.

Vigesimo nono his, & illud affine esse videtur, † nam & si ecclesie consecratio sit quid facti, tamen si diu in ecclesia fuit publicè celebratum, præsumitur id episcopi autoritate factum, ecclesiam que ab eo consecratam, vt tradunt plenè Felinus in cap. Alberic. colu. 2. de testibus. Idem Felin. in cap. illud. colu. 3. de præsumpt. Philip. Dec. consil. 135. ad iustificationem, post princip. Felin. in cap. sicut. colu. 16. de re iudica. Decius colu. 3. in l. 1. C. qui admitti. & ibi Iacob. colu. 5. Idem Ias. in l. si certis annis. C. de pact. colu. penult. Andreas Tiraquell. de præscrip. §. 1. Gloss. 4. versic. 19. Felinus in cap. de quarta, de præscrip. plenè per Fernandum Loazes, in consil. pro Marchione de Velez, pag. 267. versicu. bene facit. Caelianus Cota memorab. incip. facta non præsumuntur. Ruinus consil. 108. colu. 1. libro quinto.

4
Iuramentum præsumitur ex longo tempore.

Trigesimo, † & illud quoque contiguum esse videtur, nam etsi iuramentum sit quid facti, sicque à teste præstitum non præsumatur, nisi probetur, tamen ex diuturnitate temporis id præsumitur, vt per Barto. in repetit. l. admonendi. ff. de iureiurand. colu. 8. vbi Ias. in repetit. colu. 85. versic. vltim. in hac materia. Andreas Tiraquell. vbi supra, versic. 23. & Bal. in c. 1. si de feudo fuerit controuersia inter dominum & agnatum.

5
Notarius præsumitur ex longo tempore.

Trigesimo primo his & illud arridet, † nam & si notarius nullus nascatur, & sic res facti, tamen si quis diu se gessit, vt notarius talis præsumitur, ita Florianus in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. colu. 1. Ias. in l. Barbarius. ff. de offic. prætor. colu. 4. Idem Ias. in d. l. si certis annis. colu. 3. C. de pact. Andre. Tiraqu. vti supra, versic. 27. Ias. in §. præiudiciales. colu. penult. Institut. de actio. & plenè per Aymonem Crauet. de antiquita. temporum. parte 1. Bald. in l. 2. colu. 2. C. de sent. quamuis non pauci teneant cōtrarium, vt per Tiraquell. vbi supra. Decius consil. 42. ad princip. Felinus

in capit. si scripturam. colu. 6. de fide instrument.

Trigesimo secundo † huc & illud vergit, nã & si priuilegium si quid facti, tamen si quis fuit in possessione, vel quasi illius rei vel iuris, quod citra principis priuilegium haberi non potest, ex tali diutina possessione priuilegium illud præsumitur. Ita Bal. consil. 311. præmittendum est ad euidentiam. lib. 1. per And. Tiraquell. vbi supra, versic. 30.

6
Priuilegium præsumitur ex longo tempore.

Trigesimo tertio † eundem scopulum & id intuetur, nam & si ex sola temporis diuturnitate mandatum non præsumi multi velint, vt notabiliter inquit Bald. in l. 1. in 1. colu. & ibi Salicet. C. de rebus alienis non alienan. & in l. 2. C. si ex falsis instrumentis. Alexan. in d. l. qui in aliena. in princ. ff. de acquirend. hære. & in d. l. sciendum. in 5. colu. de verborum obligat. & in consil. 1. incip. ponderatis his. colu. penult. volum. 4. & in consil. 35. incip. consideratis his. colu. 1. volu. 7. Felin. in c. sicut. colu. 17. versic. Sexto aduerte, de re iudi. Barthol. Sozin. in consil. 63. incip. in causa quæ vertitur. colu. 3. versic. sed ad hoc fuit responsum. volum. 3. Franci. de Curte in consil. 48. in 6. colu. & in consil. 49. incip. memoriz recolendæ. colu. 14. versic. 8. Ias. in consil. 111. inci. communitas. colu. penult. vol. 3. Philip. Decius in consil. 215. incip. in causa vertente. col. 1. volum. 2. Ioann. Francisc. Balb. qui hanc dixit communem esse opinionem in tractatu præscriptionum. in 1. part. 3. part. principalis, in 10. q. in 5. colu. Carolus Ruin. in consil. 69. incip. circa processum. col. 2. in fin. & in consil. 156. incip. quia de pluribus quæritur. col. penult. in princip. volum. 1. & Stephanus Bertran. in consil. 3. incip. inspecto & considerato. col. 6. volum. 3. Tamen tale mandatum ex sola temporis diuturnitate (vt cunque mandatum res facti sit) præsumi receptor sententia esse videtur: ita Bald. consil. 285. lib. 3. Curtius senior consil. 77. super motiuis. colu. 2. Dec. consil. 99. visis, in fin. Paulus Castrenf. consil. 84. lib. 1. Decius in addit. ad Bart. in l. si vxor. §. si quis vxorem. ff. ad legem Iuliam. de adulter. Ias. in l. 1. colu. 5. C. qui admitti. Andr. Tiraqu. vbi supra, versic. 31. Fernandus Loazes qui plures allegat consil. pro Marchio. de Velez, pag. 259. & 266. Et sanè vt prior opinio verior est data ignorantia eius, qui mandatum dedisse dicitur, ita posterior pars data eius per longi temporis spacium scientia & patientia longè verior est, per omnia iura & rationes supra adductas. Ita Bald. consil. 337. lib. 1. Franc. de Curte d. consil. 77. Ludouic. Gozadinus, consil. 73. & Fernand. Loazes, vbi supra. facit optimè l. si ego. §. 1. ff. de pub. in rem act. ibi, per traditionem fortè aut per patientiam, & §. si. Instit. de iniur. l. alienationis verbum, ibi, vix est enim. ff. de verborum signif. l. si quis diuturno, in princ. ff. si ser. vendicetur. l. si id, quod ibi, quasi volente & concedente domina. ff.

7
Mandatū ex longa scientia & patientia au præsumatur, ard. q.

pro

pro de reli. l. qui patitur. ff. mand. l. semper, qui non prohibet. ff. de reg. iur. & adde quæ dicemus infra versic. 52. & hæc pars verior est data longi temporis scientia & patientia eius, cuius nomine res agebatur, & cuius intererat, aliàs procedit prior opinio.

8
Mandati an inducatur ex scientia & patientia inter absentes, ardua q.

Vnde † apparet quid respondendum sit in illo articulo, quo controuertitur, an d. l. qui patitur. d. l. semper qui non prohibet, locum habeant in absente non secus, quàm inter præsentis, id quod primùm admittit Philipp. Dec. in d. l. semper qui non prohibet, sed postea maturius deliberando ipsemet tenuit cõtrarium in additio. per eum factis ad rubri. C. de pact. colum. si. quem sequitur Hieronymus Cagn. in d. l. semper. mouetur hac ratione: quia non est, inquit, inter absentes eadem ratio, quæ inter præsentis, si quidem inter præsentis qui scit alium pro se fideiubere, potest ei interdiceret, ne pro se fideiubeat, id quod facere non potest qui absens est, sicque inter præsentis duo sunt, quæ faciunt præsumi, vel interpretari tacitum mandatum, Primum, quod agitur de utilitate illius, pro quo fideiussio fiebat, Alterum, quod prohibere poterat si id sibi displiceat, ac cum res agitur inter absentes, & si idem suadeat utilitas præsumpta eius, pro quo fideiubeatur, tamen impotentia prohibendi si forte ei displicebat, id dissuadet, quæ ratio (iudice me, cuique displicere meritò, vt minus integra deberet, nam non bene sequitur, imò minimè sequitur, est absens, ergo prohibere non potest. quinimò tam prohibere potest, quàm si præsens foret. Quid enim si cum præsens esset, & ei interdiceretur, ne pro se fideiuberet, nihilominus ille parere noluit, sed pro se fideiubere, certè nihil ultra facere posset, nisi vt sic ei mandati actione abnoxius non esset, id quod & absens facere non minus liberè posset, quàm præsens simul ac nosset pro se fideiussum esse, posset enim rescribere sibi id displicere, sicque mandati actione minimè teneretur. l. nec emere. C. de iure deliberand. l. sicut initio. C. de action. & obligation. l. sicut maior. C. de repu. hæredi. & quia contractus mandati ex cõsensu substantiam, & formam capit. l. consensu. ff. de actio. & obligat. & Instit. de oblig. ex consensu, in princ. vnde illo renitente appareret cessare consensum vel consensum nunquam interfuisse, sicque se mandati nomine minimè teneri. † nam consensus idem est quod simul sensus, vt tradunt Docto. per tex. ibi in l. i. ff. de pact. dictio enim Cum idem significat quod Simul, cum ea dictio reperitur adiuncta in compositione ad alteram dictionem, sicque sensus adiuncta dictione Con, significat consensum, ita tamè vt aliquo tempore simul ab vtroque in idem sensum, & sic consensum fuerit. † Vnde & si omnes bonæ fidei contractus inter absentes non secus quàm inter præsentis fieri possint, vt d. l. consensu. d. princip. Instit. de obliga. ex

9
Consensus quid sit.

10
Absentium cõtractus quando perfectus videatur.

consensu. l. 2. & 3. ff. de procura. tamen si tibi absenti vendidi aut locaui domum meam, aut tecum societatem coire volui, & similia, & antequam tu acceptares & consentire, mutauit ac reuocauit voluntatem, postea tu huius rei ignarus acceptasti, tunc licet vtrinque fuit in idem placitum, cessat tamen obligatio, & contractus: quia in id non fuit simul, hoc est, eodem tempore sensum, sed diuersis temporibus. sicque licet in idem vtrinque fuerit sensum, tamen non fuit simul sensum, & sic nunquam fuit consensum, & consequenter non est pactum aut conuentio, quæ obliget naturaliter nec ciuilitè, vt tradunt communiter Docto. in d. l. i. Quis ergo impedit quin cum primùm mihi absenti relatum fuit, Titium pro me fideiussisse, nõ respondeam eidem nuncio, vel alteri mihi displicere, sicque mandati actione ei obligatus minimè manebo, nec ciuilitè quidem. Nec etiam naturaliter nõ magis, quàm si reuera ille pro me nunquam fideiussisset. Verùm si tacui, satis iuste concessisse & cõsensisse videbor, quando quidem id cedit in meam utilitatem, per d. l. qui patitur, cū ibi traditis per Docto. & per d. l. semper qui nõ prohibet. cum ibi traditis per Docto. iuncta l. 1. 2. & 3. ff. de procura. & quia taciti, & expressi regulariter per potentiam, & idem ius est. l. cum quid. ff. si certum peta. vbi multa per las. post alios, per eundem in l. cum ex filio, per illum text. in princ. ff. de vulgar. per eundem las. in l. 1. per illum tex. cum Gloss. C. qui admittit. textus egregius in d. l. si filiusfam. C. de pet. hæred. textus egregius in l. qui in aliena, in princ. ff. de acquiren. hæred. & in l. si quis diuturno, in princ. ff. si serui. vendi. & in l. alienationis verbo. ibi, vix est enim vt non videatur. ff. de verbo. signific. d. l. si ego. §. 1. ff. de publi. in rem actio. ibi, per traditionem, aut per patientiam fortè. d. l. si id quod. ff. pro de reli. ibi, quasi volente & concedente domina. l. Imperatores. ff. de iure fisci, ibi, tute huic poenz. l. fina. C. ad legem Iuli. maiesta. ibi, sua sponte punitur. Superiora inducuntur ad egregiam quæstionem. Scis donationem olim ad sui firmitatem indiguisse vel rei donatæ traditione, vel stipulatione, hodiè verò nudo pacto firmam esse. l. si quis argentum. C. de donat. cum ibi notatis. id quod etiam ad mortis causa donationem tractum est, † quæ nudo pacto firma est, non secus quàm donatio inter viuos, vt tenuit Glo. & ibi cõmuniter Docto. in l. cum pater. §. M. auio. ff. de legat. 2. & illam Gloss. communiter approbatam esse affirmat Hieronymus Cagnol. in l. semper qui non prohibet. ff. de reg. iur. num. 3. Quid † autem si ea donatio fiat præsentis & tacenti, an per eam præsentiam & taciturnitatè acceptare & agnoscere videatur, vt sic valeat quasi ex pacto tacitè inito inter donatorem & donatarium, an verò nihil valeat, quasi pollicitatio tantùm sit, propter defectum acceptationis,

11
Donatio mortis causa sit hodie pacto nudo.

12
Donatio causa mortis facta præsentis an valeat, ar. q.

d quæ

quæ obligatoria non est, vt plenè per Ias. & Francisc. de Ripa in rubrica. ff. de verbor. obligatio. & Ioan. Crotus post Aretinum, quem refert in rubrica. ff. de verborum obligatio. lectu. 2. negat eam donationem valere, id quod tenet etiam Philippus Decius in rubric. C. de pact. Idem Decius in l. senium. C. qui testamentum facere possunt. Idem Decius in dict. l. semper, qui non prohibet. Idem in consil. 245. col. fina.

Contrariam partem vt ea donatio valeat, quasi per eam sententiam & taciturnitatem donatarij inducatur tacitum pactum, tenent Ange. & Bartho. Sozin. in locis relatis per Decium, vbi supra, Carolus Ruinus in l. 2. charta penultim. ff. de legat. 1. Purpuratus in rubric. C. de pact. & in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. pet. Lancellotus Galiula in rubri. col. 11. ff. de verborum obliga. & Hieronymus Cagnolus in d. l. semper qui non prohibet. ff. de regul. iur. num. 3. Curtius Iunior in rubric. C. de pact. sicque hæc pars receptior est, id quod asseuerat Hieronymus Cagnol. vbi supra, † qui omnes similiter affirmant, quod & in terminis d. l. si quis argentum. si donatio inter viuos fiat præsentis & tacenti, ea præsentia & taciturnitas inducit tacitam donationis agnitionem seu acceptationem. sicque tacitum pactum, quod ad talis donationis firmitatem lat est, quamuis & in hoc contra hanc secundam eandemque receptam sententiam, similiter tenuerint Aretinus, & Ioann. Crotus, vbi supra, Philipp. Decius in quatuor locis supra allegatis, qui in vtraque conclusione ea ratione mouentur, quod tale pactum, cum verba donatarij defuerint, nõ potest videri proprium, & verum pactum, sed tantum interpretatiuum & improprium, ad quod d. l. si quis argentum, vtpote iuris antiqui correctoria extendi non deberet, vt sic quantum minus possit, corrigeret ius commune. Quæ ratio (iudice me) ex crassiore aliquantulum Minerva descendisse videtur, quam de tantis viris credi potuisset.

† Nam quod in d. l. 1. ff. de pact. dicitur pactum esse duorum pluriūmve in idem placitum & consensum, non est cur magis referatur ad consensum verbis indicatum, quam ad eum, qui alio quouis modo, aut signo indicaretur, indicatum idè dixi, quia hominum consensus soli Deo notus aut infallibiliter intellectus esse potest, & præterea nemini. † Vnde & si animi nostri nullum certius signum sit quam verborum. l. Labeo. ff. de sup. lega. tamen verba non raro fallunt iuxta text. in l. diuus. ff. de milita. testam. §. planè. Instit. eod. tit. l. si quis intentione. ff. de iudi. l. non solum. ff. de act. & obligat. l. an inutilis. ff. de acceptila. Vnde Terentius, Erras (inquit) cui animi si me esse ignarum putas. loquitur enim de quadam coniectura fallaci. Et Ouidius sic modularus est:

Verus frequensq; via est sub amici fallere nomen.

Et † Cicero Offic. lib. 1. sic ait: Nulla iustitiae pestis capitalior est, quam eorum, qui cum maximè fallunt, id agunt, vt boni viri esse videantur. Vnde idem Cicero pro Cecinna in oratione ait: Verba inuenta sunt, quæ indicarent nostram voluntatem. Intelligit enim verba & si sint omnium signorum certissimum indicium, nostræ voluntatis tamen minimè inducere certam, & infallibilem demonstrationem, sed tantum indicium, idè iudicarent, dixit, non demonstrarent, idè lex ait, quod non literarum, aut verborum figura obligamur, sed mente & sensu, ita l. non figura. ff. de action. & obligatio. l. obligationum substantia, eodem titulo. Idem Cicero in eadem oratione pro Cecinna ait: † Scriptum sequi calumniatoris est, boni verò iudicis voluntatem scriptoris. Sic & in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. ait lex, à verbis recedendum, vt voluntatem sequamur. Ad idem l. 3. C. de lib. præ. l. non aliter. ff. de lega. 3. l. ita stipulatus. versic. Sabinus. vbi not. Paul. Castrenf. & Ias. ff. de verborum obligat. versicu. ex mente, iam ergo dubitari non oportet, quin hominum animus & consensus nulli sit certus, & cognitus esse possit, nisi Deo. Sicque hominum consensus, qui pactum inducit, indicij tantum non etiam certa scientia, aut demonstratione comprehendi vnquam potuit, aut poterit in æternum, vnde siue ex verbis siue ex alijs indicijs, aut coniecturis hominum consensum deprehenderis, vel (vt rectius loquar) coniecturatus fueris, semper is consensus est interpretatiuus, & coniecturalis, non certus & indubitatus, vnde si tibi præsentis dixi, dono tibi domum, vel equum, & taces, per hoc agnouisse ex legis æqua, & prudenti interpretatione videris, non secus quam si tibi placere verbis declarasses, cum id tibi utile sit. Idem si mortis causa tibi donare dixi eadem ratione, nam vt id signum & indicium tuæ taciturnitatis cum hoc adminiculo, quod res tibi expediebat, posset nos fallere (si fortè tibi displicebat) ita etiam si verbis tibi placere declarares, decipi possemus, si fortè tibi displicebat, quamuis contrarium dixeris, ergo iuste, & verosimiliter lex ex illa taciturnitate iuncta tacentis vtilitati, interpretatur tacitam acceptationem, & consequenter tacitum consensum. sicq; etiam pactum l. cum quid. ff. si cert. pet. cum similib. supra allegatis.

SYMMARIUM.

- 1 Tempus longum inducit presumptionem actorum, vt teneat sententia.
- 2 Longum tempus legitimat executionem.
- 3 Tempore ex longo presumitur auctoritas superioris.
- 4 Sollemnitatis presumptio inducitur ex longo tempore ad firmandam rei Ecclesiastica alienationem.

§ Instru-

13
Donatio simplex facta præsentis & tacenti an valeat, ar. d. q.

14
Consensus nõ solum verbis, sed et alijs modis conijcitur.

15
Verba indicium dantur, non certa probatio nostra sunt voluntatis.

16
Iustitiae quæ pestis capitalior.

17
Calumniatoris quæ.

- 5 Instrumentum ritè exemplatum præsumitur post longum tempus.
- 6 Instrumentum minus solenne ex longa sui obseruantia fide dignum fit.
- 7 Testamentum minus solenne an conualefcatur.
- 8 Tempus pater veritatis.
- 9 Populi verus memoria pro veritate est.
- 10 Probatio leuior sufficit in antiquis.
- 11 Testamentum an vacillet vnius testis contradictione.
- 12 Ecclesia diu singulis annis solutum non perpetuatur, contra Doct.
- 13 Verba enunciatiua probant post longum tempus.
- 14 Tempus longum cum scientia & patientia inducit consensus auctoritatis licentia præsumptionem.

CAPVT LXIII.



TRIGESIMO QUARTO † superioribus arridet, nam & si acta iudicij sint quid facti, tamè si appareat sententia, reliqua verò acta totius processus non appareant, adhuc tamen ex temporis diurnitate interuenisse præsumuntur, & ritè interuenisse, vt est vera communis opinio, quam tenent ita Innocentius & alij in cap. bonæ, 1. per text. ibi, de electione, & in c. in præsentia. de renun. & in c. cum inter, de re iudic. Deci. consil. 36. exemplum instrumenti. Alex. consil. 17. viso instrumento. col. penult. lib. 4. Idem Alexand. consil. 30. ponderatis. col. 3. lib. 5. Corne. consil. 304. rem arduam. lib. 3. col. 2. per Andream Tiraq. de præscript. §. 1. Gloss. 4. versic. 32.

Trigesimo quinto † his quoque concinit, nam & si sententiæ executio sit meri facti, tamen ex temporis diurnitate ritè & cum interuentu omnium solennium, quæ in facto consistunt, facta præsumitur. Ita Petr. Anchar. consil. 39. visa petitione. Deci. consil. 385. iuridicam esse, col. 1. Andr. Tiraquel. vbi supra, versic. 33. & Philipp. Deci. consil. 419. viso. col. 1.

Trigesimo sexto † superioribus consonat, nam & si autoritas superioris sit quid facti, tamen si reperitur instrumentum de alienatione rei Ecclesiasticæ, in quo nulla sit mentio de auctoritate superioris, tamen post longum tempus ea præsumitur. Ita Petr. Anchar. consil. 136. ex consilij excellentium. Angel. in l. quod nolit. §. 1. ff. de ædili. edict. Barb. in l. sciendum. col. 16. ff. de verborum obligat. Andreas Tiraq. vbi supra, versic. 35. Felin. in c. Alb. de testib. plenè per Fernandum Loazes, qui alios allegat in consil. pro Marchione de Velez, pag. 117.

Trigesimo septimo † huc quoque adspirare videtur, nam & si solennia, quæ in alienatione rei ecclesiasticæ interuenire debent, sine quid facti, tamen licet de eorum solennium

vel aliquorum interuentu, in instrumento mentio facta non sit, adhuc tamen ex diurnitate temporis interuentus eorum præsumitur. Ita Anton. Butr. in c. cura, de iure patronatus. col. 2. Franc. Aret. consil. 36. casus talis est. col. 2. Andre. Tiraq. vbi supra, versic. 36. Fernandus Loazes, qui quàm plures allegat, vbi supra, pag. 51. Felin. in c. sicut. col. 19. de re iudic. Philipp. Decius in l. 1. col. 4. C. qui admitti. & d. consil. 36. exemplum. col. penult. & consil. 152. in causa. col. 2. Alex. consil. 79. circa primum, lib. 1.

Trigesimo octauo † aliorum non respicit, quòd & si producatur instrumentum sumptum ab originali, nec appareat de citatione partis, post longum tamen tempus ea præsumitur, vt cunq; facti sit. Ita tenent Raphael Cuma. consil. 167. visis instrumentis. col. 2. Florianus in l. 2. ff. de fide instrumen. Alexan. consil. 101. super primo dubio. col. 3. lib. 7. Francis. Areti. consil. 37. col. penultim. Corne. consil. 304. rem arduam. col. 2. lib. 3. Philipp. Deci. consil. 36. col. 1. Ias. in authent. si quis in aliquo documento. col. 4. C. de eden. Idem Ias. in l. 2. col. 2. C. de testam. Andre. Tiraquel. ex cuius allegatis apparet, hanc esse communem opinionem tract. præscript. §. 1. Gloss. 4. versic. 37. non paucis tamen repugnantibus, vt ibi pereum.

Trigesimo nono † his & illud cõsequens est, nam & si consensus, vt constat, sit res facti, tamen si monacha reperitur migrasse de vno monasterio ad aliud, in posterioreq; diu commorasse, præsumitur id factum de voluntate prioris monasterij, sicq; posteriori acquireret, non etiam priori. ita Barthol. Sozinus consil. 83. placet mihi, in princip. & in alijs consilij relatis per Andream Tiraq. qui idem sequitur, vbi supra, versic. 41.

Quadragesimo † ratio istorum omnium stat in vi & potestate temporis, quæ tanta est vt instrumentum, quod vnde quaque solenne non erat, si tamen diu quæ in eo continebantur obseruata fuerunt, habetur perinde ac si vnde quaque solenne foret, plenèq; probat, quasi illa solennitas defectus tempore suppleatur. Ita egregiè Bart. inter consil. Baldi consil. 400. super primo puncto. col. 2. lib. 4. Felin. in cap. sicut. col. 18. de re iudic. Andreas Tiraquell. vbi supra, versic. 24. † Vnde cum plura quàm quadraginta requisita ad rastamèri firmitatem desiderentur, vt plenissimè differuimus lib. secundo de succ. crea. pertorum, quæ omnia requisita vix vnquam satis ex integro obseruata inuenies. dicebam, quòd si ex testamento, quod non satis ex integro habuit solennium obseruatione (dummodò principaliora non deessent) cœpi hæreditatem possidere, longoq; tempore eum tenui, cum hæredes legitimi testatoris huius rei ignari non essent, per hoc videretur testamentum integras vires sumere, in poste-

rumq; d 2

1
Tempus longum inducit præsumptionem auctoris, vt tenent sententia.

2
Longum tempus legitimat executionem.

3
Tempore ex longo præsumitur auctoritas superioris.

4
Solennitatis præsumptio inducitur ex longo tempore ad firmandam ecclesiasticam alienationem.

5
Instrumentum ritè exemplatum præsumitur post longum tempus.

6
Instrumentum minus solenne ex longa sui obseruantia fide dignum fit.

7
Testamentum minus solenne an conualefcatur.

rumque tutus essem, quod dic vt proximè repetam.

8
Tempus pater veritatis.

Quadragesimoprimum † est & alia ratio superioris quasi contigua, quod tempus dicitur esse pater veritatis, vt plenè differit Andre. Tiraq. vbi suprà cap. 25.

9
Populi vetus memoria pro veritate est.

Quadragesimosecundò † est & alia ratio proxima superiori, quod longa populi memoria pro veritate est. Ita Bald. consil. 84. res prohibita, lib. 1. Tiraquell. vbi suprà, versu. 26. qui refert Ouidium sic modulantem Metamor. lib. 1.

Quis hoc credas nisi fit pro teste vetustas.

Et vox populi vox Dei est, dixi suprà cap. 11. num. 34.

10
Probatio laetior sufficit in antiquis.

Quadragesimotertio † est & alia ratio, nam generale est, vt ex temporis diuturnitate leuior probatio sufficiat, vt per Bart. in l. si quidem. C. solut. matrim. & in l. de minore. §. tormenta. quæst. 2. de quæstio. Idem Bartol. in l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligation. Ioann. Imolen. in capitulo, cum causam. colum. 1. de probation. Andre. Tiraquell. vbi suprà, versicu. 29. per rationem, quam signauimus suprà ad princip. huius capituli, nempe, quia tempus rerum obliuionem inducit, sic et si † testamentum soleat vacillare contradictione vnus testis testamentarij, tamen fallit, postquam quis sciente, & patiente hærede legitimo longo tempore possedit hæreditatem, secundum eundem ibi, versu. 38. post Fulgosium, quem allegat consilio 79. columna tertia.

11
Testa. an valet vnus testis contradictione.

Quadragesimoquarto † tantaque est vis temporis, vt si per decennium quis liberè, ecclesie, vel piz causæ, quid soluerit, ex hoc inducta censetur consuetudo, vt in posterum tantundem soluere teneatur, secundum eundem Andream Tiraquellum, vbi suprà, versicu. 42. per capit. veniens. 1. de testibus, vbi idem tenet Panormitan. nota. 3. & Felinus not. 4. Panormitanus & Felinus in capitu. ad Apostolicam, de simonia. Panormitan. consil. 6. colum. 3. lib. 2. quæ conclusio vera non est, si non allegetur vel proberur idoneus tit. iuxta l. cum de in rem. ff. de vsur. cum ibi not. per Barto. & Florian. & per l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obligation. tempus enim sui natura nihil generat, sed potius omnia consumit. §. placet, iuncta l. sicut. l. omnes. C. de præscription. triginta annorum, in princip. Institut. de perpe. & temp. actio. & d. cap. veniens. nihil probat, & Ecclesia ab huiusmodi tyrannide abstinentior esse debet quàm reliqui, capitu. primo. §. primo. de alienation. feud. in princip. in auth. de monachis. Andreas Tiraquell. de priuileg. piz ca. priu. 100.

12
Ecclesie diu singulis annis solutum non perpetuatur, contra Doct.

13
Verba enunciativa probant post longum tempus.

Quadragesimoquinto † & tanta est vis temporis, vt verba enunciativa, quæ regulariter non probant post temporis diuturnitatem,

cum alijs adminiculis probationem inducant, vt videtur voluisse Bald. Albericus, Salicetus, Paulus Castrenf. in l. cum quis. C. de iure. deliber. & ibi Alexand. & Ias. Panormit. consilio 54. casus talis est. colum. 2. lib. primo. Andreas Tiraquell. vbi suprà. versicu. 28. Florianus in l. in finalibus. ff. finium regundorum. Decius consil. 13. an appellatione, & alij multi pereum ibi relat.

Quadragesimosexto, isthæc omnia augentur, nam & si iuris sui remissio vel abiectio nunquam præsumatur, fallit tamen ex tempore etiam vnus interdum anni. §. fin. Instit. de iniur.

Quadragesimoseptimo, facit egregius text. in l. si ego. §. primo. ff. de publiciana in rem action. ibi, per traditionem fortè, aut per patientiam, vbi longi temporis scientia, & patientia tantum operantur, quantum alienatio & traditio, & tamen traditio constat esse quid facti etiam extrinseci.

Quadragesimooctauo facit l. alienationis verbum. ff. de verborum significat. ibi, vix est enim, vt non videatur alienare, &c. vbi qui ab alio diu rem suam possideri patitur, vix est, vt non videatur titulum possidenti præbere, hoc est, eam concedere. l. si quod ibi, quasi volente & concedente domina. ff. pro dereli.

Item facit l. si quis diutino, in princip. ff. si serui. vendi. quæ in scientia & patientia domini nititur, nec desiderat alium titulum, vt seruitutis præscriptio contingat, quasi ipsa scientia & patientia inducant titulum, hoc est, concessionem illius seruitutis, & ista quatuor iura posterius allegata probant conclusionem nostram à fortiori, nam multò minus est ex diuturna possessione præsumere titulum allegatum, quàm eum inducere, hoc est, inducere concessionem, etenim quando tituli præsumptio duntaxat inducitur, admittitur allegatio in contrarium, at non sic quando ex solo tempore ipsemet titulus inducitur, sicque hoc longè grauioris præiudicij est, quàm illud.

Quadragesimonono † si cum scientia, & patientia, diuturnitas temporis fluxerit, talis diuturna scientia atque patientia, idem, quod expressus consensus, autoritas, seu licentia operatur, etiam in casibus, in quibus à lege vel statuto Principis, Episcopi, capitul. parentum, vel propinquorum, seu alterius consensus, seu autoritas, vel licentia, ad aliquid actum expediendum requiritur, vt probat textus in dicta l. secunda. C. de his, qui spontè publica munera subeunt, libro decimo. & in l. ne in arbitris. C. de arbitris. & in dicta l. si filius, vbi hoc notant Baldus & Doctores. C. de petitione hæreditat. & in l. penultim. C. communi diuidundo. & in l. final. C. arbitrium tutelæ, & in l. quidam. ff. de euctio. & in dicta l. secunda. §. voluntate, vbi

14
Tempus longum cum scientia & patientia inducit consensus auctoritatis licentia præsumptionem.

vbi hoc notant communiter Docto. præcipue Alexan. qui hanc dixit esse communem opinionem. ff. solut. matrim. & in d. l. qui in aliena, in princip. ff. de acq. hæc. & in l. si quis forte. §. cæterum. ff. de pœnis, & in cap. 1. §. præterea, vbi hoc notant do. Afflictus, & alij, in 2. colum. 3. titu. quibus modis feudum amittatur. & in cap. 1. §. fin. vbi hoc etiam notat Gloss. si de inuestitu. feudi inter dominum & vasallū lisoriat, & in d. cap. ea nascitur, de his, quæ fiunt à prælato sine consensu capituli, & in c. peruenit, & ibi Gloss. de emptione & vend. & in cap. peruenit, de censibus, & cap. accedentibus, & in cap. finali, de priuileg. & notant Doctores in l. si certis annis. C. de pactis, & in l. prima. C. qui admitti. Gloss. Barto. & Doctores in l. cum de in rem verso. ff. de vsucapion. & in l. prima. §. finali. ff. de aqua pluuiæ arceda. Idem Barto. in disputatione sua, incip. mulier habens amplum patrimonium, & in l. quæ potis. & ibi latissime Alexand. & Iason, qui hanc dixerunt magis communem esse opinionem. ff. soluto matrimonio. Hostien. & Ioannes Andreæ in capitul. illud, de præscription. Panormitan. & Doctores in capitulo, cæterum, & ibi. Philippus Decius post alios in quarta colum. de iudicijs. Oldra. in consilio 183. incip. factum tale est, vacante Ecclesia, in 4. colum. Bald. in libro statutorum, in verbo, filios. Cardinal. in capit. requisiti, de testament. Alexand. in consil. 78. colum. 3. volum. 1. & in consilio 8. volum. tertio. & in consil. 111. incip. viso & diligenter considerato. colum. penult. volum. 4. & in consilio 133. incip. clementissimi. colum. 5. eodem volum. & in consil. 39. incip. ponderatis his, colum. 1. & 2. volum. 5. Francisc. de Aret. in consil. 36. casus talis est. Aym. Crauet. consil. 148. nobilis Antonia. colum. final. Hierony. Gratus resp. 9. facti speciem, & in resp. 94. in causa excellentissimi. colum. final. Stephan. Bertrand. consil. 1. lib. 1. colum. 10. Ludou. Gozad. consil. 73. circa dubia. colum. 4. Carolus Ruinus consil. 69. circa processum. colum. 4. lib. 1. Fernandus Loazes Archiepisc. Tarra. consil. pro Marchione de Velez, pag. 260. Ias. conf. 56. circa primum, lib. primo. Idem Ias. consil. 25. quæstio vertitur. lib. tertio, & consilio 89. ad consultationem. colum. fin. lib. 1. Vnde planè colligitur (id quod hi omnes taciti tenere videntur) quod si fundum tuum te sciente & patiente longo tempore possedi, eum præscripsisse videbor, etiam si tituli aliunde, ne adsit interuentus, neque probatio, neque etiam allegatio, sed sola illa tacita concessio, quæ post longum tempus colligitur, id quod probat text. in l. alienationis verbum, ibi vix est enim, vt non videatur alienare. ff. de verborum significat. Ad idem l. si ego. §. 1. ibi. per traditionem, aut per patientiam fortè. ff. de pub. in rem act. vbi quod attinet ad concessionem tantum operatur patientia quantum

traditio. iuncto §. per traditionem. Instit. de rerum diuis. Ad idem §. fin. Instit. de iniur. vbi per taciturnitatem vnus anni actio iniuriarum remissio videtur. Ad idem dictum capit. illud. de præsumpt. Ad idem l. si quid diuturno, in princ. ff. si ser. ven. Ad idem Gloss. communiter approbatam in l. penult. C. com. diuid. vbi diuisio præsumitur ex longi temporis scientia, & patientia. Hæc conclusio variè intelligitur, Primum cum agitur de dominio plenario præscribendo, vt dict. l. alienationes, Deinde cum agitur de præscribendo vsufructu, idque facilius: argum. dict. l. Tertio cum agitur de præscribenda seruitute: arg. d. l. & in spem, per d. l. si quis diuturno. Quarto cum agitur de præscribenda actione personali liberatoriè seu ad liberationem debitoris, & ita procedit text. in l. sicut, & in l. omnes, & l. cum notissimi. C. de præscript. triginta annorum, & text. in l. 1. C. si aduersus creditorem. Postremo etiam si agatur de præscribenda actione personali ad nouam obligationem acquirendam, vt in terminis l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. Quæ omnia obtinent, quando is, contra quem præscribitur contentio est, rem suam iusve suum possideri sciebat, & patiebatur, nam si ignorabat non aliter longi temporis præscriptio procedet, quàm si titulus interueniat & allegetur, & probetur. l. nullo. C. de rei vend. & dicam plenius in cap. sequen. itaque data scientia & patientia domini non est necessarius titulus aliunde proueniens ad possessionem præscribentis iustificandam, nam satis superque iustificatur per solam domini scientiam & patientiam. Verùm domino ignorante, tunc demum titulus aliunde requiritur ad iustificandam talem possessionem, vt ei sic iustificatur legale vsucapionis lucrum merito possit accedere, facit text. egregius in l. si id quod pro derelicto ibi, quasi volente, & concedente domina, vbi ad iustificandam possessionem sufficit, quod ad præscribendum voluntas domini, nec alius tit. exigitur, iunge dicta infra cap. seq. num. 3. cum seq.

SUMMARIUM.

- 1 Feudum ex longo tempore præsumitur.
- 2 Feudi alienationi dominus ex longa patientia cæsentire videtur.
- 3 Tempus longum consensum ignorantis præsumi non facit.
- 4 Patientia sine tempore longo non inducit consensum præsumptionem.
- 5 Nobilitatis priuilegium quanto tempore pereat.
- 6 Solennitas extrinseca præsumitur ex longo tempore.
- 7 Solennitas extrinseca ex tempore longo cum alijs adminiculis præsumitur, vel sine alijs adminiculis, ardua q.

- 8 Scriptura interuentus an ex tempore longo praesumatur, ardua quaest.
- 9 Supplementum actus facilius inducitur, quam ipse actus.
- 10 Solennitas extrinseca ex longo tempore an praesumatur ad damnatum tertij.
- 11 Tempus longum facit praesumi consensum consanguineorum, contra Doct. & praesumi insinuationem, contra Doct.
- 12 Intell. l. 45. Tauri.
- 13 Solennitas extrinseca requisita ob bonum publicum, an praesumatur ex longo tempore.
- 14 Solennitas extrinseca non praesumitur ex longo tempore, quando nec veritas locum posset habere.
- 15 Solennitas extrinseca non praesumitur ex longo tempore, quando nimis difficilis erat ipse actus principalis. Idem si non erat verisimilis.
- 16 Maioratus in venditione non praesumitur licentia principis ex tempore longo, noua opinio.
- 17 Solennitas extrinseca ex longo tempore non praesumitur, si ei partes renunciare non valebant.
- 18 Consensus domini in pacto futura successione non praesumitur ex longo tempore, noua opinio.
- 19 Iuramenti calumnia renunciatio non firmatur longo tempore, noua opinio.
- 20 Iuramento calumnia non potest renunciari tacite, contra Doct.
- 21 Alimentorum transactio an longo tempore firmetur, noua opinio.
- 22 Testamentum minus solenne ex longo tempore non sumit vires, nec rumpit superius, noua opinio.
- 23 Intell. §. non tamen. Institutio. quibus modis testam. infir. & l. penultim. §. testamento. ff. de secund. tab.
- 24 Intell. l. si quis diurno. ff. si ser. vendi. & l. alienationis. ff. de verb. sign.
- 25 Tempus longum non inducit praesumptionem in instrumento contrariam.
- 26 Stipulatio facta inter absentes non firmatur tempore.
- 27 Tempus non firmat venditionem factam sine precio.
- 28 Tempus non firmat locationem factam sine mercede certa.
- 29 Intell. l. si filius. C. de pet. hered.
- 30 Intellectus l. qui in aliena. ff. de acquirend. hereditat.
- 31 Intellectus l. cum de in rem. ff. de vsur. & infra, num. 35.
- 32 Solennitas extrinseca etiam si de ea instrumentum non meminit, praesumitur ex longo tempore, ardua q.
- 33 Intell. l. si filius. C. de pet. here. contra Doct.
- 34 Titulus ex longo tempore an praesumatur ad praescrip. ardu. q.
- 36 Titulus ex decennio non praesumitur ad vassalligium, sed ex tricennio.
- 37 Princeps ciues etiam ad publicam necessitatem perpetuo alienare non potest.



VINQVAGESIMO hinc est (vt ad scientiam & patientiam redeamus) † quod si quis a domino tanquam vassallus receptus fuerit, isque eo sciente & patiente diu pro tali se gesserit, rem illius domini vt feudalem possidendo, per hoc feudum constituitur. c. sciendum, qui testes sunt necessarii. Gloss. in c. 1. in verb. permissum, de prohib. feudi alien. per Lot. & ibi Bald. & Zafius in rubric. qualiter feudum acquiratur, & Fernandus Loazes in consilio pro Marchion. pagin. 262.

Quinquagesimoprimò, vnde Bald. vbi supra, ait † quod si domino praesente & tacente feudum ille alienauit, & longum tempus praeterijt, dominus consentire intelligitur. Ias. in l. quæ dotis, in 15. casu. ff. solut. matrim. Hieronymus Gratus resp. 117. prima facie. colum. 2. lib. 1. Alexand. consil. 79. colum. 4. lib. 1. & in consil. 113. viso & diligenter. colum. pen. lib. 4. & Fernandus Loazes, vbi supra.

Quinquagesimosecundò, vnde secundum eum ibi si rem emphyteuticam sciente capitulo emi, & ita longo tempore possedi, praesumuntur in tali contractu omnium solennium interuentus.

Hactenus quando concurrebat scientia & patientia cum temporis diuturnitate, † nam si sola temporis diuturnitas adesset sine scientia & patientia, vel sola scientia & patientia sine diuturnitate temporis, tunc non sufficeret, vt consensus & concessio praesumeretur, de temporis diuturnitate sine scientia & potentia, quod non sufficiat, vt praesumatur consensus, aut concessio. aut vt fiat praesudicium nobis quasi ex facto nostro, tradunt Bald. & alij in l. 1. C. qui admi. Bald. & Salicetus in l. si filiusfamilias. C. de petit. hered. & in l. 2. C. de legi. hered. Bald. & Angelus in l. quæcunque. §. fin. ff. de publi. in rem actione. Alexan. & alij in l. qui in aliena, in princ. ff. de acquir. hered. Idem Alex. in l. sciendum. ff. de verbo. oblig. & rursus in consil. 9. lib. 2. & Fernandus Loazes, vbi supra, pag. 258. vnde mandatum ex temporis diuturnitate sine scientia nostra illius negotij, quod nomine nostro fieri dicebatur, minimè praesumitur, secundum Bald. colum. 1. & Salicet. in l. 1. C. de reb. alien. non alien. & in l. 2. C. si ex falsis instrum. Alexand. in d. l. qui in aliena, in prin. & in l. sciendum. supra alleg. colum. 5. Felinus in c. sicut. col. 16. de re iud. Decius consil. 215. in causa vertente, colum. 1. Carolus Ruinus consil. 69. circa processum. colum. 2. lib. 1. & consil. 166. quia de pluribus, eodem lib. Ias. consil. 111. communitas. lib. 4. & Fernandus Loaz. vbi supra.

Quod † autem sola scientia & patientia non sufficiat sine temporis diuturnitate, vt quis de suo concedere iure videatur, probatur

1
Feudū ex longo tempore praesumitur.

2
Feudi alienationi domini ex longa patientia consentire videtur.

3
Tempus longum consensus ignoranti praesumi non facit.

4
Patientia sine tempore longo non inducit consensum praesumptionem.

tur in l. filiusfamilias. §. inuitus. ff. de procur. l. inuitum. ff. de serui. vrb. anorum prædiorum. l. Caius. ff. de pignor. actione. l. fideiussor. §. pater. ff. de pignor. l. sicut. §. nō videtur. ff. quibus mod. pignus vel hypothe. solui. l. in eo iure. §. verare, & l. pen. ff. de furtis. c. qui tacet, vbi per Doct. de regu. iur. lib. 6. Glo. in l. qui patitur. ff. mand. Philipp. Decius & Hieronymus Cagnolus in l. semper qui non prohibet. ff. de regu. iur. multa per Archiepiscopum Tarraco. vbi supra pag. 257. & sic intellige quod scripsi supra vers. 33.

5
Nobilitatis
privilegium
quanto tem-
pore pereat.

Quinquagesimotertio † si quis habens privilegium ne ad vectigalia teneatur, passus fuerit se conscribi in libro talia solvere debentium, idque per longum tempus tolerauerit, per hoc amittit illud privilegium exemptionis. Ita probat tex. in l. 1. §. si quis tutor. ff. quando appel. sit, vbi ita tenent Angelus Perusinus & Angelus Aretinus, & Ioannes Imolenis, Alex. consil. 101. visis instrumentis. colu. pen. lib. 1. & in consil. 133. clementissimi, & consil. 136. in causa & lite. lib. 4. Fernandus Loazes, vbi supra, pag. 245. Carolus Ruinus consil. 126. viso privilegio, columna fin. lib. 4. & Ludouicus Gozadi. consilio 23. prima facie, columna 2. vt ergo hoc casu per longi temporis patientiam is de suo iure concedere videtur, & lex ius suum ei admittere quasi sponte sua intelligitur, sic & si quis rem suam ab alio longo tempore possidere patitur, lex quasi sponte illius transfert dominium in præscribetem, sic & in l. si. C. ad legem Iuliam maiesta. pœnam sponte sua subire delinquentes videntur quasi cum eorum bona publicantur, & ad fiscum transferuntur, sponte eorum id fieri intelligatur. dixi plenè de succe. creation. lib. 1. §. 10. nu. 665.

Denique ex diuerso, qui vera exemptus non erat per longum tempus viginti annorum si cum conciuibus vectigalia non soluit, sed subire desijt cum alij ea persoluerent, acquirit libertatem vel eam præscribet, cum moderamine tamen de quo per Fernandum Loazes, vbi supra, pagina 256. & Andream Siculū inter consilia Alexan. consil. vltimo, libro quarto, & Carolum Ruinum consilio 117. videndū est, columna tertia, lib. 1.

6
Solennitas ex
trinseca præ-
sumitur ex lō
go tempore.

Quinquagesimoquarto † solennitas etiam extrinseca præsumitur ex temporis diuturnitate, ita tenent Glo. vlti. Innocentius, Antonius Butrius, Ioannes Immolen. & Panormitan. in cap. peruenit, de censibus, & Hostien. Ioan. Andreæ, Bald. Antonius, Ioannes Imol. & Felinus in capit. Albericus. de testibus. Sozinus consil. 153. pulchra & subtilis, colu. 2. versicu. ad hanc obiectionem. lib. 2. & consil. 266. in causa. lib. 2. & Corneus consil. 98. videtur prima facie, colu. 1. & 2. libro primo, & consil. 348. videtur in hac columna quinta eodem libro primo, & consilio 144. superioribus dubijs, columna prima. versiculo, tamen his minimè refragantibus, libro quarto, & consil. sequen-

in supra scripto themate, columna penultim. versicul. item potest dici, eodem libro quarto, & consil. 248. copiosè. colu. 1. eod. lib. quarto Franciscus Curtius Senior consilio 117. super motu. colu. 3. Felin. in dicto cap. sicut. colu. 15. versic. fallit tertio, de re iudic. & in cap. 1. columna prima. de lit. const. & in cap. licet Heli. colu. 5. de simon. Ludouici Bologn. consil. 34. colu. 4. Philippus Decius consil. 36. colu. penul. versicu. vltim. non obstat, & dicto consil. 42. colu. 7. in quinto dubio. versicul. & ista confirmatur, & dicto consil. 152. colu. 2. & consil. 190. visis & diligenter. versic. quo ad tertium, & consilio 212. viso puncto. colu. 3. Barthol. Bald. Imo. Angelus, & Ludouicus Romanus in d. l. qui in aliena. ff. de acquiren. hæredita. Barthol. Bal. & Ang. in d. l. si filiusfamilias. C. de petition. hæredi. Bart. Bald. Angelus, Ioan. Imolenis, Rapha. Cumanus, Ludouicus Romanus, Alexan. Barbatius, & Ias. in d. l. sciendum. ff. de verborum obligatio. qui omnes admittunt solennitates extrinsecas desideratas instrumentis exemplandis præsumi ex temporis diuturnitate.

Sed quod † solennitas extrinseca præsumatur ex temporis diuturnitate temperatur, vt procedat, ita demum si concurrant alia adminicula, & non aliter. Ita tenent Cynus & Bal. q. 2. in l. 1. C. qui admitti. Ias. in l. si certis annis. columna tertia. C. de pact. Alexan. in leg. qui in aliena, in principi. supra alleg. Idem Alexan. consilio 9. viso themate, columna penul. libro tertio, & consil. 17. libro quarto. Idem Alexan. consilio 218. ponderatis narratis. columna tertia, libro primo. Salicetus in d. l. si filiusfamilias. Ludouicus Romanus in d. l. sciendum. Panormitan. in d. c. Albericus. colu. penul. de testibus. Idem Panorm. in capit. significauit. notat 2. decensibus, Paulus Castrensis consilio 202. causa confinium. colu. secunda. vnde Baldus, vbi supra, negat ex diuturnitate temporis præsumi donationis insinuationem, negatque præsumi interuenisse consensum consanguineorum in contractu mulieris, vel mariti in contractu vxoris, qui desiderabatur per statutum.

Contrariam partem vt ex diuturnitate temporis etiam citra concursum alterius adminiculi præsumatur solennitas extrinseca tenent Iason in d. l. sciendum, & Ludouicus Romanus sibi contrarius in d. l. qui in aliena. Felinus in d. c. Albericus, columna fina. Iason in leg. 1. C. qui admi. col. 4. Alex. consil. 79. primo quaeritur. lib. 1. Barbat. consil. 33. col. tertia. libro tertio. Idem Barb. in repet. rubr. C. qui admi. colu. 2. Andr. Tiraq. de præsci. §. 1. Glo. 4. vers. 39. & hæc pars sine dubio vetior est data scientia & patientia eius cuius intererat, & consensum præstare debebat.

Secundò deinde eadē cōclusio † vt si solennitas extrinseca ex tēporis diuturnitate præsumatur, limitatur vt non procedat in quibus casibus

7
Solennitas ex
trinseca ex tē
pore longo cū
alijs admini-
culis præsumi-
tur, vel sine
alijs admini-
culis, ard. q.

8
Scriptura in
seruentur an
ex tempore lō
go præsumatur,
ard. q.

casibus requiritur scriptura, tunc enim vte scripturę solennitas interfuerit minimè etiam post longum tempus pręsumitur. Ita tenent Felinus in capitul. 1. in princi. de litis contest. Alex. consil. 219. ponderatis his. colu. pen. lib. 6. & Andr. Tiraquel. post Paulum Castrensem quem allegat, in d. versicu. 39. quę limitatio saltem sic generaliter accepta non video vt sustineri possit, nam si vendidisti mihi domum hoc expressim actio vt inde fieret scriptura, nec aliter contractus perfectus esset, deinde te sciante, & patiente post precium solutum longo tempore eam domum possedi, certè tibi hæreditiue tuo eam domum vendicanti exciperem eam solennitatem scripturę interfuisse, sicque contractum suam perfectionem recepisse, eaque solennitatem ex ipsa temporis diuturnitate probarem. Quinimò idem crederem etiam si per procuratorem contractus ille fuisset celebratus, nec vnquam ad tuam notitiam peruenisset nisi nu nc, cum post longum tempus agere cępisti, quia quando reuera interfuit conuentio & solummodò dubitatur de solennibus illius contractus, ea etiam in præiudicium absentium pręsumuntur ex longo tempore, licet non pręsumerentur in præiudicium absentium ipsimet contractus si de ipsorum initio non constaret. sicque si non probaretur quodd inter me & tuum procuratorem interfuisset vlla conuentio, tunc licet probatum esset te illi mandatum dedisse ad illam domum vendendam, meque postea illam longo tempore possedisse, adhuc in præiudicium tui absentis & ignorantis ea solennitas extrinseca (hoc est illius cõtractus interuentus) minimè pręsumeretur: arg. eorum omnium iurium & rationum que supra dicta sunt, quęq; infra adijciuntur, & argu. d. l. filiusfamiliās. C. de peti. hæred. l. qui in aliena, in prin. ff. de acquir. hæred. c. illud. de pręsumpt. l. 1. C. de patria. potest. Ratio differentię, quia quod est aliquid, facile recipit suppletionem & perfectionem, sicque eam recepisse facile pręsumitur, sed quod est nihil, non potest recipere suppletionem augmentumve, sicque eam recepisse ex temporis etiam diuturnitate pręsumi in ciuile esset. argu. l. omnimodo, & l. scimus, in prin. & §. repletionem. C. de inoffi. test. l. sed & si manente. ff. de precario. cap. & Glo. de offic. deleg. vnde portio quę aliqua est, facile recipit suppletionem & argumentum iuris accrescendi, non sic in ea quę nulla est. l. si totam. ff. de acquir. hære. vbi tradunt communiter Doct. Bart. & alij in l. re coniuncti. ff. de lega. 3. vnde repudiatio partis hæreditatis vel legati quia nihil est, non trahit ad se alias partes eiusdem hæreditatis, vt omnes repudiatę videantur, sed aditio partis trahit ad se alias partes, sicque per aditionem partis totum quod delatum est, quęsitum videtur, text. est in l. 1. & 2. cum ibi notatis. ff. de acq. hære. l. si solus, in princi. & §. 1. eod. titu. iuncta l. cum quidam. ff. de lib. &

9
Supplementū
actus facilius
inducitur quā
ipsemet actus

posth. dixi multa in simili in c. 1. lib. 2. controuersiarum vsu frequentium, & nostram distinctionem videntur sentire Alex. consil. 55. colu. 2. lib. 5. Decius consil. 442. col. 3. Tiraq. vbi supra, versic. quin & aliter.

Tertiò limita † vt solennitas extrinseca etiam post temporis diuturnitatem non pręsumatur, quando agitur principaliter de inferendo alicui tertio præiudicium, ita tenent (nisi demum post annos triginta vel longius tempus) Glo. & Innocen. & reliqui in c. peruenit. de empri. & vendi. vbi Imola. col. 6. Fulgosius in l. 1. col. pen. C. qui admi. Alex. colu. 7. viso instrumento locationis. col. 3. lib. 4. Hostien. Ioan. Andr. Panor. in d. c. Albericus de testibus. Alex. consil. 218. ponderatis narratis. col. 3. lib. 6. arg. d. l. nullo. C. de rei vend. cum simi. & d. c. peruenit.

10
Solennitas extrinseca ex longo tempore an pręsumatur ad damnum tertij.

Contrarium tamen tenent Alexan. sibi met contrarius in d. l. qui in aliena, in prin. ff. de acquir. hære. per c. continebatur, de his quę fiunt à prelato sine cons. c. las. in d. l. 1. colu. 5. C. qui admitti. And. Tiraq. de pręscri. Glo. 4. §. 1. versic. 39. ibi sunt, & qui hoc limitant post Antonium Butrium, quem allegat in d. c. illud.

Quid dicendum, & sanè vt istarum sententiarum neutra simpliciter vera est, ita vtraque aliqua ex parte defendi potest, nam quod tendit in præiudicium tertij ignorantis, ex diuturnitate temporis non stabilitur, aut solennitas extrinseca pręsumitur. Sicque mandatum non pręsumitur in præiudicium ignorantis eam rem qua de agitur, vt diximus supra, & aliquid in c. pręsc. Ceterum si ipse id agi non ignorabat, aliud esset, vires enim sumeret actus ille vel quasi ex præambulo mandato pręsumpto vel quasi ex sequenti ratihabitione, arg. l. semper qui non prohibet. ff. de reg. iur. cum ibi latè traditis per Philippum Decium & Hieronymum Cagnolum, & per ea quę iam diximus.

Quartò limita vt procedat quando ageretur de modico præiudicio, secus si de magno: tunc enim solennitas extrinseca non pręsumeretur etiam ex temporis diuturnitate. Ita Barth. in d. l. cum de in rem verso. colu. 3. ff. de vsu. Idem Barth. in d. disp. mulier habens amplum patri. Idem Barth. in l. 1. volum. pen. ff. de aqua plu. arcen. Fulgosius col. pen. & las. colu. 5. d. l. 1. C. qui admitti. Alex. in d. l. qui in aliena, in prin. Idem Alexan. in l. sciendum. ff. de verb. obli. And. Tiraq. vbi supra, ibi, sed & hoc multi. Panorm. in c. vlt. colu. 3. de causa poss. & propr. Paul. Castren. in d. l. si filiusfam. Decius consil. 444. Idem Decius in c. 1. colu. 6. de fide instrum. Alex. consil. 20. viso processu. colu. fin. lib. 4. Idem consil. 5. colu. pen. eod. lib. Sozin. consil. 254. lib. 2. per d. l. nullo. cum simi. quod dic vt supra c. 2. diximus super Glo. l. pen. C. com. diui. Quid dicendum? & sanè sunt tres casus inspiciendi, primus quando ea solennitas extrinseca quę omissa esse dicitur, exige-

exigebatur principaliter ob vtilitatem eam omittentis. Alter quando exigebatur ob vtilitatem tertij, vltimus quando exigebatur ob vtilitatem reipub. Primo casu ex temporis diuturnitate præsumitur, quid enim si erat statutum, ne mulier contraheret sine consensu duorum consanguineorum, certè hoc casu similiter cōtraxit, & post longum tempus velit contractum rescindere eo colore quòd sanguineorum consensus non interfuit, consensus ille licet sit extrinsecq̄ solennitatis præsumetur per omnia iura & rationes, de quibus supra, & potissimùm per d.l. si filiusfamilias, & d.l. quia in aliena, & d. c. illud. nec dubium est, quin ea solennitas intueatur principaliter ipsius mulieris vtilitatem, vt per Barthol. & alios in leg. si quis pro eo. ff. de fideiuf. dixi plenius libro tertio controuersiarum vsu frequentium. Amplia vt procedat etiam si per procuratorem mulier contraxisset, cum ipsa contractum initus non ignoraret. cap. qui per alium, de reg. iur. libro sexto per totos titulos. ff. & C. de proc. & ff. & C. mandati. cum similibus. Amplia vt non procedat non solum si de leui, sed etiam si de graui vel mediocri præiudicio ageretur per generalitatem iurium & rationum de quibus supra, & infra. Limita vt non procedat quando contractus reuera initus non fuit, licet rem fortè mulieris aliquis possidere cœpisset, quasi ex venditione, vel donatione, vel dotis datione ab ea factis, tunc enim cum non solum negetur ea extrinseca solennitas de interuentu consanguineorum, sed etiam negetur ipse principalis contractus vel ipsa principalis conuentio, ex diuturna possessione etiam illius contractus nomine aut velamine colorata non præsumeretur is titulus vel contractus, nec cum illa solennitate interuenientium consanguineorum, neque sine illa, ita procedit d. l. nullo. cum similibus. C. de rei vendi. Secus si contractus reuera interfuisset, sed consensus consanguineorum minimè, nam tunc is consensus præsumetur, nisi abfuisse vel defuisse probaretur, vt dixi. Ratio differentie, quia contractui, qui reuera non fuit, nihil potest accedere aut præsumi accessisse, at contractui qui reuera fuit ea extrinseca solennitas vt accedere potuit, ita & accessisse præsumi potest.

Secundò limita quando mulier isthæc ignorabat eo quòd & si mandatum dedit ad contrahendum, & contractus reuera fuit celebratus, ipsa tamen id ignorabat, quia talem contractum factum fuisse sibi nunquam denuntiatum fuit. tunc enim & si probatum esset contractum fuisse celebratum, si tamen consensum cōsanguineorum interfuisse probatum non esset, is minimè ex diuturnitate temporis præsumeretur, & ita procedat, text. in d. l. nullo. iun. & leg. secunda. §. si à populo. ff. pro empr. leg. secunda. C. eod. tit. iun. & leg. 2. §. fin. ff. de public. in rem act. nam & si

fortè ex vi & occasione illius contractus huius mulieris aduersarius rem suam longo tempore possedisset, adhuc eam præscribere non posset, quia titulus ille vt pote illegitimus non præberet iustam ei causam possidendi in scia muliere, vt dictis legibus, ea autem sciente & patiente fortè aliud esset, quia iam ille videretur habere iustam causam possidendi eo ipso quòd domina patiente possidebat. leg. si id quod. ff. pro de reli. ibi, quasi sciente & volente domina. leg. si vir vxori. ff. pro donatio. in quibus iuribus titulus similiter erat illegitimus, & ex domini consensu iustificabatur, quasi defectus tituli vel vitium ipsius purgetur vel suppleatur ex scientia & patientia domini. Et in d. l. prima. C. pro empti. & d. §. si à pupillo, vitium illi tituli ex consensu minoris idèd non purgatur, quod ille non potest circa id dispensare, aut iuribus suis nocere, id quod possunt qui maiores ætate sunt, vt in terminis d. l. si vir. dict. l. si id quod, vt vtrunq; probatur in l. Titio centum, in prin. ff. de condi. & dem. iun. & l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 1.

Ex superioribus † apparet vehementer errasse Baldum in l. secunda. C. de leg. hæredit. quem sequitur Andreas Tiraquellus, vbi supra, versicu. & quanquam. post Fulgosium & Paulum Castrensem, quem refert. aiunt enim ex diuturnitate temporis non præsumi insinuationem donationis, non quoque præsumi interuentum consanguineorum cum vtrunque præsumi longè verius esse ostendimus, quando contractus reuera factus fuerat in quibus terminis ipsi loquuntur, id quod regulare est. Fallit in casu secundum superiorem distinctionem. Ad id quod dixi, quando contractus initus non fuit, idem tenet Tiraquellus, vbi supra, versicu. quin & aliter. Alex. consil. 50. libro quinto. Decius consil. 444. colum. tertia. Secundo casu principali quando ea extrinseca solennitas desideratur in vtilitatem potissimùm tertij, sicque eius omisio in illius tertij præiudicium principaliter vergit, tunc communis opinio supra relata voluit eam non præsumi nisi probetur, intellige primùm quando magno præiudicio ageretur, deinde idem si de mediocri, postremò idem si de minimo vel leui, quæ omnia puta vera si tertius ille ignarus esset. † Vnde cū lege, Tauri. 45. prohibeatur vxor sine viri sui licentia contrahere, si ipsa se ignaro contraxisset etiam post longum tempus mariti licentia non præsumeretur, siue agatur de magno, siue de mediocri, siue de minimo præiudicio ex mente d. cōis opinionis. ea enim solennitas principaliter respicere vtilitatem mariti diximus lib. 3. controuersiarum vsu frequentium. Ceterum sciente & patiente marito post temporis diuturnitatem, ea licentia præsumeretur, vel ea diuturna taciturnitas pro licentia haberetur, argu. d. l. filiusfamilias. d. l. qui in aliena.

11
Tempus longū facit præsumi consensum consanguineorum, contra Doct. & præsumi insinuationem contra Doct.

12
Inrel. l. 45. Tauri.

aliena. d. l. si id q. ibi, quasi sciēte & volente domina. d. l. si quis diuturno. ff. si serui. vendi. d. l. si ego. §. 1. ff. de pub. in rem. act. ibi, per traditione vel patientiā fortē. §. fin. Inst. de vsur. l. alienationis verbū ibi, vix est. n. vt non videatur alienare. ff. de verb. sign. leg. qui patitur. ff. mand. l. semper qui non prohibet. ff. de reg. iu. & diximus plene suprà in capitibus p̄ced. Tertio casu principali † quando prohibetur actus sine illius solennitatis interuētū ob publicā principaliter vtilitatem, puta quia dicit statutū ex omni cōtractu venditionis p̄stari gabellā, infirmatq; oēm contractum qui non fuerit insinuatus in actis publicis, ne gabella fraudetur, tūc si apparet initus cōtractus, non tamen cōstat de insinuatione, ea etiā post longum tempus regulariter non p̄sumeretur, quia in dubio rei publicæ ignorantia p̄sumetur. l. verius. ff. de prob. quod si apparet rei publicæ administratores id nouisse, tunc fortē secus esset, arg. iuriū proximē allegatorū. ergo aut sciuerūt & tunc ea solennitas p̄sumitur, aut ignorarūt & tūc non p̄sumitur, aut dubitatur & similiter non p̄sumitur post longum tempus, post longissimum aut tempus omnis actio competens ad talem cōtractum impugnandū expiraret, sicq; ille firmus maneret, arg. l. sicut. l. oēs. C. de p̄scr. 30. annorum. longissimum tempus accipere debemus 30. annorū quoad priuatos, d. l. sicut, & 40. quoad rem publicam. d. l. omnes ita intelligo. d. c. peruenit. de censu. Quintò limita d. regulam vt ex diuturnitate tēporis solennitas extrinseca nunquā p̄sumatur, nisi apparet actū fuisse gestum, & de solennitate legali an interfuerit, vel non dubitatur, secus si de ipso actu principali nō apparet, quia tūc, vt suprà diximus, non p̄sumeretur etiam post longum tempus. And. Tiraq. vbi suprà, vers. quin & aliter. post Dec. cōsi. 442. & Alex. consi. 50. lib. 5. quos ipse allegat.

Sextò limita vt nō procedat quando actus, de cuius solennitate agitur, solenniter fieri nō erat p̄hibibile (vt si fortē hēreditatem pupillo delatā serui ipsius administrarunt longo tempore) nam tunc non p̄sumetur aditio, cū ipse adire nequeat. l. potuit, cū ibi not. l. si infanti. C. de iur. delib. §. sed neque. Insti. de aut. tut. ratio, quia vbi veritas locum habere non potest, ibi nec fictio locū habere p̄t. Ita Dec. & And. Tiraq. vbi suprà, per l. qui ad certā. ff. locati. quorum opinio eo solū casu rueri p̄t, de quo ipsi non videntur meminisse, scilicet quando pupillus ille (quod rarē accidit) nunquam habuit tutorem. Ceterū cū regulariter tutores habeant pupilli, qui eorum nomine possunt adire hēreditates, vt dd. ll. quis vetat aditam nomine p̄sumi hēreditatē, cum diu ab eius tutore vel ab eius seruis repetitur administrata, argu. d. l. si filius familiās, & d. l. qui in aliena.

Septimò limita † quando erat nimia diffi-

cultas in ipso actu principali, hoc est, quando ipsemet actus principalis fieri nō poterat sine principis dispēsatione, aut voluntate, tunc. n. qui id reputatur impossibile, iuxta l. apud Iulianum. §. constat. ff. de l. i. non p̄sumeretur ex temporis diuturnitate, vnde vtilissimē dicebam † si rem maioratus vendidisti, quæ contra principis licentiam vendi non p̄t, certē & si longo tempore emptor eam possederit, adhuc ea principis licentia nō p̄sumeretur, quia ea solennitas non solū extrinseca est, sed etiam impossibilis ferē reputatur, sicque par est vt ex solo cursu longi temporis non p̄sumatur nisi probetur, id quod iustificatur ex illico dicendis. Octauò limita vt non p̄sumatur quando ea extrinseca solennitas verosimiliter interuenire non potuit, puta apud Indorum regiones episcopos, & capitulum iurarunt re ecclesiæ non alienaturos se nisi de licentia Papæ, alienata reperitur ab hinc annos decem, non p̄sumitur Papæ licentia, quia cum multum temporis ad tale iter ad talemque navigationem requiratur à tempore, quo ea licentia habita esset vsuque nunc (si fortē habita fuit) integrum decennium p̄terire non potuit, ita Andr. Tiraq. vbi suprà, Decius consi. 419. col. 2. Alex. consi. 9. col. vlt. lib. 3.

Nondò limita † vt non procedat quando ea est solēnitas cui partes nequeunt renuntiare, tūc etiam ex temporis diuturnitate non p̄sumitur. Ita Pet. Ancha. in c. 1. per illum tex. de reb. eccle. non ali. Anto. Butr. & alij in c. sicut, de re iudi. Glo. & Bart. in l. 1. C. de fid. instr. lib. 10. Bar. in l. si fortē, per tex. ibi. ff. de Castre. pec. Alex. consi. 219. col. pen. lib. 6. Bar. in l. sciendū. ff. de verb. obl. Idē Bar. in auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. And. Tiraq. de p̄scr. §. 1. Glo. 4. vers. 39. ibi aliter alij. † Ex qua cōmuni limitatione non minus vtiliter quàm nouē colligebam egregiam declarationem ad l. vlt. C. de pact. ait lex illa pactū de futura successione quod regulariter non valet. l. pactum quod dotali. & l. fi. C. de pac. l. pactū q. dotali. C. de colla. l. fin. ff. de suis & leg. hēred. l. 2. §. interdū. ff. de vulga. & pupil. l. si quando. §. illud. C. de inoffic. testam. sustineri quidem tale pactum si fiat de voluntate illius cuius de successione agebatur, per d. l. fi. Quid autē si probatur inter duos cognatos meos ab hinc annos 10. fecisse pactū super hēreditate mea, non tñ probatur vtrū inscio me (quod semper p̄sumitur. l. verius. ff. de probatio. l. vetare. ff. de furtis) an volente & consentiente id pactū fuerit interpositum, vtrū ex illa temporis diuturnitate meus consensus p̄sumatur, videbatur quod sic, quia cū ea conuentio reuera interfuerit, & de ista dūtaxat qualitate, vel solennitate (scilicet consensus mei) dubitetur interfuerit, nec ne, facile ex illo longo tempore p̄sumi debere, adhuc tamen contrarium respondi, eo quod consensus ille sit huiusmodi, vt ei partes pacificētes renuntiare minimē possent,

13
Solennitas extrinseca requisita ob bonum publicū, an p̄sumatur ex longo tempore.

14
Solennitas extrinseca non p̄sumitur ex longo tempore, quando nec veritas locum possit habere.

15
Solennitas extrinseca non p̄sumitur ex tēpore longo quando nimis difficilis erat ipse actus principalis, idem si nō erat verosimilis.

16
Maioratus in venditione nō p̄sumitur licentia principis ex tempore longo noua opi.

17
Solennitas extrinseca ex tēpore nō p̄sumitur si partes renuntiare non uolebant.

18
Consensus domini in pacto de fu. succ. nō p̄sumitur ex longo tempore noua opinio.

possent, vt legib. suprà allega. Similiter illinc etiam colligebam, † scis iuramento calumnizà colligantibus non possent renuntiare. l. 2. cum Glof. C. de iureiuran. propter calum. dando, quid postquam partes iuramento calumniz renuntiarūt praterijt decennium, nec adhuc finita est, an ex hoc longo tempore ea renuntiatio vires sumat, vel an fortè presumatur ei accessisse iudicis cōsensum, id quod omnino negabam, ex eo, quod partes huic solennitati iurandi de calumnia renuntiare nō poterant expressim. † Quinimò nec etiam tacite, quamuis in hoc vltimo vt tacite renuntiare possit contrarium tenuerit Glo. quā ibi (sed minus rectè iudice me) videntur sequi Doctores in d. l. 2. §. sed quia veremur. C. de iuram. calum. quia tacite per partes colligantes renuntiare non pōt, non magis, quā expressim, sicq; post partium renuntiationem (siue illa tacita sit siue expressa) iudex tale iuramentū in quacunque parte litis exigere potest, sicq; apparet eam renuntiationem efficacem non fuisse, iuxta d. §. sed quia veremur. & c. 1. §. 1. de iur. calum. lib. 6. Tertio ex eadem cōi limitatione colligebam, † scis non licere facere transactionem super alimentis legatis, nisi demum inspectis cognitisq; verbis testamēti. l. de his. ff. de transact. sed quid si apparuit de alimentis abhinc annos decem transactum fuisse, nunquid ex hoc longo tempore præsumeretur ea extrinseca solennitas vt inspecta, & cognita fuerint verba testamenti, id quod ex eadē comuni opinione non minus vtiliter, quā nouè abnegabam. Quarto illinc etiam dicebam † scis testamentum minus solenne non valere, nec tollere superius quod solenne esset. §. posteriore. Inst. quib. mod. test. in fir. l. si quis priore. ff. ad Treb. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de lega. 1. l. sancimus. C. de testamen. quid si post primum testamentum solenne aliud minus solenne feci: aut quid si minus solenne testamentum feci, cū antea nullum aliud fecissem, & postea decennium praterijt, an ex ista temporis diuturnitate sumet vires hoc testamentum, quasi si quid solennium nunc videtur deficere, interfuisse tamen, præsumeretur propter longi temporis cursum; videaturque scriptum minus, quā dictum, gestū ve fuerit, vt in simili definiuit Papinianus in l. cum auus. ff. de condi. & demonst. id quod abnegandum est, quia hęc solennitas extrinseca est huiusmodi, vt ei per testatorem nequeat derogari. l. nemo potest. ff. de lega. 1. l. Lucius. §. fin. cum sua Gloss. singulari. ff. de lega. 2. & ita ampliatu d. l. sancimus.

Illud autem elegāter quæri posset, † feci testamentum solenne, deinde dedi me in arrogationem, sicq; in testamentum hac capitis diminutione irritum factum fuit, postea ab arrogatore sui emancipatus, quo casu ex noua voluntate mea id testamentum conualesceret, iuxta l. pen. §. testamento. ff. de poss. secun.

tabu. & §. non tamen. Instituti. quib. mo. testa. in fir. praterijt integrum decennium post talē emancipationem, nunquid ex tali longo tempore præsumeretur hęc solennitas: extrinseca quodd videar huius esse animi, vt id testamentum sic semel irritatum quasi iudicio recenti conualescat, id quod nō minus vtiliter quā nouè abnegarem, nec enim temporis diuturnitas inducit substantiam, quam constat non interfuisse, vt in specie hac, sed quando dubitatur, vtrum ea solennitas extrinseca, de qua agitur, interfuerit, nec ne, & possibile est interfuisse, & possibile est etiam non interuenisse, tunc temporis diuturnitas inducit probationem coniecturalē seu præsumptionem, vt interfuisse ex tūc cū actus fiebat videatur & cre datur, non autem quodd ea solennitas postea accessisse intelligatur. Sic ergo & in specie proposita hęc noua substantia & voluntas ad reuadationem vel reparationem illius testamenti quod semel accidisse constitit, accessisse non videbitur, eritque egregia declaratio ad d. §. non tamen, & ad d. §. testamento, de quibus egimus libro 2. de successio. crea. §. 15. In † contrarium tamen fortiter facit l. si quis diuturno, in princ. ff. si serui. vend. & l. alienationis verbum, ibi. vix est enim vt non videatur alienare. ff. de verborū significatio. vbi tibi rem meam possidere inchoanti licet eā concedere non videar, tamen post longum tempus eam concedere videor, sicque ipsa voluntatis substantia ex ipso tempore videtur accessisse, id quod longè facilius præsumentum erat interminis d. §. non tamen, & d. §. testam. quia interest, cuiusq; cum testamento decedere, sed non interest, imò nocet res suas concedere, sicq; id non præsumeretur. l. sed quia hoc interest. ff. de interro. 2. §. 1. Inst. quib. ex caus. manu. nō liceat, iunct. l. cū de indebito. ff. de prob. sed possum⁹ respōdere, hoc pcedere fouere possessio. qui summus est, arg. l. 1. ff. de vfu. l. si. ff. pro suo. l. cum notissimi. in princ. C. de præs. 30. annorum. & nostra sententia iustificatur ex ijs, quæ in sequenti limitatione dicentur, vbi si ex instrumenti inspectione cōstaret eā solennitatem extrinsecam, qua de ageretur, non interuenisse, tunc temporis diuturnitas eam non pareret aut introduceret, tēporis enim natura nō tam apta est ad gignendum quā ab absumendum, non tam ad procreandum, quā ad perimendum procreata, & nouas formas quas denuo tempus quotidie videtur producere, non ipsum tempus, sed elementa materialiter producunt, vt diximus ex sententia Philosophorum suprà par. 1. q. 10. Postremò limitatur † vt sic ex ipso instrumento producto constat eam extrinsecam solennitatem, qua de agitur, non interfuisse, tempore quo actus fiebat, tunc ex tēporis diuturnitate postea prateriunt nō præsumeretur, aut (vt rectius loquar) non generetur ea solennitas, vt suprà proximè dicebamus. leg. obliga.

19
Iura. cal. renuntiatio nō firmatur longo tempore, noua opinio.

20
Iura. cal. non potest renuntiare tacite cōtra Doct.

21
Alimentorū transactio an longo tempore firmetur, noua opin.

22
Testa. minus solenne ex tēpore longo nō sumit vires, nec trahit su perius, noua opin.

23
Instell. §. non tamen. Insti. quibus mod. testa. in fir. & l. pe. §. testamento. ff. de secun. sab.

24
Intel. l. si quis diuturno. ff. si ser. vend. & l. alienationis. ff. de verb. sig.

25
Tempus longum non inducit præsumptionem in instrumento contrarium.

obligatione s̄re. §. placet. ff. de action. & obli-
talem aut solennitatem nō interfuisse tunc de
mū ex instrumento ipso apparere videbitur.
cum scriptum erat id minimē factum fuisse,
aut alijs verbis id declarabat. Quid t̄ enim si
scriptum fuerat Titium Mzuio absenti cen-
tum promississe per solennem stipulationem,
tunc apparet sanē solennitas præsentiæ, quæ
necessaria est ad stipulationis validitatem nō
interuenisse, sicque etiam post temporis diu-
turnitatem eam rem inter præsentes actam fu-
isse minimē præsumeremus, ita licet non sic
exemplificantes tenent communiter Docto.
Paul. Castren. consil. 81. in causa quæ vertitur.
column. 3. lib. 2. per l. emptorem, in principi. ff.
de act. emp. And. Tiraq. vbi suprā, versicu. 39.
ad fidem Alex. consil. 1. ponderatis his. colum.
1. lib. 1. l. 1. in l. 1. colu. 5. C. qui admitti. Philipp.
Dec. consil. 103. an approbatione. colu. 1. Idem
Decius consil. 36. colum. 3. Stephanus Bertran-
dus consil. 154. alienatio. columna 3. libro se-
cundo. Bald. in l. data. colum. pen. C. qui accu-
sare non possunt.

26
Stipulatio facta
inter ab-
sentes non firmatur
tempore.

27
Tempus non firmatur
venditionem factam
sine precio.

28
Tempus non firmatur
locationem factam
sine mercede certa.

Ex qua communi limitatione colligerem
quod t̄ si instrumento diceretur, Titium Mzuio
fundum vendidisse pro certis libris plum-
bi, aut ferri, aut pro certa frumenti quantita-
te, tunc certē etiam post longum tempus non
conualesceret is contractus emptionis, quia
quum quo tempore actus fiebat, constet pre-
cium in pecunia numerata non interfuisse, eā
solennitatem tempus postea præteriens non
potest gignere, cum eius natura, vt diximus,
non tam apta sit ad gignendum quàm ad pe-
rimendum, ars autem ciuiliis imitatur natu-
ruram. l. adoptio. ff. de adopt. §. minorem. Inst.
eod. tit. l. si quis posthumos, in principi. l. filio,
quem. ff. de lib. & posthum. Quid ergo t̄ si in-
strumento dicebatur locationem domus fa-
ctam fuisse his verbis, Titius Mzuio domum
meam locatam volo pro vno anno, sed in eo-
dem instrumento fides sit, quod merces non
fuit designata, aut scriptum erat quod Mzuio
domum suam commodabat, sed nō ad quan-
tum tempus, aut quod Mzuio amplum fun-
dum donabat, sed quod nō interfuit tunc in-
sinuatio, aut quod minor vendidit prædium.
sed quod interfuit tunc iudicis decretum, aut
quod vxor contraxit, sed quod tunc non inter-
fuit mariti licentia ex forma statuti desidera-
ta, & per Taurinam l. 45. Vel quod non inter-
fuit præsentiā consanguineorum in mulie-
rum contractibus desiderata ex forma statuti,
certē in omnibus his speciebus, & similibus,
pereandem receptam opinionem suprā rela-
tam colligerem etiam post longum tempus
eas solennitates non præsumi, qua licet regu-
lariter talia solennia post longum tempus præ-
sumantur: tamen præsumptiones legales ad-
mittunt probationem in contrarium, hic au-
tem contrarium probatum est per ipsum in-
strumentum, cui in toto, vel in nihilo fides ad-

hibenda est, sicque si credimus ei quatenus te-
statur, actum illum principalem gestum fuisse,
similiter ei credere debemus quatenus ne-
gat, solennitates iam relatas interfuisse, quas
tempus parere impossibile esse nullus modò
sanus ignorat, vt diximus, nec lex eas tempo-
re quo actus principalis fiebat, interfuisse præ-
sumere potest, cum contrarium per instrumē-
tum sit probatum, & temporis diuturnitas nō
in id prodest vt post actum celebratum minus
ritē tunc postea solennitas ad illum actum ne-
cessarias, aut pariat, aut postea à partibus addi-
tas fuisse præsumat, sed tantum in id prodest,
vt eas tempore ipsius actus interfuisse præsu-
mat, quandiu non probatur eo tempore non
interfuisse, prout probatum est in superiori-
bus speciebus. Fallit t̄ hoc (vt credo) fauore
diuturnæ possessionis rerum corporalium, ar-
gum. d. l. filiusfamilias. C. de peti. hæredit. d. l.
qui in aliena, in pri. ff. de acquir. hæred. Vnde
si instrumento diceretur filium adiuisse hære-
ditatem patris, tamen iussu minimē interue-
niente tunc, sed ipso fortē absente, si postea
sciente patre, is filius eam hæreditatem possi-
deret, præsumerem, patris iussum accessisse,
computando decennium à tempore quo pa-
ter reuersus cœpit notitiam illius rei habere,
ita not. intelligo, & amplio d. l. si filius. Et simi-
liter t̄ si hæreditatem filio delatam dicebat in-
strumentum patrem acceptasse filio absente,
& ignorante, tunc si postea is filius ad patrem
reuersus videbatur, & patiebatur eam hæredi-
tatem diu à patre possideri, præsumat nouum
consensum accessisse, dum modo decennium
computari incipiat à tempore quo filius reuer-
sus huius rei notitiam habere cœpit, ita intelli-
go, & egregiē amplio d. l. qui in aliena, in pri.
facit optimē dicta l. si quis diuturno, in princ.
& d. l. alienationis verbum, ibi, vix est enim
vt non videatur alienare, facit l. si ego. §. 1. ff. de
publici. ibi per traditionem, aut patientiam
fortē. facit lex si id quod. ff. prodere ibi, quasi
volente, & concedente domina, idē suprā di-
ximus quod nouus solennitatis aduentus, li-
cet post longum tempus præsumat fauore
corporalis possessionis (vt modò etiam dixi)
tamen non præsumeretur vbi ea possessio cor-
poralis, vel quasi corporalis non esset, vt est in
seruitutibus d. l. si quis diuturno.

29
Intell. l. si fili-
us. C. de peti.
hæredi.

30
Intell. l. qui in
aliena. ff. de
acq. her.

Sicque t̄ non minus vtiliter, quàm nouē
dicerem, quod in terminis leg. cum de in rem
verso. ff. de vsur. si instrumentum diceret, me
Titio decem dedisse, non ex vlla causā obliga-
toria, sed gratis, licet postea per nouem annos
sequentes tantundem ei dedissem, adhuc non
præsumeretur nouus obligatorię causæ aduen-
tus, quia ibi nec est possessio rerum corporali-
um, vt erat in terminis d. l. alienationis, & d. l.
si filius, & d. l. qui in aliena. neque erat quasi
possessio rerum quasi corporalium, vt est in
seruitute prædiali causam continuam habente,
vt erat in d. l. si quis diuturno. Hactenus
t̄ quan-

31
Intell. l. cum
de in rem. ff.
de vsur.

32
Solennitas ex
trinfeca etiã
fide ea instru-
mentum non
meminit præ-
sumitur ex lō
go tempore,
ard. q.

† quando instrumentum vt testabatur actum principalem gestum fuisse, ita quoque testabatur solennitatem ad illum actum requisitam non interfuisse eo tempore quo actus fiebat, nam postea interfuisset vel non, tabellionem nosse non potuit. Quid verò si instrumentum solum dixit, actum principalem gestum fuisse, de solennitate autem ad illum necessaria mentionem nullam fecit, sicque nos incertos reliquit, vtrum interfuerit, vel non interfuerit, & tunc quidem vt cum actus ille recens est, ea solennitas eo ipso, quòd de ea constat, non præsumitur, quia est quid facti, quod nõ præsumitur nisi probetur. l. in bello. §. factz. ff. de capt. l. si emancipati, vbi not. laf. C. de colla. ita quoque post longum tempus non desinit præsumi, etiam si eam non interfuisse quale quale indicium faciat, de ea nullam mentionem instrumentum fecisse, præterea, quòd ipsa facti esset, ita in specie tenent Petr. Ancha. consi. 136. ex consilijs Alexand. consil. 69. circa primum. colum. 3. lib. 1. Felin. in c. sicut. colu. pen. de re iudic. Philipp. Decius consil. 342. viso puncto. colum. 6. Idem Dec. consi. 419. viso consilio. colum. 1. vt refert, & sequitur Andr. Tiraquel. vbi supra, versicu. 39. in fine. quamuis, vt ipse ait, contra hanc communem opin. tenuerit Paul. Castren. consil. 81. libro 2. existimans, & minus rectè, idem iuris esse hoc casu, quod in casu superiore esse diximus. Ergo aut agitur de solennitatis extrinsecæ interuentu, aut de nouo ipsius aduentu: primo casu, aut est certitudo, quòd non interfuit, aut præsumptio tantum, cum est certitudo, quia id testabatur instrumentum, ea non præsumitur ex temporis diuturnitate, quia authoritas instrumenti vincit hanc præsumptionem, & coniecturam ex temporis diuturnitate orientem, l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. quando verò solum erat præsumptio, quod ea solennitas non interfuerit, tunc etiam si ea præsumptio sit qualificata, & aucta, vincitur per præsumptionem ex temporis diuturnitate emanantem, quale est cum actum principalem gestum fuisse testabatur instrumentum, nec de tali solennitate mentionem faciebat, dicebat enim vendidisse minorem, nec de decreto mentionem faciebat, aut contraxisse nuptam nec de mariti licentia per statutum requisita meminerat, aut amplum fundum donatum fuisse, nec de insinuatione mentionem faciebat, sicq; cum isthæc sint facti, præterea quòd regulariter non præsumuntur nisi probentur, ea præsumptio augetur eo quod verosimile erat, quòd de ea si interfuisset meminerat instrumentum, non secus, quàm de ipso actu principali, adhuc tamen hæc præsumptio vt cunque sit qualificata vincitur à psumptione ex tēpotis diuturnitate emanante, vt patet ex superiore communi opini. contra Paul. Castr. sicque in tribus speciebus modò relatis contrarium verosimile est responsum Paul. Castr.

sed ita verosimile est, quòd responderent qui tenent d. communem opin.

Secundo casu principali quando agitur de nouo solennitatis aduentu (constabat enim ex instrumento tempore actus principalis eã solennitatē minimè interfuisse, dubitabaturque an postea accessisset) & tunc ex temporis diuturnitate nõ præsumitur ex cōi opi. supra relata. fallit fauore possessionis, rerum corporalium diuturnæ, dummodo decennium computetur à tempore quo ea solennitas potuit interuenire, vt supra diximus, ita intelligentes d. l. si filiusfamilias. l. alienationis. d. l. qui in aliena. Fallit 2. fauore quasi possessionis, quæ est in seruitute prædiorum causam continuam habente, vt diximus supra, ita intelligentes d. l. si quis diuturno, in princ. Fallit tertio etiam in possessione vel quasi vsufructus, vt dictis legibus. iunct. l. qui vsufructum. ff. de verb. oblig. & l. 4. ff. de vsufruct. cum ibi not. Quo ad materiam verò. d. l. cum de in re verso, quæ ab ista longè abscedit, dic vt supra attigimus, quæ omnia nota, quia pleraque noua.

Ex his ergo apparet † suspectum esse intellectum quem ad d. l. si filiusfamilias, assignat Alex. consi. 9. viso themate. col. fin. lib. 3. Franciscus Balbus, de præscrip. in 1. par. 3. partis pri. q. 10. num. 12. vers. alium notabilem. Salyctus q. 1. in dict. l. si filius. aiunt enim, quòd ibi ex diuturnitate temporis solennitas extrinsecæ ideo præsumitur, quia pater allegabat se filium iussisse vt adiret eam hæreditatem, quòd si id pater non allegaret, ea aditio etiam ex illa diutina possessione minimè, inquit, præsumeretur, id quod verum non esse, ex superioribus apparet, quibus conclusum fuit fauore possessionis ex diuturnitate præsumi solennitatem illam extrinsecam. & l. quæcunque, §. si. ff. de publicia. in rem act. procedere quando non erat temporis diuturnitas cum tali possessione continua, secus si esset, vt d. l. si filius, cum sim. Ad quod & ad d. l. cum de in rem, vide laf. assignantem 12. limitatio. es in §. præiudiciales. Inst. de act. & Balb. vbi supra, num. 20. cum plu. seq.

Haec tenns sat superq; probatū fuit per plura quã quinquaginta fundamenta legū & ratio nū, titulū psumi ex diutina rei corporalis possessione, sed quod artinet ad Doctorem sententias mihi non satis certum est, vtrum hæc, an contraria pars receptor sit. Hanc enim sententiam, qua edocemur, titulū præsumi ex tali diutina possessione, tenent Gloss. Petrus, Bur. Bart. Bald. Raphael. Fulgosius & Florianus in d. l. cum de in rem. ff. de vsur. secundū quod eos intellexit Andr. Tiraq. de præscri. §. 1. Glo. 4. versic. & hæc quidem. & taciti tenere videntur hi omnes qui ex diutina solutione aiunt præsumi legitima soluendi causã, etiam si non appareat. Ita Panor. consi. 26. in quaestione quæ ad præsens vertitur. colum. vlt. libro 2.

33
Intell. l. si fili-
us. C. de peti.
hered. contra
Doct.

34.
Titulus ex lō
go tēpore an
præsumatur
ad præscri. ar
dua q.

e post

post Glo. quam allegat in c. nullus. 1. q. 1. & Ioan. Andr. in c. peruenit. de censib. & Bart. in l. cum de in rem. supra alle. & idem Panor. consil. 7. colu. 5. versu. item prazmitto. & rursus in versu. prazsumenda est ergo, eod. lib. 2. Idem nō solum repetit, sed etiā addit id procedere etiam si ea causa allegata non fuerit, sequitur Andre. Tiraq. d. Glo. 4. versu. 40. Glo. Bart. Florianus & Paul. Castr. qui putat hanc esse receptā opin. in l. seruitutes, in mag. ff. de serui. & hzc pars seruabitur in practica, secundum Ioan. Imolensem in l. 1. §. fin. ff. de aqua pluui. arc. & in d. l. qui in aliena. in prin. Raphael Cunta. & Roman. in d. l. qui in aliena. in prin. Cypolla de seruitutibus vrbanoꝝ prazdiorum. c. 19. colu. 2. qui hanc esse existimat receptiorem sententiam, & in practica obseruatū iri. Alex. in d. l. si certis annis. C. de pactis. colum. vlt. & pen. Idem Alex. consil. 69. circa primum dubium. colu. 1. lib. 6. Glo. Dynus, & Bart. in l. 1. §. vlt. ff. de aqua pluui. arc. per Bart. & alios in d. l. qui in aliena. Bar. consil. 189. primō quazritur. col. 2. Bald. in l. 1. C. de patria potest. Alberic. in l. 2. C. de seruitu. Idem Bald. in l. 1. C. qui admi. & rursus in l. 1. C. com. diui. Salic. in d. l. si certis annis. Glo. in c. dilectio. 16. q. 3. Glo. Ant. Butr. & alij in reper. c. peruenit. de censib. quorum nonnulli & si loquantur in terminis d. l. cum de in rem. vbi nulla, vt patet, erat possessio corporalis rei vel quasi corporalis, tamen idem verosimiliter responsuros in specie nostra credendum est fauore corporalium rerum possessionis, argu. l. 1. ff. de vsucap. vt plenius supra disseruimus. Sunt tamen qui contrariam expressim tueantur partem contendentes, titulum allegatum prazsumi in terminis d. l. cum de in rem. eo quōd interfuit actus decies geminus ex parte eius contra quem prazscriptum esse vel ius esse contenditur. Ceterū quando nullum factum ex parte illius interfuit extrinsecum, sed non factum duntaxat, & tunc negant ex longo possessione prazsumi titulum etiam allegatum (quale est, cum postquam rem tuam longo tempore possedi, eam me ex certo titulo legitimo quem allegabam, prazscripsisse contendebam, talem titulum allegatum prazsumi ex ipsa longa possessione) ita tenent Iacob. de Arena, Petr. de Bellapertica. Cyn. Bulg. Bald. Iason & alij in d. l. si certis annis. & Ang. ibi in rep. Ioannes Imolen. & Romanus in l. in summa. §. fin. ff. de aqua pluui. arc. Petrus Ferr. sub titu. de forma libelli pro hzred. vel re singulari diuid. verb. cōmuniter, & pro indiuiso, columna secunda. Andreas Barba. consilio 28. omnipotentem Deum, columna nona, libro quarto. Florianus in d. l. de in rem verso. columna vlti. Baldus & Angel. in d. l. qui in aliena, in princip. ff. de acqui. hzred. Iacob. Butrig. Baldus & Angel. in d. l. seruitutes in mag. Idem Baldus in d. l. cum de in rem, in lect. antiqua, & in leg. prima, columna tertia, C. de fideicom. Idem Bal-

idus in leg. solent. §. non vero. ff. de officio pro: Idem Baldus in capi. si quis, verbo. per vnum annum, si de inuest. inter domin. & vasallum fuerit contro. & consilio 100. mulierem maritus duxit. libro quarto. Iacobus de Rauenu. Petr. de Bellapertica. & Cynus. in leg. penulti. C. communi. diuidi. Barthol. in leg. Celsus. ff. de vsucapio. Idem Barthol. in quazst. incipi. mulier habens amplum patrimonium, columna fina. Sed certē materia d. l. cum de in rem, non iuste à nostris tradita fuit ad nostram materiam vsucapionum, quia vera inter se nihil commune habent, estque plus quam manifesta istarum rerum differentia, nam in terminis d. l. cum de in rem, non agebatur neque agi possibile erat de prazscribendo illo iure annuo quid recipiendi in futurum, nam illo tempore, hoc est, de iure ff. in cognita erat prazscriptio actionum personalium, vt ex vera & communi opinione resolui-mus supra part. prima. q. quarta. vnde cum in d. l. agatur de habenda actione personali ad aliquid annuum recipiendū, impossibile erat vt id quisquam contenderet se habiturum per modum prazscriptionis, sed per alium longē diuersum modum, hoc est, per modum & causam contractus, ad cuius contractus probationem prazsumptiuam adducitur, & allegatur illa decies gemina eademque annua prazstatio. Vnde etiam descendit alia non minus perspicua differentia, nam nihil commune habent inter se ius, & substantia cum ipsius iuris vel substantiæ probatione. leg. duo sunt Titij. ff. de testamen. tu ibi, non ius deficit, sed probatio. l. obligationum substantia, in princ. iuncto vlt. respo. ff. de acti. & oblig. sed per d. l. cum de in rem, non inducitur ius aut substantia per prazscriptionem contingens, aut vlla acquisitio iuris, aut substantiæ, sed tantū iuris quod ex causa contractus acquisitum retrofuisse dicebatur prazsumptiuam quazdam probatio. Ceterū si illa impropriissima possessio, & discontinua potuit efficere vt titulus allegatus prazsumeretur, longē facilius & iustius id efficiet nostra possessio, que & propriissima est, & continua, vt diximus ad pri. huius articul. Denique d. l. cum de in rem verso, limitatur egregiē vt non procedat cum agitur de obligando aliquem hominem liberum ad seruitium personale, quale est seruitium vasallagij, (vt more nostrorum loquar) tunc enim decennales annuz prazstationis vasallagij nomine aut similis personalis subiectionis causa facta non inducerent tituli legitimi prazsumptionem, sed longius tempus exigeretur, puta annorum triginta, quia longē grauius & durius praziudicium est in persona vel personali subiectione (qualis qualis illa sit) quā in bonis. ista est vera & communis opinio, quam tenent Bartho. post antiquos in l. litibus. C. de agric. & cens. Idem Bart. in l. solent. §. 1. ad fi. ff. de offic. proc. Cyn. & Bald. col. vlt. in l. si certis annis.

35
Intell. l. cum
de in rem. ff.
per vsu.

36
Tit. ex decenn
nio non prazsum
itur ad vas
sallagium, sed
ex tricennio.

27
 Princeps ci-
 nes etiam ob
 publ. necessi-
 tatem perpe-
 tuo alienare
 non potest.

annis. C. de pact. & ibi Ias. in 6. limit. & Franc. Balb. de præscr. in 1. parte 3. part. prin. q. 10. numero 11. Vnde ¶ apparet quod vt princeps rem vasalli sui etiam propter bonum publicum, aut publicam necessitatem auferre non potest, nisi dato iusto precio, aut iusta recompensatione, & ita longè minus poterit etiam ob publicam vtilitatem, aut necessitatem vasallum, hoc est, ciuè, aut ciues sibi subditos alienare, quia hoc longè grauius esset, quàm bona adimere, vt docuimus, & bonorum ademptio iusto pretio, aut recompensatione potest mederi, & reparari, subiectionis autem detrimentum est inæstimabile, argu. l. filiusfa. §. secundum vulgarem. ff. de leg. 1. l. seruitutum. ff. de regu. iur. Glo. l. in seruorum. ff. de pœnis. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non detur. l. 1. & 2. ff. de homi. libe. exhi. iunctis traditis per Barthol. in l. stipulationes non diuiduntur. 1. & 2. colum. ff. de verb. obli. Ergo princeps vasallos saltem perpetuò idè alienare etiam ob causam publicam non poterit, quia id damnum est irreparabile, & bonum publ. omnium conciuum damno, iactura, & labore vel periculo non quorundam tantum parandum est. l. secundum naturam. ff. de regu. iur. vide supra capit. 5. numero 12. & numero 5. & 6. & num. decimotertio, & capit. nono, numero 22. & capit. dicimoseptimo. ad tempus autem, non perpetuò, an possint alienari dixi in dictis locis.

S V M M A R I V M .

- 1 Titulus præsumitur post longum tempus.
- 2 Temporis diuturnitatis quadruplex effectus.
- 3 Tempus immemoriale inducit iuris substantiam.
- 4 Tempus quando extinguat ius.
- 5 Intellectus l. cum de in rem. ff. de vsur.
- 6 Intellectus l. si quis diuturno. ff. si ser. vend.
- 7 Seruitutis ad præscriptionem non est necessaria tituli allegatio, contra communem opin. conclusiones quatuor.
- 8 Titulus allegatus ex diuturna possessione præsumitur etiam si agatur de præscribendo dominio, contra communem opinionem. Idem & si agatur de præscribendo vsufructu, contra communem opin.
- 9 Intell. l. nullo, cum si. C. de rei vend. & nu. 11.
- 10 Possessio solaradix & fundamentum præscriptio. noua opin.
- 12 Scientia quantum distet ab ignorantia quoad præscriptio.
- 13 Possess. quando dicatur violenta, clandestina, precaria.
- 14 Possessio vitiosa perdurat.
- 15 Præscriptio contingit sine legitimo titulo & cum scientia rei alienæ, noua declaratio.
- 16 Præscriptio sine titulo legitimo & cum scientia rei alienæ contingit in decem casibus hic relatis, noua declarationes.

- 17 Intellectus l. si id quod. ff. pro derelicto.
- 18 Intellectus leg. neque fructuarium. C. de vsufructu.
- 19 Præscriptio sine titulo & cum scientia rei alienæ currit in decem casibus hic relatis, noua declarationes.

C A P V T L X V .



IN superioribus ¶ capitib. pluribus quàm quinquaginta fundamentis, tam legum & iurium, quàm rationum ostendimus, eum qui longo tempore rem aliquam possideret sciente & patiente domino, si alleget iustam causam aut titulum possidendi habuisse, se eum titulum vel causam à iure præsumi citra aliud probationis onus, quin immò etiam ab autoritate Doctorum id ostendimus receptum esse, quamuis innumeri ferè sint qui contrariam partem tuentur, vt non solum ex superioribus, sed etiam ex modò dicendis apparebit. Et animaduertendum est, ¶ q. ex diuturna possessione vel quasi possessione interdum inducitur sola tituli præsumptio, quæ admittit probationem in contrarium. Interdum verò inducitur ipsummet ius & substantia, ita vt non admittatur, nec si admittetur, prodesset probatio in contrarium. Interdum verò neutrum istorum contingit. Interdum & quartò ex tempore ius extinguitur. Primum contingit quando rem tuam te sciente & patiente longo tempore possedi. nam si postea eam à me petieris, & dixeris præscripsisse me, quæ ab aliquo tertio habui iustam possidendi causam vel titulum, is titulus allegatus præsumitur, quamuis in contrarium admittatur probatio, ita procedunt omnia ferè fundamenta capitis superioris. Idem est in quasi possessione annuorum reddituum, vt in terminis d. l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. Secundus casus ¶ vt ex possessione vel quasi possessione diuturna inducatur verum ius & substantia, ita vt probatio in contrarium nec admittatur, nec ex facto admissa proficit, contingit in possessione vel quasi temporis cuius initij memoria non est, vt in terminis l. 1. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æsti. & in l. 1. & leg. 2. ff. de aqua plu. arcen. Tertius casus quando istorum neutrum contingit, euenit in eo qui per decenium tantum inter absentes rem alienam possideret corporaliter, vel in eo qui quasi mandato & nomine meo me ignorante aliquid egisset, & similia, vt superiore capite plenè exposuimus. Vltimum ¶ vt ex tempore ius extinguitur, contingit in iure alicui delato vel acquisito, quo nondum ipse vti cœpit, quale est in terminis §. fin. Instit. de iniuri. & est in legato nondum agnito, vel in hæreditate nondum adita, vel in iure offerendi, vt in terminis l. in bello. §.

1
 Titulus præsumitur post longum tempus.

2
 Temporis diuturnitatis quadruplex effectus.

3
 Tempus immemoriale inducit iuris substantiam.

4
 Tempus quòdo extinguat ius.

in bello. §. si quis seruum. ff. de capti. licet, cum Gloss. C. de iure delib. in princi. Institut. de perpe. & temp. actio. l. fin. C. de dolo, & in actione redhibitoria, & legis Aquilæ, & quâto minoris, & in reliquis, de quibus per totum titulum Institut. de act. & per Gloss. & omnes in princip. & §. 1. Institut. de perpet. & temp. actionibus. In omnibus enim his speciebus & similibus actio competens ipso iure extinguitur per transcursum temporis, nec ex parte vilius hanc ad rem desideratur possessio, titulus, bona fides aut aliquid aliud, quia istud est ius quoddam, quod defertur à lege sub hac conditione resolutiua, vt si is rem iulive suum infra tempus lege definitum persequatur, bene erit, sin minus, perinde sit ac si à lege id sibi concessum nunquam fuisset. nō aliter atque vita animantibus concessa est sub conditione resolutiua, quæ tempore ipso extinguitur, nisi homo per suam diligentiam efficiat, vt æternam vitam assequatur, & similia. egregius text. in l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condit. & demonstrat. ibi, nam quod ademptum est, nec datum quidem intelligitur, sic ergo & in his speciebus, cum post tempus lege definitum id ius semel oblatum adimatur, nec datum quidem intelligitur.

Ex † superioribus colligitur in terminis d. l. cum de in rem, quod & si annum quid longo tempore mihi præstitisti, tamen si id postea persequar motus ex solo cursu temporis, nil agam, quia iustam causam præcessisse allegare debeo, vt est communis opinio Bart. colum. 2. & 3. & aliorum in d. l. cum de in rem. Balbus de præscrip. in 1. par. 3. partis prin. q. 10. per omnes in l. si certis annis. C. de pact. quod infra latius.

Colligitur † quid respondendum sit in terminis l. si quis diuturno, in princip. ff. si seru. vend. vbi te sciente & patiente tignum immisum in domum vel in parietem tuum habui longo tempore, & per hoc ius seruitutis acquirō & præscribo, si id nec vi, nec clam, nec precario factum fuit. Sicque ibi hoc plus est quàm in dict. l. cum de in rem, † quia in illa factum positiuè seruitutem patientis exigitur, an in ista requiritur factum positiuè soluentis & decies geminatum & vniforme, vt diximus in loco supra allegato. Sed cur diuersum, communis opinio est, quia in l. cum de in rem, agitur de grauiore præiudicio, quàm in dict. l. si quis diuturno. vtrouique tamen vt legitimus titulus allegatur necesse est, sicque si in terminis dict. l. si quis diuturno. præscribere contendens non allegaret legitimum titulum, succumberet: Idem si eum allegaret allegatumque ex diuturna illa quasi, possessione probaret præsumptiuè, si tamen aduersarius probasset contrarium. Istæ sunt communes opiniones, quas tenent Barto. Floria-

nus & Paulus Castrenf. in l. seruitutes, magna. post Glof. mag. ibi prope finè. ff. deseruit. Glo. & ibi Barthol. colum. 3. in d. l. cum de in rem, & est communis opinio Legistarum, secundum Paulum Castrensem in d. l. seruitutes. colum. si. sequitur, & ait esse communem opinionem Francif. Balb. de præscriptio. in l. part. 3. part. princip. q. 10. num. 7. Bartho. in qui in aliena. §. 1. & ibi Alex. col. si. ff. de acq. hære. Alberi. in l. 2. C. de serui. Ang. in §. 2. quæ. colum. 5. Insti. de actio. Alexand. in l. si certis annis. colum. penu. C. de pact. affirmans hanc esse communem opinionem, & ita in practica seruari Cæpolla de serui. vrba. præd. cap. 19. incip. octauò principaliter. Felin. in capi. de quarta. colum. 13. de præscrip. vbi plures allegans hanc partem affirmat esse communem, & alij nō pauci relati per Andream Tiraquelum de præscriptio. §. 1. Glof. 4. vers. 38. ibi. sed & multi hoc intelligunt procedere vbi agitur de modico præiudicio.

Quid dicendum? & sanè allegatio tituli, de qua in d. l. cum in rem, non est trahenda ad terminos dict. leg. si quis diuturno, cum illuc agatur de graui præiudicio, hic de modico, illuc esset sola quati possessio eademque improprijissima, hic sit possessio vel quasi aliquantum prior, illuc esse illa quasi possessio discontinua, hic continua, sicque meritò in dict. l. si quis diuturno, de tituli allegatione verbum nullum, verius ergo est eam generaliter intelligi debere prout generaliter loquitur, quod ex solo cursu temporis diuturni cum scientia & patientia illius inducitur tacita quædam concessio illius seruitutis, quia agitur de modico præiudicio. Simile in dict. l. si ego. §. primo. ibi, per traditionem aut patientiam fortè. ff. de public. in rem actio. vbi in huiusmodi seruitutibus ea scientia & patientia tantum operatur quantum expressa concessio & traditio, facit §. per traditionem. Institution. de rerum diui. facit §. fina. Institution. de iniur. vbi etiam breuius tempus sufficit. facit l. alienationis verbum, ibi, vix est enim vt non videatur alienare, &c. ff. de verbo. significa. faciunt omnia quinquaginta ferè argumenta iurium, rationum & auctoritatum, de quibus in præcedente capite, quæ omnia si rectè enumeres, inuenies fortè hanc nostram partem receptiorem esse, quæ dubio procul verior est, tene ergo hæc contra hanc communem opinionem cum illa quam receptiorem puto, Primùm quod in terminis dict. l. si quis diuturno, ad præscribendam seruitutem sufficit diuturna quasi possessio cum scientia & patientia domini sine vilo titulo tituli interuentu. Deinde quod talis tituli allegatio necessaria non est. Tertiò quod etiam si ab aduersario titulum nunquàm interfuisse probatum esset, adhuc præscribens obtineret. Postremò quod etiam si is confessus esset, si nullum titulum

5
Intell. l. cum
de in rem. ff.
de usur.

6
Intell. l. si quis
diuturno. ff.
si ser. vendi.

7
Seruitutis ad
præscrip non
est necessaria
tituli allega-
tio, contra cō-
munem opin.
conclusio. 4.

titulum alium habuisse præter domini tolerantiam, adhuc obtineret.

8
Titulus allegatus ex dicitur
titulus possessione præsumitur, etiam si agatur de præscripti dominio, contra comm. opin. Idem est si agatur de præscribendo usufructu, contra comm. opin.

9
Intelle. leg. nullo. C. de rei vendica.

Colligitur † minimè verum esse eam communem opinionem, quam tenent Barthol. & communiter Doct. in d.l. cum de in rem, colum. 3. Barthol. & Doct. in l. 1. §. fin. colum. penultim. ff. de aqua pluui. arcen. Idem Barthol. in quæst. sua, incip. mulier habens amplū patrimonium. Barthol. & Doct. in l. seruitutes. Francif. Balb. vbi suprā, q. 10. num. 7. versic. aut verò & tertio casu, dum contendunt quòd in his quæ sunt magni præiudicij, quale est cum agitur de præsumendo titulo translatiuo pleni domini, tunc ex diuturna possessione etiam cum domini scientia & patientia non præsumitur titulus allegatus, † & ita intelligunt l. nullo. C. de rei vendicatione. l. Celsus. ff. de v. fucapion. cum simili. & ad d. l. cum de in rem. respondent quòd procedit quando interfuerunt non solum patientia illius contra quem præscribitur, sed etiam ipsius plures actus positiui.

Vnde subinferunt, quòd etiam si ageretur non de præscribendo plenario dominio, sed de præscribendo usufructu (qui pars domini esse intelligitur. l. 4. ff. de usufruct. l. qui usufructum. vbi plenè per Bart. & Ias. ff. de verbo. obligation. adhuc ex diuturna possessione cū patientia etiam domini non præsumeretur titulus allegatus, quasi, & hoc casu videatur agi de magno præiudicio, nec interuenerint actus positiui eius contra quem præscribitur, ut interfuerunt in terminis d. l. cum de in rem.

Ita tenent Paul. Castrensis in d. l. serui. col. fi. & Franciscus Balbus, vbi suprā, nu. 7. versic. ex quo infertur. & Bart. in d. l. seruitutes, circa medium, & idem Bart. in d. l. 1. §. fi. ff. de aqua pluui. arcen. & in d. q. in c. 1. mulier habens. colum. fi. & Capolla & Paul. Castren. vbi suprā. & Paulus Castren. in d. l. si filius familiæ, vbi hanc dicit communem opinionem de petit. hæred. & alij non pauci relati per Baldum, vbi suprā.

Quid dicendum? ego sanè non abnego, nec ignoro quin sit egregia differentia inter nostrum casum & d. l. cum de in rem, in qua interfuerunt plures actus positiui illius contra quem præscribitur, qui non interfuerunt, sed tantum etiam scientia, & patientia in speciebus nostris, adhuc tamen pro parte nostra sunt longè plures & vrgètiore rationes, quas plures quàm quinquaginta in capitibus superioribus retulimus, quæ dilucidè ostendunt hanc partem veriore esse, vt & si agatur de præsumendo titulo translatiuo usufructus vel etiā pleni domini, is allegatus præsumatur ex diuturna possessione cum scientia, & patientia domini, & fortè est ita receptor opinio, vt ex dictis suprā cap. præce. apparebat.

10
Possessio sola radix est fundamentū præscri. noua opin.

Denique veritas est † quòd omnium præscriptionum fundamentum & radix consistit in causa possidendi tolerabili vel iusta, vt in

l. fin. ff. pro suo. Ergo si habeo possidendi iustam causam vel tolerabilem, præscribere possum, nec alius titulus exigitur etiam regulariter, vt d. l. si. cum mille similibus, quas allegabimus infrā cap. 77. num. 10. cum seq. id quòd procedit in tribus speciebus. Primum quando agitur de præscribendo dominio. Deinde quòd agitur de præscribenda seruitute. Postremò quando agitur de præscribendis actionibus, de primo probatur lege & ratione, nam si fundum tuum possidere cœpi te sciente & patiente, illum què arare, colere, & fructus inde percipere, perceptos què ad meam vtilitatem conuertere cœpi, in hoc què perseueraui per longum tempus, magis est vt tempore lege definito illum præscribam & acquiram, licet nullus titulus ad transferendum dominium idoneus interueniat, ita probat. Alienationis. ff. de verb. sign. ibi, vix est enim vt non videatur alienare. vbi planè probatur eum qui patitur, rem suam tempore per legem definito possideri ab alio per hoc eam rem concedere, & alienare ei videri. Ad idem nam vt naturaliter ius suum per traditionem, transferet per traditionem, ibi, nihil iam naturaliter quitati. Instit. de rerum diui. ita & per patientiam quæ naturali & corporali traditioni exequatur, vt in l. si ego. §. 1. ibi, per traditionem, aut per patientiam fortè. ff. de publ. in rem acti. Nec dubium est, quin si sum in corporali rei tuæ detentione accedente concessione tua, eius rei dominium absque alia traditione statim acquiram. l. qua ratione. §. interdū. ff. de acquir. rer. domin. §. interdum. Instit. de rerum diui. ergo si tuum fundum te non ignorante vel mox sciente ingressus, eum & colere & fructus inde colligere, in què meam vtilitatem conuertere & cœpi, & per longum tempus perseueraui, post tale longum tempus lex interpretatur huic naturali rei detentioni, concessionem tuam accessisse, sic què dominium me acquisiuisse, & cū hæc ratio sit expressa in d. l. alienationis, dubium non est, quin ratio ipsa sit verè lex, & decisio habeatur loco exempli, quòd non arctat regulam (sic què nostra propositio generalis erit, vt est illa ratio) ita tenet Gloss. in auth. de hæredi. ab intest. §. fin. in verb. ordine. Gloss. in cle. 1. de electione. in verbo, eligatur. Bal. in l. maximum vitium, per text. ibi. C. de lib. præst. Idem Bald. leg. fin. per text. ibi. ff. de hæred. inst. Alexand. num. 5. Pet. Philip. Corne. num. 15. Iaso. num. 6. Curt. iun. num. 9. per text. ibi. C. de impub. in l. humanitatis. ijdem Philippus Dec. Curt. iun. & Francisc. Purpur. num. 23. in leg. fin. per text. ibi. C. de pact. Idem Bald. in l. his iolis, per text. ibi. C. de reuoc. don. Paul. Castren. & Ias. in l. quamuis. C. de fideic. Andr. Tiraquell. de causa cessan. par. 1. numero 135. Georg. Nat. in capitu. quamuis pactum. numero 32. de pact. libro sexto. Iason in leg. de quibus. numero 14. ff. de legib.

Ad idem est text. si generaliter accipiatur, nec restringatur ad ea quæ sunt leuioris præiudicij, in d. l. si quis diurno, in prin. ff. si ser. vendi. Ad idem quoque videtur esse text. non tam in specie quàm in simili, in d. l. cum de in rem. Ad idem in simili, præsertim in sui ratione, in d. §. fin. Instit. de iniuri. & denique omnia iura & rationes quas retulimus in præcedentibus capitibus, quas non expedit repetere, præsertim cum, vt plenè disseruimus, d. c. 77. num. 10. ad præscriptionem non tam titulus quàm sola iusta causa possidèdi exigatur, vel etiam tolerabilis sufficiat. d. l. si. ff. pro suo. & vt qui rem mobilem alienam contrahat, si putauit dominum permissurum, definit furtum committere, vt notant Cl. & communiter Docto. Instit. de obli. quæ ex mal. §. 1. quasi licet regulariter dominus vetare & nolle præsumatur. l. vetare. ff. de furt. tamen interdum secus sit ratione fortè cognationis, amicitiz, vicinitatis, necessitatis, aut similia, ita & in specie nostra potuerunt concurrere causæ iustæ vel saltem tolerabiles, quibus motus rem alienam propria autoritate possidere cœpissim, dum id dominum permissurum existimassim. Et euentus sequens (hoc est scientia & patientia domini diurna) non potest non videri hanc causam iustificare per dd. ll. & denique hæc pars probatur & iustificatur per mille leges & rationes, de quibus in superioribus capit. quas non expedit repetere, ita olim tenebam, sed ad hanc opinionem, vt infra dicem⁹, adijcienda est necessaria declaratio & temperamentum.

In secundo casu, cū agitur de præscribenda seruitute, est res expeditior, quæ palam probatur in d. l. si quis diurno, in princip. cum ijs, quæ dicta sunt per totum præcedens & præfens caput. Idem quæ in præscriptione vsufructus, nam si id admittimus, cum agitur de plenario dominio præscribendo, ergo multò magis cum agitur de præscriptione vsufructus qui est pars dominij. l. 4. ff. de vsufruc. elegans tex. in l. qui vsufructum. vbi Bar. & Iason. ff. de verb. obli. quæ intelligenda sunt sciente & patiente domino. Tertio casu quando agitur de præscribendis actionibus siue illæ personales sint, siue reales, siue mixtæ, (iuxta §. omnium. & ibi plenè per Angelum Aret. Ias. Ludo. Gomez. & Benincasium in pri. Inst. de actio) tunc similiter eadem ratione nullus titulus requiritur, sed tantum iusta causa aut tolerabilis, quæ sufficiat ad remouendam malæ fidei suspicionem, & ita procedit l. sicut. l. omnes. l. cum notissimi. C. de præscri. 30. annorum, & in prin. Instit. de perpe. & temp. actio. ergo si tibi huius rei non ignaro centum actione perpetua debebam, & per annos 30. superfedisti ea petere, par est vt præscripsisse videar, cum vix sit vt concedere aut mihi remittere non videaris, sic quæ militat ratio. d. l. alienationis, ibi, vix est enim, &c. quæ ratio cum sit genera-

lis & in ea lege expressa, lex generalis verè est, sic quæ comprehendit nostrum casum, eum quæ definit non secus quàm illum qui ibi erat expressus. Ad idem dict. l. si quis diurno, in prin. in ratione sui, & d. l. si ego. §. 1. similiter. in ratione sui. & d. §. fin. Inst. de iniuri. similiter in ratione sui. d. l. si filius familiæ. C. de peti. hæred. leg. qui in aliena, in princip. verfi. sed si non adierit. ff. de acquir. hæred. l. qui in prouincia. §. 1. ff. de ritu nup. c. illud, de præsump. l. Procula. ff. de proba. cum similibus.

Confirmantur omnia superiora, quia id dicimus scire quod vehementer opinamur. leg. cum quidem. §. quod dicitur. 1. & 2. cum vtrobiue not. ff. de acq. hære. dummodo adsit iusta causa vel occasio opinandi, vt tibi, nec dubium est, quin iustam causam vel occasionem id opinandi habeat, qui per longum tempus rem possedit vt suam sciente & patiente domino, vt diximus supra cap. superiore circa principium.

Quæ ¶ omnia moderanda sunt vt procedant data scientia & patientia domini, nam si ignarus esset non posset videri animum iuris sui negligendi aut alteri concedendi habuisse. l. mater decedens. ff. de inoffic. testam. ¶ & consequenter possessor, nisi aliunde haberet iustam causam possidendi, nunquam eam rem videretur iuste possidisse aut præscripsisse, vnde siue rem tuam in scio te possiderem, scienter eam præscribere nunquam possem si confiterer ipse, vel constaret me aliunde titulum vel iustam possidendi causam non habuisse, idem si titulum haberem, si tamen eum non allegaui, ita intelligo huiusmodi casibus procedere leg. nullo. C. de rei vend. l. Celsus. ff. de vsucap. leg. fin. ff. pro suo. leg. non solum. ff. de vsucap. §. quod vulgo. & leg. quod vulgo. ff. pro empt. leg. vnica. C. de vsucapio. trans. l. diurna. C. de long. temp. præscri. & in prin. Instit. de vsucap. quòd si titulum me habuisse ab aliquo tertio allegassem, an is ex diuina possessione præsumatur, & hoc casu quo dominus ignorauit rem iusue suum ab alio possideri magis est non præsumi nisi probeatur, vt dictis legibus. quamuis si ipse sciret rem iusue suum possideri, tunc præscriptio procederet, non tam ex vi tituli aliunde habitum (etiam si allegatus esset) quàm ex vi ipsius possessionis eo ipso iustificatæ & legitimatæ quòd dominus sciebat & patiebatur, sic quæ concedere videbatur, vt sic sciente & patiente domino ad iustificandam possessionem non sit necessaria vllus titulus vel causa possidendi aliunde profecta, cum ex sola sua scientia & patientia & tacita concessione satis ac satis iustificetur, sed tunc demum iusta causa vel titulus tolerabilis possidèdi desideretur, cum ipse dominus huius rei ignarus est. Id quod etiam in præscriptione seruitutum respondendum est, vt dict. l. si quis diurno. dict. l. si ego. §. 1. etiam si loquamur in vsufructu per

11
Intel. l. nullo.
C. de rei vend.

12
Scientia quæ
rum differt ab
ignorantia
quo ad præse.

per easdem leges & rationes. Idemque & in actionibus, nam si sciebam, me tibi ignarocentum debere (ex contractu forte inito cum seruo, aut filio, aut procuratore tuo, aut ex causa hereditaria, quia defuncto, cui successisti, debebam) tunc improprijissima hæc possessio, qua debitor ipsum debitum possidere dicitur, iuxta Gloss. l. regulariter. ff. de pet. hæ. nec iustificabitur, quasi ex tacita concessione tua cum id ignores, nec quasi ex titulo vel causa aliunde habito, cum aliunde habitus non sit, vel habitum esse non probetur, ergo ex diuturna possessione præscriptio non contingit contra rem suam possideri ignorantem, quod variè intelligitur. Primùm, quando revera nõ interfuit titulus aut causa iusta vel tolerabilis possidendi. Deinde quando & si forte interfuit, tamen non allegatur. Tertio etiam si & interfuerit & allegetur, si non fuerit probatus, & ita procedunt, si generaliter intelligantur text. in l. nullo. C. de rei vendi. & in l. Celsus. & in l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsucap. & in l. quod vulgo. ff. pro empt. & in l. final. ff. pro suo, & in princ. Insti. de vsucap. & in l. vni. de vsucap. cum alijs, quæ congesimus in cap. 77. num. 10. Sicque in quibus casibus contra absentem & ignorantem currit præscriptio, in illis necesse est, vt titulus & interueniat & allegetur & probetur. Sed quando currit contra presentem & scientem, tunc nec tituli interuentus, nec probatio, nec etiam allegatio requiritur, quia sola scientia & patientia domini vim habet concessionis & alienationis post lapsum temporis lege definiti, vt dictum est, quod variè intelligitur: primùm cum agitur de plenario dominio præscribendo: deinde cum agitur de præscribendo usufructu: tertio cum agitur de præscribenda alia quavis seruitute: postremò cum agitur de actionibus præscribendis, vt si militer dictum est. quinto etiam si agatur de obligatione aliqua in futurum acquirenda, vt in terminis dict. l. cum de in rem. sicque non solum si agatur de præscribenda liberatione aduersus obligationem, sed etiam si agatur de præscribenda vel acquirenda obligatione contra libertatem. Contra hoc tamen fortiter facit, quod & si rei tuæ te sciente & patiente possessionem ingressus sim, eamque tenere incipiam, nõ ideo tu protinus desinis possidere, nec ego possum inchoare præscriptionem, nam aut vi eam cœpi, & vitiosa possessio est, sicque cessat præscriptio. d. l. si quis diuturno. aut clam (hoc est, te ignaro ab initio) & si similiter vitiosa est, eritque semper, quia tale vitium initio contractum perdurat. l. cum hæres. ff. de diuer. & temp. præf. l. vitia. C. de acquir. poss. aut nec vi nec clam, sed te sciente, vidente & tolerante, & tunc aut constat me eo nomine eam possessionem occupasse, quasi ad libitum tuum eam dimissurus, & tunc precaria videretur, cessaretque præscriptio. d. l. si quis diuturno, & per totum. ff. de

precario. Aut & secundò eo nomine eam occupavi, quod testarer me tibi eam non restitutum, & tunc si te esse dominium agnoscebam, vim faciebam, vitiosa possessio esset, cessaret præscriptio, quod si alterius tertij esse dicebam, similiter vitiosa possessio esset. l. quærebatur. l. fin. C. vnde vi. quod si nullus esse dicebam, sed pro derelicto habitam, vel nullus vnquam fuisse, sicque occupantis esse debere, similiter cessaret præscriptio, quia statim eius dominium nactus essem, per totum titulum. ff. pro derelicto. l. 1. 2. & 3. & 4. ff. de acquir. rer. domin. Aut & tertio cum occupo eam possessionem, nec declaro me tibi volenti eam dimissurum, nec declaro contrarium, & tunc non videor acquirere possessionem, nec tu animum possidendi deponere videris, ergo cum tu possideas, & ego non, non potero inchoare præscriptionem, sed quia post longum tempus eam possessionem neglexisse aut pro derelicto habuisse videris, vt est cõmunis opinio, vt diximus. Ideo euenit, vt tunc ego eam acquiram non quasi præscriptam, sed quasi pro derelicto habitam, sicque etiam tunc cessat præscriptio, nisi dixeris quod simul atque ea possessio, & abs te deserta, & mihi quæ sita videtur, ex tunc in posterum legitimus possessor videbor, sicque sine alio vilo titulo vsucapere potero proprietatem, ita tamen vt præscriptio proprietatis à tempore possessionis iam quasi deserte acquisitæque inchoari videatur, & non antea, ¶ vt sic quasi duæ acquisitiones sint, non simul, sed successiue & gradatim contingentes, Prima possessionis, quæ ex certo temporis lapsu contigisse videtur, postquam acquisitam incipit aut inchoare præscriptio, quæ omnia probantur in l. 3. ff. de vsucap. & in l. si id quod. ff. pro derelicto. vbi mulierem à non domino (quem tamen dominum esse putabat) pro derelicto habitam cœpit, eamque postea marito donauit, quam is maritus potuit præscribere, & præscripsit, & tamen in effectu non habeat titulum, quia quod attinet ad præscriptiones titulus improbat pro nullo est. l. secunda. §. si à pupillo. ff. pro empto. C. eodem. l. final. §. si autem. C. com. deleg. quinimò vix est, vt maritus ille haberet bonam fidem, quia aut eam rem vxoris esse credebat, & tunc sciebat sibi donari non potuisse, per totum titulum. ff. & C. & in decret. de donatio. inter virum. Aut credebat esse alterius, & longè minus. cap. fin. de præscript. ergo nullo casu domini cogitatione possidebat, sed adhuc dicitur habere bonam fidem eo ipso, quod possidebat vel se possidere falsò credebat dominæ voluntate, & hanc rationem reddit text. dict. l. si id quod. ibi, quasi volente & concedente domina, etiam si eam possessionem reuocabilem, & quasi quodammodo precariam esse is maritus putabat, quia credebat aut credere debebat liberum vxori esse, quoties sibi libitum esset,

13
Pos. quando
dicatur vio-
lenta, clam
sine, preca-
ria.

14
Pos. vitiosa
perdurat.

15
Præscrip. com-
singis sine le-
gitimo tit. &
cum scientia
rei aliene, no-
ua declarat.

eam possessionem reuocare, & cum illa ratio, quasi volente & concedente domina, sit in illa lege expressa pro lege, verè, & non interpretatiuè debetur, cumque sit generalis, comprehendit omnes omninò casus, in quibus ipsa militare reperitur. Ex quibus multa non minus vtilia, quàm noua colliguntur. † quid. n. si postquam rei quam tuam esse putabam possessionem occupauit sine villo vitio, sed te sciente, & patiente, & vidente (vt in exemplis, de quibus supra) eam retinui per tempus, quo lex disponit possessionem pro derelicto habitam, aut desertam videri. Aut quid & secundò si rem à te conduxit, & post finitam conductionem expressim dixi tibi, me in posterum eam cōductam nolle habere, & nihilominus me in eius possessione permanere sinuisti per tempus, quo lex vult possessionem desertam videri. Aut quid & tertio si rem mihi ad certum tempus commodasti, quo finito expressim dixi tibi cōmodati nomine, eam me amplius nolle habere, & nihilominus per tempus à lege definitum ad possessionis desertionem tolerasti me in eius possessione permanere. Aut quid & quartò si ad tempus indefinitum eam rem mihi concesseras precario, & postea expressim dixi tibi, me eam possessionem vt precariam amplius nolle habere, & nihilominus tolerasti me in eius possessione permanere per tempus ad possessionis tacitam desertionem à lege definitum (vt enim precarium differat à commodato, docet Barto. in l. 2. in princ. ff. si cer. petat.) Aut quid & quintò si custodix & depositi causa eam dederas, & postea tibi expressim dixi, me in posterum eam rem vt depositam nolle tenere, & tu tolerasti eam me possidere per tempus à lege definitum ad præsumendam tacitam possessionis desertionem. Aut quid & sextò si in eare ad tempus habebam vsufructum, quo finito expressim dixi tibi, eam me vsufructus nomine amplius nolle habere, & nihilominus tolerasti eam me possidere per tempus à lege definitum, ad præsumendam tacitam possessionis desertionem. Aut quid & septimò si cum vsu causa eam prius tenerem, idem contingit. Aut quid & octauò si cum eam nomine superficiei ad tempus tenerem, idem contingit. Aut quid & nonò si cum census annui præstandi causa eam tenerè redempto illo censu, eam non reddidi, & ille tolerauit me eam retinere. Aut quid & decimò si pignoris, aut hypothecæ nomine eam tenebam, & debito soluto idem contingit. In omnibus enim his speciebus & similibus constat me permanere in illius rei possessione sine villo titulo habili ad transferendum dominium. sed tamen in omnibus his speciebus constat me habere possessionem vitio carentem, vel saltem rei detentionem corporalem vitio carentem, & consequenter posse me præscribere eam, quia quasi volente & concedente domino (hoc est, eo, quem dominum

esse putabam) sum in ea possessione vel detentione, id quod sufficere ad præscribendum ostendimus per d. l. si id quod, cum simil. sup. allegatis. quod tamen cōtingit non vno ictu, sed per medium alterius requisitionis, nam per tempus lege definitum ad præsumendam tacitam possessionis desertionem, eam possessionem quasi à priore possessore abscedentem, ad meque transuolantem nactus videor, & ex tunc videor iustus possessor ad inchoandam proprietatis præscriptionem. † Nec vos decipiat d. l. si id quod. ff. pro derelict. vbi maritus ille simul ac sibi ab vxore res tradita fuit, statim inchoauit proprietatis præscriptionem, nam illud ideo ibi contingit, quia statim constabat ipsam vxorem voluisse desinere possidere, possessionemque in maritum transferre, vt ibi. & l. i. §. si vir. ff. de acquir. poss. Cæterum in decem speciebus supra relatis non constabat, nec præsumebatur, quòd prior possessor idemque dominus verus, vel putatiuus, veller statim desinere possidere, eamque possessionem in me transferre, sed is animus possessionis deserendæ demum post tempus lege definitum præsumitur. In omnibus ergo his decem speciebus & similibus constat sine villo titulo habili ad transferendum dominium contingere præscriptionem, quamuis cōtrarium totus mundus existimauerit. Deinde constat sine ea bona fide, quòd possessor domini cogitatione possideat contingere præscriptionem. quinimò etiam si persuasum habeat, alium esse rei illius dominium, quamuis totus mundus huc vsque contrarium existimauerit, quæ omnia nullus vnquam sic fortè percepit, aut proximè accessit. His omnibus minimè aduersatur † l. neque fructuarium. C. de vsufruct. vbi fructuarium contra dominum quandiu possidet tanquam fructuarium præscribere non potest, sed postquam ex alia causa possidere cœpit, bene præscribere incipit, vt ibi expressum est, sicque primum responsum illius textus non obest nobis, quia ponimus inchoari præscriptionem post finitam primam causam, quæ alterum in dominum recognoscebat: secundum autem responsum nostras sententias egregiè probat, quatenus post finitam primam possidendi causam significat eum posse præscribere.

Hactenus † quando ea res aliena erat, hoc est, non prioris possessoris, à quo ego causam habui, sed alterius, contra quem præscripti, nam in his terminis loquitur d. l. si id quod. & locuti nos sumus. quid autem si ea res ipsiusmet primi possessoris erat, à quo ego causam possidendi præsumptam habui, an postquam nactus sum possessionem per tempus lege definitum ad præsumendam eius tacitam desertionem, an (inquam) ex tunc possim proprietatis præscriptionem inchoare contra ipsummet, mouet quæstionem quòd ad præscribendum requiritur iusta possidendi causa, quæ

16
Præscriptio sine titulo legitimo, & cum scientia rei alienæ contingit in decem casibus hic relatis, noua de claratio.

17
Intell. l. si id quod. ff. pro derelicto.

18
Intell. l. neque fructuarium. C. de vsufructu.

19
Præscriptio sine titulo legitimo, & cum scientia rei alienæ contingit in decem casibus hic relatis, noua de claratio.

quæ hic non videtur adesse, cum quasi precario in decem speciebus, supra memoratis ab ipso met, contra quem præscribere paro, videar possidere, vt supra diximus, adhuc tamè magis est, vt præscriptio possit cōtingere præcedente tamen possessionis mutatione, nam si ille per tempus lege definitum ad præsumendam tacitam possessionis desertionem me possidere eam rem tolerauit, perque hoc possessio ab eo abscesserit, & ad me tran suauerit, iam non precario (vt antea) sed meo iure possidere videor, sicque nil impedimento est, quin proprietatis præscriptionem possim inchoare. quinimò contra ipsummet longè iustius, quàm contra alterum tertium currit præscriptio, cum absentis ignorantia esset indulgendum (argument. eorum, quæ tradunt Bartol. & alij in l. final. C. de longi temporis præscription. contendunt succurri restitutione ei, cuius ignorantis res præscripta est, de cuius veritate alibi agemus) quæ ratio cessat in sciente & patiente: argu. l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. d. l. alienationis verbum. ff. de verborum signif. ibi, vix est enim, & d. l. si quis diuturno, in princip. & d. §. fin. Instit. de iniur. d. l. si ego. §. i. ff. de pub. in rem act. & d. l. si id quod. ff. pro derel. ibi, quasi volente & concedente, & mea possessio, quæ prius illegitima erat (hoc est, detentatio tantum erat) ipso temporis tractu fuit legitimita, vel (vt rectius loquar) transformata, & de nuda detentatione in veram possessionem transformata, quod nota, quia nullus vnquam fortè ita cogitauit.

S Y M M A R I V M.

- 1 Diuisio ex diuina separatim possessione præsumitur etiam si partes essent inæquales, vel ageretur de magno præiudicio, cum multis contra multos.
- 2 Intell. l. filius familiâs. C. de pet. hered.
- 3 Intell. l. qui in aliena. ff. de acquir. her.
- 4 Intell. l. si quis diuturno. ff. si cert. vend.
- 5 Tempus longum facit præsumi aditionem hereditatis, licet agatur de magno præiudicio, contra multos, & præsumi filij consensum, licet agatur de magno præiudicio, & alia tres conclusiones, contra Doct.
- 6 L. si mater. C. de inoffic. testamen.

C A P V T L X V I.



OLLIGITVR veram esse opinionem Gloss. quæ communiter appro. in d. l. penult. C. commun. diui. quæ ait, quòd si fratres hæreditatem patris sui diu separatim possederunt, præsumitur inter eos facta diuisio, & eam communiter appro. sæpè dicunt Franciscus Balbus de præscript. in prima part. 3. part. prin. quæst. 10. num. 39. & Andreas Tiraq. de præscript. §. i. Gloss. 4. ver. 14. & rursus versic. 39. id quod latius supra repetij-

¹ Diuisio ex diuina separatim possessione præsumitur etiam si partes essent inæquales, vel ageretur de magno præiudicio, cum multis contra multos.

mus, quia multitenent contrariù. Sed glossæ opinione retenta, ea limitatur communiter, vt pcedat eo casu, quod inter eos fratres si ab intest. successerunt, partes possessæ diu essent æquales, vel si ex testamento possedissent, essent partes possessæ commensurate portionibus hæreditarijs. Ita tenent Baldus & Paulus Castren. in d. l. penult. Franc. Balb. vbi supra, num. 44. post Alexand. quem allegat consil. 25. attentis. colum. 4. lib. 5. Felin. in c. sicut. colum. 14. de re iudi. qui alios allegat huius sententiæ fautores, quam limitationem ait esse veram & communem Balb. vbi supra, nu. 45. eamque sequitur Andr. Tiraq. vbi supra, versic. 14. in fin. & rursus versic. 39. Alexand. tamen consil. 92. viso & discussio. lib. 2. tenet illam Gl. generaliter procedere, neque hanc limitationem veram esse. idem vult Salicetus in dict. l. penult. & Anton. Butrius in cap. peruenit, de censibus, & Aret. in §. fin. Institut. de soci. sed hæc limitatio vera non est, quia nititur alia limitatione, nempe, quòd ea Gloss. procedat quando agitur de modico præiudicio, non sic si ageretur de magno. id quod verum non esse continud edocebimur, & supra attigimus. Dicta Gloss. 2. limitatur, vt procedat solum quando ageretur de leui præiudicio, non sic si de magno ageretur, tunc enim ex diuturnitate temporis etiam scientia & patientia concurrente non induceretur consensus. Ita tenet Barto. in l. cum de in rem vers. colum. 3. ff. de vsuris. generaliter intelligens ex diuturna scientia & patientia in his, quæ grauis sunt præiudicij, minimè induci concessionem, sequuntur ita intelligentes text. in l. nullo. C. de rei vendi. cum simil. Raphael Fulgosius in l. 1. colum. penultim. & Ias. colum. 5. C. qui admitti. Idem Barto. in quæst. sua, incip. mulier habens amplum patrimonium. Idem Bart. in l. 1. colum. penult. ff. de aqua pluui. arcen. Paulus Castren. in l. si filius familiâs. C. de petit. hæred. Alexand. in l. qui in aliena, in prin. ff. de acq. hære. Idem Alex. in l. sciendum. col. 4. ff. de verb. oblig. Panor. in c. fin. col. 3. de causa possessio. & pro pri. Alex. consil. 20. viso processu. colum. fin. lib. 4. & consil. 5. viso & diligenter. colum. penult. eod. lib. And. Tiraq. de præscrip. §. i. Glo. 4. versic. 39. Bar. Socin. consil. 254. col. 2. lib. 2. Philip. Deci. consil. 444. Idem Dec. in c. 1. col. 6. de fide instru. Franc. Balb. de præscrip. in 1. part. 3. partis princ. quæst. 10. nu. 7. versicu. ex quo infertur, & iterum num. 44. versic. nunc limita. † & hi omnes ferè intelligunt similiter quòd d. l. si filius familiâs. C. de peti. hære. procedit, quia de modico præiudicio àgebatur, locum minimè habitura, si magno de præiudicio ageretur. † lidemq; ferè omnes intelligunt eodè modo text. in d. l. qui in aliena. vers. sed si non adierit. vt ibi ageretur de modico præiudicio, eumq; textum locum minimè habiturum, si magno vel mediocri de præiudicio ageretur. † & in eundem sensum accepe-

² Intell. l. filius famil. C. de pet. her.

³ Intell. l. qui in aliena. ff. de acq. her.

⁴ Intell. l. si quis diuturno. ff. si cer. vendi.

accepterunt ijdem omnes text. in dict. l. si quis diuturno, in princip. ff. si seruitus vendi. vt & ibi, modico de præiudicio ageretur. illo textu locum non habituro, si magno de præiudicio aut fortè de mediocri ageretur. † vnde sit consequens ex mente ipsorum, quòd si in terminis dict. l. si filiusfamilias, ea hæreditas multis oneribus esset implicita, tunc ex diuturna illa possessione non præsumeretur patris consensus, & quod in terminis dict. l. qui in aliena, si onerosa multo esset illa hæreditas, ex diuturna patris possessione non præsumeretur filij consensus in ea adeunda, & quòd in terminis d. l. si quis diuturno, seruitus illa prædialis esset nimis noxia prædio seruienti, ex illa diuturna scientia & patientia non præsumeretur consensus domini prædij seruientis, nec seruitus illa præscripta videretur. Quartò inde consequens quoque fieret, vt si esset magna inæqualitas inter portiones, quas fratres diu separatimque ex hæreditate patris intestati possederunt, non præsumeretur diuisio. idè que si testator paterfamilias decessisset, & magna esset inæqualitas, habita ratione portionum testamento relictarum. Quintò consequens fieret, vt si quis diu rei meæ vsufructu quasi possedit me sciente, & patiente eum non præscriberet, quòd multi supra relati in specie tenuerunt, quæ omnia minimè vera esse, supra ostendimus per plura, quàm quinquaginta fundamenta legum, & rationum, quas congesimus supra capitu. superioribus, quas non expedit repetere, & quia admissis opinionibus Doctorum miserè violantur, & restringuntur generalitates dictarum legum, nempè dict. l. si filiusfamilias, quæ non distinguit, vtrum hæreditas sit onerata an opulenta, & dict. l. qui in aliena. quæ similiter nõ distinguit, vtrum onerata an opulenta esset hæreditas, & dict. l. si quis diuturno, quæ similiter non distinguit, vtrum noxia nimis an leuiter tantum esset ea seruitus, de qua præscribenda ibi agebatur. & Gloss. dict. l. pen. quæ similiter non distinguit, vtrum modica an non modica esset portionum possessorum disparitas, † & addo egregium textum in simili, iuncta sua Gloss. singulari, & ibi communiter app. in l. si mater. C. de inoff. testa. vbi mater filios suos hæredes scripserat, & deinde in puerperio alterius filij decesserat, ita quod non habuit spacium mutandi testamenti, & ne illius filij sic præteriti occasione id testamentum rescinderetur, Imperator introduxit eum filium pro instituto habendum, disputat Gloss. (quam ibi communiter appro. diximus) an ea lex legisve beneficium procedat, etiam si filij fuissent ibi inæqualiter instituti, & ait ita esse. sic ergo & in specie dict. Gloss. dict. l. penultim. inæqualitas portionum possessorum nihil istorum mutare debet non magis, quàm in terminis dict. l. si mater. Adstringitur hoc fundamentum, nam beneficia

facilius perire solent, quàm quæ competunt iuxta rigorem iuris communis. l. eius militis. §. militia missus. ff. de mil. testa. vnde si ex inæqualitate portionum non definit locum habere beneficium. d. l. si mater, multò minus ex tali inæqualitate portionum possessorum locum habere definit præsumptio, de qua in Gl. d. l. pen. quæ descendit ex mero iuris rigore. Adde Andr. Tiraquell. vbi supra, versic. 39. ibi sunt & qui hoc limitant post Paul. Castren. & Fulgo. quos alleg. & plures alios in ver. sed & multi. Tenendo nostras sententias, quæ re vera & æquiores sunt, & legum nostrarum (ne miserè violentur & restringantur) tutrices, tunc ad l. nullo. C. de rei vend. (in qua iacet vnicum contrarium existimantiũ fundamentũ) facilis est, & perspicua solutio, & sensus verus, nihil enim commune habet rerum substantia, aut essentia cum ipsarum rerum probatione. l. duo sunt Titij. ff. de testamen. tut. ibi, non ius deficit, sed probatio. l. obligationum substantia, in princip. iuncto §. si. ff. de actio. & obligatio. & leges soli possessioni temporis legitimi concedunt lucrum per præscriptionem proueniens. l. 3. ff. de vsucapion. dixi plenè §. 77. nume. 10. ab hac regula lucrum tali possessioni deferente excipitur ille casus, quo ea possessio iniusta, & intolerabilis esset. l. fin. ff. pro suo. l. non solum. §. quod vulgo. l. Celsus. ff. de vsucap. l. quod vulgo. ff. pro emptore. l. final. C. pro dona. l. si vir. ff. eodem. l. si id quod, ibi quasi volente & concedente domina. ff. pro dereli. in princip. Institut. de vsucapion. l. vnica. C. de transact. vsucap. l. diutina. C. de longi temporis præscription. iustam autem causam possidendi (quod attinet ad præscribendum) habere intelligitur, qui possidet de voluntate domini. dict. l. si id quod. d. l. si vxor, etiam si causa, & occasio dominicæ concessionis esset à lege improbata, vt dd. ll. iuncto titulo. ff. & C. & in decre. de dona. inter virum & vxor. ergo in specie nostra, qui non solum sciente, sed etiam longo tempore patiente domino polledit, nõ dubium est, quin possideat ex domini voluntate, & consequenter iustam, quinimò longè iustioram possidendi causam habere videretur, quandoquidem huic possessioni non dedit originem occasio à lege improbata, id quod contingit in terminis dict. l. si vir, & dict. l. si id quod. Præterea si titulus habitus à non domino præbet iustam causam possidendi, etiam si is dominus esset absens, & ignorans, iuxta l. fin. C. de longi temporis præscription. iunctis legibus supra allegatis, quantò iustius præbet causam præscribendi titulus habitus ab ipso met domino, vt argument. per totum. C. de reb. alien. non alien. Nec dubium est, quin ex iustissima legis interpretatione ab ipso met domino titulus (hoc est, iusta possidendi causa) datus intelligitur eo ipso, quòd rem suam à me possideri diu concessit, dict. l. si id quod. dict.

5
Tempus longū fuit præsumi aditionem hereditatū, licet agatur de magno præiudicio, contra multos, præsumi filij consensu, licet agatur de magno præiudicio, & alie tres conclusiones, contra Doct.

6
l. si mater. C. de inoff. testam.

dict. l. si vir. cum mille iuribus, & rationibus superiore cap. allegatis. Ergo non abnegamus, quin ad p̄scribendū sit necessarius titulus (hoc est, iusta causa possidendi) vt dicitur in dict. l. nullo. sed in omnibus speciebus supra relatis affirmamus interfuisse non solum iustam, sed etiam longē iustiore[m] possidendi causam, quā in terminis dict. l. nullo. & consequenter contingeret p̄scriptio longē facilius & iustius, quā in terminis d. l. nullo, aut dict. l. final. C. de longi temporis p̄scriptio. quia titulus, qui à dict. l. nullo, cum simili, desideratur, in vsucapionibus vel p̄scriptionibus nihil aliud est, quā iusta causa possidendi, vt proclamant sic declarantes quāmplures leges, d. l. non solum. §. quod vulgo. d. l. quod vulg. d. l. si. ff. pro suo. dict. l. si id quod. dict. l. si vir vxori. l. 2. & l. penult. ff. pro legato, cum simili. quas allegaui infrā cap. 67. num. 10. cum sequen.

SUMMARIUM.

- 1 Sententia etiam nulla dat titulum ad p̄scribendum.
- 2 Transactionis titulus an sufficiat ad p̄script. siue res tradatur siue remittatur.
- 3 Titulus conditionalis non sufficit ad p̄scribendum.
- 4 Titulus remocabilis sufficit ad p̄scribendum.
- 5 Tituli qui sufficiant ad p̄scribendum.
- 6 Titulus simulatus non prodest ad p̄scribendum.
- 7 Tituli plures concurrunt ad p̄scribendum.

CAPVT LXVII.

1
Sententia e-
tia nulla dat
titulum ad
p̄script.



SENTENTIA † p̄bet iustam causam scribendi. Ita Bartol. & ibi plenē per Alexand. & Ias. in l. Pomponius, per text. ibi. ff. de acquir. posses. & per Francisc. Balb. de p̄script. in 1. parte 3. partis prin. q. 11. id quod procedit etiam si sententia esset nulla vel fortē iniusta, dummodō is, cuius fauore lata fuit, non propterea esset in mala fide. Ita Gloss. in c. si sacerdotes. 16. quæst. 3. in Gloss. magn. & per Balb. vbi suprā, & quod notatur in c. de quarta, de p̄script. Hęc opinio, quæ (non paucis tamen repugnantibus) receptior est, probatur ratione aperta, nam ad p̄scriptiones non titulus positivē, sed tantum iusta causa possidendi desideratur. Ita planē probat l. quod vulgo. ff. pro emptore. l. nō solum. §. quod vulgo. ff. de vsucapi. l. fin. ff. pro suo. l. 2. & 3. ff. pro legato. l. pro legato. & l. fina. eod. tit. dixi plenē infrā cap. 77. nume. 10. probatur apertē in l. 3. ff. de vsucap. vbi in definitione vsucapionis, ex qua vsucapionis vera cognitio capienda & petenda est, non dicitur ad vsucapiendū titulum, sed tantum possessionem tēporis lege definiti desiderari. Id quod

alijs postea legibus moderatum & declaratum inuenitur, vt ea possessio iusta sit, vt proximē diximus. Iustam autem possessionem accipere debemus, siue illa magnoperē iusta sit, siue sit tolerabilis, licet non ita iusta & inuicibilis fuerit. d. l. fin. ff. pro suo, & diximus in d. nume. 10. sed qui ex sententia possidet, nullus abnegabit, quin non solum tolerabilem, sed etiam iustam & laudabilem causam possidendi habuerit, p̄sertim cū res iudicata pro veritate habeatur, vt in l. res iudicata. ff. de regul. iur. ergo hunc habere iustam causam p̄scribendi p̄scripturumq; rectē posse in comperto erit.

Confirmantur isthęc. Nam titulus † transactionis, quæ exequatur sententiæ. l. non minorem. C. de transact. l. 1. & 2. ff. eodem titul. similiter sufficit ad p̄scribendum; quando ex eo titulo vel causa possessio traditur (puta quia cū in iudicio fundū abs te, qui eum possidebas, peterem, eum ex causa transactionis tradidisti, tunc enim eum, si alienus erat, p̄scribere possem.) Ita tenent per text. ibi Salicetus, Alexand. Ias. colum. fin. & alij communiter in l. si pro fundo. C. de transact. Balbus de p̄script. part. 3. prin. quæst. 5. quin eum text. hanc ad rem singularem dicit, est clarior text. in l. ex causa transactionis. C. de vsucap. pro emptore. tenet Alexand. consilio 24. ponderatis his. colum. final. lib. 5. Philippus Corneus consil. 16. viso primo themate. lib. secundo. Gloss. & Bart. in d. l. si pro fundo, est communis opinio, secundum Balbum, vbi suprā, qui omnes per dict. l. si pro fundo, communiter tenent contrarium, eo casu, quo ex causa transactionis possessio eius rei, de cuius p̄scriptione agitur, non esset tradita, sed tantum retenta. quæ communis opinio non satis tuta est, quia nec ad transferendum dominium, nec ad transferendam vsucapiendi conditionem traditio rei, de qua p̄scribenda agitur, necessaria est, vt in l. qua ratione. §. interdum. ff. de acquirend. rerum domi. §. qua ratione. Institut. de rerum diuisio. iuncta l. clauibus. ff. de contr. empti. actus enim gestus à domino, qui sufficit ad transferendum dominium, is si fiat à non domino, transfert (cæteris habilibus) vsucapiendi conditionem. d. l. clauibus. ergo vt si rem tuam possidebam, vel ea apud me erat quouis modo, eamque mihi vendidisti aut donasti, aut dotis nomine dedisti (& similia) dominium acquirero per d. §. interdum, & d. l. qua ratione. §. interdum. ita si apud me res erat, quam à me in iudicio vendicabas, destitisti à lite aliquo accepto, iuxta l. 2. l. transactio. C. de transact. vix est, vt ius tuum in me traduxisse non videaris, vel saltem omisisse; & quasi pro derelicto habuisse. sicque vt si dominus in me talem rem transferre vellet, statim dominium eius quærerem, vel si dominus talem rem pro derelicto vellet habere, statim eius dominium quærerem.

2
Transactionis
titulus an suf-
ficiat ad p̄-
scrip. siue res
tradatur siue
remittatur.

rerem, per dictos §§. interdum, iuncta l. 1. & 2. si id quod. ff. pro dereli. ita si non dominus isthzc faciat, vt vsucapiendi conditionem acquiram par est, ita tamen vt tempore huius transactionis cœpisse videantur, quod obtineret, si ego putarem dominum esse eum, qui litem actu mouerat, vel mouere minabatur, vtroque enim casu transactio valeret. l. 2. C. de transactio. nisi obijcias, quodd tunc esse in mala fide de eo ipso, quodd rem non restitui sine lite. sicque non videretur possessio pertalem trãfactionem iustificata: siue enim putarem illum non esse illius rei dominum, tunc eius desistentia, aut etiam expressa concessio non iuuaret, siue dominum putarem, ex bona fide erat rem restituere, sicque semper cessat p̄scriptio. Sed tamen quia inter ista duo extrema est medium, aut esse potest, ideo puto debilem esse casum, quo procedat p̄scriptio ex tali transactio. Quid enim si te litem inferente, & illaturum minante, cœpi dubitare, vtrum dominus esses, nec ne, si enim in hæreditate patris mei eam rem, quam ipse mala fide possidebat, inueni, sicque iustam & bonam fidem habeo. cap. is qui in ius, de regu. iur. lib. 6. l. qui in ius. ff. eodem tit. sed obest mihi mala fides authoris mei, iuxta plenè notata per Gloss. & Doctor. per text. ibi in authent. nisi tricennale. C. de bonis matern. & in l. vitia. C. de acquirend. possess. authen. malæ fidei. C. de p̄scription. longi temp. tunc si te litem inferente, vel inferre minante, cœpi nō minus vehementer, quàm iustè dubitare, dominus esses, nec ne, dedi tibi aliquid transactionis causa, vt à lite discederes. certè non video, quomodo non videretur denuò iustificata possessio mea non quidem in hunc sensum, vt prosit mihi p̄terita possessio, sed vt ex tunc à tempore transactionis p̄scriptionis spacium currere incipiat, facit l. cum hæres. l. an vitium. ff. de diuer. & temporis p̄scr.

Denique si verum est, simpliciter sententiam p̄bere iustam p̄scribēdi causam, hoc est, siue res ex vi sentētiæ condemnatoriz mihi agenti tradatur, siue a pud me ex vi sentētiæ absolutoriz relinquatur, vt sup. attigimus, idè quoque fore in transactioe par est. d. l. non minore, & d. l. 2. ff. & C. de transactio. & quia vtroque casu, vt patet, par ratio est, p̄sertim cum nullus possit, dū p̄scribit, habere bonā fidē quietam, sed subdubiam, vt plenè agemus infra cap. 77. & cap. 72. Sed tam in sententia, quàm in tractatione desineret p̄scribere, qui esset in mala fide, verum id non ex tituli defectu tunc contingeret, sed propter illam malam fidem.

Denique in transactioe etiam si putarim eum, qui vendicabat rem à me, vel si vendicaturum minabatur esse dominum, & cum eo transegi, adhuc non sum, sed fui in mala fide, quæ per concessionem illius purgatur, sicque ex tunc incipio habere eam possessionem sine

vlo vitio, id quod sufficit ad p̄script. licet. alius titulus non adsit, vt dd. ll. & supra plenè egimus in tribus cap. p̄ced.

Titulus † conditionalis non prodest, aut non sufficit ad p̄scriptionem, siquidem erat conditio suspensiuæ, sed si erat resolutiuæ sufficit. ita Bald. de p̄script. in 1. parte 3. partis princip. quæst. 12. per l. 2. §. si sub conditione. ff. pro empt. l. 2. & l. 4. ff. de in diem additione. l. si alienam. ff. de donat. causa mortis. † Sicque infert Balbus procedere p̄scriptionem ex titulo reuocabili, † & qui dicantur tituli sufficientes ad p̄scriptionem est Gloss. melior de iure, secundum Balbum, vbi supra, in cap. dudum. 2. de electione, in verb. intitulatam. tex. cum Gloss. in l. 3. §. genera. ff. de acquirend. possess. & potest quis rem suã, cuius dominium habebat reuocabile, p̄scribere, per l. in libello. §. si quis seruum. ff. de capti. secundum Balbum, vbi supra, Gloss. in l. in accessio. ff. de diuer. & temp. † Ex titulo autem simulato non contingit p̄scriptio. l. fina. ff. pro donato. † & plures tituli ad p̄scriptionem concurrere & possunt & profunt, secundum eundem Gloss. Bart. & communiter Docto. in l. 3. §. ex plurimis. ff. de acquirend. possess. estque communis opinio, secundum Balbum, vbi supra, & Alexand. in dicto §. ex plurimis. col. 5. Ergo si alienam rem tibi mortis causa donauit dominium reuocabiliter quæ fuisse non videris, & si eam tradiderim, sed tantum possessionem & vsucapiendi conditionem. dict. l. si alienam. tamen post tempus p̄scriptionibus definitum eius quoque dominium quæsiisti, qui iustam possidendi causam habebas, licet causa vel titulus ille esset reuocabilis, vnde fit, vt nec verus dominus petere queat, quia iure suo frustratus est, nec ipsi donatori repetere liceat, quia alienum peteret, & sic turpiter, cum id statim restitutus esset, d. l. si alienam. d. l. si extraneus. ff. de donat. inter virum & vxorem. & ita intelligo l. si id quod. ff. pro dereli. & l. si vir vxori. ff. pro donato. Dum autem supra post Accursium & Balb. diximus, procedere posse p̄scriptionem ex titulo reuocabili, hoc est, quod habens dominium reuocabile, eam rem potest p̄scribere, per d. §. si quis seruum, habet locum contra eum, qui non erat impeditus agere, vt ibi. nam si seruū alienum ab hostibus redemi, dominus potest oblato precio seruum recuperare, vt ibi. Sicq; ex sua negligentia merito excluditur tempore. Ceterum contra impeditum tempus non curret, vnde si rem sub conditione legatam hæres pendente conditione alienauit, sicque dominium reuocabile acquisiuit ille, qui ab eo acceperat, iuxta l. seruo legato. §. i. ff. de leg. 1. l. fin. §. sed quia, cum §. sequent. C. commu. deleg. tamen quia legatarius pendente conditione agere non potest, contra eum non currit p̄scriptio, nisi à tempore conditionis expletæ. d. l. fin. §. si autem sub conditione. l. contra

3
Titulus conditionalis non sufficit ad p̄scri.

4
Titulus reuocabilis sufficit ad p̄scri.

5
Tit. qui sufficiant ad p̄scri.

6
Titulus simulatus non prodest ad p̄scri.

7
Titul. plures concurrunt ad p̄scri.

contra maiores. C. de inoffic. testa. vbi dixi l. qui hæredi. §. si pars. ff. de cond. & demonst. per rationem l. i. §. fin. C. de annali except. & dixi plenè de success. progress. sub titulo de fideicommissis, ex quibus locis quæ hic desunt, petenda sunt.

S V M M A R I V M .

- 1 Titulus pro suo sufficit ad præscribendum.
- 2 Præscribere possum sine titulo in casu hic relato.
- 3 Dominium utile præscribit dominus directus.
- 4 Præscriptio interdum occidit, non transfert ius.
- 5 Titulus ad præscribendum non requiritur in casu seq. & num. 6.
- 7 Possessio abijcitur longi temporis negligentia.

C A P V T L X V I I I .

¹
Titulus p suo
sufficit ad p-
scribendum.

TITVLVS † generalis pro suo iustam præscribendi causam interdum præstat, secundû Francisc. Balb. de præscript. in 1. part. tertiz partis principalis. q. 12. vnde Bald. in §. si quis per triginta, si de feudo fuerit controuersia. colum. final. qui idem tenet, ait, ipsam proprietatem aliquando loco tituli haberi ad præscribendum, id quod voluit Gulielmus de Cuneo in l. si quis emptio- nis. colum. 2. C. de præscript. triginta anno- rum. † vnde ipse Guiliel. & Bald. inquitunt, si rem meam præscripsisti, deinde eius possessio ad me reuersa est, eam citra vllum alium titulum præscribere potero, quasi eo ipso, quòd olim eius dominium habueram, iustam & possidendi, detinendiq; ac præscribendi cau- sam habere videar, sequitur Balbus, vbi supra, qui & etiam Baldus aiunt etiam hoc casu bo- nam fidem requiri, † & vterque testatur, id vtile esse ad materiam feudi, nam si dominus directus nactus esset feudi possessionem (hoc est, feudatariz rei) tunc citra alium titulum eam posset præscribere, quo casu tam Baldus quàm Balbus negant, quòd dominus direc- tus dominium utile præscribat, sed aiunt eius remotionem, & directi dominij consolida- tionem eum videri præscripsisse vel acquisisse. Sed dum aiunt cõtingere præscriptione, tum demum procedit si adsit bona, vel desit mala fides, non aliter. Quid enim si procuratori meo mandauit, vt fundi mei vtile dominium venderet, dedi ei facultatem etiam tradendi quasi possessionem illius dominij utilis, ven- didit tibi, & tradidit (per clausulam fortè con- stituti, vel per retentionem vsusfructus, vel alio quouis modo) id tamè se fecisse nunquã mihi renunciauit, vel fortè se fecisse negauit, atque ita securus incautusque integrum in fundo illo dominium iusque meum perman- sisse putabam, tunc enim cum non desit mihi bona fides, potero quidem præscribere. & ita vt debeat abesse hoc casu mala fides, videatur

²
Præscribere
possum sine ti-
tulo. in casu
hic relato.

³
Dominium vti-
le præscribit
dominus di-
rectus.

sentire Baldus & Balbus, vbi supra. † Et dum vterque negat, vtile dominium præscripsisse me, hunc (vt existimo) habet sensum, quòd cum dominium vtile & directum in persona vnus concurrere nequeant, non magis quàm vsusfructus causalis & formalis, nam vt si vsu- fructuarius ius vsusfructus cedat in fauorem proprietarij, is non videbitur vtrunque vsu- fructum tam causalem quàm formalem habere, sed solùm causalem integrum, nec vsufructuari concursu diminutum, quia res mea seruitutem vsusfructus vel alterius rei mihi debere nunquam videtur. §. finitur, cum ibi not. per Gloss. & Doctores. Institut. de vsufruct. ita si habens vtile dominium illud in fauorem domini directi vel cedat vel aliter amittat, non facit vt directus dominus v- trunque dominium tam causalem quàm for- malem habere videatur, sed vt solùm adhuc directum nullius tamen domini utilis con- cursu diminutum habere intelligatur. Idem- que in præscriptione contingit ita non secus, quàm si prædium seruiens libertatem præscri- psisset, quo casu seruitus illa minimè videretur ita præscripta, vt is dominus præscribens rem suam inciperet habere sibi ipsi seruientem, sed magis vt eam ab antea debita seruitute libe- ram habere inciperet, quasi his casibus siue li- bertas præscribatur, siue ius vsusfructus, siue etiam ius utilis dominij remouendi non tam translatiue quàm extinctiue contingat præ- scriptio, vt præscriptio ius illius, contra quem præscriptum est, occidisse, non ad præscriben- tem transfuisse videatur. Quod autem Bal- dus & Gulielmus de Cuneo, & Franciscus Balbus, vbi supra, aiunt, titulum generalem pro suo aliquando sufficere ad præscriptio- nem per totum titulum. ff. pro suo, id verissi- mum est, nam cum eo casu absit mala fides, eo ipso iusta causa possidendi adesse intelli- gitur, vbiunque autem iusta possidendi causa interfuit, ibi citra vllum alium titulum con- tingere præscriptionem plenè ostendimus in- fra capitu. 72. & plenius in capitu. 77. per tex- tum in l. quod vulgo. ff. pro emptore, & in l. non solùm. §. quod vulgo. ff. de vsucapion. l. final. ff. pro suo, cum similibus. † Vnde ve- rissimum quoque esse existimo, quòd ijdem Gulielmus, Baldus & Franciscus Balbus in- de colligunt, vt si rem meam vsucæpisti, de- inde eiusdem rei possessionem bona fide cæ- pi (fortè absens & vsucapionis illius ignarus fueram, iuxta l. finalem. C. de longi temporis præscriptio.) eam citra vllius tituli interuen- tum præscribere potero, quia iustam possi- dendi causam habeo, & inter reliquas hæc est potissima utilitas illius tituli. ff. pro suo, opti- mus text. in l. si id quod. ff. pro derelicto. & in l. si vir. ff. pro donato. l. qui alienam. ff. de donat. causa mortis. l. si extraneus. vbi not. Bart. ff. de donat. inter vir. & vxor.

⁴
Præscriptio
interdum oc-
cidit, nõ trãf-
fert ius.

⁵
Titulus ad
præscrip. non
requiritur in
casu seq.

Colligitur ex superioribus, quid respon-
dendum

f

6

*Titulus non
requiritur ad
presc. in casu
seq.*

dendum sit in illa quaestione, qua cōtrouertitur, † statutum viget; vt qui rem decennio possederit, pro ea non possit conueniri, an tunc sufficiat bona fides, citra vllius tituli interuentum? qua in re partem negatiuam, vt sine titulo praescriptio illa nō procedat, tenuit Lud. Rom. in l. praetori, in prin. in addit. nouiss. ff. de dam. infect. And. Tiraq. de praescr. in prin. facit, quod tradit Bald. in c. vnic. §. si quis per triginta, si de feudo fuerit controuersia. & Alex. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. secundum Tiraq. vbi supra. Contrariam partem vt cum sola bona fide etiā sine titulo contingat ea praescriptio statuarum, tenuit Bald. in l. 2. C. de longi temp. praescript. quae pro liber. facit secundum Alexandrum in addit. ad Bal. ibi, quod statutum ita intelligendum est, vt aliquid addat iuri communi: arg. l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. vbi per Iaso. Bart. in l. 4. §. praetor ait. ff. de vsuca. Idem Bar. in l. 2. ff. de vsuca. & haec pars longē verior est. nam cum solā bonam fidem cum cōtinua possessione etiam in terminis iuris cōmunis ad talem praescriptionem sufficere supra edoceamur, multo magis in terminis huius statuti admittendum esse constat, dummodō ea bona fides descendat ex causa iusta vel tolerabili, iuxta l. fin. ff. pro suo, cum ijs quae supra attigimus, & etiam infra c. 72. & c. 77. Sicq; dices, tale statutum videbitur frustratorium, cum quod attinet ad iustitiam possidendi, nihil addat aut detrahat iure communi, id quod libenter admitterem eo casu, quo absens & ignorans esset dominus rei, contra quem praescriptum esset, iuxta l. fi. C. de long. temp. praesc. nec statuentes potuerunt, etiam si vellent introducere, vt cum mala fide procederet praescriptio, secundū veram & communem opin. Antonij, Panorm. Felini & aliorum in c. fin. de praescript. Ceterum quo casu dominus rei praesens esset & taceret, ac pateretur, ex illa diuturna patientia tacitus cōsensus & concessio rei suae praesumeretur: arg. l. si quis diuturno, in prin. ff. si serui vendi. & l. si ego. §. 1. ibi, per traditionem fortē, aut per patientiam. ff. de public. l. si id quod ibi, quasi volente & concedente domina. ff. pro derelict. l. alienationis verbum, ibi, vix est enim, vt non videatur alienare. ff. de verb. sig. & consequenter iam malae fidei vitium aut praesumptio vel cessaret, vel purgatum videretur, vt in simili tenuit Bar. in l. fi. ad fin. C. vnde vi. quem DD. sequuntur cōmuniter, vt diximus infra c. 72. & c. 77. † Facit, nam & per longū tempus praesumitur possessionis vel abiectio vel obliuio, vt ex cōi opinione resoluit Ias. in l. 1. C. de seruis fugit. col. pen. Idē Ias. in l. naturaliter. §. nihil cōmune. nu. 88. ff. de acq. poss. Paul. Castren. & Alex. post Gl. ibi in l. si de eo. §. 1. ff. de acq. poss. ergo quid impedit, quin idem tali stante statuto etiam in proprietate praesumatur. hoc ergo casu cessante mala fide etiā ex iniusta causa ex vi statuti dicerem procedere praescriptionē,

quae iure cōi ex defectu iustae causae possidendi. d. l. quod vulgo. d. l. nō solum. §. quod vulgo, cum supra allegatis, quod nota ad intell. l. 1. tit. de las praescript. lib. 3. or.

SVMMARIVM.

- 1 Titulus qui ignoratur, an sufficiat ad praescriptionem, ardua q.
- 2 Titulus non requiritur ad praesc. in hoc casu.
- 3 Accrescendi iuri assimilatur ius vsucapionis.
- 4 Intell. l. 1. 2. pen. & fin. ff. pro lega.
- 5 Titul. illegitimus quando noceat praescribenti.
- 6 Titulus legitimus, aut illegitimus, aut etiam nullus, sufficiunt ad praesc.
- 7 Possidere se ignorans si verē possideat, praescribit.
- 8 Possessio ignoranti interdum queritur.
- 9 Intell. l. cum haeredes. ff. de acquir. poss.
- 10 Intell. l. quemadmodum. ff. de acquir. poss.
- 11 Intell. l. à Titio. ff. de furt. cum concord.

CAPVT LXIX.



T sufficere † titulum adesse ad praescriptionem, etiam si illum ignoret praescribens, tenent Bar. Ioan. de Imol. & Ange. in l. 2. §. si sub conditione, per text. ibi. ff. de vsuca. dicam cap. 79. nu. 15.

*Titulus qui
ignoratur an
sufficiat ad
praesc. arduq.*

Contrariam partem vt tituli interuentus non sufficiat abscedente sciētia praescribentis, quinimō oporteat ipsum praescribentē nosse legitimum titulum & causam possidendi sese habere, tenent Bald. & Salic. in l. 1. C. per quas perf. nob. acqu. & Alexan. in l. possessio. §. & si possessio. per text. ibi, in verb. scienti. ff. de acq. poss. Gl. in l. 1. in verb. interueniat. C. eo. ti. quae sequuntur Doct. secundū Balb. qui idē sequitur de praescr. in 1. par. 3. par. prin. q. 9. & Feli. in c. illud. col. 1. de praescr. Alex. in addit. ad Bart. in l. naturaliter. col. 3. ff. de acq. poss. Dyn. in c. sine possessione. col. 2. ff. de regul. iur. lib. 6. & sic haec videtur receptior opinio. Est & tertia opinio Frac. Balbi, vbi supra, ex mente Angeli in d. §. si sub conditione. vt initio possessionis & praescriptionis scientia tituli necessaria non sit, sed sufficiat eā puenire ante expletā praescriptionem, hoc est, ante finitū tēpus praescribendi, tūc .n. retraheretur ea scientia vel eius effectus ad tēpus inchoatae possessionis & praescriptionis. Vnde infert quod si titulus inutilis fuerit ante cōpletum tale praescriptionis tempus cōfirmatus, ea cōfirmatio retrahitur, iustificatq; ac habilē reddit possessionē retroactā, q. & tenet secundū eundē Balb. Panor. in c. dudū. 2. col. de decimis. & in simili per Bart. in l. more. ff. de iurisd. om. iud. Neq; ad rem pertinuit secundū Balb. q. furiosi qui nihil sciunt. l. negotijs. ff. de reg. iur. & etiam infantes possint possessionē acquirere & praescribere. Azo. in summa. C. pemptore, prope princ. Aret. in l. locus ad finē. ff. de acq. poss. l. sequitur. §. 1. 2. & 3. ff. de vsuca. ergo videtur scientiā nō requiri praescribentis, sed responderetur scientiam requiri, vel ipsius praescribentis, vel eius tutoris aut curatoris aut pcuratoris, vt per Azo. vbi supra, & per Balbum

7
*Possessio ab-
ijcitur longi
temporis ne-
gligentia.*

Balbus ibi. nam ideo furiosus per se neque potest incipere possidere, neque prescribere, licet possessionem ab alio eius nomine, vel à seipso coeptam, ante furorem non impediatur post furorem continuare, & sic prescribere, secundum Balbum & Azonem, ubi supra. Quid dicendum? & sanè in principali opinione magis est, ut tituli scientia necessaria non sit, nam si, ut supra disseruimus, acquisitio per usucapionem contingens similis est acquisitioni, quæ per alluvionem vel per ius accrescendi contingit, consequens fit, ut quemadmodum in duabus illis acquirendi speciebus scientia acquirentis necessaria non est, ita & in specie nostra, ut per usucapionem acquisitio contingat, scientia usucipientis necessaria non sit, dummodò per talem ignorantiam nõ reddatur iniusta possessio.

²
Titulus non
requiritur ad
prescript. in
hoc casu.

Quid enim si quis cellam vinariam vel granariam meam ingressus, in scio me vinum suum in vasa vini mei, vel triticum suum tritico meo miscuit, idq; custodiæ causa (quod non raro bellis scientibus fieri solet) ita tamen ut grana possent dignosci, & separari, & vna q; quia nõ in iisdem vasibus infusa fuerant. ego tamen huius rei ignarus quidquid in tali cella erat bona fide visibam, & possidebam (ut homini diuiti talis ignorantia facile contingit) & sanè crediderim contingere triennalem usucapionem, & si omninò titulus nullus adesset, quia non possum non videri hanc rem (hoc est, vinum aut triticum) possedisse, & sine vilo animi vitio possedisse, & sciebam me possidere, quia ipsamet grana non raro videbam, & mea esse putabam, vel etiam ipsum vinum, & in eo tantum errabam, quòd ex meis fortè agris illa processisse existimabam, cum aliunde revera processissent, qui error nihil nocet: argument. l. 1. §. si legatarius, cum ibi not. per Gloss. & Doctores. ff. ad legem Falcid. nec possem mihi persuadere illam possessionem veram non esse, & ad usucipiendum sufficientem, & in eo tantum quæstio erit, an verus dominus possidere desierit, cum duo in solidum eandem rem possidere nequeant. l. 3. §. ex contrario. ff. de acquirend. possess. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commodat. l. quod contra. §. vni duo. ff. de regulis iur. & magis est, ut cum primùm dominus cellæ coepit animum habere possidendi ea grana, vel vina, tunc alter verus granorum vel vinorum dominus etiam si adhuc retinuerit animum possidendi, adhuc tamen non solum naturaliter, sed etiam ciuilitè possidere desierit, quia cum vterque tam dominus cellæ, quàm dominus granorum haberet animum possidendi, potior causa quòd ad possessionem esse debet domini cellæ, qui possessionem naturalem habebat, quàm domini illorum granorum, qui naturali possessione carebat, sicque ciuilis possessio illi naturali potius accedet, quàm alteri parti, ubi

naturalis nulla erat, cum cætera essent paria, hoc est, vterque æquè animum iustè haberet possidendi: argumen. l. si totam. ff. de acquirend. hæred. iunctis his, quæ notantur per Gloss. & Doctores in l. qui ad nundinas. §. clam possidere. ff. de acquirend. possess. ¶ ergo vt mihi absenti, & ignoranti per recessum latentem, & sic per alluvionem acquiritur, & acquiri potuit pars fundi alieni contigui mei, iuxta dictum §. præterea. vtque pars collegatarij mei repudiantis mihi ignaro acquiritur ipso iure per ius accrescendi, vt docent Barto. & communiter Doct. in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. per d. l. si totam. l. 1. & 2. l. si solum. ff. de acquir. hæred. §. vbi autem. C. de caduc. tol. §. si eadem. Institut. de leg. vtique ususfructus pars amissa mihi etiam ignoranti alteram ususfructus partem habenti ipso iure acquiritur. l. 1. in princ. §. 1. §. interdum. ff. de usufr. accr. vtque mihi proprietatem habenti acquiritur etiam ignoranti ususfructus amissus vel repudiat, vt per totum illum titulũ, idemq; in alijs mille similibus speciebus, vt diximus de succ. progress. lib. 3. §. fin. nu. ... ita quoq; in specie nostra mihi etiam ignoranti ipso iure per lapsum temporis à lege signati acquiritur usucapione dominium eorum granorum sine vilo titulo, sed ex vi solius possessionis, eiusque iuris, cui accedit vel accedere videtur, per d. l. 3. ff. de usucap. cum simil. supra allegatis, & vide dicta in 4. capit. præced. ergo cum tenuerimus deficiente omninò titulo contingere posse usucapionem, consequens fit cum titulo inualido non minus, sed fortè facilius procedere: argu. l. vni. in prin. C. de rei vx. actio. ¶ Id quod esse videtur contra legem 1. & l. pen. & l. fin. cum not. in dictis locis. ff. pro legato. nam si possidebam, quòd in testamento minus solenni sciebam mihi relictum, licet errore iuris tale testamentum minus solenne valere ignorassem non prescribam. ¶ ergo cum titulus ille inualidus non sufficiat ad prescribendum per d. l. 1. penult. d. l. fin. cum similibus, longè minus sufficiet, quando nec adeerat validus nec inualidus. Solue data paritate eorum terminorum defectus tituli non minus, sed fortè magis noceret, quàm eius minus solennis interuentus, vnde si etiam in illo testamento minus solenni sciebam eam rem mihi legatam non fuisse, & nihilominus eam occupauit, longè minus eam prescribam, quã cum in eo mihi relictæ fuerat, vtroque enim casu est animi mei vitium priore, quia scire debebam me alienum inuito domino iniuria detinere (dominus enim vetare presumitur. l. qui vas. ff. de fur.) l. leges. C. de legibus. cap. ignorantia, de regu. iur. lib. 6. posteriore verò casu conspectius & apertius vitium animi est, quia revera alienum me possidere intellexi, & ex tali perfidia & malignitate mihi lucrum & usucapionis beneficium accedere iniuriæ esset. l. final. C. de iure iurand. l. final.

³
Accrescendi
iuri assimilatur
ius usucapionis.

⁴
Intell. l. 1. 2.
pen. & si. ff.
pro lega.

⁵
Titulus illegitimus quando nocet prescribenti.

C. de fideicom. sed tamen quando alienum
 reuera possidebam, quod tamen meum esse
 errore facti, non supino aut intolerabili pu-
 tau (quale fuit in specie de grants vel vinis
 supra relata) tunc præscriptio contingit, vt di-
 xi, quibus addel. fina. ff. pro suo, in verb. to-
 lerabilis, & alia iura, quæ allegabimus infra
 cap. 72. & c. 77. vbi multis iuribus & rationi-
 bus differemus ad vsucapiendum titulū ne-
 cessarium non esse, sed solam possessionem
 sine vitio, qualiserat in specie proposita, † ve-
 rum quia sine vitio regulariter possessio non
 contingit, nisi cum adest titulus, ideo passim
 leges dicuntur titulum requiri ad præscriben-
 dum. l. nullo. C. de rei. vendicat. l. vnic. C. de
 vsucap. transform. in princ. Instit. de vsucap.
 cum similibus. Verum per alias leges res hæc
 declarata reperitur, vt tituli defectus, non no-
 ceat quando adest iusta vel tolerabilis causa
 possidendi. Secundum quæ si à non domino,
 quem dominum esse credebam, rem custodiæ
 aut depositi aut commodati causa accepi. De-
 inde ille eam mihi in suo testamento solenni
 legauit, sine dubio præscribam, vt per tot. tit.
 ff. pro leg. Idem si testamentum erat minus so-
 lenne. si tamen solenne fuisse mihi nuntia-
 tum fuerat. d. l. i. d. l. pen. d. l. si. cum ibi not. ff.
 pro leg. Idem si neutrum interfuit; si tamen
 mihi nunciatum fuerat in testamento solen-
 ni rem mihi relicta esse, nec defuit iusta causa
 nuncio fidem adhibendi, vt iam diximus, &
 arg. d. l. fin. verbo. tolerab. lis. ff. pro suo. ergo
 contingere potuit præscriptio cum titulo le-
 gitimo, hoc primo, vel etiam cum illegitimo,
 hoc secundo, vel etiã cum nullo omnino, hoc
 tertio, dummodò desit animi vitium. Vitium
 autem adesse intelligo, non solum quando
 adest malignitas, sed etiam quando adest in-
 scitia intolerabilis. d. l. final. ff. pro suo, cum
 simil. supra & infra cap. 67. allegatis. † Ergo
 si rem, quam tuam esse putabam, necerat de-
 positi commodatiue causa abs te accepi, de-
 inde eam mihi in tuo testamento reliquisti,
 & à tempore testamenti tempora præscriben-
 di præterierunt, nec vnquam sciui eam rem
 mihi legatam esse, cõmuniter Doct. supr. rela-
 ti negassent, & abnegant contingere præscri-
 ptionem, sed contraria sententia, quam non-
 nulli supra relati defendunt, longè verior est,
 quia in sola possessione cessante animi vitio
 nititur vsucapio, vt iam ostendimus, animi au-
 tem vitium cessare intelligitur, quoties quis
 detinet vel possidet rem ex domini volunta-
 te. d. l. si id quod, verb. quasi volente & conce-
 dente domina. ff. pro de reli. l. si vir. ff. pro do-
 na. is autem ex domini voluntate rem detine-
 bat, ergo, &c. Neque † ad rem pertinet, q. ille
 detinere tantum eam rem, non etiam possi-
 dere videretur, quodque possessio ad præscri-
 bendum requiratur. d. l. 3. ff. de vsucap. cap. si-
 ne possessione, de reg. iur. lib. 6. nam respon-
 deo quòd ea naturalis detentatio simul acce-

cedit voluntas illius, qui rem disposuit vel
 commodauit, cõuertitur in ius legitimæ pos-
 sessionis, nam & in ius domini & possessio-
 nis (quod plus est) conuerti possent: argum. d. l.
 qua ratione. §. interdum. ff. de acqui. rer. dom.
 §. interdum. Insti. de rer. diui. nam & si ei, qui
 depositam vel commodatam rem meam ha-
 bebat (hoc est, depositi aut commodati nomi-
 ne eam à me detinebat) eam ei ignaro legauit,
 statim ipso iure non solum dominium, sed et-
 iam possessionis ius etiã inscius quæsiuit ipso
 iure: arg. dd. §. interdum. Et quod dicitur vul-
 go nullã possessionem nisi corpore & animo
 acquiri non posse. l. quemadmodum, cum si-
 mil. ff. de acq. poss. id quidem regulare est, fal-
 lit tamen in eo, qui habebat naturalem rei de-
 tentionem. is enim noua accedente causa,
 vt ipso iure dominium etiam ignarus acqui-
 rere potest, ita etiam possessionem vel posses-
 sionis ius sine corpore & etiam sine animo ac-
 quirere non prohibetur: arg. d. l. qua ratione.
 §. interdum. ff. de acq. rer. dom. & d. §. interdum.
 Inst. de rer. diuis. in quorū terminis ei, qui nec
 ciuilem nec naturalem possessionem habebat,
 sed tantum nudam rei detentionem (ex causa
 depositi fortè vel commodati) eandem rem
 vendidi, vel donauit, vel dotis titulo aliõve si-
 mili dedi, & ea iura cantant, statim eum do-
 minium illius rei acquisisse, pro constantique
 illis iuribus habetur, quasi indubitatum ius
 quoque possessionis, vt nihil ei desit quæsitum
 videri ipso iure. nec dubium est illa iura idem
 quoque admittenda esse etiam, si ex causa vlti-
 mæ voluntatis idem contingeret, puta q. do-
 minus illã rem illi legasset, illumve hæredem
 scripsisset, nam ex causa legati acquireret sta-
 tim & dominium & possessionis ius ipso iure
 etiam ignarus: arg. l. cum pater. §. surdo. ff. de
 leg. 2. l. à Titio. ff. de fur. l. si tibi homo. §. cum
 seruus ff. de leg. 1. cum ibi not. per Gloss. Bart.
 Alex. & alios. & ex causa institutionis adeun-
 do hæreditatem, vt in reliquis rebus hæredi-
 tarijs solum dominium, non etiam possessio-
 nem acquireret. l. cum hæredes, in princ. ff. de
 acq. poss. ita in ea re, quam antea detinebat,
 non solum ius proprietatis, sed etiam posses-
 sionis acquireret: argu. dd. §. interdum. Ex
 quibus apparet in hac re adesse legis tam po-
 testatem quàm voluntatem, de potestate ap-
 parerit à fortiori, in l. final. C. de sacrosanct. Ec-
 cles. iuncta l. quod meo. in princ. ff. de acquir.
 possess. de voluntate apparet: arg. d. §. inter-
 dum. Institut. de rerum diui. & d. l. qua ratio-
 ne. §. interdum. ff. de acquir. rer. domin.

Ex † superioribus colligitur declaratio ad
 text. in l. cum in hæredes, in prin. ff. de acquir.
 possess. vt licet regulariter aditione hæredi-
 tatis solum dominium, non eam possessio-
 nem hæres acquirat, vt ibi, tamen earum re-
 rum etiam possessionem acquireret, quarum
 nudam detentionem habeat, puta, quòd
 nuda ex causa fortè depositi vel com-
 modati

6
 Titulus legi-
 timus, aut il-
 legitimus, aut
 etiam nullus
 sufficit ad
 præscr.

7
 Possidere se
 ignoras, si ve-
 re possideas,
 præscribit.

8
 Possessio igno-
 ranti interdum
 queritur.

9
 Intell. l. cum
 hæredes. ff.
 de acq. poss.

modati eas teneret, vt sic cum primùm ille hæreditatem adierit, illa continuò nuda illarum rerum detentatio in ciuilem & naturalé possessionem conuertatur ipso iure: argumen. d. l. qua ratione. §. interdum. ff. de acquirend. rerum domin. & dicto §. interdum. Institut. de rerum diui. Vnde † subinfertur notabilis declaratio ad dictam l. quemadmodum, vt solo animo hoc casu circa vllius actus corporei interuentum possessio acquiratur.

10
Intel. l. que
admodū. ff.
de acq. poss. l.

11
Intel. l. 2. Ti-
tio. ff. de fur-
tis. cum conc.

Colligitur † etiam egregia declaratio ad l. à Titio. ff. de fur. l. cum pater. §. surdo. ff. de lega. 2. l. si tibi homo. §. cum seruus. l. legatarius. §. final. ff. de lega. 1. vt si ei, qui rei meæ naturalem ex causa fortè depositi vel commodati habebat detentationem, eam rem legauit, tunc is etiam ignarus non solum dominium, sed etiam ciuilem & naturalem possessionem quæsisse videatur, licet nullus interfuerit animus, aut etiam actus corporeus: argumen. dd. §. interdum. Postremò alia multa ad tituli materiam spectantia videbis infra capit. 77. num. 7. vsque ad finem. & cap. 78. per totum. & cap. 69. per totum, & cap. 81. per totum. & 83. num. 23. cum sequen. & cap. 84. per totum. & cap. 87. per totum. Postremò multa ad titulum spectantia disseruimus supra 1. & 2. parte, & infra parte 4. cap. 78. & in 5. parte ferè per totam, vnde quæ hic desunt, petenda sunt.

SUMMARIUM.

- 1 Bona fides requiritur ad prescriptionem.
- 2 Bona fides presumitur.
- 3 Bonus quisque presumitur.
- 4 Homini naturaliter sunt innata virtutum semina.
- 5 Natura dux optima.
- 6 Principia qualia sunt, talia sunt principiat.
- 7 Generatum simile generanti.
- 8 Titulus putariuus sufficit ad prescriptionem.
- 9 Titulus reuocabilis sufficit ad prescriptionem.
- 10 Bona fides non est necesse vt probetur.
- 11 Notorium est allegandum.
- 12 Bona fides an sit alleganda.
- 13 Bonam fidem implicite allegari sat est.
- 14 Bonam fidem post causam conclusam allegari satis est.
- 16 Bona fides vt allegetur an requiratur, ardua questio.
- 16 Notorium iuris non expedit allegari.
- 17 Rei appellatione omnes sue partes continentur.
- 18 Dominium an presumatur ex possessione presentis, ardua q.
- 19 Dominium incidenter agendo probatur ex possessione.
- 20 Dominium probatur ex possessione contra violentum.
- 21 Dominium probatur ex possessione contra commodatarium, & depositarium.
- 22 Dominium non presumitur ex possessione preterita, fallit in tribus casibus.

QUARTA PARS PRINCIPALIS AD bonam fidem adspirans.

CAPVT LXX.



BONAM † fidem in prescriptionibus & vsucapionibus desiderari plusquam manifestum est, vt in l. Celsus. ff. de vsucap. l. 2. §. si à pupillo. ff. de vsuca. pro emptore. l. cum hæres. ff. de diuers. & temp. prescript. l. vnica. C. de vsucap. transform. auth. malæ fidei. C. de temporis longi prescript. l. 1. C. de bonis mater. in prin. Insti. de vsucap. text. in c. vigilanti, & in c. vlt. de prescript. text. in c. possessor malæ fidei, de regu. iur. lib. 6. & multa hanc ad rem spectantia tradunt Doctor. in dd. locis, presertim nouissimi, in d. c. possessor. & in auth. nisi tricennale, & in l. 1. C. de bonis mater. cum simil. Bona † autem fides in dubio presumitur, ex communi nostrorum opinione. Ita enim voluit Glo. in l. super, in verb. probetur. C. de prescript. longi temporis. & in l. 1. C. de euictio. & in l. si quis emptionis titulo, in verbo, tenuerunt. C. de prescript. triginta annorum. §. 1. in versic. qui bona. Instit. de vsucap. & in cap. sanctorum, in verbo, sacra. & ibi etiam Panormitanus de prescript. & in capitulo, si diligenti, in verbo, bona fides, & ibi Innocen. & Petr. Vbaldus in repetitio. Panormitan. & Felin. eodem titu. & Gloss. in cap. vltim. in Gloss. 1. & ibi etiam Panorm. eodem titulo. & Gloss. in capit. cum Ecclesia, de causa possess. & proprietatis. & Gloss. in ca. Abbate, in princip. in verbo, domini. versicu. ad hoc autem, de senten. & re iudica. lib. 6. & in capit. licet. 16. quæst. 3. Innocen. in capitu. Michael. de electio. & in capitulo secundo, de in integrum restitut. & in capitul. vigilanti. de prescriptio. Dynus in l. prima. ff. de itinere actûque priua. Cyn. in l. 1. in quarta quæstione, de seruit. colum. tertia. Archidiacon. in cap. 1. in verbo, bona fides, de prescriptio. libro sexto. Barto. in l. Celsus. colum. quinta. ff. de vsucap. vbi de ea re elegantissimè disputat, & in l. communia. §. inter prædones. C. communi diuidun. & in l. quemadmodum. C. de agric. & censit. lib. 11. Baldus in repetition. l. 1. colum. quarta. C. vnde vi. & in sua disputatione, incipien. accusatus de vi turbatiua, colum. penult. & consil. 257. Titius emi. lib. 1. & consil. 288. dicta mulier. post medium lib. 4. Angel. in l. 1. C. quibus non obstat longi temporis prescriptio. & in l. super longi. C. de prescripti. longi temporis. Anton. in capitu. peruenit. de censibus. Cumanus consil. 119. domina Ioannem, ante finem. Panormitan. consilio 18. in causa, & quæstione. colum. prima, libro secundo. & consilio 54. in quæstione, quæ ad præsens vertitur. columna quinta. versic. nec obstat, si dicatur statutum. Alexan. plenè consil. 201. viso & discussio. col. 2. lib. 2. &

1
Bona fides requiritur ad prescrip.

2
Bona fides presumitur.

consilio 91. in causa, & lite vertente. colum. 2. lib. 5. Petrus Ferrar. titu. forma responsionis rei conuenti, in verb. præscriptionis. colum. 7. Idem Barb. consil. 51. colum. 3. lib. 4. Francisc. Curt. iun. consil. 72. princeps defunctus. col. 3. in fin. & consil. 83. Deus pius. colum. 2. & copiosissimè Socinus consil. 38. in causa dominorum. colum. 2. lib. 3. Philippus Decius consil. 275. iuridicam esse arbitror. col. 2. & consil. 309. in causa mota Mediolani. Ancharanus consil. 143. clarior. colum. penultima. Ioannes Andreæ ad Speculatorem titu. de test. §. nunc videndum. add. magna. colum. 3. Petr. Philippus Corn. consil. 130. viso libello. colum. 11. libro 1. Idem Corne. consil. 329. ostenso mihi. colum. 4. eod. lib. 1. Aries Pinellus Lusitanus de bonis maternis. in athen. nisi tricennale. num. 12. Didacus Couarru. in cap. possessor. de reg. iur. lib. 6. parte 2. §. 7. Andreas Tiraquel. de præscript. in Gloss. 2. in verbo, bona fides. §. 1. Petrus Philipp. Corne. consil. 117. primo aspectu. colum. 9. lib. 2. & consil. 239. in hac consultatione, & consil. 206. colum. 11. eodem lib. 2. per text. in c. auditis, & c. cum olim, de præsc. las. in §. sed istæ quidem. num. 100. Institut. de actionib. Gabriel strenuus Theologus in 4. sentent. distinct. 15. quæst. 14. artic. 1. Ratio huius tam recepti. si mæ sententiæ est, quia † homo præsumitur bonus. l. merito. ff. pro socio. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. l. cum pater. §. te igitur. ff. de leg. 2. cap. 1. de seratin. & tradunt Doctores in dictis locis, & in regula, semel malus, de regulis iur. lib. 6. Gloss. in c. si fortè, in verbo, scientiæ, de electio. lib. 6. Lucas de Penna in l. quemadmodum. colum. penult. de agricol. & censu. lib. 11. Panormita. & Felin. in c. cum in iure, de offic. deleg. Bald. in c. fina. colum. penult. de præscrip. Idem Bald. in l. 1. ad finem. C. si quis omi. causa testamenti. cuius rei ratio egregia redditur per Ciceronem 3. Tusc. † Sunt enim (inquit) in nobis semina innata virtutum, quæ si adulescere liceret, ipsa nos natura ad beatam vitam perduceret, nunc autem simul ac editi in lucem, & suscepti sumus, cõtinuò in omni prauitate versamur, vt penè cum lacte nutricis errorem suxille videamur, cum verò parentibus redditi, deinde magistris traditi sumus, tum ita varijs imbuimur erroribus, vt vanitati veritas, & opinioni confirmatæ natura ipsa cedat. † Et rursus ibidem ait: Natura ipsa desciscimus, vt optimam naturam nobis inuidisse videamur, & rursus lib. 1. de legibus ait: Natura duce errari nullo modo potest. Et Officiorum lib. 1. ait: Naturam duce si sequamur, nunquam aberrabimus. & hoc est illud ius naturale, quod natura omnia animalia docuit, vt in l. 1. ff. de iustit. & iur. & in pr. Institut. de iure naturali. quodque simul cum ipso humano genere proditum fuisse, testatur Iustinianus in §. singulorum. Institut. de rerum diui. Nec dubium est, † quin Qualia sunt principia, talia sunt prin-

cipiata. sicque, Qualis est natura, talis est hominum quisque cum principiatus, creatus, & natus est, ita eleganter Bald. in l. 1. ad fin. C. si quis omis. causa test. & Andreas Tiraq. de præscrip. §. 1. Gloss. 2. vers. sed quòd in dubio facit. l. quisquis, in princ. & §. 1. cum ibi not. C. ad leg. lul. maiesta. vbi Gloss. ait:

*Sapè solet filius similis esse patri.
Vnde sic cecinit Horat. Oda 4.
Fortes creantur fortibus, & bonis
Est in iuuenis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant Aquila columbam.*

7
Generati f-
mile gene-
ranti.

Cum ergo homo simul ac nascitur ac generatur, habeat semina innata virtutum, quinimò non solum homo, sed etiam ea omnia, quæ à natura creata sunt, optima sint, par est, vt bona fides & bonitas in homine præsumatur, quandiu contrarium non probatur, præsertim cum Qualia sunt principia, talia (vt diximus) esse intelligantur principiata. Hæc cõmunis conclusio variè intelligitur. Primùm quando adest titulus legitimus & verus, quale est, cum emi ritè & rectè, vel dotis, aut donationis, vel legati aut alio quouis simili titulo rem accepi, & ita procedunt. ff. & C. pro emptore. & ff. & C. pro donato. & ff. & C. pro dote. & ff. & C. pro hærede. & ff. & C. pro legato. & ff. & C. pro suo. ita volunt omnes supra relati. Secundò † intelligitur etiam si putatius tantum, non etiam verus esset ille titulus, si quidem error iustus fuit aut tolerabilis. l. quod vulgo. ff. pro empt. l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsucap. l. fin. ff. pro suo. quale est, cum is, cui mandauit rem vt mihi emerret, eam mihi tradidit, se emisse mentitus, ita tenent omnes, quos supra retulimus, istaque & superior sunt communes opinioniones. Tertio intellige † etiam si titulus esset reuocabilis. l. 2. §. si sub conditione. ff. pro emptore. l. si id quod. ff. pro derelicto. l. si vir. ff. pro donato. vnde si vxor à viro, quem dominum esse credebat, rem donatam accepit, eam contra verum dominum potest præscribere, licet vir eam donationem eamque rem posset reuocare. d. l. si vir. dict. l. si id quod. & licet rem sub hac conditione nisi melior conditio allata fuerit abs te, quem dominum esse credebam, emerim, tamen eam contra verum dominum possum præscribere, quamuis is titulus meliore conditione allata reuocabilis sit. l. 1. & l. 4. ff. de in diem addi. nisi dominus verus agere impeditus esset, tunc enim contra eum non curreret præscriptio. l. final. §. si autem sub conditione. C. com. de lega. l. qui hæredi. §. si pars, cum Gloss. ff. de condit. & demon. l. 1. §. fin. C. de annali excep. alium text. & exemplum habemus in l. in bello. §. si quis seruum. ff. de capti. Item fallit secundò, quando conditio esset suspensiuæ, vt d. §. si sub conditione. Quarto intellige etiam, si titulus, in quo nititur

8
Titulus putatius sufficit ad præscr.

9
Titulus reuocabili sufficit ad præscrip.

3
Bonus quisq
presumitur.

4
Homini naturaliter sūt innata virtutum semina.

5
Natura Dux optima.

6
Principia qualia sunt, talia sūt principia.

nitur possessio, sit illegitimus, quod obtinet quod ad prescriptione longissimi temporis, nam quod ad longi temporis prescriptionem non sufficeret, ut diximus infra c. 81. num. 7. & 8. & c. 77. num. 9. Quinto intellige etiam si titulus omnino deficiat, ut videtur esse communis opinio ex relatione Andreæ Tiraq. de prescri. §. 1. Glo. 2. versic. bona autem fides. dicam infra c. 79. numero 15. & capit. 81. numero 8. cum preced. diximus fusè supra dum de titulo disserebamus.

Sexto intellige si ad sit titulus, etiam si eum me habere ignorem. l. 2. §. si sub conditione, ad finem. ff. pro empt. dixi infra c. 79. num. 15. & in c. incip. traditio. Septimo intellige, si ea bona fides indicij probetur. l. pen. C. de euctio.

10
Bona fides non est necesse ut probetur.

Octavo intellige, etiam si ea bona fides non probetur, sufficit enim allegari, ita tenent Gl. in Clem. appellanti de appell. Andreas Tiraquel. de prescrip. §. 1. Glo. 2. versic. sed quæstionis est, & ait se dixisse in d. Clem. & hanc allegationem posse fieri etiam post conclusionem in causa, firmat ipsemet Andr. Tiraquell. ibi. Antonius in c. peruenit, de empt. & vendi. & ibi Ioan. de Imola. & Alexand. in leg. vnica. C. ut quæ defunt aduoc. iudex suppleat. colum. 2. Marthæus Affli. in const. Sicilia const. incip. iustitij. colum. 4. Facit quia & si ea præsumptio bonæ fidei, eò quod est iuris, reputetur esse quid iuris, & consequenter non requiratur probatio, sed tantum allegatio tanquam res notoria, tamen & ipsum notorium allegandum est. l. si adulterium. cum incestu. §. idem Pollioni, ff. de adulterij. secundum Antonium Butrium in c. bonæ, de postul. prælatorum. Idem Antonius in c. exceptionem, de excep. Ioan. Imolensis in l. 4. §. hoc autem. ff. de damno infecto. Marcus Mantua locorum communium. c. 57. Et in specie quod bona fides sit alleganda tenent Marcus Mantua, vbi supra, & Baldus in l. super longi. C. de longi. tempo. prescrip. colum. 3. Idem Bald. in l. quicumque. in prin. C. de seruis fugit. Et quod habens iuris præsumptionem pro se eam debeat allegare, tradunt generaliter Seyfellus in rep. l. Celsus. colum. 9. ff. de vfucapion. & Marcus Mantua, vbi supra, quam tamen post conclusionem etiam causæ allegari posse vterque tam Mantua quam Seyfellus affirmat. Nonò intellige sufficere ut tacite allegetur, puta dico me fundum ut meum possedisse. Ita Alexand. consi. 201. colum. 1. lib. 2. Decius consi. 267. Romanus consi. 77. pater reuerens. Andreas Tiraquel. vbi supra, versic. cæterum, per leg. antiquos. verb. domini cogitatione. C. de fur. Boerius decisi. 42. alia in super. num. 1.

11
Notorium est allegandum.

12
Bona fides an sit alleganda.

13
Bonam fidem simpliciter allegari sat est.

14
Bonam fidem post causam conclusam allegari sat est.

Decimo intellige sufficere quod ea allegatio bonæ fidei etiam post conclusum in causa secundum Antonium Imolam, Afflictum, Tiraquel. & Alexand. in locis relatis supra vers. 8. quibus adde idem tenere Decium consilio 267. Panor. in c. dudum. 1. colum. 2. de

elect. & iterum Andreæ Tiraquell. vbi supra versic. intellige & Marcum Mantua, vbi supra. Undecimo intellige ut procedat etiam si ea bona fides nec probetur neque etiam allegetur, etenim licet reliquæ iuris præsumptiones sint allegandæ, isthæc tamen bona fides adeo à iure præsumitur, tamque æqua, naturalis & indubitata præsumptio est, ut nec eam allegare necesse sit. Ita tenent Antonius Butrius & Ioan. Imolensis in c. præterea. 2. de transa. Panorm. in c. fi. colum. octaua. de prescrip. Barba. consi. 41. illud ad feram. columna 10. lib. 1. Idem Andreas Barba. consilio 50. col. 9. eod. lib. & consilio 18. columna penul. libro 2. & consilio 70. eod. lib. per c. auditis, & c. cum olim, de prescrip. vbi nulla bonæ fidei mentione facta præscriptio allegata fuit, & satis fuit. quæ enim (inquit) Barba. notorium est ex iure, non expedit allegari, quinimò iudex illud ex officio supplere vel attendere debet per cap. Raynuius. de testamen. vbi iudex iudicauit super notorium minimè allegatum, ut ibi notant Ioannes Imolensis & Panor. Idem Panor. in c. afferte. de præsumptionibus. Baldus in leg. prima. C. ut quæ defunt aduoc. Felin. in capit. adhæc. columna nona de appella. Nec dubium est (inquit Andr. Tiraquell. vbi supra) quin bona fides oriatur ex iuris notorietate, ut fusius supra disseruimus. ergo eam allegari non expedit, iuris enim præsumptio liquida probatio est. Glo. in leg. tutor qui repertorium. C. de peri. tutorum. leg. licet Imperator, & ibi plene Alexand. & Iaso. ff. de legat. 1. per Andreæ Barba. consilio 74. scripsit Psalmista libro quarto. rursusque consilio omnium nouissimo. Contrariam tamen partem ut hæc bonæ fidei præsumptio necessario sit alleganda, tenent Bald. in dict. l. super longi. C. de longi. tempo. prescrip. Idem Baldus in dict. l. quicumque. C. de seruis fug. Andreas Tiraquell. vbi supra, Marcus Mantua c. 57. d. lib. 3. locorum communium, quia alios allegant huius sententiæ auxiliares, ut attigimus supra versicu. 8. sed superior pars ut receptior ita & verior nobis videtur, quæ materia à nostris cæca & nebulosa relicta nobis videtur, quæ ut liqueat considera non nullos casus, Primus quando bonæ fidei mentio sit explicitè, alter quando implicitè, vltimus quando nec implicitè, nec explicitè. Primo casu omnes conueniunt sufficere, veluti si agenti rei vendicatione allegauit, me rem illam titulo & bona fide per tempus legitimum possedisse, sicque prescripsisse. Secundo casu non satis se se explicant veluti si rei vendicatione agenti obieci prescripsisse me, nulla bonæ fidei mentione facta, sed satis est dixisse, prescripsisse me, quia intelligendum est ritè & rectè. arg. l. non putauit, in principio, cum ibi notat. ff. de bonorum possessione. contra tab. & illud verbu est intelligendum in pleniore significato. §. sed quoties. Instit. de iure nat.

15
Bona fides non allegetur an requiratur, ar. 4.

16
Notorium iuris non expedit allegari.

17
 Rei appella-
 tione omnes
 sue partes cō-
 tinentur.

& id perfectum est quod ex omnibus suis par-
 tib. cōstat. l. i. ff. de origine iuris. sicq; qui dicit
 se p̄scripsisse de perfecta (& cū omnibus suis
 legitimis qualitatib.) p̄scriptione intelligit,
 ne aliter inutiliter processisse videatur, nihil e-
 nim & inutile paria sunt. §. fin. Institu. quibus
 mod. testam. in fir. † & denique appellatione
 rei simpliciter prolatæ, cōprehēduntur omnes
 suæ partes siue illæ quotitatiæ sint. l. Mæuio,
 in prin. in verbo, totus. ff. de lega. 2. l. coniu-
 ctim. in verbo, solidam rem. & verbo, solidam
 hæreditatem. ff. de legat. 3. l. hæc scriptura. leg.
 si separatim. ff. de condi. & demon. §. si eadem
 res. Institu. de lega. l. si pluribus. ff. de lega. 1. l. si
 quis cum totum. ff. de excep. rei iudi. leg. cum
 quæstio. C. de lega. l. vnica. §. vbi autem, cum
 §. sequen. C. de cad. toll. siue illæ etiam sint
 partes integrales vel subiectiæ, vt in leg. qui
 vsum fructum, vbi plenè notant Bartho. & Ias.
 ff. de verb. obli. & d. l. cum quæstio. leg. 1. §. In-
 terdum, in verbo, in solidum. leg. inde Nera-
 tius. ff. de vsum fruct. accref. ergo qui se p̄scrip-
 sisse ait omnes partes per qualitates ad p̄scrip-
 tionem necessarias (siue possessio sit, siue
 titulus, siue bona fides) comprehendisse im-
 plicitè videtur, facit egregius text. in l. Titius,
 in prin. ff. de liber. & posthum. vnde apparet à
 Barbatio parum aptè allegatum fuisse textū
 in d. c. auditis, & d. cap. cum olim, de p̄scrip.
 quando quidem ibi non est verum, bonam fi-
 dem allegatæ non fuisse, quinimmo eo ipso
 quod p̄scriptio allegata fuit, bona quoque
 fides implicitè allegata intelligitur, & sic ita
 responsuros verisimilimum est, non solū il-
 los qui affirmant bonam fidem allegari non
 oportere, sed etiam eos qui contendunt alle-
 gari oportere, quando quidem hic implicitè
 allegata videretur. Vltimo casu quando nec
 implicitè, nec etiam explicitè allegata fuit,
 sed duntaxat dictum fuit à reo, se eam rem
 per tempus ad p̄scribendum legitimum, le-
 gitimaque ex causa possedisse, licet hic nulla
 mentio fiat de bona fide, adhuc sufficeret,
 quia ea à iure p̄sumitur, vt suprà latissimè
 ostendimus, id quod in iure notorium est, vn-
 de fit, vt superuacua ea allegatio videatur, sic-
 que à iure desiderari minimè sit verisimile, sed
 omnino inciuile, arg. l. hæc stipulatio. §. diuus.
 ff. vt lega. nomine caue. leg. non cogendum. §.
 Sabinus. ff. de procura. leg. Cornelius. leg. iam
 dubitari. ff. de hæred. Instit. leg. verba hæc. ff. de
 cond. inst. & potissimū, quia si verum ama-
 mus, vsucapiones in sola possessione legitima
 nituntur, nec bonam fidem desiderant positi-
 uè, sed tantū malæ fidei vitium abesse, nec
 titulum desiderant, sed tantū iustam aut to-
 lerabilem possidendi causam, vt per leg. tert.
 ff. de vsucapion. fusè ostendimus infra capit.
 77. numero decimo. cum p̄ced. & sequen. &
 capit. 72. & capit. 81. Sicque qui legitimi tem-
 poris possessionem ex iusta causa emanantem
 allegauit, sufficienter allegasse videtur, nec

quicquàm vltra desideratur, vt dictis in locis
 ostendimus aduertentes isthæc à nostris non
 satis vnquam fuisse p̄sumpta. Et diximus su-
 prà part. 3. per totam. † Redeundo ad nostram
 bonæ fidei p̄sumptionem, cū ostende-
 rimus, eam p̄sumi in homine à natura, inq;
 eo naturaliter esse innata virtutum semina,
 inde pari ratione descendit, vt ex possessione
 p̄senti dominium à lege p̄sumatur, aliter
 enim cū per l. quærebat. C. vnde vi, p̄sum-
 ptū sit, quod ad me nō pertinet id ad alios om-
 nino pertinere, certè si lex, quod possidet me-
 um esse non p̄sumeretur, iam alienum pos-
 sidere p̄sumeret. sicque me malum homi-
 nem esse malamque fidem habere, contra ea
 quæ suprà fusè ostendimus, sicque in specie vt
 ex possessione p̄senti dominium habere
 possessorem p̄sumptio sit, tenent Glo. in l.
 penu. in verb. amoueri. ff. de condi. inst. quam
 ibi sequuntur Barthol. Bald. Angel. & Paulus
 Castren. ibi Barthol. Angel. & Paulus Castren.
 in leg. Titia. per text. ibi. ff. solut. matrim. &
 Abb. & in d. leg. penul. columna prima. & Ni-
 colaus Boerius. deci. 42. alia in super Angel.
 in leg. filiusfamilias. §. ijdem principes. ff. de
 legat. 1. Barbatus consilio 50. libro primo. nu-
 mero duodecimo.

Contrarium tamen vt ex possessione p̄-
 senti non arguatur dominium, tenent Glo. in
 leg. cum res. quam ibi multi sequuntur. C. de
 probatio. Quid dicendum? & sanè prior opi-
 nio vt receptior ita & verior videtur per iura
 suprà allegata, quibus adde egregium tex-
 tum in §. commodum. Institutio. de interd. l.
 actor quod asseuerat. C. de probati. & per no-
 stram rationem suprà relatam quæ habet, om-
 nes homines bonos esse bonosque p̄sumi &
 mala fide carentes, sicque minimè p̄sumen-
 dum est, vt is qui fundum vt suum possidet,
 colit, & fructus sibi colligit, alienum mala fi-
 de perfidè, & furtiue contrectet, sed potius vt
 rem suam pertractare videatur, quæ conclusio
 variè intelligitur. Primū vt se aduersus agen-
 tem possit defendere, dic. §. commodum.
 Institutio. de interd. dict. l. actor. cap. in pari,
 de regu. iur. libro sexto. leg. fauorabiliores. ff.
 de regu. iur. † Deinde intelligitur etiam agen-
 do, nam si possideam fundum dominantem
 tuque fundum seruiem, te seruitutem pati
 nolente, duo sunt mihi probanda, Primū
 me dominum esse fundi istius quem domi-
 nantem asseuero, Alterum tuum fundum huic
 fundo seruitutem debere, quod vltimum si
 probauero, Primum, nempe me esse domi-
 num fundi dominantis, eo ipso probare vide-
 or, quod probo me eum possidere, fructus-
 que vt dominum colligere, eumque arare &
 colere, & similia. ita tenent Barthol. in dict. l.
 penul. & Boerius vbi suprà, numero octauo.
 nempe in d. decis. 42. Alexand. consilio 4. lib.
 secundo. & consilio 103. numero decimo. lib.
 septimo. Corne. consilio 48. libro tertio. Andr.
 Barba.

18
 Dominium
 an p̄sumatur
 ex possessio-
 ne p̄senti,
 ar. d. quæst.

19
 Dominium
 incidenter a-
 gendo proba-
 tur ex possessio-
 ne.

Barba. consilio 8. columna secunda. libro primo. Gloss. & Florianus per text. ibi in leg. prima. ff. fami. erci. Rapha. Cuman. consilio 150. ad finem Glo. in leg. sicuti. §. si quzratur. ff. si seruandi. Iason post Barthol. ibi in leg. si prius. columna 9. ff. de noui operis nunciatio. & alij, quos allegat Boerius, ex cuius relatione apparet hanc esse communem opin.

Nec ad ré pertinet, l. item Mela. §. penult. ff. ad legem Aquil. quia ibi constabat alterum esse dominum, secundum Barthol. in d. l. penult. Tertio † hæc conclusio intelligitur etiam quando quis vult agere rei vendicatione contra violentum spoliatorem, tunc enim vt contra eum obtineat satis est probare se tanquam dominum possedisse. Ita tenent Barthol. & Bald. in dict. l. penultim. ff. de condition. instituti. & Nicolaus Boerius d. decis. 42. numero 6. & etiam Paulus Castrensis in d. l. penultim. & Bartholo. Sozinus consilio 112. numero 23. libro quarto. per leg. si quis emptionis. §. sed hæc. C. de præscriptio. 30. annorum.

Quarto † intellige etiam si agere rei vendicatione contra commodatarium, qui rem à me commodati nomine accepit. Quinto idem si agerem contra depositarium, qui depositi nomine rem à me accepit, nam & his duobus casibus ex hac sola possessione de præsententi dominus præsumor etiam rei vendicationem agens, nec illi possunt mihi referre quæstionem dominij non magis, quam si contra eos agerem depositi, aut commodati actione, nam eo ipso, quod causam à me habent, nec ex fide restitunt, me spoliare videntur, sicque in hac rei vendicatione ex sola præsententi possessione dominus præsumor. arg. leg. colonus. ff. de vi & vi arm. iuncta leg. si quis conductionis. C. locati. l. si alienam, cum ibi nota. ff. solu. matr. & quamuis contrarium videantur tenere Doct. post Glo. ibi. in leg. ita vt si fur. ff. commod. tamen hanc opinionem defendunt Paul. Castr. in d. l. pen. & Nic. Boerius num. 7. d. decis. 42.

Hactenus quando is de præsententi possidebat ciuilitè & naturaliter vel saltem ciuilitè verè vel interpretatiuè, † quid autem si nunc non possidebat, licet olim possedisset, an ex ea præterita possessione præsumatur dominium, & regula est non præsumi. ita Glo. in l. 2. C. de probat. Boerius, vbi supra, numero decimo. Barthol. in dict. l. penul. Bald. in l. non ignorat. colu. 6. C. qui accusa. non poss. Corne. consil. 19. cum consil. seq. lib. 2. per leg. & quæ nondum sunt. §. 1. ff. de pigno. & fallit si possedisset annis triginta, quia eò tēpore rem illā etiā titulo non apparente præscriberet, per l. si quis emptionis. §. 1. C. de præscrip. 30. annorum, secundum eosd. & vtraque opinio communiter recepta est. Fallit secundò quando longum tantum tempus præterijt, si quidem adfuerat legitimus titulus vel causa possiden-

di, secundum eosdem Doct. communiter, & Lud. Rom. consil. 424. circa propositum, & Sozin. consil. 106. in causa. col. 4. lib. 2. Gloss. & communiter Doct. l. cū res. C. de probat. Boer. vbi supra, nu. 4. Bart. consil. 110. quidam Masfolus. Fallit tertio quando breuius tempus cum legitimo titulo possedit, & agebat publiciana ad possessionem tantum recuperandam (non autem rei vendicatione) tunc enim obtineret contra possidentem sine titulo, ita procedit titulus ff. de publi. in rem actio. quia posterior possessio non intitulata aut præsumitur clandestina, aut non iuuat contra hunc qui nititur possessione intitulata. Ita Sozin. in leg. in rem quæ nobis, in princi. q. 4. ff. de acquir. possess. Alex. consil. 51. lib. 1. & consil. 117. eod. lib. & consil. 6. lib. 3. secus si posterior possessio intitulata si militer esset, tunc enim præferetur, quia in pari causa potior est conditio possidentis. c. in pari, de reg. iur. lib. 6. tradunt Inno. & alij in c. cū ad sedem, de rest. spoli. per c. licet causam, de proba. Itē fallit quando iunior possessio esset diutina, vt dicemus in c. 85. num. 5.

SYMMARIUM.

- 1 Mala fides an nocet, quando contractus fit per procuratorem.
- 2 Domini mala fides nocet, licet contractus fiat per procuratorem de iure cano.
- 3 Pupillo non nocet tutoris mala fides.
- 4 Pupillus non potest habere malam fidem.
- 5 Malam fidem populus quando videatur habere, & quomodo purgetur.

CAPVT LXXI.



MALA fides non impedit præscriptionem quando contractus fit per procuratorem, vel eum qui subest nostræ potestati (vt est filius vel seruus) si quidem dominus tantum non etiam is per quem contractus fiebat, habebat malam fidem. Ita tenent Bald. & Angelus in l. super longi. C. de longi tempor. præscriptio. per l. eum qui. §. in hac. ff. de public. in rem actio. Glo. in l. huiusmodi. ff. de contrahen. empt. Gloss. in l. cum mancipium. ff. de ædi. edict. per Azonem in summa. C. de ædil. xdi. et. colu. pen. versic. sed si quæras. † Quod obtinet de iure ciuili non de iure canonico, quo iure noceret domini mala fides, teste Balbo de præscription. in 3. part. 3. partis prin. q. 18. Limita secundò vt mala fides aut bona fides procuratoris non fit in consideratione, sed tantum domini, quod ad singularem successorem, vnde si rem alienam quam tuam esse putabas per procuratorem qui eam alienam esse sciebat mihi vendidisti, præscribere possum, quia non videor ab authore malæ fidei emisse. Ita Barthol. in l. qui fundum. §. procurator. ff. pro emptore. Alexand. in l.

¹ Mala fides an nocet quando contractus fit per procuratorem, ar. q.

² Domini mala fides nocet licet contractus fiat per procuratorem de iure cano.

Pom.

20
Dominium probatur ex possessione contra violentum.

21
Dominium probatur ex possessione contra commodatarium & depositarium.

22
Dominium non presumitur ex possessione præterita, fallit in tribus casibus.

Pomponius. §. cum quis. colu. 4. ff. de acquiren. possessio. Balbus, vbi supra. Quæ quidem limitationes veræ sunt in se, sed principalis conclusio suspecta videtur, nam vtriusque iuris definitio dū præscriptione cū mala fide procedere negavit, id prospectū voluit, ne qui sciebat alienū se possidere inde lucrū se facturum sperans tardior & segnior in restituendo fieret, quæ ratio non minus vrget quando rei alienæ possessionem perferuum vel filiū quæsiui, quàm si eam per me ipsum quærerem, vtroque enim casu tardior in alieno restituendo reddar, si lucrum præscriptionis inde facturum me spero, quàm essem si id minimè euenturum scirem, ergo habebit locum capit. possessor. de regulis iuris. lib. 6. c. vigilant. capit. fin. de præscription. in princip. Instit. de vsucapion. transfor. cum simil. nisi dixeris, superiorem conclusionem procedere quando contractus fiebat per procuratorem, vel filium, vel seruum ignorante domino vel patre, seruum enim vel filius contrahendo, & possessionem corporalem apprehendendo ius possessionis naturaliter quæsiuit. l. 1. in princip. vbi ex naturali possessione. l. 3. ff. de acquiren. possessi. iure enim naturæ hi sunt integri status. l. quod attinet. ff. de reg. iur. vnde tale ius eis per prius coherens, postea transitum facit ad patrem vel dominum, quia penes eos retidere nec momento potuit. l. placet, de acquiren. hæredita. l. acquiritur. ff. de acqui. rerum domi. nam domino vel patri in scijs, vel etiã inuitis acquirent serui vel filij familiars. l. seruus verate. ff. de verborum obliga. per totum. Instit. per quas perso. nob. acquir. & hac ratione per alluionem rei alienæ dominium nobis etiam inuitis & ignaris acquiritur, vel et scientibus alienum esse. §. præterea. Inst. de rerū diuisio. l. a deo. §. præterea per alluionem. ff. de acquiren. rerum domi. ergo pari ratione nobis etiam volentibus acquiri potest ius possessionis per seruum vel filium, sed quò ad ius præscribendi dubito, dic ergo quòd quandiu ignoravi nomine meo seruum procuratorem uel aut filium meum emisse, & possessionem accepisse tandiu, & si sciam illam rem esse alienam, tamen cū ignorem me eam possidere, non possum videri mala fidei possidere, cū bona aut mala fides pendeat ex animo nostro. l. penul. C. de euiet. sicque si per eas personas tandiu ignorante me retenta possessio fuit, quòd expleta fuit præscriptio eam rem optimo iure quæsiui. Cæterum si ante completam præscriptionem cœpi intelligere, eam rem me per illas personas possidere, iam scio alienum me possidere, sicque sum in mala fide, quæ etiam superueniens post cœptam præscriptionem nocet de iure canonico, sumque in mala fide, eo quòd possum & debeo iubere eas personas eam restituere, vel id ipsemet facere debeo. l. semper qui non prohibet. ff. de reg. iur. leg. qui patitur. ff. manda. & quia

non sufficit abstinere à malo, nisi fiat, quòd bonum est. leg. si ita stipulatus essem abs te, & ibi Barthol. ff. de verbor. oblig. vide capit. 79. numero 41.

Mala fides tutoris non nocere pupillo tenent Baldus in authen. adhæc. C. de vsuris. Ioannes Imolenis in rep. capit. fin. columna 29. de præscrip. & Franciscus Balbus de præscrip. in 3. parte 3. partis princip. q. 16.

³
Pupillo non nocet tutoris mala fides.

† Sed & ipse pupillus malam fidem habere non potest quòd attinet ad præscriptionem nisi sit doli capax. secundum Baldum & Franciscum Balbum, vbi supra, & superior sententia probari videtur in leg. tertia. in sui generalitate. ff. de vsucap. præsertim iunctis his, quæ diximus; supra circa definitionem præscriptionis.

⁴
Pupillus non potest habere malam fidem

Et mala fides singularium personarū de vniuersitate nocet ipsi vniuersitati, sicq; quādiu viuunt aliquis de populo vel collegio vel de vniuersitate qui habuit scientiã rei alienæ, is populus, vniuersitas, collegium non præscribit. Ita Innocentius in cap. cura, de iure patronatus. Barthol. in leg. post pluribus, in fin. ff. de vsucapion. Franciscus Balbus, vbi supra, q. 17. Petrus Philippus Corn. consi. 22. videtur in hac consultatione. colum. 4. libro primo. sed illa mala fides purgatur extinctis omnibus ijs qui scierunt, & habuerunt scientiam rei alienæ, secundum Innocentium, Barthol. & Franciscum Balbum, vbi supra, contra Corneum, vbi supra, qui eam purgari illo tempore posse negat, motus per leg. proponebatur. ff. de iudic. vbi subrogationis causa semper idem populus esse intelligitur, facit l. si grex. ff. de l. l. grege. ff. de leg. 2. §. si grex. Instit. de lega. superior tamen sententia quæ habet, omnib. saltem extinctis purgari eam malam fidem, vt humanior ita & verior videtur, nam etsi per subrogationem vnus idemque populus intelligatur, tamen idem quoque est in filio qui eadem persona cum patre intelligitur. l. si. C. de imp. & tamen patri succedens iustam ignorantie causam censentur habere. cap. is qui in ius, de reg. iur. lib. 6. l. qui in ius. ff. eo. & consequenter olim præscribebat.

⁵
Mala fidem populus quando videatur habere, & quando purgetur.

SUMMARIUM.

- 1 Præscribere an possit missus in possessionem ex causa noxali vel damni infecti, cū sciret rem illam non esse illius, contra quem decretum fuit interpositum, egregia q.
- 2 Mala fides quando inesse intelligatur.
- 3 Dominium nobis etiam inuitis interdum auferatur.
- 4 Facti appellatione non factum etiam continetur.
- 5 Mala fides non semper sequitur, & arguitur ex scientia rei aliena.
- 6 Dominus rem suam negligens quando videatur eã pro derelicto habere.

- 7 *Intellectus c.1. de prescripti. contra communem opinionem.*
 8 *Intellectus l. scut, & l. omnes. C. de prescripti. 30. annorum.*
 9 *Intellectus c. fin. de prescription.*
 10 *Intellectus §. fin. Institut. de iniur.*

CAPVT LXXII.



POSSIDEBAM seruum alienum bona fide, cuius verum dominum ego non ignorabam, is seruus ex causa noxali mihi traditus fuit, an cum habeam scientiam rei alienæ, eum possem vsucapere quæsitum est, ac vehementer controuersum, mouet quæstionem † quòd licet indubitatum esset vsucapi posse inspecto iure ciuili. l. generaliter. ff. de noxalib. act. tamen iure canonico generaliter definitum est mala fide vsucapi nihil posse. c. vigilanti, & c. fin. de prescri. quod ius & in foro seculari seruandum esse ait summus pontifex, in d. c. fin. sicque communis opinio esse videtur quòd missus in possessionem ex causa tam noxali quàm damni infecti non possit prescribere eam rem, quam sciebat esse alienam, non illius contra quem decretum iudicis fuit interpositum. Ita tenent Paul. in l. prætoris, in prin. ff. de dam. in fec. idque sequitur, & ait meritissimè defensum esse episcopus dissertissimus ciuitatis Rod. in c. possessor, de regu. iur. par. 2. §. 9. numero octauo. Roma. in leg. si per errorem. ff. de vusuc. Alexan. in leg. si finita. §. si de vectigalib. numero vndecimo. ff. de damno infec. Imo. in cap. fin. de prescriptio. colum. 19. in rep. Idem in leg. sequitur. §. viam. numero 26. de vsucap. Paul. in d. §. si de vectigalibus. Paul. in l. iuste possidet. ff. de vectigalibus. Paul. in l. iuste possidet. ff. de acq. possess. Barthol. in leg. Pomponius. §. si iussu, eodem titulo. sentit Angel. in leg. prima. C. de iudi. num. 63.

Contrariam partem vt missus in possessionem ex causa siue noxali siue damni infecti possit rem prescribere, licet sciat, eam rem esse non illius cõtra quem decretum fuit interpositum, sed alterius, tenent Gloss. in c. possessor, de reg. iuris in 6. Gloss. in cap. si diligenti, & ibi Antonius num. 12. de prescriptio. Bald. in l. 2. ff. si ex noxali causa agatur. Idem Baldus in auth. ei qui iurat. colum. penul. & ibi Salicetus q. 9. C. de bonis auth. iudi. posse. Spec. in tit. de secundo decreto. §. iuxta. num. 8. Abb. num. 28. in d. c. si diligenti, & ibi Anton. num. 12. Bald. in l. generaliter. ff. de noxal. act. in prima lectu. & iterum in lect. 2. estque communis opinio, secundum Alex. in dicto §. si de vectigalibus. num. 11.

Quid dicendum? & quidem videtur hæc posterior opinio in noxali causa longè verior quàm contraria, per text. apertum in d. l. generaliter, & in eo tantum quæstio erit, an is

text. iure cano. correctus intelligatur, quod minimè dicendum est, non enim sequitur, habet quis scientiã rei alienæ, ergo nõ potest prescribere, † quinimò sæpe prescribere potest, nec in mala fide esse videtur, quod primum apparet in l. si id quod. 2. resp. ff. pro derelicto. vbi vxor viro donauit rem suam, sicq; eum dominum non fecit, vt per tot. ff. & C. de dona. inter virum, & vxor. virque deinde eam rem mihi scienti vendidit, qui prescribere possum, vt tex. ait, licet non ignorarem, eam rem vxoris esse, neque ab ea sed ab eius marito causam habere, Ratio est, vt ibi expressim Iureconsultus ait, quia quasi volente, & concedente domina, is maritus vendidisse videtur. Nec ad rem pertinet quod Gloss. ibi ait, rem alienam donasse vxorem. nam illud est diuinare, & præterea est contra prescriptionem leg. merito. in prin. ff. pro soc. & per tot. C. de reb. alien. non alien. & quod intolerabilius est, aduersatur palam illi textui in verbo, domina. Secundò est tex. in l. si vir. ff. pro dona. Tertiò leg. 1. §. si vir. ff. de acqui. possess. vbi vir vxori donauit, nec idèd desijt trásuolare possessio in vxorem donatariam, quàm iuste possidere intelligendum est. Quartò est tex. in c. 1. de prescri. & in c. placuit. suprã allega. vbi etiam iure cano. ecclesia contra ecclesiam potest etiam breui tempore prescribere locum, iusque quod sciebat esse alienum. Quintò † dominia non sunt de iure naturali primæuo, sed tantum de iure gent. quod induxit dominorum distinctionem, & separationem, antea enim omnia erant in communi. leg. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. §. ius autem gentium. Institutio. de iur. nat. plenè per Barthol. Paul. Ias. & alios in dict. l. ex hoc iure. diximus in tract. de success. creat. in præfatio. & in §. primo. huic autem iuri genti. lex ciuilis, & derogare potest, & quotidie derogat. iuxta Glo. communiter apppro. ibi in leg. ius ciuile est. ff. de iust. & iu. & licet id quod nostrum est si non facto nostro à nobis auelli non debeat. leg. id quod nostrum. ff. de regu. iur. tamen illud regulare, verum ex causa à nobis aufertur, etiam inuitis, vel ignorantibus, vt in leg. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vendi. l. Lucius. ff. de euic. Glo. & Barthol. in leg. Antiochensium. ff. de priu. creat. Barthol. Paul. Iason & alij in dict. l. ex hoc iure. vt ergo ibi aufertur nobis inuitis rei nostræ dominium ex legis ciuilis dispositione & permissione, nec se intromittit ius canoni. ad hoc vt ablatum domino reddatur, cur non idem erit & in specie nostra, vbi iustissima causa est, vt res nostra nobis auferratur, ne mihi immerenti damnum seruus tuus impunè inferat, vel si intulerit, nobis resarciatur, ibi re tua adempta, & in me ad emendationem damni translata. Nam & similiter quid si furtum mihi facere manifestum, quid si non manifestum, quid denique si vi rem abripuisses, nõne præter

2
Mala fides
quãdo in esse
ducatur.

3
Dominium
vt nobis etiã
inuitis aufe-
ratur.

1
Prescribere
an possit mis-
sus in poss. ex
causa noxali
vel damni in-
fecti. cum sci-
ret rem illam
non esse illius
contra quem
decretum fuit
interpositum,
ard. 9.

præter ipsius rei subtractæ, aut vi ablatæ restitutionem etiam tuam amitteres, & in me transferetur, scilicet pœna vel dupli vel quadrupli. §. furtorum. §. conceptum, cum seq. §. fin. Inst. de obli. quæ ex delicto, in prin. Instit. de vi bon. rap. §. quadrupli. & §. dupli. Instit. de act. nonne te inuito his casibus rerum tuarum dominium habeo, te, inquam, inuito iure tam civi. quàm cano. in tui pœnam, & punitionem ergo similiter, cum seruus tuus damnum mihi, rebusve meis dedit, tu damnum sentiens, seruusque ille tuus mihi traderetur, nisi dânum emendaueris, nec refertur abs te an ab alio possideretur quo tempore damnum dedisset, quin immò inspecta legis interpretatione non videtur id damnum domino serui contigisse sine facto suo, † nam appellatione facti etiam non factum continetur. Instit. de nup. §. si qua vxor, in fin. dum ait rectius se facturos si abstinerint. Glo. & Doct. in l. 3. in pri. ff. de verb. oblig. Alex. in §. si id quod. l. vbi autem non apparer. ff. de verb. obl. Decius in l. id quod nostrum. ff. de regul. iur. dominus ergo qui damnum vel noxam à seruo suo datam non emendat, quasi fecisse videtur, quò magis serui sui dominium priuetur. Quid denique si seruus meus iusto bello captus aufugerit, adque suos reuersus fuerit incio me vel inuito? nonne eius dominium perdo? Quid similiter si feram cepimus, eiusque dominium quæsiuimus, eaque custodiam nostram euaserit, inque naturalem suam laxitatem se receperit, nobis inuitis, aut ignorantibus, nonne in his casibus & similibus id statim nostrum esse desinit? l. 3. ff. de acq. re. dom. cum ll. sequen. l. naturalem. §. examen. leg. nihil, in princip. ff. de capti. §. item ea quæ ex hostibus. Instit. de re. di. Quid prætetea si seruus meus prodicionem detegit, nonne incio me & inuito libertate præmij loco donatur, & meus esse desinit. l. 2. 3. & 4. per tot. C. quib. ex cau. serui. pro præmio liber. accip. Nam etsi patria potestas res inæstimabilis sit. l. filiusfam. §. secundum vulgarem. ff. de leg. 1. nonne pater ob duriciem filium emancipare cogitur? l. diuus. ff. si à parente quis fuerit manu. id quod accidit in omnibus etiam delictis, in quibus pœna bonorum imponitur, ergo cum res nostra nobis aufertur, & in alium transfertur, interdum fit ob demeritum nostrum, interdum ob meritum illius in quem trāsferitur, interdum ob vtrunque, interdum & quartò ob meritum & fauorem ipsius rei. ob demeritum nostrum, vt in d. l. diuus. ob meritum eius in quem transfertur, & ob eius fauorem, vt in d. l. item si verberatum, cum similibus. ob demeritum nostrum, & meritum illius in quem transfertur, vel ob eius fauorem, vt in pœna dupli, quadrupli, & similibus, supra allegatis, & facit per totum C. & ff. quibus vt indigni. ob meritum & fauorem ipsius rei, vt in exemplo. C. quibus ex causis serui. pro præmio libertatem accipi.

Cum ergo res nostra nobis à lege adimatur interdum culpa nostra, interdum sine ea, sed solum ob fauorem ipsius rei, vel eius in quem transfertur, isque eam possideat, eaque potitur, non ignorans alienam fuisse, & à domino inuito vel incio ablata, inque eum translata. Quid mirum, aut nouum est, si idem faciat lex ex causa noxali? & qua ratione potuit lex dominium statim tibi ablatum in me transferre, eadem ratione, & longè facilius, aut iustius poterit efficere, vt id dominium transeat post longam possessionem, & præscriptionem: Nam & prælatus, qui non potest res ecclesiæ alienare, poterit per negligentiam, & interuentum longi temporis ecclesiæ nocere, vt eius res præscribantur. c. veniens, de præscrip. vbi per Doct. & Decium in d. l. id quod. ff. de regul. iur. facit tex. in c. illud. & cap. de quarta. de præscrip. ergo vtroque casu, ex parte legis par potentia est, in auferendo à nobis dominium rerum nostrarum ex casu, nam & eius auctoritate nostrum tuemur, aliter enim non deesset alter fortior vel calidior, qui vi, armis, aut caliditate, vel dolo, reb. nostris potiretur, itaque auctoritate legis rerum nostrarum dominium nobis inuitis, & ignorantibus ex causa potest, & sæpissime solet auferri, quod accidit etiam per modum præscriptionis non secus, quàm per alios modos, siue is qui rem acquirit alienum sciat se possidere, siue ignoret, cum adest causa non iniusta concedendi, vt etiam sciens quis alienum, & possidere, & præscribere possit, qualis profectò adest in causa noxali, quadoquidem esset per iniquum, vt seruus tuus mihi immerenti, aut rebus meis damnum iniuria daret, idque impunitum maneret, si ergo is seruus mihi iussu iudicis traditus fuerit, nec dominus, aut qui eum possidebat, illum defenderit, satis videntur maluisse seruum abicere, inque me transferre, quàm damni æstimationem præstare: argum. l. si finita. §. non autem statim. ff. de damno infect. vbi per Doctores in simili per las. in l. 1. col. fin. C. de seruis fugit. per eundem in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 84. ff. de acq. poss. Gloss. in l. si de eo, ibi Paul. & Alexan. §. 1. eod. titu. Quod obtinet, si ponimus ex causa noxali conuentum à me fuisse ipsum dominum serui illius, qui damnum dedit. idem si ponimus conuentum à me fuisse alium, qui bona fide eum seruum possidebat, & cum iussu iudicis mihi is seruus pro noxa traderetur illud quidem notum fuisse vero domino, at si ponimus dominum huius rei ignarum, iniquum videtur, eum re sua ignorantem priuari, meque eam lucrifacere, cum alienam scirem, nam tunc & ille innocens, & inculpatus damno afficeretur, & ego impius sciensque mala fide alienum lucrifacere, sed adhuc id esse debet tam iure civili, per d. l. generaliter. ff. de noxal. quàm iure canonico. nam res mea siue pereat, id ad detrimentum meum non aliterius

4
Facti appellatione non factum etiam continetur.

terius spectare debet, siue casu fortuito, siue aliter. l. quæ fortuitis. C. de pig. act. siue etiam damnū alteri dedat, id similiter ad detrimentum domini illius rei, quæ damnum dedit, spectare debet vsque ad valorem ipsius rei, vt per totum Inst. & C. & ff. de noxa. & in titu. si quadrup. pauperiem. ergo seruus tuus si mihi damnum dedit, iussuque iudicis traditus mihi fuit, neque abste, aut ab alio defendatur, æquum est vt meus fiat in emendationem damni, quod mihi dedit, neque tam videor hoc casu turpe, aut impium lucrum cum iactura aliena captasse, quàm iustam damni illati refarcionem, aut emendationem, ac satisfactionem recepisse, neque vltro ad rem alienam accessisse, aut adspirasse videor, sed coactus necessitate quod amiseram recuperandi, & faciens actum necessitate coactus est piè subueniendus. l. si fideiuf. §. si necessaria. ff. qui sat. coga. vbi plenè per Iaf. Diuersa causa est illius qui à non domino sciens omittit rem alienam, is quidem nec vlla necessitate coactus, sed sponte, vltro, & impie ad rem accessit alienam, neque vllum damnum ante ab re illa sibi, rebúsve suis illatum fuerat, quod refarcire curaretur, sicque scientia rei alienæ in isto casu meritò inducit malam fidem, & impedit præscriptionem, non sic in casu illo, vbi scientia rei alienæ, nec est cur inducat malam fidem, aut præscriptionem impediatur, sicque cessat de ciso, ratio, & mens, ac sensus. d. c. fin. & d. c. vigilantia, de præscrip. Nam & in terminis l. si voluntate. C. de resc. ven. constat quam quisque contrahentium suam cõditionem meliorem facere studeat, quàm eius quo cum contrahit, & adhuc ius canonicum se non intromittit.

Præterea in §. item ea quæ ab hostibus, & in §. cum ex aliena. Institut. de rer. diui. & in alijs quàm pluribus causis constat nobis auferri posse, & solere inuitis, & ignorantibus rei nostræ dominium, neque possidendi impedimento esse, quod sciret illud nostrum fuisse, & citra factum nostrum à nobis fortè ignorantibus, aut inuitis abscessisse, quod plenè diximus in illa q. an actiones, & alia iura semel præscripta restituerent domino ex capite ignorantia. Denique si iuste possidet qui auctore prætoris possidet, facitque fructus suos, & inde consequitur reliquas vtilitates, quæ à l. bonæ fidei, & iustis possessoribus condonatae fuerunt, quale est, quod faciet fructus suos, & reliqua id genus. leg. iuste possidet. ff. de acquir. poss. cur non idem erit in acquisitione quoque proprietatis, cum tã mala fides, & scientia rei alienæ esset in fructu acquisitione quã in acquisitione proprietatis, & eadè æquitatis ratio militaret, eademque ratio peccati vitandi adesset in deneganda fructu acquisitione ei, qui sciret alienū se possidere, quæ militat in ipsius proprietatis acquisitione, verū vtrunq; lex positua iustissimè admittit ex causa præcedē. quæ non arguit vllam huius possessoris turpi-

tudinem, licet sciens alienum possideat. sicq; nec in peccato esse iure quis dixerit, & consequitur, cessat ratio non modò potissima, sed etiam vnica, quam nititur ius canonicum, quæque expressa est in d. c. vigilantia. & in d. c. fin. de præscrip. vt differuimus in loco supra cita.

In summa quis negabit quin iuste is missus in possessionem ex causa noxali illam possideat? nisi iniurius vel lis vtilis ius suum deferat, & abijciatur, contra text. cum Glo. in leg. et vim. ff. de iust. & iure, vbi omnes, sed vt exordium capiat præscriptio nihil aliud desideratur nisi quod initium possidendi non sit iniustum. l. cum hæres. ff. de diuersi. & temp. Et licet iure canonico desideretur, vt etiam postea ante impletam præscriptionem non superueniat mala fides. d. c. fin. tamen hic ponimus pro constanti non superuenisse sed progressum possidendi tam iustum esse, quàm initium, ergo, &c. † ergo rectissimè & opportunè dictum fuit ab Angelo in leg. 1. numero 63. C. de iudi. non esse bonam consequentiã, habeo scientiam rei alienæ, ergo videor habere malam fidem, & præscribere vector, quod si diceres, cur improbe non curasti, vt citaretur verus dominus illius serui qui tibi noxam dedit, fortè enim si resciret, damnum refarciret, seruumque suum recuperaret, respondeam improbum, aut malæ fidei non posse videri eum, qui illius serui bonæ fidei possessorem in terpellatum voluit, non etiam verum dominum, quia lex eum ad hoc obligauit, non vltra, & iustissimum sufficiensque esse præsumitur, quod lege cautum fuit, vt plenè per Ti raquel. de vitioque retra. in præfatione. num. 75. si enim ad tot ambages, & laboriosas diligentias me lex obligaret, fortè essent quàm plures, qui maluissent ius suum missum facere, & abijcere, quàm tot labores subire, totque molestias ferre, arg. l. quia poterat. ff. ad Treb. sicque cessat illa ratio, quod res inter alios acta, &c. vt per totum. C. res inter alios acta. nam hic legi positua sat fuisse visum fuit, q. res ageretur inter me, qui damnum passus fuit, & possessorem iustum illius serui damnum dantis nec exegit, præterea, vt etiam notum fieret vero domino. Hæc autem omnia iura & rationes ex æquo militant in eo, qui missus fuit in possessionem ex causa damni infecti. sicq; erit idem ius, vt in sui generalitate probant plures leges. leg. prætoris, in prin. leg. his l. si finita. 5. si de vectigalibus. ff. de dam. infect. elegans text. in d. l. si finita. §. non autem statim † vbi dominus rem suam quasi pro derelicto habuisse videtur, cum cauere noluit, aut non curauit, sicque quasi res suæ dominium ei concessisse qui in possessionem missus fuit, licet per quanti temporis cursum dominus rem suam pro derelicto habuisse videatur, non tam lege definitum, quàm iudicis arbitrio relictum videatur, vt est cõmunis opinio,

5
Mala fides nõ
necessariò se-
quitur ex sen-
tentia rei alie-
ne.

6
Dominus re-
suam negli-
gens quando
eam pro dere-
licto habuisse
videatur.

nio, quam tenent Gloss. & communiter Doctores ibi, estque communis opinio, secundum Iaso. qui eam sequitur in leg. prima. columna fina. C. de seruis fug. Idem in leg. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. numero 4. Glo. Paulus & Alexand. in leg. si de eo. §. 1. eod. tit. pro nobis bonus text. in l. locorum. & in l. qui agros. C. de omni agro deserto. lib. 11.

In summa cum quis à lege punitur, nihil opus est consensu ipsius puniti, siue ob culpam, ut in principio. & ferè per totum Institutio. de obliga. ex quasi delicto punitur, siue etiam punitur ob dolum, ut in furto & similibus, ut probatur in leg. prima & secunda. ff. de legibus. leg. 1. ff. de iustit. & iur. diximus plenè in tract. de success. crea. §. 30. ad fin. Cùm ergo in terminis dict. l. generaliter. ff. de noxalibus act. & in toto illo titu. & C. & Institutio. eod. titu. dominus punitur per culpam serui, vel si non punitur, saltem damnum sentiat, quid opus est domini consensu? certè nihil, nam & similiter aliquando filius punitur ob culpam patris. leg. quisque, per totam. C. ad leg. Iul. ma. licet regulariter contra per totum. C. ne filius pro patre, per totum, ne vxor pro marito, & leg. si quis in suo. §. legis, vbi Docto. C. de in officio. test. & in quibus casib. lex dum te punire vellet, tuum tibi adimere voluit, & in me transferre, neque tibi prodest ignorasse, vel consensum non prætstitisse, neque mihi obest scientia rei alienæ, quia nouum non est ut lex, dum vnum punire, alterum verò præmio afficere vellet, res suas punito auferat, & in illum transferat ex toto vel ex parte, quale est in eo qui fecit manifestum tacitum fideicommissum, & similia.

Et id mihi videtur probari in cap. 1. de præscriptio. & in cap. placuit. decimo sex. quæst. 3. & in dict. l. locorum, & in dict. l. qui agros. C. de omni agro deserto, lib. 11. vbi episcopus si est negligens circa fidei catholicæ doctrinam differendam, & alter episcopus fortè vicinus operam dedit huic rei, tunc breui tempore quasi præscriptione ius episcopi negligentis transit in alterum diligentem. Et agricola qui agrum reipublicæ non colebat, quasi præscriptione à iure, quod ibi habebat, submouetur biennio, idque ius transfertur in alterum agricolam, vicinum fortè, qui illum agrum excolebat, & curabat, & cum ista iuris ademptio & translatio contingat non tam ex causa præscriptionis, quàm ex causa punitionis, minime opus est consensu puniti, ut dixi in loco supra citato, minimeque nocet, quod is in quem transfertur ea res præmij loco sciat olim fuisse alienam, & is quidem videtur ad dicta iura longè verior sensus, & intellectus, quàm eorum, qui aiunt illud contingere quasi ex tacito consensu vel illius episcopi damnum passum, vel illius agricolæ damnum passum.

Nam † & si indubitatum fuisset dictum epi-

scopum, illumve agricolam, suam dioccesim, agrumve suum deterere noluisse, quia fortè id ita protestati fuerunt, adhuc tamen ea præscriptio, vel ea ademptio & translatio locum haberet, ut patet à pertè ex generalitate, mente & sensu illorum iurium. Vnde quod Doctores communiter sentiunt, ut testatur disertissimus Couarru. vbi supra §. 11. num. octauo. versicul. hanc verò præscriptionem, nempe in d. cap. fin. speciale esse fauore fidei catholicæ, ut ibi cum mala fide, vel cum scientia rei alienæ præscriptio procedat, sanè longè suspectum est, quod regulare potius sit, vbi non tam de præscriptione, quàm de punitione agitur, & ea iuris tam ademptio quàm translatio magis per punitionis, quàm per præscriptionis interuentum, contigisse videtur. Sicque videbis ut intelligendum sit quod scribit Barthol. in dict. l. qui agros, & Iaso Institutio. de acti. numero 72. §. omnium. Quinimò tam longè abest, ut acquisitioni quæ fit in terminis d. capit. prim. de præscriptio. ob sit scientia iuris alieni, quod potius prodest, & iuuat, nam cū illa acquisitio, quæ à lege inducitur per modum ademptionis, & translationis, ac punitionis, quia adimitur episcopo negligenti, & transfertur in alterum Episcopum gnauum, pium ac strenuum, fiat in præmium vnius & pœnam alterius, expedit reipublicæ manifestam esse huiusmodi rem, quod magis alij metu pœnarum, alij præmiorum exhortatione boni fiant, argu. l. 1. ff. de iust. & iur. Præterea cùm talis iuris translatio fiat à lege quasi in in præmium diligentia illius, scientia hac in re non nocet, sed iuuat, argu. l. 2. ff. de condit. & demon. Ex quibus † non minus vtiliter quàm nouè videtur inferri ac colligi valere leges ciuiles definientes iurium ac debitorum præscriptiones etiam à scientibus, & sic cum scientia iuris alieni valere, argum. leg. omnes, & leg. sicut in rem. C. de præscriptio. triginta annorum. † iuncto dict. cap. fin. de præscriptio. nam si sola culpa domini illius rei iurisue, de cuius præscriptione agitur, præbet possessori vel quasi possessori illius rei etiam scienti iustam causam præscribendi, iuxta d. capit. 1. dict. l. locorum, dict. l. qui agros. & in culpa ignauia est ille, qui rem suam vel ius suum per longissimum tempus negligit, inque punitionem huiusculpx à lege fit illius rei iurisue translatio in possessorem vel quasi, ergo illius acquisitio iusta & legitima videbitur, nec est cur malam fidem habere dicatur, non magis quàm in omnibus speciebus supra relatis, in quibus diximus dominium rei inuito aut ignaro domino in alterum transferri. Quid dicendum? & sanè longè distat, vtrum culpa domini illius rei vel iuris, de cuius præscriptione agitur, esset punibilis, an verò impunita: priore casu non est nouum aut iniquum ut ille re sua priuetur, quæ in alterum transferatur etiam scientem, nec per hoc in mala

7
Intell. c. 1. de
presc. contra
communem.

8
Intell. l. si quis,
et l. oēs. C. de
psc. 30. anno.

9
Intell. l. si quis
prescri.

mala fide esse videtur, meritoque illius peccantis hoc fit, ceterum quod rem meam neglexerim vel culpa non est, vel saltem punibilis non est, inspecta legis censura, quia mihi tantum rebusue meis nocui, & preterea nemini, nec dubium est quin res meas possim prodigere, eisque, uti & abuti. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de pet. hered. ibi, dum re sua se abuti putant. l. 1. §. & magis verbo, prodegit. ff. si quid in fraudem patro. leg. in re mandata. C. manda. Merito ergo licet culpa commissa circa rem meam sine villo omnino alicuius nocumento aut latione non efficiat, quod magis res mea a sciente prescribatur, ut d. c. fin. tamen commissa circa ius meum aut circa rem meam eum ecclesie vel reipublice latione efficit, ut etiam a sciente id ius meum acquiri aut prescribi possit, quasi isto casu iustior sit legis punitio quam superiore casu foret, ita procedit d. c. i. d. l. qui agros. dict. l. locorum. estque non minus noua quam vera & utilis istorum iurium concordia inspecta iuris canonici interpretatione, Nam de iure ciuili ex alio forte capite etiam in terminis dict. l. sicut. & dict. l. omnes. procederet prescriptio, nempe quod lex ciuilis post tantam creditoris negligentiam & taciturnitatem presumat debiti remissionem tacitamque concessionem, quam interdum etiam per vnus tantum anni taciturnitatem presumit, † ut §. fin. Institutio. de iniur. quo casu nullus vnquam dubitauit quin legitima esset acquisitio & prescriptio ex parte iniuriantis, utcumque ius iniuriam passi minime ignoraret, nec per hoc malam fidem videretur habere. Et licet regulariter suum ius iactare aut remittere nullus presumatur. leg. cum de indebito. ff. de probation. Fallit tamen ratione temporis pretereuntis, interdum breuioris, ut d. §. fin. interdum longioris, ut dict. l. sicut, & d. l. omnes. & cum illius creditoris qui per triginta annos tacuit, animus soli Deo notus sit, & preterea nemini. tam iusta est presumptio legis ciuilis suspicantis creditorem ius suum remisisse aut pro derelicto habuisse vel neglexisse, quam presumptio legis canonicæ aliud interpretantis, sicque istarum legum iuriumue neutrum poterit alterum iuste incusare, nam vnusquisque abundat in sensu suo, varietateque sunt opiniones legumlatorum & aliorum. leg. quia poterat. ff. ad Trebellian. Bald. in leg. omnium, & in leg. de quibus. columna 10. ff. de legibus, fuse per Andream Tiraquell. de vtroque retra. in prefat. numero 75. Fallit quando creditor erat ignarus, nam tunc non poterit videri ius suum remisisse. l. mater decedens. ff. de inoffic. testamen. sicque hoc casu videretur standum esse iuri canonico, ut d. ca. fin. nisi & hoc casu velis stare generalitati iuris ciuilis. & dict. l. sicut. dict. l. omnes, easque hoc colore defendere ac tueri, quod post tam longissimum tempus denegetur creditori litis ingressus & probandi facultas propter su-

spicionem falsitatis & machinationis, quæ facile veteribus in rebus fieri solet, & quia is qui post tantum tempus conuenitur, forte iam persoluerat, licet post tantum tempus probare solutionem nequeat, & hoc plus placet (quod tamen dic ut plenius infra c. incipi. actio personalis) quod tamen procederet solum in foro contentioso ciuili, non sic in foro conscientie, is enim recidit in illud preceptum iuris naturalis & diuini quod suadet, Ne alteri facias quod tibi non vis, & suspicio falsitatis cessat quod ad hunc qui huius rei notitiam certam habet. Alia plura fundamenta ad iustificationem eorum omnium quæ hoc capite continentur, collige ex c. precedenti quod incipit, quod ad sextum.

SUMMARIUM.

- 1 Intellectus l. neque fructuarium. C. de usufructu. & num. 11.
- 2 Hæres quod defunctus mala fide possidebat, an longo tempore prescribat, egregia q.
- 3 Mala fides authoris an noceat successori vniuersali.
- 4 Intellectus l. cum hæres. ff. de diuer. & tempo. & prescri. & num. 10.
- 5 Mala etiam fide a defuncto possessum an hæres prescribat longo tempore, contra communem.
- 6 Mala fides incidens post ceptam a defuncto prescriptionem non impedit, quin hæres eam possit perficere, etiam si velit uti accessione temporis defuncti, contra communem.
- 7 Mala fides authoris an impediatur prescribi eadem rem ab hærede, ardua pugna.
- 8 Prescriptio triginta annorum iure ff. erat tamen incognita.
- 9 Mala fides impedit prescriptionem triginta annorum iure canonico, & ciuili, quod obtinet in vera mala fide, aliud in ficta.
- 12 Nostrum quando pro derelicto videamur habere.
- 13 Mala fidei vitium potest purgari.
- 14 Prescriptio de iure canonico, si est annorum triginta, procedit, si hæres sit in bona fide, licet defunctus fuisset mala fidei possessor, cum communi contra alteram communem. Idem de iure ciuili, cum communi, contra alteram communem.
- 15 Prescriptio triginta annorum in persona hæredis non magis iustificatur ex confectioe inuentarij, quam si illud non confecisset, contra Alex. Ias. Felin. Balb.
- 16 Prescriptio tam impeditur ex vno vitio, quam ex multis, cum quibusdam, contra alios.
- 17 Mala fides defuncti hæredi non nocet, quo ad rem non quasi hereditariam apprehensam.
- 18 Mala fides non potest non esse presumpta, contra Doctores.
- 19 Error iuris non inducit malam fidem, contra Doctores.

20 Mala fides fita quando noceat.

21 Mala fides auctoris an noceat successori in dignitate.

CAPVT LXXIII.

1 Intel. l. neque fructuarium. C. de usufru.



QUIDAM † fundum precario possidebat, & decessit, eius hæres eundem fundum ignorans alienum, & sic bona fide per an nos triginta possedit, quæritur an præscripserit? quod negat Paulus in l. neque fructuarium, numero secundo. C. de usufruct. & refert se ita consuluisse, nec tunc de illa lege meminisse, cuius legis verba ita habent: † Neque fructuarium ad obtinendam proprietatem rerum, quarum usus fructum habet, neque successores eius ex ea causa tenentes, vlla temporis præscriptio munit, sed cum usufruct. finiat morte. §. finitur. Institut. de usufru. l. antiquitas. C. eodem. & l. corruptionem, ibid. videbatur illius fructuarij successores posse præscribere annis triginta, tum quia iam non ex ea causa, scilicet usufru. qui morte erat extinctus, possidebat, sed ex noua causa, scilicet titu. pro hærede, qui legitimus est ad præscribendum, per totum. ff. & C. pro hærede, tum etiam quia in præscriptione longissimi temporis titulus necessarius non est de iure ciuili, vt in l. sicut, & in l. omnes. C. de præscript. triginta annorum, vbi tradunt communiter tam Glossatores, quam reliqui, neque etiam de iure canonico, si modò adsit bona fides, vt tradunt communiter Doctores in cap. fin. & in cap. vigilanti, de præscript. Huic objectioni, quam Paul. præsensit, vbi supra, nullum responsum dedit, licet ita transeat victus illius legis auctoritate, perperam, vt nobis videtur, intellectæ, & sanè contrarium ibi sentiunt Albericus & Odofred. dum text. illum quatenus loqui de successoribus fructuarij intelligunt, in quibus casibus usufru. transit ad hæredes, vt in l. antiquitas, cum ibi notatis. C. de usufruct. isque intellectus necessarius est, quia text. loquitur quando hæredes fructuarij ex eadem causa possidebant, & sic ex causa usufruct. quod contingere non poterat, nisi cum usufructus ad hæredes transisset, vnde in terminis illius legis, licet idem Paulus Castrenf. ibi neget currere præscriptionem annorum triginta, tamen idem Alberic. & Odofred. in contrarium inclinant, quod nominatim etiam sequuntur Iacobus Butr. Bald. Salicet. & alij communiter ibi post Accursium, ibi, in Gloss. final. quod & sentit Fulgos. dum ait, Ex eadem causa possidentes hæredes fructuarij præscribere non posse, significans ex alia causa posse. Vnde cum is, qui in ius succedit alterius, iustam ignorantia causam censeatur habere, ca. is qui in ius, de regul. iur. in sexto, lege, qui in ius. ff. eodem.

† Cumque titulus pro hærede sit sufficiens

causa ad præscribendum, sequitur hæredem fructuarij, si sit bonæ fidei, quod in dubio præsumitur, posse vsucapere etiam longo tempore, si velit à se inchoare præscriptionem, idque non solum iure canonico, vt voluit Barthol. in leg. cum hæres. ff. de diuers. præscrip. sed etiam iure ciuili, vt dictis legibus, licet Barthol. vbi supra, contrarium responsurum verosimilius sit, quòd si nolit à se inchoare præscriptionem, sed malit vt accessione temporis, quo possederat defunctus, tunc annis triginta opus est, & ita procedat Glossæ opinio, & Odofr. Iacobi Butrig. Alberici Bal. Salicet. & aliorum communiter qui eam sequuntur in d. l. neque fructuarij.

Neque ad rem pertinet † l. cum hæres, supra allegata, ex qua Doctores supra allegati falso opinabantur, malam fidem auctoris nocere hæredi eius quò minus præscriberet, nam illud procedit in triennali tantum vsucapione, & in præscriptione longi temporis, vt opportunè voluerunt Iacob. de Arena & Albe. ibi exponendo primum responsum illius text. in verbo. alienum, scilicet mobile, & intelligendum secundum responsum iure soli, & sic in præscriptione longi temporis, vt ita differat secundum responsum à primo, & aliquid ei addat. Cæterum quin in terminis illius text. præscriptio longissimi temporis procederet, & prodesset hæredi, neque text. ille negat, neque negare poterat, cum illo tempore inuenta nondum esset, neque dubitandum est, quin currat, vt in leg. sicut, & in leg. omnes, & in l. malè agitur. C. de præscrip. 30. ann. & in auth. malæ fidei. C. de long. temp. præscriptio. ergo cum hæres & defunctus vna eademque persona reputentur. authen. de iure iur. à mori. præst. §. 1. & in principi. Institutio. de stip. seruorum. mala fides auctoris hæredi iure fori nocebat in præscriptionibus eo iure inuentis, puta in triennali vsucapione, & præscri. longi tempo. ita procedebat d. l. cum hæres. l. fin. C. com. de vsucapio. d. l. neque fructuarium. leg. vitia. C. de acq. poss. quod procedebat quando hæres volebat vt accessione temporis quo possederat defunctus, nam si propter illam representationem & vnitatem personarum vt gaudereque volebat accessione temporis, consequens erat, vt eadem ratione is hæres præscriptionem à defuncto malè coepit, vel potius nondum coepit perficere, aut implere non posset, non magis quam si re vera vnus idemque homo forent. Verum cum is hæres vult à se inchoare præscriptionem, nihil sibi impedimento est, † nam inutilis possessio defuncti non potest hæredi magis nocere, quam si nulla omnino foret, arg. l. vnica, in prin. C. de rei vxoriz actio. quod verissimum puta, licet Gl. Odofr. Alberic. Bal. Butrig. & Salic. in d. l. neque fructuarium, & alij ibi communiter, dum simpliciter transeant cum illa Glo. contrarium viderentur velle, intelligentes solum 30. ann. præscriptionem in terminis illius legis

3 Mala fides auctoris an noceat successori in dignitate, vniuersali, noua opin.

4 Intel. l. cum hæres. ff. de diuers. ex stip. præscrip.

2 Hæres quod defunctus mala fide possidebat, an longo tempore præscribat, egregia quest.

5 Præscribit longi temp. hæres rem à defuncto mala fide possessam, cum quibusdam contra communem.

6 *Præscrip. 30. annorum conringit quando defunctus cepit bo. fi. possidere, deinde incidit in malam fidem et decessit, quo casu heres peficit præscr. etiam si velis uti accefs. rem poris defuncti, contra cœm.*

legis locum habituram. † Verum secundum nos 30. ann. præscriptio, tunc tantum necessaria hæredi fructuari foret, cum ipse vellet uti accessione temporis, quo defunctus possederat, quo casu teneo cum illis, eam 30. ann. præscriptionem procedere iure civili, & etiam canonico malaque fides auctoris hæredi non nocere, si is habeat bonam fidem, & simus in præscriptione 30. ann. quod probatur ratione, nam 30. annis etiam cum mala fide procedebat præscriptio. d. l. sicut. dict. l. malè agitur. d. auth. malæ fidei. Sed iure canonico id immutatum reperitur, nisi ubi præscribens esset in peccato, quia haberet sententiam rei alienæ, sed is hæres, de quo agimus, non habebat sententiam rei alienæ, nec erat in peccato, ergo in eo, hac in re, iure canonico nihil est immutatum. Defunctus † rem mala fide possidebat, hæres eandem rem titulo hæreditatio 30. annis possedit, quæritur an possit præscribere? & communis sententia habet, præscriptionem cessare, quod variè intelligitur, Primum quod non sit locus præscriptioni ordinariæ longi temporis. Deinde quod nec sit locus præscriptioni longissimi temporis. Tertio quod id procedat de iure tam canonico quam civili. Postremo quod procedat etiam si hæres velit incipere à se præscriptionem, nec postulet uti se accessione illius temporis, quo defunctus possederat, hanc conclusionem sic declaratam tenuerunt Abb. in c. 2. colum. 2. de præscriptio. Idem in c. si diligenti, & ibi Ant. & Felin. col. 8. eo. tit. Balb. de præscrip. 2. par. 3. part. prin. q. 12. qui pluries hanc dicit communem opinionem. hanc sequitur, & dicit communem opinionem Ias. in l. Pomponius. §. cum quis. num. 22. ff. de acquir. possess. vbi eandem sequuntur Alex. & Vinc. de Hercul. & Ioan. Crotus, & ibi Alex. num. 21. ait se sæpius consuluisse pro hac opinione, & quod est æquior, quam opinio contraria, & hanc opinionem tenent alij quæ plures tam consulentes quam legentes, quos referunt Ias. Balb. & Felin. vbi supra, & Sozin. consi. 203. rem arduam. lib. 2. Francus in c. cum quis, de reg. iur. in 6. Sicque sunt quatuor communes assertiones, quas & videntur tenere, quos retulimus in q. præcedenti, & Andr. Tiraquel. qui alios allegat de præscrip. in prin. Gloss. 2.

7 *Præscribere an possit hæres bon. fid. quado defunctus erat mala fidei possessor, ard. q.*

Contrariam partem, ut de iure canonico in hoc casu non esset præscriptio 30. annorum, tenent Dynus in ca. possessor. num. 42. de reg. iur. in 6. Barthol. in l. cum hæres. ff. de diuer. & tempo. præscripti. Aegidius Bellam. in c. vigilant. numero 32. de præscri. sequitur, & dicit communem opinionem Sozin. consi. 203. capiendū primum. colum. 3. lib. 2. & Corn. consi. 304. rem arduam. numero 17. lib. 3. Cynus, & Barthol. in l. an vitia. C. de acquir. poss. Bald. in l. nihil. C. pro hærede. Bald. in l. eum qui. §. in hac. ff. de public. Idem Bal. in l. si ego. §. partus, eod. tit. & ibi Angelus, Imola in leg. sequitur,

§. hæres. ff. de vsucap. sentit Paulus in d. l. Pomponius. §. cum quis. Alex. consi. 100. numero 7. libro 1. & ibi Carolus Moli. Idem Alexand. consilio 39. libro 2. num. 2. Glo. in c. cum quis. de reg. iur. lib. 6. Aret. & Crot. in d. §. cum quis. Paul. consi. 81. numero. 12. lib. 2. & idem consil. 258. eo. lib. Idem in leg. 2. C. de fruct. & liti. expens. & alij quos allegat Tiraquell. vbi supra. Quinimò etiam de iure civili is hæres per annos 30. posset præscribere, ut tenent ferè oēs illi quos modò retulimus tenere, ut de iure canonico præscriberet. & Corneus, vbi supra, & Sozinus in d. consilio 203. colum. 3. lib. 2. incipit, capiendū primum consultationis articulum, vbi in 2. colum. in fin. & in columna 3. bis firmat hanc esse communem opin. Bald. in d. l. nihil, sentit Barthol. in d. §. cum quis. Bald. in d. §. in hac. Idem Bald. in d. §. partus. Ioan. Andrez in regula, cum quis, de reg. iur. in 6. Alex. consi. 39. lib. 2. Idem Alex. consi. 110. lib. 1. nu. 7. & ibi Carolus Moli. Paul. consi. 81. libr. 2. Idem consi. 258. eod. lib. idem Paul. in l. 2. C. de fruct. & liti. expens. & alij quos allegat Tiraquel. vbi supra.

Quid dicendum? & sanè quòd hæc præscriptio 30. annorum habeat locum de iure civili, licet defunctus malam fidem haberet, si quidem hæres à se velit inchoare præscriptionem, videtur primum per l. sicut. l. omnes. l. si quis emptionis. l. cum notissimi. C. de præscri. triginta annorum. in quibus iuribus traditur possessionem triginta annorum procedere, nec exigi, ut titulus adsit, aut bona fides, sed ex solo temporis cursu procedere, & aliter existimantibus, ea iura sunt longè præter earum intentionem restringenda. deinde hic adest titulus pro herede, id quod aliàs prodesse & sufficere solet, per totum. ff. & C. pro hærede. ergo longè iustior præscriptio erit hic, quam in terminis d. l. sicut. cum similibusque & consequenter longè facilius admittenda. Neque † ad rem pertinet tex. in leg. cum hæres. ff. de diuerf. & temp. præscrip. in qua iacet nititurque vnum fundamentum tenentium cōtrarium, qui iure fforum, quo iure illa lex facta est, præscriptio 30. annorum non erat inuenta, hæc est vera & communis opinio, quam tenent Glo. & communiter Doct. in prin. Instit. de perpet. & temp. act. Glo. & Doct. in leg. Iulianus, in princip. ff. ex quibus causis maiores. Glo. & Doct. in l. qui occidit. §. sed an. ff. de leg. Aqu. Alex. in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acq. poss. num. 21. & ibi Iaso. num. 22. Felin. in c. de quarta. num. 34. de præscri. Barthol. in l. fin. in fin. ff. rem ratam haberi. Pinellus C. de bonis mater. in auth. nisi tricennale, in prin. Balbus de præscrip. 2. par. 3. partis princip. q. 12. num. 12. Sozin. consi. 203. lib. 2. colum. 51. in fin. Coarru. in c. possessor, de reg. iur. in 6. par. 2. §. 9. num. 4. ergo quod ibi dicitur cessare præscriptionem in persona hæredis propter malam fidem defuncti, intelligitur de præscriptione

8 *Præscrip. 30. annorū, iure ff. incognita cum cōmuni.*

ordinaria longi temporis, quæ tunc vrgebat, & inuenta erat non de præscriptione triginta annorum, quæ tunc non erat in rerum natura, quæque postea inuenta fuit, ad omnes angustias tollendas, omnesque defectus sup- plendos, omniaque vitia purganda, & om- nem occasionem, quæ præscriptioni impedi- mento esse posset, excludendam, nec dubium est alienum esse à mente & sententia legum- latorum, vt mala fides vera ipsius hæredis, quæ iure ciuili sibi non obesset ad hanc præ- scriptionem. dict. l. sicut. cum conc. supra alle- ga. ea ficta & descendens in personam hære- dis noceat, cõtra omnem rationem; & contra l. filio quem pater. ff. de libe. & posthum.

9
Præst. cū ma-
la fi. non pro-
cedit etiã per
annos 30. iu-
re tam cano-
nico quàm ci-
uili, cum com-
muni, quod
verum in ve-
ra mala fide,
aliud in fi-
da.

Neque † quenquam mouere debet, quod hodie iure canonico, quod etiam in foro ciuili seruetur, mala fides noceat etiam in præscriptione 30. annorum. nam illud in mala fide vera, certa & indubitata, non sic in ficta mala fide, vt est vera & communis opinio, quam tenent Glo. in l. tutor qui repertorium. ff. de ad- min. tut. Paul. in l. nunquam, in princip. ff. de vsucapio. Alexand. in d. §. cum quis. colum. 7. vbi las. num. 23. cum seq. Barth. in l. sed si lege. §. de eo. ff. de pet. hæredit. Antonius in c. si di- ligenti, de foro comp. Sozin. consil. 203. libr. 2. colum. 3. incipit, primum consultationis arti- culum. Couarru. in c. possessor, de reg. iur. in 6. par. 2. §. 9. nu. 6. ergo in hac specie obesse non potest ea mala fides defuncti, cum simus in præscriptione 30. annorum cui impedimen- to non est, inspecto iure ciuili mala fides eti- am aperta, & vera, nec inspecto iure canonico ficta mala fides qualis est illa, descendit de defuncto ad hæredem, † quod si dixeris dic- tam legem cum hæres, niti in repræsentatio- ne, quali defunctus & hæres reputentur, in- specta legis dispositione, vna eademque per- sona, vnde vt ipse defunctus si viueret præscri- bere non possit de iure canonico propter su- am malam fidem, sicque neque hæres, qui eū repræsentat, sed respondere possumus, eam repræsentationem procedere quod ad actiones personales. l. 1. C. si certum peti. l. 1. pro heredi- tarijs. C. de hæredit. actio. l. 1. §. si hæres. ff. ad Treb. non sic quoad vitia personalia, vt in leg. vnica. C. ex delictis defunctorum inquan- tum hæredit. Nec dict. l. cum hæres, ait hære- dem, quoad malam fidem repræsentare defun- ctum, sed solum ait, hæredem, quia succedit in vniuersum ius defuncti eodem iure quo vii deberet, vnde si velit perficere præscrip- tionem ab illo cœptam non poterit, non magis quàm ille posset, nam si ille vtiliter præscribere cœpisset, tunc & hæres præscriberet, sed cū ille nondum præscriptionem inchoasset, ne- que iste quidem inchoare poterit, ne diuerso iure vtatur, quàm defunctus vteretur, contra l. 2. §. ex his. ff. de verb. obliga. ergo constat ex superioribus, non nocere decisionem illius text. qui loquitur in præscriptione longi tem-

10
Intell. nouus.
l. cum hæres.
ff. de diue. et
temp. præscr.

poris tantum, non etiam longissimi, in qua præscriptione nec loquutus fuit, nec loqui poterat, cum inuenta nondum esset. Non quoque obest ratio illius text. dum ait, cum hæres in ius omne defuncti succedit, igno- rantia sua defuncti vitia non excludit, nam palam fatemur, vitium defuncti non purgari per ignorantiam hæredis, sed hic quidem necesse non est, vt purgetur, cum præscriptio hæc ex persona hæredis initium capiat, & pro- gressum & cõsumationem. Non quoque ob- est altera ratio quod in fine illius legis subij- citur, dum ait (cum exordium rei bonæ fidei ratione nõ tueatur) nã agnoscimus ingenuè, quod in exordio possessionis à defuncto ap- prehensæ bona fides non interfuit, & ideo tempus quo defunctus possedit tanquam inutile & vitiosum abiectum & remotum volumus, vt à persona hæredis bonam fidem habentis exordium & progressum & finem ac perfectionem capiat præscriptio. Sensus ergo illius text. reuera tam in decisione quàm in rationibus ibi insertis non pertinet ad no- strum casum. Ad leg. neque vsufructuarium. C. de vsufruct. respon. quod quandiu hæres fructuarij possederit nomine proprietarij, tan- diu cessabit incipere vsucapere, non quidem tam ex defectu bonæ fidei quàm ex defectu possessionis, quia cum alterius nomine in pos- sensione sum, tunc non ego, sed ille videtur possidere, & in hac ciuili possessione nititur & consistit vsucapio. leg. prim. §. per seruum qui in fuga. ff. de acquir. possess. † Quinimò in dict. leg. neque vsufructuarium, tenent Glo. & alij non cessare præscriptionem tri- ginta annorum, si fortè per malignationem fructuaris vellet interuertere domini posses- sionem, sibi que vi retinere. Ad leg. cum in plures, in fine principij. ff. locati, vbi hæres coloni, quamuis colonus non sit, dicitur do- mino, non sibi possidere, respon. quod ibi cessaret præscriptio ex defectu possessionis. Præterea, vt ibi declarant Glo. & Docto. illud procedit ante apprehensam per hæredem hæ- reditatis possessionem. nam postquam hæ- res illius rei possessionem tanquam hæredita- riæ apprehendisset, iam sibi ipsi, non etiam proprietario possidere videretur, nisi in qui- bus casib. reconduxisse tacitè videretur, quin- imò & tunc si cessaret præscriptio, id descen- deret ex defectu possessionis, & bonæ fidei, non solius bonæ fidei.

Denique non obest quod hæres teneatur exonerare cõscientiã defuncti. c. si. de sepult. quia vt ait Soz. in d. cons. 202. col. 3. li. 2. cū pri- mum rei præscriptionem perfecit, sicque eius dominium quæsiuit, iam euauit & cessabit obligatio restitutionis, sicq; cõscientia defuncti exonerata fuit. Præterea Quod semel facti est infectum esse non potest. l. in bello. §. facti. ff. de capt. sicque peccatum à defuncto semel cõmissum infectum facere hæres nõ potuit. Ad restitu-

11
Intel. l. neque
fructuarium
C. de vsur.

restitutionem autem rei præscriptæ defunctus non tenetur, quia ipse nec eius dominiū abstulit vero domino, nec etiam cœpit eam præscribere, sed demum post mortem illius & aditam hæreditatem, & apprehensam possessionem ab hærede initium cœpit præscriptio, & progressum & consumationem. † sicq; per longi temporis taciturnitatem ipse mer domini eam rem abiecit videtur, aut alienasse. Glo. in l. si de eo. §. 1. vbi Paul. Alex. & alij. ff. de acq. poss. l. as. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 84. ff. eod. titu. Idem l. as. in l. 1. col. fin. C. de seru. fugit. ergo iam quasi accedere videtur domini voluntas, † sicque omnis mala fides, omneq; vitium præcedens. l. si fur. in pr. & §. 1. ff. de vsuc. l. si id quod. 2. resp. ibi, quasi volente & concedente domina. ff. pro derelicto. in simili. in §. fin. Instit. de iniur. l. filio quem. ff. de lib. & posthu. Tenet ergo has duas conclusiones, quæ utrū à plerisque approbentur, an à plerisque improbentur, mihi quidem incertū est. † Prima quod mala fides defuncti non nocet hæredi in præscriptione triginta annorum, inspecto iure ciuili. Altera q; nocet etiam inspecto iure canonico, si utroq; casu hæres à se inchoauit præscr. & adde quod dicam infra nu. 22. Retenta tamen op. existimantium malam fidem defuncti nocere hæredi in præscr. 30. anno. tam iure canon. quàm ciuil. licet à se velit inchoare præscr. eam limitat Alex. in d. §. cum quis. nu. 21. & l. as. col. pen. Fel. in c. si diligenti. nu. 6. de præsc. Balb. vbi supra, d. q. 12. vt non procedat quando hæres fecit inuentariū, quo casu non potest teneri ultra vires hæreditarias. l. si in prin. per totam. C. de iu. deli. ergo si hæres, qui omnem fortè substantiam hæreditariam effudit in solutione debitorum hæreditariorum, tenentur præterea istam rem restituere, cuius præscriptio ex ipsiusmet hæredis persona exordium, progressum & finem cœpit, iam, inquit, teneretur ultra vires hæreditarias, contra d. l. si. sed sanè istorū collectio parū circūspecta est, etenim d. l. si. hoc vnū prospectū voluit, ne hæres, qui inuentariū faceret, damno afficeretur, non autē vt lucrū præterea consequeretur, sed hæres iste vteam rem in hæreditate reperisset, eamque quasi hæreditariam apprehendisset, ponimus pro constanti, ergo etiam si eam restituat cum reliquis rebus & bonis, quæ verè hæreditaria erant, nullo damno afficietur, non magis quàm si cogere tur restituere eam rem, quā defunctus depositam, cōmodatam pignoriue datam habebat. Præterea quid si amplè erant defuncti facultates, vt etiam post huius rei restitutionē multa hæredi superessent? Iam quidem adhuc restituere teneretur, & si inuentarium fuisset. Præterea quid ad exoneratōnem animæ defuncti, quod hæreditas sit locuples, necne, quodve fiat inuentarium, necne, tene ergo nihil referre fecerit hæres inuentarium, necne.

Et † similiter nihil refert utrū defunctus,

qui mala fide possidebat, tit. haberet, necne, nam cum solum vitium malæ fidei sufficiat ad impediendam præscript. in persona hæredis, qui successit defuncto mala fide possidenti, tam impedita erit præscriptio, cum defunctus malæ fidei possessor titulum haberet, quàm cum non haberet. Ita Paulus in dicto consilio 81. num. 12. libro secundo. Idem Paulus consilio 258. eodem libro. Crot. in dicto §. cum quis. Couarru. vbi supra. §. 9. num. 15. licet Paulus sibi contrarius oppositum responderit, & non rectè in consil. 158. lib. 2. Illud † autem ab vtrisque partis fautoribus sine controuersia receptum est, vt si hæres rem à defuncto mala fide possessam cœpisset, non quidem tāquam hæreditariam, aut in hæreditate inuentam, sed eam cœpisset de manu alterius tertij, tunc vsucapere posset, non secus quàm si ab defuncto mala fide possessa nunquam fuisset, per l. an vitium. §. final. ff. de diuer. & tempo. præscript. nam quod hæres defuncti personam repræsentet, id versetur quod ad ea, quæ ad hæreditatem spectant, non sic in ea re, quæ nec reuera hæreditaria erat, nec in hæreditate inuenta. Ita tenent communiter Doctores in dicto §. cum quis. vbi Areti. & l. as. columna antepenult. Balb. in dicta quæst. 12. ad finem. Alex. consil. 181. lib. 1. Idem Alex. in d. §. cum quis. & Episcopus Couarru. vbi supra.

Denique illud quoque receptissimum est, † quod si defunctus fuit in mala fide non vera, sed ficta vel præsumpta, tunc hæres posset præscribere à seipso incipiens præscriptionē, non aliter atque si defunctus eam rem mala fide non possedisset. Ita tenet Gloss. in l. tutor rerum. ff. de admin. tut. Paul. in l. nunquam, in princip. ff. de vsucap. Alexan. in d. l. Pomponius. §. cum quis. num. 22. Couarr. vbi supra. l. as. in dicto §. cum quis. Sed sanè quod aiunt referre, sit ne præsumpta mala fides, an vera & certa, suspecta nobis videtur, quia mala fides cuiusque inuisibilis est. Deoque soli nota, sicque præsumpta tantum esse potest. † Præterea quod Alexand. ibi exemplum ponit in hærede, qui per errorem iuris possideret, putans titulum causamque possidendi fuisse iustam, quæ reuera iniusta erat, veluti si emit à pupillo sine tutoris autoritate, iuxta l. 2. §. si à pupillo. ff. pro empt. Id quidem exemplum indubitatum est, nam ille non dicitur malam fidem habere, vt iam docuimus, sed ex defectu tituli. id est, causæ legitimæ, cessat præscriptio. Nec enim error iuris inducit malam fidem, aut iniustam facit possessionem. l. si id quod. ff. pro derelicto. l. si vir. ff. pro donat. l. final. ff. pro legato. l. 1. §. si vir. ff. de acquirend. possess. ergo quod in hoc exemplo aiunt hæredem posse à se incipere præscriptionem, verum est. quod autem securi, & incauti existimant defunctum eo casu fuisse in mala fide, verum non est. In summa licet defunctus haberet malam fidem, sicque eius

12
Nostrū quādo pro derelicto videretur habere.

13
Mala fidei vitium potest purgari.

14
Præscriptio triginta annorum procedit iure canonico si hæres est in bona fide, licet defunctus non esset cum communi contra aliam communem. Idē de iure ciuili. cū communi contra aliam communem.

15
Præscriptio triginta annorum in persona hæredis non magis iustificatur ex confessione inuentarij, quàm si illud non con fecisset, contra Felin. Alexand. l. as. Balb.

16
Præscriptio tam impeditur ex non vitio quā ex pluribus vitijs, cū multū contra quodam.

17
Hæredi non nocet mala fides defuncti, quod ad rem non quasi hæreditaria apprehensam, cum communi.

18
Mala fides non potest non esse præsumpta, contra Doct.

19
Error iuris non inducit malam fidem, contra Doct.

SUMMARIVM.

- 1 Mala fidei superuentus post completam prescriptionem non nocet, ingens pugna.
- 2 Nostrum nobis sine facto nostro non raro ex legis dispositione adimitur.
- 3 Prescriptum heres debitum solvere iussus, restituere non tenetur.
- 4 Prescripta actione personali cum bona fide, obligatio naturalis, si qua superest, inutilis est quod ad effectum iuris civilis.
- 5 Conscientia in foro liber est, qui actionem personalem prescripsit cum bona fide.
- 6 Prescripta actione personali, obligatio natur. si qua superest, non proderit, ut super eam possit fieri novatio, cum communi contra alteram communem, nec proderit, ut ei possit accedere fideiussor, cum communi contra alteram communem.
- 7 Actio personalis prescribitur de iure canonico cum bona fide, & cum mala fide non prescriberetur etiam de iure civili.
- 8 Mala fides facilius presumitur de iure canonico, quam de iure civili.

CAPVT LXXIIII.

S I post completam prescriptionem, quam quis bona perfecit, superueniat mala fides, non tenetur quis rem prescriptam restituere. Ita ait esse communem opinionem Theologorum, Ange. in l. 1. num. 59. C. de iud. Imol. in c. fin. nu. 30. de resc. Abb. in c. vigilant. num. 6. vbi Feli. num. 11. & hanc opinionem communem esse firmat ibi Felin. eandem dicit communem opin. esse Legistarum, & Cano. Imol. vbi supra, quod & firmat Ang. vbi supra, & etiam Abb. in c. vigilant. Gloss. & Collec. in c. fin. eo. Innoc. in c. cura, de iure patr. Aegi. in d. c. vigilant. Bald. conf. 315. lib. 3. Tho. quodlib. 12. articu. 4. Conradus de contractib. q. 15. concil. 3. & 4. Decius in c. nu. 18. de const. Balb. de prescript. in 2. part. 3. part. prin. q. 9. vbi hanc dicit communem, quod & firmat Couar. in c. possessor, de reg. iur. part. 3. §. 2. qui plures allegat. Contrariam opinionem vt prescribens restituere teneatur, dicit esse communem Theologorum Ioan. Bachel. in breuiario sexti. in regula, possessor, in fi. q. de reg. iur. per Alciat. de quinque pedum presc. nu. 33. & nu. 50. vbi hanc opinionem affirmatiuam, vt restituere teneatur, veriore esse multis verbis contendit Anto. in d. c. vigilant. de presc. Bart. in extrau. de repr. in ver. denunciationem. Ioan. And. in d. c. possessor, de reg. iur. in 6. summa. Rosella in verb. presc. & alij quam plures Theologorum relati per Ange. vbi supra, & Corn. consil. 252. in hac consulta. nu. 4. lib. 3. quam plures alios alleg. hanc opinion. tenentes. Sed primam opinionem tenent diuus Tho. quodlib. 12. & quodlib. 25. Scotus in 4. sen. dist. 15. Anto. Flo. in 2. par. prin. tit. 1. c. 7. diuus Berna. lib. de euang. eterno, ser. 37. c. 1. & iterum

¹ Prescriptio-
ne perfecta su-
perueniens ma-
la fidei non no-
cet cum com-
muni contra
aliam com-
munem.

primus hæres vsucapere non posset, per d. l. cū hæres. tamen si is primus hæres decessit hærede relicto, is secundus hæres vsucapere posset, ~~quasi hæres hæredis mei meus hæres non videatur, quò ad impediendam hanc prescri-~~ sicque ceter, l. fin. C. de hæred. institut. † Vel quia vt ficta mala fides defuncti non nocet hæredi, vt iam edocuimus, ita & vera mala fides defuncti non noceat hæredi hæredis, quia primus hæres esse videtur in ficta tantum mala fide, quæ ex causa representationis in eum transuolauit, descendens ab primo defuncto, qui fuerat in vera mala fide. Ita Crot. in dicto §. cū quis, ad fin. vbi Ias. colum. penultim. ad princi. & Couar. vbi supra, facit text. egregius, quem nullus alleg. in d. l. si quod. ff. pro derelicto. vbi vxor marito rem suam donauit, sicq; non valuit donatio, virque aut sciebat rem donatā adhuc vxoris permanere, sicq; alienam esse, aut scire debebat, & à marito sciense mi, adhuc tamen non videor malam fidem habere, & possum prescribere, cogita tamen. Postremò † isthæc mala fides auctoris non nocet successoribus etiam singulari in dignitate. c. cura. de iure patr. Ratio, quia is non ab prædecessore causam habuisse videtur, sed à superiore, qui beneficium confert. Ita Gloss. in c. cura, de iure patr. per text. ibi, vbi communiter Doct. Gloss. in c. quia 5. de iudi. Gloss. & communiter Doct. in c. de quarta, de prescri. Ias. in l. Pomponius. §. cū quis. colum. fin. ff. de acquir. poss. In summa, quò ad illam fortem rationem, quò de iure canonico hæres teneatur exonerare cōscientiam defuncti, vltra dicta supra, num. 11. adde apertas euasiones, nam vt aliud est hominem nasci, aliud postea mori, ita aliud est quærere, an prescriptio semel nata effectaque fuerit, aliud an postea res sic prescripta ad conscientiam defuncti exonerandā restituenda sit, licet enim fateremur restituendam esse, adhuc tamen verum esset prescriptionem semel contigisse, vt interim omitam non bene sequi restitui rem, ergo exoneratur conscientia defuncti. quidem si modò res longè deterior facta est, certè per eius restitutionem non esset exonerata conscientia defuncti. quid rursus si longè melior facta est, expensis fortè hæredis per sumptuosa fortè ædificia superaddita, aut per sumptuosas picturas, & similia, quæ abradi & separari nequeunt, nonne tunc hæredem talem rem restituere, si cogeres iniustissimum & inhumanum esset, ergo longè iustius est, & iuris menti ac sententia proximum, non solum rem semel iureque prescriptam fuisse, sed etiam irrevocabiliter prescriptam apud hæredem permanens, diuersamque longè causam fore, ea exoneratio cōscientia defuncti, de qua apud iudicem agi, vel poterit vel non poterit, vt in simili ait egregius text. in l. Titulus, in fin. in princ. ff. de lib. & posthum. ibi, apud iudicem agi oportere.

20
Mala fides fi-
cta quando
noceat.

21
Mala fides
auctoris an
noceat succe-
sori in digni-
tate.

iterum c. 3. & 4. & Adria. in suis q. And. Tiraq. de præscr. §. 1. Gloss. 2. ad fin. qui plures allegat. Mouentur quod id, quod nostrum est, sine facto nostro à nobis auelli non possit. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. & iniurium est alterum alterius iactura locupletari. c. locupletari, de reg. iur. in 6. l. iure nat. de regu. iur. l. nam hoc, de condi. indeb. ff. ergo qui post completam præscript. cœpit habere scientiam rei alie. quæ licet modò sua sit, non aliena, tamen antea aliena erat, & à potestate domini: citra vllum eius factum, aut voluntatem euasit, abscessit- que ab eius dominio, qui ergo (inquam) norit illum hanc iniuriam pati, & lzfionem, vel passus fuisse videtur, vt eam refarcire teneatur, nec contra xquitatē naturalem durefcatur: argu. l. vt vim. ff. de iust. & iur. cum ibi not. nec memini me legisse aliquem huic rationi ex integro satisfacientem. Vnde quæ ab alijs traduntur omisfis, defendendo communem sentent. quam verissimam opinamur, sciendum est inspectis principijs iuris naturalis omnia esse cõmunia, dico & loquor de prædijs, fundis, & similib. natura enim isthzc hominibus exhibuit vt enda tantum, non etiam vsurpanda, vt plenè docent Paul. in rep. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Vnde Ouid. sic ait:

Omne solum forti patria est, vt piscibus aquor.

Sentit enim nullos hominum habere in solo dominium, non magis quàm pisces in xquore, sed vsu tantum cõmunem. Et Virg.

Ante Iouem nulli subigebant arua coloni.

Qua de re plenè differuimus in tractat. de suc. crea. in præfa. & §. 1. Sed iuregen. quod hac in re à naturali declinat, dominia fuerunt distincta. d. l. ex hoc iure. istud autē ius gentium ex causa possunt & solent leges & principes immutare aliqua ex parte, & disponere, † vt dominium nostrum, nobis in scijs, vel etiam inuitis, auferatur. l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vend. tradunt Bart. Paul. Ias. & alij in d. l. ex hoc iure. Dec. in l. id quod nostrum, de regul. iur. ibi nouissimi diximus. & nos in d. §. 1. in tract. de suc. crea. ergo ex causa publicæ tranquillitatis, quæ summoperè expedit Reipub. ne rerum dominia in incerto sint, inductum fuit, vt id quod nostrum fuit, licet regulariter sine facto nostro à nobis auelli non possit, tamen possit ex causa vsucapionis, quæ propter bonum publicum inducta fuit, ne rerum dominia in incerto essent. l. 1. ff. de vsucap. nam cum ei, cuius rei præscripta est, eius dominiũ contingeret per concessionem legis posituæ, non enim mero iure naturæ, ita quoque dominium ab eo discedere potuit per dispositionem alterius iuris positui. Et vt, propter gentium tràquillitatem, minorum distinctio contra ius naturæ primæuum permissa fuit, ita quoque & propter eandem tranquillitatem ista vsucapionis acquisitio permissa est. Nec est nouum, vt quod nostrum est, nobis

inuitis aut ignorantibus abscedat, nam & idem contingit in dict. §. item si verberatum, & idem contingit in terminis l. 2. & 3. §. fin. & l. naturæ. §. examen. ff. de acquirend. rerum domin. & in l. adeo. §. feræ, cum pluribus seq. §§. ff. de acquirend. rerum domin. & in §. feræ, cum pluribus §§. sequen. vsque ad finem titu. illius Instit. de rerum diuis. Quinimò quod isto modo à nobis abscessit, nobis postea non restituitur, vt d. §. examen, & d. l. 2. & 3. ff. de acq. rer. domin. quia vt lex nobis dispensauit & permisit ex causa publicæ tranquillitatis, vt illud proprium & peculiare non in communi haberemus, ita eadem lex ex causa eiusdem publicæ tranquillitatis induxit, vt postquam diu res nostra ab alio possideretur, sua fieret, nostraque esse defineret, ne post longam & quietam possessionem inquietaremur, & hæc ratio militat etiam in rebus mobilibus, & se mouentibus, & iuribus, quæ licet per legem nostram fiant, & regulariter sine facto nostro à nobis non abscedant, tamen sæpè expedit, vt sine facto nostro à nobis abscedant, in quæ alium migrent. Ergo omnia quæ inspecto iure naturæ primæuo communia esse debebant, iure positiuo permissum est, vt cuiusque in particulari propria esse possint, optimus text. in l. fin. C. de longi temporis præscr. eodemque positiuo iure datum est, vt quemadmodum propter publicam tranquillitatem admissum fuit, vt proprium nostrum aliquid esset, & in communi esse defineret, ita quoque propter publicam tranquillitatem, quod proprium meum erat, eadem lege positiuo definit, etiam me in scio vel inuito, esse meum. parenim potestatem lex habuit in dando, & in adimendo. l. quidam referunt. ff. de iur. codicil. ergo si rem tuam præscripsi tibi dicenti, cur improbe impieque retines, quod meum antea erat, replicabo, cur tu quoque retinere vis, quod antea alterius erat. legis enim auctoritate, & quod antea alterius erat, in te translatum fuit, & eiusdem legis auctoritate, postquam in te translatum fuit, rursus in me migravit. Neque ad rem pertinet, quod in scio te migrasset, nam & in quàm pluribus alijs casibus dominium ignorantes amittimus, quod alijs lex applicuit. nec ideo magis nobis restituitur, qui se per contractum & voluntatem nostram à nobis abscessisset, sicque ei, eius res ita præscripta est, dicere possemus, eum non tam suum videri amisisse, quàm alienum reddidisse, sicque nullam iniuriam tulisse, vt in simili per text. in l. filio quem. ff. de lib. & posthum. † Vnde hæres iussus à testatore omnia debita persoluere, non tenetur ad debitum à testatore præscriptum. Ita Bart. in l. legauit. ff. de lib. lega. & in l. quibus diebus. §. dominus. ff. de cond. & demonstr. Bal. in l. id quod pauperibus. C. de Episcop. & Cleric. & in l. si creditori. ff. de lega. 1. & in sua disp. incip. statuto cauetur. Ioannes Imol. in capit. final. colum.

2
Nostrā nobis
inuitis quan-
do auferatur.

3
Præscriptum
heres debitum
soluere iussus
restituere nõ
tenetur.

colum. 37. de præscriptio. Andre. Tiraquel. de præscript. §. 1. Gloss. 2. in fin. Debebam tibi decem actione personali, ea per præteritionem legitimi temporis bona fide præscripti, a obligatio naturalis extincta sit, vehementer & sæpissimè controuersum fuit. qua in re Bar. in l. fin. ff. rem ratam haberi. tenet naturalem obligationem non extinguere quidem mero iure, per §. sed naturalia. Instit. de iur. nat. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. l. eas causas. ff. de ca. dimi. l. iura sanguinis, & quæ ibi latè per Dec. & nouiores. ff. de regu. iur. tamen eius effectus, aut ad nihilum reducitur & enervatur. Idem Bar. in extrauag. ad repri. ver. per denunciationem, sequitur & dicit esse communem opin. Ioan. Croc. in l. nemo potest. ff. de lega. 1. num. 52. sequitur etiam & dicit cum Bart. esse comunem opin. Imol. in c. fin. de præscr. num. 31. vbi subdit, quòd Bald. dum in auth. adhuc. C. de vsu. num. 8. dixit in contrarium se habere communem opinionem, verum non dixit, & cum Bar. tenet Ange. in rep. l. 1. num. 61. C. de iud. & Feli. in c. ad aures. col. 2. de præsc. Balb. de præscr. in 2. part. 3. par. prin. quæst. 10. vbi cum Bar. ait esse communem opi. quamuis ipse ibi, & rursus in 1. part. prin. q. 5. & q. 6. videatur tenere contrarium, & etiam And. Tiraq. de præscr. §. 1. Gloss. 2. ad finem.

Contrariam sententiam, vt nec tollatur obligatio naturalis, nec eius effectus, tenet & dicit communiter teneri Bald. in d. auth. adhuc. C. de vsuris. num. 8. quod & defendunt nonnulli scribentium relati per Balb. vbi supra. Mouentur, quia nihil tam iure naturæ, naturali que æquitati conuenit, quàm conuentio, pactorum que obseruatio, fidei que præstitæ inuiolata exhibitio. l. 1. ff. de constit. pecu. l. 1. ff. de pac. l. non minorem. C. de trans. c. 1. de pac. Sed lex ciuiliis ciuilia quidem iura perimere aut mutare potuit, naturalia verò non vtique. §. sed naturalia. Instit. de iure naturali. l. eas causas. ff. de cap. dim. l. iura sanguinis. ff. de regulis iuris. ergo qui conuenit mecum vt decem daret post annos triginta, etiam si fortè præscripsit debitum, quia erat in bona fide per obliuionem vel aliam rationem. l. sicut, & l. omnes. C. de præscr. triginta annorum. tamen à sola obligatione ciuili, & coactione, quam leges illæ perimere poterunt, liberatus videbitur non quidem ab obligatione naturali, quam leges illæ perimere nequibant. manet ergo integra naturalis obligatio, quæ legibus ciuilibus subdita non est. Verùm huic argumento facile satisfacimus, nam vt lex ciuiliis potuit ciuilia iura perimere, ciuilem que actionem vel obligationem, ita quoque potuit obligationem naturalem enudare, & expilare ab illis effectibus & iuribus, quos illi obligationi accommodauit, quosque à lege naturali sortita non fuit, sed tantum à lege positua, nam quòd obligatio naturalis pariat exceptionem. §. præterea. In-

stitut. de excep. l. iuris gentium. §. quinimò. §. si paciscar. ff. de pact. quòd ipsa possit nouari. l. 1. ff. de nouati. §. præterea. Instit. quibus mod. tollitur obligatio, quòd obligationi naturali possit accedere fideiussor. §. 1. Instit. de fideiuss. quòd ipsa utilis sit & oriatur, cum alteri stipulamur, Gloss. communiter approbata per Barto. Alexand. Ias. & alios ibi in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verborum oblig. isthæc omnia & alia multa similia, effectus sicut quibus obligatio naturalis à lege quidem ciuili positua, non item à lege naturali, condonata fuit, hosque effectus lex positua ei adimere potuit. c. omnis res, de reg. iur. l. nihil tam naturale. ff. de regul. iuris. l. fina. ff. de acceptil. ergo rectissimè & scitissimè dixerunt Barto. & alij supra memorati per præscriptionem enervari obligationem naturalem, enudari, expilari que ab omnibus suis effectibus, quia eos effectus intelligebat huic obligationi, legem ciuilem non naturalem condonasse, & accommodasse, quæ intelligenda sunt, quòd ad forum contentiosum, tam ciuile quàm canonicum. † In foro vero quod aiunt, animæ vel conscientie dubitari posset, an adhuc ille, qui præscripsit, teneatur, & per denunciationem euangelicam exigatur, & quidem, si ea obligatio non descendebat ex cõtractu pereum inuito, sed fortè hæreditaria erat, ipseque ex cõtractu defuncti conueniebatur, sequitur exceptione præscriptionis tegebat, & tuebatur, expeditum est liberum esse etiam in foro pœnitentiali, quia quòd hæredes teneantur ad soluenda debita defunctorum pro portionibus hæreditarijs representantes, quòd ad illas portiones, personas ipforum defunctorum. l. 1. C. de hæz. act. l. pro hæreditarijs. ead. l. 1. C. si cert. pet. l. 1. §. si hæredes. ff. ad Trebel. id sanè ex lege ciuili, non etiam naturali descendit, ex dispositioneque legis ciuiliis, quæ huius obligationis, & actionis præscriptionem induxit, cessabit. Quòd si ex proprio cõtractu is conueniretur, ad cuius inuiolatam obseruationem iure naturæ tenetur, tunc magis dubium, sed adhuc idem defendi potest. Nam leges fiunt & factæ regulariter præsumuntur, propter bonum publicum. c. erit autem lex. 4. distinct. l. 1. & 2. ff. de legib. plenè per And. Tiraq. de vtroque retract. in præfat. num. 75. quòd maximè verum est in hac præscriptione. l. 1. ff. de vsucap. not. in l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. expedit enim Reipublicæ, etiam principaliter, ne lites excitentur, vtque excitatæ breui finiantur, vt tradunt communiter Doctores in l. nemo potest. ff. de lega. 1. per Bart. Alexand. & alios in simili, in l. Scius & Augerius. ff. ad legem Falcid. vbi huic rei negant priuatorum conuentione posse derogari. Nec dubium est, quin si post annos triginta liceret debitum petere, lites plures excitarentur, aliz verò longioris essent vitæ, quàm paret, quòd malum à Republica exulare conducibile & pium est, huicque tam

5
Cōscientia in
foro an teneatur
in casu,
de quo supra.

vtili

4
Præscripta actione personali cum bona fide oblig. nat. si qua superest, inefficax est, quòd ad effectus legu ciuiliu, cū comuni cõtra alteram comunem.

Vtili legis traditione, tamq; ad publicam tranquillitatem spectanti, priuatos homines acquiescere sanctissimum est. cap. 2. de maior. & obed. per Bart. & alios in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. in similit. Ergo prætèxtu peccati vitandi non debet admitti huius legis positiuæ transgressio, quæ maximè pertinuit ad Reip. tranquillitatē, litesque vitandas & alia quàm plurima mala, quæ inde oriuntur; & multorum peccatorum calumniarumq; occasio esset contrarium admittere. id autem recipit distinctionem, vt infra dicam; nam simpliciter verum non esset.

6
Præscripta actione personali na. obli. que superest, nō prodest ad nouationē cū communi contra alterā communem, nec prodest ad fideiussionē cū communi contra aliam communem, nec etiam prodest ad exceptionem cū communi, contra aliam communem.

7
Actio personalis præscribitur bona fide etiam de iure canonico, sed cum mala fide etiam de iure civili non præscribitur.

8
Mala fides præsumitur de iure Canonico, vbi non præsumeretur de iure civili.

Ex superioribus inferitur contra eam opinionem, quam Bald. communem dixerat, † quòd præscripta actione personali obligatio naturalis, si qua adhuc remanet, non proderit ad nouationem. Secundò quòd non proderit ad hoc, quòd ei accedat fideiussor. Tertiò quòd non pariat exceptionem, quæ omnia nominatim collegit, & tenuit Crotus, vbi supra, & sunt ex mente Angeli, vbi supra, & etiam Imolæ & aliorum, quos diximus tenuisse hanc obligationem naturalem vtilem reddi. & vide in simili per Iason. in l. si non fortem, in princip. ff. de condi. indeb. & quæ plenè diximus in tractat. de success. crea. libro tertio ad finem. Denique mirandum est, vnde tanta inter Doctores varietas, cum omnes in duobus conueniant, Primum, quòd actionum præscriptio cum mala fide de iure civili hodie non magis procedat, quàm de iure canonico. Alterum quòd cum bona fide procederet actionum præscriptio, non solum de iure civili, sed etiam de iure canonico, inde deducentes quòd si debebam tibi centum ex contractu procuratoris mei, quem ignorabam, possum triginta annis istud debitum præscribere etiam de iure canonico, id quòd tenent Antonius Butr. & Panormitan. colum. 5. in c. fin. de præscrip. Balbus in d. quæst. 10. Ioan. Imol. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vti cap. estq; communis opinio.

† Quid dicendum? & sanè varietas inde defluxit, quòd quando sciebam me debere, licet creditor taceret per annos triginta, adhuc tamen ius canonicum interpretatur me esse in mala fide, non secus quàm si rem corporalem alienam scienter possiderem triginta annis, domino vero tacente, nam adhuc malam fidem interpretatur, per d. c. fin. licet ille fortè bonam fidem habere possit, veluti si putabat dominum id permittere, vel ius suum remittere, aut rem suam possidenti concessam velle, nam & si verare in dubio quisque præsumatur. l. qui vas. ff. de furtis, præsumaturque nolle iactare suum. l. cum de indebito. ff. de proba. tamen interdum possessor iustè existimat dominum permissurum, & tunc neque in rei mobilis alienæ possessione committitur furtum, neq; inest mala fides, si ea immo-

bis sit, vt notatur per omnes in §. 1. Instit. de obl. quæ ex deli. Mala enim aut bona fides soli Deo certa esse potest, & præterea nemini cū ex animo pendeat, sicque coniecturis statuit. l. pen. C. de euict. Ceterum ius civile etiam si sciam me debere, vel etiam si sciam alienam rem corporalem me possidere, vel non præsumit malam fidem, vel interpretatur, quòd durauit per longum tantum tempus 10. vel 20. annorum, at si postea alij multi anni prætereant vsque ad 30. annorum metam, tunc ius civile interpretatur, me opinionem mutasse, cogitareque cœpisse dominum aut creditorem ius suum negligere, aut remittere, vel concedere, sicque cœpisse me bonam fidem habere, vitiumque malæ fidei præteritæ purgari, vt veriorē & receptiorem opinionem esse (multis tamen repugnantibus) diximus, vel post longissimum tempus ius civile voluit ius nostrum consumi & perire (id quòd potuit, nam sub legum potestate ius dominiumque rerum nostrarum esse supra cap. 72. ostendimus) sicq; in tali iure vel re potiorē esse causam possidentis, non secus quàm in re, quæ à vero domino pro derelicto habita esset, cuiusq; denudē occupantis melior conditio esset. l. 1. & 2. & per totum. ff. pro derelicto. l. naturalem. §. examen. l. 1. & l. 3. §. final. ff. de acquirend. rer. domin. §. ferè. Instit. de rerum diuisio. nec nouum est, vt quòd nostrum ex culpa nostra, vel etiam sine ea nobis à lege adimatur, inque alium transferatur, nec ille per hoc dicitur malam fidem habere, vt plenè supra cap. 72. & de success. crea. §. 10. num. 665. scripsimus. ergo ex his vel alijs considerationibus post longissimum tempus lex civilis voluit plenissimam securitatem contingere siue debitori siue rem alienam possidenti, & si obijciatur, eum non potuisse cum mala fide conditionem suam meliorem facere, replicabimus incertum esse, vtrum ille bonam an malam fidem haberet, & non minus possibile esse, eum habere bonam fidem quàm malam, nec huius rei probationem admittendam cum sit omninò incerta, eiusque tuitionem in foro contentioso legem suscepisse, ergo pro eo iudicandum in foro contentioso civili, præsertim cum bona fides orta etiam ex iniusta causa sufficiat. Glo. app. in l. 1. C. vbi causa status. estque communis opinio, vt dixi. De iure autem canonico contentioso contra eum iudicandum est per dictum cap. final. de præscrip. In foro autem conscientie quid respondendum sit, pendet magna ex parte ab animo ipsius. nam si ipse erat conscius se debere, vel se rem alienam possidere, sed habeat iustam vel probabilem causam suspicandi creditores ius suum remittere, vel dominum rem suam negligere, aut ei concedere velle, tutus erit, idem si id suspicandi nullam causam iustam habebat, si tamen reuera id ita quamuis per stultitiam credebat: argum. quia poterat. ff. ad Trebell.

& quia, vt diximus, bona fides orta etiam ex iniusta causa sufficit, vt dixi, quòd si ipse nec iuste, nec iniuste credebat dominum permitturum, sed putabat eum dolere ex iuris sui detentione, adhuc idem si quidem reuera id procedebat ex domini voluntate, possum enim eum, quem inuitum & ignorantem rei vel iuris mei dominium facere, licet ipse postea repudiare possit. l. cum pater. ff. de legatis secundo. l. à Titio. ff. de furtis. §. interdum. Institut. de rerum diui. l. adeo. §. interdum. ff. de acquirend. rerum domin. Ceterum si reuera dominus vel creditor dolebat, & id debitori, vel possessori notum erat, tunc planè in mala fide esset, nec prescribere posset, & isthæc omnia (iudice me) sunt ex mente vtriusque iuris, & secundum has distinctiones superiores varietates conciliari & possunt & debent, secundum quæ si creditoris voluntas remittendi debitum accessit vel contigit, obligatio etiam naturalis non solum elisa, sed etiam ex toto sublata videretur, quia vt nata fuit ex consensu obligandi, ita soluta fuit ex voluntate liberandi, lege nihil tam naturale. ff. de regulis iuris, per tot. Institut. quibus mod. tol. obli. Intellige quando ea voluntas creditoris reuera accessit, hoc primo. Idem & si non accessit, si accessisse lex interpretatur, & vtrunque est contra vtriusque partis fautores. nam alij contendes.

Alia plura fundamenta ad iustificationem eorum, quæ hoc cap. dicuntur, collige supra cap. 72. & in cap. incipiente, quòd ad sextum.

SUMMARIUM.

- 1 *Prescriptione semel completa an desur restitutio, egregia pugna;*
- 2 *Nostrum nobis inuitis & ignaris, quandoque auferitur.*
- 3 *Prescriptione completa cessat restitutio, Primò in prescriptione centum annorum, Deinde etiam in prescriptione quadraginta annorum, Tertio etiam in prescriptione triginta annorum, Quarto etiam in prescriptione ordinaria, hac omnia contra communem, cum multis tamen.*
- 4 *Intell. l. 1. §. si quis propter. ff. de itinere actûq; priuato, & l. si locus, & l. si partem. ff. quemad. seruis. amittatur.*
- 5 *Lex an cesset eius ratione cessante.*

CAPVT LXXV.

Prescriptione semel completa an desur restitutio, egregium certamen.



FVNDVM tuum † possedi cum titulo & bona fide tempore legitimo ad prescribendum. sicq; eum prescripsi, tu verò illum recuperare contendis allegans iustam causam, vel absentia, vel ignorantia. sicque petis restitutionem ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videatur, controuersum est sapiensimè, & vehementer, an restitutio con-

cedenda sit, vt sic prescriptio illa, quæ semel expleta facta que fuit, infecta reddatur. Constat enim longi temporis prescriptionem procedere etiam aduersus absentes & ignorantes. l. fin. C. de prescript. long. temp. Constat similiterius alienum, nobis per iniuriam, non à nobis, sed aliunde illatam, acquiri posse, tam quòd ad proprietatem, quàm quòd ad possessionem, nostrum enim nobis inscijs aut ignorantibus vel inuitis auferri iniuriu est. l. id quod nostrum. l. iure naturæ. ff. de regulis iur. l. nam hoc. ff. de cond. indeb. & tamen si flumen alueum mutauerit alteri, cum iniuria seu iactura alterius contingit accessio seu acquisitio, & similiter ex causa alluionis, si flumen sensim paulatimque cœpit declinare in fundum tuum, ager meus crescit, tuus verò decrescit, sicq; & mihi inscio accedit & acquiritur, & tibi inscio similiter & inuito, & sine facti tui interuentu decedit & abest, quod tuum antea erat, vt ff. de acquirend. rerum dominio. l. adeo ferè, per totam, & Institut. de rerum diui. §. præterea. Simile in §. item ea, quæ ab hostibus, eodem titu. l. 3. l. naturalem, in princip. ff. de acq. rerum domin. d. l. adeo. §. examen. §. apum. Institut. de rerum diui. l. item si verberatum, in §. 1. ff. de rei vendica. Decius in l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. diximus supra cap. 1. fac ergo regulam affirmatiuam, vt licet prescriptio mero iure currat contra ignorantem rem suam iusve suum prescribi, tamen ex capite ignorantia detur restitutio in integrum, vt sic, prescriptio illa semel effecta, & repleta, virtualiter infecta reddatur. hæc conclusio variè intelligitur, & primùm quidem in prescriptioe triginta annorum. ita tenent Bart. in l. 1. §. si quis propter. per text. ibi. ff. de itinere actûq; priuato, quem sequuntur quàm plures relati per Alexand. in additio. ad Bart. in d. §. si quis propter. Idem Alexand. num. 4. in l. cum filius familias. §. in hac. ff. de verborum oblig. sequitur, & dicit esse comunem opinionem Socinus ibi. colum. penult. & antepenultim. Mathæus Afflictus decisione 329. nu. 6. plenè per Couarr. qui hanc ait esse communem opinionem in regula, possessor, dd. regulis iur. in 6. parte 3. §. 3. sentit Gloss. in l. si partem. ff. quemad. seruit. amit. Glo. in l. 1. C. de patr. potesta. Romanus consil. 149. in fin. vbi hanc firmate esse communem opinionem. Decius, qui hanc dicit communem opinionem consil. 36. num. 9. Idem Decius, vbi similiter hanc dicit communem opinionem consil. 29. & pro tenui colum. 1. sequitur, & dicit communem opinionem Afflictus, lib. 3. feudorum, tit. si de feudo fuerit controuersia inter dominum & agnatum. num. 12. not. 2. & rursus 4. not. nu. 4. & secundum opinionem Bart. iudicatum fuisse ipse ait, dicta decisione 329. sequitur & dicit communem opinionem Balb. de prescrip. in 4. part. 4. partis princip. sequitur, & dicit communem opinionem Boërius decision. 39. Paul.

Paul. in l. fin. nu. 5. C. de longi temporis præscript. Idem Paul. in l. vnus ex socijs. ff. de seruit. rust. prædi. Alexand. & Moline. consil. 71. lib. 1. Hieronymus Cratus consil. 91. num. 65. lib. 1. vbi hanc dicit communem opinionem Tiraq. vbi hanc dicit cōmunem opinionem de vtroque ret. §. 35. Gloss. 4. num. 35. Alcuius lib. 1. de verb. signi. & est communis opinio secundum Pinellum de bonis mater. in authent. nisi tricennale. num. 58. sequitur, & dicit communem opinionem Aymon Crauet. de antiquit. temporum, in 4. parte. num. 44. sectione incipiente, materia ista. & Sozi. nepos. consil. 128. num. 147. lib. 1. Decius consil. 137. Idem Decius consil. 267. colum. fin. & quāplures alij, quos refert Tiraquell. vbi supra. Dilectus de arte testandi, titul. de acq. hære. cautela 6. qui hanc dicit communem opin.

Contrariam partem in præscript. triginta annorum tenent Baldus in l. 1. C. qui admitti. num. 24. Aret. in l. qui vniuersas. §. fin. ff. de acquirend. possess. & in consilio 104. & alij quāplures, quos refert Tiraquell. num. 37. vbi supra, qui in hanc partem, saltem in præscriptione quadraginta annorum inclinare videtur. Secundò hæc communis opinio intelligitur à fortiori, vt procedat in præscriptione decem vel viginti annorum, contra quam datur restitutio ex capite ignorantiz, vt firmiter omnes Doctores, quos diximus idem tenuisse in præscriptione triginta annorum, id quod in hac præscriptione decem vel viginti annorum firmiter quasi certum & indubitatum, & Couarr. vbi supra, ait hanc esse vnam omnium sententiam, sed sanè non desunt, qui & hoc casu teneant contra communem sententiam, quos & nos infra sequemur.

Tertiò intelligitur communis opinio, vt procedat etiam in præscriptione quadraginta annorum, contra quam etiam ex capite ignorantiz datur restitutio. Ita tenuerunt Socinus consil. 80. lib. 3. colum. fin. Idem Sozin. consil. 66. lib. 4. colum. 2. in eandemque opinionem declinat ipse Socin. in d. l. cum filius familiars. §. in hac. colum. fina. Decius consil. 36. colum. fina. Idem Decius consil. 164. colum. penult. Idem consil. 267. colum. fin. Gozad. consil. 56. colum. 3. vbi hanc dicit communem opinionem Alexandrinus consil. 13. colum. fin. Imo. in c. fin. de præscript. fol. penult. Alex. consil. 71. num. 3. lib. 1. & consilio 84. eod. lib. num. 3. est communis opinio secundum Felinum in ca. vigilantis, de præscript. colum. 2. qui eam sequitur, & dicit communem opinionem Balb. in tract. præscript. in 4. part. 4. part. princip. q. 29. Boërius q. 39. num. 6. qui hanc dicit communem opinionem. Alexand. in dict. consil. 169. lib. 2. num. 15. hanc format esse communem opinionem, & hanc dicit communem Aymon, vbi supra, num. 61. Abb. num. 3. in dict. cap. vigilantis, de præscript. & ibi Parisi. num. 5. Affli-

ctus decisione 37. col. 2. Idem decis. 319. Ruin. consil. 26. ad fin. lib. 1. Sylua. consil. 4. ad fin. Lofredus Neap. consil. feud. 16. ad fin. Rebuffus in const. Galliz, Tomo 2. tit. de restitut. artic. 1. num. 26.

Contrariam partem in præscriptione quadraginta annorum, vt non detur restitutio, tenuerunt Socin. sibi contrarius consil. 164. in fin. lib. 2. Idem Sozin. sibi contrarius consilio 2. lib. 3. Idem sibi contrarius consil. 28. eodem lib. 3. Decius sibi contrarius consil. 29. per totum. Idem Decius sibi contrarius in l. 2. C. qui admitti. colum. 2. Gozadinus sibi contrarius, consil. 8. in fin. Idem Gozadinus sibi contrarius consil. 68. colum. 4. Alexandrinus sibi contrarius consil. 12. in fine. Idem Alexandrinus sibi contrarius consil. 56. in fin. Idem Alexandrinus consilio 97. Alexand. Imol. consil. 151. lib. 2. colum. final. Idem Alexand. in l. 3. §. La- beo. in fin. ff. de acquirend. possess. Areti. consil. 103. colum. 1. & 2. Idem in l. qui vniuersas. §. fin. ff. de acquirend. possess. Curt. Sen. consil. 82. colum. 4. Barbarius consil. 81. num. 18. lib. 1. Carolus Molineus ad Alexandrum, consil. 151. colum. final. sequitur, & dicit communem opinionem Sozin. d. consil. 2. colum. pen. lib. 3. Rubeus consil. 56. vbi firmat hanc esse communem opinionem, sequitur & dicit cōmunem opinionem Socin. nepos, consil. 54. lib. 1. Idem consil. 77. num. 102. lib. eodem. Idem consil. 145. num. 76. eodem libro. Dilectus de arte testandi, tit. de acquirend. hæred. cautela 6. Gomezius in §. rursus. colum. 4. Instit. de act. Galiula in l. 2. §. & harum. num. 39. ff. de verbo. obl. vbi etiam Alcia. nu. 72. Rubeus cōf. 97.

Quartò intelligitur hæc opinio affirmatiua, videtur restitutio etiam in præscriptione centum annorum, vt in quibus casibus centum annorum præscriptio currit contra ecclesiam, vel fiscum, vel ciuitatem, in illis casibus ex capite ignorantiz etiam post eam præscriptionem completam detur restitutio. Ita Alexandrinus consil. 13. colum. final. Aymon Crauet. vbi supra, num. 44. & num. 69. qui alios refert. Quid dicendum? † & sanè longè veriore est in puncto iuris opinio, & pars negatiua in omnibus quatuor casibus præmissis, vt in præscriptione longi temporis decem vel viginti annorum, & in præscriptione triginta annorum, † & in præscriptione centum annorum, cesser restitutio, postquam ex præscriptiones legitimæ expletæ fuerunt, ne præscriptio, iam perfecta, infecta reddatur, quod primum probatur in dictal. final. C. de præscript. longi temporis, ibi, nulla scientia vel ignorantia spectanda. Secundò d. l. fin. ibi, ne altera dubitationis inextricabilis oriatur occasio. Tertiò, quia si daretur restitutio, tunc præscriptio illa semel facta perfectaque, infecta inutilisque redderetur, at in ciuile est, id inutile, & frustratorium, ociosumque admittere. l. non cogendum. §. Sabi-

²
Nostrum nobis inuitis quando auferatur.

³
Præscriptio completa cessat restitutio in præscriptione centum annorum, contra cōm. Idè tamen in præscriptione decem annorum, contra cōm. Idè in præscript. longa, contra communem, cum multum tamè.

h

nus,

nus. ff. de procura. l. hęc stipulatio. §. diuus. ff. vt legat. no. caue.

Quartò esset imponere legem verbis, contra l. 2. C. com. deleg. Quintò leges fierent ludibrio, contra l. fina. C. de temp. in integ. rest. & l. fin. C. si sapius in integr. resti. Sextò vrget text. in l. vnic. C. de vsucap. transf. secundum Socinum in dict. §. in hac. nam ibi dicitur, nullus ad eam referuatur regressus, iunctis illis verbis nesciētibus dominis, ibi enim postquam per interuentum temporis & prescriptionis cōstabat, dominium rei meę, postquam p̄scripta fuerat, à me abscelsisse, inq̄; p̄scribentem migrasse, dubitabatur an regressus mihi ad eam daretur, per modum forte restitutionis, vel alterius rei, & negatur omninò regressus, vt sic per interuentum p̄scriptionis non tantum adeptio & translatio iuris nostri contingat, sed etiam illa iuris nostri translatio sit irreuocabilis, & irreparabilis.

Septimò leges in casibus communiter accidentibus, non in rarò stringentibus, sunt regulariter intelligendę. l. non ad ea. ff. de legibus, sed plerunque & ferè semper res nostrę nobis inscijs & ignorantibus, non etiam scientibus p̄scribuntur, nam scientes non solent res suas pati ab alijs possideri, & longè minus tam diu possideri, vt vsucapione absumerentur, nec suum homines iactare solent. l. cum de indebito. ff. de probation. sed acquirere student & augere. l. defunctus. C. arbitr. tutelę. l. vt vim, cum Gloss. & quę ibi tradunt Bart. & alij. ff. de iust. & iure. Suum enim cuique pulchrum est, secundum Ciceronem, & secundum Ouidium:

Est amor & rerum cunctis tutela suarum.

Quinimò vt in l. si voluntate. C. de rescind. vendi. quique res suas meliores reddere studet, easque tuetur, & lucrum facere studet, etiam cum iactura illius, quo cum negociatur.

Octauò militat ratio illa p̄scribendo potissima, scilicet ne rerum dominia in incerto sint. l. 1. ff. de vsucap. etiam si passim contra p̄scriptionem daretur restitutio, rerum dominia certa non essent, non magis quàm si p̄scriptio, contra quam restitutio datur, merito iure non contigisset.

Nonò hoc bonum publicum, de quo in d. l. 1. non debet cessare per priuatorum læsionē: argum. auth. res quę. C. com. deleg.

Decimo adduco text. in l. 3. §. fina. ff. de acq. rerum domin. vbi si feram cœpisti, & per hoc eius dominium natus est, simul ac illa à manibus eius euasit, suamque laxitatem recepit, eius dominium abs te discessit, & si rursus in potestatem alterius venerit, illius fit, nec tibi (& hoc est quod expendimus) restituenda est ex eo capite, quòd te inscio vel inuito euaserit.

Vndecimò adducol. naturalem. §. examen. ff. eod. tit. vbi examen apum licet meum fiat

apprehensione, & meum esse desinat, simul ac apes euolauerint, vt difficilis sit earum persecutio, tamen licet in potestatem alterius peruenerint, postquam meę esse desierunt, mihi quidem restituendę non sunt, non magis, quàm si ad me nunquam pertinuissent, sic & in specie nostra quod nostrum erat, & per interuentum p̄scriptionis à nobis abscelsit, inq̄; aliū iure dominij migravit, iuxta l. 4. ff. de vsuca. l. traditionibus. C. de pact. nobis quidem restituendum non est, non magis quàm si reuera ad nos nunquam pertinuisset.

Duodecimò adduco l. adeo. §. p̄terea. ff. de acq. rer. dom. & §. p̄terea. Inst. de rer. diui. vbi per alluionem si flumen latenter cœpit fundum tuum latiore reddere, meumq̄; arctiorem seu angustiore, hęc adeptio mihi inuito & ignaro contingit, tuq̄; locupletaris cum iactura mea, & tu nihil mihi restituere teneris ex capite iustę ignorantię aut impotentię. Tertio decimò adduco eadem iura iunctis ibidem notatis per Glo. & alios, dum aiunt, quòd si flumen ex fundo meo aliquam partem abstulit, tuoque fundo applicuit, si terra conualescente radices egit, statim meū esse desinit, & ad te pertinere cœpit iure dominij, nec mihi restituere teneris, licet ad oculum ea pars, quę à fundo meo abscelsit, & tuo accessit, demonstrari & distingui possit.

Quartodecimò adduco §. quòd si naturali alueo. Inst. de rerum diui. & l. adeo. §. quòd si naturali. ff. de acquir. rerum dominio. vbi dicit, quòd si flumē aliò quàm solebat fluere cœpit, & agrum meum occupauit, amitto eius dominium, quod publici iuris esse incipit, quàm diu à flumine inundatur, & possidetur, & si postea flumen ad priorem alueum reuertatur, ager ille meus desinit publici iuris esse, sed mihi quidem non restituitur, imò iure vicinitatis acquiritur eis, qui prope p̄dia habebant, & tamen isthęc amissio inscio & inuito me contingit.

Quintodecimò facit d. l. adeo. §. cum quis ex aliena. Inst. de acquir. rerum domin. §. cum quis ex aliena, cum tribus sequent. §§. vbi dominium rerum nostrarum interdum per specificationem, interdum per accessionem, interdum per accessionem, interdum per plantationem, interdum per confusionem, à nobis inscijs & ignorātibus abscedit, inq̄; alium transit, nec propter ignorantiam nostram nobis datur vlla restitutio, aut regressus, non magis quàm si gnari essemus, sic ergo & in proposito, cum tempore rem nostram amisimus, cessat restitutio & regressus p̄textu ignorantię, militant enim res humanę sub hoc periculo, & fragilitate.

Sextodecimò probatur nostra opinio in l. traditionibus. C. de pact. vbi æquiparatur dominium nobis fuisse quęsitum traditione ex causa contractus descendente, vel esse quęsitum vsucapione, vt cum vsucapione quę-

quæritur, cesset restitutio prætextu ignorantiz, non secus quàm cessaret, si per contractû quæsitum esset, quo casu ignorantia allegari non posset. Decimoseptimò adduco §. 1. Insti. de literarum obliga. dum ait, sic fit, vt hodie dum quæri non potest, scriptura obligetur, nam ibi per ipsam temporis præteritionem inducitur obligatio literarum, quæ personalis est, quæque antea ex conuentione præambula inducta non erat, & tamen longè grauius esse videtur personaliter ad quid dandum obligari, quàm rem suam ab alio possessam amittere: argument. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de lega. 2. Itaq; vt ibi per solum temporis interuentum obligamur citra nouum factum, ita & hic per solum temporis interuentum rem nostram ab alio possessam irremediabiliter amittimus, quia id malum leuius est, quàm illud. Habes ergo varia iura variaque exempla, in quibus rei mez dominium, à me incio vel inuito citra interuentum facti, aut voluntatis mez abscedit, inque alium migrat irremediabiliter, vt ille mihi ex capite ignorantiz non teneatur restituere, non magis quàm si ea res ad me nunquam pertinuisset, & si rectè inspexeris in ea acquisitione, quæ contingit per interuentum vsucapionis, est longè iustior causa irreuocabiliter acquirendi, quàm in iuribus, & exemplis supra relatis, propter longæuam possessionem, & propter quietudinem dominiorum & tranquillitatem ciuium, & alia multa.

Ad illam rationem, ne quis locupletetur cum iactura aliena, responde, satius esse id malum admittere, quàm quòd rerum dominia sub incerto sint, & exultet Reipublicæ tranquillitas, ita Gloss. in l. ius ciuile est. ff. de iust. & iur. vt sic minus malum eligatur, vt ibi ait Gloss.

Decimooctauò adduco l. sicut. C. de prescriptione triginta annorum.

Decimononò text. in l. omnes. C. eodem.

Vigesimò. C. de fundis patrimo. lib. 11. l. si quam legem variè expendunt Tiraq. & Sozi. vbi supra, & geminantia verba illius legis, & d. l. omnes, poteris astringere per ea, quæ de vi & potestate geminationis diximus in lib. de succ. crea. §. 13. num. 13.

Ad † l. 1. §. si quis propter. ff. de itinere acti- que priuato, & ad l. si locus. l. si partem. ff. quemadmodum seruit. amit. responde, quòd loquuntur in impedimento casuum fortuitorum, qui rarò accidunt, & præuideri, aut caueri non possunt, non sic in impedimento ignorantiz, quia sepius, immò ferè semper contingeret, & præterea præcaueri posset. Item illud impedimentum non erat longèui, aut longissimi temporis, idè admittitur restitutio, non sic in impedimento, quod post tam diutinam possessionem, aut etiam longissimam, aut forè centum annorum allegaretur, prout est in speciebus nostris.

Vigesimoprimum adduco regulam, factum legitime, de regulis iuris, in sexto. nam factû legitime retractari non debet, licet casus postea euenerit, à quo incipere non posset, ergo præscriptio completa legitime rescindi, &c.

Vigesimosecundò facit, nam lex vel princeps possunt ex causa nobis ius, resque nostras auferre. l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vendi. Bartol. Paul. Ias. & alij communiter in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. Decius in l. id quod nostrum. ff. de regul. iur. sed ex causa publicæ tranquillitatis vsucapio introducta est. l. 1. ff. de vsucap. & statim plenius dicemus, ergo non est rescindenda per interuentum restitutionis, † etiam si ratio legis cessaret in particulari, cum non cesset in communi, vt in l. 1. ad finem. ff. de mino. l. prospexit. ff. qui & à quibus. Tiraquell. de causa cessante, limita. trigesima secunda. Aretinus in l. secunda. ff. de vulgari, per textum meliorem de iure, secundum eos in l. prima, ad finem. ff. de minorib. & cum prætor. in dicta l. 1. ff. quibus ex causis maiores, pollicitus sit maioribus restitutionem non quidem purè aut simpliciter vel temerè, sed demùm sub hac conditione, si qua iusta causa restitutionis beneficium concedendi sibi affuisse videretur, vt ibi, in speciebus nostris magis ac magis nego iustum arbitrium fore illius iudicis, qui post tam longam possessionem, præsertim legitimo forè titulo, & bona fide iustificatam, arbitraretur, rem semel non iniuria amissam, & alteri iure quæsitam, ad dominum priorem reuerti, in Reipublicæ omnemque ciuium perniciem, quibus nihil suum in tuto vnquam foret.

Adde & vigesimotertiò quod nostrum, nobis inuitis, per delictorum interuentum, etiam auferri & potest, & non infrequenter solet citra voluntatem nostram, neque vnquam ad res nostras sic amissas datur nobis regressus, vt plenè diximus de successio. creation. §. 30. ad finem. cur ergo non idem & in specie nostra faciunt quæ diximus supra capitulo septuagesimo secundo, numero tertio, cum sequentibus.

SUMMARIUM.

- 1 Actio personalis an iure canonico prescribat sine titulo & cum mala fide, arduum certamen.
- 2 Verosimilia pro dispositu habentur.
- 3 Debitor ipsum debitum possidere videtur.
- 4 Possessio perditur decennio.
- 5 Creditor pecuniam creditam si petere negligit, an videatur remittere.
- 6 Ratio noua.
- 7 Legum in coniectura sese fundantes vnaquaque in suo foro eruanda est.
- 8 Noua distinctio.
- 9 Prescribat ut per decennium, vel aliud etiam breuius

4
Intell. l. 1. §. si quis propter. ff. de itin. a. En. & l. si locus. et l. si par tem. ff. quem admodum ser. amit.

5
Lex an ratio ne eius cessante cesset.

brevius tempus. statuto cunctis superiorum non recognoscens induci potest.

CAPVT LXXVI.

Actio personalis an iure canonico prescribatur sine titulo et cum mala fide, arduum certamen.



ACTIO † personalis an iure canonico cum mala fide prescribatur annis triginta? ingens questio est. plerique enim negant hanc prescriptionem procedere, ita tenet Angelus in l. 1. col. penultim. & fin. C. de iudi. Imol. in c. fin. num. 24. cum pluribus sequent. de prescript. sequitur & dicit communem esse opinionem Abba. ibi, sequitur etiam, & dicit communem opinionem Felinus ibi. colum. 1. & 2. sequitur, & dicit communem opinionem Balb. de prescript. in 2. part. tertiz part. prin. q. 13. & hanc opinionem fatetur esse communem Corneus consil. 176. ad euidenciam. lib. 1. & Corneus, vbi supra, nu. 2. ait, quod Doctores fundant sese in solo peccato vitando, sequitur Angel. in l. sequitur, §. si viam. ff. de acquirend. possess. qui ait ita tenere Doctores contra Barto. ibi, sequitur Imola in d. §. si viam. colum. 2. 3. & 4. vbi firmat contra Barto. esse communem opinionem, sequitur Bald. in l. 1. C. de seruitut. vbi ait hanc esse communem opin. contra Bartol. & hanc tenet Ioan. Andre. in mercur. in dicto c. possessor. & Ancharanus ibi in repetit. Lud. Roma. in d. §. si viam, qui latissimè procedit, vbi ait hanc esse communem opinionem. & Paul. num. 6. firmat hanc esse communem opin. Canonistarum & Legistarum. Corne. consil. 251. in hac consultatione. num. 3. lib. 3.

Pro hac communi opinione primò ex text. in c. vigilant. de prescrip. Secundò est text. in c. fin. eodem tit. in decisione. Tertio ibidem in ratione decidendi ibi expressa, dum ait, Omne, quod ex fide non est, peccatum esse. ex bona autem fide non videtur descendere res alienas retinere. Quarto text. ibi in secunda vel eadem ratione repetita, dum ait, absque mortali peccato, &c. Nam palàm est res alienas retinere domino inuito (quod semper prescribitur. l. vetare. ff. de furtis) impium iniuriumque esse, & absque peccato fieri non posse, nec dubium est, quin isthæ rationes ibi expressè militent in eo, qui debitum retinet, non secus, quàm in eo, qui fundum, aut aliam rem corpoream, quæ aliena esset, retinere, ergo idem ius. l. illud. ff. ad legem Aquil. Quintò vrget textus in authent. vt Ecclesia Romana centum annorum gaudeat prescriptione, ad princ. dum ait, iniquis hominibus impium maneat presidium, habuit enim legislator pro comperto auidiores fore homines ad res alienas perfidè, & cum peccato retinendas, si intelligerent se tutos fore prescriptione effectum habente, quàm si talem prescriptionem admitti desperarent. Sextò vrget textus ibi, dum ait, & tutus peccandi locus

etiam scientibus relinquatur, id enim lex illa prospectum voluit, ne homines per interuentum peccati aliquem locum tutum, ita vò firmum sperarent, néve ex nequitia lucrum consequerentur, per hocque ad delinquendum inuitarentur. Septimò legislatoribus curæ esse debet non solum peccata tam admitta punire, sed etiam prospicere, ne peccata committantur, remouereque omnem peccandi occasionem, vt in l. fin. C. de pact. l. de fideicommiss. C. de transact. l. 2. in fin. cum l. sequenti. ff. de his, quibus vt indig. cap. constitutus, & cap. final. de concess. preben. cap. detestanda, & cap. ne captandz. eodem tit. in 6. Gloss. in l. 2. & in l. scire debemus. C. vt in possess. legatorum. nec dubium est, quin si homines, qui res alienas impiè detinent, sperarent lapsu temporis earum se dominium tutè assequuturos, inuitarentur ad retentionem rerum alienarum, quod non ita facile continget, cum nouerint nullo tempore se tueri posse, & cum isthæ rationes sint expressè in dicto cap. vigilant. & in dicto cap. fina. faciunt, vt decisiones dictorum iurium latiores videantur, non tam ex vi extensiuâ, quàm ex vi comprehensiuâ, vt sic decisiones illorum iurium quasi exempla videantur, quæ non arctant legem. rationes verò ibi expressè pro lege sint. vnde fit, vt licet iura illa in rebus corporeis, non etiam in rebus & actionibus loqui videantur, tamen cum rationes ibi expressè sint generales, ipsæ quoque illorum iurium decisiones generales similiter videantur, etiam si materia correctoria sit, vt est communis opinio, quam tenuerunt Gloss. in Clem. 1. de elect. in verbo, eligatur. estq; communis opinio, secundum Ias. in authen. quas actiones. num. 22. C. de sacrosan. Eccles. Idem Ias. in l. de quibus. ff. de legibus. numero 14. Idem Ias. in l. quamuis. C. de fideicommiss. Idem Ias. in l. humanitatis, per text. ibi. C. de impuberum. num. 16. & ibi Alexand. num. 5. & Corneus num. 15. Georg. Nata. in c. quamuis pactum. de pact. lib. 6. num. 32. Purpurat. in l. fin. per text. ibi. C. de pact. num. 23. & ibi Curtius Iunior, num. 9. & Decius ibidem, num. 15. Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligat. num. 12. Cumanus in l. cum mulier. §. 1. ff. soluto matrimo. Paulus Castrens. in dict. l. quamuis. Curtius Iunior in dict. l. humanitatis. num. 15. Gloss. in authen. de hæredita. ab intesta. §. fin. in verbo, ordi. quam dicit singula. Bald. in l. final. ff. de hæred. instituend. Ripa numero 50. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. vbi Annib. numero 349. Ias. in l. transigere. C. de transact. numero 15. namque vt genus comprehendit sub se omnes suas species, non ex vi extensiuâ, sed ex vi comprehensiuâ, vt ex communi opinione, resoluit And. Tiraq. vbi supra, & non pauci eorum, quos modò retulimus, ita quoque ratio generalis expressa in lege correctoria

etoria ex vi etiam comprehensua videtur sub
 se comprehendere omnes omninò casus, qui
 excogitari possunt, vt decisio, si sit particu-
 laris, loco exempli habeatur, sicque legem non
 restringat, vt est vera & communis sententia
 scribentium, quos modò retulimus. ergò cum
 ratio dicto capitulo final. de præscriptio. sit
 generalis, eoque spectet, vt peccandi occa-
 sio tollatur, quæ quidem occasio integra ma-
 neret, si permitteretur præscriptio actionum
 personalium cum mala fide, non secus quàm
 si permitteretur in rebus corporeis præscri-
 bendis, sequitur istarum actionum præscri-
 ptionem vetitam videri, non secus quàm re-
 rum corporalium, & sanè diminuta videretur
 prouiso. dict. c. fin. & dict. c. vigilanti, nisi
 hunc casum comprehendisse diceremus, qui
 non minus egebat correctione, quàm casus in
 decisione illorù iurium comprehensus, quin-
 imò etiam si per rationem expressam in dict.
 cap. fin. & dict. cap. vigilanti. is casus compre-
 hensus non fuisset, adhuc tamen mentaliter
 diceremus, hunc casum comprehensum fuisse,
 quia quando vnica tantùm ratio reddi po-
 test, verisimiliter in lege correctoria, ea qui-
 dem habetur pro expressa, vt quatenus ea ra-
 tio etiam expressa, sed sub intellecta, se ex-
 tendere poterat, eatenus ipsa legis correctio
 sese extendisse videatur, vt ex communi opi-
 nione resoluit Ias. in l. quamuis. C. de fideic.
 post Gloss. & alios ibi. Idem in l. de quibus.
 ff. de legibus, & in authen. quas actiones. C.
 de sacrosanct. Eccles. Andre. Tiraq. de vtro-
 que retract. & de causa cessante, part. 1. † in
 qualibet enim dispositione non solum id dis-
 positum videtur, quòd verbis palam com-
 prehensum fuit, sed etiam id, quòd mente
 tantùm, non etiam verbis fuit allequutum.
 l. ita stipulatus. versic. Sabin. vbi Paul. Ias. &
 alij. ff. de verborum obligat. quinimò etiam
 id, quòd nec verbis nec mente fuit allequutum,
 si tamen verisimiliter prouideretur à dispo-
 nente, si de eo meminisset, vt tenet Glo. com-
 muniter ibi, & vbiq; approbata, in l. tale
 pactum. §. fin. ff. de pact. textus optimus in l.
 3. C. de inoffic. testamen. vnde in terminis d.
 cap. final. si Romanus Pontifex rogatus es-
 set, an præscriptionem actionum personali-
 um vellet cum mala fide, & peccato tolerari,
 dubio procul minimè responderet, non se-
 cus quàm in præscriptione rerum corpora-
 lium, ergo & is casus per eum quasi prouisus
 & decisus videri debet. ergo per dict. cap. fina.
 contendimus, hunc quoque casum decisum
 esse: primùm verbis propter rationem ibidem
 expressam: deinde mente & sententia, quia
 mens Romani Pontificis fuit tollere pecca-
 tum in hoc casu non secus, quàm in alijs: ter-
 tiò licet nec verbis, nec mente, dispositiuè es-
 set is casus decisus, quasi pro deciso habendus
 esset ex verisimili mente & sententia Roma-
 ni Pontificis, qui ita caueret, si de eo memi-

nisset. Præterea facit ratio capit. possessor, de
 regul. iur. dum generaliter ait, possessor malæ
 fidei nullo tempore præscribit: † nam qui de-
 bet ipsum debitum, ad quòd actione perso-
 nali tenetur, videtur possidere. l. regulariter,
 cum ibi notatis. ff. de petition. hæred. Paulus
 in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapion. Cor-
 neus in consil. 177. ad audientiam, lib. 1. Præ-
 terea facit regula, non dimittitur peccatum.
 de regulis iur. in 6. nam peccatum si non di-
 mittitur, nisi restituatur ablatum, nonne ab-
 stulisse iure videbitur, qui sciens se debere no-
 luit soluere.

³
 Debitor ipsa
 debitum pos-
 sidere vide-
 tur.

Contrariam tamen partem, vt cum mala
 fide actio personalis triginta annis tollatur,
 & præscribatur, tenuit Bart. in l. sequitur. §. si
 viam. ff. de vsuca. vbi Paul. ait se vidisse quàm-
 plures tenentes, veram esse hanc opinionem
 sicut Euangelium, tenet etiam Innocentius
 in cap. cura, de iure patronatus, tenent alij
 plures relati per Felinum in dicto cap. final. &
 Baldus in §. si quis per triginta, in titulo, si de
 feudo fuerit controuersia, colum. 3. Hostien.
 in summa, titu. de præscriptione rerum immo-
 bilium. §. quæ res. colum. 1. versic. 3. actiones ve-
 rò personales. & tenuit Bald. in consilio 420.
 lib. 3. secundum quòd refert Balbus, vbi su-
 præ, non tamen inuenio Bal. in dicto consilio
 ita tenere, tenet in pract. Papiensis, in forma
 resp. rei conuenti tamen. Gloss. verb. præscrip-
 tion. Marianus Sozinus consilio 203. circa
 primum consultationis articulum, vbi firmat,
 hanc opinionem Bart. esse communem,
 tenuit idem Marianus in rep. de causa pos-
 sess. & proprietaria. & hanc opinionem plenè
 defendit Corne. consil. 176. ad euidenciam.
 lib. 1. Philippus Francus in regula, possessor.
 colum. fin. Bar. in l. fin. ff. quemadmodum ser-
 amitt. & in hanc partem sub quadam distin-
 ctione inclinat Abb. in d. c. fina. de præscript.
 num. 13. vt cunque modò huc modò illuc flu-
 ctuârit. Quid dicendum? & sanè pro hac po-
 steriore parte, vt procedat præscriptio, faciunt
 multa. Primùm ne rerum iura in incerto sint.
 l. 1. ff. de vsucap. Deinde vt tandem sit litium
 finis. l. si. ff. pro suo. nam post tam longuum
 tempus triginta annorum vix fides adhiben-
 da est probanti, sibi retrò ab hinc annis trigin-
 ta aliquid deberi. Tertio, ne homines immor-
 tali propè timore teneantur. l. cum notissimi,
 in fin. prin. C. de præscript. triginta annorum.
 licet enim verè soluissem quòd debebam, ta-
 men post triginta annos iterum repetenti nõ
 potero, aut vix potero solutionem probare.
 Quarto propter vitandam hanc cõfusionem,
 & longi temporis errorem, post tam longuum
 enim tempus ex errore magis debitum
 peti, quàm quòd reuera debeat, videbitur:
 argu. d. cap. fin. ibi, longi temporis errorem, &
 confusionem facit, quòd aiunt Bart. Alexa. &
 alij in l. si Titius & Augerius. ff. ad legem Fal-
 cid. & c. finem litibus. de dolo & contumacia.

h 3

Quintò

²
 Verosimilia
 pro dispositis
 sunt.

4
Possessio per-
ditur decen-
nio.

5
Creditor ne-
gligendo an
videatur re-
mittere.

6
Ratio elegans
& nona.

Quintò punitione digna videtur segnitias debitum non petentis & tamdiu negligentis. dict. cap. fin. ibi, miserorum segnitiam. † Sextò ius nostrum, resque nostras per lapsum decennij videmur obliuisci, & quasi pro derelicto habere, vt est communis opinio, quam resoluit Ias. in d. l. 1. colum. fin. C. de seruis fugitiuis. Idem Ias. num. 84. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. possess. Gloss. Paul. & Alexand. in l. si de eo. §. 1. ff. de acquir. possess. propter l. si id quod. eodem tit. facit l. 1. & 2. ff. pro derelicto. vt ergo poterit videri esse in mala fide, qui non soluit, † cum possit cogitare creditorem velle, nec dilatione condonare, vel etiam dissimulatione, & quasi donatione debitum remittere, quòd si dixeris, constat eum non habuisse animum debitum remittendi, quandoquidem illud modò asserit, cum præscriptioni aduersatur & contradicit, sed replicabo, quòd potuit habere animum remittendi, & donandi, licet postea pœnituerit, quæ quidem pœnitentia excludenda est. l. perfecta. C. de donat. quæ sub modo. l. 2. C. de reuo. dona. ergo huic creditori debitum est post annos triginta petenti obijciam, quòd tacite per tantam temporis dissimulationem donasse videtur, vel debitum illud pro derelicto habuisse, quòd si excipiat allegans incertis non esse locum coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obliga. per quod eius declarationem, quam modò facit, certum esse se nunquam habuisse animum donandi, replicabo eius declarationi standum non esse, cum potuerit habere animum donandi & remittendi illud debitum, & postea pœnitentia ductus voluntatem mutare, debitumque illud iam dissimulatione & tacita remissione abolitum, rursus velle exigere, & suscitare cõtra d. l. perfecta. præsertim cum facilius quis remittat plura, quàm donet, aut tradet pauca, vt per Ias. in l. pactum dotali, in prin. C. de col. & diximus nos in lib. primo, de success. creatio. in materia pactorum, de non petendo, & cum huiusmodi coniecturæ non sint improbables, sed satis verosimiles, post tam longæui temporis dissimulationem, sanè non video, cur in materia ista desinat stari, & fidem haberi præsumptioni legis ciuilib, quæ tam ad bonum publicum spectat, nec video cur possit lex canonica inducere præsumptionem huic rei contrariam prætextu peccati vitandi, vt sic iam de voluntate legis canonicæ aut ciuilib agendum sit, sed magis de potestate alterius, nam vt nos interpretamur, certa & indubitata fuit voluntas legis canonicæ, etiam in hoc casu præscriptionem vetare volentis, sed similiter indubitata est voluntas legis ciuilib præscriptionem inducentis, vt dict. l. sicut. l. omnes. l. cum notissimi. l. si quis emptionis. C. de præscriptione triginta annorum, † & vt periculum est, nec admissa tali præscriptione, resul-

tet peccatū, si fortè creditor nunquam habuerat animum remittendi debitum, ita quoque periculum est per contrarium, ne fortè exclusa præscriptione in peccato constituatur creditor, si reuera cum habuisset animum debitum illud remittendi, rursus ad petendum, quæ iam animo remiserat, properet. † nam & similiter cum lex iniuriam dissimulatione aboleri, & remitti interpretetur. §. pen. & si. Inst. de iniuri. potuit errare interpretans iniuriam remisisse illum, qui reuera de tali remissione non fortè cogitauit. Nam & in contractibus nominatis lex interpretatur locum esse pœnitentiæ ante traditionem. l. 1. ff. de rerum permuta. l. naturalis. §. 1. ff. de præscript. verb. quasi contrahentis cõsensum præstiterint reuocabilem, & tamen possibile fuit ab initio huius animi eos fuisse, vt non reuocarent consensum, & cum in venditione fit mētio de scriptura, contrahentes possunt mutare voluntatem vsque quo scriptura conficiatur. in princ. Institut. de emptione & venditione, & tamen in contractibus nominatis regulariter cessat pœnitentia, quasi contrahentes ab initio huius animi fuissent, ne consensus ille reuocaretur, qualis autem fuerit animus eorum, solus Deus nouit, vnde huiusmodi legum interpretationes interdum conuenient menti animoque contrahentium, interdum longè aduersabuntur. quòd si peccati & perfidiæ ipsorum vitandæ causa velis hoc magis, quàm illud interpretari, rem omninò incertam tentabis, sic ergo cum per annos triginta debitum petere per dissimulationem reliquisti, & cessasti, si reuera habuisti animum illius debiti remittendi, vix erit, vt salua conscientia illud petere possis, quòd si reuera nunquam animum remittendi habuisti, tunc tibi petenti deberem satisfacere, inter has autem dubietates, quid nam certius fuerit, non nouit lex canonica, non magis quàm ciuilib. sicque quæque harum legum poterit interpretari quod vellet, nec est, cur altera alterius interpretationem incuset, aut damnet, cum vtraque tamen certa sit, ista autem ratio non est generalis, sed solum procedit, quando creditor sciebat sibi deberi, quòd si ignorasset, tunc secus esset, † & quia, vt firmat Corne. in dicto consil. 176. lib. 1. tenentes opinionem illam magis communem, quæ habet, præscriptionem actionis personalis non currere cum mala fide, fundantur in peccato vitando, vnde vbi peccatum certum non arguitur, cessat eorum potissimum fundamentum, considera quatuor casus. Nam aut tam debitor, quàm creditor erant conscij debiti illius, de cuius præscriptione agebatur, aut vterque ignorabat illud debitum, aut creditor solus sciebat, aut debitor solus. Primo casu cum vterque sciebat, imputeretur creditori, qui per longissimum tempus tacuit, puniatur eius segnitias, vel laudetur eius benignitas & interpretandum

7
Legum in cõ-
iectura sese
fundantes
quæq; in suo
foro proban-
da.

8
Elegans di-
stinctio.

cum habuisse ànimum remittendi debiti, ac condonandi, per rationes suprà relatas. Secundo casu cum vterque ignorabat, quasi omnes sentiunt debitum præscribi, quia in creditore ignorante cessat malæ fidei suspicio, & peccatum. Tertio casu cum solus creditor scit, debitor autem ignorabat, tunc currit præscriptio, quia & in hoc debitor ignorante non potest cadere mala fides, & in creditore scire adest per longissimam hanc taciturnitatem præsumptio remittendi debiti, aut donandi, vel negligendi, seu paruipendendi. Cum autem solus debitor scit, creditor autem ignorat sibi deberi, cessat præsumptio remissionis, aut donationis, emergitque contra debitorem præsumptio tergiuersationis, aut perfidiæ, & debet cessare præscriptio, ne homines istius lucri turpiter faciendi gratia inuitentur ad differendam solutionem, fidemque violandam. Ergo solo isto quarto casu procedit opinio magis communis, reliquis autem tribus casibus vera sit opinio Bartol. neque vsquam ita expeditum hunc celebrem articulum inuenies. Sed & isto etiam quarto casu fortè procederet opinio Barto. vt dixi suprà cap. incip. possidebas seruum, & quoties mentionem facio de mala fide, est intelligendum non de mala fide, sed de scientia rei, vel iuris alieni, & mala fides pendet ex animo. l. penultim. C. de euiet. pro nostra princip. opin. est text. in l. alienationis verbum. ff. de verborum significat. l. si quis diuturno. in prin. ff. si serui. vend. l. si ego. §. 1. ibi per traditionem fortè, aut per patientiam. ff. de pub. in re act. §. fin. Instit. de iniur. iuncto §. per traditionem. Instit. de rerum diui.

Denique isthæc faciunt ad illum satis celebrem, & vulgatum articulum à quibusdam ex suprà allegatis elaboratum, † statuto cauetur, quodd debitum decennio præscribatur, quæri solet, an valeat, & Bart. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. tenet valere, quem sequuntur ibi Angel. Paul. & Rom. nume. 7. & Angel. in l. 1. colum. penult. C. de iudi. Abbas, Anton. de Butri. Cardin. Imola, & Felinus in cap. fin. de præscript. tenet Barto. in l. final. ff. quemadmodum seruitutes amittantur. Corne. consilio 176. ad euidenciam, lib. 1. Balbus, qui plures allegat, & hanc quasi communem opinionem sequitur in tract. de præscript. in 2. part. 3. part. princip. q. 13. & alij quàm plures, quos allegat Tiraq. in tract. præscrip. §. 1. Glos. 2. ad princ. Sed longè plures allegat ibi ipsemet Andreas Tiraq. defendentes contrariam partem, vt tale statutum non valeat, tenent. Bart. in l. omnes populi. quæst. 3. princip. ff. de iust. & iur. Imol. nu. 20. in d. l. sequitur. §. si viam, vbi ait, hanc esse communem opin. & q. ita sæpè consultit. Ego hac de re dixi in tract. de success. creati. in 1. parte. §. 10. nume. 26. & §. 21. num. 119. versi. facit quia, & sanè prior opinio affirmatiua verissima est, si intelligis q.

præscribatur bona fide per decennium tale debitum. nam vt per annos triginta præscribi potest debitum personale secundum omnes; ita & per decennium, & etiam per annum poterit ex forma legis positivæ. At cum mala fide per decennium præscribi non poterit, nec etiam per annos centum præscriberetur, quod intellige data ignorantia ex parte creditoris, & scientia ex parte debitoris. nam si vterque esset conscius, vel vterque ignarus, vel creditor conscius esset debiti, debitor autem ignarus, tunc præscriptio curreret, vt proximè dicebamus, quia si ea lex idve statutum diceret, quia passim vsu venit, vt chyrographa debitorum solutorum ipsimet soluètes negligant bona fide, atque amittant, sicque postea iidem pessimi creditores ac fœneratores quod semel sibi solitum fuerat iterum repetant contra omne ius, & bona fides non patitur, vt bis idem exigatur, vt in reg. bona fides, de regul. iur. lib. 6. l. qui bis. ff. de verborum obligatio. sicque & homines meliores simplicioresque fiunt pauperiores, & deteriores fiunt ditiores. & quia naturali rationi, & vsui gentium, ac moribus consonat, vt qui per decennium debitum, quod sibi deberi non ignorabat, petere quo casu sibi solutum non erat, superedit is; vel ius suum abijcere, vel debitori remissum, ac donatum voluerit, sicque postea peteret iam id quod concesserat vel abiecerat, naturali ratione debitori suo quæsitum videretur (vnde ab eo qui repeteret, contra ius illud naturale & diuinum tenderet, vt diximus suprà capit. edocentes, quidquid dicat ratio naturalis id esse iuris diuini, & naturalis) cum hæc omnia ita sint, statuimus, vt nullum debitum post decennium peti possit, sed decennio præscribatur, vt sic peccandi occasio perfidis creditoribus adimatur, & iusta tuitio simplicibus hominibus nõ deficiat, certè talis lex tam longè ab iniquitate, vel à peccato peccandive occasione hominibus porrigenda abesse videretur, quod potius eam peccandi occasionem vt sanctissima remoueret. Nam & eadem ratione licet de iure naturali, & diuino sit, quod semel alicui concessum ei non adimatur per concedentem. dicto §. per traditionem. ibi, nihil tam naturali æquitate. l. prima, cum sequent. ibi, naturali ratione, tamen donatio inter virum & vxorem prohibetur, ne deterior eorum & auarior ditior fiat, alter vero pauperior. l. 1. cum sequent. ff. de donation. inter virum & vxorem. Et licet iuris diuini & naturalis sit ne occidatur, tamen lex ciuilis definiuit, vt ad defensionem nostri corporis vel rerum nostrarum (quod plus est) occidere fas sit. l. vt vim. ff. de iustit. & iur. cum ibi notatis, per Gloss. & Docto. & licet ius naturæ & Dei dicat festa coli, tamen ius ciuile ex causa id moderauit, vt in l. omnes. C. de ferijs. & licet ius naturæ suadeat, vt alimenta liberis detur. l. 1. ff.

9
Præscribatur
vt decennio
aBis persona
lis. an statuto
induci possit.

de iur. in princip. Institut. de iur. nat. c. ius naturale. i. dist. tamen in mille casibus permittitur à lege ciuili vt liberis alimenta denegentur, vt plenè egimus de success. creat. §. 20. per totum, super authenti. nouissima ibi collocata, & tandem omnia præcepta tam iuris diuini, quàm naturalis per leges positiuas ex causa non solùm transgredi fas est, sed etiã transgressa reperiuntur, vt exactissimè egimus per librum præcedentem ferè totum, & non minus eleganter, quàm vtiliter differuimus de succe. progressu in præfation. ad principi. vt sic ius canonicum positiuum ex causa longè facilius transgredi à lege ciuili fas sit, quale est id de quo agimus (admissa opinione eorum qui contendunt, iure canonico prohibitum videri hoc, quæ vera non est, quia cap. vigilant. & cap. fin. de præscripti. loquuntur in rebus corporalibus, non in iuribus & actionibus) sed & si nominatim iure canonico præscriptio cum mala fide tam in iuribus & actionibus, quàm in rebus corporeis vetita, adhuc nostrum statutum valeret, & in eo tantum quæstio maneret, vtrum si quod tibi debebam post decennium à me peteres possem dicere, obest tibi temporis cursus, & sic præscriptio, & sine dubio sic excipere possem, quasi sub ea exceptione vel me iam soluisse vel debitum mihi remissum fuisse tacitè vel fortè expressim intelligatur & præsumatur, quæ præsumptiones iustissimæ & verosimilissimæ sunt, & passim similibus in speciebus (aut in iisdem fortè speciebus) factæ reperiuntur post tantumdem temporis, vt in l. si quis diutino, in princ. supra all. d. l. si ego. §. i. d. l. alienationis verbum. & etiam post longè breuius tempus, vt in §. fin. Instit. de iniur. quid ergo mirum aut nouum si hie eadem fiat interpretatio, & vt periculum est ne fortè hac admissa interpretatione peccet debitor, ita & longè verosimilius periculum erit ne contraria interpretatione admissa, creditor peccet perfidissimè, si fortè quod semel exegit iterum reperat, vel quod semel expressim, aut tacitè remisit, aut fortè abiecit & neglexit, petere festinet, contra rationem iuris naturæ & Dei, de qua in d. §. per traditionem, & d. l. i. ff. de acqui. rer. domin. Quinimò post tale tempus impossibile est, quòd debitor certò sit in mala fide cum ipse cogitare, & possit, & debebeat creditorem animum remittendi habuisse, & quòd talem animum non habuerit ipse debitor certò scire non possit, nam & si id testetur creditor, & adiuret, ipse debitor potest vetari ne id pœnitentia ductus varians dicat & asserat, sicque debitor in certa mala fide constitui non potest, creditor autem posset si fortè quod expressim, aut tacitè remisisset, aut (id quod perfidius esset) quod semel exegisset iterum peteret, ergo admissa contraria interpretatione certius, & maius peccati periculum minaretur immineretque quàm nostra admissa interpretatione pro nobis, l. aliena-

tionis verbum. ff. de verborum signific. ibi, vix est enim. leg. si id quod. ff. pro dereli. ibi, quæ si volente. leg. si quis diuturno, in prin. ff. si ser. vendic. leg. si ego. §. i. verbo, patientiam. ff. de publi. l. in rem action. §. fina. Institut. de iniur. leg. iam dubitari, verb. sua sponte. ff. de hæred. instit.

Sicque cum opinio contraria nec vllum aliud habeat fundamentum, nec alium scopulum intueatur, quàm peccati vitandi, aut vitandi peccati occasionem, cumque per nostram, quàm per contrariam opinionem id facilius, & verosimilius contingat, superest vt sententia nostra recipienda, contrariaque reijcienda sit, præsertim cū ad firmitatè legum quæ ex causa ab iure diuino, aut naturali discedunt, quælibet causa tolerabilis sufficiat, vt plenè per Bald. in leg. non omnium. ff. de legibus, & in l. de quibus. colum. 10. eod. tit. Andr. Tiracuell. de vtroque retra. in præfat. numero 75. dixi de success. creation. §. 3. numero secundo. & §. 20. numero 292. per leg. prospexit. ff. qui & à quibus. l. prima. §. initium, ibi, quia moderatam hæc ætatem prætor ratus est, vbi hanc rationem Glos. appellat mirabilem. ff. de postul. quanto ergo magis vbi sunt totamque iustæ rationes, vt in specie nostra. Et ita nostram opinionem tenent Barthol. in leg. sequitur. §. suam. ff. de vsucapio. Idem in l. hæc autem iura. ff. de seruitut. vrbano, præd. Host. in summa, titu. de præscriptio. rerum immobilium. §. quæ res. colum. 1. sentit Bald. in d. §. si quis per triginta. colum. tertia. Practica Papien. in forma responsionis rei conuenti, in verb. præscriptio. vbi firmat, hanc partem communiter practicari tanquam veriorem. Marianus Sozinus consilio 203. circa primum consultationis articulum, vbi firmat, hanc esse communem opinionem. Roman. in d. §. si viam. Aegidius Bellamera. in d. cap. fin. numero. 6. Bal. consilio 437. lib. 1. Corne. consi. 176. ad euentiam. colum. 2. & consi. 138. videtur. lib. 1. Idem consilio 106. circa thema. lib. secundo, Tolosana decisio 73. Idem Cornel. consilio 251. in hac consultatione, libro tertio. & consilio 275. quanquam. colum. prima. eodem libro, consilio 177. vbi firmat, hanc esse communem, & veriorem, & vsu forensi receptam, quam nos quoque receptiorem putamus, & saltem tribus casibus admittendam, nempe cum debiti ignari erant debitor & creditor, vel cum vterque id ignorabat, vel cum solus creditor sciebat, debitor autem ignorabat, præsertim cum per hoc vitentur lites, in quo vertitur fauor publicus etiam principaliter, cap. finem litibus, de dolo & cont. leg. properandum. C. de iudi. Alexand. in leg. Seius & Ange. ff. ad leg. Fal. Quarto autem casu cū debitor sciebat, creditor verò ignorabat, contraria pars tueri potest fortè. Et hoc not. ad intell. l. 3. tit. 13. libro 3. ordina. & pragma. anni. 15 28. capit. 157. in legibus Hispanorum.

SYM-

SUMMARIUM.

- 1 Inter bonam & malam fidem an mediū esse possit, egregia quaestio.
- 2 Dubietas quo ad praescribendum inducit bonam fidem.
- 3 Dubietas non inducit malam fidem, nec impedit praescriptionem, cum multis contra communem.
- 4 Credulitas sufficit ad eundem cum communi.
- 5 Dominium difficulter probatur.
- 6 Bona aut mala fides, quoad praescribendum non admittunt medium, dubietas inculcata non differt à bona fide, quoad praescribendum, talis dubietas non impedit praescriptionem inchoari, non magis, quam inchoatam perficere, haec tria cum communi contra alteram communem.
- 7 Titulus in praescrip. an requiratur positivè,
- 8 Furiosus & infans possunt vsucapere.
- 9 Bona fides orta etiam ex iniusta causa, ceteris habilibus, sufficit ad praescribendum.
- 10 Titulus in vsucapionibus vel praescriptionibus an requiratur, noua traditio.
- 11 Falsum quod est, nihil est.
- 12 Bona fides ad vsucapionem vel praescriptionem positivè non requiritur, contra Doct.
- 13 Error iuris an impediatur longi temporis praescriptionem, cum communi.
- 14 Error iuris non impedit praescriptionem de iure civili, si sit praescriptio triginta annorum. Et quid de iure canonico.
- 15 Error iuris etiam resistens, non impedit praescriptionem triginta annorum.
- 16 Errans in iure non ideo est in mala fide, contra Doctores, & ideo praescribit annis 30. contra eosdem.
- 17 Bona fidei possessor quis dicatur.
- 18 Errans in iure etiam resistente praescribit annis triginta, contra Doct.
- 19 Leges resistentes an obligent nos ad peccatum, contra nouissimos.
- 20 Legis resistentis transgressor an mortaliter peccet, contra Doct.
- 21 Error iuris difficillimi prodest ad praescriptionem, vel vsucapionem ordinariam, contra Conarr. cum Medina. & inter errorem iuris & errorem facti, nil interesse quoad praescriptio. vel vsucapio. data paritate terminorum, contra Doct. num. 22. & 23.
- 22 Error iuris omnino inculpatus an praescriptionem vel vsucap. ordinariam impediatur.

CAPVT LXXVII.

¹
Bona fides & mala fides an inter has res medium esse possit, ard. q.



INTER † bonam & malam fidem medium esse magis obtinuit, aliud est enim bona fides, aliud mala fides, aliud dubietas quae medium esse videtur inter bonam & malam fidem. bonam fidem habere intelligitur, qui emit ab eo, quem dominū

esse putabat, vel ius habere alienādi, qualis est procurator, aut tutor. l. bonae fidei. ff. de verbo. signific. l. bonae fidei. §. 1. ff. de acquir. rerum domi. l. qui scit. §. bonae fidei. ff. de vsur. malam fidem habere dicitur is, qui recepit rem ab eo, quem dominum non esse sciebat, nec rei alienandae ius habere intelligebat, cap. fin. de praescri. est etiam, qui nec habeat bonam fidem, nec malam, puta dubius & incertus, argum. tex. in l. 1. §. scientiam. ff. de Tributori. & is qui dem si soluit indebitum, potest repetere non secus, quā si bona fide solueret, credens se debere. l. fin. C. de cond. indeb. vt sic ei a similitur qui erraret in facto, vt ibi. † Et quod dubitans nec dicitur esse in bona, nec in mala fide, in materia praescriptionis tenuerunt Glo. in l. 1. C. de acquir. possess. Glo. ff. pro soluto, in l. 2. Glo. in l. 3. §. generaliter. ff. de acquir. poss. quae communiter recepta est, vt patet ibi ex relatione Alexand. & Iac. & firmat Couar. nu. 3. in c. possessor. par. 2. §. 7. de reg. iur. in 6. Vnde infertur quod cum ad praescriptionem inchoandam ab ipso initio desideretur bona fides. l. vni. C. de vsucap. trans. l. cum haeres. ff. de diuer. & temp. praescript. sanè qui emerit rem ab eo, quem dominum esse dubitaret, eam vsucapere non posset, quasi is non videretur bonam fidem habere. Verū, cum ex post facto interuentus dubietatis non soleat impedire vsucapionem coeptam, quinimodò nec etiam interuentus malae fidei inspecto civili iure, tunc licet is qui emerit bona fide ab eo quem dominum esse putabat, postea ante completam vsucapionem incipiat dubitare, an ille dominus esset nec ne, non impediatur vsucapionem perficere. vtrunque communiter tenent Doctores, quales sunt Bartho. in l. naturaliter. colum. 7. ff. de vsucap. Abbas in c. fina. numero 39. de praescrip. vbi Imola, & Felinus, numero nono. Balbus de praescriptio. 2. par. 3. par. princip. quaestio. 2. Syluester in verbo, praescriptio. prima. §. tertio. & hanc esse communem sententiam, firmant Feli. & Bal. vbi supra, quod & firmat Couar. vbi supra, sequitur & ait esse communem opinionem Ioan. Annibal in l. naturaliter. nu. 117. ff. de vsucap. quod omnes intelligunt procedere de iure canonico, non secus quā de iure civili.

Sunt etiam qui putent quod haec dubietas incidens post inchoatam praescriptionem vitet & impediatur vsucapionem expleri, ita tenent fluctuans tamen Abb. in d. c. fi. de praesc. Adrianus in 4. senten. in tracta. de rest. c. de praescriptio. Sunt per contrarium, qui tentant defendere, vt talis dubietas etiam ab ipso initio non impediatur vsucapionem, quasi dubius in hac materia similis sit ei, qui securus, & incautus, rem quam emebat, venditoris esse putaret, ita pungit Abb. num. 39. in d. c. fi. sentit Glo. in d. c. fi. & in c. vigilantia. de praescript. facit optimè cap. si virgo. 34. q. 2. facit optimè d. c. fina. ibi, in nulla temporis parte scientiam rei habeat aliena

²
Dubietas inducit bonam fidem in praescrip. perficienda, & quid in ea inchoanda.

³
Dubietas non inducit malam fidem nec impedit praescrip. contra communem cum multis.

alienæ, facit l. qui scit. §. bonæ fidei. ff. de vsur. facit optimè. c. vigilantibus, de præscripti. ibi, ne malæ fidei possessores simus, nihil enim aliud tam ad inchoandam, quam ad perficiendam præscriptionem desiderat, quam ut absit mala fides, ut autem adsit bona fides, scilicet ut emens certò & indubitanter putasset venditorem fuisse dominum, id ibi non exigitur, nec sine summa imprudentia exigi poterat, quid enim iuaret nimia & improbanda credulitas accipientis? pro hac opinione facit §. si à pupillo, in l. 2. ff. pro emptore, in primo respon. vbi qui emit à pupillo, quem puberem putabat, vsucapit, nec exigimus quod adhibuerit exactam diligentiam ut nosceret pupillus ne esset an pubes, facit & ille. tex. in 2. respon. vbi emens à furioso, quem sanæ mentis putabat, præscribit, nec similiter exactam diligentiam ibi exigimus, per quam apparet eum iustissimam causam errandi habuisse, vnde in terminis illius text. fortè erat dubius, facit l. quod vulgo. ff. pro emp. & l. fit. ff. pro suo, vbi qui accipit rem à seruo vel procuratore, cui mandauerat ut eam emeret, præscribit, licet ille re vera non emisset, sed tantum se emisse mentitus fuit, de quo mendacio potuit ipse dominus cogitare, facit per totum. ff. & C. pro hære. & c. is qui in ius, de reg. iur. in 6. vbi sufficit ignorantia eius, qui alteri successit, & tamen potuit cogitare, an defunctus alienum possideret, facit ff. de acquir. hæ. l. cum quidam. §. quod dicitur. Secundò vbi ad acquirendam hæreditatem & adeundam sufficit vehemens opinio adeuntis, qui eum, cuius de hæreditate agebatur, mortuum putabat. facit ff. pro dereli. l. 2. & 3. vbi quis rem pro derelicto habuit, eamque alter, qui apprehendit, mihi vendit, & præscribo, licet nullam iustam causam habere putandi dominum fuisse eum, qui talem rem pro derelicto habuerat, quinimò res suas iactare & abijcere pauci solent. l. cum de indebito. ff. de proba. † Undecimò facit l. 2. §. interdum. ff. de vulga. ibi improbum esse eum qui sollicitus esset de hæreditate viuentis. l. nec nos, in verb. perperam. C. de capt. vbi hæreditatem viuentis qui adierit turpissimè fecisse videtur, & tamen, ut eam adire possit, sufficit rumor, & multorum opinio existimantium illum, cuius de hæreditate agebatur, mortuum esse. d. §. quod dicitur, cum ibi not. per Glo. Bart. & alios communiter. Sic & in proposito, ut quis intelligatur esse in bona fide, sufficit rem cœpisse ab eo, qui putabatur dominus, vel reputabatur ius habuisse tradendi, licet is qui accepit non iniuste dubitare posset, an ille dominus esset. † Duodecimò facit ratio viua & peremptoria, nam, ut notatur communiter per Glof. & Doctores in leg. cum res, & in l. siue possidetis. C. de probationibus. dominium directum in rebus soli vix alio modo probare potest, quam per præscriptionem, nam si fundum emi abs te, tuque à Titio, Ti-

tiusque à Sempronio, Semproniusque à Mævio, adhuc etiam per interuentum istorum omnium totaque titulorum, non sequitur nec probatur necessariò me huius rei dominium assecutum fuisse, quod non apparet, nec potest apparere, an tu, qui mihi vendidisti, esses dominus, nec apparet, quod Titius, qui tibi prius vendiderat, dominus fuisset, nec apparet, quod Sempronius, qui Titio vendiderat, fuisset dominus, & sic de singulis, itaque etiam si per mille manus fundus ille ambulauerit, milliesque de persona in personam titulo venditionis, vel alio legitimo migrauerit, adhuc tñ non apparet quisnam huius fundi dominus factus fuerit, nisi per interuentum longi temporis cõtingat præscriptio, ideoque scitè dixit cõsultus in d. l. 1. ff. de vsuc. vsucapionem necessariam, ut dominia rerum non semper in incerto essent, & in l. fin. ff. pro suo, dixit cõsultus vsucapionem necessariam, ne lites propter dominiorum, & iurium incertitudinem essent immortales, & in l. cum notissimi, in fi. princip. C. de præscri. 30. ann. ait. dixit Iusti. præscriptionem esse necessariam, ne possessores rerum immortaliter penè timore tenerentur, cum per solam vsucapionem dominium rerum immobilium probari possit, ut diximus. nam mobilium rerum vsucapionem rarissimè contingere testatur Iustinianus in §. furtiuæ, ad finem. Instit. de vsuca. per rationem ibi expressam. Item iurium & actionum contingebat præscriptio iure ciuili sine bona fide. l. sicut. l. omnes. l. cum notissimi, cum l. seq. C. de præscripti. 30. annorum. tunc sic si cum agimus de præscriptione, quæ contingit cum bona fide, non est curandum de præscrip. rerum mobilium, quia illa raro contingit, non quoque de præscriptione iurium & actionum, quia illa de iure ciuili non exigebat bonam fidem, ergo superest ut hæc inspectio bonæ, vel malæ fidei, adhibenda sit regulariter, & potissimum in præscriptione rerum immobilium, quarum dominium vix probari potest aliter quam per præscriptionem, ergo si abs te emi, mihiq; tradidisti fundum, non iuste desinam dubitare, an me dominum feceris, & an illius fundi dominus esses, quãdoquidem te dominum fuisse mihi vix constare poterat, & hæc dubitatio nõ modò iusta & probabilis, verum etiam necessaria nobis videtur, & tam frequens & ordinaria, ut vix vllum emptorè alicuius fundi reperias, qui modò improvidus & inexpertus non sit, qui huius timoris & dubietatis ratione sibi non prouideat exigens longas cautiones de euictione, idoneosq; fideiussores, hypothecas, pœnarum promissiones, & similia, ergo scitè & prouidè iura nostra tam canonica, quam ciuilia, quæ retulimus ad interuentum bonæ fidei, in præscriptione nihil aliud desiderant, præter abscissum malæ fidei, & scientiam rei alienæ indubitata, aut verosimilem abesse, animaduertentes solam dubitationem

4.
Credulitas
sufficit ad eundem, cum cõmuni.

5.
Dominium
difficiliter
probat.

tationem emptoris nihil obesse, cum is non posset non dubitare, an qui ei tradebat dominus esset, hæc ergo dubietas vt impedimento sit præscriptioni etiam inchoandæ tantum qui dem obest, quod ausim verissimum dicere, nõquàm inchoari talem præscriptionem absque interuentu talis dubietatis, nisi cum emptor esset rerum humanarum ignarus, improvidus, iners, inexpertus, incautus, & hanc nostram opinionem tenuerunt Glo. in d. cap. vigilantia, & d. c. fin. de præscripti. & alij supra relati, sequitur & dicit communiter approbatam Abb. in d. c. fin. num. 40. Vnde deducuntur tres conclusiones secundum hanc communem opinionem, quam sequimur, contra superiorem communem conclusionem, quam improbamus. † Prima quod in materia præscriptionis non est medium inter bonam & malam fidem. Secunda quod dubietas nihil (si non sit supina) differt à bona fide. Tertia quod etiam talis dubietas non impedit (si nõ sit supina) inchoari talem præscriptionem etiam de iure canonico, nõ magis, quàm inchoatam perfici, quod sanè significauit d. ca. fin. de præscri. ibi, in nulla temporis parte rei habeat scientiam alienæ, sensus enim & proprietates illorum verborum est, quod ad præscriptionem sufficit abesse scientiam rei alienæ in prima temporis parte, non secus quàm in media, vel vltima parte temporis, sicque sufficere & prodesse ad inchoandam præscriptionem non secus, quàm ad prosequendam, vel perficiendam. deniq; si talis dubietas præscriptionem inchoari non impedit, apparet quod longè minus impedit inchoatam continuari, vt est communis opinio supra relata, licet quidam contrarium putauerint, pro nobis in principali conclusione est l. penu. C. de euictio. vbi apparet bonam aut malam fidem (cum sit res pendens ex animo nostro, qui soli Deo certo potest esse cognitus) solis indicij posse probari, non etiam alijs dilucidis probationibus, vnde hac in re ad verosimilia necessariò recurrendum est, & ad iuris decisiones huic rei proximiores, proxima autem est de ea de qua ind. l. cum quidam. §. quod dicitur. 1. & 2. ff. de acquir. hæred. cum ibi not. nam si is cuius de successione agitur re vera mortuus est, si id certò scio, eius hæreditatem adire possum, si ignoro, non possum, quòd si dubius sum, tunc si habui iustam causam credendi eum defunctum fuisse, adire possum, sin minus non possum, vt ibi: sic & in proposito emi fundum re vera alienum, si certò scio alienum esse, præscribere nõ possum, si venditum esse putauit, præscribere possum, & in re dubia ita putare licuit, fallit quando euidenter contrarium debui existimare, arg. d. §. quod dicitur, quod autem hæc euidentia adsit, alibi dixi.

7
Titulus in præscript. an requiratur positiuè

Denique † cum ad præscriptionem desiderantur possessio. l. 3. l. sine possessione. ff. de vsucap. c. sine possessione, de re. iur. in 6. l. vnic. C.

de vsuc. transf. & titul. l. clauibus. ff. de contrahen. empt. d. l. vnic. & in prin. Inst. de vsucap. is sanè titulus & verus esse regulariter debet, nõ tantum putatius. l. quod vulgo. ff. pro empt. l. fin. cum Gloss. C. pro donato. l. Celsus. ff. de vsucap. & legitimus esse debet, non autem illegitimus, aut legibus non approbatus. l. quem admodum. C. de agri. & censu. libro 11. cap. qui contra iura, de reg. iur. in 6. l. 2. C. pro emptor. l. 2. §. si à pupillo. ff. pro empt. l. nunquam. l. si fur. §. 1. ff. de vsuc. c. 2. §. contractus, de rebus eccle. non alie. l. fin. §. fin autem sub conditione. C. com. de lega. sicque is titulus positiuè desideratur, non enim sufficit quòd absit titulus improbatus, vt in exemplis supra memoratis, hoc est, cõtentis in dictis legibus, sed oportet quod positiuè interueniat titulus, vt patet in l. 2. 3. & per totum. ff. pro suo. nam si quis rem nullo iure, aut titulo occupasset, is sanè non præscribere, etiam si tam incautus ignarusque esset, vt putaret id sibi (contra legem nullo. C. de rei vend.) licere, & contra leges omnes supra allegatas, quia regulariter non sufficit ad præscribendam rem abscessus mali & improbi tituli, sed tituli legitimi interuentus positiuè desideratur, vt dd. ll. nisi in casibus specialibus. vt in l. si quis diuturno. ff. si seruitus vend. & similibus. Non sic est in bona fide quæ, vt satis iam docuimus, positiuè si non desideratur ad præscriptionem, sed tantum remotiuè, non enim necesse est quòd adsit bona fides, sed quòd absit mala fides. abscessus enim malæ fidei, & remotio sufficit, non autem bonæ fidei interuentus desideratur. ideoque dicitur per l. reconsultum in definitione vsucapionis, quòd causatur non à bona fide, sed à possessionis continuatione. d. l. 3. ff. de vsuc. † vnde in quibus casibus ignoranti acquiri possessio potest, & in quibus casibus furioso, & infanti citra ipsorum factum acquiritur, in eisdem si titulus positiuè re vera interfuit legitimus, cõtingere potest præscriptio, licet non sit hic vllus bonæ fidei interuentus, aut fidei malæ positiuè, cum ignorans non possit habere bonam, aut malam fidem. Vnde infertur veram esse illam cõmunem opinionem, quæ habet † quod in præscriptionibus, quæ titulum non desiderant, tunc bona fides orta etiam ex iniusta causa, & fatua, puta ex iuris errore, sufficeret ad præscribendum. Ita tenent Ant. & Imol. in ca. peruenit, per text. ibi, de empt. & venditio. Idem Imola in c. de quarta, & in c. fin. col. 4. de præscript. Paul. consil. 44. lib. 2. col. pen. Barth. in l. Celsus. colum. pen. vbi etiam Paul. ff. de vluc. Bald. in rep. d. l. Celsus. q. 4. est communis secundum Rubeum consil. 75. tenent Feli. in d. c. de quarta. numero 34. Couar. in c. possessor. de regul. iur. par. 2. §. 7. vnde cum præscriptio 30. annorum non requirat titulum. l. sicut, & leg. omnes. C. de præscriptio. 30. annorum, talis bona fides in ea sufficet. Nec obest l. cum quærebatur. C. vnde vi. nam respon. vt per Bar-

8
Furiosus, et infans possunt vsucapere.

9
Bona fides orta etiam ex iniusta causa sufficit ad præscri. cum communi, intellige de præscript. que titulum non exigit, ut est præscr. 30. annorum.

Barthol. ibi in fine vide c. 81. num. 8. quod intel-
ligitur procedere in errore iuris, neque assi-
stentis, neque resistentis, non sic si ius expres-
sum resisteret tali titulo, tunc enim cessaret præ-
scriptio ex defectu bonæ fidei, quasi tunc vel
non videatur bona fides interfuisse, vel ea vi-
deatur illegitima, & sic insufficientis, propterea
quod profecta sit ab errore iuris, quod illi con-
tractui resistebat. Ita Barthol. in l. sed & si lege.
§. scire. ff. de peti. hæred. Couarr. vbi supra. ver-
sicu. hæc autem secunda. Balb. in d. l. Celsus. 4.
not. post Abbatem in d. c. de quarta. colum. 2.
Felin. in d. cap. de quarta. num. 26. Paul. in d.
l. Celsus. Bart. in d. l. quemadmodum. Card. in
clemen. 1. §. si quis. q. 11. de reb. eccle. & sic hæc
est communis opinio, unde ex mente ipso-
rum si pupillus sine tutoris autoritate rem
alienam mihi venderet, licet re vera eam ipsi-
us pupilli esse crediderim, non solùm cessat
præscriptio ordinaria, iuxta l. 2. §. si à pupillo.
ff. pro emp. sed etiam præscriptio annorum,
quasi ex tam fatuo iuris præsumatur mala fi-
des. Vnde omnes hi, quos modò citauimus, si-
militer consentiunt, talem bonam fidem non
prodesse in præscriptione long. temp. quia ea
titulum requirit, & quando titulus requiri-
tur, bona fides profecta ex titulo & causa fa-
tua non sufficeret, nec haberetur pro bona fi-
de. Verùm licet passim omnes plerique no-
strorum vbiq; veluti notissimum iuris ele-
mentorum tradere soleant ad præscriptionem,
vel vsucapionem ordinariam tria requisita de-
siderari, scilicet possessio, titulus, & bona fi-
des, per iura supra allegata. tamen nos sumus
in hac sententia, & opinione, † vt sola diuti-
na possessio continuata, & iusta sufficiat ad ta-
lem præscriptionem, vel vsucapionem crean-
dam, perficiendam, consumandam, vt nõ ob-
scure ab Iureconsulto docemur, qui dum vsu-
capiõis definitionem traderet in leg. 3. ff. de
vsuca. ait, Vsucapio est acquisitio dominij per
cõtinuationem possessionis temporis. l. defi-
niti. perpende nullum verbum posuisse de ti-
tulo, aut bona fide, sed tantùm de continua &
diutina possessione, nam tituli interuentus
positiuè necessarius non est, patet, quia si pro-
curatori vel seruo mandauit, vt agrum emeret
mihi, hiq; se emisse mentiti, mihi agrum ip-
sum tradiderunt, eum potero vsucapere non
secus, quàm si reuera titulus verus interfuisset
& tñ hic nullus titulus interfuit, licet titulum
interfuisse putarem. text. in l. quod vulgo. ff.
pro empt. & ff. pro legato. l. pro legato. & l. si. &
ff. de vsucap. l. non solùm. §. quod vulgo. versi-
cul. idem hic. l. fin. ff. pro suo. licet enim regu-
lariter pro emptore possidere nequeat qui nõ
emit, & pro legato nequeat possidere, is cui le-
gatum non fuit. l. 2. & 3. ff. pro legato. d. l. fin.
ff. pro suo. d. l. quod vulgo, & d. l. non solùm. §.
quod vulgo. d. l. pro legato. & d. l. fin. ff. pro le-
gato. tamen id verum est, nisi iustam causam
habuit existimandi sibi legatum fuisse, vt dd.

legibus. iustam autem causam id existiman-
di habuisse videtur is, cui testamento legato re-
lictum fuit, quod postea fuit codicillis adem-
ptum. d. l. pro legato, & d. l. fin. ff. pro legato.
vel si nunciatum fuit legatario septem testes.
affuisse in testamento, cum pauciores interfui-
issent. Glo. in d. l. fin. vel sibi nunciatum fuit,
testamentum fuisse à testibus sigillatum, cum
non fuisset, secundum d. Glo. vel solenne erat
testamentum, sed apparuit iniustum fuisse
præteritione sui hæredis, vt d. Glo. in omni-
bus his casibus, & similibus in d. Glo. ad nota-
tis defectus tituli non nocet, quando, qui præ-
scribit, habuit iustam causam putandi se iure
possidere, titulumq; possidendi habere. Ita-
que aut fuit iusta causa existimandi, aut fuit
iniusta, aut fuit media, si fuit iusta, procedit
vsucapio, vt dictis legibus, maximè in d. l. pro
legato, ibi, subest iusta causa, & d. l. si. ff. pro le-
gato. d. l. quid vulgo ibi, si nullam iustam cau-
sam. d. l. non solùm. §. quod vulgo, ibi, si nul-
lam iustam causam, quod si interfuit causa in-
iusta, fatua, & supina, siue ille procederet ex
errore facti, cessaret vsucapio. l. 2. & 3. ff. pro le-
gato, siue etiam ex errore iuris. l. nunquam in
vsucapionibus. ff. de vsuca. l. si fur. §. 1. eod. titu.
quod si nec nimis iusta fuit errandi causa, nec
nimis iniusta, sed media, puta quia fuit tole-
rabilis, adhuc continget vsucapio, dict. l. fi-
na. ff. pro suo, ibi, tolerabilis error. similis di-
stinctio fit inter culpam latam, leuem, & le-
uissimam. in Glo. §. præterea. vbi per Doctõ.
Inst. quibus modis recontrahe. obligatio.
quæ omnia maxima ex parte pendet ex arbi-
trio, & prudenti iudicis æstimatione, & censu-
ra, stat ergo ex sola possessionis diuturnæ con-
tinue contingere vsucapionem ordina-
riã, nisi per interuentum malæ fidei excludatur
aut impediatur. Horum ratio est, quia vt per
traditionem quæritur rerum dominium, quando
dominus rem suam tradebat eo animo, vt à se
& dominium abscederet, & in accipientem
transuolaret. §. per traditionem. Inst. de rerum
diui. l. traditionibus. C. de pact. ita quoq; per
traditionem factam, & acceptam eo animo,
vt dominium à tradente in accipientem mi-
graret, transfertur dominium non statim, sed
post longam continuamq; possessionem,
quando tradens dominus non erat, nec ius
transferendi dominium habebat, licet accipi-
ens existimaret quod habebat ius, & potesta-
tem dominij transferendi. l. clauibus. ff. de con-
trahe. emp. & cum olim dominium ex natura-
li possessione cõpisset. l. 1. in princ. ff. de acqui.
possess. quod in rebus quæ ad alium iure do-
minij pertinent contingere non potest, nisi
per domini concessionem. l. nunquam nuda.
ff. de acqui. rerum dominio. d. l. traditionib.
l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. hoc limita-
tur nisi adsit vsucapio, vt si possessioni acce-
dat, & causa possidendi tolerabilis, & non in-
iusta, & temporis diuturnitas, isthæc tantun-
dem

10
Tit. in præsc.
vel vsucapio
ne an requi-
ratur noua
traditio.

dem importent, & iuant acquisitionem dominij, quantum ipsius domini concessio per rationes, quæ referuntur à Iureconsultis in l. i. ff. de vsuc. & in l. fin. ff. pro suo, & in l. cum notissimi. ad prin. C. de præscri. 30. ann. ergo licet regulariter ad dominij translationem titulus exigatur. d. l. nunquam nuda. d. §. per traditionem. d. l. id quod nostrum. tamen id procedit quando agitur vt transferatur dominium sine temporis interuallo, sed per solam ipsam traditionem, quale est cum dominus rem tradit. accum quæritur, an post longam temporis possessionis que continuationem dominium quæri possit citra tituli interuentum, tunc si indubitatum posse per leges, & rationes memoratas. nã tunc tituli accessus, & interuentus non exigitur, nisi ad iustificationem possessionis. cum enim, vt diximus, hæc diuturna possessio, vel iusta esse debeat vel saltem non iniusta, à communiter accidentibus ac plerunque titulum & causam possidendi exigimus, ne iniuste & perperam possidentibus tale compendium cõtingat, per quod ad delinquendũ inuidentur. sicque titulus præscripti. non est necessarius propter se, sed propter aliud, ad iustificandam, s. possessionem, vnde in quibus casibus sine titulo iusta possessio inueniri potest, in illis vsucapio sine titulo procedit. d. l. quod vulgo. ff. pro emp. d. l. non solũ. §. quod vulgo. ff. de vsucap. d. l. pro legata. d. l. si. ff. pro legato. In quibus iuribus, † & in d. l. si. ff. pro suo. titulus erat vel falsus, vel inutilis, illegitimus, vel etiam tantum putatiuus, & si nullus, vt §. fin. Institu. quibus mod. testamen. in firm. plenè per Tiraquell. dum latè in tract. retract. lignarier. §. 1. Glo. 20. num. 11. probat quod falsus denarius non est denarius, falsus testis nõ est testis, falsum instrumentum non est instrumentum, falsus iudex nõ est iudex, falsus modius non est modius, & similia. Nam falsum quod est, nihil est, & nos alibi diximus, in libro secundo. §. 17. num. 65. de success. crea. Idem bona fides non desideratur positiuè, sed sufficit quod priuatiuè, negatiuè que absit mala fides, quod contingit cum datur ignorantia rei alinã. d. e. fin. de præscri. d. c. si virgo. d. c. vigilantia, bonus rex. ff. de publ. l. traditionem. in verbo, sciens iuncto verb. ignorasse, vbi sensus est quod ad vsucapionem, vel quod ad publicianam actionem concedendam, vel denegandam, malæ fidei possessorem intelligi, qui sciat rem esse alienam, & per contrarium bonæ fidei possessorem, qui alienam ignorat, nec dubium est quin in hac materia, & similibus, dubius ignorantia exequetur. l. fina. C. de cond. indebi. si sit tolerabilis, & nõ iniusta dubietas. d. l. si. ff. pro suo, cum alijs supra allegatis. sit ergo fixum indubitatumq; præceptum, vt bonæ fidei interuentus positiuè ad præscriptionem non desideretur necessariò, sed quod malæ fidei abscessus, ac defectus sufficit, & quod similiter tit. non est necessarius, licet ple-

11
Falsum quod est, nil est.

runque & prout plurimum utilis sit ad certiorum possessionis iustificationem, & ita sunt intelligenda iura quæ in hac materia loquuntur de titulo, aut bona fide. Quid enim iuuat dicere bonam fidem positiuè interuenire debere in vsucapienda re etiam à principio, cum vt ostendimus, nullus modò prouidus, & prudens, seu expertus rerum, possit non dubitare an tradentis esset res illa iure dominij, an nõ, cum tradentis fuisse rem illam certò scire vix ullus possit, ergo etiam si ipse possessor, qui vsucapere contendit, fateatur hac in re dubitasse, sed tempore primo, quo sibi res tradebatur, & quo vsucapio inchoabatur, adhuc non desinet vsucapere, si ex causa non nimis iniusta, sed tolerabili rem accipit, quòd si per contrarium firmasset se certò scisse, firmis si neque se securum, & incautum existimasse, rem traditam fuisse tradentis, adhuc non continget vsucapio, si causam ita existimandi habuit iniustam & intolerabilem. ergo eius assertioni, & declarationi cum minimè standum sit, & veritas huius rei in rerum natura incerta sit, vt apud solum Deum satis certa esse possit, super est vt illud solum sit inspiciendũ, vtrum ille initio rem acceperit ex causa tolerabili, an ex intolerabili, iusta, an iniusta, vt si iusta & tolerabilis sit, profit ad vsucapionem, siue ipse vt prudens, prouidus, & expertus dubitasset de iure tradentis, siue vt ignarus, & supinus, ac incautus animo suo nihil conceperit suspicionis, aut dubitationis, ne aut in curia profit, aut diligentia, & prouidentia noceat, confirmatur, nam aut emptor certò sciebat rem esse vendentis, & tradentis, & ilico fit dominus, sicque cessat præscriptio. l. sequitur. §. lana. ff. de vsucap. aut certò sciebat esse alienam, & nullo tempore præscribit. c. si. de præscri. c. possessor. de regu. iur. aut neutrum certò sciebat, sed dubius erat, & locus est præscriptioni. Ergo nullo alio casu præscriptioni locus est, nisi cum emptor de vero dominio incertus est.

Hinc † primò infertur veram non esse opinionem Barthol. quem ibi reliqui simpliciter sequuntur in l. sed & si lege. §. scire. ff. de peti. hæred. dum ait, ad vsucapionem bonæ fidei interuentum desiderari etiam positiuè quod suspectum sanè est, cum, vt iam ediximus, etiam si is, qui accipit, animo suo ab ipso initio traditionis dubitare cõpisset de iure tradentis, adhuc vsucapere posset, non secus, quã si securus, & incautus nihil mali supicaretur. Cum enim mera accipientis ignorantia rei alienæ sufficiat, ignorantia autem nihil sit positiuè, sed sit denegatio, & priuatio scientiæ, superest vt talis bona fides non possit videri positiuè desiderari quis, Bartho. sequitur Couar. in c. possessor. par. 2. §. 7. de re. iur. in 6.

Hinc † etiam patebit, an vera sit illa communis opinio supra relata, quæ habet in præscriptione ordinaria, quæ titulum desiderat,

12
Bona fides ad vsuc. vel præscrip. positiuè non desideratur, contra Doct.

13
Error iuris an impediatur præscri. long. temp. cum cõmuni.

i erran-

errantem in iure circa hunc titulum, vel causam possidendi non iuari, nec bonam fidem profectam ab illa ignorantia non laudabili sibi prodesse quicquam, non magis, quam si legalium traditionum gnarus, & conscius esset, perque hoc malam fidem haberet, veluti si ex testamento, quod vno tantum teste nitebatur, rem mihi legatam accepi bona fide, quia tale testamentum etiam cum vno tantum teste valere putabam, vel non erat à testibus sigillatum, & id non obesse eius validitati, & firmitati putabam, vel ademptum erat legatum in codicillis, quod non obesse putabam, existimans semel testamento datum non posse codicillis adimi. His enim casibus, & similibus vera est communis opinio, quæ vsucapionem cessare edocuit in vsucapione ordinaria, quæ præter diuturnæ possessionis continuationem desiderat iustam causam possidendi, vel saltem tolerabilem, vt ll. supra allegatis. Causa enim descendens ab errore iuris, non iusta, non tolerabilis videtur, vt dd. ll. tum ne iuris ignarus melioris sit conditionis, quam iure peritus, contra l. leges sacratissimæ, de legibus. & ff. de origine iuris. l. 2. §. penul. ante medi. tum quodd legum traditiones iustissimæ sunt, & præsumuntur. l. 1. ff. de iust. & iur. l. 1. & 2. ff. de legib. c. erit autem lex. 4. dist. plenè per Tiraq. de vtroque retract. in præfatione, nu. 75. cum enim lex iustissimè statuerit propter vitandas falsitates ne quicquam aliquis ex testamento minus solenni capere possit. l. fin. C. de fideicom. §. fin. Instit. de fidei. hære. iniquum esset, vt res aliena testamento relicta à me per interuentum vsucapionis acquiri posset, cum etià si testator dominus eius rei foret, ex tali testamento per traditionem ipsam non acquireretur. l. nunquam nuda. ff. de acquir. rerum dominio. sicque obstat regula. l. clauibus. ff. de contrahen. emp.

14

*Error iuris nõ
impedit præ-
scrip. 30. anno-
rum de iure
ciuili, & quid
de iure cano-
nico.*

Infertur etiam † an vera sit ea communis opin. quam supra retulimus, quæ habet, quodd talis error iuris vtunque illaudabilis non impediret præscriptionem 30. annorum, per l. sicut. l. omnes. l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. annorum. quia ibi iustus titulus, & causa non desideratur, quinimò sola continuatio possessionis tricenalis, etiam si iusta non sit, vel iusta ex causa pfecta, sufficit de per se, quasi ipsum tempus longissimum pro iusta causa sit, quod verissimum est de iure ciuili, nec per hoc eo iure inspecto melioris conditionis est iuris ignarus, quam iuris peritus. nam & si is iuris peritus foret, & per hoc malam fidem præsumptam haberet, adhuc quidem de iure ciuili vsucapio 30. annorum procederet, vt dictis legibus.

Quid autem de iure canonico? & ad hoc idem, vt dato eo iuris errore contingat vsucapio, secundum eandem communem opinio. quæ tamen non procederet in eo qui esset iuris peritus, & haberet ab initio possessionis

scientiam rei alienæ. & sic isto casu de iure canonico melioris conditionis erit iuris ignarus quam iuris peritus, nam si ponas legatum mi testamento relictum, quod postea fuit codicillis ademptum quod ipse non ignorabam, sed putabam non posse codicillis adimi, sicque mihi traditum triginta annis possedi, certè præscribam tam de iure ciuili, quam canonico, quia longissimum tempus pro iusta causa & titulo est. At si iuris peritus forem, sicque scire q. ademptum fuerat, perinde esse, ac si, ne datum re vera foret, sicque me alienum possidere, tunc sane & si de iure ciuili adhuc præscribere possem, vt dd. ll. quia longissimum tempus pro causa & titulo est, tamen non potero præscribere de iure canonico, quia scientia rei alienæ non potuit purgari eo iure inspecto per interuentum longissimi temporis, quinimò tantum abest, vt purgetur, q. potius vitium illud malæ fidei eo iure inspecto videtur augeri, & ratio differentie interius canonicum & ciuile ea est, q. iure ciuili per interuentum longissimi temporis vitium scientie rei alienæ vel purgatur, vel toleratur, sed de iure canonico tantum abest, vt videatur purgari vel tolerari, quod potius videtur augeri, ergo interius canonicum & ciuile nulla differentia erit, quando eram in bona fide profecta ex errore iuris, siue simus in vsucapione ordinaria, siue etiam in vsucapione 30. annorum vel quadraginta, q. si eram in mala fide, similiter non est differentia in vsucapione ordinaria, quia vtroque iure cessat, sed in vsuc. 30. vel 40. annorū est differentia, quia procedebat de iure ciuili, nõ sic de iure canonico. Sed an tale ius ciuile sit in hoc correctum? & quid in quibusdam casibus correctum videri potest, in quibusdam verò non vtiq; secundum distinctionem quam supra tradidimus in ca. incip. actio personalis. Nam si ponas legatum mihi testa. relictum postea fuisse eodicillis ademptum, cuius rei conscij eramus in iure & in facto tam legatarius quam hæres, & nihilominus hanc rem legatam cœpi, & triginta annis possedi, sciente & patiente hærede, tunc, si ipse hæres vel alter de voluntate ipsius tradidit, nõ vsucapiã, sed ab initio dominus videor factus. l. cuius per errore. ff. de reg. iur. q. si propria auctoritate cœpi, & postea accessit hæredis voluntas expressa, ab eo tempore dominium videor cõsequi, & cessat vsucapio. l. si fur, in princ. ff. de vsucap. Institur. de rerum diui. §. penul. & fin. quodd si accessit voluntas tacita, idem eadem ratione, si modò ea voluntas probetur. l. cum quid. ff. si cert. per. quodd si constat de scientia hæredis, & dissimulatione, incertum tamen si an velit rem suam pro derelicto haberi, aut mihi veluti concessam ac donatam esse, tunc per lapsum longi temporis fortè concessa videbitur, vt per tradita à lafone in l. 1. columna fina. C. de seru. fug. Gloss. & Paulus in leg. si de eod. §. prim. ff. de acquir. possess. lafone in leg. naturaliter. §. nihil commune. numero 84. ff. eod.

ff. eod. titu. ergo etiam tunc cessat præscriptio, cum dominij acquisitio magis per dominij cōcessionem quam per vsucapionē contigisse videatur, quod si prætereant triginta anni, tūc vel quasi vsucapum videtur, vel acquisitum domini voluntate de iure ciuili. dicta leg. sicut. d. l. omnes. d. l. cum notissimi. non sic fortè de iure canonico. d. c. vigilanti. cap. fin. de præscript. nisi ea iura data scientia & patientia domini cessare dixeris, quod magis est, vt alibi diximus, & supra c. 1. incip. actio personalis. ergo aut vterque sciebat alienum possideri, aut vterque ignorabat, aut dominus solus sciebat, aut solus legatarius sciebat, non autem hæres idemque dominus, & quidem si vterque sciebat, contingere videtur dominij acquisitio, nō tam ex præscriptione, quam ex domini tacita & præsumpta vel concessione, vel abiectione, qui enim rem suam ab alio nullo iure possideri sciebat, & per tantum tempus possideri passus est, & dissimulauit, videbitur rem suam vel quasi abiecisse, parui pendisse, neglexisse, pro derelicto habuisse, vel concessisse, & quasi possessori donatam voluisse. l. 1. & 2. ff. pro derelicto. Glo. d. l. si de eo. §. 1. laf. in d. num. 84. Idem laf. in d. colum. fin. quod si vterque ignorabat alienum possideri, tunc sanè vtroque iure contingit præscript. per annos triginta, etiam si in iure erratum esset. d. l. sicut. d. l. omnes. d. l. cum notissimi. quod si alienum possideri solus hæres idemque dominus sciebat, legatarius verò inscius iuris ignorabat, tunc longo tempore nō contingit vsucapio, nec etiā longissimo, quia legatario continget dominij acquisitio magis eo quod dominus rem suam vel abiecisse vel concessisse videatur, quam quod ex possessione illa non iustificata contingat vsucapi. quod si solus legatarius alienum possideri sciebat, hæres autem per ignorantiam siue iuris siue facti putabat iure rem illam possideri à legatario, tunc non potest videri consensisse, aut concessisse. l. per errorem. ff. de iur. omn. iudi. sicque tunc longi temporis vsucapio cessat, quia causa possidendi non iusta erat. vt dictis ll. longissimo autem tempore vsucapio contingere inspecto iure ciuili. d. l. sicut, cum sim. non sic inspecto iure canonico. dict. cap. vigilanti, & cap. final. de præscript. quod ius hoc casu seruandum etiam est in foro seculari, quia tūc cessat dominij acquisitio quasi ex domini abiectione, aut concessione, quia qui ignorat suum ab alio possideri per ignorantiam siue iuris, siue facti, non potest videri rem suam abiecisse, aut pro derelicto habuisse, & longè minus donatam voluisse, non quoque contingit dominij acquisitio quasi per vsucapionem, quia per longissimi temporis interuentum non purgabitur, sed potius augetur vitium malæ fidei de iure canonico, vt dictis iuribus, quæ nota, quia nullus vnquam sic declarauit, & istorum membro-

rum quædam sunt ex mente, quædam contra mentem communis opinionis. Infertur etiam, † quod si triginta annis possiderem ex causa non iusta, vel titulo non iusto, quam tamen causam iustam putabam per errorem iuris resistentis non tantum non assistentis, an possim præscribere? & videtur communis opinio, vt præscribi nō possit, licet in hac præscriptione titulos non requiratur. Ita Balb. in leg. Celsus. 4. not. de vsucapio. allegat Abb. in c. de quarta. colum. 2. de præscri. Felinus ibi, num. 26. Paul. in d. l. Celsus. Cardinalis in Clem. 1. de reb. ecclesi. §. si quis. q. 11. Barthol. in l. quem admodum. C. de agri. & censu. lib. 11. Idem in l. sed & si. §. scire. ff. de pet. hæred. licet non satis declararet sese Couar. in d. c. possessor. de regu. iur. par. 2. §. 7. vers. hæc autem secunda conclusio, ius autem resistere videtur secundum eandem communem conclusionem in terminis. d. l. quem admodum, & in c. qui contra, de regu. iur. in 6. & in l. fin. §. fin autem sub conditione. C. commu. de lega. & iterum Felinus nume. 35. in d. c. de quarta, qui plures allegat hanc opin. tenentes.

Sed sanè verius est, hoc casu præscriptionem contingere 30. ann. vel 40. per generalitatem. dict. l. sicut, dict. l. omnes. dict. l. cum notissimi. d. l. si quis emptionis. C. de præscri. 30. annorum, nam cum tale tempus longissimum pro legitima causa possidendi sit, vt dd. l. & vt vsucapio contingat, nihil aliud exigatur præter continuationem possessionis temporis lege definiti. l. 3. ff. de vsucap. dum modo possessio sit nō intolerabilis & omnino iniusta. d. l. fin. ff. pro suo. l. quod vulgo. ff. pro emptore. l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsuca. l. pro legato. l. fin. ff. pro legato, & alia iura supra allegata, præsertim dum aiunt & mentionem faciunt de causa possidendi non iniusta, aut intolerabili, sanè illud vitium quod causa possidendi esset non iusta purgatur per longissimi temporis interuentum, & accessionem per d. l. sicut, cum sim. licet non purgaretur per interuentum longissimi temporis per d. l. quod vulgo, cum simil. nec inuenies legem facientem differentiam vtrum lex resistat, vel non assistat quo ad hanc materiam, quinimmo d. l. sicut, cum conc. etiam quando lege resistente res possideretur, potest & debet intelligi, nam quando lege permittente res possideretur, tunc etiam longo tempore contingeret vsucapio. Infertur suspectam esse opinionem disertissimi Didaci Couar. meritisimi episcopi aut Rod. is enim in cap. possessor, de regu. iur. part. 2. §. 7. num. 7. vers. sicu. 3. hinc patet, qui tenuit † errantē in iure non videri esse in bona fide, & consequenter non posse præscribere etiā per annos 30. licet in tali præscriptione titulus regulariter non exigatur, vt in l. sicut. l. omnes. C. de præsc. 30. annorū, mouetur ex doctrina Bart. in l. sed & si lege. §. scire. ff. de peti. hæred. vbi Bart. voluit errantem in iure, quod alicui

15
Error iuris etiam resistentis non impedit præscri. 30. annorum, ar. dua q.

16
Errans in iure est in bona fide, contra Doct. & ideo præscribit 30. annis, contra eisdem.

alicui actui resistit, neque esse in bona, neque in mala fide, quod & sentit Felinus num 31. in cap. de quarta, de præscriptio. post alios, quos ipsi allegant.

Sed id apud nos semper suspectum fuit, in primis errantem in iure utcumque resistentem, non potest non habere bonam fidem, quod probatur lege & ratione, nam text. in cap. 1. de præscript. in 6. ait, me possedisse decimas, quæ de iure pertinebant ad Ecclesiam quandam, iuxta text. in ca. ad decimas, de resti. spoliatorum. ca. dudum, & ferè per totum de decimis, & quia titulum allegatum probare non potui, cessasse illam decimarum præscriptionem etiam per annos 30. vel 40. quia iuris præsumptio erat contra me, & iuris communis dispositus, adhuc tamen ponit pro constanti me bonam fidem habuisse, ut ibi exprimitur in verbis primæ partis, & rursus in verbis secundæ partis, ergo palam est, quod errans in iure, qui possidebat decimas illas, quas iure resistente possidere non poterat, licet si tamen iuridicè & legitimè se possidere putabat, licet per ignorantiam iuris etiam resistentis non possit, adhuc tamen dicitur habere bonam fidem neque ad rem pertinuit, quod ibi denegetur præscriptio, quia illa non cessauit ex defectu bonæ fidei, sed ex defectu tituli, qui ultra bonam fidem ibi desideratur. nam ubi plura copulatiuè desiderantur, non sufficit vnum, vel quædam adesse, sed omnia simul concurrere oportet. l. si hæredi plures. ff. de condi. in situ. Ad idem & secundò est text. in l. bonæ fidei. ff. de acquiren. rerum dominio. probatur ratione, nam in bona fide est, qui non habet scientiam rei alienæ, ca. si. de præscrip. c. si virgo. 34. quæstio. 2. facit l. si per errorem. ff. de iuri. omn. iudic. nec qua ex causa error descendat inuenies legem vllam distinguentem quò ad denegandam bonam fidem. Facit optimè dict. lex, sed & si. §. scire.

Stat ergo errantem in iure utcumque resistente non desinere habere bonam fidem, † sed an is præscribere possit per cursum 30. aut 40. annorum, & Couarr. ubi supra, negat, nos contra ut præscribere possit, nam licet is per longum tempus decem vel viginti annorum præscribere non posset, quia in tali præscriptione ordinaria desideratur iusta causa, vel titulus possidendi, ultra ipsam possessionem, & bon. fid. ut in l. vnica. C. de vsucapio. trans. leg. nunquam, in vsucapionibus. ff. de vsucap. in princip. Institutio. eod. iustam autem causam aut titulum habuisse non videtur, qui à pupillo sine tutoris autoritate in scius iuris emit. d. l. nunquam. l. 2. §. si à pupillo. cum §. seq. ff. pro empt. l. quod vulgo, eod. l. fina. ff. pro suo. tamen id procedit in præscriptione ordinaria, non sic in præscriptione 30. aut 40. annorum, in qua titulus desideratur. l. sicut. l. omnes. l. si quis emptionis. l. cum notissimi. C. de præscr. 30. annorum. ergo si interfuit titulus utcum-

que inutilis, & à iure etiam resistente improbatum, non euanuit aut cessauit præscriptio, quia interuentus illius rei, quæ abundabat, & necessaria non erat, non nocet. l. vni. in pri. C. de rei vxó. actio. nec vllus, modò sanus, negabit, quin fauorabilior esse debeat, qui titulum licet à iure improbatum, quem legitimum putabat, habebat, quàm si nullum omnino titulum haberet, neque huic rei iustè opponit Bart. in d. §. scire. is enim in præscriptione tantum ordinaria loqui intelligendus est, non in præscriptione triginta annorum. Nec me mouet text. in c. vigilanti, & c. fin. de præscript. nam ibi loquitur, ubi erat mala fides certa, hic autem nec est (ut docuimus) mala fides certa, nec etiam præsumpta, quia ponimus pro constanti contrarium. Quid. n. si esset minor, quid si rusticus, quid si mulier, vel alij in quibus iuris ignorantia toleratur, cessabit certè in eis sinistra suspicio, de qua in l. quemadmodum. C. de agric. & cens. lib. 11. & c. qui contra. de regu. iur. lib. 6. ergo si hi triginta annis cum titulo illegitimo possederunt, præscribunt de iure ciuili, d. l. sicut. d. l. omnes. quòd si dominus excipiat, id ius seruandum non esse de iure canonico propter præsumptum peccatum malæ fidei, replicabo in alijs fortè personis id peccatum præsumi, in istis verò non posse, iuxta Gloss. communiter approbatam in l. ubi exigitur. ff. de in ius vocand. & magis est in neutris præsumi, ut dixi supra cap. primo. & c. incip. possidebas seruum.

Infertur etiam quod dum Bart. in d. §. scire, tenuit eum qui errabat in iure quod neque assistit, neque resistit, non habere bonam, nec malam fidem, errat sanè, nam semper dicitur habere bonam fidem, licet ea bona fides citra iusti tituli interuentum ad præscr. ordinariam non sufficiat, quæ tamen sufficeret ad præscriptionem 30. aut 40. annorum, vnde cauendum est ab ipso episcopo ciuit. Rode. viro apprimè discreto, qui Bartho. opinionem sequitur, ex parte, ut supra dixi.

Infertur suspectum esse quod ibidem in versic. secundo ab his. idem disertissimus episcopus ait, quatenus vult ubi ius resistit, tunc ex errore iuris oriri malam fidem, non quò ad factum, sed quò ad iuris effectum, & sic inducere peccatum, sed sanè dum ait quò ad factum esse bonam fidem verum est. leg. bonæ fidei. §. primo. ff. de acqui. rerum dominio, quòd verò subdit quò ad iuris effectum videri malam fidem, errat, ut patet ex superioribus, errat similiter dum ait inde sequi peccatum certum & indubitatum, nam fat malè ageretur cum humano genere, si leges resistentes earum in scios & ignaros ad peccatum obligaretur, quod longè ab earum intentione alienum est, cum leges positivæ ad res humanas rectè componendas, non ad vitam æternam pertineant, ut differuimus in tracta. de success. crea. par. 1. Ad leg. leges sacratissimæ.

C. de

17
Bo. fid. possessor quis dicatur

18
Erras in iure etiam resistentes præscr. 30. annis, contra Doct.

19
Leges resistentes an obligent nos ad peccatum contra nouiss.

C. de legib. respon. procedere in præsumptione, nos loquimur in casu certo, sicque excluditur legis præsumpcio. l. cōtinuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig.

20
*Legis resisten-
tu transgres-
sor an morta-
liter peccet
doc.*

Vnde † subinfertur longè suspectum esse & perniciosum, quod ab ipso disertissimo epi scopo ibidem versic. tertium huic asseueratum fuit, nempe peccasse qui actum agit contra legis præcepta, quod est contra mentem totius iuris ciuilis, & contra ea quæ tradunt Barthol. & omnes in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. obligat. l. 1. & omnes in l. contra iuris ciuilis regulas. ff. de pact. in quibus locis taliter contrahens, vel testans, vel codicillans, vel aliud quicquam contra legum præcepta agens nihil egisse regulatiter videtur, nec in alio punitur, nisi citemus in delictis, vel quasi, de quo per totum Instit. de oblig. quæ ex quasi delicto nascuntur, & alibi dixi, præsertim supra libro primo, cap. 29. num. 18.

21
*Error iurii
difficilimi
prodest ad v-
sucapio. longi.
temp. cū loa.
Medina, con-
tra nouissi.*

Infertur secundum nouissi. etiam suspectū esse, quod Ioann. Medina in contractibus. q. 17. tentauit † dum scribit eum qui errauit in iure, sicque bonam fidem habebat, licet ea ex causa non legitima orta esset, posse vlcipere, si ea bona fides sit inuincibilis, & ille iuris error sit inuincibilis, quid enim si in materia legis Gallus. ff. de lib. & posth. quis errauit, is sanè error tolerabilis est, ergo non punibilis, vt in l. si. ff. pro suo. Gloss. in pri. Inst. de obli. quæ quasi ex delicto nascuntur. verum ipse Couarr. vbi supra, huius sententiam firmat in primis esse contra communem sententiam vtriusque iuris professorum, deinde ait indubitatum esse legem humanam potuisse beneficium vsucapionis denegare illi qui esset in bona fide, etiam si descenderet ab iuris errore inculpato, & consequenter dominij acquisitionem abnegare, abnegatumque non posse detineri rem alienam ab illo qui possidebat eam, neque in foro contentioso, neque in foro conscientie, & subijcio exemplum tale, Emi abs te fundum alienum, quem tuum esse putabam, in hoc contractu de scriptura mentio facta fuit, tradidisti mihi illum fundum, nec tamen postea illa scriptura fuit confecta, vnde incidimus in illam questionem vehementer controuersam, de qua per Glo. & omnes in princ. Instit. de empt. & vendi. an ea venditio nulla fuerit per defectum scripturæ illius, de qua ab contrahentibus mentio facta fuerat, fundum illum sic traditum longo tempore possedi, quem tamen in foro exteriori, secundum communem opinionem non possem vsucapere, at in foro conscientie possem ex sententia d. Ioan. Medin. quod negat eruditissimus episcopus Couarru. & sanè posito pro constanti nō valuisse illum contractum, verissima est secundum quosdam opinio Couarr. contra Medinam, quid enim iuuat tuam bonam fidem vt mihi res mea auferatur, & cum beneficium vsucapionis lege humana,

non naturali, aut diuina, inductum sit, quis vetat denegari posse per eandem legem humanam. l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. c. omnis res, de regu. iur. † sed duxerim non abnegamus legem potuisse si vellet hoc beneficium auferre, sed negamus auferre noluisse id beneficium ei, qui in iure inculpabiliter errauit. quemadmodum si in facto errauit non abnegat ei beneficium vsucapionis, quando tale factum inculpabiliter ignorabatur ab eo, qui præscribere se dicebat. leg. quid vulgo. ff. pro emp. l. fin. ff. pro suo. l. pro emp. l. fin. ff. pro legato. nam leges hac de re loquentes ideo faciunt differentiam inter errorem iuris & facti, qui errans in iure non intelligitur habuisse iustam causam, aut occasionem errandi, errans autem in facto iustam & inculpata[m] errandi occasionem habuit à plerunque, & communiter, passimque accidentibus, lex ergo positua ei subuentum voluit, qui esset in rei alienæ diutina continuaque possessione, quam suam esse putabat inculpabiliter, non sic si culpabiliter suam esse putasset. ergo cum queritur an diutina eademque continua possessio possessori præbuerit dominium rei possessæ cum lésione domini, non tam querendum aut distinguendum est, vtrum possessor errauerit in facto, an verò in iure, quam vtrum possessor culpabiliter, an inculpabiliter rem possessam suam esse putasset, vt si inculpabiliter suam rem illam fecisse vsucapione videatur, sin verò culpabiliter nō vtique, quod verissimum est, probaturque expressim in dict. l. quod vulgo. in verbo, si nullam iustam causam. & in dict. l. fina. ff. pro suo, in verb. tolerabilis, & verbo, error, &c. & in dict. l. non solùm. §. quod vulgo. ff. de vsucap. verb. si nullam iustam causam, & in dict. l. pro legato, ibi, subest iusta. ff. pro legato, & in c. 1. de præscrip. in 6. in verb. causam. & hoc est quod Iureconsultus sensisse videtur in l. fina. ff. pro legato, dum ait post magnas varietates obtinuisse. Quæ omnia iura, vt vides, non tam inter errorem iuris & facti differentiam facere voluerunt, quam inter culpata[m] aut inculpata[m] occasionem, & initium possidendi, ideoque semper querunt, an habuerit possessor iustam causam, aut occasionem inchoandi possessionem, & apprehendendi, vt tunc vsucapere possit, sin autem non habuerit, tunc minimè possit, & cum lex sit non solùm quod verbis legis expressim comprehensum est, sed etiam illud quod mente tacita legislator comprehendit & intellexit. l. ita stipulatus. versic. Sabinus, ibi, ex mente, vbi Paulus, Iason, & alij. ff. de verbo. obli. l. fin. ff. de hæred. institu. vnde contra legem facit, qui verba legis complexus, contra legis nititur voluntatem, vt per text. in leg. fraus. ff. de legibus. quinimò lex est non solùm quod legislator verbis expressis aut mente tacita comprehendit, sed etiam illud quod nec verbis, nec mente comprehendit (quia non meminit

22
*Error iurii
error facti in
præscri. vsuc.
nil differunt
data paritate
terminorum,
nou. opini. &
contra mentem
omnium ferè*

minit de casu quo de agitur) si tamen verosimile est ita responsurum legislatorem, si de tali casu meminerat, & agitaret text. egregius in l. 3. C. de in officio. testamen. text. elegans. in l. fin. ff. de hær. insti. Gloss. communiter ibi appro. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. plenè per Tiraquell. in l. si vnquam. C. de reuoc. dona. per las. in l. de quibus. ff. de legibus. Idem las. in l. quamuis. C. de fideicom. Idem las. in l. de quibus. num. 14. ff. de legib. Idem las. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pac. supra alle. Andr. Tiraquell. de cau. cess. par. 1. Idem in simili in præfa. tract. de retract. nu. 75. cum multis sequen. ergo in specie proposita quis abnegabit quin sit tuendus in re illa quam diu possedit is qui non putauit emptionem illam necessariò exigere scripturam, ob id quod de scriptura contrahentes mentionem fecissent, cum hac in re sit ingens inter iuris possessores contentio. si ergo is habuit inculpatam causam & occasionem putandi illum contractum valuisse, & consequenter existimandi se rem illam rectè & ritè emisse, & possedisse, potuit se tueri, & protegere omnibus illis legib. supra allegatis, quæ aiunt causam tantum inculpatam desiderari. & præterea poterit se tueri mente & sententia legislatorum, qui in omnibus alijs legibus huius fuerunt intentionis, vt si is habuit causam inculpatam rem illam accipiendi, ei que possessionis apprehendendi eam possit vsucapere si hac de re interrogatus fuisset, licet illud verbis non expressent, nec etiam intentione affectus fuerit, quia de eo non meminit, quinimò vix est vt in iure errasse videatur is, qui in re, quæ inter iuris professores controuersa est. ita vt in varias sententias discedant, & scindantur, alteram partem elegit, iuxta ea quæ not. per Glo. & Doctores in rub. & in leg. prima. C. de litis contest. & quod si dixeris erranti vtrunque inculpabiliter non expedire, aut decere, vt subueniatur, cum agitur de lucro captando cum læsione alterius, arg. text. egregij. in l. 1. §. causa. ff. de ædil. edict. (per quem olim ipse tuebar opin. & partem illam quæ opin. d. Ioann. de Med. aduersatur, vbi vendidi tibi equum non sanum, quem tamen absque vllò morbo esse putabam, & ait lex perinde me redhibitoria teneri, ac si equum illum morbosum scirem, quasi cum agitur de lucro captando ab vno, & ab altero, de damno vitando, & læsione resarcienda, bona fides illius qui lucrum caprat non sufficiat aut iuuet non magis quam si mala fides interfuisset, sed respondendum, illud procedere regulariter, sed fallit in fauorem diutinz possessionis, quæ inculpabiliter & inchoata fuit, & continuata, ita procedunt iura supra allegata, & nostra materia, quam non abnegamus notissimis iuris regulis aduersari, quia & locupletatur præscribens cum iactura aliena contra regulam. leg. nam hoc. ff. de condi. indebi. leg. iure natu. ff. de regu. iur. & dominium rei nostræ

iure genti. quæsitum nobis sine factò vllò nostro aufertur, contra regulam. leg. id quod nostrum. ff. de regu. iur. sed nobis contra tot regulas præscribentibus patrocinantur rationes de quibus in leg. prima. ff. de vsucapio. & in leg. fina. ff. pro suo, & in leg. cum notissimi, in fin. prin. C. de præscriptio. 30. annorum.

Paulatim ergo in hanc declinamus sententiam, vt existimemus † vbi error iuris sit inculpatus, vt tunc præscriptio procedat, non secus quam si error facti inculpatus interfuisset, nam & ipse facti error si culpatus esset, aut nimis supinus, non prodesset, text. iuncta Glo. in leg. fin. pro donato, vbi per Doctores. & in dict. l. quod vulgo, & dict. l. fina. ff. pro suo, & in leg. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsucap. ergo data paritate terminorum vix vlla differentia erit inter errorem facti, & errorem iuris, nam vterque nocet, si est fatuus, & supinus, neuter autem noceret cum inculpatus esset, aut tolerabilis. dict. l. fina. ff. pro suo, in verb. tolerabilis, pro nobis etiam l. 3. ff. de vsucapion. & quæ diximus supra.

Ad rationem Episcopi Couarru. dum ait posse legem etiam inculpabiliter erranti denegare beneficium vsucapionis, respondemus posse vtrique si vellet, verum in eo quæstio est, an voluerit, nec ne, ipse putatur voluisse, nos negamus contendentes & probantes, data paritate terminorum, non esse differentiam hac in re inter errorem iuris erroremque facti, non solum inspecta mente, & tacita intentione legislatorum, sed etiam inspectis verbis ipsarum legum, quod procedere firmamus non solum quò ad forum conscientiz, vt voluit Ioannes Medina, sed etiam quò ad forum contentiosum, quorum alterum ipse Ioannes Medina (quem doctissimum virum appellat episcopus Couarru. vbi supra) negaret, vtrunque autem ipse episcopus abnegaret vir sanè disertissimus, quæ omnia not. quia perea insigniter declaratur tota hæc materia præscriptionum.

Intellige † tamen id procedere, vbi iuris errore esset inculpatus, verum iuris errorem in exemplis positus per l. sed etsi. §. scire. ff. de pet. hæredit. & per Barth. & ibi, & per Baldum in l. non dubium. C. de legib. vbi ponunt exempla iuris neque resistentis, neque assistentis, intelligo non esse inculpatum quò ad materiam vsucapionis, licet inculpatus sit quò ad hoc, vt quis non puniatur in suo amittendo. & ita intellige, quod notat Barthol. in d. §. scire. Itaque si legatum relictum in testamento minus solenni diu possedi, illud non præscribam, quia etsi hic adsit iuris non resistentis neque assistentis error, tamen is non est inculpatus, quò ad præscriptionem ordinariam. leg. pro legato. l. fina. ff. pro legato. Id intellige retenta opinione dicentium ibi ius non resistere neque assistere, quam modò neque probamus, neque improbamus, quia alibi hac

23
Error iuris
an differat
ab errore facti
in præscri.

24
Error iuris in
culpatus non
impedit præscr.
et ordinariam
cum communi.

hac de re agemus. Denique hanc opinionem, quam defendimus, vt is error iuris, si inculpatus sit, non noceat etiam in prescriptione ordinaria (quæ titulum secundum communem opin. causam verò non iniustam secundum nos desiderat) videntur tenere Abb. & Imol. in c. cum dilectus. per text. ibi de consuet. Abb. in cap. de quarta. col. 3. de prescript. Balb. in repe. l. Celsus. 4. not. de vsucap. Curtius Iun. conf. 6. num. 22. Anton. in d. cap. cum dilectus. Felin. in d. c. de quarta, in prin. Idem in prin. decretorum. Curt. Iun. conf. 28. col. 3. refert, & sequitur ipse disertissimus Couarru. Episcopus, vbi supra, vers. tertia conclusio, qui hac in re sibi contrarius mihi visus est, nisi eum, & alios intelligas, & saluos cum prescribens consuluit Iurisperitos, eorumque consilium sequutus fuit, quod mihi necessarium non videtur, dummodò ius ambiguum sit, vt in simili per Barto. & alios in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. denique pro nobis tex. expressus in l. si vir vxori. ff. pro donato, & in l. si id quod. ff. pro derelicto. In summa huc atque illuc circumcurfes, nullam data paritate terminorù, inuenies differentiam quò ad prescriptionem, inter errorem facti, & errorem iuris, non alterutra si supinus sit, impedit prescriptionem. si autem tolerabilis sit, neuter eorum prescriptionem impedit.

SUMMARIUM.

- 1 *Seruitus sine tit. an prescribatur, egregia q.*
- 2 *Prescriptio qualitate, per quam res deterior fit, facilius admittitur, quam prescriptio, per quam res tota aufertur.*
- 3 *Prescriptio quare non currat sine titulo in rebus alcaualarum.*
- 4 *Bona fides orta etiam ex iniusta causa sufficit ad prescribendum.*

CAPVT LXXVIII.



SERUITVTVM aqz ducenda ex fundo tuo acquiri, & prescribo si eam duxi non vi, non clam, non precario, per longum tempus, licet non doceam ex causa legati, vel donationis, vel emptionis, vel alterius tituli ad me pertinuisse. l. si quis diuturno, in princ. ff. si seruit. vend. † id quod mirabile videtur, tum quia regulariter tit. in prescript. long. tempo. desideratur. l. vnica. C. de transf. vsuc. tum quia etiam in prescriptione longi temporis requiritur, quando est contra prescribentem, vel possidentem iuris presumptio. cap. 1. de prescript. lib. 6. iuncto cap. ad decimas, de rest. spo. hic autem erat iuris presumptio contra istum prescribentem, quia quæque res presumitur libera. l. altius. C. de ser. & aqua. Qua in re plerique scribentium aiunt referre, vtrum agatur de prescribenda tota

re, an verò de prescribendo aliquo iure, per quod res illa deterior fiat, priore casu titu. requiritur, posteriore verò non vtique. Ita tenent Gloss. Alberic. Bart. Bald. Ange. Paul. & alij in d. l. si quis diuturno. Ioan. Imola in c. vigilantium. num. 15. de prescrip. Idem in c. final. num. 10. eod. tit. Anchara. in cap. possessor. de reg. iur. colum. 9. Franc. Rip. in c. cum Ecclesia Sutrina, de causa possessio. & proprie. colum. penult. vbi Anton. similiter colum. 1. Rom. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. est communis opinio, & solutio secundum Couarru. variarum resolut. cap. 17. lib. 1. num. 7. sequitur, & dicit esse communem sol. Balbus de prescrip. in 2. part. 3. part. princ. q. 6. tenet Felinus in d. cap. si diligenti. num. 7. & alij innumeri, quos allegat Andreas Tiraquell. de prescript. §. 1. Gloss. 4. versic. 14. & versicu. 39. ibi, sed & multi hoc intelligunt, vbi agatur de modico prescribendo.

Hanc communem distinctionem nouissime impugnat ipse Couarru. vbi supra, dicens non agi de leui, sed de graui prescribendo, & læsione, cum prescribatur seruitus in aliqua re, quæ vehementer per abscissum iuris libertatis deterior fit. vnde, inquit, quò quando adest vehemens iuris prohibitio, ne res, qua de agitur, ab alio possideatur, quàm ab eo, ad quem pertinet de iure, tunc si contra talem iuris prohibitionem possideatur abscedente titulo non possit contingere prescriptio, ita intelligit d. c. 1. vbi vna Ecclesia contra aliam ius decimandi prescribere volebat eum possideri, & occupari ius decimandi ab vna Ecclesia, quod quidem ius ad aliam pertineret vehementer vetitum sit. dict. capit. ad decimas. verum, inquit, ista vehemens prohibitio non erat in terminis dict. l. si quis diuturno. nos verò accepimus ius alienum possidere, occupare, alienare, & quoquo modo attingere, & deterius facere non minus vehementer vetitum esse à legibus ciuilibus, vt in fin. & per totum. C. de rebus alie. non alien. per totum. C. vnde vi & vi arma. l. clam possidere. ff. de acquirend. possess. quàm sit vetitum à lege canonica vsurpari, & possideri ab vna Ecclesia ius decimandi ad aliam pertinens, vtrobique enim par prohibitio est, & esse decebat, verum longè † facilius admittitur, vt aliqua res deterior fiat per abscissum alicuius iuris ad eam pertinentis, vel etiam per abscissum alicuius quotz partis, quàm quòd tota illa res pereat, abscedat, vel ad alium transferatur, vt opportunè in simili docet Corneus per textum ibi post alios in l. cum quæstio. C. de lega. vnde in dicta l. vnica. de vsucapion. transform. agebatur de prescribenda ipsa re, & in dicto capitulo primo, de prescriptio. in 6. agebatur de prescribendo iure decimandi ipso, quòd nociuum magis esse constat, quàm si ageretur de prescribenda alicuius rei qualitate vel iure, vt in

¹ *Seruitus sine tit. an prescribatur, ardua quest.*

² *Prescri. qualitate facilius admittitur, quàm totius rei.*

d. l. si quis diuturno: tu dic vt diximus supra par. 2. in 3. vel 4. cap. illius part. 2.

Vnde inferitur (id quod in nostro pratorio summorum Cesaris rationalium sæpè tractatum est) quòd in quibus casibus duces, comites, marchiones, & alij quàm plures nobiles illum censum regalem (quem nos alcaualas appellamus) possederunt etiam longissimo tempore triginta annorum, adhuc tamen illum præscribere non potuerunt sine alicuius tituli interuentu, † quia licet in præscriptione longissimi temporis regulariter titulus non sit necessarius. l. sicut. l. omnes. l. cum notissimi. C. de præscriptione triginta annorum. tamen illud procedit in rebus & iuribus, in quibus non habebat fundatam suam intentionem de iure, ipse præscribens, nec is contra quem præscribatur, veluti in prædijs & quibuscunque alijs rebus vel iuribus, regulariter non sic est in dicto reditu (quem alcaualam vocamus) in quo per nostras leges regias solus pijssimus Rex noster habet suam intentionem fundatam, vt contra eum præscriptio etiam 30. anno. circa tituli interuentum currere nequeat.

Vnde in vsu forensi sæpè dicebam, quod cum bona fides orta etiam ex iniusta causa vel titulo sufficiat ad præscriptionem illam, quæ sine titulo procedit, qualis est præscriptio triginta annorum. l. sicut. l. omnes. C. de præscriptione triginta annorum. quæ quidem iura etiam iure canonico manent incorrecta, vbi adest bona fides, vt tenent communiter Doct. ibi, & dixi supra capitulo proximo, cum præcedent. nam si habeo bonam fidem in re soli, quam in scius emi à minore viginti quinque annis sine decreto, vel sine auctoritate tutoris, quem ille habebat, tunc licet hæc bona fides non sufficeret ad hanc rem præscribendam longo tempore, quia in tali longi temporis præscriptione requiritur titulus legitimus. l. vnica, de vsucapion. transform. l. nunquam. ff. de acquirend. rerum dominio. capit. qui contra iura. de regulis iuris. l. 1. C. de bonis maternis. l. quemadmodum. C. de agric. & censu. lib. 11. titulus autem illegitimus, & improbatu habetur pro non titulo, vt dictis iuribus, & l. final. C. pro donato. tamen vbi titulus non requiritur, si is interueniat, licet minus legitimus, aut à lege improbatu, sufficit ad inducendam bonam fidem, eaque bona fides ab hoc etiam iuris errore causata sufficit ad præscriptionem, vt est vera & communis opinio, quam tenuit Gloss. in l. 2. C. vbi causa status agi debeat. Antonius & Imola in cap. peruenit. per text. ibi, de empt. & vend. Paul. consilio 44. colum. penult. lib. 2. Anton. in cap. de quarta, de præscription. Barto. colum. penult. & ibi Paul. in l. Celsus. ff. de vsucapion. Antonius in cap. final. de præscript. vbi Imola columna quarta. Felinus in dicto capitu. de quarta. numero 34. Balbus in dicta

l. Celsus. 4. nota. Anton. Rub. consilio 85. vbi hanc dicit communem Episcopus ciui Rod. in capitu. possessor, de regulis iuris. in sexto. part. 2. §. 7. Paulus Castrenf. consilio 44. colum. penult. lib. 2. quia is titulus illegitimus, vbi nullus titulus necessarius erat, non nocet, cum interuentu illius rei, quæ necessaria non erat, non soleat nocere. l. vnica, in princ. C. de rei vxor. actio. sicque præscriptio triginta annorum contingit & procedit ex ista bona fide orta, & profecta ab isto titulo, & causa erronea, & non legitima, quod quidem regulariter procedit, sed vbi agimus de præscribenda re vel iure, in qua is contra quem præscribatur habebat intentionem suam fundatam de iure, vt sic contra eum non curreret præscriptio temporis breuioris, quàm annorum, & tunc cum titulo (quale est in terminis dicti capit. 1. de præscript. in 6.) tunc is titulus improbatu & illegitimus, & ea bona fides inde profecta non sufficeret ad præscribendum, non magis, quàm si nullus titulus interfuisset. Idemque dicebam in dictis re ditibus regalibus (quos alcaualas vocamus) præscribendis, in quibus similiter Rex noster fundat intentionem suam de iure, & per hoc contra eum currit sola præscriptio longissimi temporis non aliter, quàm cum tituli interuentu, nam tunc licet interueniat is titulus illegitimus, & bona fides erronea ab illo illegitimo titulo profecta non sufficeret ad præscriptionem inchoandam.

Hactenus in re ditibus. sed quid in iurisdictione? dic quòd contra potestatem supremam Papæ aut Cesari concessam currere præscriptionem tanti temporis, cuius initij memoria non stat, tenent Bartol. in l. 1. ff. de aqua pluuiæ arcenda. Idem in l. hostes. ff. de captiuis. Felinus in capitu. cum non liceat. columna quarta, de præscription. Abb. in capitu. final. nota. 1. de constitut. Felin. in cap. cum nobis. columna secunda, de præscription. Bartol. in l. infamem. ff. de public. iudi. Abb. in capitu. quò ad translationem, de offi. delega. Alexandrinus consilio 15. columna secunda, libro quinto. Iaf. consilio 70. columna 1. lib. tercio. Alexandrinus consilio 11. columna 3. libro 7. Purpuratus in l. imperium. numero 174. ff. de iur. omnium iudic. Curtius Iunior in secunda part. tract. feudorum. quomodo feud. in esse deducatur. 2. quæst. princip. & hanc sequitur, & firmat esse magis communem opinionem Aymon Crauet. de antiquit. tempor. quarta parte. sectione, materia ista. numero septuagesimo secundo. Couarru. qui neminem alleg. in c. possessor, de regulis iur. lib. 6. part. 2. §. 8. num. 4.

Contrariam partem vt non præscribatur contra talem supremam potestatem etiam per interuentum temporis, cuius initij memoria non sit, tenuerunt Abb. sibi contrarius in capitulo, per venerabilem, qui filij sint legitimi. colum.

3
Præscri. quæ
ve non currat
sine tit. in re
ditu alcaua.

4
Bona fides or
ia etiam in
iusta causa
sufficit ad præ
script. cum
communi.

colum. final. Idem in dicto capitul. cum non liceat. Romanus consil. 371. colum. fina. Alex. in l. more. colum. penultim. ff. de acquirend. hæred. sequitur, & dicit communem opinionem Sozin. consilio 275. columna 3. lib. 2. Decius consilio 307. columna tertia. Ias. consilio 208. columna tertia, libro secundo, & Purpuratus sibi contrarius in l. 1. columna quinta. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. Ias. in l. imperium. colum. 9. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. sed soleo tenere priorem partem, quia isthæc summa potestas iuris positivi esse videtur, neque vllum ius positivum est, quod per hoc tempus non tollatur, vt diximus supra cap. 1. & 2. & 6. l. fin. tit. de las præscript. lib. 3. ordina.

SUMMARIUM.

- 1 Titulus improbatu prodest interdum ad præscribendum. ardua q.
- 2 Intellectus l. 2. §. si sub conditione. ff. pro emp.
- 3 Error iuris regulariter impedit præscriptionem, etiam si concurrat cum errore facti, contra communem.
- 4 Intell. l. si vir. ff. pro donato. & num. 5. & 6.
- 5 Præscriptio procedit quando vxor viro rem alienam donauit, licet vir eam vxoris esse putasset, & sic donationem quod ad transferendum dominium non valuisse existimasset, contra Doctores.
- 6 Error Iacob. & Alberic.
- 7 Intell. l. si id quod pro derelicto. & num. 13.
- 8 Mala fides non dicitur habere, qui contra iura mercatur, si & prohibitio fiebat ob priuatam utilitatem, & cum eo contraxit, qui inops intellectus à lege non præsumebatur, noua traditio.
- 9 Intell. l. 2. C. pro emp.
- 10 Intellectus l. final. §. si autem. C. commun. de legatis.
- 11 Error Couarru. emendatus.
- 12 Mala fides respectu vnus impedit præscriptionem respectu alterius, ardu. q.
- 14 Mala fides non videtur adesse, nisi tribus demùm concurrentibus.
- 15 Bona fides an præsumatur titulo deficiente, ardua questio.
- 16 Mala fidei vitium an purgetur tempore.
- 17 Bona fides præsumitur ex longa possessione.
- 18 Mala fidei vitium purgatur tempore.
- 19 Bona fides in præscriptione immemoriali an sit necessaria, ardua quest.

CAPVT LXXIX.

Titulus improbatu præscrip. interdum parit. egregia quest.



VXOR † viro fundum alienum à se, tamen possessum donauit, & tradidit, quæ vir longo tempore possedit, an præscribat quæritur, & Iureconsultus in l. si vir vxori. ff. pro dona. ait præscripsisse, idem ait

in l. si id quod. ff. pro derelicto, & Gloss. in d. l. si vir. opponit sic, aut enim is donatarius cogitauit rem donatam esse donatricis, aut putauit esse alienam, si putabat esse donatricis, non habuit iustam causam accipiendi, & possidendi, cum lege vitata sit ea donatio, sicque cessat vsucapio ordinaria, quæ in hac iusta causa nititur, vt diximus per dict. l. quod vulgo, & dict. l. non solum. §. quod vulgo. dict. l. final. ff. pro suo. dict. l. pro legato, & dict. l. si ff. pro legato. si autem putabat rem donatam esse alienam, non habebat bonam fidem, sicque cessat vsucapio.

Responde quod dicitur ad præscriptionem ordinariam exigi initium, & causam possidendi iustam, non intelligitur quod sit iusta re, & opinione possidentis, satis enim est iustam esse re tantum, quinimò re, & opinione ibi iusta, & legitima causa erat re, quia lex permittebat talem rei alienæ donationem valere opinione, quia & eam donationem valere donatarius existimabat, sed in causa validitatis errabat, quia donatarius putabat valere eò, quod esset vxoris, ea autem valebat eò, quod esset aliena, itaque licet ibi esset error iuris, tamen non erat error in effectu, sed erat error in causa qui non nocet, simile in l. 1. §. si legatarius. ff. ad legem Falcidiam. ergo in terminis dict. l. si vir. erat iusta possidendi causa inspecta re, hoc est, iuris dispositione, & inspecta opinione præscribentis, quod ad iuris effectum, licet in causa errasset, sicque ibi veritas iuris concurrebat cum opinione præscribentis, at in terminis l. nunquam. ff. de vsucapion. & l. 2. §. si à populo. ff. pro emp. vbi emi à pupillo sine tutoris autoritate rem suam, causa quam habeo possidendi iniusta erat, vel iusta non erat inspecta legis dispositione, & opinione mea. nam licet ponas me incium ignarumque iuris existimasse id licere, tamen ius aliud disponebat, sicque causa illa possidendi legitima erat opinione tantum inspecta, non inspecta re, id est, legis dispositione, ergo aut initium & causa possidendi est legitima re, & opinione, aut illegitima re & opinione, aut legitima re tantum, aut legitima opinione tantum. Primo casu procedit sine dubio, quia contingit præscriptio, vt in dicta l. si vir, & in omnibus legibus permittentibus vsucapionem. nam licet res alienas de facto incio vel inuito domino vetitum sit alienare, vt per totum. C. de rebus alien. non alienandis. tamen illud est illicitum ex parte tradentis, ceterum ex parte accipientis, si bonam fidem habebat, non est vetitum. l. bona fides. ff. de verborum significationibus, & in legibus supra allegatis. Itaque cum ad præscriptionem exigimus initium possidendi legitimum fuisse re & opinione, intelligimus ex parte accipientis, nec curamus vtrum ita sit necne, regulariter ex parte tradentis, licet aliquan-

aliquando sic, vt in authen. malæ fidei. C. de præscript. si ergo si re & opinione erat legitima causa & initium possidendi, procedit vsu capio. d. l. si vir, cum concord. quod si re & opinione accipientis erat iniusta causa, tunc sine dubio cessat præscriptio propter malam fidem accipientis. l. vnica. C. de vsucap. transform. cap. possessor, de reg. iur. in sexto, quod si iusta causa erat accipiendi opinione tantum, non etiam re. quia per errorem iuris putabat accipiens eum contractum legitimum esse, veluti si emit à pupillo sine tutoris auctoritate, & tunc cessat præscriptio. dicto §. si à pupillo. dict. l. nunquam. quod si re, id est, ex legis dispositione legitima erat possessio, sed opinione accipientis erat illegitima, quia ipse putabat contractum esse à lege vetitum cum non esset, veluti si existimabat aduultum non posse res mobiles alienare sine decreto, cum prohibito sit in prædijs non in mobilibus regulariter. l. magis puto, per totam. ff. de rebus eorum per totum. C. de prædi. mino. ipse autem emit rem mobilem ab adulto sine decreto, cum tutoris auctoritate si eum habebat, vel sine tutore, quando eum non habebat, & tunc puto cessare præscriptionem, nam aut pupillus dominus erat, & tunc statim facit dominum accipientem. l. traditionibus. C. de pact. iuncta l. nunquam. ff. de acquirend. rerum dominio. Sicque cessat vsu capio. §. sic itaque. Institut. de actio. Aut non erat dominus, & tunc adest mala fides accipientis, quæ impedit vsucapionem, vt dict. l. vnica. & dict. cap. possessor. c. vigilantibus. & cap. final. de præscription. ratio differentiarum, quia quando rem suam aduultus tradebat ex causa legitima ad transferendum dominium, licet eam in legitimam accipiens putaret, iniuriam non est dominium transferri, quia nihil tam naturale est, quam voluntate domini rem suam in alium transferre volentis ratam esse. §. per traditionem. Institut. de rerum diuision. l. nemo. ff. de pact. verum cum aduultus traderet alienum, & accipiens erraret in facto, quia putabat alienum non esse, & in iure, quia putabat aduultus res suas mobiles alienare sine decreto non licere, tunc non adest voluntas domini, quæ efficiat vt dominium statim transseat, nec æquitas, quæ subueniat possidenti per concessionem vsucapionis, sicque videtur cessare vsu capio.

Per contrarium vt locus sit vsucapioni videtur per regulam l. regula. §. qui ignorauit. ff. de iur. & facti ignor. iuncta l. clauibus. ff. de contrahend. empt. vbi qui abs te emit rem tuam, quam alienam putabat, si ei tradidisti, dominus fit, licet negare non possimus, quin ille haberet malam fidem, quando quidem rem, quam accepit, alienam putabat, sed hac in re veritas præualet opinioni. ergo si tradente domino statim transfertur dominium nõ obstante mala fide accipientis, similiter tran-

fertur vsucapiendi conditio, quando traderet non dominus. Ad idem l. 2. §. si sub conditione. versic. contra. ff. pro empt. vbi abs te emi rem alienam sub conditione, & conditio extitit me ignorante, sicque adhuc tuam esse putabam, quia conditionalia pendente conditione nihil ponunt inesse. §. si autem aliquid sub conditione. C. de cad. toll. l. final. §. si autem sub conditione. C. commu. delegatis. l. si quis sub conditione dandorum decem. ff. si quis omissa caus. testa. l. seruo legato. §. 1. ff. delegat. 1. & tamen textus ibi ait, à tempore, quo reuera expleta conditio fuit præscriptionem inchoari, quamuis ipse putarem eam rem meam non esse, sed permanere adhuc in dominio venditoris quousque conditio impleretur.

Ad idem & tertio d. §. si sub conditione. versic. quod apertius, vbi defunctus emerat, sed sibi res nondum fuit tradita, quæ tamen postea hæredi tradita fuit, isque ignorabat defunctum emisse, sicque rem alienam esse putabat, & ad se nullo modo pertinere, & adhuc, quia reuera habebat titulum emptionis potest præscribere, ratio, quia hac in re veritas præualet opinioni, vt ibi exprimitur, & eadem l. §. si à pupillo, & d. l. regula. §. qui ignorabit.

Ad idem & quarto text. optimus in l. si id quod. ff. pro derelicto, vbi vxor marito rem donauit, quod cum scirem à marito emi, licet non ignorarem alienum me emisse, quia vxor quæ marito donauit eum dominum non fecit, adhuc tamen possum vsucapere vt ibi, non obstante scientia rei alienæ, quia vt text. ille ait quasi volente & concedente domina maritus tradidit, ergo licet vterque, id est, tam emptor quam venditor haberent scientiam rei alienæ, adhuc non videntur esse in mala fide, quando habebant domini voluntatem, etiam si ea voluntas à iure probata non esset, & talis dominus eam rem alienare non posset.

Ad idem & quinto l. si vir vxori. ff. pro donato, vbi vxor viro rem alienam donauit, quæ vir vxoris esse putabat, & valere donationem iuris ignarus existimabat, & adhuc profuit valuitque is contractus, quoad præscribendum, quia ignorantia iuris non nocet in vsucapionibus, quando præscribens putabat contractum non valere, qui reuera valebat, sic ergo & in proposito emi ab adulto rem mobilem sine decreto, quo casu venditio ritè facta fuit, possum ex hoc titulo & causa vsucapere, licet putarem venditionem esse nullam, quia hac in re plus est in re quam in opinione, diuersum esset sanè, si contractus ritè factus non esset, & ipse putarem valere, nam is error non faceret tenere eum contractum, qui ex legis dispositione non valebat. l. nunquam. ff. de vsucap. & dict. l. 2. §. si à pupillo. ergo ignorantia possessoris in iure qui rem acce-

2
Intell. l. 2. §.
sub cond. ff.
pro empt.

acceperat, nec de contractu valido facit in-
ualidum, nec de infirmo & inutuli facit fir-
mum, quia hac in veritate magis est quam in
opinio.

3
Error iuris
impedit præ-
script. etiam
si concurrat
cū errore fa-
cti, contra cō-
munem.

Hinc † infertur veram non esse eam com-
munem sententiam, quod in præscriptione
ordinaria error iuris non nocet, quando con-
currit cum errore facti, quam opinionem te-
nuit Gloss. per text. ibi in d. l. si vir. & ibi Barto.
Dyn. num. 40. in c. possessor, de reg. iur. in 6.
Bald. in l. 4. C. pro emp. num. 4. Balbus in d. l.
Celsus. ff. de vsucap. in 4. not. Felin. in cap. de
quarta, de præscript.

Sed hæc communis opinio vera esse non
potest, nam si solus error iuris impedit vsuca-
pionem ordinariam, ergo longè magis im-
pedietur, si concurrat error tam iuris quam
facti, quia duo vincula, & c. l. testam. C. de im-
puberum. Item est contra l. nunquam. ff. de
vsuca. l. 2. §. si à pupillo, cum conc. ff. pro empt.
vbi possessor errabat in facto, quia emit rem
alienam, quam venditoris esse putabat, & in
iure, quia emit à pupillo existimans, quod
haberet rerum suarum liberam alienationem,
cū non haberet, & tamen negatur ibi vsuca-
pionem procedere.

4
Intel. l. si vir.
ff. pro don.

Ad † d. l. si vir, responde, vt diximus, quæ re-
sponsio longè melior est quam ea, quæ assi-
gnatur à Paulo Castrenf. in titu. pro donato,
ad finem. & in d. l. nunquam. & per Azonem
in summa. C. de iuris & facti igno. per Aegid-
ium in c. vigilant, de præscript. num. 47. Fe-
lin. num. 36. in d. cap. de quarta, & Episcopus
Couarru. vbi suprà. §. 7. ad finem. Hi enim in-
telligunt, quod in dict. l. si vir, ideo error iuris
non nocet, quia errabatur non circa validita-
tem contractus, sed circa causam validitatis,
donatarius enim benè putabat contractum
valere, & verum erat, sed ideo valere existi-
mabat, quod intelligebat, omnem donatio-
nem inter virum & vxorem valere non secus
quam inter reliquos, & in hoc decipiebatur
errore iuris, qui non nocet, licet, vt ipse sen-
tiunt, noceret si erraret circa validitatem con-
tractus, quod nos omninò negamus asseue-
rantes in terminis dict. l. si vir, valiturum esse
contractum etiam si donatarius existimaret
non valere, itaque licet vir donatarius iuris
esset conscius, sciretque donationem inter vi-
rum & vxorem regulariter non valere, remq;
illam sibi ab vxore donatam putasset vxoris
esse, non autem alienam, adhuc valeret dona-
tio, & procederet vsucapio per generalitatem
illius text. qui non facit vim in errore dona-
tarij circa ius, & id subaudire est intolerabi-
lis diuinatio, & suppletio ad illum text. ergo
intelligamus maritum ibi rem donatam vx-
oris esse intellexisse, cū esset aliena, sicque er-
rasse in facto, & similiter intellexisse veritam
esse donationem inter virum & vxorem, &
nihilominus rem accepisse, sicque habuisse
scientiam rei alienæ hoc modo, quia rem

vxoris esse putabat cū esset aliena, & puta-
bat non iure sibi fuisse donatam & traditam,
sicque in bona fide non erat existimans se
possidere rem, quæ adhuc vxoris maneret et-
iam post donationem & traditionem, adhuc
tamen vsucapere eam potest iure ciuili, quia
revera illa donatio valuit, & illa mala fides
vel mala fides non est, vel si est, non tamen
nocet, quod ad præscriptionem propter con-
sensum domini accedentem, itaque ibi con-
tingit præscriptio, quia affuit possessio, & af-
fuit titulus reuera sufficiens, licet donatarius
eum titulum insufficientem putasset, cuius
error non obest aut enervat veritatem, affuit
etiam bona fides, quia in mala fide non est,
qui possidet rem alienam scienter, si scit se
habere domini voluntatem, vt probatur ibi,
& expressius in l. si id quod, vbi elegans tex-
tus. ff. pro derelicto ibi, quasi volente & con-
cedente domina. ergo in dict. l. si vir. nihil
deerat ad vsucapionis requisita, cū adessent
possessio, titulus, & bona fides, sicque vt ibi
cōtingeret præscriptio, non erat necesse, quod
donatarius errasset in causa validitatis contra-
ctus, licet aliud & diuersum sentiant Paulus
& alij, quos proximè retulimus, † vnde contra
ipsum facio talem conclusionem. Si res alie-
na viro ab vxore donata est, virque errabat bis
in facto, quia & rem vxoris esse putabat, &
illum contractum ob eundem facti errorem
putabat non valere, præscribere poterit, quæ
conclusio contra ipsos probatur. Primò per
dictam l. si vir, si generaliter, prout debet, in-
telligatur. Secundò in dicta l. si id quod in
decisione. Tertiò ibidem in ratione deciden-
di. Quartò in dicta l. regula. §. primo. Quintò
in dicta l. 2. §. si sub cond. versicul. contra. ff.
pro emptore. Sextò ibidem in vltimo respon-
so. Octauò in l. loci corpus. ff. de acquirend.
rerum dominio. Nond in l. 1. §. si legatarius,
iuncta sua Gloss. ff. ad legem Falcidiam. De-
nique donatio inter virum & vxorē valet, quod
ad possess. l. 1. §. si vir. ff. de acquirend. possess.
ergo etiam si vxor viro rem propriam do-
nasset, eum faceret iustum possessorem, li-
cet dominum non faceret, sicque præscri-
beret.

5
Præsc. proce-
dit quando
vxo- viro re-
alienam do-
nauit, licet
vxo- vxoris es-
se putasset, cō-
tra Doct. &
dona. non va-
lere intelle-
xisset.

Subinfertur verum † non esse intellectum,
quem ad d. l. si vir, assignant ibi Iacobus de
Arena & Albericus. aiunt enim, quod ibi
erat possessio & titulus verus & legitimus, &
in hoc rectè, & licet donatarius errasset in
iure, existimans ibi donationem non va-
luisse, tamen is error non excludit bonam fi-
dem, & sanè quod non excludat bonam fi-
dem agnosco, sed nego iuris errorem inter-
fuisse, quia ipsi intelligunt quod donatarius
putabat, donationem valere ductus errore
iuris, ego intelligo quod putabat non vale-
re deceptus errore facti, sciebat enim ius,
quod præcepit donationem inter virum &
vxorem non valere, quando vxor viro rem
suam

6
Error Iacob.
& Alberic.

suam donabat, ipse autem putabateam donationem ideo non valuisse, quia non res aliena, sed ipsius vxoris donata esset, sicque ibi non in iure, sed in facto tantum errauit, similiter ibi bona fides profecta fuit ab illo errore facti, non quidem ab errore iuris, ergo Alberic. & Iac. de Arebis errasse videntur. Primum, quia existimauerunt ibi bonam fidem ab errore iuris emanasse, cum non effluerit, nisi ab errore facti. Deinde, quia virum in iure errasse crediderunt, cum in facto tantum, non etiam in iure errasset. Subinfertur \dagger verus intellectus ad l. si id quod. ff. pro delicto. versic. nam & si, cuius verba ita habent, nam & si tibi rem ab vxore donata sciens emero, quia quasi volente & concedente domina id faceres. idem iuris est, scilicet, ut vsucapere non possem, & Gloss. ibi, quam simpliciter sequuntur Dyn. Iaco. de Aret. Barto. Alberic. & Paul. ibi, & alij, communiter duos assignat intellectus. Primus est, quod ibi vxor, quae donauit marito, non erat domina rei donatae, quia eam pro delicto habitam a non domino accepit, sicque eius dominium nata non fuit, & consequitur dominium eius rei in maritum, donatarium non transfuit. l. nemo plus. ff. de reg. iur. c. nemo potest plus, de reg. iur. in 6. vnde cum ego sciens a marito emissem, nec dominium acquirere potuissem, quae sui vsucapiendi conditionem, sed in re dubia quisque praesumitur suum, non alienum alienare, per tot. C. de reb. alie. non alien. l. merito, in prin. ff. pro socio. sicque dicere quod ibi vxor marito alienum alienauit, praeterea quod est diuinare, est etiam contra legis praesumptionem, vnde Gloss. transuolat ad secundum intellectum, ut ibi venditio ideo valeret, quia vxor erat praesens & consentiens huic venditioni tempore, quo fiebat, sicque ipsamet per mediam personam viri vendidisse videretur, sicque emptor non haberet malam fidem aut scientiam rei alienae, cum ab ipsa vxore, quam dominam putabat, videretur emisse. Sed & is intellectus, cum quo simpliciter omnes ibi transeunt, diuinat vxorem esse praesentem tempore, quo maritus mihi donabat. Dic ergo quod siue res illa esset vxoris, non fieret mariti donatarij, quia per hoc vxor efficeretur pauperior. l. si vir. ff. pro donato, siue esset aliena, non fieret mariti, quia vxor non posset dominium, quod non habebat, transferre in maritum donatarium. l. nemo plus. ff. de regulis iur. dict. cap. nemo potest plus. in re autem dubia magis est, ut vxorem donantem dominam fuisse rei donatae praesumamus per iura supra allegata, quod plane significat textus ille, dum ait: Quia quasi volente & concedente domina. sic ergo maritus eam rem, cuius dominium non habebat, vendidit mihi, qui eam praescribere possum, ut textus ait, nam hic adest possessio, adest etiam titulus venditionis, adest etiam bona fides, nam licet ego scirem hanc rem a

marito mihi venditam, mariti non fuisse, sed vxoris fuisse & nunc esse, tamen sciebam maritum eam possedisse non inuita vxore, sed volente (ex illo enim contractu a lege improbatum fuit ab vxore in maritum donatarium translata possessio. l. i. §. si vir. ff. de acquirend. poss.) sciebamque eam possessionem in me transfuisse similiter volente & concedente vxore, quae cum rem illam marito donatam vellet, voluit etiam ut ille de illa liberè disponere posset, ut per totum. C. de donati. quae sub modo. sicque ego non eram in mala fide, quia ut qui possidet rem alienam, videatur malam fidem habere, oportet vel quod sciat certo se alienum possidere inuito domino, vel quod simus in dubio, quo casu dominus praesumitur inuitus. l. vetare. ff. de furt. Diuersum est, cum is possessor possidet alienum de voluntate domini vel certa vel praesumpta, prout erat in terminis d. l. si id quod. quia tunc malam fidem non intelligitur habere, cum domino non inuito alienum possideat, probatur in §. 1. Institut. de oblig. quae ex delicto, vbi tunc demum is, qui contractat rem alienam mobilem, videtur malam fidem habere, cum id facit inuito domino, non sic si eo non inuito contractet, tunc enim videtur regulariter malam fidem habere, nec facit furtum, ut ibi in text. & in Gloss. Neque ad rem pertinet, qui contra iura mercatur, bonam fidem non praesumatur habere. cap. qui contra. de reg. iur. in 6. l. quemadmodum. C. de agri. & censu. libro 11. vnde cum ego in terminis dict. l. si id quod, sciens a marito emissem rem, quam vxoris esse non ignorabam, videor contra iura mercari, sicque bona fide carere. Sed respon. d. c. qui contra, & d. l. quemadmodum, procedere quando ius resistit, non sic quando non assistit, prout est in donatione inter virum & vxorem, ut docet Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusoribus, qui inde deducit hanc donationem firmari iuramento, cuius opinio communiter approbata est, ut differuimus lib. de succ. crea. part. 1. §. 29. num. 11. tunc enim cum ius non assistit alicui actui, nec ei condonat actionem, qua possit exequi, & ad effectum perducere, qui talem actum, cui lex non assistit, facit, non videtur malam fidem habere, non magis quam si faceret actum a lege permissum, ita intelligo d. l. si id quod simile, per Bar. in l. sed & si lege. §. scire. ff. de petit. hared. Item responde, quod d. c. qui contra. & d. l. quemadmodum. cum conc. procedunt in ijs, quae ventantur principaliter propter publicam utilitatem, nam qui contra talem prohibitionem contractat, bonam fidem non praesumitur habere, non sic in ijs, qui ventantur propter utilitatem principaliter priuatam ipsius prohibiti, qualis est donatio inter virum & vxorem, secundum Barto. in d. l. si quis pro eo, quem communiter Doctores sequuntur, ut diximus in d. tract. parte 1. nam qui facit contractum a lege

7
Intell. l. si id
quod. ff. pro
delicto.

lege vetitum propter vtilitatem principaliter priuatam, non videtur habere malam fidem, accedente consensu expresso vel tacito illius cuius fauore is actus vetitus fuit, ita procedit d.l. si id quo. sicque vtilissimè & mirum in modum limitatur & declaratur materia bonæ fidei, quæ in præscriptionibus exigitur, quod & nouum est, & procedit etiam de iure canonico, non secus quàm de iure ciuili, nam quod iura canonum aiunt, malæ fidei possessorem eum esse, qui alienum sciens possidet. c. vigilanti. c. final. de præscript. c. si virgo. 34. q. 2. id sanè intelligendum est dummodò alienum possideat inuito domino, q. in dubio præsumitur. d. l. vetare. non sic si domino volente possideat alienum, quod præsumitur quando dominus eam rem alienauit, licet propter suammet vtilitatem alienare vetitus esset, tunc enim tam is, in quem ipse prohibitus alienauit, quàm reliqui omnes, qui à priore accipiente acceperunt, bonam fidem videntur habere, quasi omnes de illius domini prohibiti voluntate possidere videantur, per d. l. si id quod. Diuersum fortè esset, si quis alienare à lege vetitus sit etiam ob priuatam principaliter vtilitatem non ipsius quidem prohibiti, sed alterius tertij, puta in terminis l. filiusfamiliàs. §. diui. ff. de lega. 1. † ergo si quod alumno minus industrioso propter suammet vtilitatem reliquit alienare prohibuit, vt fuit in l. Titio centum, in princip. ff. de condit. & demonstr. ipseque sciens ab illo emi non videbor malam fidem habere, licet is titulus illegitimus sit, vt ibi, & consequenter licet quasi ex defectu tituli cesset præscriptio ordinaria decem vel vigintianorum, erit tamen locus præscriptioni triginta annorum, in qua titulus non exigitur, sed tantum bona fides hodie de iure canonico, quæ hac in re minimè defuisse videtur, vt in dict. l. si id quod. sicque mirè declarantur, d. c. vigilanti, & dict. cap. fin. de præscri. l. bonæ fidei. ff. de verborum signif. l. vnica. de vsucap. transf. cum similibus. Sicque † si seruos filio minori legauit, qui erant perfectæ artis periti, propterque illam peritiam eos alienare vetui, quo casu valet ea prohibitio. l. 2. C. pro empt. isque filius scienti donauit, vendidit, aut dotis nomine dederit, is quidem titulum legitimum non habet, sed bonam fidem habere non desinit, sicque cessabit ordinaria præscriptio, quæ legitimum titulum desiderat. d. §. si à pupillo, in l. 2. ff. pro empt. cum similibus. sed locus erit præscriptioni triginta annorum, quæ titulum non desiderat, sed sola bona fide contenta est, quæ hic adesse intelligit, per quod mirum in modum declarantur. d. c. vigilanti, & d. c. z. & l. sicut. l. omnes. l. si quis emptionis. l. cum notissimi. C. de præscriptione triginta annorum. Diuersum † sanè esset, si rem sub conditione legatam, ego pendente conditionem scienter emissem ab

hærede, & postquam eam per annos triginta possedissem, conditio extitisset, eamque à me legatarius vendicasset, tunc enim nouè aut noua ratione teneo me tueri prætextu præscriptionis non posse, nec præscripsisse, non quidem longo tantum tempore, vt expressum est in l. final. §. si autem sub conditione. C. commu. delega. nec etiam longissimo, quia licet in hac præscriptione titulus non exigatur. d. l. sicut, cum concord. tamen hodie exigitur bona fides per d. c. vigilanti, & d. c. final. quæ hic adesse non videtur, quia licet pendente conditione verum sit possedissem me de voluntate domini, sicque bonam fidem habeam respectu ipsius, habeo tamen malam fidem respectu alterius, scilicet legatarij, sicque cessat præscriptio, per quam declarationem pulchrè ampliatur. d. §. si autem, & d. cap. si. & d. c. vigilanti. Ex † superioribus etiam apparet Gloss. in l. Pomponius. §. si iussu. ff. de acquir. possess. non iure notatam fuisse ab Episcopo Couarru. viro alioqui disertissimo, ea enim Gloss. ait quòd in terminis d. l. si vir. ff. pro donato cessat regula. l. clauibus. ff. de contrahend. empt. nam, inquit, vxor cum domina non est, & marito donauit, transfert in eum vsucapiendi conditionem, & tamen si domina esset, dominium non transferret, qd verissimum est, & probatur in d. l. si vir. quod improbat ipse Episcopus, dicens, quod ibi vxor si traderet propriam rem, dominium in maritum transmitteret, quod est contra totum titulum. ff. & C. de donat. inter virum & vxor. vnde illud verbum in curia lapsum aut errore librariorum deprauatum credendum est. Ex superioribus maximè & intellectu, quem signauimus ad l. si id quod. ff. pro derelicto, & l. si vir. ff. pro donato, patet vera resolutio illius articuli sat controuersi, † an mala fides respectu vnus impediatur præscriptionem respectu alterius, quale est cum fundum alienum sciens possidebam, qui quidem fundus reuera tuus erat, sed eum Sempronij esse falso opinabar, & hac in re aiunt Barto. in l. naturaliter. ff. de vsucapionibus, num. 11. & apertius numero 14. tenuisse procedere vsucapionem, nec illam scientiam rei alienæ impedimento esse, quod ex mente videtur esse Glo. final. in l. si quis fundum. ff. de acquiren. possess. & Gloss. in l. sicut. C. de præscript. triginta annorum. & Bartolum ita intellexerunt Aegidius Bellamera. in c. vigilanti. nume. 35. de præscript. Antonius colum. final. & Felin. colum. 1. in c. fin. de præscript. vbi Imola num. 25. & hanc Barto. opinionem sic intellectam communem esse firmat Balbus de præscript. in tertia parte sextæ partis princip. quæst. 2. versic. 3. Socinusque idem firmat consil. 47. lib. 3. colum. fina. quod & firmat Ioan. Annibal in dicta l. naturaliter. numero 156. & hanc Bartoli opinionem simpliciter sequuntur Imola in dict. l. si quis fundum. Ancharan. in

8
Malæ fidei
nō dicitur ha
bere, qui con
tra iura meri
tatur, si pro
hibitio sit ob
priuatam v
tilitatem, &
accedit domi
ni vol.

9
Intel. l. 2. pro
empt.

10
Intel. l. fin. §.
si autem. C.
commu. de
lega.

11
Error Couar.
emendatus.

12
Malæ fides re
spectu vnus
impedit præ
scriptionem re
spectu alteri
us, elegans q.

cap. 1. de præscrip. in 6. Salicetus in l. cum notissimi. §. imò. C. de præscriptione triginta annorum. qui tamen sententiam suam non satis aperiant, sed Bart. simpliciter sequuntur. Contrariam partem, ut qui alienum sciens possidet, is licet circa verum dominum illius rei erret, dum eum Sempronij esse putaret, cum tuus esset, non possit præscribere contra te, nec contra Sempronium, aut alium, tenent Abb. in d. c. illud. num. 8. Aret. nume. 56. in l. 1. §. item acquirimus. ff. de acquirend. pos. Idem Aret. in l. 3. §. Neratius. colum. fin. Idem in l. Pomponius. §. ex facto. eodem titu. Vincentius Hercul. in d. §. item acquirimus. num. 24. Aretin. consil. 17. colum. 9. Balbus vbi supra. Annib. vbi supra, nume. 160. Bellamera, vbi supra, & Sozinus in d. §. item acquirimus, & Claudius in dict. l. naturaliter. colum. 3. & hanc opinionem sequitur, & firmat esse magis communem Episcop. ciuita. Rod. in c. possessor, par. 2. §. 8. ad fin. de reg. iur. in 6.

Mouentur tenentes hanc posteriorem partem, quia malæ fidei possessor is est, qui possidet alienum scienter, isque nullo tempore præscribit. c. fin. de præscrip. c. vigilant. eodem tit. cap. si virgo. 34. quæst. 2. vbi quoad quis ignorat alienum se possidere, tamdiu & non diutius potest intelligi bonæ fidei possessor, & tamdiu & non diutius potest præscribere, nec dubium est, quin is haberet scientiam rei alienæ, licet errasset circa verum dominum. l. aut qualiter. §. si quis dum putat. ff. quod vi, aut clam.

Ad l. si quis fundum. vnde effluxit potissimum Bartol. & sequacium fundamentum, respondent procedere respectu diuersorum iurium vel respectu partium, nam si totum fundum ab omni parte, & ab omni iure, & respectu possidebam, cum scirem vsum fructum alienum esse, proprietatem autem ad me pertinere putarem, vel totum possidebam, cum tertiam eius fundi partem alienam esse non ignorarem, reliquas verò fundi partes meas esse falsò opinabar, tunc & proprietatem illam vscupere potero, nihilum impediente scientia vscupatus alieni, & illas duas fundi partes potero vscupere, licet scirem alteram tertiam partem fuisse esseque alienam. Idque licebit non aliter atque si duos fundos alienos possiderem, alterum sciens, alterum errans, putansque ad me pertinere, tunc enim indubitatum esset fundum bona fide possessum me præscribere posse, nec huic rei impedimento esse mala fides, quæ insequeretur me, & impediobat respectu alterius fundi quem alienum sciebam. Sicque neque in bona neque in mala fide hac in re erit ius accrescendi, licet videretur argumentum in contrarium ex leg. si ponas. §. fina. ff. de inofficio. testamento. & leg. 1. & 2. leg. inde Neratius. leg. si quis Titio, & ferè per totum. ff. de vscupatu accresc.

Quid tunc dicendum? & sanè pro priore opinione Bart. & sequacium nouè adduco tex. à nemine hanc ad rem præuisum, in leg. si id quod. secundo responso. ff. pro derelicto, cuius verba, si tibi fundum ab vxore donatum sciens emero, quia quasi volente, & concedente domina feceris, idem erit, scilicet ut vscupere eum possim, ecce vbi ego emptor qui habebam scientiam rei alienæ, dum sciebam eum fundum iure dominij mariti non esse, sicque nec illum in me transuolasse adhuc hac scientia rei alienæ non obstante vscupere possum, & quod ius fundi illius non transferit in maritum qui mihi vendidit, patet, quia siue ille vxoris donatricis esset, in maritum donarium transire non potuit, per totum. C. & ff. de donation. inter virum & vxorem. siue vxoris nõ foret, sed alienus similiter ex cõcessione vxoris in maritum transire nequiuit, per regulam. leg. nemo plus. ff. de regul. iur. capitu. nemo potest plus, eodem titu. in sexto, & cum emptor qui à marito accepit sciens esset, haberetque scientiam rei alienæ, videbatur præscribere non posse, & tamen ibi responderetur posse, & si intelligimus idè præscripsisse, quia is emptor sciebat fundum alienum, tamen putabat eum esse vxoris donatricis cum alterius esset, secundum intellectum Gloss. ibi, erit ibi text. expressus pro hac opinione, sed sanè respondere possumus, & debemus illum text. planè probare scientiam rei alienæ, non semper impedire vscupationem, quia non semper inducit fidem malam, veluti si de consensu tacito, vel expresso domini rem suam possideam, quale fuit ibi, ut patet in verb. quia si volente, & concedente domina.

Secundò ad id idem est text. egregius in l. si vir. ff. pro donato, vbi vxor marito donauit fundum alienum, quem maritus vxoris esse putabat, sicque postquam accepit sciebat se adhuc alienum possidere, vel saltem ita esse putabat, aut putare debebat, ut per totum C. & ff. de don. inter virum & vxorem. & adhuc is maritus vscupit eum fundum, quia licet sciret alienum, errabat tamen in vero domino, sicque habens scientiam rei alienæ respectu vxoris donatricis non vetatur vscupere contra verum dominum, quem dominum esse ignorabat, sed & ad hunc text. possumus respondere verissimum esse, quod non semper scientia rei alienæ respectu vnus impedit præscriptionem respectu alterius, nam qui sciens alienum possidet, etiam si re vera possideat inuito domino, præsumptiuè tamen si putet se volente domino possidere satis est, ut ibi. nam in illo text. intelligendum est, maritum possedisse præsumptiuè domino inuito. leg. vetare. ff. de furtis. sed tamen is maritus cum falsò existimaret eum fundum esse vxoris donatricis, licet per hoc intelligere deberet fundi dominium ad se non transuolasse,

12
Intel. l. si id
quod pro de-
relieto.

lasse, sicque alienum se possedisse, adhuc tamen cum possideret volente, & concedente vxore, quam dominam esse putabat, non erat in mala fide, licet haberet conscientiam rei alienæ, nos autem loquimur eo casu, quo & haberet scientiam rei alienæ, & sciret aut scire deberet alienum se possidere inuito domino, ergo † tribus demum concurrentibus constituitur quis in mala fide: primum quod reuera possideat alienum: alterum quod inuito domino: tertium quod sciat, vel scire debeat se inuito domino possidere.

14
Mala fides
nō adest, nisi
tribus demū
concurrenti-
bus.

Facito ergo regulam talem: Scientia rei alienæ impedit præscriptionem non solum respectu eius, quem dominum esse putabam, sed etiam respectu domini, quem dominum esse ignorabam. dict. c. fin. dict. c. vigilanti. de præscript.

Limita primum, nisi qui sciret alienum se possidere inculpabiliter putasset volente domino possidere se, nam tunc etiam si reuera domino nolente possideret, vsucapere posse, vt in d. l. si vir, & d. l. si id quod.

Secundò limita, vt procedat respectu eiusdem iuris, non sic respectu alterius iuris diuersi, vt in d. l. si quis fundum, quod variè intelligitur. Primum quando ius diuersum esset in proprietate, quò ad partem, quæ distinctè, & separatè pro diuiso possideretur, possitque ad oculum demonstrari, veluti si possidebam fundum alienum, cuius certam partem, puta de tali arbore ad talem arborem sciebam alienum esse, reliquam verò fundi partem ad me pertinere putarem, tunc enim eum fundum dempta illa parte, quam alienam sciebam, præscribere possem. Deinde intellige etiam, si quotam fundi partem alienam putarem, puta tertiam, reliquas verò ad me pertinere, vt runque probatur in d. l. si quis fundum, primo responso. Tertio intellige etiam in iure vsusfructus, puta fundum alienum, quem meum esse putabam, possidebam, cum vsusfructum alienum scirem, potero præscribere proprietatem vtique vsusfructum. d. l. si quis fundum. secundo responso. Quarto intellige, quando scirem ius hypothecæ in eo fundo alienum esse, tunc enim saluo iure hypothecæ proprietatem, & vsusfructum illius fundi possiderem. d. l. si quis fundum. ultimo responso. Quintò eadem ratione idem intellige, quando vsum scirem alienum, vel aliud simile ius, vt ibidem, puta retrouendendi, & similia.

Denique etiam op. Bart. defendi posset, eo casu, quo adultus mihi rem mobilem sine decreto vendidisset alienam quidem, quam tamen ipse & adulti esse putarem, & eam sine decreto alienare non potuisse errore iuris existimarem, tunc enim cum is adultus curatorem non haberet, valuit quidem venditio, vt per totum. ff. de rebus eorum, & C. de præd. minor. sicque habeo possessionem & titulum

venditionis, & licet putarem rem esse adulti vendentis, inque me dominium translatum non fuisse, adhuc non videor malam fidem habere, quia quasi volente & concedente domino eam rem alienam possideo, sicque contingit præscriptio, vt supra dicebam, quia hac in re plus est in veritate, quàm in opinione. ff. pro empt. l. 2. §. si à pupillo. & §. si sub conditione. ergo scientia rei alienæ respectu vnus. l. adulti vendentis non impedit præscriptionem respectu alterius, scilicet veri domini, vt d. l. si id quod, & d. l. si vir, quod nota, quia nullus attingit vnquam. Adde alias limitat. per Episcopum Couarr. vbi supra. Ex superioribus etiam inferitur, † an vera sit communis opinio existimantium bonam fidem in dubio præsumi, vt tenuerunt Gloss. quam omnes ibi sequuntur in c. si diligenti. Gloss. & Doct. in cap. sanctorum, de præscript. Gloss. in l. penultim. C. de euiction. Gloss. in cap. si de præscript. Bart. & omnes in l. Celsus. ff. de vsucap. Curtius Iunior consilio 28. columna 2. Alciatus de præsumpt. reg. 3. præsumptione 5. Ias. numero 99. in §. sed ita quidem. Instit. de action. Curtius Senior consilio 71. colum. 4. Couarr. in dicto cap. possessor. part. 2. §. 8. qui hanc firmat communem opinionem esse, per quem multa hac de rescitu non indigna videre poteris. Id quod procedit, etsi possessor non ostendit illum titulum, Barto. numero 17. in dict. l. Celsus. quò alij transeunt, estque communis opinio secundum Alciatum, vbi supra, vide infra cap. 81. num. 7. cum sequent. & adde ita tenentem Andream Tiraquellum de præscript. §. 1. Gloss. 2. versicu. bona autem fides.

15
Bona fides an
presumatur ti-
tulo deficien-
te, ar. 7.

Contrarium tamen, quando non ostenditur titulus fore præsumendum, ait Bart. in l. fina. per text. ibi. C. vnde vi. Innocentius & Bal. in cap. pertuas, de testibus. Imola in repetit. cap. final. columna quinta. de præscript. Sed prior opinio, vt bona fides præsumatur, verior est, pro qua adduco text. ab alijs nunquam animaduersum in l. 2. §. si sub conditione, ad finem. ff. pro emptore, vbi defunctus emerat fundum, qui sibi traditus nō fuit, isque mihi hæredi eius traditus postea fuit, neque ego sciebam, qua ex causa mihi traderetur, & tamen videor bonam fidem habere, eumque vsucapere possum, ergo bona fides, quæ sufficiat ad præscribendum, adesse potest citra vllius tituli interuentum. nam quò ad bonam fidem quid refert, vt rùm titulum non habeam, an verò me habere ignorem, certè nihil, & id etiam procedit in præscript. ordinaria per illum textum, facit text. in dict. l. si id, & dict. l. si vir. quinimò titulum. vt diximus, regulariter necessarius non est in præscriptione etiam ordinaria, sed tantum causa possidendi non iniusta omninò, sed tolerabilis. d. l. fin. ff. pro suo, cum multis similib. supra allegatis.

k 2

Adl.

Ad l. fin. C. vnde vi, in qua iacet fundamentum eorum qui tenent contrarium. responde procedere in eo qui certò sciebat rem suam nõ esse, eamq; veluti habitam pro derelicto (iuxta titulum ff. pro derelicto) retinere volebat, sibiq; iure dominij habere, quod ibi denegatur dicens nihil vacuum præsumi, sed omnia præsumi, suos dominos habere.

Deinde ille text. procedit quando recens possessio est, vel saltem non diuturna, nam ex diuturnitate temporis præsumitur præcessisse causã sufficiens ad possessionis iustificationem, l. si filiusfam. C. de peri. hære. per omnes in leg. sciendum. ff. de verbo. oblig. quod plenius alibi scripsimus, quæ obtinent quando re vera tit. aderat, licet possidens eum adesse ignoraret. d. §. sub conditione. cæterum si re vera deesset titu. cessaret præscripti. ordinaria, sed non præscriptio 30. annorum, vt infra capit. 81. numero 7. & octauo. vi. supra cap. incipiente, traditio.

Quod tamen intellige quando quis non propria auctoritate. rem aliquam apprehendit, sed eam ab alio accepit, ita procedit d. §. si sub conditione. d. l. si id quod. ff. pro derelicto. dict. l. si vir. ff. pro donato. l. quod vulgo. ff. pro emptore. l. fin. ff. pro suo. l. pro legato. l. fin. ff. pro legato. l. non solum. §. quod vulgo. ff. de usucapio. non sic si propria auctoritate rem aliquam olim ab alio possessam apprehendisset, tunc enim posterior hæc possessio præsumeretur clandestina, vt est communis, & vera opinio, quam tradunt Alexand. & Sozinus colu. 1. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. possess. Alex. consilio quodam 151. quem allegat Sozin. vbi supra. tandem cum ad præscriptionem oporteat interuenire causam possidendi positivè veram, vel putativam. l. quod vulgo. ff. pro empto. l. fin. ff. pro suo. l. pro legato. & l. si. ff. pro legato. certè qui tali causa careat, licet bonam fidem fortè possit habere, tamen non præscriberet, nisi dixeris tunc non ex defectu. bon. fi. sed ex defectu causæ vel tituli cessare præscriptionem. Sed † & hoc casu hoc vitium clandestinatis præscriptum per lapsum annorum purgaretur, Barthol. in d. l. fin. C. vnde vi. Decius consil. 267. Alexand. consilio 6. lib. 1. Idem consil. 155. lib. 2. num. 7. Curtius Senior consil. 82. colum. 3. Ias. in §. sed istz. num. 100. Institut. de action. Rubeus consil. 75. num. 3. Matthæus Afflictus decisione Neapolitan. 40. nume. 12. Balbus in d. l. Celsus, parte 3. columna 6. qui hanc dicit communem opini. quod & firmat Claudius num. 31. in d. l. Celsus. Decius consilio 558. colum. fin. plenè per Tiraquel. de præscript. §. 1. Gloss. 4. versic. 18. Quinimmodò † sunt qui putent bonam fidem præsumi vel ex iusto titulo, vel ex longa possessione, ita Innocentius in capitu. secundo. de in integ. resti. quem alij sequuntur teste Couarru. in capit. possessor. parte 2. de regu. iuris in 6. §. 18. Vnde † apparet verum non esse quod Imola contrarium

sentiens tentavit in l. Celsus, colum. fin. supra alleg. & in repetition. cap. fin. colum. 5. de præscriptio. Aymon consilio 146. columna fina. Corneus consilio 207. libro tertio. Hieronymus Tortus inter consilia Alexandri consilio 192. lib. secundo. hic enim sentiunt, & quidam ex eis ex professo contendunt, per dict. l. fin. vt qui rem olim ab alio possessam propria auctoritate cœperit, eamque triginta annis possederit, adhuc videatur malæ fidei possessor, nec 30. ann. sufficiant ad purgandam illam malæ fidei præsumptionem, quod sanè verum non est, nam regulariter etiam solum lōgum tempus decem, vel viginti annorum sufficeret, quasi per hoc tempus dominus rem suam neglexisse, vel abiecit, vel pro derelicto habuisse videatur, & per hoc iure possessionem eius amisisse, vt est communis opinio secundum Iason. in leg. prima. columna fina. C. de serui. fug. per eundem in leg. naturaliter. §. nihil commune. numero 84. ff. de acquir. possession. Paulus, & Alexand. post Gloss. ibi in leg. si de eo. §. primo. eodem tit. ergo cum mala fides purgetur per consensum domini denuo accedentem certò, vel præsumptivè. leg. si fur, in princip. & §. 1. ff. de usucapion. in simili per text. opti. in leg. filio quem pater. ff. de liber. & posthum. text. in simili, in §. fin. Institu. de iniur. consequens est vt per interuentum longi temporis præsumptio malæ fidei, & clandestinatis ab initio emanans, vitiumque taliter contractum purgetur, nam & similiter purgatur inimicitia, & odium in terminis dict. §. si. & etiam in terminis dict. l. filio, & in terminis leg. ex parte etiam. ff. de adimen. lega. facit optimè dict. l. si id quod. ff. pro derelicto ibi, quasi volente, & concedente domina, & dict. l. si vir. ff. pro donato. itaque & si dominus cuius res à me propria auctoritate capta est regulariter, & ab initio nolens præsumatur. leg. vetare. ff. de furtis. tamen per patientiam, & dissimulationem longi temporis ab illa voluntate quasi recessisse videtur, sicque accedente mihi domini voluntate, & concessione incipio mala fide purgata, & abscedente bonæ fidei possessorem videri. dict. l. si id quod. cum alijs supra allega. ff. pro derelicto, quod obtinere potest quando dominus scit rem suam ab alio possideri, & tacet quòd si nesciat non potest videri consensisse, aut ius suum concessisse. leg. mater decedens. ff. de inofficioso testamento. sicque illud vitium dominicæ voluntatis non purgaretur, quinimmodò etiam si dominus sciat adhuc præscrip. ordinaria cessat, cum non adsit aliqua causa extrinsecus positivè. l. pro legato. l. fin. ff. pro legato. leg. quod vulgo. ff. pro emptore. sed tunc locus fieret præscriptioni triginta annorum, & ad hoc prodesset vitium malæ fidei purgatum videri.

Apparet ergo ex his vt bona fides & citra tituli interuentum, & præsumi & adesse possit.

16

Malæ fidei vitium an purgetur tempore.

17

Bon. fi. præsumitur ex longa possessione

18

Malæ fidei vitium purgatur tempore.

possit. Illud tamen aduertendum est, quod licet per cursum longi temporis purgetur mala fidei presumpcio, vt modò diximus, tamen non ideo inducitur ex tali tempore titulus ad prescribendum sufficiens. Aliud est enim possessionem meam antea iniustam modò per longi temporis interuentum quasi domini voluntate accedente iustam fieri & videri, non enim videtur nisi praterea accedat alij decem, aut viginti anni, vt sic de tempore longo fiat longissimum. Ratio horum est, quia vbi inter fuit longum tantum licet per hoc mihi iniuste possidendi voluntas domini accedere videatur, eaque sufficiat ad meam possessionem iustificandam, non tamen sufficit ad dominium in me transferendum. vt enim transferatur oportet prater rei traditionem, quod ea traditio fiat ex causa legitima & destinata ad transferendum dominium, qualis esset causa emptionis, dotis, donatiqnis, legati & similia. aliter enim sola traditio & concessio possessionis etiam à domino facta non sufficeret. leg. nunquam nuda. ff. de acqui. rerum. domi. ergo per lapsum longi temporis licet voluntas domini accessisse possessori videatur, tamen cum non accesserit ex causa prambula sufficiente & legitima ad transferendum dominium, cessat domini translatio, absurdum enim esset vt ea presumpcia domini voluntas, quæ huic possessori accessisse videtur, potentior sit quam etiam voluntas expressa foret, sicque vt voluntas expressa sola de per se ad transferendum dominium efficax non est, ita & hæc tacita voluntas ad illud transferendum efficax non erit. sicque utilis erit ad iustificandam tantum possessionem, non etiam ad titulum inducendum, dominiumque transferendum aut vsucapionem concedendam, & ita procedit d. l. 2. §. si sub conditione, & l. quod vulgo. ff. pro emptore, cum simil. supra alleg. & d. l. si id quod. & d. l. si vir. Vnde postquam de longo tempore factum fuerit longissimum, continget etiam & prescriptio domini que translatio tam iure ciuili, quo titulus in tali prescriptioe aut bona fides non exigebatur, quam iure canonico, quò iure bona fides desideratur, non autem titulus, nisi in casibus specialibus. c. 1. de prescripti. in 6. nam hic per lapsum longi temporis contingit iustificatio possessionis, & mala fidei abscissio seu purgatio, deinde cum superuenit tempus etiam longissimum, abscissit requisitum tituli legitimi vel ipsum tempus pro legitimo titulo & causa est, sicque contingit prescriptio. Sicut in simili dicimus quòd licet obligatio sine causa legitima prambula non sit efficax. l. 2. §. circa. ff. de doli excep. tamen vbi fit sub conditione ipsa, conditio pro causa est, vt ff. de verbor. oblig. l. à Titio, simile in principio Insti. de literarum obligatio.

Vides ergo vt bona fides citra tituli interuentum adesse possit, sed & in alio casu adest,

scilicet cum emi ab eo qui bona fide prescribere inceperat, egoque non tam denuo vsucapere incipio, quam perficere eam vsucapio. que ab eo auctore meo coepta erat, sicque contingit prescriptio ordinaria sine titulo, secundum Couarru. vbi supra, à quo cauendum est, quia non aduertit, quòd ibi etiam ille auctor meus prescriptionem ordinariam sine titulo inchoare non posset, sicque cum titulo contingit vsucapio illa ordinaria, nam de prescripti. 30. annorum ipse intelligendus non est, cum illa indubitanter sine titulo procedat, quinimò si aduertis hic geminus titulus adest, vnus quem habebat auctor meus, alter quem ego ab eo habui.

Denique † etiam in quibus casibus ad prescriptionem desideratur tempus cuius iniuriæ non sit memoria, adhuc tamen ibi bona fides necessaria est. Ita tenent Gloss. in capitulo primo, de prescriptio. in 6. verbo, nisi, & ibi Francus. columna fina. Angel. in §. furtiuæ, in princip. Institutio. de vsucapion. Rubeus consilio decimotertio. numero decimoquarto. Balbus de prescriptio. 2. part. 3. partis principalis. quæst. sexta. columna quinta. Aymon Crauet consilio 146. Idem Aymon de Antiquit. temporis. 4. part. scissione, materia ista. numero 19. Mathæus Afflictus decisione 368. numero decimo. est communis opinio secundum Alexand. qui eam sequitur in leg. cum quis. C. de iure deliber. & ipse episcopus ciuit. Roder. vbi supra, numero quarto. Abbas in capitulo fin. de constitu. nor. 1. Dominicus in capitulo sacrosanct. 22. distinctione. Felinus in capitulo cum nobis, columna prima, de prescriptio.

Contrariam partem defendunt Decius consilio 496. Salicetus in leg. secunda. numero octauo. C. de serui. & aqua. Decius in leg. traditionibus, columna tertia. C. de pac. Boerius decisione 39. numero septimo. sentit Barthol. in leg. fin. C. vnde vi. Verum sanè prior sententia verior est per generalitatem. dict. capitulo vigilanti, & dict. capitulo fin. de prescripti. & capitulo possessor, de regulis iur. in sexto. presertim cum ratio peccati vitandi ibi expressa tam militet in hac prescriptioe quam in prescriptioe ordinaria, vel in prescriptioe longissimi temporis,

SUMMARIUM.

- 1 Mala fidei emptor est, qui altero denuntiante se dominum esse, nihilominus emit, cum communi contra nouissimos.
- 2 Iudici non parti denuntians ius suum ostendere tenetur.
- 3 Credulitas nimia improbat.
- 4 Mala fidei emptor est, qui emit ab eo quem dominum non esse fama est, & in mala fide esse videntur ementes, aut dono accipientes oppi-

19
Bona fides in
presc. immem-
moriali an re-
quiratur,
ard. q.

- da & reditus regales à Regibus Hispania.
- 5 Mala fidem inducit denunciatio, quæ præuen-
rat, non quæ postea secuta fuit.
- 6 Mandatum ostendere debet, qui ad alterius utili-
tatem denunciat.
- 7 Mala fides præsumpta quæ inducitur ex denun-
ciatione, an impediatur præscriptionem 30. anno-
rum.
- 8 Denunciatio quando credendum sit.

CAPVT LXXX.

1
Mala fidei
emptor est,
qui alteri se
dominum re-
clamante ni-
hilominus e-
mit, cum com-
muni contra
noniſi.

VNDVM † alienum mihi ven-
dere volebas, quem tuum esse di-
cebas, & verus dominus ante cō-
tractum celebratum denuncia-
uit mihi ne emerem dicens su-
um esse, sed nihilominus emi, an sim malæ fi-
dei emptor? & communis opinio est me ma-
lam fidem habere. Ita tenent Petrus de Bella-
pert. Iacob. Butrig. Odofredus, & Ioannes Fa-
ber post Dynum quem ipse allegat in l. si do-
mum, per tex. ibi. C. de rei vendic. quod vide-
tur tenere Glo. ibi: & Glo. in l. penu. ff. pro em-
ptor. sequuntur Bartho. in fin. Alberic. nume-
ro 3. Baldus, Salic. numero 2. Fulgosius, Paul.
Castren. & Ang. ibi, Bald. not. consil. 257. Titu-
semit. lib. 1. Alexand. in l. de pupillo. §. nunc-
ciationem. num. 12. ff. de operis noui nuncia-
tio. Felin. in c. 2. de præscriptio. num. 5. colum.
fin. Anton. in c. grauis, de restitut. spolia. Ab-
ba. in d. c. 2. & in c. sanctorum, de præscriptio.
Barthol. in l. penul. ff. pro empt. Idem in l. na-
turaliter. colum. 3. de vsucapio. Innocentius in
cap. dilecti, de maior. & obe. Cyn. in d. l. fun-
dum. Corneus consil. 50. in causa vertente. nu.
15. lib. 2. Specul. de empt. & vendition. §. nunc-
dicendum secundo. Abb. in capitu. si diligen-
ti. colum. 4. de præscriptio. Imola in cap. fina.
colum. quinta, de præscriptio. sentit Ias. consilio
29. nunquam putauit, ad fin. lib. 1. est commu-
nis opinio secundum Arias Pinellum de bon.
mater. in authen. nisi tricennale. nume. 18. se-
quitur, & dicit communem opin. Baldus in l.
Celsus. part. 3. numero 13. de vsucapio. Matth.
Afflic. decision. 369. nume. 10. sentit Decius in
l. velle. num. 3. de regu. iur. ff. Contrariam par-
tem vt per interuentum talis denunciacionis
is emptor in mala fide constitutus non videat-
ur, vehementi conatu defendit nouissimè
eruditus Arias Pinellus de bon. mater. in au-
then. nisi tricennale. num. 15. cum seq. quam
longè antea tenuerat Ioan. Fab. in leg. si fun-
dum. C. de rei vendi. quem ipse non allegat,
sed communis opinio satis superque probat-
ur in l. si fundum. C. de rei vendic. vt contra
tam apertam sanctionem contendere ocio-
sum nobis videatur, licet ipse Pinel. eius lite-
ram interuertere anxie, sed parum feliciter ni-
tatur, cum ille sensus ac intellectus quos ipse
huic legi aptare vult, parum illi conueniat, &
ab eius legis mente, & sensu longè remotiores

sint, quàm nostra, aut vllius cōfutatione ege-
ant, at in iure nostro iudice me ille demum ad
veram contendit gloriam, & operæ precium
fecisse videtur, qui genuinos, veros ac simpli-
ces legum nostrarum sensus captauerit, & il-
lis (vt nostrorum loquendi more vtat) nati-
uos sensus non datiuos accommodauerit, &
hæc opinio summam habet æquitatem, quan-
do veritas concurrat cum denunciacionis asser-
tione, argumen. l. cum quidam. §. quod dicitur.
2. cum nota. ibi per Gloss. & alios. ff. de ac-
quir. hæred. æquisimum est enim huic do-
mino, qui satis opportuno tempore ac re in-
tegra denuntiavit, ius suum integrum seruari,
neque is emptor inculpatus videri potest,
cum non tam temerè ad res alienas compa-
randas accedere deberet, præsertim cum ad-
monitus esset, argumento l. qui cum alio, de
regulis iuris. l. quemadmodum. C. de agricol.
& cens. libro decimo. bonus textus in lege vi-
ribus. §. si adierit. ff. de lega. præstan. ibi, de-
nunciante eo. l. nomen, in verb. certior à te fa-
ctus. C. quæ res pignor. obligari possunt. sed
opinio. Pinelli defende vt procedat quando
denunciacionis verum non dicebat, argumen. l.
cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquirend.
hæred. & etiam in alijs casibus, de quibus in-
frà, secus si verum dicebat.

Amplia † etiam si non statim ius suum
ostenderet, id enim iudici non etiam parti
ostendi oportet, ista est vera & communis opi-
nio, quam tenent Baldus in dict. consilio 257.
Titius emit, libro primo. Baldus, Angel. Ful-
gosius, & Paulus Castren. in dict. l. si fundum,
quod & vult Barthol. ibi, dum ait sufficere de-
nunciacionem se dominum dicere, quod &
volunt plerique eorum quos supra retulimus,
quia iudici in iudicio non parti extra iudici-
um quisque ius suum monstrare oportet. leg.
2. C. de edendo. l. ait prætor. §. si quis particeps.
ff. quæ in fraudem credit. leg. prima. in princ.
ff. de oper. noui nunt. leg. fin. ff. de lege com-
miss. leg. heredes. ff. ad Trebel. Sed & in hoc
contrarium à fortiore volunt Pinellus, & Fa-
ber, vbi supra, mouetur Pinel. quia non tene-
tur quis fidem adhibere asserenti aliquid nisi
ostendat quod firmat. l. si quis inficiatus, & l.
planè. ff. de positi. Bartho. in d. l. si quis inficia-
tus. Idem in l. quod te mihi. num. 15. ff. si cert.
pet. Boerius decis. 154. sentit Felinus colum.
fina. in capitulo 2. de præscriptio. Decius
& Cagnolus in leg. qui in alterius. ff. de regu-
lis iuris.

Sed defendendo communem respon. ea
iura procedere, quando per talem denuncia-
cionem quis iuberetur, quod rectè possidet
tenetq; missum facere, nos autem loquimur
quando nondum tenebat, & ei tantum sua-
debam vt ab alienis abstineret, quod longè fa-
cilius est, argum. l. si ita stipulatus essem per te
non fieri, & quæ ibi docemur à Barthol. & ali-
is, ff. de verbo. obliga. nam & facilius quis re-
mittit

2
Iudici non pa-
ri denunciacionis
ius suum osten-
dere debet cum
communi.

mittit plura (id est, abstinere ab eorum petitione, & exactione) quam donet, & tradat pauca, vt tradunt Iafon, Decius & alij in l. pactum dotali. in princip. C. de collat. & diximus plenius in materia pactorum, de non petendo, in libro de successione. creation. text. celebris in leg. vnum ex familia. §. si rem. ff. de lega. 2. text. optimus in leg. penult. ff. pro empto. & in leg. vnica. ad principion. C. de vsucapion. transfor.

³
*Credulitas
nimia impro-
batur.*

Neque † ad rem pertinet quod Pinellus ait iure nostro credulitatem improbari. l. prima. vbi plenè Iafon. ff. de eo per quem factum erit. nam illud in nimia, & inconsulta credulitate, non sic vbi non esset inconsulta, quæ erat in specie nostra, vbi veritas concurrebat cum assertione denunciantis. Nec quæquã mouere debet q. Pinellus, vbi supra, ait, non induci malam fidem, si quis à possidente rem emat vt suam, licet fama publica, & generalis esset, eam rem alienam esse. Allegat Baldus in capitulo vigilanti. numero quinto. de prescriptione. Felinus in capitulo, si diligenti. numero quinto. eodem titulo. Afflictum decisione 178. numero vndecimo. nam Bald. Felinus, & alij loquuntur, quando venditor ille habebat iustum titul. & longam atque incõcussam possessionem quasi ex titulo simul cum longa & inconcussa opinione maior veritatis præsumptio oriatur quàm ex illa fama, quæ mandax sæpe esse solet. † Diuersum sanè esset, si cum esset fama in vicinia aliquam rem non esse possidentis, qui nullum titulum habebat, nec longam possessionem, ad emptiorem rei illius accederem, tunc enim non bona, sed mala fide accessisse videretur, vt tenent Imolen. in cap. fina. de prescriptione. numero decimo sexto. versicul. Idem si probetur quod de hoc erat fama in vicinia. Sic ergo & in specie nostra, in qua non ponimus venditorem titulum legitimum habuisse, & in longa præterea & inconcussa possessione fuisse, quod notat ad proceres Hispaniæ, qui titulo donationis, aut emptiõnis tot populos & reditus regales à regibus dominisq; nostris acceperunt, quibus alienare non licere constat per titu. de las donationes. lib. 5. ordin.

⁵
Mala fide inducit denunciatio, quæ p̄ueniens, non quæ postea su peruenit, cum communi contra Imol.

Tenendo communem sententiam limita vt non procedat quando post rem emptam & traditam fieret talis denunciatio, tunc enim possessor, idemq; emptor non videretur in mala fide constitutus per solius denunciationis interuentum. Ista est vera & communis opinio, quam tenent Glof. in l. penu. ff. pro empto. quam sequuntur ibi similiter transeuntes Iacob. de Rau. Bart. Alberic. Raynerius de Forli. & alij. Bald. confi. 257. Titius emit. lib. 1. Alex. in l. de pupillo. §. nunciationem. nume. 12. de ope. no. nun. ff. Felin. num. 5. in c. 2. de præscr. Anton. Butri. in c. grauis. de resti. spol. Abb. in d. c. 2. Idem Abb. in c. sanctorum, de præscr. & in cap. si diligenti. colum. 4. Innocentius, in c.

dilecti, de maior. & obed. Cyn. Ioan. Fab. Burtrig. Petr. Bell. Barthol. Alberi. Bald. Ang. Salic. Fulgo. & Paul. Cāstr. in l. domum. C. de reuendic. Corn. conf. 50. in causa vertente. lib. 2. Specul. de empr. & vend. §. nunc dicendum. 2. Barthol. in l. naturaliter. colum. 3. de vsucap. Pinel. vbi supra. Balb. in l. Celsus. de vsuc. par. 3. num. 13. Quod ipsi tenent & intelligunt de iure tam canonico quàm ciuili, contrarium tenet Imol. in c. fin. de præscr. nume. 16. licet agnoscat in contrarium se habere cõmunem opinionem, mouetur, quia licet prescriptioni semel ritè & rectè inchoatz interuentus malæ fidei postea nascentis impedimento nõ sit de iure ciuili. l. vnica. C. de vsucap. transf. tamen de iure canonico aliud est. nam nocet mala fides superueniens non secus, quàm si ab ipso vsucapionis primordio interfuisset. d. cap. fin. de præscr. ibi, in nulla temporis parte scientiam rei habeat alienæ. Sed nihil est, nam malam fidem superuenientem nocere de iure canonico agnosimus, at in specie nostra malã fidem videri superuenisse negamus, quia assertioni illius possessor ille postquã bona fide semel & emit & possidere cœpit, non tenetur fidem adhibere, licet teneretur ante contractũ initũ cœptamq; possessionem, aliter enim nunquam quisquam bonam fidem haberet, quia semper posset dubitare, an dominium esset concedentis, & ita procedit d. l. si quis inficiatus. ff. depositi. & in simili diximus supra. † Secundò intellige quando ille denunciator se dominum dicebat, secus si dicebat alium esse dominum. tunc enim ei nõ secus esset adhibenda fides nisi mandatum ostenderet illius quẽ dominũ dicebat, ista est vera & cõis opin. vt sic cesset mala fides, quam tenent Bar. & Angel. in d. l. si fundũ. Balb. in l. Celsus. de vsuc. par. 3. nu. 13. & ait Ang. vbi supra, hoc esse nõ. ad multa & ita intelligitur d. l. si quis inficiatus. tenet Bald. d. confi. 27. lib. 1. tenent Bal. Salice. Fulg. Paul. & alij cõiter in d. l. si fundũ, & Alex. in d. §. nunciatione. ratio differentie, quia lex non tam assistit ei cuius non interest, quàm assisteret si eius interfuisset, arg. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. oblig. §. alteri. In titi. de inutil. stipul. l. certi cõdictio. §. quoniam. ff. si cert. pet. l. ex cõuentione. C. de pact. l. sine cẽsu vel reli. vnde denunciatione factã à non domino nõ interpretatur lex emptorẽ in mala fide cõstituisse, quasi is fidem nõ adhibuerit denuncianti, licet fidem denunciati adhibuisse interpretaretur quando denunciãns se dominum diceret, vel ostenderet mandatum eius quẽ dominum dicebat. Tertiò intellige quando veritas concurrebat cum assertione denunciantis, tunc n. emptor constitueretur in mala fide, non sic si denunciãns non esset dominus, etiam si res non foret vendẽtis, ita videntur sentire cõiter Doct. vbi supra, quod verum existimo. arg. l. cum quidã §. quod dicitur. 2. cum ibi notatis. ff. de acquir.

⁶
Mandatum ostendere debet qui ad alterius utilitatem denunciator cum communi.

k 4

hæred.

heredi. quasi illa denuntiatio tribus demum concurrentibus noceat, quod & fiat ante contractum, & quod denuntians se dominum dicat, & re vera dominus sit. Quartò intellige vt procedat quando venditor non haberet titulum & longam possessionē, nam si vtrumq; habuisset, tunc fortè illa denuntiatio etiam ante contractum facta non noceret, argu. eorum quæ supra diximus tenuisse Bald. nu. 5. in c. vigilanti, de præscrip. & Felin. in cap. si diligenti, numero 5. eod. titu. Afflictus decisione 178. num. 11.

7 *Mala fides præsumpta quæ inducitur ex denuntiatione an impediatur præscri. 30. annor.*
 Ex † superioribus infertur suspectum esse quod Aries Pinel. in auth. nisi tricennale. nu. 16. de bon. mater. ait, scilicet quòd si pater in bonis filij maternis habebat vsufructum & proprietatem ei vendere properanti, atque etiam emptori festinanti filius denuntiet rem illam suam, nec vendi licere, & nihilominus emptor emerit, quòd procedet præscriptio 30. annorum, nam defectus illius titu. illegitimi in tali præscriptio. non nocebat de iure ciuili. l. sicut. l. omnes. C. de præc. 30. annorum. nec etiam de iure canonico. c. illud, & c. de quarta, de præsc. non quoque oberit, inquit, mala fides, quia illa denuntiatio non inducit malam fidem, vt ipse contra communem sententiam contendit, sed cum communis sententia verior sit, & obtinere debeat, & in hac specie tenendum est, malam fidem inductam esse, quæ vtroque tempore impedit præscriptionē longissimam etiam temporis, & in eo tantum quæstio erit, an ea mala fides sic ab initio præsumpta per interuentū longissimi temporis euanuerit ac abscesserit, quasi lex quæ tunc præsumit bonam fidem, eadem post longissimi temporis cursum ab ea præsumptione discedat, & quasi pœniteat illius sinistrae suspicionis, quæ contra talem emptorem conceperat, vel interpretetur domini voluntatem emptori denuò accessisse tacite ex tanti temporis tolerantia, sicque purgatum fuisse vitium illud malæ fidei, argu. eorum que tradit Bart. in l. si. in fi. C. vnde vi. & quæ nos disseruimus supra.

8 *Denuntiansi quando credendum.*
 Ex superioribus etiam infertur quid respondendum sit in illo articulo quotidie contingente, † cum quis conduxit mercenarios seu operarios ad quendam fundum excolendum, & alter vociferat, se illius fundi dominum esse, denuntiatque laboratoribus illis ab altero conductis, ne in fundum illum pedem inferant, an per hoc in mala fide videantur constitui, & abstinere debeant ab ingressu fundi. & quid si iam ingressi fuerant & laborare cœperant, sicque postea eis facta fuit denuntiatio vt inde exirent, qua in re communis opinio esse videtur, vt si denuntiatio facta nunquam fuit laboratores inculpati videantur, vt tenet Gloss. fi. in l. in rem. §. tignum. ff. de rei vendi. & ibi Bart. Ang. & communiter Docto. Bald. consi. 463. statuto ciuitatis. lib. 3. Bald. in l. non ideo. col. 1. C. de accusa. &

Salic. ibi. q. 1. Bald. in authen. ingressi. colum. 2. de sacrosanct. ecclesi. Alberi. in leg. si quis id quod. colum. penult. ff. de iur. omn. iudi. Idem in leg. 1. in princi. columna prima. ff. de eo per quem factum erit. Barthol. in l. non solum. §. si mandato. columna tertia. ff. de iniur. prout refert, & sequitur Dec. in l. velle. numero tertio. ff. de regu. iur. Verum post factam denuntiationem tales laboratores non viderentur inculpati, sed potius in mala fide constituti, vt videtur esse communis opinio, quam tenent Imol. & Romanus in dict. §. nuntiationem. Angelus in §. quibus. in authen. vt omnes obedi. iudi. sentit Angelus in d. §. tignum. Alex. consilio 36. visis his. numero tertio. versicul. præterea sequitur & dicit esse communem opinionem Dec. in dicta lege. velle. numero tertio. Contrariū tamen videtur tenere. Idem Alexand. sibi contrarius in dicto §. nuntiationem. numero secundo.

Quid dicendum? & quidem si ipsi laboratores sciebant denuntiantem aliquid iuris in tali fundo habere inculpati non viderentur, vt docent Alexand. in d. consilio 36. numero 3. & 4. & Salice. de accusa. in l. non ideo minus. q. 2. quod si ignorabat, tunc aut iam fundum ingressi cœperant laborare, & exire non tenerentur, argum. d. l. penult. ff. pro empt. & l. si quis inficiatus. ff. de positi. l. planè, eod. Aut nondum ingressi fuerant fundum, nec etiam conducti, & tunc parere deberent, argum. d. l. si fundum. C. de rei vendi. l. nomen, in verb. certior factus. C. quæ res pignori obligari possunt. Aut iam fuerant conducti, licet fundum ingressi non fuissent, & tunc verior & benignior opinio videatur, vt non videatur res ex toto integra, sicque inculpati videantur, licet non paruerint, argumento d. l. penult. & d. l. si quis inficiatus, præsertim cum res sit parui præiudicij, argumento leg. si quis diuturno, cum ijs, quæ supra tradidimus. Ex superioribus apparet quid respondendum sit in eo qui venandi causa fundū alienum ingreditur, id quod verum est nisi dominus contradicat & reclamet, cui reclamanti si fidem adhibere nolui inculpatus non videbor, si quidem sit verum eum dominū fuisse, & ita intelligerem (arg. eorum quæ supra diximus) text. & iura supra alleg.

SUMMARIUM.

- 1 *Mala fidei possessor est qui contra iura mercatur.*
- 2 *Mala fidei præsumptio an purgetur longissimo tempore, ar. d. q.*
- 3 *Bona aut mala fides soli Deo certo nota.*
- 4 *Bona fides præsumitur.*
- 5 *Seruitute vtens sine causa an iure canonico præsumatur esse in bona fide.*
- 6 *Mala fides an præsumatur ex defectu tituli, quando non apparet antiquior possessor.*

- 7 Mala fides non præsimitur ex tituli defectu post annos triginta.
- 8 Bona fides orta ex iniusta causa an sufficiat ad prescriptionem, ardua q.
- 9 Præscribit annus triginta emens rem filij in qua pater familias habebat vsumfructum.
- 10 Mala fides nocet etiam in prescriptione immemoriali, ardua q.
- 11 Præscriptio immemorialis an cesset si appareat de titulo illegitimo, ard. q.
- 12 Diuturnitas temporis facit præsumi etiam ea que sunt facti.
- 13 Tituli allegatio aut probatio non requiritur in prescriptione immemoriali.
- 14 Inutilium interuentus non nocet vbi eorum defectus non noceret.
- 15 Titulus inutilis nõ nocet prescriptioni etiam longissimi tantum temporis.
- 16 Prescriptioni immemoriali non nocet initium vitiosum.
- 17 Tempus immemoriale facit vt omnium possibilium concursus præsumat.
- 18 Præscriptio triginta annorum cessat in spurio qui dispensationem illegitimam impetrauit eiusq; virtute bona patrii possedit, egregia questio.
- 19 Intel. l. nemo. ff. pro legato.
- 20 Præscriptio longi temporis cessat in spurio qui bona patrii virtute illegitima dispensationis possidebat.
- 21 Præscriptio immemorialis non nititur in possessione ciuili, sed naturali detentatione contenta est.
- 22 Intel. l. capit. ad decimas, de restitutione spoliatorum.

CAPVT LXXXI.

¹
Mala fidei
possessor est
qui contra iura
mercat.



V† contra iura mercatur bonam fidem non præsimitur habere, cap. qui contra, de reg. iur. lib. 6. & quemadmodum. C. de a. gri. & cens. lib. 10. l. 1. in fin. C. de bon. mater. l. fin. §. fin autem sub conditione. C. commun. delega. l. fi. C. vnde vi. sicque cessat longi temporis præscriptio, vt dictis legibus, quia in ea bona fides desideratur. l. vnica. de vsucap. transfer. C. in prin. In st. de vsuc. leg. vbi lex. ff. de vsuca. vigilanti. ca. fin. de præscri. quod procedit quoad præscriptionem longi temporis, vt dictis legib. nam longissimi temporis præscriptio non impeditur, vt tenet Gloss. fin. in dict. l. quemadmodum. cum qua transeuntibi Doct. sentit Gloss. in d. §. fin autem sub conditione, in verb. longi temporis, dum allegat. l. cum notissimi. §. illud, de præscrip. 30. annorum, cum qua transeunt Doct. ibi. Gloss. in l. 1. in verb. præscriptionem. C. de bon. mater. cum qua transeunt Doct. ibi, estq; indubitata opinio de iure ciuili, quo iure in præscriptione 30. vel 40. annorum bona fides non exigebatur. l. sicut. l. omnes, & d. l. cum notissimi. C. de præscri. 30. annorum. Sed cum

iure canonico (quod hac in re in vtroque foro seruetur) etiam in præscriptione bona fides exigatur, cap. vigilanti. c. fin. de præscrip. † an ea mala fides præsumpta noceat quoad hanc præscriptionem longissimi temporis 30. vel 40. annorum, & Barthol. in l. fin. nume. 17. C. vnde vi. tenent non nocere. & licet ipse non exprimat se loqui de iure canonico, tamen ita intelligendus est, dum ait, illam malæ fidei præsumptionem post illud tempus longissimum cessare, euanescere, purgari, vt etiam retro bo. fidei possessor ille semper fuisse intelligatur, vnde si illa mala fides præsumpta etiam post annos triginta completos quasi in bonam fidem versa & transformata videretur malæ fidei præsumptione abscedente, præscriptio de iure canonico non secus quàm de iure ciuili contingere poterit, & illam Barthol. opinio nem sequuntur Abb. confi. 89. num. 5. in questione quæ ad præsens. lib. 1. Innocen. in c. 2. de resti. spol. Aymon Crauet. de antiqui. temporum par. 4. versic. materia ista. num. 4. fol. 157. Salic. num. 1. in d. l. fin. C. vnde vi. Deci. consil. 267. non excedit. num. 5. colum. penult. versic. tertio, de bona fide. Abb. consil. 102. in causa. num. 1. lib. 1. Dec. confi. 272. viso processu. num. 9. colum. penult. laf. in §. sed ista. num. 100. Instit. de actionibus. Idem laf. consil. 57. colum. fina. libro primo. Idem consilio 72. columna 2. eod. lib. Idem laf. confi. 209. colum. 2. libro 2. Curtius lun. confi. 52. colum. 4. Paul. Castren. confi. 169. lib. 2. viso quodam processu agitator. Corn. consil. 96. colu. 2. libr. 4. Idem vult Alex. consil. 6. viso themate. colum. 1. num. 1. libro 1. dum allegat Barth. in d. l. fin. C. vnde vi. Idem Alexand. consilio 151. viso themate. libro secundo. numero 7. vbi etiam allegat Barthol. in d. l. fi. quem etiam refert, & sequitur Aretin. consilio 63. in præsenti consultatione. colum. penult. quem etiam refert, & sequitur in consilio 103. in causa & questione. numero 7. colum. penult. Idem Aretin. consilio 112. colum. secunda. versicul. his breuiter, incipit consideratis. Idem Aretin. consilio 153. consultatio proposita. columna fin. in fi. Roman. consilio 107. cum præsupponatur, in principio. & illud dictum Barthol. satis communiter appr. videtur, quod sequitur, & exaltat Abb. in capitu. si diligenti, de præscrip. numero decimosexto. quod & admittit Aymon de antiqui. tempo. part. 4. versicul. materia ista. numero 20. quod ad præsumptam malam fidem, licet contrarium teneat in mala fide aperta. Andr. Tiraq. de præscrip. Glo. 2. §. 1. ver. bona autem fides, & Glo. 4. vers. 17. vbi quàm plures allegat.

Contrariam partem vt malæ fidei possessor, in speciebus nostris is intelligat etiam post longissimum tempus, videntur tenere Bal. & Angel. in d. l. fi. C. vnde vi. dum intelligunt quod iure canonico dict. l. fin. non procederet, etenim si quis semel extitit in mala fide, certè per præscriptionem longioris temporis nõ in melio-

²
Mala fidei p
sumptio an
purgetur lon
gissimo tem
pore, ard. q.

meliore, sed in deteriore fide constitui videtur, tantumque abest ut huic quasi bona fides renasci videatur, quod potius quotidie in maiorem perfidiam iniustioreque causam recidisse intelligatur, ut in c. fin. de prescri. vbi hęc ferè ratio redditur. Denique illud dictum Bart. maiore conatu reprehendit Ioan. Imo. in c. fin. num. 14. & Felin. in c. si diligenti. 2. & 3. colum. eod. titu. sentiunt Imol. & Bal. in c. per tuas, de testibus dum generaliter aiunt presumi malam fidem in possidente sine tit. Idem tenet Aymon de antiq. temp. par. 4. vers. materia ista. nume. 20. fol. 159. qui alios alleg. & dictum Barth. admittunt ut procedat de iure tantum ciuili, quod tamen negant seruandū esse, sed iuri canonico etiam in vtroque foro standum. Idem Aymon consili. 14. 6. Quid dicendum † & quid bona aut mala fides possidentis cum ex eius animo pendeat, certò probari non potest, sed tantum per coniecturas. l. pen. C. de euct. ibi alijs itaq; hoc indicijs. huius enim rei solus Deus optim. Maxi. conscius esse potest, nam & quod ore proprio profite-mur, eius contrarium sentire possumus. l. an inutilis. ff. de accep. l. obligationum substantia. ff. de act. & oblig. l. non solum, eod. tit. † lex autem in re dubia presumit possessorem esse bonæ fidei. Glo. quam communiter sequuntur ibi Doct. in prin. Instit. de vsucap. Gloss. & ibi communiter Doct. in l. pen. C. de euct. Glo. & communiter Doct. in §. sed istz. Inst. de act. Barth. & alij in l. Celsus. ff. de vsucap. Imo. Abb. Feli. & alij. in c. si. de prescri. Fel. in c. si diligenti, eod. tit. colum. 2. & 3. post Abb. ibi, nu. 14. cum seq. est communis opinio. secundum Arias. Pinel. de bon. mat. in auth. nisi tricenna. l. e. num. 12. communis secundum Iaso. in d. §. sed istz. num. 100. Dec. consi. 267. num. 5. Idem Dec. consil. 272. num. 8. argu. l. merito, cum simi. ff. pro soc. Fallit in eo qui nulla iusta causa, aut ti. rem possederit, quia quisque scire debet quod suum non est, id alium modis omnibus pertinere. l. fin. C. vnde vi. Hęc tamen limitatio, ut cessante tit. mal. fides presumatur sublimitatur ut non procedat cum agitur de seruitute acquirenda, possidenda, & prescribenda, arg. l. si quis diurno. ff. si seru. vend. † quia tunc agi videretur de leui, aut non magno præiudicio, & læsione eius contra quem prescribit, ut Doct. cõmuniter interpretantur, quod indubitanter procedit de iure ciui. Sed de iure cano. an idem admittendum sit vehementer controuersum est, & communis opinio est ut de iure cano. non procedat. Ita tenet, & firmiter communiter teneri Ioan. Imo. in d. c. fin. de prescri. num. 15. alleg. Barthol. in l. 1. §. 1. ff. de itin. actuque priu. & Cyn. in l. 1. & 2. C. de ser. & aqua. Couarr. variar. resolu. lib. 1. c. 17. num. 7. & denique quod bona fides in dubio presumatur, tradit fufius Andreas Tiraquellus. de prescripio. §. primo. Gloss. 2. versicul. bona autem fides.

3
Bona aut mala fides. soli deo certo patet.

4
Bon. si. presumitur cū communi.

5
Seruitute vrens sine causa an iure canonico prescribitur esse in bona fide.

Contrariam partem, ut d. l. si quis diurno. procedat etiam de iure cano. tenent Dynus num. 31. in cap. possessor, de reg. iur. lib. 6. Abb. in c. de quarta. num. 25. de prescrip. Idem Abb. in c. si diligenti. num. 14. cum prescrip. & seq. vbi Felin. colum. 2. & 3. eod. titu. Gloss. & Doc. in c. 1. de prescri. lib. 6. Ancha. in c. sine possessione, de regu. iur. lib. 6. colum. 9. Imol. numero 15. in d. c. si diligenti. Anton. in cap. cum ecclesia Sutrina, de causa possess. & proprietaria. vbi reliqui idem tenere videntur, presertim Ripa colum. penul. Roman. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapio. Balb. qui hanc firmat esse communem opini. & plures huius partis auxiliares citat in tract. prescrip. par. 2. 3. par. pri. q. 6. ad fin. & hanc partem putat esse receptiorem Couarr. vbi supra, licet in contrarium inclinet, & vide quàm plures quos allega. Andr. Tiraq. vbi supra. Gloss. 4. versicu. 39. ibi, sed & multi hoc intelligunt, vbi agitur de modico præiudicio, & versic. 14.

Quid dicendum? & sanè hęc posterior pars vtroque iure longè verior est, cum facilius admittatur cuiusque rei deterioratio, quàm interius. l. cum quæstio. vbi Cornel. num. 6. C. de leg. 1. & hoc Tiberius. ff. de hæred. institu. sicque longè leuius est, facilius ac tolerabilius fundum meum seruitute realem pati, quàm ex toto amitti, inque alium transuolare, vnde licet alienam rem ex toto mihi arrogare, dominoque adimere impium, & avarum sit, dominumque permissurum verosimile non sit, tamen eandem rem mihi seruire, aliquamq; commoditatem afferre ipsa ferè salua manente facilius, humanius, & tolerabilius est, sicq; id dominum permissurū verosimilius potui sperare, perque huius fiduciz interuentum malæ fidei suspicio abscessit, ita probatur de iure ciuili in d. l. si quis diurno, & de iure canon. in d. c. cum ecclesia Sutrina, secundum receptiorem intellectu. Simile in furto, quod licet committatur, cum quis contrectat rem alienam inuito domino, tamen si putabat dominum permissurum, furtum fieri non intelligitur, ut not. per Glo. & Doct. in §. 1. Insti. de obli. quæ ex delict. nasc. ut enim arguatur mala fides possidentis, non sat est quod sciat se rem alienam possidere, nisi & præterea sciat, aut scire debeat dominum minimè permissurum, non sic si verisimiliter existimet id illum permissurum, ut diximus, & probat opti. text. in l. si id quod. ff. pro derelict. ibi, quasi volente, & concedente domina, & leg. si vir. ff. pro donato.

Secundo intellige † quod cessante titulo mala fides presumatur, quando apparebat de antiquiore possessore, non sic si de antiquiore possessore non appareret, nam tunc mala fides non presumetur etiam cessante titulo. ita tenent Abb. numero 15. & Feli. qui hanc dicit communem opinionem in d. ca. si diligenti, de prescrip. Inno. & Imol. in c. 2. de restitut. in

6
Mala fides an presumatur ex defectu tituli quando non appareret antiquior possessor.

inte-

Integrum. Arch. in c. si virgo. 34. q. 2. Butrius in c. cū ecclesia, de causa pos. & proprie. Idem in c. peruenit, de censibus. Dyn. in c. qui contra, de reg. iur. in 6. Bar. in l. 2. §. si à pupillo. ff. pro empt. Bar. in l. 1. §. hoc interdict. ff. de itinere actūque priuato. Angelus in l. cum qui. §. publiciana. ff. de pub. Are. in §. si quis à non domino. Instit. de rer. diuis. & alij plures relati per Felin. vbi suprā.

7
Mala fides nō
presumitur
ex defectu ti-
tuli. post an. 30.

Tertio † intellige vt etiam cessante titulo mala fides in possessore desinat presumi, postquam tricesimum annū suæ possessionis expleuit, vt in l. si. C. vnde vi, secundum Barto. ibi, in si. & secundū communem opinionem suprā relatam quasi vitium malæ fidei, quod presumebatur ex defectu tituli, purgetur, & euanuerit per lapsum temporis tricennalis, vt quasi volente, & concedente domino per tanti temporis desidiam, patientiam & tolerantiam, is possidere intelligatur, & consequenter in bona fide cōstitutus videatur, cum res alienas de dominorum voluntate possidere vetitum non sit, vt ff. pro derelicto, per totum. §. vendit. Instit. de rerum diuis. d. l. si id quod. ff. pro derelicto. l. si ego. §. 1. ff. de publi. in rem actio. ibi per traditionem, aut per patientiam forte. l. sicut. leg. omnes. l. cum notissimi. C. de prescrip. 30. annorum, facit quia taciti, & expressi per potentiam est. l. cū quid, cum ibi latè traditis à Ias. & alijs. ff. si cert. pet. nec dubium est quin istius possidentis possessio tam iustificetur ex tacita concessione domini, quæ presumitur, & colligitur ex longa ipsius patientia, quàm iustificaretur per eiusdem expressam concessionem, & cum ist hæc verosimilia sint iustissimè admittimus hanc presumptionem vt mala fides, quæ ab initio ex defectu tituli presumitur per tricennalis temporis cursum quasi abscessisse euauisseque videatur, successisseque eius loco ac renasci bonam fidem iustamque ac probabilem confidentiam. de domini voluntate ac concessione accedente. bon. tex. in l. alienationis verbum. ibi. vix est enim vt non videatur alienare. ff. de verbo. sing. quinimò per solius anni taciturnitatem ius nostrū remittere videmur. §. si. Instit. de iniur. facit d. l. si quis diurno, & l. omnimodo. ibi, nam si nullam. C. de inof. testa. facit quia & simili, & etiam longè breuiore taciturnitate ius possessionis omissum videtur. Ias. in l. 1. col. si. C. de ser. fug. & in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 88. ff. de acq. posses. Gloss. Paul. & Alex. in l. si de eo. §. si. eo. tit. vide suprā c. 79. num. 15.

8
Bona fides ori-
ta ex iniusta
causa an sus-
ficiat ad pre-
scri. ard. q.

Quarto † intellige vt sufficiat bon. fides orta ex iniusta causa & ex tit. illegitimo, veluti si emi à minore rem soli sine decreto vel ab ecclesia citra solenniorum interuentum, nam si bona fides adesse potest ad prescriptionem sufficiens citra vilius tituli, aut iustæ causæ interuentum, ergo multo magis cum interuentu

tituli minus legitimi. arg. l. vnica, in princ. cum ibi latè traditis per Gloss. & doct. C. de rei vxor. act. & C. de testam. l. testam. vbi Ias. Co. & alij, intellige quando constabat bonam fidem interfuisse, nam in re dubia non presumetur in eo qui contra iura mercaretur. l. 1. C. de bon. mater. l. quemadmodū. C. de agri. & censi. libr. 10. c. qui contra iura, de regul. iur. in 6. sed cum constabat de bona fide, tunc ad prescriptionem tā sufficiens esset, quæ nasceretur ex iniusta causa etiam profecta ab errore iuris, quàm si à causa legitima descenderet, ita tenent Gloss. in l. 2. C. vbi causa status agi debeat, cum qua transeunt Doct. ibi Gloss. cum qua transeunt Doct. ibi in l. 2. C. si quis ignorans rem minoris esse. Barth. in l. sed & si lege. §. scire, per text. ibi. ff. de peti. hæred. Paulus in l. Celsus. colum. 1. ff. de vsucapio. Idem Paulus in leg. nunquam. in fin. eod. titul. Afflic. decis. 40. nu. 12. Paulus in leg. 2. §. si à pupillo. numero 4. ff. pro empt. Idem in leg. venditioni. C. eodem titu. Ant. Rub. consilio 75. Bald. in leg. Celsus. de prescriptio. 4. notab. numero 15. Couar. in cap. possessor. de reg. iur. in 6. part. 2. §. 7. Aym. de antiq. tempo. 4. part. fol. 157. Cornel. consilio 277. libro quarto. Felin. in cap. de quarta. numero 34. de prescript. Ant. & Imol. in c. peruenit, de empt. & vendi. Imolen. & Anton. in d. cap. de quarta. Felin. in c. si diligenti. columna 3. de prescrip. Emanu. et à Calta. Lusitanus in leg. si ex cautione. C. de non numer. pec. pag. 55. Alexand. consilio 127. libro 4. colum. 3. Pinel. numero 11. in auth. nisi tricennale. C. de bo. mater. qui hanc dicit communem, tenet & dicit communem Balb. vbi suprā not. 3. dicit communem Rub. vbi suprā, Balb. in l. nullo. nume. 4. C. de rei vend. Rip. in l. 1. num. 9. ff. quæ bon. Alexand. consilio 75. colum. 2. vbi hanc dicit communem, & consi. 154. ad fin. sentit Tiraq. de prescrip. Gloss. 2. §. 1. verb. bona. Contrariam partem tenent Felyn. in c. de quarta, suprā alle. num. 35. Paul. Cast. in d. l. Celsus, in prin. Idem consi. 72. quia frustra, ad fin. prout refert Felin. vbi suprā, qui etiam alleg. huius partis fautores Cynum in l. si quis emptiois. §. 1. de prescrip. 30. ann. & Bart. in d. §. scire. Glo. in cap. de his quæ fiunt à prel. Gloss. in cap. apostolicæ, de don. cum quibus transeunt simpliciter Doct. ibi. Gloss. in c. cura de iure patro, Abb. in d. c. de quarta. Idem Abbas in c. cum non liceat, de prescrip. sentit Felin. in d. c. si diligenti. num. 4. & nō desunt qui hanc dicant communem, vt per Aym. de antiq. temp. par. 4. versic. materia ista. num. 7.

Quid dicendum? & sanè prior opinio negatiua vt non noceat, quod illa bona fides oriatur ex titulo inutili, & à iure improbato, est longè verior, per dict. §. scire, & leg. pro legato. leg. fina. ff. pro legato. leg. fina. ff. pro suo. l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsucap. leg. quod vulgo. ff. pro empt. nā in prescriptionibus

bus bona fides non tam positivè desideratur, quàm seu privativè, id est, quod absit perfidia, & mala fides, vt dictis legibus, & cap. vigilant, & cap. fin. de præscript. & cap. si virgo. 34. quæstione secunda, quæ cum abscesserit non refert quia ex causa abscesserit, id est, siue ex pericia siue ex imperitia, aut stultitia, facit l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iud.

Tenendo hanc partem ad omnia iura in contrarium per Doctores adducta respondetur in præscriptionibus regulariter tria inter se distincta, & separata desiderari, scilicet possessio, titulus, bona fides, vt altero horum trium deficiente non contingat præscriptio. l. vnica. C. de vsucapion. transf. in princip. Instit. de vsucapion. l. sine possessione. l. Celsus. 3. ff. de vsucap. l. 2. C. pro emp. l. 2. §. si à pupillo. eod. tit. ff. titulus autem à lege improbus pro non titulo habetur. d. §. à pupillo, & d. l. 2. cum similibus, & sic licet ab illo titulo contingenter profecta sit bona fides, adhuc tamen cessat præscriptio non quidem ex capite bonæ fidei cessantis (affuit enim satis sufficiens ad officium suum peragendum) sed cessat præscriptio ex capite tituli deficientis. leg. qui hæredi plures. ff. de cond. instit. nam & similiter licet titulus esset legitimus, & bona fides indubitata, tamè si possessio foret interrupta, cessaret præscriptio. l. cæptam, cum ibi notatis. ff. de vsuc. leg. more. C. de rei vendi. quod alibi plenius diximus, & aliquid supra c. 77. num. 9.

9
Præscr. 30. au
no. datur e-
menti rem, in
qua pater fã.
habeat usum
fructus.

Inferitur † quod si pater habebat vsufructum in bonis maternis filij sui, quem habebat in potestate, eamque rem vendidit mihi contra l. 1. C. de bonis maternis, eam præscribere potero annis triginta si ignarus eram illius legis prohibitionis, quia hæc bona fides orta ex hoc iuris errore sufficit, & titulus ille qui pro nullo est in præscriptione longissima non nocet. l. sicut. l. omnes. l. cum notissimi. C. de præscrip. triginta annorum, tenent in specie Cynus, Alberic. Paulus, & Pinellus, numero 12. in authen. nisi tricennale. C. de bon. matern.

10
Mala fides no-
cet etiam in
præscr. immo-
riali, ard.
quæst.

Inferitur etiam decisio illius articuli, † an præscriptio tanti temporis, cuius initij memoria non existat, procedat cum mala fide † quæ in re sunt qui teneant procedere etiam cum mala fide, ita tenet Decius, numero 12. in l. traditionib. C. de pact. qui refert idem tenuisse. Salic. in l. 2. ad finem. C. de serui. & aqua. Ioannes Zenobius de Vbaldis inter consilia Bald. consil. 370. verba rescripti. lib. 3. Boerius decisione 39. num. 7. Decius consil. 417. in causa domini operarij. num. 5. versic. similiter nec bona fides. Idem Decius consil. 638. communitas Spadiæ. num. 4.

Contrariam partem, vt in tali præscriptione bona fides exigatur, nec procedat eum mala fide, tenent Gloss. penultim. in cap. 1. de præscription. in sexto, & ibi Francus colum. fin.

sequitur decisio Neapolitan. 368. colu. 4. Angelus Aretinus in §. furtiuæ. colum. 1. Institut. de vsucapionibus. Abbas, Panormit. in cap. fin. not. 1. de præscri. Dominicus in cap. sacrosancta. 22. distinctione. Felinus in ca. cum nobis. colum. 1. de præscrip. Aymon Crauet. de antiq. tempo. part. 4. versiculo, materia ista. num. 19. Idem Crauet. consilio 146. Alexandrinus consilio 13. columna quarta, in fine. Bertachinus versicu. præscriptio quomodo causatur in suo repertorio. Orlandus de Curte inter consilia Calcanei consilio sexto, columna penult. Iaso. consil. 24. colum. penult. lib. 3. & hæc opinio longè verior est, & receptior videtur, pro qua vtget generalitas capitu. possessor. de regu. iuris. in sexto. cap. vigilant, & capit. fin. de præscriptio. præferim cum, vt disseruimus, tanto perfidior mala fides quanto diutius, & durat & detinet animam possidentis in peccato, & periculo salutis æternæ, facit, quia legislatori curæ esse debet non solum vt peccatum commissum puniatur, aut purgetur, sed etiam vt peccandi occasio remoueatur, capit. ne captandæ, & capitu. detestanda. de concession. præbendæ. capitu. fin. eodem tit. lib. 6. l. de fideicommissio. C. de transa. l. 1. ibi. non iniquis rationibus. & l. si. C. de pact. l. 2. in fin. ff. quibus vt indig. l. 1. §. interdum. ff. de vulgari. §. fin. autem quis formidolosus. Insti. de pupilla. l. quidam in iure. §. fin. cum l. sequent. ff. de donatio. Sed si aliter diceremus, peccandi occasionem palam præstaremus, ergo, &c. & denique peccatum certum, & indubitatum admitteremus, ergo, &c. Quod procedit in mala fide certa, & indubitata, non sic in ea tantum quæ coniecturis præsumeretur, puta ex ostensione tituli à lege improbat, vt supra disseruimus, illa enim malæ fidei præsumptio vt tollitur, & euanescit per cursum temporis tricennalis, longè magis euauisse videbitur per tempus centum annorum, aut eorum quorum memoria non existat, vt ex communi opinione supra edocemur, quod & Aymon Crauet. palam admittit, vbi supra, & hoc casu potest defendi opinio contraria, quod plerumq; & regulariter vt procedat necesse est, quia non video vt mala fides certa & indubitata probari possit, nisi per ipsius confitentis confessionem, cum regulariter indicijs tantum & coniecturis probetur. l. penult. C. de euiction. quod intellige quando quis fatetur se ante præscriptionem immemoriam expletam fuisse in mala fide, nam si post eam impletam agnoscat se cœpisse habere notitiam rei olim alienæ, id noceret nihil, vt alibi tradidimus. Ex his ergo colligitur quid dicendum sit in illo articulo, quo quæri solet, † an in quibus casibus sola ea præscriptio, cuius initij memoria non extat, locum habet, ea impediatur & veluti infecta reddatur per ostensionem tituli illegitimi, quale esset si in terminis capitu. primi. de præscrip. lib. 6. is qui se maioresque suos contenderet tem-
pore

11
Præscr. immo-
rialis an
cesset si appa-
reas de ti. il-
legitimo, ard.
quæst.

pore cuius in iurij. & c. possedisse & prescripisse, ostenderet titulum illegitimum, qui ab adversario diceretur eis dedisse causam vnicam possidendi, eosque eam habuisse tantum possidendi causam, & praterea nullam, & sunt qui putent hoc casu impediri temporis immemorialis prescriptionem. Ita tenent Ioann. And. in c. 1. ad fin. presc. lib. 6. Couar. in c. possessor. par. 2. §. 3. nume. 7. de prescript. eod. libr. Aymon Crauet. de antiq. tempor. par. 4. versic. materia ista. num. 3. cum plu. seq. mouentur, quia posito titulo illegitimo sequitur presumpcio malæ fidei, argu. cap. qui contra iura, de reg. iur. lib. 6. l. quemadmodum. C. de agri. & censu. libr. 10. sicq; iure canonico cessat prescriptio etiam longissimi temporis, vt tenent Glo. in c. Apostolicæ, de donat. Paul. Castren. consilio 70. quia frustra. colum. fin. Idem consilio 429. in quadam informatione. lib. 1. Abb. consil. 34. colum. 1. lib. 1. Felin. in c. de quarta. num. 35. de prescrip. Abb. consil. 19. lib. 2. Alex. consil. 74. colum. 1. lib. 2. Idem Alexand. consilio 46. libr. 3. Sozin. consil. 29. colum. 7. in secundo dubio. libr. 1. est communis opinio secundum Felinum, vbi supra, & secundum Aymonem de antiq. tempo. par. 4. versic. materia ista. num. 6. Cur. Iun. consil. fin. colum. 3.

Contrariam tamen partem vt posito titulo illegitimo non sequatur presumpcio malæ fidei, & consequenter vt etiam tunc de iure canonico procedat prescriptio longissimi temporis triginta, vel quadraginta annorum, tenent Paul. Castr. sibi contrarius, consilio 406. colum. 3. libr. 1. incipit satisfaciendo. Roman. consil. 123. circa primum dubium. colum. 3. sequitur, & dicit esse communem opinionem Alexandrinus consilio 75. colum. 2. ad finem. Idem Alexandrinus consil. 154. ad finem. Gui. Papæ q. 159. Fredericus consil. 247. Calder. consilio 2. tit. de constit. colum. 2. Cynus in l. venditioni. C. pro empr. Abb. consil. 37. libr. 1. & alij quam plures relati per Aymonem, vbi supra, numero 7. qui hanc etiam partem satis receptam putat. & ipse existimo receptiorem esse, quam & tenent Rip. in l. 1. nume. 9. ff. quorum bonorum. Bald. in l. nullo. C. de rei vend. l. uola in l. nunquam. ff. de vsucapion. Sozin. consil. 33. colum. 3. lib. 4. sequitur, & dicit communem opinionem nullo ferè relato. Couar. in c. possessor. par. 2. §. 5. nume. 2. de reg. iur. libr. 6. Balb. de prescripion. in secunda par. 3. part. quæst. 6. Idem Balb. ibid. quæstione secunda 4. partis.

Tenendo hanc partem quæ longè verior est per generalitatem l. sicut. & l. omnes, & l. cum notissimi. C. de prescripti. 30. annorum, ne iura illa temerè corrigantur, cōtra l. si quando, in princip. C. de inofficioso testamento. & ex communi opinione supra relata sufficit bona fides orta etiam ex stulta causa. Et quia licet posito titulo iniusto & illegitimo presumatur mala fides, tamen illud est & procedit,

quoad impediendam longi temporis prescriptionem, non etiam quoad impediendam prescriptionem longissimi temporis, vt ex cōmuni opinione supra resoluimus post Barth. in l. fina. in fine. C. vnde vi. sed cur diuersum, nam si simul ac habitus est titulus illegitimus, statim ex legis interpretatione & presumpcione qritur mala fides, eaque semel orta videtur non posse mori, ergo quonammodo per adiectionem decem vel viginti annorum super longum tempus præcedens mori eam malam fidem aut aufugere interpretamur, respondeo, quia ex longiore domini patientia & tolerantia ea res quasi nobis concessa videtur, sicque ea domini voluntas denuo nobis accedens fugat nostram malam fidem præsumptam, eamq; purgat, vt superius disseruimus, vt etiam retro ab initio semper bonæ fidei possessores fuisse videamur, simile in l. si tibi homo. §. cum seruus, cum ibi nota. & per Gloss. Alex. & alios. ff. de verbo. obliga. & quæ plenè diximus supra isto libro, & supra istomet cap. numero 2.

Cum ergo qui mala fide possedisse annos viginti per tituli illegitimi interuentum presumitur, is per adiectionem aliorum decem annorum quasi bonæ fidei possessor incipiat videri, quanto magis bonæ fidei possessor videbitur per adiectionem temporis immemorialis, præsertim cum non sit bona consequentia, ostenditur vnus titulus illegitimus, ergo non potuit alius legitimus interuenire, quinimò potuit, quodd dixeris, titulus est facti, quod non presumitur nisi probetur. l. in bello. §. facta. ff. de captiuis. l. si emancipati. C. de colla. respondeam ¶ etiam ea quæ sunt facti presumi ex antiquitate tēporis. l. si filius. C. de pet. hzred. l. qui in aliena, ad princip. ff. de acquir. hzred. cap. 1. de prescrip. in 6. plenè per Roma. Alexand. & las. in d. l. qui in aliena, & in l. sciendum. ff. de verborum obliga. vbi non solum vnum factum, sed etiam plura ex tali antiquitate si opus est ad rei qua de agitur validitatem præsumuntur, plenè per Aymonem de antiquitate, in princip. ¶ Denique in prescriptioe immemoriali non exigitur tituli allegatio. nec etiam probatio vt est vera & communis opinio, quam tenent Dominicus Francus & alij communiter in cap. 1. de prescri. in 6. Glo. & Doct. in cap. super quibusdam. §. præterea, de verborum significatio. las. in l. si certis annis. colum. fin. C. de pact. Frederi. de Senis consilio 237. Aymon de antiq. 4. part. versic. absolutis. numero 49. sequitur, & dicit esse communem opinionem Couarru. d. c. possessor. par. 2. §. 3. numero 7. & in lib. 1. resol. capitu. 17. num. 5. Balbus de prescrip. part. 5. quæstio. 7. Ripa in c. 2. colum. fina. de iud. Iacobi. de sancto Georgio de feudis in verb. mero & mixto imperio. Ratio ea est, quia domini acquisitione contingit nobis aliquando ex domini confessione, vt in l. nunquam nuda. ff. de acquirend. rerum

12
Pacta etiam
presumuntur
ex diuturni-
tate temporis

13
Titu allegatio
aut probatio
non requiritur in prescrip-
tione cum communi.

rerum dom. l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. Aliquando ex concessione & dispositione legis in scio aut invito domino, vt per totum. C. de seruis qui pro przmio liber. accip. l. Item si verberatum. §. 1. ff. de rei vindicat. & per omnes titulos przscriptionum & vsucapionum tradit Deci. in d. l. id quod nostrum. vnde quo temporis momento przsriptio completur (siue illa longi temporis sit, siue longissimi, siue etiam temporis immemorialis) illico lex dominium seu ius, quo de agitur, vero domino ademisse videtur, inque przscribentem transfuisse illud. Quid igitur opus esset tituli interuentu, cum in transferendis dominijs ex legis dispositione is minimè sit necessarius, sed tantum quando ex concessione domini transferuntur pro nobis, quia quod operatur in reliquis iuribus seu dominijs transferendis ipsiusmet veri domini concessio, idem operatur tempus immemoriale in hac concessione legali. l. 1. §. fin. l. 2. in principi. ff. de aqua plu. arcend. l. 1. §. ductus aquar. ff. de aqua quoti. & zstiu. ergo vt in dominio per domini concessionem quz sito non noceret alius titulus à nō domino habitus, vel etiam ab ipso domino habitus, sed minus ritè, ita etiam hoc casu cum per tempus immemoriale nobis à lege concedatur ius seu dominium, obesse non debet alius titulus illegittimus, vel non ritè profectus, pro nobis, quia cuius rei solennitas non desideratur, eius inutilis interuentus non nocet, in principio. C. de rei vx. act. leg. testamen. C. de testamen. Nec ad rem pertinuit quod quidem falsò opinantur hac in re titulum à lege przsumi tantum, non etiam induci, vnde, inquit, si constet de illo titulo illegittimo, cessat przsumptio legis, manetque ille possessor titulo destitutus, sicque przscribere non potest, nam id falsum est, quia hac in re titulus nec przsimitur, nec fingitur, sed ius & dominium possidenti à lege conceditur citra interuentum alicuius tituli veri aut ficti aut przsumpti, sed solùm occasione illius possessionis immemorialis, quemadmodum & in terminis totius tituli. C. de seruis qui pro przmio libert. accep. extra ordinem ius nostrum nobis adimitur inque alienum transfertur, nam egregium ac meritorem facinus, quod seruis ibi fecit, non solet connumerari inter modos & titulos transferendi aut amittendi ius & dominium, de quibus per text. & Glos. in leg. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, & in titulis ff. & C. pro empto. pro donato, pro hærede, pro legato, pro dote, pro suo, &c. & similia. Sic & aliàs iure regio per filij familiàs monachismum, aut matrimonium pater perdit ius patriæ potestatis. leg. Tauri. 47. & etiam vsufructum quem habebat in bonis filij aduentitij, & filius liberatur patria potestate per interuentum dignitatis, vt in authent. constitu. quæ digni. Præterea quod ex titulo illegittimo przsumat mala fides, vt l. quem-

admodum. C. de agricol. & censibus, libro vndecimo. (cum imperitia posset przsumi, argumento leg. si per errorem. ff. de iurisdictione. omnium iudicum. leg. Stich. ff. de opti. leg.) hæc sanè przsumptio nimis rigida est, sicque procedit quoad impediendam longi tantum temporis przscriptionem, non etiam longissimi aut immemorialis, cum tanto magis tendendus, ac fauendus esset quisquam, quanto diutius possedit, vt dict. capitulo primo. de przscriptione. libro sexto. per totum. C. de przscriptione. 30. annorum, facit ratio leg. merito. ff. pro soc. sic & alibi ius & dominium ex legis dispositione ab vno abscedit citra factum suum, inque alium migrat. l. si. vbi multa per Doct. C. de lega. & ferè per totum. C. de donat. quæ sub modo. & in leg. si vnquam. C. de reuocan. donatio. vbi multa per Andr. Tiraquellum verb. reuertatur, & per Decium & Cagnolum in leg. id quod nostrum, de regul. iur. ff. ergo in przscriptione tanti temporis cuius initij, &c. non introducitur titulus à lege vllus verus, aut fictus, aut przsumptus, aut pictus, aut imaginarius, vt contrarium existimantes confabulari nobis videantur, & loqui sine vlla lege, quini mò contra plures leges supra relatas, vel dicat ipsi nobis si interfuit tit. an sit nominatus, vel innominatus & qua voce, aut nomine nuncupatur, profecto necesse habebunt fabellis fabellas addere. nobiscum sentit Felinus post Antonium, quem ipse refert in capitulo, cum nobis. columna tertia. de przscriptione. Alexandrinus consilio decimotertio. columna tertia. dum aiunt esse przscriptionem iuris, & de iure pro przscribente tempore immemoriali, contra quam nulla admittitur probatio præter confessionis. Gloss. approbata in leg. siue possidetis. C. de probatione. pro nobis quod tradunt Gloss. in §. multis. Institutio. de libert. Baldus in leg. neque quicquam. §. vbi decretum. columna sexta. ff. de officio procon. la son consilio 20. columna tertia. Decius consilio 163. columna sexta. & in capitulo, nouit. colum. 9. de iudic. dum tradunt quod † eius rei interuentus siue legitimus sit, siue illegittimus, minimè nocet, quoties eius omnino defectus seu abscessus non posset nocere, quæ nota, quia habuimus de facto in causis quàm plurimis, & summorum virorum.

Infertur † ex superioribus minimè admittendam esse opinionem Aymonis Crauet. de antiquita. tempor. par. quarta. versicul. absolutis. numero 60. & eiusdem ibidem. versicul. materia ista. numero tertio. cum pluribus sequen. dum contendit, quod si titulus inutilis ostendatur ac illegittimus, inficit przscriptionem immemoriam, vel impedit eius consummationem, vel saltem effectum, allegat eiusdem sententiz fauorem Alexandrinus consilio 113. columna prima. libro 1. qui loquitur in quasi possessione tantum

14
Defectus ubi non noceret, interuentus inutilis nocere non potest.

15
Titulus inutilis non vitiat præscriptionem longi temp.

tantum longi temporis, aut longissimi, non autem in memoriali, quin immo etiam in longissimo vix procederet eius opinio, ut patet ex supradictis, allegat Paulus Castr. consil. 423. col. 2. in fi. nu. 2. lib. 2. qui potius in contrarium inclinatur, licet cum constaret de iniusto, & illicito initio variet ibidem. Idem repetit ipse Aymon, ubi supra, quanto autem distet titulus ille legitimus, id est minus rite habitus à causa nefaria, & turpi, vitioso, iniquo ac iniusto initio, nullus sanus non viderit, quin immo etiam si ostenderetur ac probaretur aliquod initium turpe ac vitiosum, adhuc opinio nostra procederet, quia non sequitur quod præter illam causam iniquam & iniustam vel etiam turpem possidendi non quoque potuisse adesse & interuenire alia causa possidendi iustæ, & honestæ vel indifferentes, & tempus cuius initij, &c. † facit verum omne possibile, facitque; ut videantur interfuisse omnia quæ oportere, quibusque opus esset ad perficiendam talem præscriptionem, vel tale ius inducendum, ut d. c. 1. de præscrip. lib. 6. cum similibus supra allega. & quæ traduntur in locis supra allegatis, præsertim cum ex communi sententia dixerimus supra post Barthol. in d. l. fin. C. unde vi. quod etiam si constet ex legis præscriptione de vitioso ingressu possidendi, adhuc ex tempore longissimo vitium illud purgatur, quanto ergo magis per tempus cuius initij, &c. nam & si ad talem possessionem iustificandam Imperatoris vel Papæ concessio necessaria foret, ea interfuisse præsumeretur, ut ibi, vel tale tempus pro tali concessione haberi. d. l. 2. in princip. ff. de aqua pluui. & ibidem. l. 1. in fin. cum similibus supra alleg. si ad talem effectum mille rerum aut qualitatum concursus ac interuentus forent, necessarij omnes interfuisse viderentur, si summorum principum dispensationes mille necessariæ dicerentur, omnes quoque interfuisse viderentur, ut dd. iuribus, quid ergo deesse poterit.

Ad leg. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & oblig. dum ait, tempus non esse modum inducendi obligationem, responderetur, procedere in obligatione personali, non sic in iure & dominio reali transferendo vel adimendo. Præterea ea lex non procedit in tanto tempore, &c. ut tradunt Doctores in leg. si certis annis. C. de pact. & in leg. fina. C. de lega. sicque de vitioso initio apparere non potest, quia licet probetur, tamen lex præsumere potuit, & voluit interuentum & concursum necessariorum ad illud vitium supplendum, vel, ut rectius loquar, omnia necessaria lex ipsa adiecit, sicque supplementum re vera induxit non per modum præsumptionis, sed realis dationis & inductionis, & concessionis, denique pro nobis stat regula, nec ista exceptio bene probatur, nec dubito quin regulam tenentes qui innumeri sunt interrogari

de veritate huius exceptionis eam negarent.

Ex † superioribus dum diximus, vitium malæ fidei præsumptum, quod oritur ex titulo minus solenni, purgari per lapsum temporis longissimi, ita ut possessor bonæ fidei semper fuisse retro intelligatur, infertur quod si spurius errore iuris se legitimum putabat, cum legitimatio à se impetrata esset illegitima, & minus solennis, & sic patris hæreditatem annis triginta possedit, eam præscripsisse videbitur, quia, ut diximus supra, sufficit bona fides etiam orta ex errore iuris, vel mala fides inde præsumpta, iuxta cap. qui contra, de regu. iur. in sexto, cum concor. supra allega. purgetur per lapsum triginta annorum, & in præscriptione tricennali titulus nullus desideretur, & sic inutilis non noceat. l. sicut. l. omnes. C. de præscriptione triginta annorum, iuncta leg. vnica, in principio. de rei vxo. actio. C. ita in specie tenent Baldus numero 3. in leg. nullo. C. de rei vendic. Rip. numero 9. in leg. prima. ff. quorum bonorum, qui hoc multum exaltat quasi vtilitissimum. Quid dicendum? & puto oppositum verius esse, ut cesset præscriptio etiam longissimi temporis † per textum expressum, in l. nemo. ff. pro legato, ubi text. ait, eum qui incapax legati est, non posse vsucapere titulo pro legato, subditerationem (& hoc est quod expendim⁹) quia ea, inquit, possessio ex iure testamenti proficiscitur, ergo ibi vsucapio non impeditur quasi in titulo esset vllum vitium aut in bona fide, sed solum quasi in ipsamet possessione vitium esset, nam sine possessione præscriptio non procedit. cap. sine possessione, de regu. iur. in sexto. leg. sine possessione. ff. de vsucapio. possessionem autem ciuilem intellige, quia ex ea proficiscitur vsucapio, non ex possessione naturali tantum. leg. prima. §. per seruum qui in fuga. ff. de acq. possess. nec dubium est quin incestuosus, qui est incapax bonorum paternorum, incapax intelligatur non solum quod ad eorum proprietatem, sed etiam quod ad possessionem, lex enim id prospectum voluit, ne per patronum quicquam ad tales filios perueniret, ut sic à talium turpium liberorum procreatione parentes abstinerent, quæ lex satis inconsulta esset, si quemadmodum tales liberos proprietatis bonorum pa. incapaces fecit, non quoque; & possessionis incapaces faceret, cum ex sola possessione plures utilitates nascantur, puta fructuum acquisitio, vsucapiendi conditio, & similia. leg. bonæ fidei. ff. de acq. rerum domin. §. si quis à non domino. Institutio. de rerum diuision. cum ibi nota. iuncto dicto §. per seruum. & ideo ipsamet possessio inficitur ac pro infecta & pro non habita habetur, in d. l. nemo. & hoc sanè est quod mihi visus est sensisse Iureconsultus ibi in verbis supra expensis. cum ergo illa possessio inspecta legis censura nulla sit, ergo non perdurauit per tricennium

16
Præf. immemorialis non nocet initium vitiosum.

17
Tempus immemoriale facit verum et possibile.

18
Spurius impetravit dispensationem non solennem sic patris bona 30. an. possedit non præscribit, not. q.

19
Inte. l. nemo. ff. pro legato.

nium continuum, quinimò neque per momentum temporis, sicque is non modò præscriptionem expressè habuisse non videtur, sed nec etiam eam inchoasse videtur, cum nūquam possidere cœpisset. Ad idem l. fin. ff. pro hærede, & nobiscum videtur tenere Barthol. licet moueatur alia ratione parum tuta, in cōsil. 116. dominus Dominicus.

20
Spurius hoc casu non præscriberet longo tempore.

Vnde infertur † longè facilius cessare longi tantum temporis præscriptionem, vt rectè tenuerunt Bald. nume. 4. in l. nullo. C. de rei vendic. vbi Salic. & Bald. in l. id quod pauperibus. C. de episcop. & cleric. Salice. in l. 2. C. pro empt. Ripa numero 9. in d. l. 1. ff. quorum bon. post Gloss. in leg. nemo. ff. pro legato, & Ripa ait, vbi suprà, hanc esse communem opinionem. tenet Alex. consil. 74. circa primum. num. 7. versic. circa secundum. Cumanus in l. nemo. ff. pro legat. Bartho. consil. 119. dominus Dominicus. num. 4.

Contrarium tamen etiam in longi temporis præscriptione tenuerunt Iacob. de Rau. Raynerius de Forli. & Angel. in d. l. nemo, & Paul. Canstren. consil. 228. quem non inuenio licet allegetur per Ripam, vbi suprà. Quid dicendum? & sanè Bald. & alij suprà relati, qui communem opinionem tuentur, mouentur eo quòd tempus in præscriptionibus supplet defectum tituli. l. clauibus. ff. de contrah. emp. non autem addit capacitatem, sed etiam si huic incestuoso filio incapaci pater ipse traderet, eum dominum non faceret, ergo absurdum est, q. tēpus plus operetur quàm vera traditio domini eiusque concessio. Sed istorum ratio, vt nobis videtur, nulla est, nam in specie nostra adest & tempus & ipsius domini concessio, ponimus enim ipsum patrem bona sua huic filio dedisse vel expressim in testamento vel tacitè cū intestatus decederet. l. conficiuntur. ff. de iure codic. l. 1. §. fin. ff. de lega. 1. & contendimus, vt quòd ipsius patris concessio per se solam efficere non potuit, possit cum temporis adiectione, aliunde ergo querenda sunt fundamenta ad cōmunem opinionem tuendam. & sanè ex defectu tituli hæc præscriptio non impediretur (vt tenentes communem sententiam falsò opinabantur) sed magis ex defectu possessionis, vt suprà docuimus, id quod neutrius partis fautores percepisse videntur. Ad text. in leg. si vir. ff. pro don. l. si id quod. ff. pro derel. iuncta leg. prima. §. si vir. ff. de acquir. pos. tamen diuersum esse, quia non tam prohibita est dona. inter vir. & vxor. quàm inter patrem & filium spurium, sicque illo casu sola dominij translatio prohibetur, quia non tam amare neque quasi vt inter infectos, &c. argumen. leg. si id quod. §. primo. ff. de dona. inter virum. hoc autem casu tam dominij quàm proprietatis acquisitio prohibetur.

Extat ergo ex superioribus in quæstione spurij seu incestuosi cessare præscriptionem

non solum longi temporis, quod à plerisque receptum est, sed etià longissimi temporis tringinta vel quadraginta annorum, id quod nouè contra Ripam & Bald. aduertimus, † sed an præscriptio illo casu eius temporis, cuius initij memoria non sit, locum habebit, mouet quæstionem quòd sine possessione præscriptio etiam per annos plures quàm mille contingere nequit. d. l. sine possessione, cum similibus suprà allegatis. sed hic ex legis interpretatione possessio nulla erat, vt suprà diximus, ergo, &c. adhuc tamen magis esse videtur vt immemoriali præscriptioni locus sit, nam licet à sui primordio infecta videatur ea possessio, vt neque ille possedisse videatur ciuilitè, quòd ad reliquas præscriptiones siue longi siue etiam longissimi temporis, tamen quòd ad hanc acquisitionem, quæ per tempus immemorabile contingit (quæque non connumeratur inter species præscriptionis, sed naturalibus acquisitionibus proximior est) vel non videbitur infecta ciuilis possessio, vel sola naturalis sufficiet, quia iura de acquisitione hac loquentia ad solam possessionem naturalem respexisse videntur, eique illam vim & potestatem præbuisse, arg. l. 1. §. fin. & leg. 2. in princip. & in §. fin. ff. de aqua pluui. arcen. & l. 1. §. ductus aquæ. ff. de aquæ quoti. & xsti. ca. 1. de præscript. lib. 6. vt licet præscriptiones in ciuili possessione nitantur. leg. 1. §. per seruum qui in fuga. ff. de acq. poss. tamen hæc acquisitio magis in possessione naturali niti videatur vel etiam in nuda detentatione, ergo multum refert vtrum cessante mala fide præscriptio ex defectu tituli vel causæ iuste possidendi impediatur, an verò ex defectu ipsius possessionis. nā defectus possessionis ciuilis, & et naturalis, & et detentationis, non suppleretur et cursu mille annorū, at defectus possessionis naturali detentatione suppletur tempore immemoriali tantum. at defectus iustæ causæ possidendi suppletur 30. vel 40. an. quasi maius impedimentum sit cessare etiam detentationem quàm cessare possessionem, maiusq; cessare possessionem quàm cessare iustam causam possidendi.

Ex superioribus † infertur nouus & elegans intellectus ad cap. ad decimas, de resti. spoliatorum, libro 6. nam ibi illi canonici inspecta legis censura non possidebant, quia cum etià clerici videantur incapaces decimarum iure dominij habendarum quasi loco patrimonij, quia licet eas tanquam beneficiati & ecclesiæ nomine habere possint, tamen proprio nomine proprioque iure, & quasi vt proprium patrimonium habere non possunt, nō magis quàm laici, vt resoluit Couar. fol. lib. 1. c. 17. numero 7. sequitur quòd ibi eas tanquam proprium patrimonium habere non poterant prout volebant, ideoque dicit text. in d. capit. ad decimas, nisi earum possessionem legitime affecti fuerint, sicque cum earum possessione

21
Præscriptio immemorialis non nititur in sola possessioe ciuili, sed naturalis detentatione consenta est.

22
Intel. c. ad decimas, de resti. spoliatorum.

tionem legitimè assequuti non fuissent vti earum incapaces legitimè ab ipsis fuerunt spoliati. nam qui decimarum habendarum incapax à iure censetur, vel alterius rei, cuius que incapax esse iubetur, is expers esse intelligitur non proprietatis tantum, sed possessionis quoque, vt proximè differuimus, vnde remedio possessorio (quale est recuperandæ interdictum) vti non potest, nec ei à lege accommodatur, sicque interdictum recuperandæ, quod illi canonici intendebant, meritò eis fuit denegatum, quod minimè denegaretur, si tales decimas ecclesiæ suæ deberi, & ei restitui postulassent, iuxta cap. ad Apostolicæ, de decimis, cum Ecclesia in aliena diocesi iure siue dominij siue possessionis decimas habere possit, & capax sit, singularis autem persona, siue laicus sit, siue clericus, eas habere non possit, neccapax videatur.

Dicet quis, vnde nobis reuelatum aut notum quòd illi canonici non nomine Ecclesiæ, sed quasi proprium patrimonium decimas illas vendicarent, respon. vtrunque fateor incertum esse, sed cum horum casuum neutrum ibi satis aperiat, is potius intelligendus qui iuribus non aduersatur quàm alter qui omni iure repugnaret, præsertim, quia cum summus Pontifex ibi ad casus cōtingentis decisionem responsum dederit, constat ad vnum tantum factum tunc contingens non ad plura respondisse, vnde ex responso & decisione ipsius Pontificis apparet seu saltem verosimilius credetur eos canonicos decimas illas magis quasi iure & nomine proprio quàm iure aut nomine Ecclesiæ suæ vsurpasse, ideoque nihil boni pro se allegabant, præter illam possessionem quam illegitimam suspectamque Pontifex summus iudicauit, & cum ex responsione arguatur, qualis fuerit interrogatio, argu. leg. Titia. §. idem respondit. ff. de verb. obliga. & §. præterea. Institutio. de inur. stip. sanè ex responsione summi Pontificis, speciem quæ ibi euenerat talem fuisse qualem nos posuimus verosimilius est quàm aliam, cum sic omnia iura quiescant, & si aliter intelligeremus text. illum, vt immane saxum in imum flumen deturbatum, aquam perspicuam ac sedatam, turbidam obscenamque redderet, sic ius nostrum turbidum ac nebulosum præberet quòd ad omnem materiam interdictorum, iustificatur noster intellectus, quia in dubio tales clerici potius ad suam vtilitatem propriam quàm ad commodum ecclesiæ egisse præsumendi sunt, argu. leg. & magis. ff. de solutionibus. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig.

Postremò multa ad bonam vel malam fidem pertinentia differuimus supra in prima, secunda & tertia par. vnde quæ hic desunt petenda sunt.

SUMMARIVM.

- 1 Iurisdicctio suprema an prescribi possit, ingens pugna.
- 2 Reges creatos subditorum gratia.
- 3 Subditi quando possint in suam laxitatem sese vindicare.
- 4 Natura sua quaque facillè reddunt.
- 5 Iuri naturali derogare vt possumus.
- 6 Regnum successionè à tempore immemoriali delatum non subesse subditorum arbitrio.
- 7 Precio qui subditum se fecit, an se liberare possit.
- 8 Prescribi potest tempore immemoriali vt appellationes etiam vltima nõ ad regem, sed ad aliquem magnatem deferantur, contra nouiss.
- 9 Italia ciuitates an potuerunt se subducere ab imperio, contra Decium & Ang.
- 10 Prescribi potest tempore immemoriali ius concedendi veniam etatis, contra Romanum.
- 11 Serui fugientes an sui iuris fiant.
- 12 Nostrum interdum sine facto nostro nobis auferatur.
- 13 Seruitus est contra naturam.
- 14 Seruitutis imago est alienæ ditioni subesse.
- 15 Seruitutis onera.
- 16 Seruus qui sponte vendidit sese, deterioris conditionis est, quàm reliqui serui.
- 17 Iurisdicctio suprema an tempore immemoriali iure regio prescribatur.
- 18 Imperium an etiam post tempus immemoriale possumus effugere.
- 19 Hispani populi à Mauris iure erepti.
- 20 Maiestatis læsa crimen committitur contra ciuitatem liberam, cum multis contra non paucos.
- 21 Hispaniarum reges vt iure Imperatorum vtantur, declaratio noua.

QVINTA PARS QVÆ RES ILLAS INTUETUR, QUÆ PRÆSCRIBI POSSUNT VEL NON POSSUNT.

SUPREMA iurisdicctio an prescribi possit, vetus controuersia est, & quia is modus loquendi malè aptus videtur, idè in eo questionem esse aduertimus, † an qui olim subditi erant, possint tempore, cuius initij memoria non sit, acquirere libertatem alienæque ditionis laxitatem, ac per contrarium qui liberi erant, eo tempore cuius initij, &c. possint sub aliena ditione ac imperio redigi? cuius rei vera cognitio à principijs iuris naturæ ac gentium petenda est. iure enim naturæ omnes homines liberi nascebantur, neque vllius ditioni, aut imperio subijciebantur. leg. manumissiones. ff. de iustit. & iur. §. ius autem gentium. Instit. de iure natu. Vnde Virgilius sic ait:

*Ante Iouem nulli subijciebant arua coloni,
Nec signare quidem aut partiri limite campum
Fas erat.*

Iurisdicctio suprema an prescribi possit, ingens pugna

Et Horatius Satyra 2. lib. 2.

*Nam propria telluris herum natura, neq. illum
Nec me, nec quemquam statuis, nos expulit ille,
Illum aut nequities, aut vafri inscitia iuru.*

Vt enim leo leoni, aper apro, bos boui, vt-
sus vrfio, vulpes vulpi non imperat, ita quoq;
homo homini vt imperaret non tam à iure na-
turæ effluxisse, quàm à iure gentium descen-
disse intelligendum est, leg. prima. §. fina. ff.
de iusti. & iure. l. veluti eodem, ibi, velut erga
Deum religio vt patriz, & parentibus paream-
us. à iure enim naturæ id tatum profectum
fuisse intelligendum est, cuius notitiam ac pe-
ritiam certam ac indubitam habemus, vt d.
l. prima. §. fina. cum l. seq. §. singulorum. Instit.
de rerum diuifio. parentes autem nostros non
cered, & indubitanter nouimus, sed audiui-
mus accredimus, argumen. l. filium eum dif-
finiuimus. ff. qui sunt sui vel alieni iuris. l. Lu-
cius. ff. de cõditio. & demonstrat. ergo quod
eis parere debeamus piam fidem accommo-
dantes non tam à principijs iuris naturæ cer-
tis ac indubitatis, quàm à iurifgentium præ-
ceptis effluxisse intelligendum est. † Verum
licet initid hominum nulli nascerentur serui
aut alienæ potestati, ditioni, imperio, iurisdic-
tioni subditi ac obnoxij, tamen plerisq; ho-
minum qui legibus, aut moribus reguntur,
cõperunt principibus magistratibusq; se sua-
que committere. leg. secunda, in princip. ff. de
origi. iur. & d. l. 2. §. deinde quia difficile, & §.
nouissimè, idque non tam ipsorum princi-
pum gratia, quàm ob propriam ipsorum sub-
ditorum vtilitatem factum intelligendum
est, arg. d. §. nouissima, & d. l. deinde, quia dif-
ficile dixi controu. illustrium c. 1. sed & alij sub-
diti esse cõperunt vi & bello, argumen. d. l. 1.
manumissiones, & l. hoc iure. ff. de iure. & §.
ius aut gentium. §. bella. Inst. de iure natur. †
Sed siue vi siue sponte sua subditi esse cõpif-
sent, non dubium est quin possent in suam la-
xitatem sese recipere ac vindicare, argumen.
l. secundæ. §. exactis deinde regibus. ff. de ori-
gine iuris. §. item ea quæ ab hostibus. Institut.
de rerum diuifione, lege nihil, in principio. ff.
de capriuis, & postlim. l. tertia, & l. naturalem,
in princip. ff. de acquiren. rerum dominio. si-
ue enim vi subacti sunt, vi quoque aut clam,
aut alio quouis modo, vt sese in suam laxita-
tem recipere possint par est, dicto §. Item ea.
dicta l. tertia, d. l. naturalem, dicta l. nihil. siue
etiam sponte sua se subiecerint alienæ ditioni
ac potestati, cum id ob ipsorum subditorum
vtilitatem initio factum fuerit, ei renunciare
atque ab ea recedere eis liberum esse par est, sic
que ab ea subiectione poterunt se in suam la-
xitatem recipere, ac eripere, vel palâ, vel clam,
vel dolo, vel vi, aut armis, argumen. dic. §. exa-
ctis deinde regibus. d. §. deinde cum esset, ea-
dem l. secunda. ff. de origi. iuris. dic. §. item ea.
d. l. tertia. d. l. naturalem. nihil † enim tam
naturale est, quàm vnumquodque eo mo-

do dissolui quo colligatum fuit. leg. nihil.
ff. de regulis iuris. omnisque res per quas-
cunque causas nascitur, per easdem dissolui-
tur. c. omnis res, de regu. iur. & quæque res de
facili reuertitur ad suam naturam seu origi-
nem. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.
Vnde Boetius sic cecinit

*Repetunt proprios quæq. recursus,
Redituq. suo singula gaudent:
Nec manet nulli traditus ordo,
Nisi si fini iungeris ortum,
Stabilemq. sui fecerit orbem.*

Sicque vt iure ciuili inspecto matrimoni-
um in sui tam productione, quàm resolutio-
ne liberum erat. l. neque ab initio. C. de nupt.
ita & regnum sponte concessum randiu per-
maneat quadiu subditi quoque in eadem vo-
luntate permanserint non vltra, ergo siue vi
aut dolo fuerint subacti, vi similiter aut dolo
siue sponte ac palam, sponte quoque ac pa-
lam potuerunt ad suam laxitatem reuerti, vt
dictis legibus, & facilius cum sponte sua se
subiecerant ad suam vtilitatem, sui que com-
modam gubernationem, nam tunc propriæ
vtilitati renunciare, & ab ea recedere liberrim-
um esse debet. leg. penulti. C. de pact. leg. si
quis in conscribendo. C. de episco. & clericis.
leg. quoties ab omnibus. C. de fidei. leg. cum
pater. §. mando. ff. de leg. secundo. leg. filius fa-
miliæ. §. diu. ff. de leg. primo. l. Titio centum,
in princip. ff. de conditio. & demonstrat. leg.
in re mandata. C. manda. etiam abutendo iu-
re, & rebus suis. leg. sed & si lego. §. consuluit.
ff. de petit. hæred. leg. prima. §. & magis, verb.
prodegerit. ff. si quid in fraudem patr. neque
enim quisquam voluntati & arbitrio suo eam
legem imponere potest, à qua sibi recedere
non liceat. leg. si quis in principio testamenti.
ff. de leg. 3. l. si mihi & tibi. §. in legatis, vbi mul-
ta per nouissi. ff. de leg. 1.

Neque ad rem pertinet quod iure gentium
regna, & imperia esse videantur, nam respo-
id non satis certum esse, sed & si esset, nihil ob-
esset, nam non solum iurigentium, sed etiam
naturali, & diuino possumus in parte derogare,
licet non in totum, vt nota. per Gloss. ibi, &
vbique communiter approbatur in leg. ius ci-
uile. ff. de iustitia & iure. non quoque quem-
quam mouere debet illud: Per me reges re-
gnant, & conditores legum iusta decernunt.
nam respondeam, quod & per eundem Deum
optimum maximum eiusque permissu re-
gnare definet quoad eos viros vel populos ille
princeps, à cuius datione & imperio illi sese
subdixerint, nec est cur magis nutu Dei subie-
ctionem contigisse dicamus, quàm subiectionis
laxitatem reuersam fuisse, cum liberatio-
nes quàm subiectiones longè sint fauorabi-
liores: argumen. leg. Arrianus. ff. de actio. &
oblig. † secundum quæ videbatur dicendum
etiam citra vllius temporis interuallum, posse
se quem-

2
*Reges creati
suis subditi-
orum gratia.*

3
*Subditi quan-
do possint in
suam laxita-
tem sese vin-
dicare.*

4
*Nature redi-
tus facili.*

5
*Iuri naturali
derogare ut
possumus.*

6
*Regnâ à suc-
cessione à sê-
por. immemo-
riali delatum
nō subesse sub-
ditorum ar-
bitrio.*

se quemque virorum, hominum, populorum à principis sui ditione ac imperio subducere, sed non est ita, nam in regnis seu principatibus, qui iam diu fortè ab hinc annos mille, vel etiam plures successione non electione deferruntur, neque apparet quo iure primum sub tali ditione ac imperio regio illa homines vel populi fuissent subacti, non est cur non credamus optimè iure subactos subditosque fuisse, argumentol. primè. §. ductus aquar. ff. de aqua quoti. & æsti. l. prima. §. fina. ff. de aqua pluui. arcenda. vnde non videtur ab eo imperio se subtrahere liberū aut fas esse, ne cōtra illud ius iam veluti tempore stabilitum fiat, vnde similiter si tēpore quoq; cuius initij memoria non sit certi siue homines siue magnates, siue populi à tali ditione, vel imperio sese subtraxerint, inque libertatis seu laxitatis possessione fuerint, eam laxitatem iure assequuti videbuntur, inque posterum iam suz ditionis sui que imperij ac suz laxitatis & veluti sui iuris esse videbuntur, nam si solo tempore iustificabatur subiectio, ergo solo etiam tempore, & longè facilius iustificabitur liberatio, argumen. dicta l. Arrianus. nam princeps ille suum imperium ac ditionem iustificabat, aut vi, aut consensu, aut tempore, vi quasi à maioribus huius principis gens illa subacta fuisset, consensu quasi sponte sua gens illa maioribus illius principis sese subdidisset, tempore quasi tanto tempore cuius initij memoria hominum non esset, gens illa sub tali ditione ac imperio fuisset, at si vi fuerūt subacti, vi quoque sese poterunt in suam laxitatem recipere, dict. l. tertia. dict. l. naturalem. dict. §. item ea. & quia omnis res per quascunque causas nascitur, &c. vt dict. capit. omnis, & quia res de facili reuertitur ad suam originē, d. §. pactus ne peteret, & tunc nullo temporis auxilio egerent, vt dd. ll. quod si consensu fuerunt facti obnoxij, & subditi, is consensus sui natura reuocabilis est, quasi ad suam non ad sui principis vtilitatem se subdidisse videantur. vnde voluntatem mutare liberum esse debet, argum. dict. l. secunda. §. exactis, & §. deinde cum esset, & §. nouissimè. ff. de origine iuris. l. fina. C. de pact. dict. l. si quis, in principio testamenti, dict. l. si mihi, & tibi. §. fina. d. §. si diui. dict. l. Titio centum, in principio. d. §. mando. dict. l. quoties ab omnibus, cum similibus supra alleg. nam & quæ cōsensu fiunt, etiam inter viuos contraria voluntate dissoluantur. leg. fina. ff. de acceptil. & dict. §. pactus ne peteret. & §. fina. Institutio. quibus modis recontrahitur obligatio. nam & si quæ duorum consensu fiunt regulariter, alterius tantum consensu dissolui nequeant, sed demum contraria vtriusque voluntate, vt dict. ll. & leg. sicut ab initio, de action. & obligatio. C. fallit tamen quando is actus respiciebat principaliter alterius tantam vtilitatem, non etiam vtriusque, tunc

enim illi instantum contraria voluntas sufficit vt actus ille dissoluatur ac infectus reddatur. leg. stipulatio ista. §. inter certam, vbi plenè per Doctores. ff. de verbo. obligatio. leg. penu. C. de pact. cum similibus supra allegatis. sed qui alienz ditioni ac imperio sese gratis non pretio subdiderunt, id non tam ob vtilitatem domini quàm ob suam vtilitatem fecisse videntur, vt & patet ad sensum, & supra ostendimos, † ergo pœnitere voluntatemque mutare liberum eis erit, licet contrarium esset si pretio id fecissent, vt in principio. & §. fina. Instituti. de iure personarum. pro nobis optimus text. in dict. l. fina. C. de pact. & leg. 17. & leg. 44. in Taurinis decisionibus. quæ leges loquuntur in actibus inter viuos duorum cōsensu factis ob vtilitatem potissimum alterius. & aiunt illius contrariam voluntatem sufficere, vt res infecta reddatur. itaque principi possem dicere, si vi me subiecisti ac subegisti, æquum est, vt liberares me, quod si nolueris, cum primum vi, aut clam poterim me in laxitatem meam recipere, iure fecisse videbor, idem si dolo, aut alia quauis ratione id fecerim, vt dict. l. vt vim. ff. de iustici. & iure, & supra plenius ostendimus. sin autem consensu meo subdidi me tibi, iam me pœnitere, & hac in re pœnitere mutareque voluntatem liberum esse debet, si tempore immemorialius quærsisti, ego similiter, & longè facilius tempore immemoriali laxitatem libertatemque contra repotui acquirere, quæ nota, quia nullus vnquam in cuius scripta inciderim sic declarauit, licet in specie quod talis libertas tempore cuius initij memoria non sit acquiri possit. teneant etiam contra supremam principis potestatem ac iurisdictionem communiter Doctores, vt infra dicam. Quin nimò postquam princeps passus est tandiu homines quosdam, aut populos vti iure suo, & veluti pro liberis suzque ditionis se gerere satis huic rei voluntatem suam accommodasse videtur, vt iam vtriusque partis voluntate eos populos, aut homines à talis principis ditione ac imperio liberatos fuisse verius sit, argumentis eorum, quæ diximus capitulo præceden. dum malam fidem ab initio possessionem præsumptam per lapsum triginta annorum purgari ostendimus, & ita vt aduersus supremam potestatem principis temporalis possit præscribi, vel vt aptius loquar, vt tempore immemoriali possit homo aut populus se à suprema potestate, ditione ac imperio liberare sui principis, tenent Barthol. in leg. infamem. ff. de public. iudic. Idem Barth. in leg. hostes. ff. de capti. Idem in leg. prima. ff. de aqua plu. arcen. Purpuratus in leg. imperium. numero 174. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Gloss. prægm. in procmio. in verbo, Dei. Curtius iunior de feudis, parte secunda. quo modo feudum in esse deducatur. in secunda quæst.

7
Precio qui sub
ditum se fa-
cit, se libera-
re an possit.

princip. las. consilio 70. columna 1. libro 3. Felin. in cap. cum non liceat, de præscrip. colum. 4. Idem Felinus in capit. cum nobis. columna 2. eod. tit. Abbas in cap. si primo notab. de const. Abbas in capit. quò ad translationem. columna prima. de offic. lega. Idem Abbas consilio 82. libro primo. Alexand. consilio 15. columna secunda. libro quinto. Idem Alexand. consilio 11. columna tertia. libro septimo. sequitur, & ait esse communem opinionem Aymon de antiquitate, par. 4. versicul. materia ista. numero 62. & est communis opinio secundum Couar. in capi. possessor, de regu. iur. libro sexto. part. 2. §. 2. numero 7, quam etiam dicit communem in capitu. peccatum, de regul. iur. libro 6. par. 2. §. 9. in fin. sequitur & ait esse communem opinionem Antonius Corsetus de excellen. regis, quæstione 104. Balb. de præscr. 2. part. 5. princ. q. 2. Castaldus de Impera. quæst. 53.

Contrariam tamen partem, vt eius temporis immemorialis præteritio non sufficiat ad liberandum, quem à suprema potestate principis secularis, vel vt ius acquirat contra talem supremam potestatem, tenuerunt Abb. in capitu. per venerabilem. columna fina. qui filij sint legitimi. Idem Abbas in d. capitulo, cum non liceat. Romanus consilio 371. columna fi. Alexand. in l. more. columna penul. ff. de acquirend. hæredit. Decius consilio 307. columna 3. Sozinus consilio 275. columna 3. libro secundo. vbi hanc firmat esse communem sententiam. Purpuratus in d. l. imperium. numero 169. Idem Purpura. in l. 1. numero 40. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. Iason consilio 208. libro secundo. columna tertia. Angelus in l. hæc autem, in fin. de seruitu. vrb. norum prædiorum. Hostien. Ioan. And. & Anton. in dict. capitulo, per venerabilem. Alberi. in d. l. imperium.

Tenendo partem affirmatiuam, quam auisim verisimam dicere, vt procedat talis acquisitio ad dict. c. cum non liceat, respon. primum quòd quatenus ibi negatur procedere præscriptionem, non comprehendit acquisitionem, quæ tempore cuius initij memoria non est, contingit vt ex communi & vera opinione alibi differuimus dicentes, præscriptione verita nunquam videri eam vetitam quæ procederet ex tempore immemoriali.

Secundo respon. quòd ibi loquitur in spiritualibus non in terrenis, secundum Aymonem vbi supra, tertiam & quartam solutionem accommodat Aymon ibid. sed dux priores sunt veræ.

Ex t nostra & communi opinione affirmatiua infertur suspectum esse quod Couarru. vir disertissimus in d. §. 2. numero 7. scriptum reliquit, dum negat tempore etiam immemoriali posse præscribi à ducibus, comitibus, & marchionibus, & similibus, ne ab ipsis ad re-

gem possit appellari, nam huiusmodi præscriptiones longè facilius contingunt translatiuè, quàm extinctiuè, vt declarat Geminianus in capitulo, cum personæ. §. quòd si tales, ad finem, de priuileg. libro sexto. vnde cum isto casu suprema illa iurisdictio non præscribatur extinctiuè, sed tantum translatiuè, quia abhinc in posterum non ad principem, sed ad talem ducem, comitem, aut marchionem appellabitur, superest, vt tale ius per tempus immemorabile abscedere possit à rege, & in talem ducem tranfuolet, vt supra ostendimus.

Nec me mouet quòd talis dux non ex toto sese pro libero gerat, sed subditum regis se esse fateatur, nam in causis suis subditus erit regi, in causis autem vasallorum suorum ipse supremam habebit iurisditionem, & ita est etiam hodie (vt audio), in regnis Aragoniz, & Cathalumniz, quorum dominorum iura hoc modo vtiliter tuebuntur, & si rectè inspexeris nulla hic est repugnantia cum principis iuris naturæ, aut gentium, aut etiam positiui, & id procedit per argumen. de toto ad partem, quòd firmum est. leg. quæ de tota. ff. de rei vendicatio. quinimò facilius est, quòd partem acquirat, quàm vt acquirat totum, argumen. leg. cum quæstio. C. de lega. & quæ ibi per Corneum traduntur, dum ostendit diminutionem, quàm interitum cuiusque rei vel iuris facilius admitti.

Infertur etiam t verum non esse quòd Decius & Angel. vbi supra, contendunt negantes de facto posse se subducere à suprema potestate Imperatoris aliquas Italiz vel alterius regionis ciuitates, licet non abneget quin de iure per præscriptionis interuentum possent, sed sanè verius est posse etiam de facto (si de facto quoque fuerunt subactæ) se subducere ac vi & armis, vel alio etiam modo, cum, vt supra ostendimus, vim vi repellere liceat. leg. vt vim. cum mille simi. supra allegatis. ff. de iustitia & iure. vnde si vi fuerunt subactæ, vi quoque poterunt se liberare: sin autem consensu se subdiderunt, ad suam tantum non etiam ad domini vtilitatem id fecisse visæ sunt, sicque ab ea voluntate recedere liberum erit, & consensus maiorum non nocet ciuibus postea natis qui non consenserunt, per totum. C. res inter alios, & per totum, ne vxor pro marito, & per totum, ne filius pro patre. leg. si quis in suo. §. legis. C. de inofficio testamento. Nec longinquitas temporis nocet nondum natis, per que hoc legitime impeditis, argument. l. pri. ad finem. C. de annali exception. leg. contra maiores. C. de inoffi. testamen. Neque ad rem pertinet quòd non licet à capite membra recedere, dict. c. cum non liceat, de præscr. nam respo. secundum Aymo. vbi supra, quòd tunc talis ciuitas erit caput de per se. nam vt in grege

9
Italiz ciuitates, an de facto potuerint se subducere ab imperio, contra Decium & Angel.

8
Præscribi pòt tempore immemoriali vt appellationes etiam vltima non ad regem, sed ad aliquem magnatem perueniant, contra nouis.

grege pecorum, & in armentis bouum, equorum, & similibus, quodlibet pecus aut bestia seu animal suum caput de per se æquè principali ac alia facit, ita & inter homines & ciuitates quilibet aut quælibet posset suum caput per se æquè principale facere, nisi aut vi iniuria aut sponte sua aliud accideret, vt contrarium existimantes fabulari aut ineptire nobis videantur, aut tyrannorum esse adultores, quod intellige nisi per tempus immemoriale sub tali ditione, & imperio fuerant, secundum quod supra declarauit.

10 *Prescribi potest tempore immemorialis in concedenda diuinitate a- raris, contra Rom.*
Infertur euidentius ¶ errasse Romanum in l. more. ff. de acquir. hæred. dum vult quod ciuitas etiam quæ non recognoscit superiorem, non poterit concedere veniam ætatis nequè hoc præscribere, nos autem tenemus, hoc ius posse tempore immemorialis præscribi etiam ab ea quæ superiorem recognosceret, vt rectè Romanum reprehendens aduertit Alexander in d. l. more. num. 12.

11 *Seruis fugientes an sui iuris fiant.*
Infertur ex superioribus ¶ quod licet seruus fugitiuus sui furtum facere dicatur, vt in leg. 1. C. de seruis fugitiuis, tamen illud procedit quod ad hoc duntaxat vt tempore ordinario præscribi non possit, vt ibi exprimitur quasi res vitio affecta, iuxta §. furtiuæ. Institutio. de vscapion. non autem quod ad hoc vt inspectis principiis iuris naturæ rem vitiam fecisse videatur, serui enim aut nascuntur aut fiunt, nascuntur cum ex ancillis nostris domi editi fuerunt, fiunt cum per iustam captiuitatē iustumque bellum capti sunt, vt Institution. de iure person. §. penult. nec dubium est quin quemadmodum serui per captiuitatem facti simul ac ad suos se receperint sui iuris fiunt, dominiumque nostrum eludunt, hoc est, dominium quod in eis habebamus. dict. §. item ea. Inst. de rerum diu. l. nihil. ff. de capti. l. 3. l. naturalem, in principi. ff. de acq. rerum dom. ita quoque & illi qui serui nati sunt, quia editi ex ancillis nostris cum primùm potestatem nostram euaserint, ita vt penè impossibilis sit eorum recuperatio, sui iuris esse incipient, argu. dictorum iurium, iuncto §. seruitus, & §. penult. Institutio. de iure person. nec me mouet quod id quod nostrum est sine facto nostro à nobis euelli non posset. leg. id quod nostrum. ff. de reg. iur. nam illud regulare est, fallit quando dominium est reuocabile, vt per totum. ff. de in diem addict. & ferè per totum. ff. de lege comm. ¶ nam in terminis illorum titularum dominium quod erat meum, simul re alius meliorem conditionem attulerit, & simul ac pretium die pacta solutum non fuerit, desinit esse meum, & similiter in terminis l. si. §. si autem sub conditione. C. commu. de leg. l. seruo legato, in princip. ff. de leg. 1. dominium rei meæ sine facto meo potest de sinere esse meum. Idem in terminis l. in bello. §. factæ. ff. de capti. Idem in terminis l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vend. Idem in termi-

12 *Nostrum ut sine facto nostro nobis auferatur.*

nis leg. prim. & per totum. C. in quibus causerui pro præmio liber. acci. & alibi sæpe. sicergo & in specie nostra, qui serui dominium habet, scire debet dominium reuocabile se in eo non etiam irreuocabile habere, ideoque cum serui Hispani in Galliam sese recipiunt, continuo liberi fiunt, vt nobis relatum est, pro hoc quia homo non in hoc natus fuit vt homini subesset, iuxta illud: Omnia subiecti sunt sub pedibus eius, oues, & boues, &c. ¶ & seruitus contra naturam est. l. manumissiones. ff. de iust. & iure. §. seruitus. Instit. de iure præscrip. §. ius autem gentium. Institutio. de iure natur. sed quia capti bello trucidari solebant, ideo ob vitandum faciunt cædis tristissimum seruitus captiuorum iure gentium permessa fuit, grande quidem malum ob grandius tamen malum vitandum toleratum est. §. serui. 1. Inst. de iure person. quamuis aliter homo extra commercium esse videri deberet, non secus quam res sacra aut religiosa, vt §. 1. Instituti. de inut. stipul. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. obliga. sed quod homo aut populus alteri sub sit ratione ditionis, imperij, aut iurisdictionis speciem imaginemque quandam seruitutis (argumento l. si quis sit fugitiuus. ff. de ædil. edic. in §. penu. vel fin.) præ se fert, arg. leg. in suis. ff. de libe. & posthum. ¶ sicque quotidie videmus vt hanc iurisdictionem (reteruata etiam suprema iurisdictione ac excepta) Hispaniarum populi non pauci pretio ingenti redimant à potentissimis Principibus nostris, ¶ & in l. 4. tit. 24. par. 4. dicitur, vt pro principe suo quisque teneatur mortem si opus fuerit, oppetere, ergo huiusmodi res non longè abest à seruitute, & ibi not. per Grego. Lupum, & pereund. ead. part. tit. 21. in l. 5. facit per totum. ff. ad Syllani. & leg. penult. C. quibus vt indigni. Ergo populi, aut ciues, seu homines, qui se subducere voluerunt id iure fecisse videbuntur, quandiu non vi ad imperium retrahuntur aut sub imperio rediguntur, id quod agnosco non temerè admitendum in hominibus singularibus, ac priuatis, sed tantum in populis. nam si populus vi subactus fuerit, vi quoque se eripere poterit, si concessione spontanea se subegit, gratis tamen contraria quoque destinatione se subducere poterit, vt supra. At si tempore immemorialis sub tali imperio permansit, nec apparet de initio, cum post tale tempus fingatur interfuisse causarum omnium ac titularum is eaue quæ omnium iustissima sit ac firmissima. leg. prima. §. aquæ ductus. ff. de aqua quoti. & æltiu. & diximus alibi, certè tale imperium concessione, eaue non gratuita sed onerosa quæ situm fuisse intelligemus, sicque minimè licebit pedè referre subiectionemque recusare, aut ius principis iniuria lædere, contra. l. iustitia. ff. de iust. & iur. §. iuris præcepta. Inst. eo. nã ¶ & homo liber qui se viderit non poterit vnquam inuito dño se à seruitute eripere,

13 *Seruitus est contra naturam.*

14 *Seruitus speciei alienæ ditioni subesse.*

15 *Seruitus onera.*

16 *Seruus qui sponte vendit se deteriori conditionis est quam reliqui.*

nec

nec si ad hostes transfugerit sui iuris iure factus videbitur, sicque in tali sermone habebit locum d. §. item ea. Insti. de rer. diui. itaque licet non abnegemus, quin fera, quæ serua erat (siue captiuitate, quia eam cepimus, siue natiuitate, quia ex alia fera capta domi enixa, & similiter capta & custodita fuit) cum primū à nobis euaserit, sui iuris aut laxitatis fiat. l. 3. l. naturalē, in pri. ff. de acq. rerū domin. Idemq; & in seruis, siue captiuitate serui fiant, vt d. §. item ea, siue etiam serui nascantur, vt ibi. & d. l. 3. & dict. l. naturalē. arguendo de seruitute ferarum ad seruitutem feruorum, tamen si serui facti fuerint non captiuitate, non quoque natiuitate, & sic præter voluntatem aut factū suum serui sint facti, & sponte sua, & non gratis, sed pretio cessat ratio illorum iurium, & succedit regula. d. §. iuris præcepta, & d. l. iustitia. & quia quæ ab initio sunt voluntatis, ex post facto sunt necessitatis. l. sicut ab initio. ff. de act. & obl. l. sicut maior. C. de rep. hæred. & quia quæ ab initio fiunt spontanea voluntate non tam auxilio digna sunt, quàm reliqua, arg. l. si filius qui patri. vt nota. per Sozin. ff. de vul. & argu. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satid. cog. vbi multa per las. & præsertim cum pretio, non gratis fiunt, arg. l. 1. in §. 1. ff. si à parente quis fuerit manum. de quo tex. alibi diximus. Deniq; † licet si populus fuit sub principe per tempus immemorabile, fingatur ex iustissima, & plenissima causa, & titulo id contigisse, sicque pedem referre liberum non sit, tamen si rursus idem populus per tempus immemorabile contrario iure vsus fuerit, ex iustissima quoque causa id contigisse intelligemus, vt sic iam sui iuris suæque laxitatis esse intelligatur, nec amplius sub pristino imperio subijci, aut redigi possit. d. §. ductus aque, cum sim. Idque etiam quo ad supremam iurisdictionē, licet iure regio contrarium forte obtineret, arg. l. fin. tit. de las præscrip. lib. 3. ord. Sed & si tempore † immemorabili populus sub principe & eius maioribus fuerit, constet tamen initio vi & armis vel etiam spontanea voluntate, sed gratis non pretio id imperium quæsitum fuisse magis esse videretur, magisque esset vt ei populo liberum sit à tali imperio recedere. arg. l. malè agitur. C. de præscrip. 30. anno. l. aquam. ff. quem. ser. ami. l. fin. C. de acq. pos. quasi ea concessio sit ad libitum reuocabilis, vt potè facta ob vtilitatem ipsius populi, arg. d. l. stipulatio ista. §. intercertam. ff. de verbo. oblig. Sicque intelligo quod ciuitates Italix quæ non sunt sub imperio, si quidem ab hinc annos tot vt eorum initij memoria non sit, ita fuerunt indubitanter sui iuris propriæque dominij ac ditionis manebunt, vt nequeant sub imperio Romano redigi, quid si nondum præterijt tempus immemorabile magis dubium, sed adhuc quandiu de facto se tueri ac defendere potuerint, non iniuria mihi fecisse videbuntur, si quidem constet & ab initio vi sub-

actas fuisse, & quasi vi subactas sub imperio Romanorum transsegisse, nam tunc tempore immemorabili vel non quæritur ius, vel si quærat, erit tamen sui natura reuocabile, vt quàm primum populus ille subactus & veluti seruus potestatem domini euadere poterit, suamque laxitatem recuperare, id iure fecisse videatur, argu. d. §. item ea. d. l. 3. d. l. 3. d. l. naturalē. ff. de acq. re. do. l. nihil. ff. de capti. d. l. malè agitur, cum sim. Nam † & populi Christianorum à Mauris in Hispania subacti, & post annos septingentos ab eis recuperati, ac vi erepti, nullus negabit quin iure recepti videantur, quamuis tempore immemorabili ab eis fuissent possessi, non secus quàm si breui tempore ab eis possessi fuissent, arg. l. ex hoc iure, vbi per omnes. ff. de iust. & iur. §. bella. Inst. de iu. nat. §. item ea. Inst. de rer. di. † Ergo cum ciuitas Lucensium in Italia pro libera se gerat, sed sponte sua & veluti hospitio quodam iure Romanorum non secus quàm nos Hispani vtatur, si quis prodicionem contra talem ciuitatem machinatus fuerit, non dubium est quin reus sit læsæ maiestatis in primo capite, de quo in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. nam si illud primum illius legis caput locum habet etiam contra quid perpetrantes in eos qui sunt ad latus principis, quanto magis locum habebit contra perpetrantes in ipsum principem vel rempublicam, præsertim cum de iure gentium nulli vnquam tam obediri ac venerari religiosissimè teneamur præter Deum quàm reipublicæ, ac deinde parentibus. l. veluti. ff. de iust. & iure. quod intelligo non solum si iure, sed etiam si de facto ea ciuitas à Romanorum imperio subducta esset, per rationes suprā allegatas, & ita videntur tenere Salicerus id d. l. quisquis, & Aug. in tract. malef. verb. (che hai tradito la tua patria) licet contrarium & malè teneant Cyn. & Angel. in d. l. quisquis, quos refert, & sequitur Sozin. consi. 275. columna secunda. libro 2. pro nobis quod ait Horatius: Pulchrum est & decorum pro patria mori.

Ergo cum nostri potentissimi Hispaniarum reges Hispaniarum regiones, homines, populos à Maurorum Sarracenorumque imperio & ditione proprio suorumque ciuium sanguine effulo virtute bellica liberauerint, & per tempus cuius initij memoria non est, supremæ ditionis ac imperij ius reddiderint Romano posthabito imperio, non dubium est quin id iure fecisse intelligantur, prout notatur in capit. Adrianus. 63. distin. text. Gloss. & alij in cap. & necesse, de don. inter vir. & vxor. Lupus, numero 18. in rubr. de don. inter vir. & vxorem, in præfa. Couarru. in cap. peccatum, par. secunda. §. 9. ad fin. de regu. iur. libro 6. Gregorius Lupus in leg. 18. titul. 5. par. prima. per textū ibi, & tēpore cuius initij, &c. hanc supremā potestatem Hispaniarum reges quæsierunt, vt ex communi opinione resoluunt

Balbus

17
Iurisdictio sua
prema ante
pore immem
orabili iure
regio præscri
bitur.

18
Imperium an
etiā post tem
pus immemo
riale possumus
confugere.

19
Hispani popu
li à Mauris
iure erepti.

20
Maiestatis læ
sæ crimen co
mittitur con
tra ciuitatem
liberam, cum
quibusdā con
tra multos.

Balbus de præscript. 2. par. 5. part. princ. q. 2. Corsetus de excel. regis. q. 104. Felin. in cap. cum non liceat, de præsc. Coua. vbi suprâ, Castald. de Imperatore. q. 53. sed nos aduertimus q. et si tempus immemoriale non præterisset & etiâ si ea iusta causa quod à Mauris virtute bellica hanc regionem reges nostri liberafent, cessasset adhuc de facto, licuit se à Romano imperio subducere, cum cõstet Romanû imperium orbem vi & armis subiugasse ac subegisse, non autem concessione onerosa tale imperiû quæsisse, vt patet ex superioribus, vide controuerfiarum illustrium. lib. 1. c. 1. & c. 20. 21. 22.

SUMMARIUM.

- 1 Annue præstationes an inducant obligationem in futurum, ar. q.
- 2 Donandi causa præsumitur, quando alia non apparet, cum communi.
- 3 Intell. l. 2. §. circa. ff. de doli excep. & nume. 9. contra Doctores.
- 4 Intell. l. cum de in rem. ff. de vsuris, & nume. 8. contra Doctores.
- 5 Datum simpliciter an donatum videatur, cum communi.
- 6 Datum simpliciter donatum videri potest si adest aliqua coniectura donationis, cum communi.
- 7 Dandi causa expressa in præcedentibus dationibus, videtur repetita in seq.
- 10 Diutina præstationes vniformes annua decies geminata, & quasi ex debito non quasi ex gratia facta, faciunt præsumi non tantum debitum fuisse in præteritum, sed etiam tantundem deberi in futurum, contra plures Doct.
- 11 Annua præstationes geminata decies si vniformes sunt, ex debito non ex gratia facta præsumuntur, contra plures.
- 12 Geminata confessio extrajudicialis nocet.
- 13 Geminata confessioni etiam in tormentis exacta statur.
- 14 Geminata confessio excludit exceptionem non nupecun. & num. 15.
- 15 Geminata iussio idem operatur quod proprium principis motus.
- 16 Vasalli si dominis suis decem præstationes vniformes annuatim ex certa causa obligatoria, etiam in futurum faciunt, tenebuntur etiam in futurum tantundem præstare nisi probent eam causam veram non esse, cum communi, contra Cynum.
- 17 Vasalli in casu superiore possunt probare eam causam non esse veram, cum communi.
- 18 Vasalli post annos etiam 30. quibus quid annuum & vniforme quasi ex debito quid dominis suis præstiterant, an ad probandû causam illam non esse veram admittantur.
- 19 Tempus an habeat vim inductiuam in præstationibus temporis, cuius initij memoria non sit.
- 20 Tempus immemoriale in annuis præstationibus habet vim inductiuam, cum communi.
- 21 Vasalli quod longo vel longissimo tempore vniformiter præstiterunt dominis suis, an & in posterum tantundem præstare teneantur, anceps pugna.
- 22 Præscriptio ordinaria non cessat propterea quod sit præsumptio iuris contra possidentem.
- 23 Præscriptio temporis immemoralis consuetudo est non præscriptio.
- 24 Intell. l. nullo. C. de rei vend.
- 25 Titulus præsumitur in præscriptione vel quasi possessione qua nititur in facto vel factis aduersarij, licet non præsumitur, si nitoretur in non facto ipsius, noua declaratio.
- 26 Seruitutem discontinuam res inanimata non præscribit, nisi tempore immemorali, homo autem breuiore tempore præscriberet.
- 27 Vasalli si dominis suis longo vel longissimo tempore annuum quid dominis suis in formiter præstiterunt, an ex titulo per eum allegato, an verò ex tyrannide præstitum ac exactum præsumatur, ingensq.
- 28 Vasalli vt noceant sibi in futurum cum quid annuum dominis suis præstabant, oportet solutiones factas fuisse ex causa certa, expressa legitima & in futurum obligatoria, secundum communem opinionem, de cuius veritate discutit.
- 29 Annue præstationes cum vt in futurum quoq. fiant tempore, acquiruntur ac inducuntur an id contingat præscriptione, an consuetudine, an alia ratione, ardua pugna.
- 30 Titulus in consuetudine non requiritur, cum communi.
- 31 Præscriptio & consuetudo differunt.
- 32 Annuarum præstationum præscriptio diuersis regulis nititur quam rerum corporalium, noua declaratio.
- 33 Probationum species nulla est qua necessariò concludat, sed tantum contingenter.
- 34 Annuarum præstationum præscriptio, qua 30. vel 40. annis contingit, non enervatur, licet probetur causam obligatoriam nunquam interfuisse, cum Couar. contra multos.
- 35 Immemoralis temporis acquisitio non admittit probationem in contrarium, etiam per confessionem, contra Aymo. & alios.
- 36 Iuridictio vt præscribatur.
- 37 Intell. l. si. sit. de las præscrip. lib. 5. ord.
- 38 Præscriptio forenses collectandi breuiore tempore quam immemorali contingit, cum multis contra multos.
- 39 Præstationum annuarum liberatio breuiore tempore, quam immemorali contingit, cum Aymone contra plures.
- 40 Tituli allegatio ad præscribendam seruitutem discontinuam nil inuac, cum communi contra Accursium.
- 41 Pascendi ius, quod tempore ordinario præscribatur contra communem.
- 42 Intell. c. 1. de præscrip. lib. 6.

1
Annue præ-
stationes an
inducant obli-
gationem in
futurum,
ard. q.



Nnue præstationes † si & vni-
formes sint & fiant ex causa ex-
pressa singulis annis totius de-
cennij inducunt obligationem
vt in futurum tantundem sin-
gulis annis præstatur, hæc est communis opi-
nio secundum Couar. in capitul. possessor, de
regu. iur. par. 2. §. 4. num. 2. Barth. & Salicetus,
column. 3. in l. cum de in rem verso. ff. de vsur.
per text. ibi. Bald. column. 2. Salic. columna fin.
Alexand. column. 3. vbi Iafon & Dec. & Rimi-
naldus, column. antep. cum seq. in l. si certis an-
nis. C. de pact. Alexand. consilio 103. Idem con-
silio 108. libro 2. Molineus de contractibus. q.
20. Gloss. communiter approbata in d. l. si cer-
tis annis. Gloss. etiam communiter ibi appro-
bata in d. l. cum de in rem verso. Gloss. commu-
niter ibi approbata in leg. creditor. C. de vsur.
Gloss. in l. operis non impositis. ff. de operis li-
ber. dum se remittit ad ea quæ dixit in dict. l. si
certis. & in d. l. cum de in rem. Balb. de præsc. i.
part. 3. prin. q. 10.

Sed ego aduerto isthæc non sufficere vt in-
ducatur obligatio in futurum, nisi præterea
eæ præstationes fierent ex causa onerosa vel
obligatoria, ita probat d. l. creditor, in verbo,
ex consensu. d. l. operis, verb. ex voluntate sua.
etenim qui donat, non se obligat ad amplius
donandum in futurum, vt dictis legibus, &
hanc esse communem opinionem alibi osten-
dimus post Riminal. & Iafon. in dict. l. si certis.
quinimmo quod ex causa onerosa & obliga-
toria fierent, nisi etiam esset obligatoria in fu-
turum, vt dictis legibus. aliter enim solutione
sublata esset obligatio, vt in princip. Instituti.
quibus modus toll. oblig. Cuius rei ratio (quæ
ab alijs animaduersam non inuenio) ea est,
quod non solum qui donat, etiam sapius &
vniformiter non videretur sese obligasse ad
tantundem dandum in posterum, sed etiam
si expressim id dixisset, adhuc non teneretur,
quia olim donatio quæ nõ incipiebat à tradi-
tione, nõ erat approbata vel à lege ista vestita,
vt ex pacto donationis daretur actio. l. si quis.
arg. C. de don. licet si inciperetur à traditione,
repetitio denegaretur. l. cuius per errorem, de
reg. iur. ergo si dixi, pmitto centum, non potero
vtiliter cõueniri, quia nõ apparet causa debiti,
quæ à lege approbetur, & vestiatur, & execu-
tioni mandetur, nec si donationem præsu-
mas quicquam releuat cum steterimus in ter-
minis solius conuentionis. Idem puto si dice-
rem, promitto centum, quæ tibi debeo si non
adieci causam debiti, vel minus idoneam adie-
ci, ergo licet per solennem stipulationem cen-
tum promiserim, & si adiecerim quæ tibi de-
beo, nil agam, nisi causam debiti idoneam ex-
presserim, quod nota ad notata in rubric. ff.
de verb. nec mutat quod solennitas intrinseca
præsumatur, nam cum dixi, promitto centum

quæ debeo, non hic negatur stipulationis so-
lennitas, quæ intrinseca est, sed legitimam sol-
lenitæ promittendi causam præcessisse, id ne-
gatur, quia extrinsecum est, hæc probantur in
l. 2. §. circa. ff. de doli excep. olim enim omnes
conuentiones firmæ erant inspecto iuregen-
tiũ, quia nihil tã naturali æquitati cõueniens
intelligebatur quàm pacta seruari. leg. 1. ff. de
pact. l. 1. ff. de constit. pec. l. non minorem. C.
de transact. §. per traditionem. Instit. de rerum
diui. l. conuentionum. ff. de pact. sicque om-
nes ex æquo manu regia exæquebantur. l. 2.
ad princip. ff. de origine iuris. hodie verò con-
uentiones regulariter non sunt efficaces ad
agendum, sed tantum ad defendendum & ex-
cipiendum. l. legitima. l. iurisdictionum, in pri.
& in §. sed cum nuda, & §. igitur nuda. ff. de
pact. idè si tibi centum promisi siue per pa-
ctum nudum siue per solennem stipulationem,
nec adieci qua ex causa promittebam me da-
tutum, vtrum ex causa fortè venditionis, vel
conductionis, vel dotis, vel alterius similis,
nulla causa præsumitur, cum nulla expressa
sit, & causæ interuentus sit quid facti, quod
non præsumitur nisi probetur. l. si emancipa-
ti, ibi, teque emancipatum probatum fuerit.
C. de collat. vbi notant Iafon, & communiter
alij. l. si quis in bello. §. factæ. ff. de capti. † sed
& si dixeris causam animumque donandi præ-
sumi in promissione siue nuda siue solenni,
vt videtur esse communis opinio, quam tra-
dunt Barthol. in l. ita stipulatus, in magna. co-
lum. 12. ad princip. ff. de verb. oblig. Idem Bar-
thol. in l. 1. §. si stipulanti, eod. tit. Iaf. in l. scire
debemus. §. si à fure. colum. 2. eod. tit. Barthol.
in l. Mzuius. §. duobus. colum. 6. ad fin. ff. de
lega. 2. Barthol. in l. 2. §. circa. ff. de doli excep.
Paul. in l. generaliter. colum. 3. in princ. & col.
5. C. de non num. pecu. l. campanus. in versic.
cum sciret. de operis liber. leg. si diuortio. ff. de
verb. oblig. per Iafon. in l. iurisdictionum. §. sed
cum nulla. ff. de pact. numero 28. adhuc qui-
dem erit, quia iure sforum ex pacto nudo do-
nationis agi non poterat, licet hodie possit. l.
si quis argentum, per totam. C. de dona. ergo
in promissione siue nuda, siue solenni, siue di-
cas nullam causam præsumi, siue animum
præsumi donandi, vtroque casu cessabat ciui-
lis obligatio etiam quo ad præsentia, & multo
magis quo ad futura, necesse est ergo vt causa
præstationum seu donationum speciatim in-
terfuerit, vt autem in ipsis præstationibus nun-
cupatim expressa sit, necesse non est, nam ta-
citi & expressi par virtus est. leg. cum quid. ff. si
cer. pet. l. cum ex filio, in princip. ff. de vulga.
l. licet Imperator. ff. de leg. 1. l. ita stipulatus, in
mag. versicul. Sabinus autem ex mente. ff. de
verb. oblig. l. 3. C. de lib. præ. l. hæredes mei. §.
cum ita. ff. ad Rebel. † Vnde si probatum fue-
rit, quod præstationes non tanquam ex gra-
tia, sed tanquam ex debito fiebant, id sufficit
vt non videantur esse lucratiuæ, & consequen-
ter

2
Donandi cau-
sa præsumitur
quando alia
non apparet
cum summu-
ni.

3
Intell. l. 2. §.
circa. ff. de do-
li excep.

ter obligent etiam in futurum, quod si negetur subesse iuxta causam debiti, iuxta d. l. 2. §. circa. ff. de doli excep. replicabimus sufficere quod in aliquibus earum præstationum, licet non etiam in omnib. ea causa certa (puta emptionis, aut emphyteusis, aut locationis perpetuæ) expressa fuerit, quid enim si dominus concessit vasallis certis, vel populo cuidam suo seu suæ ditionis certum fundum, vel agrum, vel hortum, vel aream, vel domum, vel vineam hac lege, ut singulis annis in perpetuum sibi certum quid exoluerent † aut præstarent. aut quid si emit ab eis quendam censum perpetuum, deinde illi primo, & secundo anno id ex debito exque fide præstiterunt longo vel longissimo tempore, ita tamen (ut plerunque usu venit) quod primo fortè aut secundo anno in singulis præstationibus nominatim declarauerant se ex debito (non ex gratia soluere nuncupatim illius census, vel concessiois causam exprimentes, deinde tertio & quarto & etiam pluribus deinceps sequentibus annis tantundem & quasi debitum non quasi ex gratia præstabant, non tamen declarabant nominatim causam debiti in indiuiduo, certè id non noceret, nam intelligo in omnibus annis uniformes esse debere præstationes, sed tamen necesse minimè esse ut causa debiti in indiuiduo exprimatur, in omnib. annis si modo aliquando expressa fuit. Hoc amplius non puto referre utrum ad primos, an ad medios, an ad ultimos annos ea debiti causa expressa fuerit, alterutrum enim horum trium sufficeret, hoc etiam amplius si in quibusdã harum præstationum siue in primis, siue in medijs, siue in ultimis solutiones fieri ex certa causa debiti apparuit, licet in reliquis nulla causa expressa esset debiti, sed in nominatim, ruditer ac simpliciter præstationes factas eiusdem tamè quantitatis appareret, id quoque sufficeret, & opponentibus de dicto §. circa, replicaretur de tacita confessione soluentium semel ac pluries ex certa causa, & id probatur in d. l. cum de in rem, tam in primo, quàm in secundo responso. nam licet longo tempore & sic decies geminas præstationes ad tale debitum in futurum præsumendum exigeret, tamen non exegit ut in singulis præstationibus causa debiti nominatim expressa esset, ergo si vasalli soluentes primis annis expresserunt ita, damus centum quæ ex causa census debemus, medijs fortè annis dicebant, damus centum quæ tibi debemus non adijciantes ex causa census, sequentibus verò annis dicebant, ecce damus tibi centum solita, nõ adijciantes quæ tibi debemus, id quidem sufficeret. nam ut præsumatur obligatio in futurum benè requiritur longum tempus, & decies geminæ præstationes. d. l. cum de in rem, sed ut præstationes tam factæ ex causa non improbata factæ præsumantur, sicque cesset d. §. circa, vel vna præstatio sufficeret. Deniq; nostra opinio ve-

4
l. l. i. c. de
in rem. ff. de
usu. c. si sim.

risima est, & necessaria. nam licet sint opiniones, utrum datum in re dubia videatur donatum, vel non, nam quod donatum non videatur est communis opinio, ut firmat Sozin. in l. cum quid. num. 29. versicu. circa quæstionem. ff. si cert. peta. post Barth. Alex. & alios ibi, ubi etiam tangitur per Glo. & est communis opinio, secundum Ioan. Bap. in arario communi. verb. datio. Sozin. consilio 93. circa primum, libro primo. † Plures tamen tenent contrarium, per l. cuius per errorem. ff. de regul. iur. l. 1. ff. de cond. indeb. tamen communis opinio est secundum Sozin. in d. l. cum quid. num. 30. post Barthol. & alios ibi. quod ubi est aliqua coniectura, præsumetur donatio, per d. l. 1. & d. l. cuius. quod si quæras quando videbitur subesse aliqua coniectura, respondet Bart. & communiter Docto. ut tenet & testatur Sozin. ubi supra, numero 33. † quod si causa in præc. fuerat aliquando etiam semel tantum expressa, ea etiam in sequenti vel sequentibus dationibus, quæ informiter fiunt, videtur vel inesse vel repetita. sic ergo & in specie nostra cum semel in primo vel in aliquo anno expressum sit solutionem factam fuisse ex certa, & formali causa, puta census, licet sequentes præstationes informiter, id est, nulla expressa causa factæ fuerint, adhuc tamen ex eadem causa illæ factæ fuisse videntur, primùm ne actus frustratorius præsumatur ac otiosus, contra l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. ut legat. no. ea. deinde ne inutilis videatur, contra leg. quoties. ff. de reb. dub. l. si quando, in princip. cum Glo. C. de inoffi. testamen. l. si quando. ff. de leg. 1. l. quoties in stipulationibus. ff. de ver. oblig. tertio, donatio præsumatur, contra leg. cum de indebi. ff. de prob. sicque cum causa illa quæ semel expressa fuit, esset obligatoria in futurum, reliquæ quoque præstationes ex eadem causa in futurum obligatoria factæ præsumuntur, sicque post longum tempus præsumitur re vera interfuisse ea causa, quæ expressa fuit. d. l. cum de in rem. præsertim cum propriæ assertioni nemini aduersari liceat. l. generaliter. C. de non. nu. pecu. vnde vnica etiam præstatio videbatur sufficere, ut ibi. Nec obesse d. lex 2. §. circa. ff. de doli excep. quia illud quando nulla causa expressa fuisset, nec etiam obesse d. l. cum in rem. versicu. longo tempore. quia illud fuit contingenter, non necessariò, ut patet ibidem in secundo responso. ubi non exiguntur tot præstationes, nec longum tempus, & præterea in utroque responso ac exemplis, de quibus ibi, non apparet vllam causam solutionis expressam fuisse à solvente, nec sunt præsumendæ cum sint facti. l. emancipati, ibi teque; emancipatum probatum fuerit. C. de coll. † Sicque tentari posse videtur, ut cum causa solutionis expressa fuit, quæ in futurum obligatoria erat, sufficiat vnica præstatio, ut etiam in futurum peti possit, cum propriæ confessioni, & assertioni aduersari nemini liceat.

5
Datū simpliciter an donatur, cum videatur, cum communi.

6
Datū simpliciter donatū videri potest si adest aliqua coniectura donatio, cum communi.

7
Dandi cā expressa in precedentibus præstationibus videtur repetita in sequenti communi.

8
Inte d. l. cum de in rem. ff. de usur. contra Doct.

m

d. l.

9
Intelle. l. 2. §.
circa. ff. de do
li excep. con-
tra Doct.

d. l. generaliter. cum aut nulla causa expressa esset, tunc longum tempus, & decies geminæ præstationes exigenterentur, vt dict. l. cum de in rem. † & ad d. §. circa, qui huic vltimo contradiceret, respondendum est, quod non procederet quando præterisset longum tempus, argumen. leg. si filiusfamilias. C. de pet. hered. & quæ tradunt Barthol. Alexand. & Iason in l. sciendum. ff. de verb. obliga. nam post tantum tempus ea quæ facti sunt etiam extrinseci præsumuntur, vt ibi, & præterea dict. §. circa, procedit quando verbum tantum non etiam res, aut traditio interfuit, nos autem quando etiam decies gemina rerum traditio interfuit, quod potest firmari ex multis à me congestis lib. de success. crea. in §. tertio. num. 13. vbi plenè de vi & potestate actus nominati, & ijs etiam quæ de temporis diurnitate diximus alibi. Quæ nota, quia contrarium in vtroque volunt communiter Docto. supra in princip. allegati.

10
Distingue præ-
stationes uni-
formes an-
nuæ decies ge-
minatæ, &
quasi ex debi-
to, non quasi
ex gratia factæ,
faciunt præsumi non
solum debitum
fuisse in præ-
teritum, sed
etiam tantum
dem deberi
in futurum,
cõtra plures.

Ergo † si singulis annis per longum tempus certam quantitatem quasi debitam, non autem quasi dono datam præstasti, licet informer, quia nunquam fuit expressum, quæ ex causa præstatio fieret, semper tamen fuerunt pares præstationes seu quantitates, teneo te in posterum ad tantundem dandum singulis annis obligatum videri, si ipse allegem ex causa obligatoria, puta venditionis aut census te soluisse, nisi tu probaueris contrarium, puta donationis ac benignitatis seu seruitij gratiosi causa id fecisse, licet contrarium teneant Balb. in dict. quæst. 10. & Couar. in capit. possessor. §. 4. par. secunda. numero secundo. de regulis iur. lib. 6. & Molinæus de contractibus. quæst. 20. hoc amplius cum donandi causa fieri datio in formis nunquam præsumatur, secundum communem opin. supra relatam. d. l. cum de indebito. nec mutui, aut depositi causa toties geminæ præstationes præsertim paris quantitatis ac æqualis verosimile sit causam debiti obligatoriam præcessisse magis præsumendum est, maximè cum à recipiente allegetur, & concurrat diurnitas temporis. Item decies geminæ præstationes. Item generalitas d. l. cum de in rem.

11
Annua præ-
stationes uni-
formes & de-
cies gemina-
tam factæ ex
gratia factæ
præsumuntur
cõtra plures.

† Sicque ex his tribus causam obligatoriam præcessisse præsumam, nisi probetur per contrariam, vt sic si apparet per longum tempus, & per decies geminas præstationes datum, non tamen apparet vtrum ex gratia, an ex debito datum fuerit, ex debito datum præsumam, licet contrarium teneant Molinæus, & Balb. & Couarr. vbi supra, & Riminal. in l. si certis annis. colum. antepenul. cum sequen. C. de pact. vbi Decius Ias. & alij moti leuissimo fundamento, scilicet quod tempus non sit modus inducendæ obligationis. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obliga. quod non ignoramus, sed hic præter tempus longum inter fuerunt decies geminæ præstationes vniformes,

sicque decies geminæ tacite rei debite confessiones, cum ex gratia datum nunquam præsumatur. dict. l. cum de indebito. nec error sit præsumendus nisi probetur, vt in l. vnica. C. de errore calculi, & qui soluit si dicit se per errorem soluisse, post dies triginta probandi erroris onus sustineat. leg. in contractibus. §. super certis. C. de non numer. pecunia, facit d. l. in contractibus, in principio, & Institutio. de literarum obliga. in princip. teneo ergo, quod datum singulis annis per longum tempus in posterum quoque debitum intelligitur, Primum quando in omnibus præstationibus causa obligatoria, & specifica fuit expressa. Secundò etiam si non in omnibus, sed in quibusdam tantum talis causa fuit expressa. Tertio idem etiam si in nulla omnino earum præstationum causa specifica fuit expressa, sed tantum informer dictum quod dabatur debitum. Quarto idem etiam si nec causa specifica fuit expressa, nec dictum quod debitum soluebatur, sed simpliciter datum fuit, quod vltimum non firmo.

Pro † nobis facit, quia licet confessio extraiudicialis non præiudicet, vt est notum, etiam si fiat in iudicio. dum tamen non in figura iudicij, puta coram tabellione, vt est Gloss. singu. in leg. iubemus. C. de liber. cau. & in l. interrogatam. eod. titu. tamen si sit geminata confessio extraiudicialis, benè præiudicat, secundum Barthol. in leg. cum scimus. C. de agric. & cens. libr. vndecimo. notatur in apost. ad Barthol. in leg. capite quinto. ff. de adul. vbi hoc sentit Gloss. & est communis sententia. Facit † etiam quod licet confessioni in tormentis non stetur sine perseueratione. leg. 1. §. diuus. cum ibi nota. ff. de quæstionibus, cum simil. si tamen præcedat vna confessio extraiudicialis, tunc confessioni secundæ in iudicio statur etiam sine perseueratione propter geminationem, hoc vult Gloss. in dict. l. capite quinto, quæ commendatur pro singulari ibi in apost. ad Barthol. Ad idem facit † quod licet confessio de mutuo non præiudicet quominus possit opponi exceptio non nume. pecuniæ infra biennium, tamen si sit geminata confessio de debito, tunc non poterit opponi exceptio non nume. pecun. arg. eius quod dixit Barthol. in dict. l. cum scimus, & in specie Panor. in capit. si cautio. in fine. de fide instru. & vide ibi in apost. & est pro hoc Glo. singu. in l. in contractibus. §. 1. in ver. penitus. C. de non nume. pecun.

Facit etiam quod ait Baldus in dict. l. nedamnosæ, scilicet, quod idem operatur secunda iussio, † & sic geminata, quod proprius principis motus, & illud dictum non est alibi, vt ibi in apost. ad Bald. de quo eleganter ibidem per Iason. vbi hoc limitat. Facit etiam, nam si princeps præcipiat aliquem decapitari vel suspendi, & non appareat causa, debet iudex superferre, & suspendere per 30. dies, casus

12
Geminata confessio extraiudiciali nocet.

13
Geminata confessio in tormentis statur.

14
Geminata confessio excludit exce. non nume. pec.

De eadem re.
15
Geminata iussio idem operatur quod proprius principis motus.
De ead. re.

ſus ſingularis in l. ſi vindicare. C. de pœnis, cui concordat text. in cap. cum apud. 11. quaſtio. 3. illud tamen eſt verum niſi interueniret ſecunda iuſſio principis. capit. ſi quando, vbi Cano. de reſcrip. Barthol. Veron. in cautela 7. refert, & ſequitur laſon. in l. puniri, in fine. C. ſi contra ius, vel vtili. publicam. Ad idem etiam facit, quia licet reſcriptum fiſco damnosum nõ valeat. l. neque damnosa. C. de precibus Imper. offer. tamen ſi eſt geminatum reſcriptum bene valet, vt probatur in auth. vt nulli iudicum. §. & hoc verò iubemus, ſeundum Bald. in dict. l. neque damnosa. Cùm ergo geminatio, tot etiã ſummi prziudicij effectus operetur, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus, & etiam alijs innumeris quos enarrauimus libro 1. de ſucceſ. crea. §. 3. nume. 12. cum plur. ſequen. quid mirum aut nouum ſi in ſpecie noſtra decies geminæ præſtationes vniformes totidemque debiti tacitæ confeſſiones hunc effectum operentur, vt debitum eſſet id quod præſtabatur, id quod quantum ad hoc vt datum non repetatur, niſi errore probato, intelligo procedere in quatuor caſibus, eſt primus, quando præſtationes fuerunt factæ omnes expreſſa cauſa, quæ etiam in futurũ obligatoria erat. Secundus quando in quibuſdã tantũ præſtationibus non etiam in omnibus id expreſſum fuit. Tertius quando cauſa debiti ſpecificim expreſſa non fuit, ſed tantũ dictum quod quaſi debitum non quaſi ex gratia dabatur. Vltimus quando nunquam expreſſum fuit, an ex debito, an verò ex gratia daretur. Sed quò ad hoc vt in poſterum eadem præſtationes debeantur, idem intelligerem in duobus primis caſibus, non ſic in quarto caſu, in tertio cogita.

16
Vafalli ſi dominii ſui decem præſtationes vniformes annuatim ex certa cauſa obligatoria etiam in futurum faciunt tenebuntur etiam in futurum, niſi probent eam cauſam verã non eſſe cum communij contra Cyn.

Denique ¶ cum cauſa ſolutionis ſeu præſtationum fuit expreſſa, quia ſingulis annis totius decennij ſoluens ſe quod debebat ex cauſa fortè cenſus dicebat præſtare, tunc etiã ſi ſoluentes, & ruſtici eſſent & dominis ſuis vt vafalli ſoluerent, ea cauſa vera præſumitur, ita Barthol. in leg. litibus, ſuprà alleg. Idem in d. l. cum de in rem, columna tertia. Bald. colum. penul. & laſon numero 14. in dict. l. ſi certis annis. Alexand. conſilio 50. libro 5. ad finem. laſ. in §. præiudiciales. num. 56. Inſtitur. de action. Alexand. conſilio 124. colum. 1. libro 4. Paulus Caſt. conſilio 51. colum. fin. lib. 2. Carolus Molineus in conſuetudi. Pariſi. §. 7. num. 17. Balb. vbi ſuprà, quaſtio. 10. qui firmat hanc eſſe communem opinio. quam tenet, & communem dicit Couar. in d. §. 4. numero ſecundo. Quæ res, licet contrariũ teneat Cyn. in dict. l. ſi certis annis. quaſt. 5. nullam apud me dubitationem habet, nam cum cauſa debiti ſpecifica nominatim in præſtationibus expreſſa fuerit, ruſtici qui mentiri, aut ſimulare longè minus quàm reliqui didicerunt, non poterunt videri fraudem feciſſe, mentitamque ſoluendi cauſam expreſſiſſe, & præterea id no-

minatim cautum eſt in dict. l. cum de in rem, quæ cùm generalis ſit, comprehendit omnes perſonas vt cunquẽ priuilegiatas, & ſic etiam ruſticos. l. in fraudem. §. ſi. ff. de mil. teſtamen. lex enim generaliter loquens comprehendit perſonas etiam priuilegiatas, ſi in ea re, qua de agitur, non reperiantur habere peculiare priuilegium, vt ex communi opi. reſoluimus de ſucceſ. crea. §. 8. num. 4. & etiam ſuprà diximus, ſed hi ruſtici hac in re non reperiantur habere peculiare priuilegium, ergo & ipsis nec ſua confeſſio. l. generaliter. C. de non numerata. pec. ¶ quod ſi per annos 30. tales vniformes fieret præſtationes cauſa obligatoria expreſſa, non dubium eſt quin ſoluentes ad tantumdem in poſterum ſoluendum teneantur, ſi ea cauſa allegetur ab ipſo recipiente, nec ipſi probauerint errorem illius cauſæ, expreſſe dicentes nunquam interfuiſſe, licet per errorem fuerit expreſſa, ſed an admittatur ad probandum talem errorem, & quidem aduerſus decennij præſtationes benè admittuntur, vt ex communi opin. reſoluunt Cor. Dec. Iaſ. Rim. & alij communiter in d. l. ſi certis annis, vbi Cyn. q. 10. Alexand. conſil. 113. colum. fin. libr. 1. Balb. in d. q. 10. Paul. in d. l. ſi certis annis. Couarr. vbi ſuprà. ¶ Sed aduerſus præſtationes annorum 30. non admittuntur quaſi eo tempore omne ius præſcribi & poſſit & præſcriptum videatur, iuxta l. ſicut. leg. omnes. l. cum notiſſimi. C. de præſcript. 30. annorum. ita tenent in ſpecie Moline. tã in d. q. 20. quàm in d. §. 7. num. 22. & Couarr. vbi ſuprà, quorum opinio vera non eſt ſaltem regulariter, nam ſi reuera nulla interfuit cauſa obligatoria, & ſoluentes errore lapſi cauſam obligatoriam expreſſerunt, cauſamque falſam fuiſſe ipſe accipiẽs non ignorabat, iam erat in mala fide, iam non poſſe etiam mille annis præſcribere, iuxta communem Docto. ſententiam, per text. ibi in ca. fin. de præſcript. diximus, & nos alibi plenius in quaſtionibus præce. ſed iſtorum opin. vera eſſet quando ipſe quoque, qui ſolutiones recipiebat, eſſet in eodem errore in quo erant ſoluentes, ſecundum quosdam, quod puto verum, nam non ſolum quando centum mihi debebas pro vna vice ſi ea petere deſij annorũ 30. moritura actio, vt dd. ll. ſed etiam ſi ea centum mihi deberes non pro vna vice, ſed ſingulis annis præſtanda in æternum, ſi per 30. ann. nihil recepiſſem, nec debitor ceſſans eſſet in mala fide, id ius præſcriptum eſſet non ſolum quò ad fructus vel præſtationes præteritas, ſed etiam quò ad futuras per generalitatem. d. l. ſicut. d. l. omnes. d. l. cum notiſſimi, & Inſtit. de perpe. & temp. in principi. ergo & per contrarium per tale tempus par ius acquiri, & præſcribi poſſe videtur non ſolum quoad præteritas præſtationes, ſed etiam quò ad futuras, non tam quidem per deciſionem dictarum legum, quàm per eandem rationem, niſi negetur parem eſſe rationem, cùm fauorabi-

17
Vafalli in cauſa ſuperiore poſſunt probare cauſam illam non eſſe veram, cum communi.

18
Vafalli an poſt annos 30. admittantur ad id probandum.

19
Tempus an habeat vim induſtriam poſt præſtationes factas tempore immemorabili.

iores simus liberationibus, quàm obligationibus. l. Arrianus. ff. de action. & oblig. adhuc tamen puto hanc partem admittendam, quia facile pereunt probationes, unde & si re vera iusta causa, & titulus interfuisse fortè probari non posset post tantum tempus, fortiter tamè aduerfatur. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de action. & obligation. vbi tempus non est modus tollendæ, aut inducendæ obligationis. Sed responderi potest, quèd quemadmodù ea regula correctà fuit in altero membro; sicque hodie solum tempus est modus tollendæ obligationis. dicitur. l. sicut. d. l. omnes. dicitur. l. cum notissimi. d. princip. Institutio. de temp. action. ita quo & alterum membrum ei parificatum de iure veteri sublatur videatur, iuxta Gloss. communiter approbatam, in l. si quis seruo alieno persuaferit, per tex. ibi. C. de furtis. præterea hic vltra tempus adsunt illæ geminatæ confessionses & præstationes quæ plurimum iuuant. d. l. generaliter. C. de non numerata pecun. ergo olim solum tempus non erat modus tollendæ, aut inducendæ obligationis, hodie tamen vt indubitanter est modus obligationis tollendæ, vt dictis legibus, ita & inducendæ per argumentum supradictum, præsertim cum hic non tantum sit tempus, sed plures geminatæ confessionses, vt modò dicebam, sed si teneas tempus hoc casu habere vim inductiuam, iam in contrarium probatio nõ admitteretur, cogita tamen.

Cæterum † quando præterijt tempus, cuius in itij memoria hominum non stat, omnes admittunt non esse necessaria vllam causæ expressionem in dictis præstationibus, sed eo tempore ius immortale, & æternum etiam in posterum acquiri, Cynus questio. pen. Angel. & lafon. columna fina. in dicitur. l. si certis annis. vbi etiam Paulus, & Riminald. & Barthol. in d. l. cum de in rem. Felinus in capitu, locaufam quæ. columna tertia. de præscription. Balbus vbi supra. & Couarru. numero quarto. vbi supra. Abbas consilio 94. libr. primo. Idem in capitulo fina. columna secunda. de causa possessio. Denique tempus solum de per se non habere vim inductiuam eleganter tradidimus, supra in prima particul. quæstion. decim.

Ex superioribus apparet † quòd vbi vasalli non domino suo, sed alteri annuatim certum quid dederunt per tempus immemoriale, tituli interuentus, aut eius allegatio necessaria nõ est, quid si præterijt tempus longum duntaxat vel etiam longissimum, non tamen immemoriale, & quidem quid respondendum sit, ex superioribus satis apparet regulariter, præter quàm cum res agebatur inter dominum & vasallos, quo casu (licet in cæteris tempus longum vel longissimum sufficiat secundum superiorem annotationem & distinctionem) tamen hic magis esse videtur vt tempus immemoriale exigatur, quia secundum quosdam

quoties aduerfus possidentem est vehemens iuris præsumptio, tunc ipse annuos hos redditus, aut præstationes in futurum vendicare nõ potest, nisi vel cù titulo fuerit per annos 40. in quasi possessione illius annui redditus percipiendi, vel si titulum non habuerit, & ostenderit in tali quasi possessione per tempus immemoriale steterit, argumen capit. super quibusdam. §. præterea, de verborum significatio. vbi Gloss. multa iura adducit, & cap. vnico. de præscription. lib. 6. necdubium est secundum eos, quin aduerfus hunc dominum qui à vasallis huiusmodi annuos redditus exigebat, si vehemens iuris præsumptio quòd clam aut per vim vel tyrannidem eos exegisset. Ita videntur tenere Ioannes Andr. Hostiensis, Abbas, Henricus & alij in capitul. quod latenter, de regulis iuris, quorum opinionem sequitur, & sæpius communem appellat Couarru. in d. §. quarto. nume. primo, & numero quinto. Innocentius in capitu. bonæ. in 2. de postulation. prælator. Idem Innocentius & Aegidius Bellamer. colum. fina. in cap. si diligenti, de præscription. Ioannes Faber in §. 2. quæ si agat. q. 3. Institutio. de action. Aretinus consilio 14. colum. 11. Guid. Papæ consilio 1. lib. Idem consi. 65. numero 2. Baldus in cap. 1. §. pactiones, de pace constan. denique post tempus immemoriale nunquam præsumitur quòd dominus à vasallis tales redditus annuatim vitiosè exegerit, non quoq; præsumitur post annos quadraginta, quando interfuit titulus qui à domino probatur, secundum Couarr. vbi supra. Sed quidquid ipse & reliqui, supra allegati contendunt differentiam esse inter dominum respectu vasallorum & alium quemlibet, id suspectum esse non dubito, nusquam enim iure probatum inuenies quòd redditus qui annuatim per dominos à vasallis exiguntur, præsumantur per vim aut clam exacti, non magis quàm si ab alio quouis exigerentur, & dicitur. c. quod latenter, generaliter loquitur in omnibus non solum in dominis respectu vasallorum, & præterea loquitur in casu claro, quando de clandestinitate, aut violentia constabat, unde à regulis generalibus, de quibus supra mentionem habuimus, quæ omnes vtrunq; priuilegiatos & consequenter etiam rusticos comprehendunt, recedendum non est. Neq; ad rem pertinere debet, quòd † quis hoc est dominus ille sit in quasi possessione alicuius redditus annuatim exigendi, huicque quasi possessioni aduerfetur præsumptio iuris communis, nam adhuc etiam contra talem iuris præsumptionem procedit præscriptio etiam temporis ordinarij. l. 2. C. de serui. & a qua. l. si quis diuturno, in prin. ff. si serui. vend. nam & si abs te emissem annum redditum, iux. capit. prim. in extrauag. de empti. & vendi. & per annos triginta iugiter exegissem titulumque amissem, deinde soluere recusares, & ipse probassem illam tricennalem exactionem, & illius

20
Tēpus habet vim inducendam post præstationes tempore immemoriali factas, cum communi.

21
Vasalli quod longo vel longissimo tempore dominus præstiterunt, an in posterum tantundem præstare cogantur, dubia pugna.

22
Præscriptio in re possessioni aduerfari nõ remouei regulariter præscriptio ordinariam.

illius annui redditus exigendi longissimam quasi possessionem in futurum ad tantundem præstandū cogereris, nihilo impediēte, quod titulum interfuisse non probassem nec eius amissionem, neque ad rem pertineret quod mea quasi possessio aduersaretur iuri communi, id est, communi omnium hominum libertati. sicque quod cōtra meam quasi possessionem esset præsumptio iuris, & ita intelligo leg. sicut. l. omnes. l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. annorum, & in princip. Instit. de perpe. & tempor. actio. Ad d. cap. super quibusdam. §. præterea, de verbo. significa. & d. cap. vnic. de præscrip. lib. 6. ca. cum personæ. §. quod si tales, de priuileg. in 6. respon. quod loquuntur in ijs, quæ non possunt acquiri nisi priuilegio principis, in quorum præscriptione longius tempus desideratur quàm in reliquis, scilicet vel tempus immemoriale sine titulo, vel tempus quadraginta annorum cum titulo, idque iure singulari principibus datum est, prout innumera alia priuilegia principū enumerat Iacob. de sancto Georgio de feudis, verb. princeps. multaque per nos de succ. crea. §. 26. Idemque cum præscribitur contra ecclesiam, in quibus casibus fundatam habet intentionem de iure, licet non sic in reliquis casibus; vt dict. cap. vni. iuncta sua Glositaque annuæ præstationes contra principem vel ecclesiam non breuiore tempore quàm annorum quadraginta cum titulo aut tempore immemoriali sine titulo præscribuntur, vt dictis iuribus. contra reliquos autem breuiore tempore contingit præscriptio. Itaque aut interfuit titulus habitus ab habente potestatem dominium concedendi, aut habitus ab alio, aut à nullo. primo casu illico transfertur dominium, nec de præscriptione agendum est, & ita procedit cap. super quibusdam. §. præterea, de verbo. sign. ibi. Imperatorum, aut regum, aut Lateranensis Concilij, aut consuetudine antiqua cuius initij, &c. † nam vsustanti temporis, cuius initij memoria non est, ineptè appellatur præscriptio, cum proprius diceretur cōsuetudo, vt ibi, sicque vt lege dominia rerum conceduntur, & auferuntur etiam citra dominorum voluntatem, vt per totum. C. ex quibus cau. serui. pro præmio libert. acci. & per Decium in leg. id quod nostrum, de regu. iur. ita & consuetudine quæ legi par est. l. de quibus. ff. de leg. cum plur. seq. §. ex non scripto. Instit. de iure natur. sicque cum post tempus immemoriale non tam præscriptum ius videatur quàm consuetudine acquisitum, eaque consuetudo pro lege sit, superest vt id ius eo tempore quæsitum tam æternum fixumque sit, quàm foret si lege acquireretur, meritoque vicem legis tenere alibi lex dicebat. ff. de aqua quoti. & æstiu. leg. hoc iure. §. ductus aquæ. & ff. de aqua pluui. arcend. leg. prima. §. fina. 3. quæst. 6. hoc quippe. & 9. quæstio. 3. conquestus. & 65. distinct. mos antiquus. ergo quado

23
Præsc. temporis immemoralis, ineptè appellatur præscri. nam est consuetudo.

Imperator, vel Papa, vel Rex, vel Respublica non recognoscentes superiorem, vel lex, vel consuetudo, vel tempus immemoriale quod illius parem potentiam habet, titulum alicui præbuit, continuo eam fecit dominum consummatissimum, nec de præscriptione agendum est, secundo casu quando titulus habitus est à non habente potestatem concedendi dominium, regulariter probet iustam causam præscribendi. leg. nullo. C. de rei vendi. leg. vnic. C. de vsucap. transf. fallit cum titulus erat à lege improbat, puta non ritè habitus. leg. secunda. §. si à pupillo. ff. pro empt. leg. secunda. C. pro empt. cap. hoc consultiissimo. §. contrahentes. de rebus ecclesie non alien. libro sexto. ergo si pedagia aut vectigalia aut annuos redditus à populo exegi per tempus immemoriale quasi lege ius & dominium quæsiui, quod si breuiore tempore, puta quadraginta annorum, tunc præscriptione dominium quæsisse videor, si interfuit titulus habitus ab eo qui non habebat ius concedendi, veluti si annuū redditum ex salinarijs, pedagijs, portagijs, vectigalibus, gabellis vel similibus procedentem vendidit, donauit, dotis, legatiue nomine mihi dedit is qui ius vendendi non habebat. tertio casu quando titulus non interfuit ab aliquo, aut postquam longo tempore id ius annuatim exegi, allegaui titulum interfuisse, & tunc per lapsum longi temporis simul cum illis geminatis præstationibus ac tacitis debiti confessionibus is titulus allegatus præsumitur, dict. l. cum de in rem. ff. de vsuris.

Nec † obest dict. l. nullo. C. de rei ven. cum simil. nam ibi quando is contra quem præscribitur, nullum actum positium fecit, sed dum taxat abstinere ab impugnatione & contradictione, secundum Barthol. & communiter Docto. in leg. seruitutes, in mag. ff. de seruit. † nos loquimur quando is contra quem præscribitur, plures actus positios fecerat decies geminas solutiones totidemque tacitas confessiones per totum decennium aut vicennium faciens, vt dict. l. cum de in rem. Nec similiter obest, quod ad tales exactiones recipiendas vel faciendas factum hominis discontinuum erat necessarium. leg. foramen. ff. de serui. vrb. vrb. prædiorum. † sicque præscriptio nisi longissimo tempore, id est, tempore immemoriali contingere non poterat, vt dict. l. seruitutes, cum sim. nam respondemus illud procedere cum agitur de seruitute acquirenda à rei, & sic de seruitute reali, non sic si agatur de seruitute personali vel de iure siue reali, siue personali, per personam acquirendo seu præscribendo, vt in dict. l. cum de in rem. tunc enim tempus immemoriale non exigitur, sed solum tempus longum sufficit. Neque obscura est harum rerum differentia, nam cum agitur vt per actus discontinuos ius acquiratur ab homine, is homo animo suo semper retinet illam quasi possessionem, eamque ita

24
Intel. l. nullo. C. de rei vend.

25
Titulus præsumitur in præscri. qua nititur in factio aduersarij, licet non præsumeretur quando niteretur in non facto ipsius, nona decla.

26
Seruitutem discontinuam res inanimata non præscribit nisi tempore immemoriali homo autè breuiore tempore, queritur cum communi.

continuat, vt facti extrinseci interualla suppleantur per animi illius hominis continuationem, ac cum prædium animo careat, hoc supplementem cessat in iure acquirendo seu præscribendo à re rei, ista est elegans & communis conclusio, solutio ac differentiarum ratio, quam tenent Barthol. in leg. iusto. §. non mutat. ff. de vsucap. Idem Barthol. in leg. si ego. §. primo. ff. de public. Paulus consilio 444. in causa quæ vertitur. colum. tertia. libro primo. Idem consilio tertio, in causa quæ vertitur coram domino. columna fina. Idem consilio 12. super primo. libro secundo. Corn. consilio 268. columna nona. numero 23. versicul. nec obstat secunda ratio, libro quarto. Aymon Crauet. de antiq. tempo. par. 4. versicul. transeo nunc. numero 24. fol. 107. tenet, & ait esse communem opinionem Couarru. libro primo. vari. resol. capitulo 17. numero decimo. est communis opinio secundum Balbum de præscriptio. 2. part. 5. part. princip. quæstio. 3. est communis secundum Felin. in capit. de quarta. nume. 37. de præscrip.

Præterea hic ad sunt decies geminæ solutiones, totidemque tacitæ confessions factæ ab ipso solvente, quæ sibi vt noceant par est, cum non nisi ex debito quisquam soluisse credatur. leg. cum de indebito. ff. de proba. at in iure acquirendo ac præscribendo à re rei id cessat, nulla enim hic adest confessio, nulla præstatio, nullum denique factum posituum domini illius prædij, contra quod prædium præscriptio cœpta erat, sicque hoc casu longius tempus desideratur.

Vnde † si dominus à vasallis annuos redditus per longum tempus exegit, & vasalli postea tales redditus præstare recusent, si ipse dominus dixerit, se titulum habuisse, eumque per tale longum tempus probauerit, in posterum quoque eos redditus obtinebit, argumen. d. l. cum de in rem. ita tenent Albericus num. quinto. in dict. l. cum de in rem. Barthol. in d. §. non mutat, ad finem, dum loquitur de pedagijs. Idem Barthol. sentire videtur in dict. l. si ego. §. primo. ff. de publi. expressius Alexander consilio 124. super primo. columna prima. libro quarto. Idem Alexand. consilio 35. viso themate. numero tertio. columna prima. libro secundo. Idem Alexand. consilio 108. in causa, & lite. columna fin. ad finem. eod. libro. Idem Alexand. consil. 14. viso, & considerato. numero nono. eod. lib. Idem Alexand. consilio 113. super primo dubio videtur. libro primo. colu. prima. vbi etiam contra rusticos id procedere firmat, quod & tenuerat in d. consilio 114. & in plerisque locorum supra allegatorum sentit. Idem Alexand. consilio 75. visis. colum. fin. ad fin. lib. 4. Idem Alex. consil. 1. num. 20. libro 4. vbi saltem hoc pro expedito habet quando interfuert anni triginta, quod & vult Aym. in d. versi. transeo nunc. num. 23. Corn. consil. 268. in hac consultatione. versic. facit ad præ-

dicta. num. 16. & iterum num. 10. lib. 4. sentit Barthol. quem ipse allegat in l. si publicanus. §. 1. ff. de publi. Idem Barthol. in leg. licitatio. §. earum, eodem titulo. Ange. confi. 9. sentit Paulus consil. 444. supra allegato. Idem Paulus consil. 3. & consil. 12. lib. 2. Areti. consil. 153. consultatio. colum. fin. Boerius decisione 126. num. 4. allegat Petrum, Cynum, Albericum, & Barthol. & alios in l. 2. C. quæ sit long. consu. & in rub. eodem tit. Et in hanc partem etiam videntur inclinare omnes illi quos supra diximus tenuisse quod post longum tempus allegata causa certa eademque legitima & in futurum obligatoria, euenit, vt id ius quasi probatum præsumptiuè videatur, & consequenter in futurum quoque præstandum sit.

Contrariam tamen partem in vasallis respectu dominorum vt etiam si expressa certa causa legitima & obligatoria soluerint vniformiter annuatim per longum vel etiam longissimum tempus, non tamen teneantur in posterum tantundem singulis annis præstare, etiam si dominus eam causam allegauerit, quam per temporis longi vel longissimi cursum præstare velit, nisi præterea tempus immemorabile præterisset quasi tales domini per vim & tyrannidem exegisse præsumantur, tenent Innocentius in capitulo bonæ. 2. de postul. prælat. Idem Innocen. & Bellamera colu. fin. in capit. si diligenti, de præscrip. Ioan. Fab. in §. quæ. quæst. 4. Institu. de act. Guido Papæ consil. 1. num. 7. Idem Guido consil. 45. num. 2. Couar. capit. possessor. par. 2. & §. 4. num. 5. de regu. iur. lib. 6. Areti. consil. 14. num. 11. Bald. in cap. 1. §. pactiones, de pace Constan. Carolus Molinæus ad Alexandrum consil. 124. libr. 4. num. 1. addi. vbi firmat se idem tenuisse in consuetu. Paris. §. 53. & ita tenent plures alij quos allegat Aymon, vbi supra, numero vigesimo-sexto.

Sed † præmitte quod vtriusque partis fautores communiter tenent non aliter talem dominum contra vasallos per longum vel etiam longissimum tempus obtenturum, quam si ex causa certa, legitima, & in futurum obligatoria facta esset solutio annua, & maxime hoc exprimunt Corn. in d. consil. 268. Aymon vbi supra, num. 27. qui plures allegat. Alexand. consil. 108. ad finem. libro 2. qui alios allegat. Idem Alexand. consil. 114. num. 4. libro primo. Guido Papæ quæstio. 408. Alexand. consilio 75. libro quarto. ad finem. Alexand. consilio 14. numero 9. libro secundo. Barthol. in dict. l. cum de in rem. ff. de vsuris, ad finem. Riminaldus colum. antep. cum seq. post Alexand. Iaf. & alios in leg. si certis annis. C. de pactis. Salic. in d. l. cum de in rem. quæstio. 3. & 4. Balbus de præscriptio. secunda par. tertie partis principalis. quæstio. decima. Felin. in capitulo causam, columna tertia. de præscrip. Molinæus ad Alexand. consil. 113. lib. 1.

Quid

27
Vasalli domini si longo vel longissimo tempore certum quid annuum præstiterunt, an ex his per dominum allegato, an vero ex tyranni de præstitum præsumatur, ardu. 9.

28
Vasalli vtriusque ceant sibi cum annuatim quod dominis soluebant, oportet præstationes factas fuisse ex causa certa, expressa, legitima, & in futurum obligatoria, secundum communem.

Quid dicendum? & quidem quò magis ac magis hanc quæstionem vsibus forensibus frequentissimam inspicio, ed magis ac magis miror nostrorum interpretum incuriam ac errorem, † nam qui tenent partem affirmatiuam vt longo tempore ius quæzatur etiam contra vasallos, & etiam contra rusticos, eo potissimum argumento nituntur, quòd consuetudine non etiam præscriptione id ius quæsitum intelligant. rursus qui tenent partem negatiuam, vt eo tempore tale ius in futurum non quæzatur, ea potissimum ratione nituntur, quòd tale ius præscriptione potius quàm consuetudine acquiri posse contendant seu acquirunt velint, & tamen vtrunque falsum est, quia nec consuetudine nec præscriptione tale ius acquiritur, sed alia longè diuersa ratione. & pars affirmatiua, † vt quòd tale ius longo aut longissimo tempore acquiratur, contingat ex vi consuetudinis, in qua titulus aut bona fides necessarius non est (iuxta communem resolutionem, de qua per Aymonem, vbi supra, num. 23) tenent Bald. consil. 439. amplius colum. 4. lib. 3. Alexand. consil. 123. colum. 1. lib. 4. qui alios allegat huius sententiæ auxiliares. Corneus d. consil. 168. lib. 4. nume. 10. & numer. 16. cum seq. pluribus. quod & sentiunt plerique eorum quos diximus. hanc partem tueri. rursus Aymon, vbi supra, Couarru. & alij cõmuniter, qui negatiuam partem tuentur, abnegant consuetudine tali ius acquiri, sed demum præscriptione, vt sic exigatur titulus & bona fides, iuxta l. nullo. C. de rei vend. leg. vnica. C. de vsu. transf. in prin. Inst. de vsuc. c. possessor, de regu. iur. libr. 6. sed vtrunque falsum est, † quia tale ius nec quæsitum videtur consuetudine nec etiam præscriptione. quòd non videatur consuetudine quæsitum, patet quia consuetudo in materia nostra illa intelligitur, quæ habet vim legis vniuersalis in regione vel populo, vbi vertitur quæstio qua de agitur. §. ex non scripto. Instit. de iure nat. leg. de quibus, cum plu. legibus sequen. ff. de iusti. & iur. per totum. C. quæ sit longa consuetudo, per totum, extra eodem titulo, sed in proposito non est ira, quia id ius dominus vel alius potuit acquirere contra vnum vel contra certos vel contra vniuersos de populo, vt patet & probat d. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. l. si certis annis. C. de pact. l. creditor. C. de vsur. l. operis. ff. de ope. libe. ergo non est consuetudo quæ ligat omnes de populo. Rursus consuetudo non potest induci nisi ab vniuerso populo vel parte maiore, vt dictis legibus. & tenent communiter Barthol. & alij in dict. l. de quibus. sed id ius potest induci non solum à minore parte populi, sed etiam à certis hominibus, vel etiam ab vno, hoc est, dominus vel alius tale ius acquirere potuit contra vnum, vel certos, vel omnes, vt modò dicebam. ergo nõ est ius consuetudine quæsitum. Præterea id ius

contra inuitum competere intelligitur. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. at consuetudo consensu introducitur. d. l. de quibus. Præterea & fortius consuetudo pertinet ad gubernationem populi, vt dictis legibus. quæ quidem populi gubernatio quotidie, vt mutetur & decet & expedit, liberrimaque esse debet. §. sed naturalia. Instit. de iure natu. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. 3. at id ius quæsitum semel siue domino siue alio, siue contra vnum, siue cõtra certos, siue contra vniuersos, mutari aut adimi non licet. l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. l. sicut ab initio. C. de actio. & obligatio. ergo contendere id ius consuetudine quæsitum videri dementia (mihi crede) mera est. Rursus quòd præscriptione quæsitum non videatur patet, † quia ille demum esse videtur in statu & conditione præscribendi, qui emit vel alio titulo ad ius dominiumque transferendum habili rem accepit à non domino, quem dominum esse putabat, sicque habebat titulum bon. fid. possessionem vel quasi, vt in princip. Inst. de vsucap. l. nullo. C. de rei vend. l. vnica. C. de vsu. transf. l. Celsus. ff. de vsucap. c. 1. de præscrip. libro 6. c. vigilantia. cap. fina. de præscrip. capitu. 2. §. contrahentes, de rebus ecclési. non alien. lib. 6. nam si causam titulūque ad dominium transferendum seu ius habilem ac sufficientem habuisset à vero domino, vel ab eo qui potestatem concedendi habebat, iam traditione vel quasi continua dominium quæsiisset. l. traditionibus. C. de pact. §. per traditionem. Insti. de rerum diui. iuncta lege, nunquam nuda. ff. de acqui. rerum domi. sicq; cessaret vsucapio, Quia quod meum est, amplius meum fieri non potest nec præscriptione. leg. sequitur. §. lana. ff. de vsucap. nec alia ratione. §. sic itaque. Inst. de act. leg. 3. §. ex contrario. vbi tradunt cõmuniter Doct. ff. de acqui. possess. ergo cum in specie nostra fundamentum intentionis. illius qui annuos redditus, census, præstationes ab vniuerso populo, vel à certis, vel à quodam ciue vendicat, sit affirmare quod sibi ex iusta causa ad dominium vel ius transferendum habili cõcessum fuerat, ab eo vel eis qui ius concedendi habebant, sicque quòd cum illico fecerunt dominum illius iuris, ergo non potuit amplius præscribere quod suum iam erat, nec audiretur allegans contraria. leg. prima. C. de furt. leg. prima. C. de seruis fugiti. ergo is quo de agimus, nec fundatur præscriptione nec consuetudine, sed alia ratione, puta contractu, vel vltima voluntate sibi id ius annum concessum fuisse contendens. dict. l. cum de in rem. dict. l. si certis annis. dict. l. operis. dict. l. creditor, cum simili. neque hic cadit timor alienæ rei, cum cuiusque soluentis persona obligata videatur, sicque de iure potissimum personali, non etiam de reali agi videtur. Secun-

29
Annue præstationes cum vt in futurum præstatur tempore acquiruntur, ac inducitur an id contingat præscriptione, an consuetudine, an alia ratione, ardua pugna.

30
Titulus in consuetudine nõ requiritur, cõmuni.

31
Præsc. & consuetudo vt differant.

32
Annularum præstationum præscriptio diuersis regulis contingit quæ rerum corporalium, noua declarat.

cundū quæ cū huiusmodi exactio annua inde procedere intelligatur, & ab actore seu domino vasallorum vel rusticorum allegetur ex cōcessione ipsorummet ius descendere, & per longum tempus tot geminas præstationes tot quæ tacitas confessiones vniformes ostenderit, in futurum quoque eos exigere poterit, etiā si longum tempus tantum non etiā longissimum aut immemorabile præterierit, nisi ipsi probauerint causam à domino allegatam veram non esse, seque ex gratia & benignitate tantum soluisse, non ex causā obligatoria, vel si ex causā obligatoria præstitissent, id tamen per errorē fecisse, nec, vt suprā diximus, iniustior ratio est contra vasallos rusticos quàm contra alios, nec crediderim oportere, quòd tales annuæ præstationes factæ fuerint nominatim ex causā obligatoria, nam etiā si id dominus nō probauerit, ex causā tamen quā dominus allegauerit factæ præsumuntur, argumento d. l. cum de in rem, cum simil. suprā allegatis, si non destruantur, & quia ex gratia factæ non præsumuntur, d. l. cum de indebito. ff. de prob. agnosco tamen in contrarium se habere communem opinionem, de qua suprā mentionem fecimus, qua de re dicendum, vt suprā.

Pro nobis facit † quia nulla probatio concludit certè & indubitanter, sed tantum præsumptiuè, nam primò itaque considerandum est, quòd modus humanæ probationis ad humanum iudicium fit per fidem credulitatem iudicare debentis, fides autem vel credulitas, quandoque iure cogitur per probationes testium & instrumentorum, vt in leg. vbi numerus, & vulgata l. sciant cuncti, & l. 1. & per totum de fide instru. quandoque plura concurrunt simul, ex quibus notitia intellectualis cogitur ad credulitatem. oportet enim credere, & ex credito iudicare, quando tam ratione quàm etiā autoritate satis dilucidè constat. ratio enim probationis est, vt de veritate constet. at sicut constat nobis de veritate per fidem testium, id est, per credulitatem, quam duobus vel tribus testibus adhibemus, vt in capt. in omni negotio, de testi. ita credere cogimur ex alijs argumentis, præsumptionibus, & iudicijs, ex quibus mens ipsa instruitur ad veritatem, & cogitur ad aliquid credendum, adeo quòd quandoque violentas has præsumptiones appellamus, quia ex eis animus cogitur, & vincitur ad aliquid credendum, vt in c. afferte, & cap. quia verisimile. & ibi Innocen. & Abb. de præsumpt. Et quoniam hæc argumenta & præsumptiones ex factis oriuntur, & sunt varia, ex quib. animus moueri potest, ideo certa regula ad fidem, & animi instructionem diffiniri non potest, aliqua tamen in iure positio notatur, ex quibus animus ad fidem mouetur, quæ aliquando appellantur iudicia, quandoque suspiciones, quandoque præ-

sumptiones, quandoque argumenta, vt notatur in l. admonendi, de iure iu. & ibi per Doct. maximè Barthol. ac cū plurima esse possunt quàm in iure reperiantur, vt in leg. nam natura, de præscript. verbis. ea arbitrio & iudicio discreti iudicis oportet relinqui, & hoc est quod Iureconsultus docebat in leg. tertia. §. 1. & §. eiusdem. ff. de testibus in his verbis, quæ argumenta ad quem modum probandi, &c. ergo fortior probatio mihi esse videtur contra soluentem in terminis dict. l. cum de in rem, quàm in terminis leg. vbi numerus. ff. de testibus. nam vt experientia rerum magistra docemur, testes non raro mentitum testimonium dicunt, at præsumptio, de qua in dict. l. cum de in rem. ff. de vsuris, & de qua agimus in præsentī, vix vnquam fefellit.

Quòd † si quadraginta annis præstiterunt, quando agitur contra populum, vel triginta, quando contra vnum vel certos, iuxta distinctionem leg. sicut, & leg. omnes. C. de præscriptio. 30. annorum. & dominus exigens tales præstationes habebat titulum & bonam fidem (puta quia hæres fuit eis qui idem exigere solebat, vel quia procuratori iussit vt eos annuos reditus emeret, isque denunciavit se emisse & pretium subesse, de quæ eo fidem fecit domino, iuxta leg. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsucapio. leg. quod vulgo. ff. pro emptore. leg. pro legato. leg. fin. ff. pro legato. leg. fina. ff. pro suo) an post 30. annos profit vasallis, aut rusticis, aut alijs probare, quòd ipsi non veluti ex debito, sed quasi ex gratia se soluere putabāt, licet id in solutionibus ipsis nominatim nō declarabant, & videret quòd sic, quia tēpus non est modus tollendæ aut in ducendæ obligationis personalis (qualis ea qua de agimus est) l. obligationum ferè. §. placet. ff. de action. & obliga. leg. nemo potest. ff. de leg. primo. at si hoc casu contrarium probari non liceret, iam per solum tempus obligatio personalis ineuitabiliter inducta esset, ergo, &c. Sed in contrarium efficaciter ac sufficienter facit, quia quidquid potest alijs titulis (puta emptionis, dotis, donationis, legati, hæreditatis & similia) acquiri, poterit quoque præscriptione acquiri, leg. sicut. leg. omnes. l. cum notissimi. C. de præscripti. 30. annorum. nec titulus in hac præscriptione exigitur, vt dictis legibus, ergo præterito hoc tricennio huius iuris præscriptio contingit si non absit bona fides, vt dictis legibus, non secus, quàm posset tale ius annuum per titulum emptionis, donationis, dotis, legati & similia acquiri, nec verum esset solo tempore obligationem personalem hoc casu quæsitam videri, cū præterea affuerint tot tacitæ confessiones debiti, totque geminæ solutiones, nam & in l. si quis diuturno, in pri. ff. si seruitus vendi. solo tempore longo ius reale seruitutis acquiritur cum patientia domini. facit, quia illa

34
Annuarum
præstationum
præscriptio
coningit 30.
vel 40. an-
nis, vt contra
rium postea
probare non
releuet, cum
Covar. contra
multos.

33

Probationum
nulla contin-
git vt probet
necessario, sed
tantum con-
singenser.

Ha ratione rerum dominia sub incerto sunt, militat ex integro, & in specie nostra. l. prima. ff. de vsucapio. etenim huiusmodi annui redditus si post longissimam quasi possessionem non viderentur acquisiti, cum facile probationum copia petire soleat, talium reddituum ius & dominium sæpè sub incerto esset, facit quia ut titulo emptionis huiusmodi annui redditus acquiri possunt & solent, ut in extrauagan. Martini de empt. & vendit. & titulo emphyteusis, vt l. fina. & per totum. C. de iure emphy. leg. alienationis verbum. ff. de verbo. signifi. ita & acquiri poterit prescriptione. d. l. alienationis, facit dict. l. cum de in rem. ff. de vsutis, cum similibus si non destruantur. facit quia imputandum est ei qui tot geminas solutiones, totque tacitas confessiones fecit, & si ab initio semel confensit, ex post facto pœnitere non licet. l. sicut ab initio. C. de action. & obligatio. præsertim cum tanta, ut iam ediximus, sit vis geminationis, & pluries ac pluries tacitum consensum geminauerit, ita ergo tenendum est, prout supra conclusimus post Couarru. licet contrarium sentiant Aymon post plures quos ipse refert in dict. vers. transco nunc. num. 27. & Riminaldus col. antepe. post plures quos refert in dict. l. si certis annis. C. de pact.

35
Immemorias
in tēpore ac-
quisitio non
admittit pro-
bationem in
contrariū etiam
per confessionem, cō-
tra Aymon. &
alios.

Quid si præterijt tempus, cuius initii non est memoria, & tunc ex parte domini contra vasallos vel rusticos vel alios non est necessaria tituli probatio, nec etiam allegatio, ut ex communi opinione supra conclusimus, nec etiam vasalli admittuntur ad probandum contrarium etiam per confessionem ipsius domini, quia lex in hoc casu procedit inductiue non tantum præsumptiue, utque in quibusdam casibus ius alienum lex mihi dat, ut per totum. C. in quibus caus. serui pro præmio libertatem accipiant. & alibi sæpè, ut non semel diximus supra, & dicemus infra. nec tunc obesset mihi, quod palam fateretur illud antea meum non fuisse, ita quoque & in specie nostra non obest mihi agnoscere, quod id annuum ius, quod tempore immemoriali maiores mei quæsiuerunt quondam, ad eos non pertinebat, ideoque supra diximus, hanc esse legitimam acquisitionem, nam ut probetur immemorialis, non est necesse à temporibus Adẽ initium probationis sumere, satis enim est probare, quod viuentium nullus est qui contrarium viderit, aut audiuerit, licet omnibus notum esset contrarium ius quondam viguisse, scimus enim quo primùm tempore decimæ creatæ fuerint, ut diximus lib. 1. ad fi. infra tomo 2. & tamen in decimis est prescriptio temporis immemorialis, vt c. 1. de præsc. lib. 6. c. super quibusdã. §. præterea, de verb. signifi. multi tamen tenent contrarium, ut per Aymon. de antiq. par. quarta. versicul. absolutus, numero 39.

36
Iurisdiciorum
prescribatur.

Ex t superioribus infertur, quod iurisdic-

tio & si per actum hominis discontinuum præscribatur, & expediatur vel quasi possideatur, adhuc breuiore tempore, quam immemoriali potest præscribi, quia adest animus quasi possidentis, qui semper continuoque videtur possessionem vel quasi animo retinuisse, vt tradunt Barthol. & communiter Docto. in l. iusto. §. non mutat. ff. de vsucapionibus. Barthol. & communiter Doctores in l. iusto. §. 1. ff. de public. t ita intelligo l. fin. titu. de las prescripciones lib. 5. ordinamen. Diuersum est in prescribenda seruitute à re rei, quia res inanimata non habet animum quo continuetur possessio, ita procedit l. seruitutes, in mag. ff. de serui. ideoque exigitur tempus immemorabile, vt ibi & supra diximus.

37
Intel. l. si. tit.
de las prescrip.
lib. 5. ord.

Infertur etiam t suspectam esse opinionem, quam tenuerunt Barthol. in l. 1. colum. 4. de muli. & in quo loco. lib. 10. Barthol. in l. cum neque, de incolis, eod. lib. Alexand. consilio 52. lib. 5. incip. visis his quæ in themate. Idem Alexand. consilio 78. lib. 6. Aret. consilio 132. in causa. columna tertia. Decius consilio 285. ad finem, incipit, & pro tenui. aiunt enim oportere, ut interueniat tantum tempus cuius initij memoria non sit, ut inducatur consuetudo collectandi (vt more ipsorum loquar) forenses, mouentur, quia in hac consuetudine vel prescriptio requiritur factum hominis, quod non potest non esse discontinuum. leg. foramen. ff. de serui. vrb. præd. ergo ea prescriptio non continget breuiore tempore, quam immemoriali. dict. l. seruitutes, sed nihil est, quia animo hominis ea quasi possessio retinetur continuo, sicque breuiore tempore contingit prescriptio, merito ergo contra Barthol. & sequaces tenuit Alexand. consilio 68. libro 2. Corneus consil. 268. nume. 16. lib. 4. Curt. iun. consilio 90. colum. 3. Aymon de antiq. par. 4. versic. materia ista. num. 31.

38
Presc. foren-
ses collectan-
di queritur
breuiore tem-
pore quã im-
memoriali,
cum multis
contra plures

Et t cum superius resoluerimus annuos redditus posse acquiri prescriptio longissimi temporis, nec requiri tantum tempus cuius initii non sit memoria, idem in prescribenda libertate contra tales annuos redditus obtinebit, & longè facilius, quia obligationes non sunt tam fauorabiles quam liberationes, vt leg. Arrianus. ff. de action. & obligati. & quia reis potius fauendum est quam actoribus. ca. cum partium, de reg. iur. libro sexto. licet contrarium & malè vt tempus immemorabile exigatur, tenuerint Guid. Papæ quæst. 406. Boerius decisio. 336. ad finem. Bartho. in l. si vsufructus. ff. de vsufr. lega. Idem Barthol. in leg. Mxuius. §. fin. ff. de l. 2. Anania. consil. 39. quos refert, & improbat Aymon, vbi supra, nu. 34. neque ad rem pertinuit quod ipsi aiunt tot esse obligationes quot sunt anni, vnde (inquiunt) præteritorum fructuum seu reddituum poterit contingere prescriptio, futurorum verò non vti que. sed cum ab vno eodemque principio vniuersorum annorum ius defluerit nõ sunt diuerso

39
Præstationē
annuarū de-
bitarū libera-
tio prescribitur
breuiore
tempore quã
immemoriali
cū Aymon. con-
tra plures.

diuerso iure, vel vt diuersæ res censendi aut præscribendi tales redditus. leg. eum qui xdes. ff. de vsucap. præterea si inductiue etiã futurorum annorum contingit præscriptio, & quasi vnum idemque ius non plura aut diuersa iura quod ad sui præscriptionem intelliguntur, vt supra ostendimus, multo magis vnum idemque ius vnoque icu extinctiue præscribentur cum de liberatione agatur, vt iam docuimus, hinc etiã apparet errasse Alexand. consilio 35. numero tertio, libro secundo. dum tali iure præscribendo tempus immemoriale exigebat.

40

Titu. allegatio nil inuat ad præf. seruitutem discontinuam, cum communi consuetudine Accur.

Infertur etiã † ex superioribus suspectam esse opinionem Gloss. in l. seruitutes, in mag. ff. de serui. dum ait, quod seruitus discontinua à re rei acquiri non potest, nisi tempore cuius initij non sit memoria, vt ibi. verum hoc procedere quando nititur actor in solo tempore, vt ibi. Diuersum tamen esse, si titulum allegaret, tunc enim inquit Gloss. ex solo longo tempore is titulus allegatus præsumeretur, quod verum non est, tum, quia secundum hoc d. l. seruitutes, esset verbis non rebus imposita. cõtra l. 2. C. commu. delega. tum etiã quia seruitus habens causam discontinuam, quæ venit acquirenda à re rei, non potest longo tantum tempore acquiri, quia longo tempore vt præscriptio procedat oportet vt adsit cõtinuatio possessionis. l. 2. ff. de vsucap. vnde cum hic non adsit possessio continua, sed discontinua quasi possessio, cessat præscriptio, neque is defectus suppletur per animum possidentis ac præscribentis, qui continuus esse intelligitur, quia, vt supra dicebamus, hic agitur de iure seruitutis præscribendo à re rei, res autem, vt pote inanimata, non habet animum quo mediante illam quasi possessionem videri posset continuasse, & ita illam Gloss. improbat, & firmat communiter improbari Alexand. consilio 75. ad fin. lib. 4. licet de hac ratione non meminerit, & eam improbat, & ait communiter improbari Barthol. in d. l. seruitutes, licet alia vtatur ratione, qui etiã respon. ad l. cum de in rem. ff. de vsur. quod ibi interfuerunt plures actus positiui eius contra quem præscribebatur. at in d. l. seruitutes, sola taciturnitas non etiã vllus actus positiuus.

Ex superioribus etiã infertur decisio illius articuli quo queritur, † quantum temporis exigatur ad præscribendum ius pascendi in alieno agro, siue intelligas ius seruitutis esse siue aliud, & sunt qui putent immemoriale tẽp^o requiri, Primũ, quia cũ hac in re factũ rei animatæ exigatur & interuenire oporteat, videtur habere causam huiusmodi quasi possessio discontinuam. l. foramen. ff. de seruit. vrb. p̄d. & cõsequenter videtur necessariũ tempus immemoriale, argu. d. l. seruitutes, mag. ff. de ser. deinde etiã quia contra pascentem in alieno agro est præscriptio iuris communis, arg. l. altius. C. de seruit. & l. fina. C. de reb. alie.

ergo tempus immemoriale requiritur, & ita est communis sententia, quam tenent Cõp. de serui. rust. præd. ca. de serui. iuris pas. nume. 14. Idem Czpo. ibi c. de serui. aquæ ductus. nu. 39. Guid. Papæ decis. 573. Pet. Iaco. in sua præf. c. de serui. pecoris de pr. Decius consil. 483. nu. 16. Anchara. consil. 255. Bertrandus consil. 24. num. 10. lib. 1. Parisius consil. 27. num. 70. libr. 1. Cassaneus in consuet. Burgu. rub. 13. §. 5. num. 16. Couarru. lib. 1. resol. cap. 17. num. 11. sed prima ratio nihil est, & in cõtrarium (si non longè fallimur) est veritas, nec ponimus vt prædium meum seruitutem realem acquirat in prædio vicini, nec ponimus me prædium vllum habere, sed tantum ponimus me tali veluti iure aduersario sciente & patiente vsu fuisse, cuius patientia protraditione est, vt ff. de pub. in rem actio. l. si ego. §. 1. ibi. per traditionem vel patientiam fortè, & licet res inanimata (vt supra dicebamus) huiusmodi seruitutem quasi discontinuam causam habentem non posset præscribere breuiore tempore quàm immemoriali, tamè cum hic agatur vt persona mea acquirat animumque meus continuè quasi possidere videatur, non est cur tempus immemoriale hic exigatur, sed tempus tantum ordinariũ quo reliquæ seruitutes acquiruntur, iuxta l. si quis diuturno. ff. de seruit. vrb. præd. nec oberit mihi defectus tituli, vnde solet resultare suspicio malæ fidei, argumento l. cum quereretur. C. vnde vi. nam illud, cum agitur de præscribenda rei proprietate procedit, non sic cum agitur de præscribenda seruitute, vt iam ex communi opinione docuimus in questionibus præcedentibus & seq. ita intelligentes d. l. si quis diuturno. nec oberit quoddam contra præscribentem sit præscriptio iuris, cum quælibet res libera præsumatur, iuxta l. altius. C. de serui. ergo videbatur desiderari tempus immemoriale, † argumen. cap. 1. de præscrip. lib. 6. nam respondeo illud procedere, quando & ageretur de præscribenda proprietate, & præterea essemus in rebus quæ sola principis concessione quæri possunt, quæ reputatur ferè impossibilis. leg. apud Iulianum. §. constat. ff. de leg. 1. & ita etiã intelligo capit. 2. §. contrahentes de rebus eccl. non alienan. non sic quando agitur de præscribenda seruitute, nam ius seruitutis quasi vile & pauci momenti reputatur, sicque facillè acquiritur, quia de facili præsumitur in eo iure concedendo domini voluntas prona, sicque præscribens non videtur esse in mala fide, sed credere potius dominum permissurum & concessurum, sicque licet contra præscribentem talem seruitutem sit iuris præscriptio, adhuc ea contingit tempore ordinario. leg. 2. C. de serui. cum igitur in specie nostra ea seruitus tempore ordinario contingat, in eo tantum questio erit, à quo tempore ea quasi possessio cõpisse videatur, & an caruerit omni vitio, quia non vi, non clam, non precario, &c.

42
Intell. c. 1. de præscr. lib. 6.

41
Pascendi ius quod tempore ordinario præscribatur, contra communem.

SVM

SYMMARIVM.

- 1 Titulus allegatus an presumatur contra facientem, cum communi.
- 2 Vasallorum praestationes an iustificentur ex tituli allegatione quò ad nobiles Hispania.
- 3 Titulus allegatus non presumitur ad praescribendam proprietatem rei corporea, nec etiam ad praescribendum eius vsufructum, cum communi.
Solennitas à lege requisita non presumitur interfuisse nisi probetur.
- 4 Titulus allegatus an post longam possessionem presumatur ad praescribendam seruitutem discontinuam, ingens pugna.
- 5 Seruitus discontinua an longo tempore in effectu acquiritur, si utens ea titulum allegauit.
- 6 Seruitus habens causam continuam vel quasi longo tempore, habens verò causam discontinuam tempore immemoriali praescribitur.
- 7 Titulus allegatus an in his quae sunt modici prauidij presumatur, non tantum contra agentem, sed etiam contra patientem.
- 8 Titulus allegatus an post longam possessionem presumatur in praescribenda seruitute discontinua.
- 9 Tempus immemoriale non tam intelligitur ius presumere, aut fingere, quam ius verè inducere.
- 10 Titulus allegare necesse non est ubi est possessio immemorialis, contra plures cum communi.
- 11 Incapax simpliciter an tempore immemoriali praescribat.
- 12 Tempore immemoriali quaruntur qua acquiri sola principii concessione possunt, siue titulus allegetur, siue etiam solum tempus, contra Curti. Alex. Fel. & alios.
- 13 Titulus allegatus an presumatur post longam possessionem in rebus regalibus contra ipsum regem agentem.
- 14 Temporis immemorialis vis.
- 15 Fama plene probat in antiquis cum communi.
- 16 Fama probatur antiqua, & vix alio modo.
- 17 Probationes coniecturales sufficiunt in antiquis.
- 18 Intellectus capituli primi, de praescriptionibus, libro sexto.
- 19 Intellectus l. nullo. C. de rei vend.
- 20 Intellectus l. cum de in rem verso. ff. de vsur.
- 21 Intellectus l. i. C. de pot. pote.
- 22 Vasalli an possint se tueri contra duces, comites, Marchiones aut nobiles alios Hispania, quibus longo tempore id vectigal (quod etiam dicitur) praestiterunt.
- 23 Titulus allegatus presumitur etiam contra rusticum soluentem in annuis praestationibus longissimi temporis, cum communi contra multos, & quid si sit longum tantum tempus.
- 24 Lex generalis comprehendit etiam personas priuilegiatas si in ea materia, qua de agitur, non reperiuntur habere priuilegium speciale, cum communi.
- 25 Titulus allegatus post diutinam praestationem etiam

am contra mulierem praesumitur.

- 26 Titulus allegatus post diutinam praestationem praesumitur etiam contra Ecclesiam.
- 27 Titulus allegatus post diutinam praestationem etiam contra fiscum praesumitur.
- 28 Tituli allegatio necessaria non est post tempus immemoriale, cum communi.
- 29 Titulus allegatus post diutinam possessionem praesumitur in iudicio siue petitorio siue possessorio.
- 30 Annua praestationes an ex causa obligatoria factae videantur, statur coniecturis.
- 31 Vasalli & similes annuas praestationes diu facientes vt in posterum teneantur, oportet apparere quò deas faciebant ex causa obligatoria.
- 32 Titulus in annuis praestationibus non aiter praesumitur quam si allegetur.
- 33 Titulus in annuis praestationibus quando praesumitur admittitur probatio in contrarium.
- 34 Titulus allegatus ex annuis praestationibus non praesumitur nisi essent vniiformes.
- 35 Diuturna praestatio etiam lucrativa potest in posterum esse obligatoria, contra las. & alios, & nu. 36. 37. & 38.
- 39 Annua praestationes faciunt per longum tempus praesumi titulum allegatum, etiam si contra allegantem esset praesumptio iuris, contra laso. Riminal. Balb. & Alciatum.
- 40 Titulus allegatus contra patientem rem suam ab alio vti frui, non praesumitur per solum longum tempus, cum quibusdam contra plures.
- 41 Titulus illegitimus non inducit obligationem in posterum, cum communi opinione.
- 42 Alimentorum fauore facile praesumitur obligatio in futurum etiam ex praestatione non diuturna cum communi.
- 43 Annua praestationes non faciunt praesumi obligationem in futurum si non allegetur.

CAPVT LXXXIII.



POSITA possessione diuturna an sequatur praesumptio tituli legitimi allegati vehementer. & controuersum est, & vsibus forensibus agitatum, & quidem si is legitime (id est, non vi, non clam, non precario) & diu possedit, aut allegabat titulum legitimum, aut titulum non ex toto legitimum, aut nullum titulum allegabat, sed sola diuturna illa possessione, & sic praescriptione tuebatur sese. Primo casu cum allegabat titulum legitimum communis opinio esse videtur, vt is praesumatur ex possessione diuturna & legitima, per leg. cum de in rem verso. in verbo, longo tempore. ff. de vsuris. Ita tenent Gloss. & Barthol. in leg. cum de in rem verso, supra allegat. in Gloss. mag. sequitur & dicit esse communem opinio-

¹ Titulus allegatus praesumitur contra facientem, cum communi.

opinionem Florian. ibi, colum. fin. Glo. mag. & ibi Barthol. num. 6. in l. seruitutes. 4. ff. seruitutibus. Abb. confi. 6. in quaestione. versicul. tertium. lib. 2. Glo. & Barthol. in l. prima. §. ff. de aqua plu. arcen. Gloss. & communiter Doctores in leg. creditor. C. de vsur. Glo. in l. si certis annis. vbi communiter Doctores. C. de pactis. sequitur, & dicit esse communem opinionem Legistarum & Canonistarum Paul. in d. l. seruitutes. colum. fina. Ioann. Andr. & alij in cap. peruenit, de censibus. Innocentius in ca. si diligenti, de rescrip. sequitur, & dicit communem opinionem Felinus, numero 41. in cap. de quarta, de prescrip. sequitur & dicit communem opinionem Legistarum & Canonistarum Cæpolla, de seruit. vrb. præd. cap. 19. nu. 6. vbi firmat se ita sæpe vidisse praticari in omni annua præstatione, qualis est præstatio decimarum, quod & voluit Glo. mag. in fine. in d. l. cum de in rem. Dyn. in cap. possessor, de regulis iuris. versu. quærendum est, & hanc communem opinionem, vt ex præstatione annua & diuturna præsumatur titulus legitimus, si allegetur ab eo qui illam annuam præstationem exigebat, sequitur & dicit communem Alcia. in d. l. si certis annis. sub quadam distinctione sequitur & dicit esse communem opinionem Curtius Senior numero 12. ibidem, sequitur etiam ibi, & firmat esse communem opinionem Ludouicus Gozad. num. 7. vbi etiam Francis. Cur. iunior num. 19. eam opinionem sequitur & dicit communem, quam opinionem sequitur & dicit communem Riminaldus in d. l. si certis annis. colum. 3. & rursus in colum. penult. qui circa intel. dict. l. cum de in rem verso, non leuiter velitatur, sequitur tanquam communem Iason in d. l. si certis annis. num. 7. vbi Decius num. 12. hanc sequitur & dicit communem, quam similiter sequitur, & communem appellat Alexand. ibi. nume. 7. & Fulgosius in d. l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. vbi etiam Salicetus, Ludouicus Romanus nume. 22. hanc sequitur, & dicit communem in d. l. si certis, quod & tenent ibi Petrus de Bellaperti. Iacobus Buttrigarius, Cynus, Bald. Bartolus & Iohannes Faber, vbi Iacobinus de Sancto Georgio hanc sequitur, & dicit esse communem nume. 12. & etiam Aretinus ibi, colum. secunda. Albericus & Odofredus in d. l. si certis annis. Albericus in d. l. cum de in rem. columna secunda, in princip. Idem in d. l. seruitutes. vnde † in omnibus exactioibus quas nobilium Hispanorum non pauci solent à populis vasallisque suis exigere post diuinam huius rei possessionem, vix est vt illi possint se tueri contra talem nobilem, si titulum legitimum se habuisse alleget, isthæc omnia procedunt contra agentem, non sic contra patientem, quia longè facilius præsumitur debere, quod soluit & præstat sæpe ac multoties aliquis, quam contra eum præsumatur titulus si nihil faciat, sed tantum taceat, ac patiat &

2
Vasallorum
prelationes
an iustificen-
tur ex tit. al-
legatione quod
ad nobiles Hi-
spania.

disimulet. Vnde si † fundum alienum bona fide per longum tempus possedi, an ex tali longi temporis continuata possessione præsumatur titulus, dubium est si allegatus fuerit, vt sic si præsumatur eum fundum præscripsisse videar, si minus secus, & sunt qui putent eum fundum minimè præscriptum videri, quia regulariter in longi temporis præscriptione titulus à lege desideratur. l. nullo. C. de rei vendic. l. Celsus. ff. de vsucapion. l. diutina. l. super longi. C. de præscrip. longi temp. l. vnica. C. de vsucapion. transfor. nec dubium est quin si à lege quicquam desideretur, id est, desideretur alicuius rei interuentus, tunc non sufficiat regulariter illud allegari, nisi & probetur vera & existenter interfuisse. l. 1. ff. de dolo. leg. 1. ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Riminald. in l. si certis annis. colu. 5. C. de pact. sicque vt existenter tituli interuentus exigatur, nec sufficiat eius allegatio ad rem corpoream longo tempore præscribendam, tenent Barth. in l. Celsus. ff. de vsucapionibus. Bald. & Iason nu. decimo quinto. in l. si certis annis. de pact. C. vbi Alexand. num. 9. Couarr. in cap. possessor, de regulis iur. par. 2. §. 5. in princip. Barth. in leg. nullo. C. de rei vendic. Couarru. variarum resolu. c. 17. num. 7. est communis opinio, secundum Balb. de præscrip. par. 3. princ. quaestio. 10. nu. 7. Idem Balbus in eodem tracta. in secund. par. 4. part. princip. quaest. 1. Petrus de Bellaperti. Buttriga. Cyn. Bald. & Angel. & Iacobi. numero vigesimoprimo, & Salicet. in d. l. si certis annis. vbi Ludoui. Roman. numero 36. Bald. Ang. & Imol. in l. qui in aliena, in præ-Albericus numero quinto. in l. si certis annis. Idem in d. l. seruitutes. 4. ff. de seruitu. Idem Alber. in d. l. cum de in rem verso. estque opinio receptissima, tradit Bertarch. in reperto. verb. titulus. versu. 5. & 6. Alexand. confi. 108. in causa & lite. columna fina. lib. 2. per Molinzum de vsuris. nu. 205. Aret. num. 4. in d. l. qui in aliena. §. sed & si non adierit. Riminal. in d. l. si certis. colum. penul. in princ. vbi Alcia. prope fin. hanc opin. sequitur, & dicit communem, & ampliat vt procedat etiam in vsufructu nõ secus quam in proprietate, quod voluit Bart. in l. cum de in rem. ff. de vsuris. Huius autem communis opinionis ratio ea est, quia cum in præscriptionibus ordinarijs titulus, aut iusta causa possidendi exigatur, vt dictis legibus sanè si sola tituli allegatio sufficeret, vanum esset dicere titulum requiri, nam quisque possessor titulum allegaret etiam si illum nunquam habuisset, sicque iniuria fieret domino illius rei, de cuius possessione ac præscriptione agebatur, quæ quidem iniuria vel minimè fit, vel non tanta fit quando præsumitur titulus allegatus ab exactore contra eum qui sponte singulis annis totius continui decennij certum quid ex eadem causa formaliter, & in vna eadem seu pari quantitate persoluerat. nam cum nullus præsumatur iactare suum. l. tu. de in-

3
Titu. allegatus non præsumitur ad præscribendam proprietatem rei corporeæ, cū cõi, nec etiam ad præscrip. vsufructu. cõi communi.

4
Solemnitas & lege requisita non præsumitur nisi probetur.

de indebito .ff. de proba. cumque geminatus actus denotet enixam deliberatamque voluntatem. l. si mulier. C. ad Velleianum, qui toties quid persoluit, vix credibile est id non debuisse, ne aliter suum iactare ac prodigere sepius videretur, sicque hoc casu titulum presumi contra eum longè æquius est, quàm si presumere contra eum qui rem suam ab alio possideri patiebatur ac dissimulabat, qui per hoc sibi non præiudicat quod titulum præsumendum, cum agitur de præscribendo dominio rei, licet facile sibi is tacens præiudicet, cum agitur de leuiore incommodo, puta de præscribenda seruitute reali.

4
Titu. allegatus an post longum tempus presumatur ad acquirendam seruitutem discontinuam, in gens pugna.

Vnde si † te sciente & patiente per fundum tuum ad fundum meum ire & agere cōsueui, an ex ista quasi possessione diuturna ius quæsierim seruitutis discontinuæ, quæritur si allegabam me titulum ab te habere, & quid si te in scio ire consueui, & quidem, partem negatiuam, vt regulariter posita possessione vel quasi possessione ista non præsumatur titulus ad acquirendum longo tempore decem vel viginti annorum seruitutem discontinuam, tenuerunt Petrus, Butrigarius, Cynus, Bald. in dict. l. si certis annis. C. de pact. sentit Iason. ibi, num. 15. Glo. in l. 1. §. fin. ff. de aqua pluui. arcen. Iacob. de Arena, & Ang. & Ludo. Rom. num. 36. in d. l. si certis annis, vbi etiam Alex. num. 9. Ange. in leg. cum de in rem verso. lect. anti. ff. de vsu. Bald. Angel. & Alex. in l. qui in aliena, in principio. ff. de acquiren. hæred. vbi Imola fatetur, hanc opinionem communem esse, licet fateatur contrariam practicari Alberic. num. 5. in dict. l. si certis annis. Idem in leg. seruitutes. 4. ff. de seruitu. Idem Albe. in l. cum de in rem, supra allegat. Bertachi. in repertorio verb. titulus. vers. 5. & 6. per Carolum Molinæum in tract. de vsu. num. 205. Aret. in dict. l. qui in aliena, in princ. & ita tenent Doct. secundum Bart. in d. l. seruitutes.

Contrariam partem, vt ex illa diuturna quasi possessione oriatur præsumptio tituli ad acquirendam illam seruitutem discontinuam, tenuerunt Alexand. in dict. l. si certis, in finalibus verbis, vbi firmat se ita consuluisse, tenent Glo. Barthol. & Bald. in lectura ordinaria, in d. l. cum de in rem. Glo. & Bar. in leg. seruitutes. 4. ff. de seruit. Glo. & Barthol. in l. 1. §. fina. ff. de aq. pluui. arcen. Barthol. in sua disputatione, incip. quædam mulier. Idem in consilio incip. quæritur vtrum iurisdicatio. Innocen. in ca. si diligenti, de præscriptio. Dynus in §. quæ. Instit. de action. Anton. in cap. peruenit. de censib. Raynerius in dict. l. si certis. Fulgo. & Floria. in d. l. cum de in rem verso. Bald. in l. 1. q. 7. C. qui admitti. Imo. in d. l. 1. in fine. de aq. pluui. arcen. Sal. in d. l. si certis. Cumanus in d. l. qui in aliena, vbi Rom. idem tenet, si modò is qui ibat per fundum alienum id faciebat tanquam vtens seruitute sibi debita, domino rei seruientis sciente, & patiente.

& ista opinio seruaretur in practica, secundum Imolam in d. l. qui in aliena, sequitur, & dicit esse communem opinionem Legistarum & Canonistarum Paulus col. fi. in d. l. seruitutes, vbi etiam Florianus, sequitur etiam & firmat esse communem opinionem. Balbus de præscriptio. 3. par. prin. q. 10. nu. 7. Alex. in d. l. qui in aliena, in prin. col. fi. Cæpolla de seruitu. urbano. prædio. c. 19. vbi firmat hanc esse communem opinionem Fel. in c. de quarta, de præscriptio. nu. 41. vbi hanc dicit communem opinionem Angel. in d. §. quæ. Insti. de actio. sequitur, & dicit communem opinionem Balbus de præscriptio. in 2. par. 4. par. princip. quæst. 1. est communis opinio secundum Alexan. consi. 108. in causa, & lite. col. fi. lib. 2. per Carolum Molinæum de vsuris. num. 205. est communis secundum Iaso. nume. 44. in princip. d. l. qui in aliena. & est communis opinio secundum Imolam in d. leg. qui in aliena, in princ. vbi eam sequitur Christophorus de Castellio. sequitur, & dicit communem Iacob. nu. 21. in d. l. si certis, vbi Curtius Iunior nu. 27. vbi Alciat. ad fin. hanc sequitur, & dicit communem opinionem.

Denique † est & tertia opinio eorum qui existimant partem affirmatiuam (vt ex diuturna possessione vel quasi seruitutis discontinuæ titulus allegatus præsumatur) veriolem esse, cum is aduersario sciente & patiente iure seruitutis habendæ vtatur quasi iure suo potiretur, non sic si simpliciter iret per fundum alienum, cum id quasi iure familiaritatis fieri posset, & hoc casu procedat opinio contraria negatiua, ita distinguunt Alex. in d. l. si certis annis, in fine. Felinus nu. 41. in d. cap. de quarta. Romanus nume. 36. in d. l. si certis annis, vbi Salice. & Iacobinus num. 21. Cumanus, Ludouicus Romanus & Alexan. in d. l. qui in aliena, in princip. Alex. consilio 108. in causa & lite, libro secundo, colum. fina. Ias. in dict. leg. qui in aliena. num. 47. Idem Alexan. consi. 50. ponderatis. nu. 8. lib. 3. & hæc harum controuersiarum conciliatio satis communis & non iniqua nobis videtur, vnde fit firma & recepta opinio, vt ex illa diuturna quasi possessione seruitutis discontinuæ non præsumatur titulus etiam si allegeretur, quando is qui per fundum suum ad fundum vicinum transibat, non apparet quod id faceret & iure suo, quasi seruitute sibi competenti vtens, & sciente & patiente aduersario, quod si transibat sciente & patiente aduersario & quasi iure suo, & sibi debita seruitute vtens, tunc videndum, an post longum tempus, si allegat titulum præcessisse, is præsumatur, vt per hoc quasi retro hæc discontinua seruitus quæ sita videatur (vide Curt. Seniore in d. l. si certis. numero decimoquinto, qui tenet d. communem concordiam.)

† Quid dicendum? & præmitte quod regulariter seruitus habens causam continuam præscribitur

5
Seruitus discontinua an præscribatur longo tempore virtualiter per tituli allegationem, quod non cum communi opinio. quando ille simpliciter ibat non tanquam vtens seruitute sibi debita.

Seruitus habens causam cōtinuam vel quasi longō tēpore, habens verō causam discontinuam tempore immemoriali p̄scribitur cum communi.

scribitur longo tempore citra vllius tituli interuentum, in l. si quis diuturno. ff. si seruitus vendi. leg. 2. per Glo. & alios. ff. si seruitus vendi. seruitus verò habens causam quasi cōtinuam eiusdem naturæ est, & eodem modo & tēpore præscribitur. l. foramen. ff. de seruitu. vrbanoꝝ prædio. seruitus autem habens causam discontinuam (qualis est illa quæ desiderat factum hominis continuum, & successiuum) nullo tempore nisi cuius memoria non existit, præscribitur, sed & tunc non tam præscripta, quàm iure constituta & concessa videtur. d. l. seruitutes, vbi Glo. & omnes. l. 1. §. fin. ff. de aqua pluui. arcenda, quæ omnia communiter recepta sunt, vt per Barthol. & alios vtrōque post Glossas ibid. & per omnes in dict. l. 2. C. de seruitu. & aqua. per Balbum de præscrip. in 2. par. 4. par. princip. quæstio. 1. in principio. ergo pars negatiua vt is qui ad fundum suum per fundum vicini quasi iure suo vtens vicino sciente etiam & patiente transibat, per longum tempus nō acquirat seruitutem iure probata est, quia eam non quæsiuit per interuentum præscriptionis, cū in hac materia non admittatur longi temporis præscriptio, sed tantum eius temporis cuius initij nulla hominum memoria sit, quin immò etiam si id tempus præterierit non tam præscripta, quàm iure constituta illa seruitus videretur. leg. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana. & æstiuæ. leg. prima. §. fina. ff. de aqua pluuiæ arcen. ergo in eo tantum quæstio erit, an ab aduersario hæc seruitus concessa videatur per illam patientiam, & quidem in re dubia quisque patiens vetare videtur in ijs quæ sibi præiudicant. l. qui vas. §. vetare. leg. penul. aliàs fina. ff. de furtis. Præterea quid si singulis annis istius decennij semel tantum, aut bis per fundum meum ad tuum transibas, sanè id me nō vetasse non tam seruitutis cōstituendæ, quàm comitatis, aut liberalitatis exercendæ gratia fecisse viderer. nam & similiter eum qui vendendi causa, aut piscandi fundum meum ingressus fuisset, possem vetare & repellere. leg. adeo. §. ferè. ff. de acquiren. rerum dominio. & Institutio. de rerum diuisio. §. feræ, cum sequi. si tamen hoc rigido iure vsus non sum, sed comis & humanus erga eū extiti, inhumanum esset, vt ille tam breui tempore, quàm decem vel viginti annorum seruitutem contra me præscriberet, diuersum est in terminis dict. l. primæ. §. fin. ff. de aqua pluui. arcen. vbi repositum est potissimum argumentum eorum qui contrariam partem tuentur, ibi enim illa seruitus non tam discontinuam quàm quasi continuam causam habere videtur, cū in ea factum hominis non exigatur, sed aqua per se nullo cogente defluat riuos, ac veluti sulcos qua decurrit faciat, qui signi non ignobilis sed patentis ac permanentis sint, sicque causam seruitutis continuam præ se ferunt,

diuersum est in facto hominis transeuntis, nullumque vestigium relinquentis.

Neque ad rem pertinet d. l. cum de in rem verso. quæ loquitur in faciente non semel tantum, sed etiam pluries, ex cuius facto veluti confessio quædam etiam geminata oritur, quæ nocet ficto illi confitenti, vel illi qui ad confitentis imaginem inspecta legis censura habetur. nos autem loquimur in tacente & patiente, qui interrogatus, cur tãdiu dissimularet ac taceret, respondere posset, opportunius tempus spectasse se. at qui vltro sponteque sua dabat singulis annis totius continui decennij pecuniam suam vniformem vnusque summæ, non ideo quid rogatus respondere posset.

Ad l. 1. de patria potestate. C. & ad l. qui in aliena. §. sed & si non adierit, & l. si filius. C. de peti. hæredi. cum simil. responde quod loquuntur in terminis longè diuersis, ergo, & c. vt l. si. ff. de calumniatoribus. & præterea ibi agebatur de non tam graui præiudicio si rectè inspiciantur.

Denique quod ex diuturna & vniformi præstatione facta singulis annis totius decennij continui si allegetur titulus, præsumatur interfuisse aut præcessisse, est satis durum, vt exclamant plerique eorum quos supra retulimus, etiam si interfuerit factum soluentis decies geminatum ex eadem causa procedens etiam vniforme, ergo rigor ille non est trahendus ad casum longè minorem longeq; diuersam rationem habentem, quale est in patiente & tolerante, vt per fundum suum alius transiret, & re vera nulla lege aut coacta & peremptoria ratione huius contrarium probatum inuenies.

Ergo † quod Barthol. & receptior opinio aiebat, nempe quod in his quæ sunt parui aut non admodum magni præiudicij (quale est incommodum seruitutis realis prædij seruiantis) ex diutina quasi possessione si titulus præcessisse allegetur, is præsumitur etiam contra patientem & nihil agentem, vix est vt in vlla seruitutis specie retenta opinione nostra verificetur, nam in seruitute quæ acquiruntur cursu eius temporis, cuius memoria non stat, non verificatur, quia in ea talem titulum allegare necesse non est, vt continuò dicemus, non quoque verificatur in seruitutibus quæ longo tempore acquiruntur, quia in eis tituli interuentus necessarius non est. dict. l. si quis diutino. leg. 2. C. de seruit. ergo, & c. stat itaque ex diutina possessione titulum allegatum præsumi contra agentem in illo actu decies geminato, non sic contra patientem, cum agitur de præscribendo dominio cuiusque rei. Verum si ageretur de præscribenda seruitute, tunc sunt opiniones supra relatæ, sed illa receptior est, vt per tituli allegationem post diutinam quasi possessionem ius seruitutis quæ situm videtur,

7
Titu. allegatum, an non solū contra agentem sed etiam contra patientem præsumatur post longū tempus in his quæ sunt parui præiudicij.

videatur, quæ communis opinio ex mente eorum qui eam tuentur, duo habet capita: primum, quando is qui diu fuit in quasi possessione illius seruitutis, allegabat se titulum habere ab ipso domino fundi. Alterum quando allegabat titulum habere se ab alio tertio, quem is quasi possessor seruitutis dominum existimabat, nam utroque casu volunt utius seruitutis quæsitum videatur, licet in modo acquirendi sit differentia, quia cum titulum à domino se habuisse allegat, tunc ab origine concessionis ius seruitutis quæsitum videtur, cum verò dicit se titulum habuisse à non domino, tunc non ab initio concessionis, sed demum post impletum decennium id ius quæsitum videtur, sed in utroque isthæc communes sententiæ nobis suspectæ visæ sunt, nam usucapio est acquisitio dominij per continuationem possessionis temporis lege definiti, ita definit Iureconsultus in l. 3. ff. de usucapio. sed in seruitute discontinua possessio continua esse non potest. d. l. seruitutes. 4. ff. de seruitu. ibi, nemo enim tam perpetuò tamq; continenter ire potest, ut nullo momento possessio eius interpellari videatur, & rursus Iureconsultus ibi ait, Seruitutes rusticorum prædiorum & si corporibus accedunt, incorporales tamen sunt, & ided non usucapiuntur. Cùm enim in usucapionibus duo simul exigantur, scilicet possessio & possessionis continuatio, in seruitute quidem discontinua nec possessio verè adest, quia non possidentur verè, cū corporalia non sint, sed quasi possidentur, ut ibidem notatur per l. quoties. ff. de seruitute. l. xdes. ff. de seruitu. vrb. prædi. nec continuatio possessionis adest potest, quia nemo tam perpetuò tamque continenter ire potest, &c. ut d. l. seruitutes. ergo si seruitutem discontinuam præscribi diceremus, essent duo specialia, Primum, quia dispensaretur cum possessione vera, quæ in usucapionibus regulariter desideratur, contra l. 1. cum ibi notatis. C. de dotis promiss. Tot ergo specialia admittere simul incivile esset, præsertim ad inducendam præscriptionem, quæ iniquissimum præsidium veritati esse solet, secundum quæ longè verior opinio videtur, ut si postquam longo tempore decem vel viginti annor. fui in quasi possessione seruitutis discontinuæ, allegavi titulum habuisse me non à domino, sed ab aliquo tertio (sive illum re vera probaverim, quia re vera interfuit, sive non probaverim verè, sed dicam illum præsumi ex illa diuturna quasi possessione) non videar illam seruitutem præscripsisse, cum re vera possessio, & possessionis, sive verè sive fictè continuatio, & sat superque esse debeat, si præscriptio admittatur in seruitute habente causam continuam (cùm ibi non esset vera possessio, licet non deesset illius fictæ possessionis continuatio) absq; eo quod etiam in seruitute causam discontinuam ha-

bente præscriptionem talem contra tot regulas iuris admittere velimus. Duo ergo tenemus contra mentem eorum qui communem opinio. relatam tuentur, Primum, quod etiam si emissem seruitutem, quæ haberet causam discontinuam, à non domino, quem dominum esse credideram, eaq; longo tempore usus essem sciente domino, adhuc ius huius seruitutis discontinuæ non viderer vsuccepisse. Alterum quod longè minus viderer tale ius quæsiuisse cum titulum non probavi, sed tantum allegavi quod præsumi volebam ex diutina illa possessione.

Quid t̄ autem si post diutinam illam possessionem sciente, & patiente domino contingentem allegabam titulum habuisse me à vero domino, an is titulus præsumatur, & communis opinio supra relata post Gloss. mag. in fin. in d. l. seruitutes, voluit titulum præsumi per l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. l. 1. §. fina. ff. de aqua pluui. arcenda. Sed d. l. cum de in rem. loquitur de titulo præsumendo contra agentem, nos loquimur de præsumendo titulo contra patientem, in quo est longè minor ratio, & sic cessat extensio. Et d. l. prima. §. fina. loquitur in tempore, cuius initij memoria non extat, nos solum in tempore ordinario. vnde nihil obest, sicque communis remanet sine sufficiente fundamento, & contraria quam multi supra relati tenuerunt probatior est.

Illud autem notandum est, t̄ quòd cum quis fuit in quasi possessione seruitutis discontinuæ tanto tempore cuius initij memoria non sit, ius illius seruitutis reale ex solo ipso tempore citra alterius vllius rei interuentum quæsiisse videtur, hoc probatur planè in l. prima. §. fina. ff. de aqua pluui. arcenda. ibi, vetustatem vicem legis tenere, & l. 2. §. apud Namusam, eo. titulo, ibi, planè si fossa iure facta sit, cuius memoria non stat, & in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana & æstiva, ibi, iure constitui, & in capitulo primo. §. fina. de præscription. in 6. vbi in quibus casibus præscriptio etiam longissima non procedit sine titulo, in illis tempus cuius initij memoria non extat, sufficit, non (ut nos interpretamur) quod illud tempus habeatur pro titulo, non magis, quàm titulus si re vera interfuisset haberetur pro tempore, sed quod ut contingat iuris acquisitio alterutrum sufficit, vel titulus legitimus, vel tempus cuius initij, &c. quasi à pari procedant, etenim licet tempus solum de per se non sit modus tollendæ aut inducendæ obligationis personalis. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & oblig. tamen ipsum tempus huc atque illuc potest & solet iura realia adimere & transferre. l. si. C. de loca. l. quoties, & ferè per totum. C. de donatio. quæ sub modo. leg. fina. §. sin autem sub conditione. C. commun. delega. leg. seruo legato. §. primo. ff.

8
Titu. allegatus an præsumatur in præscri. serui. dic. scõtinuæ post longam possessionem.

9
Tempus immemorabile inducit verum ius non tantum præsumit aut fingit.

de lega. 1. & in specie nostra in materia prescriptionis verius est ex solo tempore, & possessione continua citra vllius tituli interuentum dominium, & iura re aliena acquiri, vt manifestè probat Iureconsultus in dict. l. 3. ff. de vsucapion. dixi plenè suprà, in quæstionibus præcedentibus, & dicam infra id quod si contingit in præscriptionibus ordinarijs, longè facilius eueniet in præscriptione vel in tempore cuius initij, & c. tu dic, vt dixi suprà par. prim. quæst. 10. vbi dixi tempus solum de per se nihil generare.

Cùm ergo ius reale omne omneque dominium nobis & possit & soleat contingere per continuationem possessionis eius temporis cuius initij memoria non sit, citra alterius vllius rei interuentum, † sequitur non esse necessum, vt quisque possessor huius temporis cuius initij, & c. alleget titulum, & ad eius præsumptam probatione tempus inducat, quin immò sat superque est ipsum tempus allegare cuius solius cursu cum continua possessione citra alterius tituli vel extrinsecæ causæ interuentum ius omnereale ac dominium nobis contingit, & sic est communis, & vera opinio, quòd titulum allegare non est necesse, quam tenuerunt Cyn. quæst. penul. Ang. Pau. & las. colum. fin. limi. 10. in l. si certis annis. C. de pact. Glo. & Paul. ij. d. l. seruitutes. Bartho. in d. l. cum de in rem verso. Bald. in leg. 2. C. de fidei. Ioan. Andreæ in capitu. peruenit, de censibus. Riminaldus in dict. l. si certis. colum. de penul. Balb. de præscrip. par. 3. quæsti. 10. num. 9. Aymo. Crauet. de antiq. tempo. part. 4. vers. absolutis. num. 49. licet varius fluctuansque procedat. Glo. in c. super quibusdam. §. præterea. verbo. non extat, de verbo. signifi. Freder. de Senis, consi. 234. super primo punçto. colu. 2. Sozin. consi. 127. colum. pen. lib. 1. Idem consi. 181. lib. 2. Abbas consi. 7. & quanquam. lib. 2. colum. 4. Ioan. Fab. in §. 2. que. Instit. de act. Gozad. consi. 8. colum. 8. num. 37. in hac causa illustrissimi. licet contrarium & minus rectè (vt nobis videtur) tenuerint Alex. consilio 74. viso punçto. colum. 3. nu. 20. vers. accedat ad hoc. lib. 4. & Fel. in c. accedentes, de præscript. col. 5. Cur. Iunior consi. 158. colum. 4. in fi. sed prior opi. quæ receptor est, verior est, nam vbi est tempus cuius initij, & c. non requiritur titulus, vt not. Card. in consi. 114. inci. dico Petrum non audiendum, circa fi. Felin. in cap. si diligenti. colum. 7. in 9. restrictione, de præscript. & ratio est, quia spacium tanti temporis cuius initij memoria non extat, habetur loco tituli legitimè constituti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & ibi Gloss. ff. de aqua quoti. & xsti. & habet vim priuilegij. capitu. super quibusdam. §. præterea. in gloss. in verb. non extat, de verb. sign. & habet vim legis. leg. prima. §. si. ibi, vetustatem vice legis obtinere. leg. in summa, in princip. ibi, vetustas quæ semper pro lege habetur. ff. de aqua pluui. arcen. Card. consilio 88. inci.

Capitulum ciuitatense. & habet vim priuilegij expressè concessi à principe. Baldus in ca. primo. columna prima. in titul. quæ sint reglason in leg. de quibus. ff. de legibus. columna 14. Alexand. consilio sexto. vol. 1. viso thema. & consilio 74. incipi. videtur quod tota difficultas. colum. secunda. vol. 4. & dicit And. de Iser. in capitulo primo. in verb. flumina publi. columna tertia. in titu. quæ sint rega. quod spacium tanti temporis cuius initij memoria nō extat, in contrarium tantum potest quantum Imperator cum causa, refert Iason in repe. leg. quominus. columna 11. de flum. & possessione tanti temporis præsumitur tit. etiam si non allegetur, & nedum tit. sed bona fides præsumitur, etiam si non allegetur. In no. & Baldus in cap. si diligenti, in fine. de præscrip. imò secundum Fel. in cap. cum à nobis. columna 3. de præscrip. præsumptio resultat ex tali tempore dicitur iuris & de iure, idè non recipit probationem in contrarium.

Quid † autem si detur incapaci ex parte illius qui per tempus cuius initij memoria non est, stetit in possessione illius rei vel iuris, cuius de acquisitione agitur, an per hoc sibi acquirit, & quidem si simpliciter sit incapax expe-ditum est, quia per hunc titul. non magis capax efficietur quam per reliquos titu. causas, aut modos acquirendi, vnde vt per reliquos titu. quærere non posset, nec per istum poterit, at si ex concessione principis acquirere tantum posset, an post tale tempus cuius initij, & c. talis principis concessio præcessisse intelligatur, vt puta in decimis, quæ laico acquiri possunt ex sola Papæ concessione, non ex alio titu. aut ex alterius concessione. capitu. dubium. de decimis. & sunt qui velint acquiri non posse, per tale tempus. ita Felyn. de præscrip. capitul. accedentes. columna quinta. numero sexto. Alexand. consilio 74. columna tertia. libro quarto. Curt. Iuni. consilio 158. columna 4. in fi. Sozi. consi. 260. lib. 2. quod † ipsi limitant, vt non procedat quando ipsam summi Pontificis concessione allegaret, & ad eius probationem allegaret possessionem temporis cuius non esset memoria, nam tunc ex tali tempore tit. præsumeretur, quod vltimum impugnat Aym. Cra. vbi sup. num. 51. significans quòd hoc casu etiam si tit. alleg. non sufficiat.

Quid dicendum? & sanè magis est, vt etiam hoc casu ius quæsitum per id tempus cuius initij memoria non sit intelligatur, per iura, & rationes suprà adductas, quod intelligo dupliciter, Primum quando titul. fuit allegatus, & ad eius probationem adducebatur id tempus cuius initij memoria non erat, idque cum Alexand. Felin. Curt. iun. contra Sozin. & Aym. vbi suprà. Deinde etiam si solum tempus allegaretur, nam tali tempore allegato virtualiter, & implicite èt tit. ille sic vt opus erat qualificatus allegari intelligitur, cum vt ostendimus, ipsum tempus etiam sine alio

admini-

10
Tit. allegandus nō est vel saltem non expedit vbi fuit poss. in memoriali, cum cōmuni contra plures.

11
Incapax simpliciter etiam tempore immemoriali nō præscribit.

12
Tempore immemoriali queruntur que acquiri sola principis concessione possunt, siue titulus allegatur siue etiam solum tempus, contra Curt. Ale. Fely. & alios.

adminiculo sit modus concedendi, & inducendi dominium iusque reale, illudque hinc adimendi, & illuc transferendi, & licet iura quæ hanc vim & potestatem huic tempori cuius initij memoria non est, dederunt, sint merè positiua, sicque possint illam vim, cum uoluerint, adimere ademisseque; prima facie uideantur in terminis cap. accedentes, & c. cum ex officij, & c. causam quæ, de præscrip. tamen magis est, ut intelligantur in præscrip. longi temporis vel longissimi, non autem in acquisitione, quæ per tempus cuius initij, & ca. contingit. nam secundum veras, & communes opiniones præscriptio tantum longi temporis & uisucapio iure sforum inuentæ erant, non etiam præscriptio longissimi temporis vel alia uterior, & tamen eo iure acquisitio, quæ per tempus cuius initij memoria non est, contingebat, in usu erat quasi inter acquisitiones, quæ per interuentum præscriptionis contingebant, minimè connumeranda, ergo licet agnoscendum sit potuisse dicta iura canonica vim & potestatem huius temporis, cuius initij memoria non est, adimere, tamen nondum ademerunt, neque ex mente illorum canonum est, ut adempta intelligatur, nam dum tractant de præscrip. adimentis, non pertinent ad materiam nostram, nostramque acquisitionem aliunde non à classe præscriptionum profectam.

Denique cum præsumptio quæ resultat ex hoc tempore, cuius initij memoria non est, sit iuris, & de iure, ut tradit Fel. in cap. cum à nobis. colum. 3. de præscrip. Alexandrinus consil. 13. colum. 3. post alios per eum relatos. & sic contra eam non admittatur probatio, ut per Glos. & omnes in l. siue posside. C. de proba. & cum non tam præsumptio sit iuris, quàm fictio, ut tradit Aym. Crau. de anti. temp. par. 4. versic. absolutis. num. 50. superest, ut sit in terminis d. c. dudum. ille possessor decimarum probaret se per tempus, cuius initij memoria non esset, possedisse, obtineret etiam si aduersarius ostenderet titulum minus legitimum eum possessorem habuisse, s. priuilegium habitum ab illo rege Angliæ. nam dicenti obest tibi titulus illegitimus, responderem simul cum ipso titulo illegitimo, potui habere alium titulum idoneum interpretatum eodem tempore, vel antea, vel postea, quod si instasset pluralitas titulorum non præsumitur, replicarem, id uerum regulariter, sed fallit ubi adest tempus cuius initij, & c. nam tunc non solum præsumitur titulus idoneus, sed etiam fingitur, vel præsumitur tali præsumptione iuris & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium, secundum Fely. & Aymon. ubi supra, vel secundum nos post tale tempus ius re uera aufert dominium illinc ubi prius erat, sicque ablatum illud transfert in hunc possessorem, & quemadmodum post præscriptionem completam mala fides, aut scientia rei alienæ superueniens non

tollerat ius semel ac legitimè per præscriptionem quæsitum, ut ex uera, & communi conclusione resoluiamus, de succ. crea. §. 12. nu. 117. ita quoque & hoc casu licet post huius uetustissimi temporis legitimam possessionem emergeret aliquis titulus non sit legitimus, uel de conijceremus, & suspicaremur initium possidendi fuisse non sit legitimum, adhuc tamen ea iuris acquisitio, quæ semel ac legitimè per talis temporis præteritionem contingerat ac facta fuerat, non infirmaretur, aut infecta redderetur, argu. ca. factum legitimè, de reg. iur. in 6. facit l. 1. in prin. cum ibi plenè traditis per Doct. C. de rei vx. aet. & multa quæ traduntur per Aym. de antiq. temp. par. 4. versic. absolutis. num. 59. & quæ nos tradi. lib. de succ. crea. §. 1.

Contrarium tamen in specie tenent Felyn. in c. cum nobis. columna tertia. de præscripti. Alexand. consilio decimotertio. columna tertia. Aym. ubi supra, numero. 60. Paulus Castr. consilio 423. ex puncto transmissio. colum. 2. Bellam. consilio 10. colum. 10. Alexand. consil. 113. col. 1. lib. 1. Aymo. ubi supra, nu. 60. qui eos refert, sed Fel. non huius animi fuit, ubi supra, sed tantum dixit, quod postquam possessor probauit tanto tempore possedisse se, cuius initij memoria non sit, admittitur probatio in contrarium ad docendum non per tantum tempus, sed per breuius tempus illum possedisse, & ut cunque sit nostra opini. (si non fallor) tenenda est per iura, & rationes supra adductas. Nec moror in confutandis argu. quæ traduntur per Aym. ubi supra, & alios, quia nos diuersa ratione utimur, quæ nobis peremptoria, & coacta uisa est, ad quam ipsi nec respondent, nec de ea meminerunt, quod no. quia sæpe habuimus, & habemus hodie de facto iudice me in nostro summo prætorio Hispano rei dominicæ in causis non leuioribus, sed sumorum ducum, comitum, & marchionum, præsertim in illis rebus regalibus (qui uulgo alcaual. & tertias uocantur) uerum isthæc procedunt in terminis iuris communis, nam iure regio fortis text. esse uidetur in l. 3. & 4. in quatuor alcaualarum, & l. fin. tit. de las præscr. lib. 3. ordin. & in tit. de las donaciones. lib. 5. ordi. ferè per totum illum tit. quarum legum interpretationem propter lites pendentes consultò prætermittimus, & hic uide omnino infra c. 189. num. 7.

Facit pro nobis uiua ratio, nam temporis immemorialis vim adimere uis ostenso titulo illegitimo, aut quasi is titulus nullius momenti sit, aut quasi ex ipso utpote illegitimo possessor præsumatur in mala fide, argu. capitulo 11. §. contrahentes, de rebus ecclesi. libro sexto. sed quod habeatur pro non tit. nihil noceret, quia in tali præscrip. non desideratur tit. interuentus, nec etiam probatio, nec etiam allegatio, ut supra diximus. quod autem ex ipso tit. illegi. arguatur, uel suspicetur mala fides,

est omnino falsum, nam bona fides orta etiã ex iniusta causa, sufficit ad præscriptio. iniustam autem causam accipere debemus quando is qui possidebat, & præscribebat tit. illegitimo nitebatur, & denique bona fides præsumitur siue quis titulum legitimum habeat, siue etiam nullum omnino titulum habeat, siue & tertio titulum habeat illegitimum, argu. leg. si id quod. ff. pro derelicto ibi, quasi volente & concedente domina. leg. si vir. ff. pro donato. nisi quando adsunt coniecturæ quæ vrgent contra talem possessorem, veluti si antequam emeret sibi à domino rei denunciatum fuit ne emeret eam rem à non domino possessam, & in alijs casibus particularibus, vt isthæc omnia plenè diximus in superioribus quæstionibus, & etiam in sequentibus huius libri.

13
Titu. allegatus an præsumatur possessor in rebus regalibus. contra ipsum regem agentem.

Iuxta superiora † si vectigal regium seu regij cæsus, aut reditus aliquis regius fuerit exactus seu collectus ac receptus diu ab aliquo nobilium seu magnatum, qui illud vectigal non nomine regio, sed suo proprio nomine, & quasi iure suo colligebat ac percipiebat, de inde cum tale vectigal ab ipso rege repetatur, ille nobilis dotis, aut emptionis nomine sibi competere alleget, eumque titulum per longam illam possessionem præsumptiuè probare velit, an audiendus sit, vel obtinebit, vt ex illa diutina quasi possessione, & perceptione illius reditus seu vectigalis sequatur præsumptio tituli allegati, quæ res Hispaniæ vstitatissima est, cum ducum Hispanorum, marchionum, comitum, & reliquorum nobilium nomine, & quasi iure suo non regio illud vectigal (quod vulgo alcauala appellatur) perceperint, & regi repetenti sese defendunt ac tuentur eo nomine quod legitimum titulum ab initio possessionis habuerint, quem præsumptiuè probare contendunt, probata diutina possessione. Et quod talis allegatio eis non patrocinetur, videtur per text. in capitul. primo. de præscriptionibus in sexto, vbi quando est præsumptio iuris contra eum qui annuam præstationem diu exegit ac possedit, (qualis est præstatio decimarum) ad præscribendam in futurum talem annuam exactorem non sufficit titulum allegare nisi proberur, vel decurrat tempus cuius initij non sit memoria. Sed rex Hispanus videtur, quod funder suam intentionem in d. l. vectigali ac reditu, (qui alcauala vocatur) & sic quod sit præsumptio iuris regij contra possidentem ac percipientem, & consequenter, quod non sufficit talem titulum allegare nisi vel proberur, vel tempus cuius initij memoria non sit, præterierit.

14
Tempore immemoriali vsq.

Etenim † si præterierit tempus cuius initij memoria non sit, id pro iure constituto, & ab ipsis partibus sponte concessio habetur. l. prima. §. si. de aqua pluui. arcen. ibi, vetustatem vicem legis tenere, legis inquam conuentio-

nalis, nam de ea sermo ibi fiebat, ad idem leg. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. & ff. de itin. actuque priua. leg. apparet. §. penul. ratio, † quia antiqua quorum origo memoriam exceßerit nullum genus probationis admittunt præter probationem famæ, & ideo in eis sola fama citra vllum adminiculum facit plenam probationem, quod fama in eis faciat plenam probationem, tradit Glo. in leg. at qui natura. §. cum me absente. ff. de nego. gest. Baldus in authen. quas acti. colum. fin. C. de sacrosanct. ecclesi. Idem in leg. cum super. C. de rei vendica. Idem Baldus in leg. in bonæ fidei. columna vlt. C. de rebus credi. Idem Bald. in l. 4. C. de probatio. Baldus in l. non ignorat. columna sexta. C. qui accusare non possunt, sequitur, & firmat esse communem opinionem Deci. in capitulo primo. numero 46. de appella. Felin. in capitul. veniens. numero nono. de testibus. & iterum numero decimosexto. Lambertinus de iure patronatus. 2. part. libro secundo. articul. 9. quæstio. 10. Ludouicus, Gozadi. consilio 8. nume. 47. Andreas Tiraquellus de primogenitu. in præfatione. numero 103. Mathæus Afflictus in decision. Neap. decis. 277. numero primo. Gratus consilio 95. libro secundo. numero decimoquinto. Ant. in capitu. veniens. numero 10. de verb. significa. Barthol. in leg. 2. §. Labeo. ff. de aqua pluui. arcen. Hippo. Marf. in l. de minore. §. plurimum. numero 60. ff. de quæsti. Idem in singul. 505. Iason in l. prætor ait. §. prætor ait. ff. de edendo. Pet. Paulus Paris. consilio 52. numero 50. libro tertio. & consilio 23. libro primo. numero 236. Carolus Rui. consilio decimotertio. numero tertio. libro quarto. Idem consilio 103. numero decimoquinto. libro quinto. Aym. de antiq. tempo. par. 1. sectio. ampliatu nunc. num. 8. fol. 23. Deci. in eapit. causam. 2. nota. de proba. Pet. Duen. in regul. 299. num. 7. Dec. consi. 42. col. 2. Aymo. Craue. vbi supra, sectione, viso. fol. 73.

Quod † autem in antiquis nullum genus probationis inueniatur præter probationem famæ, vt tadunt Iuniores in rub. ff. si cer. pet. & in l. admonendi. ff. de iureiu. patet, quia in his quorum origo memoriam excedit, testes non possunt rectè deponere, neque scripturæ, & instrumenta publica fidem facere, nam simul ac instrumentum authenticum esse negetur, vix est vt possit verificari, aut authenticum probari, & Historic dicuntur esse scripturæ priuatæ, quæ ex antiquitate, & fama fidem assumere intelliguntur, sicq; in tam antiquis quæ vitam memoriamque hominum excedunt, ad solam famam omnes species probationis rediguntur, † inque ijs tam vetustis probationes leuiores & admittuntur, & solent sufficere, vt l. si seruus seruus. §. inquit lex. ff. ad leg. Aquil. sufficitque probatio per indicia, & coniecturas. leg. census. ff. de proba. leg. qui ex literis. ff. de secun. tab. capi. causam. de probat.

15
Fama plenè probat in antiquis cum cõi.

16
Fama nõ aliter probatur antiqua auz vix alio modo.

17
Probationes coniecturales sufficiens in antiquis.

bat. capit. cum olim, de cens. & vtroque per Gloss. & Doct. Paulus Castr. consil. 164. in presentia causa quae vertitur. colum. 1. lib. 2. Ancha. consil. 310. tres domini Magnific. colu. 2. Idem Anch. consil. colu. 6. 3. dub. in dub. in fi. Calcan. consil. 8. col. 5. Iaf. consil. 128. col. 1. lib. 1.

Quod & sequitur Aymon Craue. de antiqui. temp. par. 1. sectio. viso de fama. num. 3. vt tamen, inquit, non procedat contra possessorem, aut reum de cuius possessionis iustitia apparet, quia probatio quae fit ex temporis antiquitate, dicitur praesumptiua, & coniecturalis, ideo admitti non debet contra veritatem, id est, contra eum de cuius iustitia possessionis apparet, ita Aymon, vbi supra, num. 32. allegat Innocentium & Doct. communiter in capi. causam, de proba. Sozin. in consil. 194. subtiliter & eleganter. nume. 9. lib. 2. vbi firmat hanc esse communem opi. Doctorum in c. causam. & ibi etiam docet, vt in his tam antiquis omne genus probationis reducatur ad famam & communem opinionem, per Decium in dict. cap. 1. col. 4. de appel. per Cor. consil. 304. colu. 5. lib. 3. per Aymonem, vbi supra, par. 1. sectione, viso in hac. fol. 73.

18
Intel. c. 1. de
prescri. lib. 6.

Adhuc tamen † d. cap. primum de praescriptione. libr. 6. non facit contradictos vectigalium possessores, quia iure nostro regio nulla reperitur lege vetitum, vt alius non possit praeter regem illud vectigal possidere, & habere (quod alcauala appellatur) at iure canonico vetitum nominatim est, ne vnus Episcopus in alterius dioecesi decimas percipiat, cum enim decimae debeantur, & sint clericis singularium ecclesiarum necessariae ad eos clericos alendos, qui cultui diuino intersint sacraeque ministrent, eueniret vt si vnus Episcopus in alterius dioecesi decimas perciperet, illius dioecesis clerici non haberent, vnde satis commodè alerent sese, ita probat capitulum cum sint homines. capit. cum in tua. cap. dudum, de decimis. cap. de quarta, de praescriptio. capi. omnes basilicae. 16. quae. 17. & ideo dictis iuribus nominatim resisti videmus, ne vnus Episcopus in alterius dioecesi decimas percipiat, vnde si earum praescriptionem caperet, talis praescriptio quasi contra iuris prohibitionem, & resistantiam intelligitur, ideo non procedit nisi vel titulus ostendatur, vel praeterierit tempus cuius initij, &c. ita nominatim intelligunt illum tex. Corrasius de seruitutib. in l. seruitutes, magna. nu. 35. ff. de seruit. Couarr. lib. 3. resolutio. cap. 17. num. 7. Decius consil. 134. viso puncto. num. 4. Paul. Castr. in d. l. seruitutes. nu. 7. Balbus de praescript. par. 3. quae. 10. numero 9. quae quidem ratio cessat in specie nostra, vbi vt diximus tale vectigal ab alijs praeter regem teneri vetitum non reperitur, quinimmo etiam si esset vlla iuris regij praesumptio contra possessores huius vectigalis, adhuc tamen videtur, vt illud possent praescribere, nam etiam tempore ordinario, & citra vllius tituli inter-

uentum praescribuntur seruitutes habentes causam continuam. leg. si quis diurno. ff. si seruitus vendic. l. secunda. C. de seruit. & aqua. & vtroque per Doct. communiter. & est communis opinio, vt plenè per Balbum de praescriptio. in secunda par. 4. par. principal. in princip. & tamen contra praescribentem seruitutem est iuris communis praesumptio, quia quaeque res praesumitur esse libera. leg. altius. C. de seruit. vnde etiam si id vectigal (quod alcauala vocatur) ad regem nostrum pertinere in re dubia praesumi (quod satis certum non est) fateremur, adhuc contra talem praesumptionem praescriptio curreret ordinaria, nisi in quibus casibus ex regio priuilegio longius tempus desideratur. Quinimmo sunt qui velint vt dict. capitulum primum procedat duntaxat in rebus ecclesiae, vt voluerunt Paul. num. 7. in dict. l. seruitutes. Ditus nume. 27. in capi. possessor, de regu. iur. in sexto, vnde cessat eius decisio in specie nostra, qui loquimur in rebus profanis, & cum d. capit. primum varios recipiat intellectus, in eo fieri non potest sufficiens fundamentum. Bart. in l. non solum. §. liberationis verba. ff. de libe. lega.

Praeterea d. c. 1. procedit quando possessor nitebatur praescriptione, in qua regulariter desideratur titulus aut iustae causae allegatio & probatio. l. nullo. C. de rei vendic. l. Celsus. ff. de usucapion. l. vnica. C. de usucap. transf. l. diutina. l. super longi. C. de praescrip. longi temporis. Diuersum est in specie nostra, vbi possessor sese tuebatur non praescriptione (quasi rem à non domino initio habuisset) sed concessione, quasi eam initio ab ipso domino qui ius alienandi habuit cepisset, sicque statim huius vectigalis ius & dominium quaeuisset, sicque sumus in terminis cap. cum personae. §. quod si tales, de priuileg. in 6. non autem in terminis d. c. 1. Nec dubium est quin si allegem me habuisse causam titulumque; ab ipso domino, qui nunc rem, ius aut vectigal reperere vult, & probauero possessionem diutinam ipso sciente & patiente, minimèque contradicente, per eam praesumeretur titulus à me allegatus ex receptissima illa communi resolutione supra allegata per dict. l. cum de in rem verso. ff. de usuris, & in hoc tantum quaestio erit, an in hac materia fauore regio longius tempus desideretur.

19
Intel. l. nulla,
C. rei vend.

† Neque ad rem pertinet quod secundum hoc confunderetur materia praescriptionum, in qua tituli non modò allegatio, sed etiam verus ipsius interuentus exigitur. dict. l. nullo, cum simil. supra allegatis. nam illud procedit quando possessor agnoscit se non habere titulum à vero domino, sed ab alio ex mente Pauli Castr. in dict. l. seruitutes. nos loquimur quando ab ipso met domino se titulum habuisse firmabat, sed sanè magis est, vt hoc casu non praesumatur titulus habitus à vero domino, nisi probetur non magis quam si ab alio

ab alio habitus allegaretur, quo casu probari etiam oporteret per dic. l. nullo, cum simili. supra allegatis, & quia regulariter ubi fit mentio de allegatione, intelligitur etiam quod ad sit probatio, nec sola allegatio sufficiat. leg. i. ff. de dolo. l. i. ff. si quad. pauperiem. nec me mouet d. l. cum de in rem, quia procedit quando allegatur & probatur actus factus ab aliquo non tantum semel aut bis, sed etiam decies geminatus, & ex interuallo, puta semel in quolibet anno, & sic continuatus per totum decennium, & vniformis. † at in specie nostra non ponimus vllum actum eius qui dominum esse se dicit, interfuisse ergo, &c. præsertim cum etiam in terminis d. l. cum de in rem. ter geminus actus non sufficeret, vt ex communi opinione resoluit lason in. leg. si certis annis. C. de pact. numero 15. Anton. in cap. literæ, de dila. per omnes, in dict. l. si certis. ergo magis est, vt titulus allegatus non præsumatur ex possessione diuturna, siue à vero domino habitus esse dicatur, siue ab alio, nisi decies geminus actus veri domini probaretur ex interuallo, & vniformes, vt d. l. cū de in rem, & vide plenissimè per Balbum de præscri. part. 3. q. 10. vbi num. 11. latè discutit intell. l. si filius. C. de peti. hæred.

20
Intell. l. cum
de in rem. ff.
de usur.

21
Intell. l. i. C.
de patr. potest.

Tenendo hanc partem † tunc ad leg. primam. C. de patria potesta. leg. si filius fa. C. de peti. hæred. l. qui in aliena, in prin. vers. sed & si non adierit. ff. de acquiren. hæredi. responde ri posset ex mente Barthol. in dict. l. cum de in rem, & ibi communiter Doctores. Barth. & communiter Doctores. in d. l. seruitutes, quod ex diuturna possessione vel quasi possessione præsumitur titulus allegatus in præscriptione seruitutis. & in reliquis similibus, quæ sunt non ad modum grauis incommodi, non sic quando ageretur de amissione totius rei qua de agitur, & se ita habet non modò communis, sed etiã receptissima omnium eorum opinio, quos supra retulimus tenuisse, vt ex diuturna hac possessione vel quasi possessione præsumatur titulus allegatus ad præscribendam seruitutem, quæ haberet causam discontinuam, quasi hoc sit non admodum magni incommodi, qui titulus non præsumeretur si ageretur de magno præiudicio. Sed hæc communis opinio, & recepta solutio non placuit disertissimo viro Didaco Couarru. in libro primo variarum resolution. capi. 17. num. 7. post alios ibi relatos, cuius etiam opinionem non refero, quia diuersa nobis sententia fedet, sed & præter eos hæc communis solutio plus quàm manifestè confutatur per dict. l. primam. de pat. potesta. iuncta l. filius familiæ. §. secundum vulgarem. ff. de legat. 1. & 1. Instituti. de singu. rebus per fideicom. relig. vbi habetur, patriam potestatem esse rem inæstimabilem, adeò vt licet quis possit per fideicom. rogari, vt restituat res suas vtcunque preciosas, siue illæ mobiles sint, siue solitamen, vt emancipet filium rogari non

potest, quia patria potestas est res inæstimabilis, & tamen ex diuturna possessione, vel quasi, non desinit præsumi titulus allegatus, licet ageretur de amittenda patria potestate, vt d. l. 1. vt interim omittam quod in terminis d. §. sed & si non adierit, non agebatur de paruo præiudicio, argu. l. quia poterat. ff. ad Trebellia. §. sed neque. Instituti. de autho. tut. & longè minus in terminis d. l. si. filius familiæ. dic ergo q. quado ex diuturna possessione vel quasi præsumatur, vel non præsumatur titulus allegatus, res quidem varia est & anceps, & legumlatoribus alijs in causis visus fuit partem affirmatiuam, alijs verò in causis negatiuam partem sequi. vnde in casibus occurrentibus, qui nominatim nulla lege decisi reperiuntur, argumentum sumendum est ab illa lege, quæ proximior est & similior casui specieiq; occurrenti. leg. quæritur. ff. de statu homi. leg. non possunt. leg. neque leges. ff. de legibus. speciei autem nostræ, qua de agimus, nulla vnquam lex proximior similiorque reperitur, quàm dict. l. nullo. C. de rei vendi. leg. Celsus. ff. de vsucapi. cum simi. supra allegat. in quibus habetur, ex diuturna possessione nõ præsumitur titulum allegatum ad inducendam præscriptionem, ergo idem & in specie nostra decisum esse intelligendū est, vt titulus habitus à vero domino patiente eius rei, qua de agitur, non præsumatur, licet allegetur non magis quàm præsumeretur, si aliunde habitus allegaretur.

Ad iura in contrarium adducta responde quod loquuntur in casibus longè diuersis, & ex diuersis non fit illatio. leg. fin. ff. de calumniato. Glo. in leg. si creditoris, vbi plenè per lason. ff. de noui ope. nun. quæ omnia procederent si possessa sese tueretur, dicens se titulum causamque legitimam possidendi ab ipso rege qui per prius dominus fuerat illius vectigalis, de quo ageretur, habuisse, succumberet enim in iudicio proprietatis, quia ex illa diuturna possessione titulus ille allegatus non præsumeretur. † Diuersum esset si diceret ab ipsis vasallis seu popularibus ciuibusue ius illius vectigalis percipiendi habuisse se, nam tunc ex inueterata possessione bene præsumeretur, cum ipsimet ciues huic possessori non decies tantum, sed multo pluries, centies aut milies fortè hanc præstationem vniformem, & ex eadem causa fecissent, sicque regi tale vectigal repetenti aut vendicanti opportunè respondere debet possessor, illud vel vectigal exigere solitum à suis oppidanis, vasallis aut ciuibus sibi deberi, debitumque retro fuisse ex tali causa vel titulo in futurumque præstitum iri, autem tantundem aut simile quippiam ab iisdem oppidanis aut ciuibus ipsi quoque regi debeatur, id sibi compertum non esse, hancque curam, aut huius rei inspectionem, aut notitiam ad se non pertinere, hocque vnum fecerit scire ab oppidanis suis id sibi deberi, an regi quo-

22
Vasallian pos
sunt se tueri
contra duces,
comites Hispaniæ,
quibus longo tempore id
vectigal (q
alcaual. vocatur) præsti
serunt.

gi quoque tantundem aut simile quippiam debuerint alij viderent. & in eo tantum quaestio erit, an longius tempus quam decem aut viginti annorum exigatur ad praescribendum vel dictum titulum praesumendum contra populum quam desideraretur ad illum praesumendum contra quendam hominem priuatum, Illud enim certum est illam in ueteratam quasi possessionem huiusmodi vectigalis (quae alcauala vocatur) exigendi sufficere, ut ex ea praesumatur titulus si allegetur, quia d. l. cum de in rem verso, procedit in omni annua praestatione, qualis est praestatio decimarum & similiarum rerum, ut nominatim tenuit ibi Glos. mag. cum qua transeunt communiter Doct. ibi, & alij in numeri per nos supra relati in illo articulo, an ex diutina praestatione praesumatur titulus ad tantundem in posterum exigendum, si allegetur habilis & legitimus, id quod longè facilius procedit in praestationibus mensuris vel etiam singularum hebdomadarum vel dierum, tantoque facilius quanto pluries geminatur & multiplicatur exactio vel actus exigendi, facit l. prima. C. de fideicom. ibi, alimenta menstrua & vestiarum annuum, & in specie praeter supra relatos quod ea consuetudo per longum tempus exigendi pedagium sit praescripta contra populum ipsum si legitimus titulus allegetur, tenet Albericus, numero quarto. in dict. l. cum de in rem verso. quod similiter satis in specie intelliguntur tenuisse omnes illi auctores, quos supra retulimus tenuisse, quod ex diuturna possessione titulus legitimus allegatus praesumitur contra agentem actum decies geminatum, licet non sic contra patientem nisi in his quae non admodum magni essent praedudicij. At in specie nostra cum ille populus seu populares non tam patientium quam agerium vicem sustineant, sine dubio contra eos talis titulus allegatus praesumeretur, contra ipsum autem regem non sic facile praesumeretur, cum ipse nihil vectigalis illius nomine, quo de agitur, huic possessori praestitisset vnquam, licet tacuisset, dissimulasset passusque esset illud exigi, & in specie nobiscum tenet Alexand. consilio 113. super primo, lib. 1. in princip. qui plures allegat. Bal. in leg. solent. §. fin. vbi Barthol. & alij. ff. de offic. proconf. Stat ergo ex diuturna praestatione praesumi legitimus titulus allegatum contra soluentem.

23
Titulus allegatus praesumitur contra soluentem etiam si sit rusticus in annua praestationibus longissimi temp. cum communi contra multos, et quid si per longum tantum tempus soluerat.

Hanc ¶ communem sententiam amplia primò ut procedat etiam contra rusticum. Ita in specie tenent Barthol. in l. litibus. C. de agricolis & censu. lib. 11. Iason numero 13. & Alcia. in dict. l. si certis annis. Alexand. consilio 113. in principi. libro primo. incip. super primo dubio. Specu. de causa possessio. 2. versicul. Idem Specu. de restit. spolia. §. nunc dicemus. versic. fin. Baldus in leg. solent. §. fin. ff. de offic. proconf. Idem Baldus colum. penul. in d. l. si certis annis. Anto. in ca. peruenit, de censibus. sentit

Alexand. consil. 124. super primo quaestio. lib. 2. quae communis opinio saltem vera est in longissimo tempore, ut per Alex. d. consil. 113. Contra per hanc comunem sententiam multi tenent, quos refert Ias. vbi supra, sed verior est communis opinio, tum quia rusticis non subuenitur nisi in casibus à iure expressis, leg. fina. cum ibi notaris. C. de iuris & fact. ignor. tum etiam ¶ quia lex generaliter loquens comprehendit personas utcunque priuilegiatas, si in materia qua de agitur non reperiantur habere peculiare priuilegium. leg. in fraudem. §. fin. ff. de milit. testamento. Iason vbi supra. Decius in lege, ex testamento. C. vnde liberi. Alciatus libro 4. paradox. capit. 10. Decius consil. 5. plenè per Tiraquel. de retract. Glo. 14. num. 91. cum 20. seq. Crotus nume. 18. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. vbi Annibal num. 369. & Ripa num. 52. Decius in l. hac consultissima. colum. fin. C. qui testamen. fa. poss. Ias. in l. sicut. nu. 10. C. de testa. mili. sed in hac materia rusticus non reperitur habere peculiare priuilegium, ergo, &c.

Amplia secundò, ¶ ut procedat etiam contra mulierem, ita tenent Bald. col. pen. & Iaso. nume. 13. in d. l. si certis. Barthol. in d. l. litibus. Alciatus in d. l. si certis. Antoni. in d. capit. peruenit. Alexand. d. consil. 124. super primo quaestio. lib. 2. quae communis sententia & si à quibusdam, quos refert Iaso. vbi supra, impugnetur, tamen vera est, quia mulier non subuenitur nisi in casibus à iure expressis, secundum Docto. supra citatos, per text. cum ibi notatis in dict. l. fin. C. de iuris & fact. igno. & ipsa regulariter utitur iure communi, d. l. in fraudem. vnde cum in hac materia non reperitur habere peculiare priuilegium, licet aliàs in casibus habeat multa priuilegia, de quibus per Decium in leg. foeminae. ff. de regu. iur. sequitur quod & in ea locum habebit, d. l. cum de in rem verso.

Amplia tertio, ¶ ut procedat etiam in ecclesia, Salicetus in d. l. cum de in rem. quaestio. 7. Iason, vbi supra, num. 13. Decius in d. l. si certis annis. nu. 13. & Alcia. ratio, quia utcunque sit ecclesia priuilegiata, tamen cum hac in re non reperitur habere peculiare priuilegium, necesse est, ut comprehendatur sub regula, argu. d. l. in fraudem, cum authoritatibus supra allegatis.

Quarto ¶ amplia ut procedat etiam contra fiscum eadem ratione, quod nominatim tenuit Ias. vbi supra. & Decius etià vbi supra, nu. 13. sed in ecclesia & fisco in eo tantum quaestio erit, an longius tempus quam in reliquis exigatur, quod & tenet Alciatus in dict. l. si certis annis.

Quinto amplia, ¶ ut etiam tituli allegatio necessaria non sit, quando praeterijt tempus cuius initij memoria non extat. Ista est comunis opinio, quam tenent Angel. Paul. Cyn. quaest. penul. Iason in decima limitatione, columna fin. in

24
Lex generalis comprehendit etiam personam priuilegiatam si in ea materia, qua de agitur, non reperitur habere priuilegium, cum communi.

25
Titulus allegatus post diutinam praestationem praesumitur etiam contra mulierem.

26
Titulus allegatus post diutinam praestationem praesumitur contra ecclesiam.

27
Idem in fisco.

28
Tituli allegatio necessaria non est post tempus immemoriale, cum communi.

fin. in dict. l. si certis annis. Barthol. in dict. l. cum de in rem verso. sentiunt Gloss. & Paulus Castren. in leg. seruitutes, magna. ff. de seruit. Bald. in leg. secunda. C. de fideicom. Ioannes Andr. in c. peruenit. de censibus. Riminaldus colum. penul. in dict. l. si certis annis. Balb. de prescrip. par. 3. quæst. 10. num. 9. per Aymon. de antiq. temp. numero 43. sectione, materia ista. par. 4.

29
Titulus allegatus post diu tinam sol. præsumitur in iudicio siue petitorio siue possessorio.

Sextò amplia † vt non solum in iudicio proprietatis, sed etiam in iudicio possessorio ex diuturna illa solutione præsumatur titulus allegatus ad tuendum eum in possessione. ita tenent & ait communiter teneri Iacobinus de sancto Georgio in dict. l. si certis annis. C. de pact. num. 24. per c. querelam, de electi. tex. & ibi Abbas in primo no. in cap. sicut, de sententia & re iudica. Abbas & Imola in dict. c. querelam, bonus text. in cap. cum de beneficio, de præben. in 6. quinimò ad obtinendum in possessorio non sunt necessariz decem annuz præstationes, sed pauciores sufficerent, vel forte vna, secundum Angel. in dict. l. si certis, qua de re per Butrium in dict. c. querelam, vbi Imola, numero decimo. hoc vnum indubitatum est, hunc possessorem facilius obtenturum in possessorio quàm in petitorio, ideo Iacobinus, vbi suprà, consulit vt potius intentet is possessor possessoriù vel quasi possessoriù, quàm petitorium, & ibi docet formam libellandi, & ad obtinendum in possessorio sufficeret vnica præstatio, secundum Alciatum in dict. l. si certis. Paulus in l. sicuti. §. si quærat. ff. si serui. vendi. Feli. in c. cum Bertoldus. col. antepe. de re iudic.

30
Annua præstationes an factæ videantur ex causa obligatoria, statim coniecturæ.

Septimò amplia † vt procedat non solum quando in ipsis solutionibus vel præstationibus expressa erat causa soluendi, sed etiam si expressa non fuisset, si modò ex aliqua coniectura arguatur, quòd factæ fuerint illæ præstationes ex causa retro obligatoria, ita notanter per Riminaldum colum. fin. d. l. si certis annis. itaque aut constat præstationes fieri ex præambula necessitate & obligatione præstandi, quæ in futurum quoque durabat, & tunc sufficit titulum allegare. licet non probetur, quia satis pbatur psumptiue per assertiones factas in ipsa præstatione, ita procedit l. Campanus. ff. de op. lib. Aut constabat retro nullam fuisse obligationem, & procedit l. operis non impositis. ff. eo. Aut dubitatur, & tunc ad coniecturas recurrendum est, verùm verisimilius sit, tales annuas præstationes factas fuisse ex præambula causa obligatoria, an ex mera liberalitate & voluntate, cessantibus autem coniecturis, Curtius iunior in d. l. si certis annis. nume. 23. cum pluribus seq. tenet præstationes ex causa obligatoria, & sic ex necessitate factas videri potius quàm ex voluntate & liberalitate, sed receptor opinio est in cõtrarium, vt & ipse fatetur, & infra docebimur, sed & si cum ipso Curcio teneremus quòd ex necessi-

tate factæ viderentur, adhuc tamen ea necessitas deberet se continere intra terminos & numeros præstationum factarum, nec se deberet porrigere ad præstationes nondum factas.

Quod diximus † ex diuturna annua præstatione præsumi titulum legitimũ, si allegatur, limitatur primò, vt non aliter procedat quàm si illa annua præstatio facta fuerit ex certa causa obligatoria, veluti si ciues aut populares alicuius villæ, castri, aut vrbs domino suo singulis annis præstabant certum frumentum, vinum, oleum, pecuniam numeratam, aut quippiam aliud ex causa emptionis, aut permutationis ex contractu inito, vt id in perpetuum singulis annis præstaretur, aliter enim si non appareret qua ex causa huiusmodi annuz præstationes fierent, non obligarent in futurum. Ita tenent in specie Salicetus in leg. si certis annis. quæstio. prima. C. de pact. Idem Salicet. in leg. cum de in rem verso, suprà allegata. similiter in prima quæsti. vbi ait, hanc quæstionem non esse tactam à Doctoribus, sequitur Alexan. consilio 113. super primo dubio videtur, libro primo, numero secundo. Idem Alexand. consilio 108. in causa & lite inter dominos. numero 15. colum. si. libro secundo. vbi allegat idem tenere Cumanum & Ludouicum Romanum in leg. qui in aliena. in prin. ff. de acquiren. hæred. Idem Alexan. consilio 14. viso & considerato. num. 9. eodem libro. vbi allegat Barthol. idem tenentem in leg. cum de in rem verso, circa fin. ff. de vsuris. & Antonium Butrium in repet. capitul. peruenit. de censibus. tradunt expressim Riminaldus colum. pe. & Iaso. colu. fin. in d. l. si certis annis. Felin. in capit. causam quæ, de prescriptio. est communis opinio secundum Balb. de prescrip. par. 3. principali. q. 10. nu. 8. vbi plures allegat. Intellige tamen quòd etiam si causa expressa non esset in solutione, si tamen ex ipsa solutione verisimiliter colligeretur, sufficeret. Ita Riminaldus, vbi suprà, post Bald. quem allegat in leg. generaliter. C. de non num. pec. quinimò Curt. iun. in d. l. si certis. num. 20. cum seq. tenet quòd semper solutio præsumitur fieri ex causa obligatoria, & sic tenet contra istam limitationem, licet fateatur hanc esse communem opinionem, sed communem tenet Curtius Senior ibi, num. 16. & Decius num. 14. & Alciatus qui communem firmat ab omnibus teneri.

31
Vasalli & similes annuas præstationes diu facientes vt in posterũ obligati videantur oportet apparere quòd ex causa obligatoria præstabant.

Secundò limitatur † vt non procedat nisi illa certa causa fuerit allegata. Ita Iason colu. pen. num. 15. & Alciatus in d. l. si certis annis. Alex. d. consi. 113. colu. 1. libro 1. Idem Alex. d. consilio 108. num. 15. lib. 2. Salicetus in d. l. si certis. quæstio. 1. ratio, quia iuris præsumptio licet releuet ab onere allegandi. l. si adulterium. §. idem Pollioni, de adul. & est communis opinio, vt patet ex relatione Baldi de prescriptio. par. 3. quæstio. 10. numero 19. est communis opinio, secundum Cur. Seniore in l.

32
Ti. in annuis præstationibus nõ aliter præsumitur quàm si allegatur.

in l. si certis. supra alle. num. 12. vbi Cur. iterum num. 16.

Tertio limita, vt non sufficiat allegari nisi etiam in ipso libello causa ipsa præstationis allegetur, secundum Salice. in d. quæstio. 1. in l. si certis. Idem in dict. l. cum de in rem, in eadem. quæstio. Alexan. in d. consil. 113. Iason in d. l. si certis annis. col. fi. vbi Cur. Senior nu. 16. & nu. 17. quod & sentit Alciatus ibi.

Quarto limita, † vt hæc præsumptio, quæ oritur ex hac annua, & diuturna præstatione, intelligatur esse præsumptio iuris tantum, nõ etiam iuris & de iure, & consequenter contra eam admittatur probatio in contrarium, ita est communis opinio, quam tenent Petrus & Cynus & Ias. colum. fin. d. l. si certis annis. Alexand. d. consil. 113. lib. 1. colum. fi. Ioan. Andreæ in cap. fina. de causis. poss. & prop. Bal. in l. 2. C. de dotis promi. Butrius in capitu. peruenit, de censibus, sentit Archid. 18. quæst. 2. cap. feruitium. Iacobinus de sancto Georgio in d. l. si certis. num. 12. vbi ait quod præsumptionis tantum non etiam confessionis vim habent illæ præstationes, idem Curtius Senior num. 16. ibid. vbi Dec. num. 15. hanc communem limitat sequitur & Alciatus ibi.

Quinto limita, vt non solum causa illa allegetur, sed quod probetur, quia præsumptio iuris, licet releuet ab onere probandi, non tamen releuat ab onere allegandi. l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. ff. de adulteri. & quia regulariter vbi exigitur allegatio alicuius rei, eius quoque probatio & interuentus desideratur. leg. 1. ff. de dolo. l. 1. ff. si quad. pauper. tradit Riminald. in d. l. si certis annis. vbi Ias. colum. fi. est ex mente Barthol. in dict. l. cum de in rem verso. vbi Salice. quæstio. 1. & quæstio. penul. Idem Salice. quæstio. 1. in dict. l. si certis. Alex. consil. 113. lib. 1. colu. 1. & alij communiter in dict. l. si certis. vbi ita tenet Alciatus, intellige quod est alleganda & probanda causa declarata, cum fiebant solutiones, puta quod dicebatur, soluimus quod ex causa emptionis debemus, sed ipsum contractum præcessisse, non est necesse probare, sed sufficit eum allegare.

Sexto limita, † vt dictæ solutiones seu præstationes debeant esse vniformes, non sic si essent diuersarum rerum vel etiam summarum, ita Riminaldus, vbi supra, per d. l. cum de in rem, quæ nominatim loquitur, quando præstationes erant vniformes, quod est ex mente Alex. d. consil. 113. lib. 1. vbi pro constanti ponebatur vniformes fuisse præstationes, Iacobinus de sancto Georgio nu. 12. in d. l. si certis annis, qui videtur dicere, hanc esse communem sententiam. & ibi Decius nu. 19. Barto. & Bal. in l. solent. ff. de offi. proconfulis. in §. fi. Bal. in c. 1. §. si quis per triginta, si de feudo fuerit controuer. inter dominum & agna. ex cuius relatione hæc videtur commu-

nis opinio, quam sequitur Alcia. in d. l. si certis. vides ergo ex annuis illis præstationibus titulum allegatum non aliter præsumi quam si & vniformes sint illæ præstationes, & solutiones factæ sint ex causa obligatoria in futurum, & illa causa fuerit allegata, & fuerit allegata ab initio in ipso libello, nam si postea allegaretur, non sufficeret, & etiam fuerit probata, nam sola allegatio non sufficit, causa enim expressa in illis solutionibus faciendis seu præstationibus nunquam præsumitur nisi probetur, licet si probetur bene præsumatur, quod præcesserat contractus præambulus, qui cogitur eum qui postea ex illa causa (puta emptionis aut dotis) exoluit, ad illam solutionem seu præstationem faciendam expressa causa soluendi in ipsa solutione, aliud est enim contractus præambulus, vnde effluxit necessitas soluendi. aliud autem est ipsa solutio facta ex causa, & necessitate obligationis præambulæ.

Quod † septimo loco imitatur vt non procedat quando illa solutio seu præstatio fieret ex causa donationis, secundum Iason. in d. l. si certis annis. columna fina. C. de pact. vbi etiam Riminaldus columna fina. qui alios allegat. Balth. in l. fina. C. ne de statu defuncto. Salice. in d. l. si certis, & ibi Alciatus.

Sed hæc communis opinio nobis semper suspecta visa est, cum enim obligatio annua ex causa donationis, & ex quolibet alio titulo lucratiuo possit descendere, non secus quam ex causa & titulo oneroso, vt per totum. ff. de annuis legatis, latè per Barthol. & alios in l. Mæuius. §. dubius. ff. de legat. 2. cumque, vt modò docebamur, d. l. cum de in rem verso, non procedat nisi cum causa soluendi expressa fuit in ipsis solutionibus seu præstationibus, eaque causa expressa denotaret obligationem in futurum, id est, in singulos annos futuros, non video quid referat, vtrum causa illa, quæ in futurum obligabat, descenderet ex contractu lucratiuo, (qualis est donatio) an ex oneroso, (qualis est emptio, dos & similia) itaque vt si in annuis illis solutionibus seu præstationibus expressum esset quod fiebant, quia ex causa emptionis populus quidam tenebatur domino suo centum annua præstare, tunc ex præstationibus longi, aut longissimi temporis præsumeretur contractus ille emptionis præcessisse, si allegatus foret, etiam si non esset probatus, ita quoque si populus ille diceretur domino suo donasse centum annua, in perpetuum præstanda ex longi, aut longissimi temporis præstationibus, præsumeretur titulus donationis allegatus à domino, etiam si probatus non esset, si modò populus ille qui solvebat, expressim in illis annuis præstationibus faciendis declarasset soluere sese ex causa, & necessitate illius præambulæ dona-

33
Titulus in annua præstari. allegatus præsumitur, sed ad mittitur probationi contrarium.

34
Titul. allegatus ex annua præstationibus non præsumitur nisi essent vniformes, cum cõi.

35
Diutina præstatio, & lucratiua potest etiam in futurum esse obligatoria contra Iason. & alios.

donationis, vtrouque enim eadem aut par ratio est, & vtrouque probat d.l. cum de in rem verso, in sui generalitate quæ inter contractum onerosum & lucratiuum nullam fecit differentiam, nec re vera inuenitur data paritate terminorum: Agnoscimus tamen quod si populus ille domino suo annua centum præstitit, vel par caponum singulis annis, idque per longum, aut longissimum tempus, & tempore quo fiebant huiusmodi præstationes expressum nunquam fuit, qua ex causa fiebant, vtrum ex obligatione retro contracta, an verò ex præsentiliberalitate, quod tunc in re dubia ex præsentiliberalitate factæ viderentur, quia regulariter in datione rerum vel summarum non præsumitur vlla causa obligatoria in futurum, l. 2. §. circa. ff. de doli exceptio. Sed liberalis concessio præsumitur, quod ad præsens donum, quæ in futurum non obligat, lege Campanus. ff. de operis libertorum. etenim qui longo tempore aliquid diurnum, menstruum, vel annuum præstitit, aut constat ex præambula obligatione, quæ in futurum tendebat præstitisse. & tunc sine dubio tenebitur in futurum etiam si ex causa voluntaria, & lucratiua ea obligatio descendat, dic. l. Campanus. Aut constat quod illæ præstationes non fiebant ex causa præambula obligatoria, & tunc sine dubio in posterum non tenebitur. l. operis non impositis. ff. de operis libertorum. Aut constat longo tempore factas fuisse illas præstationes diurnas, menstruas, vel annuas, non tamen apparere, tan ex causa retro obligatoria, nec ne, proficiscerentur, & in re dubia talem causam obligatoriam non præsumam. d. §. circa, nisi in ipsis præstationibus expressum sit, quod fiebat ex causa præambula obligatoria, vel ex ipsis id verisimiliter colligatur, ita procedit dicta lex, cum de in rem verso. ergo superior illa communis opinio, quam impugnauimus, potest defendi, quando in illis præstationibus expressum fuit, quod fiebant ex causa merè donationis præsentis, id est, quæ per præsentem rei interuentum fiebat, & finiebatur in ipso, vt sic tot essent donationes quot erant præstationes factæ, & finitæ, ex quibus neque vlla in posterum oriebatur obligatio, neque retro vlla obligatio ad res illas tradendas præcesserat. d. l. operis non impositis.

Potest etiam defendi quando præstationes nulla expressa causa fiebant, vt d. §. circa, quia talis præstatio ex natura sui vel neutrum obligabit, vel si alterum, potius accipientem quam dantem, vt Institutio. de obliga. quæ quasi ex contractu nascuntur. §. secundo, vel tertio. & Institutio. quibus modis recontrahi. obliga. §. primo & secundo.

Octauò limita † vt non procedat quando fieret vna præstatio pro decem annuis præstationibus, tunc licet causa obligatoria in ea præstatione expressa esset, adhuc tamen titulus allegatus non præsumeretur. Ita Iason. in dict.

l. si certis annis. C. de pact. columna fina. & ibi Alciatus.

Nonò limita, † vt tres præstationes annuæ posteriores, quæ alijs in causis solent sufficere, vt per Gloss. in leg. 2. C. de iure emphy. tamen hic non sufficiant, vt titulus allegatus præsumatur. Ita Iason in d. l. si certis, ad finem. quia aliud est cum agitur de liberatione præsumenda, & de solutionibus retro factis præsumendis, vt in terminis d. l. secundæ. aliud de obligatione præsumenda, vt in terminis d. l. cum de in rem verso. argu. leg. Arrianus. ff. de actio. & oblig.

Decimò limita, vt non procedat in beneficialibus, Ias. vbi suprà. Bald. in capitu. ex parte Adæ, de restitut. spoliat. Idem Bal. in c. contingit, de dolo & contuma. Alcia. in d. l. si certis annis, ad fin.

Vndecimò limita, † vt non procedat, vbi ageretur de seruitio personali, quia tunc longius tempus desideratur, scilicet triginta annorum, secundum Ias. in d. l. si certis. colum. fin. num. 15. Barthol. in leg. litibus. C. de agricol. & censit. libro 11. Idem in l. cum de in rem, ad finem. Cy. & Bal. in d. l. si certis. colum. fin. Ant. in dict. c. peruenit. latè Balbus de præscriptio. par. 3. quæst. 10. numero decimo. per Curtium Seniorenum. 18. in d. l. si certis annis, quem vide.

Duodecimò limita, vt non procedat vbi ageretur de præiudicio alicuius tertij, quia tunc requiruntur anni 20. argum. c. peruenit, de censibus. Ita Iaso. in d. l. si certis annis. colum. fin. num. 15. Imola in d. cap. peruenit. per text. ibi, iuncta sua Glo. Alexan. consil. 1. lib. 4. Idem Alexand. consil. 17. viso instrumento locationis. colum. 3. eodem libro quarto. quod non satis certum est, secundum Alexand. in l. qui in aliena, in princip. ff. de acquiren. hæredita. traditur per Curtium Seniorenum. 18. in d. l. si certis annis, vbi etiam Alcia. hanc limitat. sequitur.

Tertiodecimò limita, † vt non procedat vbi erat iuris præsumptio contra eum qui recepit illas annuas præstationes, quia tunc non sufficerent decem annuæ præstationes, vt titulus allegatus præsumeretur, sed tot præstationes tantique temporis cuius initij memoria non esset, argu. cap. primi, de præscrip. libro 6. ita Ias. in d. l. si certis annis. limi. pen. & Riminaldus colum. fina. sentit Alcia. ibi, & Balbus de præscriptio. par. 3. quæst. 10. num. 9. Sed hi nobis videntur loqui contra text. & communem opinionem ibi, in l. 2. C. de seruit. l. si quis diurno. ff. si seruitu. vendi. vbi licet sit præsumptio iuris, quod qualibet res præsumatur esse libera. leg. altius. C. de seruitu. tamen per longum tempus inducitur præscriptio contra illam legis præsumptionem, quinimò in proprijs nostris terminis, & sic in terminis dict. l. cum de in rem, inducitur illa præscriptio seu præsumptio contra legis præscriptionem. nam

37
De ead. re.

38
De ead. re.

39
Annue præstationes faciunt per longum tempus præsumi, alle. etiam si contra allegans esse præsumptio iuris, contra Iaso. Riminaldus Balbus & Alcia.

36
De ead. re.

omnis contractus est res facti. l. consilio. ff. de curato. furio. facta autem non præsuntur. l. in bello. §. facta. ff. de capti. l. si emancipati, vbi Ias. & alij. C. de collatio. & tamen ex diuturna illa præsuntione præsuntur contractus ille allegatus, quasi illa præsuntio, quod facta, de quibus non constat, non præsuntur, excludatur per præsuntionem hanc fortior, quæ deducitur ex diuturnis præsuntionibus.

Ad d. cap. primum, de præsuntio. in 6. respon. vt supra diximus, & infra forte dicemus vt contra patientem non præsuntur titulus allegatus, vt ibi, sed contra agentem sic, vt hic.

40 *Titul. alleg. contra patientem rem suam ab alio vt usufrui nō præsuntur per solum longum tempus, cum quibusdā contraplures.*

Quartodecimò limita, † vt procedat contra agentem, præsuntentem seu soluentem, non sic contra patientem, quod dic, vt supra diximus in seruitute. at in usufructu, qui est pars dominij. l. 4. ff. de usufru. etiam si quis diu passus sit ab alio rem suam vtifruui, possessorque alleget titulum se habere, adhuc non obtinebit nisi illum probauerit, ita Curtius Iunior num. 27. in dict. l. si certis annis. Bald. in l. fin. C. ne de statu defunctorum. Areti. d. l. si certis annis, in fin. licet contrariunt videantur tenere Glof. & Barthol. in d. l. cum de in rem verso. sicque l. nullo, cum similibus. C. de rei vendic. per quam in præsuntenda cuiusque rei proprietate non sufficit tituli allegatio nisi probeatur, extenditur etiam ad usufructum cuiusque rei, & d. l. si quis diuturno, cum similib. limitabuntur, vt procedant in seruitutibus reabilibus, in quibus præsuntendis titulus necessarius non est, non sic in seruitute personali, qualis est usufructus in quo præsuntendo titulus necessarius est. argumen. leg. quarta. ff. de usufructu.

Quintodecimò limita, vt non procedat in feudo, secundum Curtium iuniorem in dict. l. si certis annis. num. 27. Bald. in c. fin. de feud. dato in vicem legis commissoriae.

Sextodecimò limita, vt non procedat quando ageretur de præsuntio tertij, secundum Ias. col. fi. & Alci. in d. l. si certis annis.

41 *Titulus illegitimus non inducit obligationem in posterum, cum communi.*

Haecenus de primo casu cum titulus legitimus allegabatur. † at secundo casu quando allegabat titulum illegitimum, & in sufficientem (puta postquam annis decem receperat annuam quandam præsuntionem, eandem in posterum similiter expetebat dicens sibi fuisse pacto nudo promissam) tunc in posterum talem annuam præsuntionem non poterit exigere, ita se habet communis opinio, quam tenet Glof. & communiter Doct. in dict. l. cum de in rem verso. in Glo. mag. & Glof. fin. in dict. l. si certis annis. & glo. in l. 1. §. fina. ff. de aqua pluuiarum arcenda, quam opinionem sequuntur, & firmant esse communem Areti. colum. 2. & Iacobinus de sancto Georgio. numer. 12. in d. l. si certis annis, post Petrum de Bellaperti. Cyn. Iacob. Butrig. Barthol. Bald. Ioann. Fab. Sa-

lic. Angel. & Paul. Castren. ibi, vbi etiam Decius nume. 12. eam sequitur, & dicit esse communem opinionem, quod & firmat eam sequutus Ludouicus Romanus ibi, numero 22. sequuntur & dicunt communem opinionem Salicet. & Fulgof. in d. l. cum de in rem verso, hanc sequuntur & firmant esse communem Ias. num. 7. & Alciatus, & Alexand. nume. 7. in d. l. si certis, vbi Riminal. colum. 3. & Curtius Iunior num. 19. & Curtius Senior in repe. nu. 12. hanc opinionem & sequuntur, & communem dicunt, quod & firmat eam sequutus Ludouic. Gozadi. ibi num. 7. est communis opinio secundum Iacobinum colum. fin. d. l. cum de in rem verso, & secundum Felinum in cap. de quarta. num. 41. de præsuntionibus. sequitur, & dicit esse communem opinionem Pau. Castren. in l. seruitutes. 4. ff. de serui. colum. fi. hanc dicit communem opinionem Cæpolla de seruitu. vrbano. præsuntiorum. cap. 19. vbi eam sequitur. tenent Glof. & communiter Doctores in l. 1. C. de fideicommi. Barthol. & alij in d. l. seruitutes. Albericus & Odofredus in d. l. si certis. Albe. in dict. l. seruitutes. Idem in d. l. cum de in rem verso. columna secunda. in princip.

Huius autem receptissimæ opinionis ratio ea est, quod ex diuturna possessione titulum legitimum præsuntum si allegetur, procedit inspecta legis præsuntione, sicque & eam allegari oportet. leg. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. ff. de adulter. l. licet Imperator. vbi per nouissimos. ff. de leg. 1. & contra hanc præsuntionem admittitur probatio, vt in specie tradunt Ias. colum. fin. in d. l. si certis annis, vbi Paul. Castrensis & Cynus quæstio. 10. Bal. in l. 2. C. de dotis promissione. Ioan. Andrez in c. fi. de caus. possession. & proprietate. Butrius in ca. peruenit, de censu. Alex. con. 113. super primo dubio, libro primo. Riminaldus, Decius, & Curtius Iunior, & alij communiter in dict. l. si certis annis. vnde cum ipsemet possessor fateatur se ex titulo inhabili, & non obligatorio annuam illam præsuntionem exegisse, tantum abest vt in posterum possit quicquam petere, quod potius ea quæ retro exegerat, deberet quasi indebitè solum restituere, argumento per totum C. & ff. de condic. indebiti. Confessio enim huius possessoris agnoscens titulum fuisse illegitimum non solum probatio est legitima, sed etiam superat omnem fidem reliquarum probationum. leg. fin. C. de fidei. §. fin. Instit. de fidei. hæred. l. vnica. C. de cōfess. diximus plenius lib. de succes. cre. §. 23. num. 31.

42 *Alimentorum fauore facile præsuntur obligatio in futurum etiam ex præsuntione non diuturna, cum communi.*

In summa licet ex diuturna annua præsuntione quæ processit ex titulo inualido non sequatur aut inducatur obligatio in futurum, tamen fauore † alimentorum in vltima voluntate relictorum inducitur obligatio in futurum, etiam si testamentum minus solenne, & sic titulus inualidus allegaretur, & præsuntio, quæ

rio, quæ præcessit non per annos decem, sed tantum per annos tres facta esset. Ista est communis opinio, quam tenent Glo. Azo in summa, Placentinus in summa, Petrus Bellapertica, Odofredus, Iacobus Butrigarius, Ioannes Faber, Cyn. Albericus, Bartolus, Baldus, Angelus, Salicetus, Fulgosius, Paulus Castren. & Corneus, columna secunda, in leg. 1. C. de fideicom. estque communis opinio, secundum Corneum ibi, Gloss. Odofredus, Iacobus Butrigarius, Petrus Bellapertica, Cyn. Ioannes Faber. Albericus, Barthol. Bald. Angel. Salicet. Fulgosius, Paulus Castrensis in leg. si certis annis. C. de pact. Gloss. Butrigarius, Odofredus, Faber, Cynus, Petrus Bellaperti. Albericus de Rosate, Barthol. Bald. Angel. Salicetus, & alij in lege creditor. C. de vsur. Glo. Iacobus de Arena, Albericus, Bartholus, Baldus, Angelus, Fulgosius, Florianus, Iacobinus de sancto Georgio in leg. cum de in rem verso. ff. de probat. Bartolus in l. seruitutes. 4. ff. de seruitutibus. sequitur, & dicit communem opinionem Alexand. numero 3. in d. l. si certis, vbi Decius numero 7. firmat esse communem, quam sequitur, & communem firmat Romanus ibi, numero 15. & Iason numero 3. vbi Riminaldus, columna tertia, dicit esse communem opinionem, quod firmat Curtius iunior ibi, numero 14. & 15. & Ludouicus Gozadinus ibi, numero quinto. in repeti. ait esse communem opinionem, & hanc dicit esse communem opinionem Curtius iunior ibi, colum. secunda, & Alciatus qui eam sequuntur, mouentur omnes per text. in l. prima. C. de fideicom. quam extendunt, vt procedat etiam fauore dotis, ita in specie tenent plerique eorum quos supra retulimus dicentes procedere etiam in refectione viarum, & similium causarum fauorabilem, quod tenuit Barthol. in dict. l. si certis annis. & est communis opinio, secundum Curtium iuniorem ibi, numero decimoquinto & per Decium & Alexand. & Decium ibi, vbi etiam Iason plures limitationes, & extensiones accommodat dictæ legi primæ. C. de fideicom. idemq; resumit in d. l. i.

Quoad tertium casum cum possessor nullum titulum allegabat, sed solo tempore nitebatur, dicendum est † quod annua præstatio etiam longi temporis in futurum non inducit necessitatem aut obligationem soluendi, si is qui eam annuam præstationem exegit, eam in posterum ea sola ratione petat, quod sibi in præteritum diu præstita fuit, quia tempus solum de per se non est modus inducendæ obligationis in futurum, hæc est vera & communis opinio, quam tenuit Gloss. Bartolus, Iacobus de Arena. Albericus, Paulus, Salicetus, Fulgosius, Florianus, & Iacobinus de sancto Georgio, qui hanc dicit communem opinionem, columna fin. tenent Glo. Barthol. Iacobus de Arena, Albericus, Baldus, Bartolus, Angelus, Salicetus, Fulgosius, Paulus Castren

sis, Florianus, & Iacobinus in leg. seruitutes. 4. ff. de seruit. Gloss. Petrus Bellapertica, Ioannes Faber, Odofredus, Cynus, Iacobus Butrigarius, Albericus, Bartolus, Baldus, Angelus, Salicetus, Paulus Castrensis, & Aretinus, in l. si certis annis. C. de pact. Gloss. Odofredus, Ioannes Faber, Cynus, Iacobus Butrigarius, Petrus de Bellapertica, Albericus, Bartholus, Baldus, Angelus, Salicetus, & alij in leg. creditor. C. de vsuris. Glo. Petrus, Odofredus, Ioannes Faber, Cynus, Iacobus Butrigarius, Albericus, Bartolus, Balbus, Angelus, Salicetus, Fulgosius, Paulus Castrensis & alij in leg. 1. C. de fideicom.

Huius autem receptissimæ sententiæ ratio ea est, quod tempus solum de per se non est modus inducendæ obligationis. leg. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obligatio. vnde licet per annos mille annum quippiam solutum fuerit, in posterum ab inuito tantundem extorqueri non potest. Præterea inducta ad vnum effectum non debent operari contrarium effectum. leg. legata inutiliter. ff. de adimendis legatis. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. sed ille qui soluebat id fecit quod magis liberaretur, ergo non debet per illum actum obligari in futurum.

In summa si aliud diceremus, redderentur elusoria. l. nullo. C. de rei vendic. l. vnica. C. de vsucap. cum simili. in quibus habetur ad præscriptionem titulum desiderari, si quidem ex solo tempore citra vllius tituli non solum interuentu, sed etiam allegationem, acquisitio & præscriptio istius iuris contingeret, sicque is est verus intellectus dictæ leg. creditor. C. de vsuris. quæ nostram communemque probat sententiam.

SUMMARIVM.

- 1 Actor fundans intentionem suam de iure, & si nihil probet, obtinebit in petitorio, & numero 2.
- 2 Actio expressa in l. pro lege habetur.
- 3 Tempus immemorabile tuetur possessorem etiam contra eum qui fundat intentionem suam de iure, nec est necessè titulum allegare.
- 4 Actor qui fundat intentionem suam de iure & si nihil probet, obtinebit etiam in possessorio.
- 5 Possessio iunior clandestina præsumitur cum communi.
- 6 Actor licet fundat intentionem de iure, non obtinebit in possessorio contra eum qui diu fuit in possessione sine vitio.
- 7 Actor qui fundat suam intentionem de iure, an possit possessorem turbare, aut spoliare.
- 8 Possessor quando sit tuendus contra fundantem suam intentionem de iure, ardua questio.
- 9 Filius præsumitur in potestate patris cum communi.

11 Actor

34
Annua præstationes non faciunt præsumi oblig. in futurum si nõ allegetur, cũ communi.

- 11 Actor qui suam intentionem fundat de iure, an possit incipere ab executione.
- 12 Intellectus cap. cum persona. §. quod si sales, de priuileg. lib. 6.
- 13 Filius an in patris potestate presumatur, ardua questio.
- 14 Probationes sufficit vt à communiter accidentibus concludant.
- 15 Filij presumuntur spurij.
- 16 Matrimonium quando presumatur de iure ciuili, & quando de iure canonico.
- 17 Legitimi non sunt liberi ex eo matrimonio nati, quod valebat de iure ciuili, sed non de iure canonico, nec etiam in foro Casareo succedunt vt filij legitimi, cum communi contra Baldum & Salicetum.
- 18 Lex ciuilis in materia spiritali presumptionem inducere nequit, cum communi opinio.
- 19 Filius in re dubia non presumitur in patris potestate.
- 20 Filiationis quasi possessio & presumptio inducitur eo ipso quod quis tractabatur & alebatur vt filius, etiam quod ad effectum succedendi, cum communi contra Alciatum.
- 21 Testi dictum accipiendum est secundum communem vsu loquendi.

CAPVT LXXXV.

1
Actor fundat
intentionem de
iure & si non
probet obtineat
in petitorio.



LIQVIS † fundatam habebat suam intentionem de iure, in re, vel iure q. ab alio possidebatur, vtrū possessoris, an verò petitoris vicem obtineat, quæritur primò, an obtinebit etiam si nihil probauerit, mouet quæstionem quod actore non probante regulariter reus obtinebit. l. 1. & 2. & lege, actor quod asseuerat. leg. fin. C. de probati. leg. qui accusare. C. de edendo. §. commodum. Instituti. de interdicit. nam & si reus nullam iustam causam haberet possidendi, adhuc tamen sic res, quæ de agitur, ad actorem vera non pertinet, æquum est, vt permaneat apud reum eundemque possessorem ex regula quæ habet eum, cuius non interest, non admitti ad agendum. l. 1. C. sine censu vel reliq. l. ex conuentione. C. de pact. §. alteri. Instituti. de inutil. stip. l. stipula. ista. §. alteri, ibi, inuenit enim, &c. ff. de verborum obligat. Idemque erit etiam si ad actorem ius illius rei re vera pertineret, si tamen de eo non apparet, quia non apparentia & non existentia quoad iudicium vsuque forensem paria sunt. leg. duo sunt Titij. ff. de testa. tutel. ergo si agis contra me qui possidebam æquum est me ueri, iuxta dict. §. commodum, si non probas, quia & si ingenuè & palam agnoscerem rem illam ad me non pertinere, adhuc tamen tua non interest, vel non apparet interesse, quandiu ex parte tua probatio non adest, verum hæc regularia sunt, & procedunt in agris, domibus, & in similibus, in quibus non magis vnus quam al

ter habet suam intentionem fundatam, secundum communem & veram sententiam relatum per Ioan. Lup. Pal. Ru. in cap. per vestras, de donatione inter virum. 2. no. versicu. sed est pulchra dubitatio. numero quadragesimo septimo. non sic in rebus vel iuribus, in quibus aliquis (puta princeps, ecclesia, aut Respublica) fundatam habet suam intentionem de iure, tunc enim æquius est, vt is victor existat, licet & actor sit & probauerit nihil, vt enim regulariter si cum possideres & à me conuentus esses, me non probante obtinebis, cum ne iniuria possedisse videreris, contra l. merito. ff. pro socio. tum etiam quia quandiu non probat, tandiu mea non interesse videtur, vt diximus, & tamen me probante condemnaberis, & restituere compellendus eris, quia ab illa iuris presumptione, quæ te tuebatur, per interuentum probationis meæ receditur, ita etiam vt cunq. pro te possidente sit iuris presumptio, tamen si conuentus fueris ab eo qui de iure suam intentionem fundatam probatamque habebat, recedimus ab illa iuris presumptione, quæ te fouebat, ac tuebatur, & status iuris probationi, quæ facit pro actore, quæque inter ea est certissima probatio, vincit superatque omne aliud genus probationis, nam testes qui pro actore rem vendicante deponunt, possent falsum dicere, probatio autem iuris, quæ est pro eo qui de iure fundatam habet suam intentionem, non potest non esse vera, falsitas enim & deceptio, quæ in probatione facti adesse potest, in probatione iuris adesse non potest, ergo si possessorem vincit actor ille, qui legitime probauit per testes vel instrumenta, multò magis vincere debet qui probauit per ipsam iuris dispositionem, quia in illa probatione falsitas esse potest, in ista verò non potest. Cum igitur is actor, qui de iure suam intentionem fundatam habebat contra reum non quicquam probantem, merito obtinere debeat, in eo tantum quæstio erit, an id procedat in iudicio tantum petitorio, an etiam in possessorio, & quid in iudicio illo summario, quod agitur in re notoria, & quod in petitorio obtinere debeat satis probatum est, etiam in terminis iuris communis. Neque ad rem pertinet text. in leg. cogi. C. de peti. hære. capit. vn. vt ecclesi. benefi. quia procedunt regulariter, nos loquimur, quando actor habebat fundatam intentionem suam de iure. dict. leg. cogi, quando fundatam non habebat.

† Quid autem iure regio, & eo iure hæc res expeditior est, per text. in leg. 8. titu. de la restit. de los despolados. libro tertio. ordinamen. cuius verba ita habent, el rey fundado en intencion de derecho comun à cerca de la iurisdiccion ciuil ye criminalen todas las ciudades villas y lugares desus rey nos y senorios. E præsto antigua mente ordenarò los reyes nostros progenitores è nos ordenamos contra

2
Actor qui sua
intentionem
fundat de iure
obtinere licet
nil probet
in petitorio.

qualquiera parlado o, onbre poderoso contra tiene entrada y occupado la iurisdicion de qualquiera delas dias ciudades villas elugares es tenido de monstrat è muestre ante nos titulo è priuilegio por donde la tal iurisdicion le pertenezca en cotra manera no sea consentido vsar della , quorum verborum sensus est , quodd iure regio in omni populo Rex Hispanus habet quod ad iurisdictionem fundatam suam intentionem, & idèd si alius reperiatur in possessione iurisdictionis alicuius populi Hispaniæ , si non ostenderit titulum legitimum possidendi , priuabitur illa possessione , & licet lex illa nominatim loquatur in iurisdictione , tamen idem est in omni alia re vel iure , in quo actoris intentio esset fundata de iure.

3

Ratio expressa in lege est l. ipsa & de cis. legi habetur pro exemplo cum communi.

† Nam vbi est eadem ratio , ibi est idem ius , vt in leg. illud. ff. ad leg. Aquil. quasi ratio sit diuerforum casuum coniunctio, qui tendunt ad eundem finem , Baldus in leg. omnes populi. ff. de iustitia & iure. columna septima. versicul. tertio quæro. & columna fina. versicul. secundo not. vbi ait, quodd vbi est eadem ratio , non intelligitur fieri extensio, quia inest tacitè. Gloss. in capitul. sape, in verbo, Italiz, de tempor. ordinan. in sexto. leg. non possunt. leg. nam vt ait. leg. ideo quia. ff. de legibus. Quinimò quando plura habent eandem rationem, licet de vno tantum fiat mentio , videtur id fieri exemplariter, non restrictiuè, vt sic si ratio sit expressa in lege ea , quæ sit generalis , licet decisio sit particularis , tamen ratio ipsa pro lege habetur, decisio autem pro exemplo ipsius legis , vt sic lex ipsa generalis videatur , quatenus ratio sese porrigebat , non quidem per modum aut vim extensiuam, sed ex vi comprehensiuam , quasi vt genus ex vi etiam comprehensiuam comprehendit sub se plures species , ita quoque ea ratio generalis ex vi comprehensiuam plures casus complectatur. Ita Baldus in leg. de quibus. columna duodecima. ff. de legibus. Alexand. consilio sepruagesimo quinto, videtur in præsent. columna prima, libro quinto. Iason in leg. à Titio, in principio. columna fina. ff. de verbo. obligat. Idem Iason consilio sexagesimo tertio, per reformationem. columna quarta. Tiraquellus de causa cessante. par. prima. numero 152. & in leg. si vnquam, in verbo, libertis. numero quadragesimo quinto. C. de reuocand. donatio. Quod adeo verum est, vt etiam in correctorijs, vbi est ratio expressa in lege, fiat extensio. Gloss. singul. in clemen. prima. in verbo , colligatur, de electione, vbi Paulus de Eleaz. & Cardinal. Floren. in quæstio. 22. & Imola columna sexta. Baldus , Paulus, & Iason numero decimonono. cum se-

quentibus, in authen. quas actiones. C. de sacrosanctis ecclesijs. Baldus in leg. fina. C. de liberis præteritis. Imola , Cumanus , Paulus, & alij in leg. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio. Iason , Decius, Curtius iunior, & alij, in leg. humanitatis , per textum ibi. C. de impub. Imolen. in leg. finali. columna tertia. ff. de hæred. institue. & consilio 123. in causa quæ vertitur. columna secunda. Fulgosi. consilio 104. Titius condidit. columna secunda. Cumanus , & Alexand. notab. quinto. ff. soluto matrimonio. leg. cum mulier. per illum textum Paulus, Alexander & Iason in leg. quamuis. C. de fideicommiss. Abbas in capitulo fina. columna tertia, de rescription. & in capitul. nihil. columna quinta, de electione. Iason in leg. de quibus. numero decimo quarto. ff. de legibus. Idem Iason in leg. stipulatio hoc modo. ff. de verborum obligat. numero duodecimo. Tiraquellus de causa cessante. parte prima. numero 153. Alexander in leg. quarta. §. Cato. columna sexta. ff. de verbo. obligation. Idem Aelxander consilio quinquagesimo, visis actis. columna tertia. libro secundo , & consilio decimo septimo, ponderatis. columna penult. libro tertio. Curtius Senior consilio octuagesimo primo. columna secunda. Quod & in pœnalibus procedit secundum Tiraquellum, vbi supra, numero 155. qui allegat Baldum in leg. data opera. C. de accusa. per leg. his solis , ibi satis tacitè cautum putamus. C. de reuocand. donat. leg. fina. C. de indicta viduit. Baldus in capitulo primo. §. porro. columna secunda, per illum textum quem dicit meliorem de iure. titulo, quæ fuit prima causa beneficij amittent. nam ratio extendit verba legis. leg. nominis & rei. §. verbum. ff. de verborum significat. capitul. si postquam, de electione, libro sexto. leg. secunda. §. quid si curatores, & §. quid si decesserint. ff. ad Tertullia. leg. liberum. §. fenatus. ff. de ritu nup. Panormita. in capitulo fina. columna secunda, de rescripti. qui ait , id non esse interpretationem extensiuam , sed intensiuam & intellectiuam. Decius in leg. non videtur. columna fina. ff. de regulis iuris. Abbas in capitulo primo. columna prima, de iuramento calumniæ. ergo cum vbi est ratio generalis expressa in lege, tunc licet decisio sit particularis , adhuc lex ipsa generalis esse intelligatur, quia ipsa ratio generalis habetur pro lege, & decisio particularis pro exemplo, quod non arctat legem aut regulam generalem, cumque in dict. leg. 8. expressa fuerit illa ratio generalis, quodd si rex fundat suam intentionem de iure , possessor & reus si non docuerit de titulo legitimo succumbet , sequitur quodd non solum in peculiari illo casu, in quo dict. l. 8. loquebatur, sed & generaliter

raliter in omni omnino re, in qua de iure suam fundat intentionem, rex obtinebit, cum agit, nisi reus, idemque possessor de legitimo titulo docuerit, facit capitul. primum, de præscription. in sexto, & capitul. ad decimas, de restitu. spoliato. Idque in specie tenuit Lupus de Pal. Ruu. in repet. capituli per vestras, de donatio. inter virum & uxorem. 2. no. versic. sed est pulchra dubitatio. num. 47.

Et videbimus quid in petitorio, de quo iam egimus, deinde quid in possessorio, tertio quid in spolio, sed principalem questionem de petitorio limita primo † nisi per tempus cuius initij non esset memoria, possidisset reus, vt dict. capitulo primo. id enim tempus habet vim tituli. leg. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana. & æstiva. leg. prima. §. fina. ff. de aqua pluuiæ arcen. quo casu etiam titulum allegare necesse non est, sed sufficit tempus ipsum cuius initij memoria non sit, allegare, ista est communis opinio, quam tenent Cynus question. penultima. Angelus, Paulus & Iason in decima limitation. columna fina. in lege, si certis annis. C. de pactis. Barthol. in leg. cum de in rem verso. ff. de usufru. & sentiunt Gloss. & Paulus in leg. seruitutes magna. ff. de seruitutibus. Baldus in leg. secunda. C. de fideicommiss. Ioannes Andreas in capitul. peruenit, de censibus. Riminaldus in dict. l. si certis. columna antepen. Balbus de præscriptio. par. tertia. questio. 10. num. 9. qui ita limitant. l. creditor. C. de vsur. & l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obligatio.

Secundò limita etiam si non tempus, cuius initij memoria non esset, sed tantum 40. anni præterissent. leg. fina. de fund. patrimon. libro vndecimo. facit lex, sicut, & lex omnes. C. de præscriptione triginta annorum.

Tertio limita etiam si longum tantum tempus decem vel viginti annorum præterisset, si modò is qui de iure fundatam suam intentionem habebat, quicquam annuatim quasi dominus directus recepisset ab ipso possessore, qui tanquam emphyteuta soluisset, vt ex communi opinione resoluunt Iason in dict. leg. si certis annis. columna penultim. C. de pact. Gloss. mag. in leg. secunda. C. de iure emphyteu. per Iaso. ibi numero 176. cum pluribus præcedentibus & sequentibus. Barthol. in leg. tertia. §. ex contrario. ff. de acquiren. possessio. Idem Barthol. in leg. liti. bus. C. de agricol. & censibus. libro vndecimo. Baldus in dict. leg. si certis. Idem in capitulo, cum ecclesia Sutrina, de causa possessio. & propr. columna fina. Sali. in dict. l. cum de in rem verso. questione 7. Angelus & iuniores in leg. prætor. in princip. ff. de edendo. facit capi-

tul. primum qualiter olim feudum poterat aliena.

Quò † ad secundum casum, scilicet cum agitur de possessione, & sic in possessorio, cum is qui de iure habet fundatam intentionem, necesse sit, vt per prius fuerit in possessione illius iuris, quàm is qui modò possidet, † possessio istius modò possidentis quæ iunior est clandestina præsumitur, nisi in liris de possessione motæ, progressu de legitima causa & titulo possidendi docuerit, & quòd isthæc iunior possessio clandestina præsumatur, tenent Soz. in leg. rem quæ nobis, in principio. questio. quarta. ff. de acquiren. possessio. Alexander consilio quinqueagesimo primo, libro primo. & consilio 117. eodem libro. & consilio sexto, libro tertio. quod ipsi intelligunt & rectè, quamdiu titulus non ostenditur. Innocentius & alij in capitulo, cum ad sedem, de restitu. spol. per capitul. licet causam, de probatio. quod de iure regio expeditior est, per dict. leg. 8. titulo de la restitu. de los despodos. libro tertio. ordinam. Limita nisi iunior illa possessio esset diutina, nam tunc clandestina non videretur, argumen. leg. qui in aliena. §. sed & si non adierit. ff. de acquirenda hæredit. leg. si filius familiæ. C. de peti. hæredit. leg. primæ. C. de patri. potest. faciunt multa quæ cumulat Iason columna penul. in leg. si certis. C. de pactis, & Gloss. communiter approbata. C. communi. diu. leg. penult. vt per Iason. vbi supra, numero vndecimo. & quæ tradunt Alexander, Iason, & alij in leg. sciendum. ff. de verborum obligatio. dum loquuntur de diurnitate temporis, facit l. cum de in rem verso, ibi longo tempore. ff. de vsuris, & l. si quis diurno. ff. de serui. vendic. quod & nos alibi plenius differuimus, † facit quod licet ad obtinendum in petitorio ex diurna annua præstatione, non aliter titulus allegatus præsumatur quàm si decies geminata fuerit illa annua præstatio, tamen aliud est quòd ad obtinendum in possessorio, nam quòd ad hoc sufficit vnica præstatio, ita notanter tradit Albericus in dict. l. si certis annis. nu. 6. plenius per Iacob. ibidem. columna fina. sed hac de re latius infra dicam post seque. articulum.

Quò † ad tertium, an is qui de iure habebat fundatam suam intentionem, possit petere vt iunior possessor ostendat legitimum titulum & causam suæ possessionis, & minari, quòd si illico vel infra terminum a se dictum vel arbitrio iudicis definitum illud non ostenderit, sibi possessio statim auferretur, & receptior opinio esse videtur, vt non possit de iure communi, id quod, vt nobis videtur, præsentit Iason in leg. secunda. C. de iure emph. numero 176. Idem Iason numero 50. in prælud. feudorum. Bartholus in leg. prima. C. de conduc. & procur. prædi. fis. libro vndeci-

5
Astor fundas
intentione su
am de iure
finil pbet ob
tinet in posses
sorio.

6
Possessio iuni
nior clandestina
presumitur,
cum coi.

7
Astor fundas
intentionem
de iure non ob
tinet in pos. co
tra eum qui diu
fuit in poss. si
ne iusto.

8
Astor fundas
suam intēti
nē de iure an
possit possesso
rem turbare,
aut spoliare.

4
Tēpus imme
moriale tue
tur possessore
etiam contra
fundantē in
tentionem su
am de iure cō
muni, nec est
necesse titulu
allegare.

mo. vbi Platea post Andr. de Barulo. & licet Ioan. Lupus in loco infrà allegando dicat eos loqui, quando actor non habebat fundatam intentionem, de iure tamen nobis videtur hoc casu loquutos fuisse, quia iungunt hanc quæstionem cum illa, an dominus directus possit petere ab emphyteuta sub eadem comminatione, vt sibi ostendat instrumentum emphyteusis, quo casu ipse emphyteuta fateatur, rem, qua de agitur, per prius pertinuisse ad dominum qui modò agit, seque ab eo causam habuisse non abnegat, sicque illum fundatam suam intentionem habuisse contra istum reum.

Denique hoc etiam tenuerunt Hostiensis in capitulo dilectus, de offi. ordina. vbi Anto. ille columna prima. iste numero tertio. vbi etiam Ioannes Andr. & Franciscus Cardinal. per text. ibi. verbo, ab antiquo, vbi admittitur libellus dicentis se ius eligendi habere ab antiquo, sicque ex solo tempore fundabat sese. Ad idem capitul. Abbate. de verborum sign. verb. secundum consuetudinem. & Hostien. Anto. Ioannes Andr. & alij suprà relati illa iura expendunt contra reges, & principes qui in materia iurisdictionis eo prætenu veterem possessionem, & præscriptionem eorum qui talem iurisdictionem possident, vel quasi interuertere contendunt, & vsurpare quòd in ea per prius suam de iure haberent fundatam intentionem, aliter enim nisi suam de iure fundatam intentionem haberent, frustra possessores inquietarent, cum eorum regum nihil interesset, faciunt tradita per Alexand. in leg. si sic. numero decimo octauo. ff. de legat. primo.

Contrarium tamen nominatim tenet Ioannes Lupus in dict. capitul. per vestras, secundo notab. versicul. est tamen pulchra dubitatio. numero quadragesimo septimo, cuius opinio in terminis iuris communis suspecta est, iure tamen regio satis defendi potest, per text. in dict. l. 8. titul. de la restitution de los despoios libro tertio. ordinamen. quæ tam loqui videtur in iudicio possessorio, quàm in petitorio, quinimò longè magis aptari videntur eius verba ad possessorium quàm ad petitorium, præsertim cum collocata sit in titulo de restitutione spoliatorum, vbi de possessione potissimum agitur, facit l. fina. titul. decimotertio. libro quinto ordinamen. ibi, haciendo les llo mata iuicio sobrello y con conoci mist. de derecho, quorum verborum sensus est, quòd etiam in iurisdictione in qua rex Castellæ fundatam habet suam iurisdictionem de iure possessor non est ei iudicandus de sua possessione, nisi iudiciorum ordine obseruato, & cum causa cognitione, & cum dict. l. 8. conclu. 4. titul. primo. libro secundo ordinamen. & in quibus casibus rex

Castellæ fundat suam intentionem de iure (quale est in iurisdictione, & etiam dominio vrbium & artium & omnium populorum, iuxta leg. prim. titul. decimo octauo. par. secunda. vbi Greg. Lupus per Glo. de derecho) in iisdem casibus illud ius amittere potest tempore cuius initij memoria non sit, secundum eundem Gregorium Lupum, vbi suprà.

Denique † possessio aut quasi possessio alicuius rei vel iuris quæ aduersatur & contradicit origini, & statui illius rei vel iuris cuius de possessione aut quasi possessione agitur, an possidentem tueatur contra eum qui prius habebat de iure fundatam suam intentionem vt is possessor vel quasi possessor reus & possessor videatur, aduersarius verò qui prius de iure intentionem suam fundatam habebat, actoris & peritoris vicem sustineat vehementer, & controuersum est, & in iudicijs tam frequenter agitatum, vt rarè sint lites, in quibus is articulus non occurrat, nam reus plerumque est in possessione, vel quasi non vitiosa illius rei qua de agitur, seque possessoris iure reuertur, actor verò negat eum tuendum esse prætextu possessionis, quæ primæ rei statui aduersatur, qua in re Gloss. in leg. Titia. ff. soluto matrimonio. tenet talem possessorem tuendum esse, sequitur Alexand. in leg. si emancipati. secundo notabili. C. de collatio. & ibi Decius columna secunda & tertia. Barthol. in leg. is potest. columna quinta. ff. de acqui. hæred.

Contrariam partem vt talis possessio regulariter non tueatur possidentem, tenent Alexand. in dict. l. Titia, & lafon in dict. l. emancipati, in secundo nota. & Alciatus de præsumpti. regula secunda. præsumptione 2. in princip. nisi per decennium esset in illa quasi possessione. Andreas Tiraquel. de primoge. quæstio. 17. opinione 11. ad finem, sequutus Baldum in leg. Titia, suprà allega. quem melius cæteris loquutum firmat, pro quorum opinione facit quòd posterior possessio præsumitur clandestina, secundum Sozin. in leg. rem quæ nobis, in princip. ff. de acquiren. possess. & ibidem quæstio. 4. Alexand. consilio quinquagesimo primo. libro primo. Idem Alexander consilio sexto libro tertio. per Innocentium in capitul. cum ad sedem, de restit. spoliato. ergo si præsumitur clandestina, non est cur possessor in ea tueatur, contra eum qui fundatam habet intentionem de iure, vt suprà dicebamus.

Quid dicendum; & sanè pro priore opinione, quæ habet talem possessorem tuendum esse, quamuis eius possessio aduersetur primæ rei statui & origini seu creationi, facit l. circa. ff. de probatio. vbi si quis sit in quasi possessione libertinitatis, & se ingenuum dicat, id probare debet, licet libertinitas aduersetur primæ rei

9
Possessor aut
sit tuendus
contra fundan-
tem intentionem
de iure,
ardua quæst.

primuo statui. l. manumissiones. ff. de iusti. & iure. Deinde idē probat d. l. Titia. dum ait, eum qui erat in quasi possessione seruitutis. si se liberum dicat, id probare debere, licet illa quasi possessio similiter naturæ statui primuo aduersetur. d. l. manumissiones, per totum Institu. de iure personarum.

Tertio probatur in d. l. Titia. ff. sol. matr. iuncta sua Glo. vbi filia sematrem familias dicebat, vt soluto matrimonio sibi suam dotem haberet, pater autem eius in sua potestate esse contendebat, & patri, ait lex, incumbit onus probandi, & licet illa filia cū nasceretur, in potestate patris esset, tamen Gloss. ait, quod si filia erat in quasi possessione existentē sui iuris, tuebitur in illa quasi possessione, & si aduersetur natiuitati ipsius filia, sed sanē aduersatur, quia ex filiatione non arguitur necessariō ad patriam potestatem, cū non sufficiat genitum esse, nisi præterea ex legitimo matrimonio genitus fuerit, quod matrimonium cū facti sit non præsumitur nisi probetur, leg. in bello. §. factæ. ff. de capt. tenent Corneus columna secunda, & Decius columna secunda. in dict. l. si emancipati. Alciatus de præsumptio. regul. secunda. præsumptione secunda. numero quinto. Barthol. consilio quadragesimo secundo. visa inquisitione. Corneus consilio septuagesimo octauo. placet mihi. columna penult. libro primo. Iason in leg. post dotem. columna prima. ff. soluto matrimo. & est communis opinio. Vnde licet testes dicant aliquem meum fuisse filium, non probant esse in potestate, nec ex legitimo matrimonio natum, secundum Alciatum, vbi supra, numero septimo. contra Decium consilio 54. in causa domini.

Quarto probatur in l. sicuti. §. Item si quærat. ff. si serui. vendi. vbi quamuis quæque res & domus libera præsumatur ab omni seruitute. leg. altius. C. de seruitu. tam qui habebat tignum immisum in domum alienam. in ea quasi possessione seruitutis tueatur, & aduersarius sustinet vicem actoris, & probare debet libertatem.

Quinto facit capit. ad decimas, de restitut. spoliatorum. vbi ecclesia, quæ quod ad decimas fundabat suam intentionem de iure communi reperitur priuata sua possessione nec eam possit recuperare propria autoritate, nisi aduersarij possessio esset vitiosa, prout erat ibi, sicque ille textus facit per locum ab speciali, licet & pro contraria quoque parte soleat allegari.

Sexto facit l. si emancipati. C. de collatio. ibi, teque emancipatum probatum fuerit, vbi filius præsumitur esse in potestate patris, & in ea quasi possessione tuendus est, licet ipsa aduersetur primuo statui rei, nam omnes filij videtur vt præsumantur spurij,

argum. text. in authen. quibus modis natur. efficiant. sui. §. natura. & quia matrimonium est quid facti, facta autem non præsumuntur nisi probentur. leg. in bello. §. factæ. ff. de capti. † & tamen communis opinio est filium præsumi in potestate, secundum Curtium Iuniorum numero decimo. in dict. l. si emancipati, quod & tenent ibi Alexand. Corne. Iaso. & Decius omnes circa principium. & qui erat in ea quasi possessione, vt tanquam filius familias haberetur, in ea tuendus est donec probetur contrarium, licet id aduersetur, &c. vt dict. §. natura.

Facit & septimo, quia † & in quibus casibus princeps habet fundatam intentionem suam de iure, non potest dicere Baroni, quod ostendat titulum suæ possessionis, aliter quod eum expellet à possessione illius rei, qua de agitur, vt tenent Bartholus, & Ioannes de Platea post Andr. de Barulo, quem ipsi referunt in leg. prima. per text. ibi. C. de conducto prædio fiscalium, libro vndecimo. sequitur Iason in leg. 2. C. de iure emphy. numero 176. Idem Iason in prælud. feud. num. 50. facit text. in c. dilectus, & ibi Hostiensis & Ioannes And. de offi. ordina.

Octauo facit l. si quis diuturno. ff. si serui. vendic. & leg. secunda. C. de seruit. & aqua. vbi qui est in quasi possessione seruitutis, licet ea origini & creationi illius rei aduersetur, est tamen in ea tuendus, & facit generalitas text. in §. commodum. Instit. de interd. l. actor, & l. fin. C. de probationib.

Pro † contraria tamen parte facit dict. cap. ad decimas, in sensu directo, & facit cap. cum personæ. §. quod si tales, de priuileg. libro sexto. vbi subditus qui erat in quasi possessione exemptionis, non tuetur in ea quasi possessione, sed respon. quod ibi minimè ille erat in quasi possessione exemptionis, licet se pro exemplo gereret, tunc enim in quasi possessione exemptionis esse videretur, cū superiore sciente, & patiente diu sic perseverasset, argu. leg. si ego. §. primo. ff. de public. in rem actio. ibi, per traditionem aut per patientiam fortè. Sed in dict. §. quod si tales, superior non patiebatur, quinimò simul ac intellexit eum se pro libero gerere, illico ei obuiam fecit & contradixit, ergo, &c.

Ad d. cap. ad decimas, dicit quod patitur tam varios intellectus, vt in eo nequeat fieri sufficiens fundam. iuxta Doctrinam Barthol. in l. non solum. §. liberationis verba. ff. de liber. lega. dic ergo, quod si per tempus longum, vel longissimum vel etiam immemorabile stetit in ea possessione, omnes ferè conueniunt, vt in ea tuendus sit, quod si breuiore tempore magis dubium, sed adhuc idem si sciente, & patiente eo qui fundabat de iure non solum iste possidebat, sed etiam ille possidere desiderat, quatenus iste possidere cœpit.

10
Filius præsumitur in potestate patris cū communi.

11
Actor suus dans intentionem de iure an possit incipere ab executione.

12
Intell. c. cum persona. §. quod si tales. de priu. lib. 6.

13
Filius an in
patris potestate
re presumatur,
ard. q.

Superioribus proxima est illa quæstio, scilicet filius an in patris potestate in re dubia præsumatur, dubiumque id est, sed communis sententia est in potestate præsumi, quia emancipatio est quid facti, facta autem non præsumuntur nisi probentur. leg. in bello. §. factæ. ff. de captiuis. & ita videtur probare tex. in d. l. si emancipati ibi, teque emancipatum probatum fuerit, vbi ita notant communiter Doctores, præsertim Alexan. Corneus, Iason, Decius & Curtius Iunior in notabilibus, & Curtius nume. decimo firmat hanc esse communem opinionem.

Verum contra hanc communem sententiam multi insurgunt, præsertim Corneus & Decius ibi, sic arguentes, matrimonium est quid facti, facta autem non præsumuntur nisi probentur. d. §. factæ. ergo, inquit, non sufficit probare filium esse, nisi probetur præterea quod natus fuerit ex legitimo matrimonio, quandoquidem, vt in potestate sit oportet eum natum fuisse ex legitimis nuptiis. Institutio. de patria pote. in princ. & leg. item in potestate. ff. qui sunt sui vel alie. iur. ergo probata filiatione non necessariò sequitur, aut infertur patria potestas nisi præter filiationem probetur etiam legitimitas, quæ descendit ex legitimo matrimonio.

14
Probationes
sufficiat conclu-
dere à cõiter
accidentibus.

Neque ad rem pertinet quòd, vt Corneus in dict. l. si emancipati. columna secunda, ait, plerique hominum legitimi nascantur, vt docet experientia rerum magistra, † & probationes sufficiat secundum eum concludere à communiter accidentibus, vt notatur in l. neque natales. C. de probationibus. nam illud præterea quod suspectum est, posset admitti, quando lex induceret suam præsumptionem pro illis communiter accidentibus, non sic quando non inducit, & longè minus quando inducit contrarium, quod accidit in specie nostra, in qua lex, vt filium in re dubia legitimum præsumat, tam longè abest, quòd potius eum præsumit spurium, † vt per Alciatum de præsumptionibus, regula secunda, præsumptione 5. numero septimo. per Oldrad. consilio 196. factum tale est. Aretinus consilio 48. in primo dubio. Baptista de sancto Seuerino in l. si qua illustris. C. ad Orfici. colum. 2. † nam ex cohabitatione viri, & mulieris non præsumitur matrimonium de iure canonico. 30. quæstion. quinta. capit. aliter. Gloss. in leg. concubinato. ff. de concubinis. docet Alciatus de præsumptionibus, regula secunda, præsumptione quinta, in princ. licet de iure civili benè præsumeret. leg. in liberæ. ff. de ritu nup. l. in concubinato. ff. de concubi. Quinimò non solum quòd ad substantiam matrimonij, sed etiam quòd ad alia, quæ inde sequuntur, stamus iuri canonico, vt fictales filij tanquam non legitimi parentibus succedere nequeant tanquam legitimi, ita tenet Panormita. in ca.

15
Filiij præsumuntur spurij.

16
Matrimonium
quando præsumatur
de iure civili &
quando de iure
canonico.

lator. qui filij sint legitimi, † motus, quia cū in hac materia stemus iuri canonico quòd ad principale, scilicet quòd ad substantiam, & validitatem matrimonij, eidem stabimus & quòd ad ea quæ inde sequuntur, scilicet quòd ad legitimitatem, & successionem liberorum, arg. d. c. lator. c. tuam, de ordi. cog. c. accessorium, de reg. iur. in 6.

Contrarium tamen tenet Bal. in c. ex transmissa, de restitut. spoliato. & in l. & si contra. C. de nuptijs, vbi vult quòd in terminis d. l. in liberæ. licet matrimonium non valeat de iure canonico, valere tamen non definit de iure civili, & consequenter erit vtile quòd ad illos effectus quos lex civilis tali matrimonio accommodauit, quate est, vt liberi videantur de iure civili legitimi, & per hoc parentibus quasi legitimi succedant, non secus quàm si etiam de iure canonico tale matrimonium firmum esset, & hanc Bald. opinionem nouissimè defendit Alciatus, vbi supra, motus, quia ratio, propter quam tale matrimonium improbat, de iure canonico est, quia in re dubia, vbi vertitur animæ periculum, tutiorem partem eligere debemus, vt expressit Gloss. in dict. capit. aliter, & quòd ad animam tutius est talia matrimonia sic occulta non admitti, quia ab stupris, & contubernijs non longè absunt, quæ ratio, secundum Alcia. non militat quòd ad liberorum susceptionem, quòd omnino nego, quinimò militat, nam cū parentes exoptent substantiam suam ad liberos suos iure successionis deuenire. leg. scripto. ff. vnde liberi. l. nam & si parentibus. ff. de inoffic. testam. curabunt vt matrimonia ritè & iuxta formam iuris canonici fiant, quæ longè absint ab stupris, non curaturi si hæreditates suas ad tales filios peruenturas intelligerent, etiam si nati forent ex matrimonio illo quòd ad animam suspecto, quòd leges civiles probabant, sicque ratio prohibitionis canonicæ non cessat quòd ad successionem liberorum, non magis quàm quòd ad substantiam ipsius matrimonij, & ita obseruari quotidie videmus. Præterea communis opinio est, vt firmat Alciatus, vbi supra, post Abbatem & alios in capit. ecclesia sanctæ Mariæ, de consti. † non posset lex civilis inducere præsumptionem in materia spirituali, facit Gloss. communiter recep. in §. prima. Institutio. de verb. obligatio. ergo licet in terminis d. l. in liberæ, lex civilis inducat præsumptionem matrimonij, tamen ea præsumptio nullius momenti est, cū matrimonij materia spiritualis esse intelligatur. cū ergo ex cohabitatione viri & mulieris non præsumatur matrimonium de iure canonico, cui in hac materia standum est, superest vt liberi ex tali consuetudine suscepti legitimi non sint regulariter, consequenter non sint in potestate nostra, vt dict. §. primo. Institutio. de patria potesta. dict. l. item in potestate. nam &

17
Matrimonium
quod tenetur
de iure tantū
civilis non etiā
de iure can. li-
beri indenati
non sunt legiti-
mi nec succe-
dunt vt legiti-
mi, cum com-
muni contra
Bal. & alios.

18
Lex civilis in
materia spiri-
tuali præsum-
ptionem indu-
cere nequit,
cū communi.

nam & omnes liberi, olim naturales iure naturæ & gentium intelligebantur, donec leges Romanorum aut alix positivè matrimonia introduxerant, authen. quibus modis natural. effi. sui. §. natura. si quidem ab initio, ergo omnes liberi ex consuetudine viri & mulieris nati, vel spurij, vel naturales non etiam legitimi videri debent, & consequenter extra nostram potestatem, vt sic non sit verum dicere, est filius, ergo in potestate patris, licet bene sequatur, est filius legitimus, ergo in patris potestate, & ita in specie firmat Alciatus de præsumptio. regula secunda, præsumptione secunda, numero quinto. qui ita intelligit leg. si vxor. verbo, monstratur. C. de condi. insert. Gloss. in leg. pactum quod dotali. C. de pactis. & ita etiam intelligitur dict. l. Titia, & sic contra superiorem communem sententiam † quod regulariter filius non præsumatur in patris potestate, tenent Corneus, Decius, Iason & Curtius iunior in dict. l. si emancipati, in secundo, & tertio notabili, & Alciatus in dict. secunda regula. præsumptione 2. numero quinto. Iason in l. post dotem. columna secunda. ff. soluto matrimonio. Corneus, in consilio sexagesimo octavo, placet. libro primo. columna penult. Barthol. consili. quadragesimo secundo, visa inquisitione. Fallit quando constabat, talem filium fuisse natum ex legitimo matrimonio, tunc enim benè præsumitur in potestate, nisi probetur emancipatus, & hoc casu saluari potest dicta communis opinio.

Stat ergo ex superioribus, filium natum ex legitimo matrimonio præsumi esse in patris potestate, iuxta textum in principio Institutio. de patri. potestate, & in principio Institutio. de nupti. & ita intelligendam esse legem emancipati. C. de collat. verbo. teque emancipatum probatum fuerit. Cæterum si non probetur quem esse natum ex legitimo matrimonio, licet probatum fuerit eum esse filium alicuius per alium modum probationis, id non sufficit, vt propterea in patris sui potestate esse intelligatur, & cum probationes debeant concludere necessariò, leg. non hoc. C. vnde legitimi. capitul. in præsentia, de proba. certè licet testes dicerent, quem esse filium Titij, non propterea viderentur dixisse, quòd est in Titij potestate. Sed ad huius rei cognitionem videndum est, vt probetur filiatio, & quidem † possessio vel quasi possessio filiationis probatur ex eo, quòd quis tractabatur & alebatur vt filius, ista est communis opinio, quam tenent Gloss. & Barthol. in leg. prima. C. quorum bonorum. Gloss. & Barthol. & alij in leg. non nudis. C. de probationibus. Barthol. in leg. senatus. §. idem per contrarium. ff. de libe. agnosca. Idem Bar-

thol. in leg. prima. §. ad questionem. ff. de questionibus. Alexand. consilio quinquagesimo primo, viso & discussio processu. libro 1. columna prima & secunda. Decius consilio quinquagesimo quarto. in causa domini Antonij. columna prima & secunda. numero tertio, vbi firmat hanc esse communem opinionem. Quod procedit etiam quòd ad effectum succedendi, vt tenet Antonius in capi. transmissi. columna tertia, qui filij sint legitimi. sequitur Decius, vbi supra, numero tertio. vbi firmat hanc esse communem opinionem, vt procedat etiam quòd ad effectum succedendi, quòd & vult Barthol. in plerisque locorum supra allegatorum, in quibus de successione agebatur.

Contrarium tenent nouissimè Alciatus de præsumptio. regula 2. præsumptio. 2. numero 7. nam cum filius aliter & tanquam filius tractatur, cum isthæccadant in filio naturali tantum vel etiam spurio aut fortè incestuoso, per capit. cum haberet, cum ibi plenè not. per Abba. & alios de eo qui duxit in matrimonium quam voluit, hiq̄ue non succedant, non videtur sufficienter probari, vt per hoc is legitimus filius videatur præsertim ad effectum succedendi, sed pro communi videtur text. in l. filium eum definimus, & in l. item in potestate. ff. qui sunt sui, & in l. Lucius. ff. de proba. vbi appellatione filij similiter prolati intelligitur de legitimo & naturali, facit l. re coniuncti. versic. præfertur. ff. de lega. 3. §. quoties. Institutio. de iure natur. vbi verba in dubio capiuntur in pleniore significato, facit l. cum de lanjonis. §. asinam. ff. de fundo instru. facit quia sola nominatio ponit quem in quasi possessione filiationis legitimæ. l. non nudis. l. non epistolis. & vtròque per Gloss. & Doctores. C. de proba. ergo multo magis huiusmodi tractatus vel consuetudo, nam ex factis maior præsumptio capitur, argumento l. quidam cum filium. & quæ ibi traduntur per Bartholum, & alios. ff. de verborum obligationibus.

Denique ipsa experientia rerum magistra docemur, filiationem plerunque non aliter probari solere quàm per communem vicinorum & conjunctorum reputationem, quid enim si de filiatione controuersia sit post viginti, triginta aut plures fortè annos (prout non rarò accidit) quàm natus fuit ille, cuius de filiatione agitur, quisnam puerum infan- tème tunc natum certò firmare possit, hunc robustum virum modò factum esse, certè nullus aut vix vllus præter suam matrem aut nutricem. ergo cum ipso tempore cursu nati infantes crescant, adolescant & quasi mutentur & transformentur, ita vt vix dignosci possit, an is vir robustus & procer modò factus sit, idem qui ab hinc annos multos erat infans anniculus aut breuioris ætatis, necessè

19
Filius in re
dubianò præ-
sumitur in pa-
tris potestate.

20
Filiationis
quasi possessio
præsumitur
eo quòd quis
tractabatur,
& alebatur
vt filius cum
cõmuni, idq̄
etiam quo ad
effectum suc-
cedendi, cum
cõmuni con-
tra Alcia.

necesse est leuiiores probationes coniecturales & non etiam necessariò concludentes hac in re admittendas esse, sufficereque si à communiter accidentibus concludant, vt tradunt Gloss. & communiter Doctores in dict. l. non nudis. Gloss. & communiter Doctores in dict. l. non Epistolis. C. de probati. clarior Gloss. in leg. neque natales, vbi per Doctores eodem titulo. Corneus in l. si emancipati. columna secunda, de probatio. inde dixit l. Lucius. ff. de conditio. & demonstratio. difficilem esse probationem filiationis, ergo si testes dicebāt, aliquem esse filium Titij, si quidem ex parte aduersa probetur, illum Titium nunquam duxisse vxorem, intelligemus illum esse naturale non legitimum, idem si probetur, ex ætate illius qui filius dicebatur, longè ante matrimonium à Titio contractum natum fuisse, veluti si vir iam barbatus dicatur esse filius Titij, qui abhinc ann. 10. duntaxat duxit vxorem. Idem per contrarium, si anniculus puer dicatur esse filius Titij, cuius vxor abhinc annos duos, vel tres, vel plures fortè decepsit, & sic de similibus. & longè idem facilius, si is Titius nunquam duxit vxorem, sed si quando hæc omnia cessauerint, quia & Titius vxorem duxit, & is qui filius dicebatur huius, cui sit vt durante illo matrimonio nasci potuerit magis esse videtur, vt sufficiat dictum testium hac de re loquentium concludere verosimiliter, vt dictum est, quo casu testes dicentes illum fuisse & esse filium Titij interpretabimur intellexisse quòd erat filius legitimus, quia ita fit à communiter accidentibus.

† Nam & alibi dictum testis quod non satis certum est, interpretatur secundum communem vsu loquendi. Gloss. communiter ibi approbata in leg. stipulatio ista. §. hi qui. ff. de verborum obligation. quòd si testes dixerint, filium esse ac de legitimo matrimonio natum, res erit expeditior, ergo si testes dicunt talem esse filium Titij, sit regula, vt non intelligatur legitimus & naturalis, sed tantum spurcius, argumento authen. quibus modis natural. efficiun. sui. §. natura, & quia matrimonium est quid facti, ergo, &c.

Fallit primò quando aliter constabat de matrimonio, & ætas illius qui filius dicebatur non repugnabat, nam tunc licet potuerit nasci ex alia muliere quàm ex vxore illius Titij, tamen interpretabimur testes intellexisse de filio nato ex vxore, non ex alia, &c.

Secundum quæ etiam interpretabimur, eum esse in potestate patris, si non probetur emancipatus, cum emancipatio sit quid facti, ergo cum quæritur, an filius præsumatur esse in potestate patris, respondeam hanc quæstionem non cadere nisi in filio legitimo, legitimum autem præsumi in patris potestate.

- 1 Intellectus cap. ad decimas, de restitutio. spoliatorum. lib. 6. & capit. cum ecclesia Sutrina, de causa proprietaria. & numero 2 10. 13. 14. 15. 16. & 18.
- 3 Possessor quando sit tuendus in sua possessione contra eum qui suam intentionem fundabat de iure, & est ardua quæstio.
- 4 Filius an præsumatur in patris potestate.
- 5 Possessio diuina an transferat in aduersarium onus probandi.
- 6 Intellectus capit. cum ecclesia, de causa possessionis & proprietaria.
- 7 Quanto tempore iusta præsumatur possessio.
- 8 Actor si fundat suam intentionem de iure, tunc reo incumbit onus probandi, cum communi opinio quòd intellige in petitorio.
- 9 Possessor an sit litis pendente tuendus in sua possessione, sit etiam contra actorem qui suam intentionem fundabat de iure.
- 11 Possessor an sit tuendus in sua possessione contra aduersarium, qui suam intentionem fundabat de iure, si diu vel aliquandiu dissimulauit.
- 12 Possessionis ius quo tempore amittatur.
- 17 Spoliato agenti remedio recuperanda, quando possit opponi remedium sententia, ardua quæstio.
- 19 Spoliatus an restituatur ante omnia contra fundantem intentionem suam de iure, regula cum 14. limitationibus.

CAPVT LXXXVI.



NUNC autem agendum est de intellectu capit. ad decimas, de restitutione spoliatorum. lib. 6. iuncto capitulo. cum ecclesia Sutrina, de causa possessionis & proprietaria. nam in dict. capi. ad decimas, videtur probari vt in iudicijs possessorijs, is contra quem aduersarius habet fundatam intentionem de iure, nõ sit tuendus in sua possessione, vel quasi possessione, vnde siue ei possidenti molestia & vexatio fiat circa suam possessionem vel quasi, non dabitur vt possidetis interdictum contra aduersarium molestantem, siue etiam vi ab aduersario à possessione fuerit deiectus, interdictum vnde vi sibi ita spoliato non accommodabitur, quasi dolo faciat, qui petat possessionem sibi restitui, quam statim restitutus sit. leg. dolo. ff. de doli exceptio. ~~contrarium tamen non obscure probari videtur in dict. capitul. cum ecclesia~~, vnde timore huius contrarij ea iura variè interpretantur. Primus enim sensus est, vt regulariter is qui est in possessione, vel quasi sit in ea tuendus si molesteretur, vel restituendus si spoliatus fuerit, licet contra se habeat aduersarius funda-

Intel. c. ad decimas de restitutio. spoliatorum. lib. 6.

21
Testes intelliguntur secundum communem vsu loquendi.

fundatam intentionem de iure, & ita procedat dict. capit. cum ecclesia, & §. recuperandæ. Instit. de interdi. l. si quis ad se fundum. C. de leg. Jul. de vi pub. l. prima. C. si per vim vel alio modo. l. si quis vi, in principi. ff. de acquirend. possessio. leg. prima. §. cum à me. ff. de vi & vi arm. sed d. c. ad decimas, procedat de iure tantum canonico, & in causis tantum actis in foro ecclesiastico. Ita Pau. Castr. in l. seruitutes. mag. ff. de seruitut. colum. quarta. numero 9. caula enim decimarum spiritualis est, vt tradunt Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. possessio. Dec. consilio 134. numero quarto. Docto. in cap. causam quæ, de probatio. neque agi potest nisi apud iudices ecclesiæ. sicque volunt d. ca. procedere de iure tantum canonico, non sic de iure ciuili.

2
Intell. 2.

Secundus intellectus fuit, vt dict. ca. ad decimas, procedat quando possessio (spoliati erat recens, quod suadetur dum ibi dicitur aliquandiu, quod in semestri tempore videtur includi, vel etiam breuiore, secundum Abba. in d. c. cum ecclesia. numero 24. per ca. secundum, de consensione præben. vbi vltra sex menses dicitur diu. † Sed d. cap. cum ecclesia, procedat quando possessio maturior erat ac antiquior, & ita tenent Abbas ibi, & Martinus quem refert, & sequi videtur ibi Aegidius Bellamer. oppositio. vndecima. num. vigesimo sexto, & Dominicus in dict. cap. ad decimas, columna fin. post Ioannem Andr. ibi, quem ipse refert, quod & tenet ibi Petrus de Anchar. & sentit idem etiam in dict. cap. cum ecclesia. numero 31. & licet Ioannes Faber in §. retinendæ. columna penult. Instit. de act. & Iacobinus in l. si de vi. ff. de iudi. nume. 18. versic. septimo. & Baldus in leg. si de proprietate. numero 21. C. si à non compet. iudic. & Oldrad. consilio quodam, & Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. possessio. numero 77. & ibi Iason num. 48. teneant simpliciter non esse tuendum, aut restituendum possessorem in sua possessione, vel quasi, quando aduersarius contra eum habebat fundatam intentionem de iure, tamen ipsi fortè non negarent quin id limitaretur vt cessaret quando is possessor fuit diu in sua possessione. Quinimò ipsemet Iason in leg. si emancipati, in secundo notabil. columna secunda, quod licet possessio illius qui est in possessione vel quasi possessione cuiuscunque rei vel iuris minus iusta aut legitima præsumatur, quando in in ea re vel iure eius aduersarius habebat suam intentionem fundatam de iure, tamen ea præsumptio cessat, idque præsumptum possidendi vitium purgatur per diuturni temporis præteritionem, vt sic ea possessio, quæ antea iniusta & illegitima præsumebatur, iam incipiat videri iusta ac legitima. Vnde licet † filius natus ex legitimo matrimonio præsumatur esse in potestate patris. leg. si emancipati. C. de

3
Possessor quædo sit tuendus in sua possessione contra eum qui suam intentionem fundabat de iure, ard. q.

4
Filius præsumitur in potestate patris.

collation. ibi, teque emancipatum probatum fuerit. leg. si filius. ff. de probation. tradunt Fulgofius, Ludouicus Romanus, Alexand. Iason & Decius, in dict. l. si emancipati. Angelus & Imola Cumanus & Ludouicus Romanus in leg. sed & si de sua, post Gloss. ibi. ff. de acquirenda hæreditate. Alciatus de præsumptio. in regula secunda. præsumptione 2. in principio. Comeus consilio 204. quanquam. & idem in consilio 208. libro tertio. tamen si is filius natus ex legitimo matrimonio fuit longo tempore decem vel viginti annorum in possessione vel quasi existentiz sui iuris, licet isthæc possessio aduersetur natiuitati, origini, & primæuo statui eius, iam incipit videri sui iuris, licet pater haberet contra eum suam intentionem fundatam de iure, vt sic possessor diutinus in sua possessione vel quasi tuendus sit etiam contra eum qui habebat suam intentionem fundatam in iure, ita tenent Barthol. & Baldus in leg. secunda. C. si aduer. rem iudi. & in l. post mortem. ff. de adopt. And. Siculo consilio vlt. libro quarto, inter consilia Alexand. Iason in dict. l. si emancipati. dict. 2. notab. Iaf. numero quadragesimo quarto. in leg. si prius. ff. de operis noui nunciatio. Alciatus, vbi supra, numero secundo. ex quorum relatione apparet hanc esse communem opinionem, quam & Baldus in leg. Titia. ff. soluto matrimonio. sequitur, & Decius in dict. l. si emancipati, numero quarto, facit tex. in leg. prima. versicul. diu. C. de patria potesta. quinimò quemlibet possessorem in sua possessione tuendum esse, etiam si ea non esset diutina, teneant Gloss. in leg. Titia. ff. soluto matrimonio. & Alexand. in dict. leg. si emancipati, ad princip. & ibi Decius columna tertia, & Barthol. in leg. is quia potest. columna quinta. ff. de acquirend. hære. licet plerique eorum quos sup. retulimus, ab hoc vltimo discesserint. & Andreas Tiraquellus de iure primoge. quæst. decimosextima. opinione 11. ad finem. Bartolus in dict. leg. Titia. sed & Paulus in leg. si solennibus. C. de fid. instrumen. & And. Tiraquellus, vbi supra, numero decimonono. versicul. nec prætermitemus. videntur generaliter idem defendere in quacunque possessione etiam recenti, licet ipse Tiraquellus parum sibi constet, quod & sentit Curtius iunior in dicta lege, si emancipati. columna secunda.

Itaque omnes illi quos supra retulimus, vno ore sunt in hac opinio. vt qui diu fuit in possessione, vel quasi alicuius rei vel iuris, in qua alius fundabat suam intentionem de iure, sit tuendus in ea contra eum qui de iure fundabat, quinimò iporum non pauci idem volunt etiam si non diu fuisset in ea quasi possessione, quod & nos admitteremus tribus concurrentibus quod & ipse possideret & aduersarius possidere desisset. tertio quod aduersarius non ignoraret illum possidere,

possidere, quartò quod vltra annum in tali possessione is fuisset, argumento in princip. Instit. de vsuca. facit l. ordinamenti titulo de las præsripti. l. prima. dum induxit vt per annum & diem præscriberetur res etiam immobilis sciente & tacente domino.

Denique hoc vnum certum est, & ab hoc nullum eorum quos supra retulimus, quòsve mihi legere contigit declinatum inuenies † vt possessio diuturna transferat in aduersarium onus probandi, licet aduersarius ille habeat intentionem suam fundatam de iure, sicque possessor ille diuturnus in sua possessione vel quasi tuendus sit, vnde apparet verissimè esse ac receptissimum intellectum eorum quòd. cap. ad decimas, contendunt, non habere locum quando quis foret spoliatus à sua diutina possessione vel quasi, sed tantù quando possessio iunior esset ac recedens, † quod non obscure probatur in dict. cap. cum ecclesia Sutrina, de cau. possessio. & proprie. vbi contra clericos ibi spoliatos stabat fundata intentio de iure in fauorem canonicorum spoliantium, & adhuc spolium illud inculpatum nõ fuit, nec restitutio spoliatis denegatur. Neque ad rem pertinuit quod Alciatus in d. regula 2. præsump. ptione 2. ad principi. in tract. præsump. ait se non videre, vt in huiusmodi iuribus possit contingere præscriptio per longi tantù tēporis, nõ etiã longissimi præteritionem, † nam agnoscimus quidem præscriptionem proprietatis non contigisse, sed nihilominus possessio ex temporis diuturnitate iustificatur, vt licet talis possessor in iudicio proprietatis possit succumbere & superari, in iudicio tamen possessorio non possit, aliud enim est possessio, aliud proprietas, quinimò nihil commune habent. l. naturale. §. nihil commune. ff. de acquir. possessione.

Denique cum quæritur, an possessio vel quasi transferat onus probandi in aduersarium, respondendum est, regulariter transferri. §. commodum. Insti. de interdi. leg. qui accusare. C. de eden. l. actor. quod asseuerat, & leg. prim. & leg. fina. C. de proba. idque non inde descendit, quòd possessor titulum habere præsumat (nam cum sit facti, non præsimitur. leg. in bello. §. factz. ff. de capt. leg. si emancipati, ibi, teque emancipatum. C. de collatio.) sed magis eo quòd actor titulo & iure carere præsimitur quandiu non probat, vnde in re dubia pro reo iudicandum. c. cum partium, de regulis iuris, in sexto. cap. in pari eodem titulo. † Verùm si actor habeat suam intentionem fundatam in iure, tunc possessio non transfert in eum onus probandi, quia ipse satis superque intentionem suam probatam habet in corpore iuris, cuius fides & auctoritas suggerat omne genus probationis, sicque hoc casu ipsi reo incumbit onus probandi, vt probatur in capit. sunt personz. §. quod si tales. de privilegi. in sexto. & in cap.

primo. de præsript. & in capi. ad decimas, de restitu. spolia. eodem lib. & in lege octaua titulo de la restitution delos despoiad os lib. 3. ordinament. & in l. 4. titul. 1. lib. 2. ordinament. & in l. 5. titul. 3. lib. 5. ordinam. ita tradunt Petrus & Cynus & Paulus Castr. & alij communiter in leg. solennibus. C. de fide instrum. Bart. in leg. si prius. ff. de operis noui nunciatio. & ibi communiter Doctor. vt testantur ibidem Alex. nume. 37. cum pluribus sequentibus, & Iaf. nume. 43. And. Tiraq. de iure primogenitu. q. 17. opinione 11. nu. 19. Decius consil. 321. in causa quæ Alexandriæ. colum. 4. vers. accedit. Idem Decius in capit. ex literis. notab. 5. de probation. Idem consil. 444. in casu ad me transmissio. colu. 4. Alcia. de præsump. regula 3. præsump. 43. ad principi. Iaf. in leg. Diuo Pio. §. super rebus. colu. 2. ff. de re iud. Fulgosius consil. 138. visis, in secundo dubio. Barba. in cap. 1. de probatio. colu. pen. Corne. consil. 90. viso processu. lib. 2. ex quorum relatione apparet hanc opinionem receptissimam esse, & ita intelligitur Glo. quam ibi sequuntur Bart. & communiter Doctores in leg. sicuti. §. sed si quæzatur. ff. si seruitus vendice. Ergo isto casu cum reo eodemque possessori incumbat onus probandi, quãdo actor fundatam habet suam intentionem de iure, non secus, quã actori incumberet, quando fundatam non haberet, sequitur hunc reum lite pendente in sua possessione, vel quasi, turbari non debere, non magis quã turbaretur, quando actor suam intentionem de iure fundatam non haberet, vt in eo tantum eius conditio deterior sit, quando contra eum fundata erat actoris intentio, quòd de iure & legitimo titulo docere tenebitur, si nolit in lire superari, interea tamen in sua possessione tuendus est, si quidem sit longinqua aut diutina, sin minus tunc similiter tuendus est sub distinctione tamen, de qua per Paul. Castr. in d. l. si solennibus, & per Andr. Tiraq. vbi supra, opinione 11. num. 19. & nu. 24. cum sequentibus, & per Bald. in l. Titia. ff. soluto matrimonio. vt voluit Gloss. in dict. l. solennibus. Glo. & Barthol. in d. l. Titia. Alexand. in d. l. si emancipati. colum. 1. de collatio. C. per dict. l. Titia, & d. l. circa. ff. de probat. quòd intellige quando illa quasi possessio carebat omni vitio violentiæ clandestinitatis, aut precariæ rogationis, vt in dict. c. cum personz. §. quòd si tales. quantum autem tempus quotiè actus desiderentur, vt quis in tali quasi possessione stare videatur, tradunt Doctores in dictis locis.

Tertius † intellectus ad dict. c. cum ecclesia Sutrina, de causa possessio. & proprie. & ad d. cap. ad decimas, est quòd in d. c. cum ecclesia, illa quasi possessio cõtra quam erat ius cõmune iustificabatur ex scientia & patientia aduersarij, non sic in dict. cap. ad decimas, vbi possessio videbatur clandestina, vt patet ibi, nisi

5
Possessio diutina an transferat in aduersarium onus probandi.

6
Intell. capit. cum ecclesia de causa possessio. proprie.

7
Quanto tempore iustificatur possessio.

8
Actor si fundat suam intentionem de iure reo incumbit onus probandi, cõmuni quòd ad petitorum.

9
Lite pendente an sit reus tuendus in sua possessio. etiam contra aliorum qui fundabat de iure.

nisi euidenter docuerint quodd earum possessionem legitime assequuti fuissent, quorum verborum sensus est, quod vel ipsa possessionis vsurpatio fuit illegitima & vitiosa, & sic aliquandiu tantum non etiam diu durauerat, quodque cum primum ad notitiam proprietarij peruenerat, illico eam recuperare properauit, sicque ille possessor qui se spoliatum dicebat, non tam iusta & legitima, quam illegitima possessione exutus fuit, ita Imo. num. 25. in fin. in d. c. cum ecclesia. & is sensus in se verus est, satisque arridet literarum utriusque textus, ex quo colligitur conclusio, quod si qui est in possessione vel quasi, contra quam est ius commune, adhuc tamen est in ea tuendus si aduersarius tolerabat, & dissimulabat seu patiebatur aliquandiu vel saltem si diu. si confirmatur, quia ex tali patientia, & dissimulatione ille qui suam intentionem fundatam habebat, videtur ius possessionis amisisse, idque in possessorem migrasse, ut iam de possessione agi non possit, sed tantum de proprietate ex communi sententia, quam tenent Barthol. in l. si id quod, in principio. ff. de acquir. possess. Cumanus & Alex. in d. §. nihil commune, ubi Iason num. 84. ait, hanc esse communem opinionem Iason. in l. prima. colu. fin. C. de seruis fugitiuis. Glo. Paul. & alij in l. si de eo. §. 1. ff. de acquir. poss. & in specie vltra Imolam supra relatum, ita declarant d. c. cum ecclesia, Antonius ibi num. 39. & etiam Innocentius & Andreas Tiraquell. qui quamplures allegat de prescriptione. §. primo. Gloss. 4. ad finem. versicul. & quanquam.

Quartus intellectus ad dicta iura est secundum Antonium, num. 39. in dict. c. cum ecclesia, quod dict. c. ad decimas, procedat, quando pro spoliatore ius erat notorium, nec ex parte spoliati aderat defensio vlla, nec etiam allegabatur praeter illam quasi possessionem suspectam, vitiosam & iniustam, ait d. c. cum ecclesia, non sic notorium erat ius spoliatoris, quia obumbrabatur, vel (ut eius more vtar) obfuscabatur ius spoliatoris per defensiones seu allegationes spoliati, dum asserbant se sapius retro abhinc annos 30. vel 40. vel etiam pluribus electionibus illius modi interfuisse, unde & ad titulum prescriptionis properabant ac nitebantur quod ad ius proprietatis, & interea quod ad ius possessionis ex antiquitate temporis sese muniebant, isque etiam sensus & in se verus est, & sensus literarum ac illorum capitulorum proxime accedit.

Quintus intellectus fuit Ias. in d. §. nihil commune. num. 48. qui putat ideo procedere dict. cap. ad decimas, quod ibi spoliator intentionem suam fundabat tam in proprietate quam in possessione, & ideo restitutio cessat quasi ex parte spoliatoris adesset tam propria iure notoria quam etiam possessio legitima & ciuilis, ex parte autem spoliati adesset nihil praeter quandam naturalem tantum pos-

sessionem vitiosam, puta clandestinam vel nudam tantum detentionem similiter vitiosam, sed ipse Ias. non probat quod spoliator in terminis d. ca. fundaret suam intentionem quod ad possessionem, sed te proba per d. c. ibi, nisi euidenter docuerint quodd earum possessionem legitime assequuti fuissent, ergo a contrario sensu praesens summus Pontifex quod interfuit vitium clandestinitatis, sicque cum spoliatus ille tempore quo illarum decimarum possessionem occupauit, nullam vim intulerit, neque precariam possessionem rogauerit, superest ut vitium quod ibi significatur, esse clandestinitatis, & is sensus sic declaratus similiter verus in se est, nec a litera & mente illius tex. videtur alienus.

Sextus intellectus fuit, ut d. c. ad decimas, loquatur in casu tantum speciali, & procedat in causis tantum spiritualibus, in quibus iure Canonico subuenire obuiareque animarum periculis potissimum curae fuit, non sic in reliquis causis inspecto iure tam Canonico quam Ciuili, ita sentit Baldus in l. ordinarij. colum. fin. C. de rei vend. quem refert Ias. num. 47. in d. §. nihil commune, & is sextus intellectus differt a primo, de quo supra, quia secundum primum intellectum d. c. ad decimas, seruandum esset in terris ecclesiasticis, non tantum in causis spiritualibus & inter clericos, sed etiam in causis profanis & inter laicos, at secundum hunc sextum intellectum solum in causis spiritualibus, non etiam in profanis.

Septimus intellectus fit, ut d. ca. ad decimas, procedat quando constabat aperte illum spoliatum nullum ius habere tam ex modicitate temporis, quo possidebat, quam ex eo quod interrogatus cur possideret, respondere aliud nesciebat quam quia possideo, tunc enim restituendus non est, ut ibi per rationem l. dolo. ff. de dolo. Id quod non multum videtur declinare a litera d. c. ad decimas, cum ibi spoliatus ille qui se restitui postulabat, nullam iustam possessionis suae causam allegasset. Confirmatur is sensus, nam illa communis opinio quae habet, quod spoliato agenti interdicto recuperandae potest opponi exceptio sententiae latae contra eundem spoliatum in fauorem spoliatoris super eadem re vel iure a qua spoliatus fuit, quam communem sententiam tenuerunt Angel. & Imola, Cumanus, Alexand. & alij communiter in d. §. nihil commune. estque communis opinio secundum Ias. ibi, num. 43. & eam dicit communem opinionem Alexand. ibi, numero 12. quam etiam communem appellat Rip. ibi, numero 35. quam sequitur & communem esse firmat Gregorius Lupus in l. 27. titu. 2. parte tertia. in Gloss. que lentregasse. tenent Paulus Castren. in l. permisceri, in principi. ff. de acquir. possess. Idem Paulus in l. secunda. C. de edict. diui Adri. tol. Anton. in cap. cum dilectus, de causa poss. & propr. Idem in cap. pastoralis, eodem

11
Possidens tuus est in sua poss. contra aduersarium sciensem, & aliquid paucissem.

12
Possessio quo tempore amittatur.

13
Intelle. 4.

14
Intelle. 5.

15
Intelle. 6.

16
Intelle. 7.

17
Spoliato agenti interdicto recuperandae quando possit opponi exceptio sententiae, ar. quest.

dem titu. Idem in cap. in literis, de rest. spoliato. Ioan. Andr. & Panormit. in dict. cap. pastoralis. Aret. in d. §. nihil commune. Deci. consil. 191. in causa. nume. 9. cum sequen. Hostien. & Ioan. Andr. in capi. 2. de causa posses. licet contrarium tenuerint Bartholus colum. 2. in dict. §. nihil commune. Gloss. 1. in capit. sollicitè, de restitutio. spoliato. & Gloss. in capit. pastoralis, de causa poss. & proptie. Panormit. in capi. in literis. colum. 5. de resti. spolia. Barthol. in l. si de vi. columna fina. ff. de iudic. Tamen illa communis opinio contra Bartholum procedit, quando per sententiam erat certum & indubitatum huic spoliato nullam posse competere defensionem, inspecta suamet allegatione, quale esset cum prius factum fuit spoliatum, deinde inter spoliatum & spoliatorem iudicium de proprietate ceptum & finitum fuit in fauorem spoliantis, tunc enim si spoliatus rursus petatrem sibi ablatam sibi restitui ante omnia, replicabo quòd si illud petijset ante omnia, quod vt id ante omnia fieret, parerat, verum cum illud petat, postquam liquet proprietatem alienam esse, sera petitio est, tum quòd dolo faciat, dum petit quod statim restitutus est. l. dolo. ff. de doli excep. tū quòd sibi debet imputari, qui congregari voluit super rei proprietate & dominio, tum quod effectus victoris assecutus in iudicio proprietatis est, vt victori restituatur possessio, id quod cum iam contigerit, infectū reddi otiosum esset ac iniuile, diuersum sanè esset si postquam in iudicio proprietatis vicisti me, & id, de quo agebatur, tibi traditum fuit vel non fuit, me eadè re vel iure spoliasti, & agenti mihi interdicto recuperandæ opponeres de sententia pro te contra me lata, nam replicabo quòd post eam latam potuit ius ad meredire, ac reuera ad me reuolauit, nam interea mihi restituere teneberis, ita saluatur opinio Bart. & sequacium supra relata, ita tenent Alexand. in d. §. nihil commune. nu. 12. cum seq. & Ripa ibi, num. 44. qui ait ita tenere modernos ibi, & esse ex mente Glo. in d. §. nihil commune. Sic ergo & in terminis d. c. ad decimas, ideo cessabat restitutio, quòd ille spoliatus factus est nullum se ius habere, vel ita colligebat ex eius allegatione insulsa ac inerti, & hunc intellectum tenet Deci. consil. 134. viso. columna fina.

18
Intell. 8.

Octauus intellectus est quòd in d. c. ad decimas, allegabatur præscriptio, quæ sine titulo non contingit. l. nullo. C. de rei vendica. ca. 1. de præscriptio. in sexto. at in d. c. cum ecclesia Sutrina, allegabatur consuetudo, quæ titulum non requirit. Ita Innocentius, Collect. & Bernardus ibi, sed is quidem sensus & diuinat & parum instruit, & præterea aduersatur literæ. d. capit. ad decimas, verbo aliquandiu. quòd in semestri seu breuiore tempore verificatur, non autem in longiore argumento. ca. secundi de concessio. præben. ergo tam breui

tempore, qui diceret præscripsisse se, ineptire videretur, sed & in se is sensus verus non est, nam si ibi spoliati allegarent se præscripsisse, diu se possedisse affirmantes, interea dum id docebatur restituendi forent.

Nonus intellectus quòd ibi erat verosimilis suspicio contra spoliatum agentem, ita Gl. in cap. in summa. 16. q. 1. id quod innuit litera illius text. Ioannes Andr. in d. cap. ad decimas. Gloss. in c. si diligenti, de præscrip. id quod est contra §. recupera. Inst. de interd.

Intell. 9.

Decimus intellectus quòd ibi de non iure spoliati agentis constabat per confessionem eiusdem, ita Collect. in d. c. cum ecclesia, & Archid. d. c. ad decimas.

Intell. 10.

Vndecimus intellectus quòd d. ca. ad decimas, loquitur quando spoliatus totum ius sibi arrogare volebat, at in d. capi. cum ecclesia, quando partem tantum quod in se verum est, sed cur diuersum, præsertim cum procedat argumen. de toto ad partem. l. an pars. ff. pro derelicto. leg. quæ de tota. ff. de rei vend. respon. quòd facilius admittitur rei cuiusq; diminutio vel deterioratio quam interitus. Cornel. per textum, ibi in l. cum quæst. C. delegat. numero 6. si quis diurno. ff. si seru. vend. iunct. lege nullo. C. de rei vend. sed is intellectus nihil instruit, & videtur contra §. recuperandæ. Inst. de interd.

Intell. 11.

Duodecimus intellectus quòd in ca. ad decimas, loquitur de iure non communicabili, at in c. cum ecclesia, agitur de iure communicabili, ita Iason in d. cap. ad decimas. quem refert Aegidius oppositio. 11. in d. c. cum ecclesia, sed is sensus nihil instruit.

Intell. 12.

Tertiusedecimus intellectus quòd in capit. ad decimas, erat vehemens juris præsumptio contra spoliatum, at licet iuris præsumptio etiam esset contra spoliatum in terminis dict. capitul. cum ecclesia, tamen non ita vehemens, secundum Aegidium Bellam. vbi supra.

Intell. 13.

Quartusedecimus intellectus quòd in dict. capit. ad decimas, erat præsumptio contra spoliatum, & præterea spoliator fundabat intentionem de iure, estque communis sensus secundum Couarru. lib. 1. resolu. capt. 17. numero 6. & secundum Mart. Azpilcu. in c. accepta, de restit. spolia. oppositio. decima. Iaf. in dict. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 47. vbi Ripa num. 77. Gloss. Ioan. Andr. Ioan. Monac. & Domini à S. Geminiano. in d. ca. ad decimas.

Intell. 14.

Stat ergo ex superioribus regula † spoliatum agentem interdicto recuperandæ non esse ante omnia restituendum, si spoliator habebat fundatam intentionem de iure, vt dict. capitul. ad decimas, tradunt Doctor. tam ibi quam in dict. capitul. cum ecclesia. Faber in §. retinendæ. Instituti. de interdict. columna penult. Iacobinus numero decimo octauo. & Paulus Castrensis in leg. si de vi. ff. de iudic. Bal. in l. si de proprietate. num. 21. C. si à non compe. iudic. Oldradus consilio quodam, quem ibi

19
Spoliatus non
restituatur ante
omnia contra
fundantem
intentionem
suam de iure
sed limitatur
14. modis.

ibi Bald. allegat. Bald. & Alexand. nume. 23. in d. §. nihil commune, vbi Iaf. num. 44. & Francisc. de Ripa nume. 77. & alij vbi que moti per text. in d. cap. ad decimas, vbi non potest fieri sufficiens fundamentum, propterea quod recipit tot tamque varios sensus, vt supra retulimus, & aliquid etiam per Ioan. Lup. in capit. per vestras, de donat. inter virum & vxorem. nota. secundo. versicul. sed est pulchra dubitatio.

Limita. 1.

Limita primò, vt procedat de iure tantum Canonico, nõ etiam de iure ciuili, secundum intellectum supra relatum, si forte in se verus est.

Limita. 2.

Limita secundò, vt non procedat quando possessor ille spoliatus diu fuerat in illa possessione vel quasi, iuxta secundum intellectum supra relatum, qui in se verus est.

Limita. 3.

Limita tertio, vt procedat quando ex confessione ipsius spoliati constabat de non iure ipsius, secus si esset aliqua dubietas, secundum decimum intellectum supra relatum, cui accedit quartus & septimus intellectus, quod intellige vbi confessio erat aperta.

Limita. 4.

Quartò limita, vt procedat etiam si confessio spoliati de non iure suo esset tacita, puta quia licet non expressit se nullum ius ad proprietatem rei, qua de agebatur, habere, tamen interrogatus cur possideret, respondit, quia possideo, vel aliam inerte fatuamve causam reddidit iuxta quartum, & septimum intellectum, supra relatum, non sic si efficacem aut iustam causam reddidisset.

Limita. 5.

Quintò limita, vt procedat quando spoliatus totum ius sibi arrogare volebat, non sic si aliquid tantum iuris per cuius abscissum res nõ abscederet, licet deterior spoliatori eidemque domino redderetur, iuxta vndecimum intellectum supra relatum, quem non puto verum.

Limita. 6.

Sextò limita, vbi ex parte spoliati erat notorietas iniustitiæ, aliter quam per eius confessionem, vt tunc & non aliter procedat d. c. ad decimas. iuxta septimum, & quartum intellectum supra relatos, secus vbi talis notorietas contra spoliatum non esset.

Limita. 7.

Septimò limita quando spoliatum ius habere possibile erat, tunc enim cessaret d. ca. ad decimas, iuxta septimum intellectum supra relatum.

Limita. 8.

Octauò limita, vt non procedat in causis tantum spiritualibus, non sic in reliquis causis, siue loquamur de iure Canonico siue de iure Ciuili, iuxta sextum intellectum, supra relatum, sed cogita an in se sit verus.

Limita. 9.

Nonò limita, vt non aliter procedat, quam si spoliator fundatam haberet suam intentionem de iure, tam in proprietate, quam in possessione, iuxta quintum intellectum supra relatum, sed dubito, quia vix vllus fundat intentionem de iure in vtroque, sed tantum in proprietate.

Decimò limita vt procedat, quando spoliatus nitebatur in titulo prescriptionis, secus si diceret se quæsiuisse per consuetudinem, iuxta octauum intellectum supra relatum, quod suspectum est.

Limita. 10.

Vndecimò limita, vt non procedat, nisi cum esset verisimilis suspicio contra spoliatum, secundum nonum intellectum supra relatum.

Limita. 11.

Duodecimò intellige, quando ius non erat communicabile sine læsione communicantis, secus si esset, nam tunc cessaret dict. ca. ad decimas, & spoliator restituere teneretur illud ius cuius abscissus sibi parum, aut nihil noceret, iuxta intellectum duodecimum supra relatum.

Limita. 12.

Ferriodecimò intellige quando erat vehemens suspicio contra spoliatum, tunc cessat restitutio, secus si non esset, iuxta decimum tertium intellectum supra relatum.

Limita. 13.

Quartodecimò limita, vt dict. cap. ad decimas, non procedat, quando esset vis ablatiua, argumento §. recuperandæ. Instit. de interd. l. prima. C. si per vim vel alio modo. l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iuliam. de vi public. ca. in literis, de restitutio. spoliato. cum similibus. Istorum autem intellectuum, quos supra retulimus, istarumque limitationum, ad d. cap. ad decimas, quor aut quales sint in se veræ aut literæ illius tex. arrideant, quorve nec in se veræ sint, nec literæ consonent supra dictis non obscure apparebit.

Limita. 14.

S V M M A R I V M.

- 1 Titulus an de iure Canonico requiratur in prescriptione longissimi temporis, et dua q.
- 2 Presumuntur etiam ea que sunt facti post longum tempus in ijs que sunt modici preiudicij.
- 3 Titulus an de iure Canonico in prescriptione triginta annorum requiratur, cum adest contra possessorem prescribentem vehemens iuris presumptio.
- 4 Intellectus capit. primi, de prescriptionibus libro 6.
- 5 Intellectus l. si quis diurno. ff. si seruitus vendicetur.
- 6 Prescriptio longi temporis de iure Canonico procedit in ijs que sunt modici preiudicij, licet possidens haberet scientiam iuris alieni.
- 7 Mala fides presumitur de iure Canonico in prescribente contra eum qui habebat fundatam intentionem de iure, sed ipsa mala fides tempore purgatur.
- 8 Titulus ad prescribendum de iure Canonico non exigitur, vbi agitur de non magno preiudicio.
- 9 Intellectus cap. cum persona. §. quod si tales, de priuileg. lib. 6. & num. 17.
- 10 Intellectus cap. cum ecclesia, de causa possessio. & propriet.

- 11 *Prescribitur potest exemptio iure Canonico etiam sine titulo.*
- 12 *Exemptionis in quasi possessione quando quis esse videatur.*
- 13 *Actor licet fundet intentionem suam de iure, tamen non potest incipere ab executione.*
- 14 *Fiscus regulariter utitur iure communi.*
- 15 *Possessionis vel quasi possessionis ius & commodum quanto tempore quis acquirat contra eum qui fundabat intentionem suam de iure.*
- 16 *Intellectus capitul. ad decimas, de resti. spolia lib. 6.*
- 18 *Hidalguia vel nobilitatis in possessione vel quasi possessione qui est, an si sibi moueatur l. super ralis nobilitate, sit in ea quasi possessione tene- dus l. se pendente.*
- 19 *Intellectus l. 6. tituli. de los hidalgos lib. quarto ordinamen.*
- 20 *Intellectus prag. regis Henrici, & pragm. anni 1403. num. 20.*
- 21 *Intellectus pragmatica Legionensis, & pragm. Regu Fernandi.*
Fides incerta earum rerum qua ex remotis regionibus circumferuntur & narrantur.
- 22 *Formaliter nunquam leges intelliguntur, qua gratia certitudinis vel probationis aliquid dis- sponunt vel erigunt.*
- 33 *Legis ratione cessante in particulari, an cesset ipsa lex.*
- 24 *Hidalguus vel nobilis l. se pendente an ad munera nobilitatem eligi possit.*
- 25 *Accusatione pendente oneratur famu accu- satus.*
- 26 *Accusatione pendente non enudatur accusatus suadignitate.*
- 27 *Petitorium suspendere & ad possessorium: redire an liceat post litem contestatam, ardua q.*
- 28 *Ius Civile & Canonicum quasi societatem coisse videntur.*

CAPVT. LXXXVII.

*Tir. an requi-
ratur de iure
Canonico in
prescriptione
longissimi tē.
poris, ar. q.*

HINC apparebit an vera sit illa communis opinio, quæ habet quod licet regulariter titulus requiratur in prescriptione longi temporis de iure ciuili, in pri. Institu. de vsucap. l. nullo, C. de rei vendicat. l. vnica. C. de vsucap. transf. l. Celsus. ff. de vsuca. qui eo iure in prescriptione triginta anno- rum necessarius non est. l. sicut. l. omnes. l. cum notissimi. C. de prescriptio. 30. annorum; qui etiam exigitur de iure Canonico longi tem- poris prescriptione, non sic in prescriptione 30. vel 40. annorum. cap. de quarta, de prescri. nisi vbi contra prescribentem alter habebat fundatam intentionem de iure, vel contra eū erat iuris prescriptio. capit. 1. de prescrip. in 6. c. cum personæ. §. quod si tales, de priuileg. in sexto, tamē hoc vltimum in quo tantum quod ad tituli interuentum ius Canonicum differt à iure ciuili, non procedit, vbi ageretur de le-

ui læsione aut præiudicio, sed tantum vbi de magno ageretur, vt sic vbi contra prescriben- tem vel est iuris prescriptio, vel alter habet fundatam intentionem de iure sine tituli in- tertuentu etiam 30. ann. prescriptio non pro- cedat cum agitur de magno præiudicio, puta de amissione totius rei, qua de agitur, benè ta- men procederet prescriptio cum de leuiori damno ageretur, puta de deterioratione non etiam de omnimoda ipsius rei amissione, ista est communis opinio quam tenent Imola in cap. de quarta. colum. fin. Idem Imola in cap. cum ecclesia Sutrina, de causa possessio. & pro- priet. colum. fin. & ibi Ant. & sentit ibi Aegi- dius Bella mera. num. 24. oppositione 10. Imo- la in c. fin. nume. 10. de prescriptio. Anchara. in c. sine possessione. de regulis iuris in sexto. co- lum. 9. Imola in c. si diligenti. num. 15. de pre- scriptio. vbi Felinus num. 7. Ripa in d. ca. cum ecclesia. col. penult. Romanus in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. sequitur, & dicit com- munem opinionem Balbus de prescriptio. 2. par. 3. partis principalis. quæstio. 6. nume. 30. Dynus num. 31. in regula possessor, de regulis iuris. lib. 6. Bart. Paulus, & Florianus, num. 38. in l. seruitutes magis. ff. de seru. est communis secundum Couarr. resol. lib. 1. capi. 17. nume. 7. sentit Gloss. in d. c. cum ecclesia, verb. breui- tatem.

Qui omnes, & iterum Balbus de prescript. in 1. par. 3. par. quæstio. 10. ita intelligunt tex. in l. si quis diuturno, in princi. ff. si serui. ven- dic. vbi palam dicitur citra tituli interuentum procedere prescriptionem seruitutis, & ta- men cum agitur de prescribenda cuiusque rei proprietate seu dominio titulus exigitur, sed quia de leuiore læsione agitur illo casu quàm isto, id toleratur secundum communem sen- tentiam supra relatam, à qua nouissimè disce- dit Couarr. vbi supra, motus quod vt sibi vide- tur, non leue damnum est si fundus liber ser- uus fiat. Sed defendendo communem, respon- deo hanc solutionem communem non possi- tiuè, sed comparatiuè sumendam esse, facta ad totius rei, qua de agitur, interitum vel amif- sionem comparatione, longè enim leuius est pati seruitutem realem quàm totam rem amit- tere, longèque facilius admittitur cuiusque rei deterioratio quàm ipsius omnimoda amif- sio vel interitus, vt in l. cum quæstio, vbi notat Corneus, num. 6. C. de lega. & in c. cum eccle- sia Sutrina, de causa posse. & proprietate. iuncto cap. 1. de prescrip. in sexto. quem text. simili- ter ita intelligunt omnes ferè Doctores supra relati dicentes, quod in d. capit. 1. ideo titulus exigebatur, quia agebatur de amittenda pro- prietate rei vel dominio. at in d. c. cū ecclesia, agebatur non de amittendo ex toto eligendi iure, sed de eodem cum alijs communicando, quod damnum longè leuius est, sicque longè facilius admittitur aut toleratur, nam & simi- liter quamuis regulariter titulus non presu- matur.

matur. l. nullo. C. de rei vendica. l. Celsus. ff. de vscap. cap. 10. de prasc. in sexto. tamen quando agitur de leuiore praiudicio, bene prafumitur, & ideo ex longa possessione pro diuifio titulus diuifionis prafumitur, quia leuius damnus est in aliqua parte rei per modum diuifionis nos lædi quàm si in amiffione totius rei læderemur, ita tenuit Glof. communiter ibi approbata in l. penult. C. communi. diu. quam prater Doctores ibi fequuntur Florianus colum. penult. ad fin. & Paulus col. fin. in l. feruitutes mag. ff. de feruitutibus. & est ex mente Barth. & aliorum ibi, eamque fequuntur communiter Docto. in leg. si certis annis. C. de pact. prafertim Cyn. & Baldus & laf. nu. 11. qui eam dicit communiter approbatam. Baldus in l. 1. colum. 3. C. de fideicommissis. Antonius in cap. peruenit, de censibus. Nicol. de Neap. in §. quædam. quæstione quarta. post Glo. Infitu. de actio. Facit ff. de publ. in rem actio. l. si ego. §. 1. ibi, per traditionem, vel per patientiã. l. 1. §. si. ff. de feruit. vrba. prædiorum. l. 3. §. dare. ff. de vscap. vbi in feruitutibus concedendis vel constituendis sola patientia loco traditionis & concessionis habetur, quasi concessio ex sola coniectura illius tolerantie & patientie colligatur & prafumatur, quia agitur de leuiore praiudicio, quæ tamen concessio ex sola illa tolerantia non prafumeretur, si ageretur de ipsius rei amiffione, vt dicit. l. Celsus, & dicit. l. nullo, cum simili. suprã allegatis.

2
Præsumuntur etiam ea que sunt facti in his que sunt leuius præiudicij post longum tempus, cū communi.

3
Titulus an in præscriptione requiratur cū adest contra eū vehemens iuris præsumptio.

4
Intell. c. 1. de præf. lib. 6.

Alter sensus † ad d. iura est, vt d. c. primum de præscriptio. lib. 6. procedat quando aderat vehemens iuris prohibitio, vt tunc citra tituli interuentum præscriptio non procedat, non sic quando non tam vehemens erat iuris prohibitio, vt tunc etiam absque titulo possit contingere, & ita procedat d. c. cum ecclesia Sutrina. d. l. si quis diuturno. Ita tenent Decius consil. 134. viso. colum. fin. discretissimus Couarru. variarum resolutionum lib. 1. c. 17. num. 7. Balbus de præscriptio. 2. par. 3. partis principalis. quæst. 6. ad fin. Innocentius in d. c. si diligenti. Corasius in dict. l. feruitutes. nume. 35. Abbas in d. c. si diligenti. nume. 34. quod & tenent alij quam plures, quos referunt Imola & Aegidius Bellamera, in d. cap. cum ecclesia. oppositione decima. num. 24. sed isthæc differentia nemini placere debet, cum quoddam parum instruitur quod data paritate terminorū vtrobique par prohibita est, vt enim episcopus iura episcopalia in aliena iurisdictione aut diocesi exercere vetitum est. d. cap. 1. ita quoque feruitutem super rebus alienis habere nulla extrinsecus accedente causa concessum est nemini, vt d. l. si quis diuturno, iuncta. l. altius. C. de seru. facit l. C. de rebus alien. non alienan. & vt iuris præsumptio in terminis d. ca. primi faciebat contra præscribentem, ita etiam faciebat in terminis dict. l. si quis diuturno, per d. l. altius. itaque nulla extrinsecus ac-

cedente causa vtrobique par impedimentum erat, accedente verò voluntate & concessione expressa vel tacita seu præsumpta eius, de cuius praiudicio agebatur, cessabat vtrobique impedimentum, & ita potest intelligi d. capi. cum ecclesia, iuncto c. 2. de in integrum restit. secundum Aegidium, vbi suprã, opp. 11. c. ad fi. scilicet in d. c. cum ecclesia, de causa poss.

Tertius intellectus ad dict. iura fuit speciale esse in iuribus incorporalibus, ita tenent Gloss. in d. c. cum ecclesia, verb. breuitatem, & Paulus Castrensis in dic. l. feruitutes. columna penult. numero septimo. cum sequen. ratio, quia in his incorporalibus quasi possessio initium capit à tempore scientie, & patientie domini prædij feruientis. l. secunda. C. de feruitu. l. penulti. ff. eodem. & ille qui patitur & tolerat ex legis interpretatione, post longum tempus feruitutem concessisse videtur. l. si ego. §. primo. vbi per Gloss. & communiter Docto. ff. de public. in rem actio. l. prima. §. fin. ff. de feruit. rust. prædio. l. 3. §. dare. ff. de vscap. ratio rationis, quia talis concessio leuioris præiudicij est, quàm totius rei amiffio, vt ex superioribus edocemur, & ita potest intelligi dict. cap. cum ecclesia. & dict. l. si quis diuturno, in quibus & agebatur de iure incorporeo, & patientia pro concessione habetur, & de leuiore præiudicio agebatur, quia non agebatur de amiffione totius rei vel iuris, sed tantum de deterioratione, non sic si ageretur de amittenda tota re vel iure, vel quota parte rei, vel iuris, vt in d. c. 1. de resc. lib. 6.

Quartus intellectus, vt aliud sit de iure Canonico, aliud de iure ciuili, sed id licet ita sentiant Paulus, & Florian. in d. l. feruitutes, non est tenendum arg. l. si quando, in princi. C. de in offi. testam.

Quintus intellectus quod quasi possessio, de qua in d. c. cum ecclesia, & in d. l. si quis diuturno, non tam erat contra ius quàm præter ius, at in dict. c. 1. erat contra ius, ita Bellamera nume. vigesimo quarto, in dict. capit. cum ecclesia, post Gl. ibi. verb. breuitatem, sed id parum instruit.

Sextus intellectus, quod sit speciale in ecclesia, contra quam sine titulo non præscribitur, vt in dict. capit. 1. aliud in reliquis causis, cum sumus in præscriptione longissimi temporis. l. sicut. l. omnes. l. cum notissimi. C. de præscriptio. triginta annorum, ita Paulus colum. penult. & Florian. eadem colum. in dict. l. feruitutes, sed casum dicere speciale est refugium miserorum, Glo. in l. filium quem. C. fam. ercif. sicque hunc intellectum reprobatur. Angel. in §. xque. Inst. de actio. & alij communiter.

Septimus intellectus quod in d. c. cum ecclesia, & in d. l. si quis diuturno, titulus fuit allegatus, quem possessor probare nitebatur, & probauit per continuam longi temporis possessionem, ita Gloss. secundum vnum intel-

tellectum d. l. si quis diuturno. Ange. in dict. l. seruitutes. Balbus de præscription. par. prima, 3. par. princ. quæstio. 10. numero 7. Sed nihil est primum, quia diuinat, deinde quia tunc non longissimum tempus exigeretur, sed decennium sufficeret. l. cum de in rem verso, cū ibi notatis. ff. de vsuris. postremò, quia vt titulus allegatus per longi temporis præteritionem præsumatur, non sufficit sola patientia eius, contra quem agitur, quin immò actus quàm plures ipsius positiuè desiderantur, vt tradunt Barthol. & communiter Doctor. in dicta l. seruitutes, & plerique scribentium in l. si certis annis. C. de pact. licet & intellectum hunc, què impugnamus, tenuerit etiã Floria. numero 30. in d. l. seruitutes. sed ab ipso difcedit Paulus. ibi, num. 9. diximus supra ca. incip. annuar. præstationes, cum duob. seq.

Octauus intellectus, quod dict. capitulo 1. de præscription. in sexto, procedat in iure quærendo per interuentum præscriptionis, quæ sine titulo contingere non potest, vt ibi, sed dict. capitu. cum ecclesia, procedat in iure quærendo, per vsu & consuetudinem, quæ titulum nõ desiderat, & ita etiam procedat d. l. si quis diuturno. ita tenent Archidiano. & Dominicus in d. capi. 1. & Decius colum. pen. in consil. 134. viso, sed is intellectus parum instruit, deinde etiam videtur contra tex. in dic. cap. cum ecclesia Surina, ibi, nisi alibi secus obrineat de consuetudine speciali iunctis illis verbis vsq; ad præscriptionem legitimam, vbi pro eodem sumitur consuetudo & præscriptio quò ad effectum quo de agimus.

Quid dicendum? & in primis videamus de intellectu d. l. si quis diuturno, & ibi sanè non tam præscriptione poenæ dixerim contingere illius iuris acquisitionem quàm ipsius domini concessione, nam in illis seruitutibus, quia inspecta legis censura, vel interpretatione agi videtur de leuiore præiudicio, quàm si ageretur de amittenda re ipsa extoto, vel ex parte quota, ideò qui patitur vicinum tali seruitute vti post longam vel longi temporis tolerantiam, ius seruitutis concessione tradidisse videtur. l. 2. C. de seruitu. l. si ego. §. 1. ff. de publici per traditionem constitutis, vel per patientiam fortè. l. prima. §. fina. de seruit. rustico. prædio. tradunt Floria. colum. penult. & Paul. Castrenf. colum. penult. & alij communiter in dict. l. 2. licet si ageretur de præscribenda seu amittenda tota ipsa re vel quota eius parte per solam etiam longi temporis patientiam, non videremur rem nostram concessisse, quasi tunc inspecta legis censura, vel interpretatione agatur de grauiore amissione seu præiudicio, in quo quisq; non tam facilis esse creditur ad concedendum. dict. l. Celsus. ff. de vsuca. d. l. nullo. C. de rei vendica.

Nam & similiter, quia cuiusque rei possessio non tanti fit quanti eius rei proprietates, per patientiam longi temporis & etiam breuioris

eius amissio inducitur ex parte domini, & acquisitio contingit possessori citra vllius tituli interuentum, vt ex communi opinione resoluit Iason in leg. naturaliter. §. nihil commune. numero octuagesimo quarto. ff. de acquiren. possess. Idem in leg. 1. colum. fina. C. de serui. fugiti. post Gloss. ibi Glo. Paulus & Alexan. in l. si de eo. §. fin. ff. de acquiren. possess. neque cuiquam ipse possessor in mala fide videri debet constitutus, quia vt lex interpretatur dominum concessisse ex tam longa tolerantia ac patientia, ita quoque iustissimè interpretata est eundem possessorem fiduciam habuisse de concessione illius, sicq; bona fide destitutum minimè fuisse, huicque legis interpretationi standum est, quia certitudo huius rei cum pendeat ex animo possidentis ipsius, soli Deo nota & comperita esse potest. Nam & similiter licet furtum sit contractatio rei alienæ inuito domino lucri faciendi causa, vt §. furtum. Instit. de obligatio. quæ ex male nasc. tamen licet rem tuam contractem lucri faciendi causa, si te permissurum iustè putauit, furtum fieri minimè videtur, vt tradunt Gloss. secunda, in dicto §. furtum. & ibi communiter Doctor. ergo & in specie nostra in mala fide esse nõ videbitur, qui per longū tempus iugiter fuit in quasi possessione seruitutis super fundo vicini sui ipso sciente & tolerante, sicque cessante omnino mala fide seruitutis acquisitio contingit, idemque erit in acquirenda per talem continuam aduersarij patientiam possessione. Diuersum est in vsucapione longi temporis quæ per tituli in teruentum contingit, hæc enim domino etiam omnino ignorante, & sic nec verè, nec interpretatiuè concedente nobis contingit. l. fi. C. de longi temp. præsc. & ideo l. 3. ff. de vsucapion. ait hanc acquisitionem non quasi per domini concessione, sed per solam possessionis continuationem nobis contingere, cum superior seruitutis acquisitio magis veluti ex domini concessione nobis contigisse videatur, & ideo eius scientia desideretur. d. l. si ego. §. 1. ff. de public. in rem actio. iuncta l. 3. ff. de vsucapio.

Et cum exuberantior bona fides iure Canonico in præscriptionibus admittendis exigatur, cap. possessor, de regu. iur. lib. 6. c. si diligenti. capit. fin. de præscrip. & mala fides cum pendeat ex animo nostro probari non possit, nisi præsumptiuè, † iustissimè præsumitur eo iure mala fides in eo qui possidet aliquid in quo alius fundat intentionem suam de iure, vel quando est præsumptio iuris contra talem possidentem, quia isthæc iurium præcepta omnibus nota aut sunt aut esse debent ac præsumuntur. l. leges sacratissimæ. C. de legibus, vnde qui in tali possessione vel quasi fuerit, semper intelligetur esse in mala fide, id est, in scientia rei vel iuris alieni, vt in capitul. primo. de præscrip. in 6. qui ita est intelligendus, sicq; præscribere non poterit, vt ibi. Neque ad rem

Intel. l. si quis diuturno ff. si seruitus vendi.

Præsc. sine titulo et cum scientia iuris alieni procedit etiam de iure canon. in ijs sunt non magni præiudicij.

Mala fides presumitur iure Cano. in præscribente contra fundamētum iuris, sed ipsa tempore purgatur.

rem pertinuit, quòd ibi dicatur esse posse in bona fide quem, quæ tamen sibi nõ proderit, donec titulũ ostenderit, nam intelligẽdus est ille tex. in eo qui habebat titulum putatiuum (puta quia pcurator sibi nunciauerat titulum sibi datum, vel aliter) tunc enim re vera habet bonam fidem, quæ tamen sibi ad præscribendum non sufficit, nisi titulum ostendat, quando est contra eum iuris præsumptio, vel fundamentum iuris, nam quemadmodũ de iure ciuili, vbi requiritur titulus ad præscribendum, id est, iusta causa possidendi, quæ cause tur ex titulo præambulo, licet sufficiat titulus putatiuus, ortus ex iusto errore, lege non solum. §. quòd vulgò. ff. quòd vulgò. ff. de vsucap. lege. quòd vulgò. ff. pro empto. tamen non sufficeret, si oriretur ex iniusto & fatuo errore, vt dd. ll. & leg. fina. ff. pro suo. l. pro legato, leg. fin. cum gloss. ff. pro legato. ita quoque de iure Canonico, quando desideratur iusta causa possidendi ad præscribendum, & sic titulus, quod accidit, quando contra possidentem est iuris præsumptio, vel fundamentum iuris, non sufficit sola bona fides, orta ex causa vel titulo fatuo & intolerabili, licet sufficeret si oriretur ex titulo putatiuo, non fatuo, vt dict. cap. 1. Itaque de iure canonico ad præscriptionem annorum 30. vel 40. (nam de ea loquitur dict. cap. 1.) regulariter non exigitur titulus verus, nec etiam putatiuus, vnde indubitanter sufficeret putatiuus ortus etiam ex errore fatuo, vt d. cap. 1. at speciale est in casibus, quibus contra possidentem erat ius commune, vel iuris præsumptio, vt tunc titulus exigatur, sicque sufficeret verus vel putatiuus ortus ex errore probabili, sed non sufficeret putatiuus ortus ex errore fatuo, vt diximus. Istud tamen speciale, de quo in dict. cap. 1. procedit, vbi ageretur de magno præiudicio, vt ibi, secus si ageretur de leuiore, vt in cap. cum ecclesia Sutrina, de causa possessionis. & proprietatis. & in cap. cum personarum. §. quòd si tales, de priuilegio summi Pontificis sit exemptus à iurisdictione episcopi siue diocesis, id respectu ipsius episcopi nullus negabit, quin leuioris sit præiudicij, vt d. §. quòd si tales. Item quòd cũ Canonice in electione episcopi alij clerici cõuicini concurrerent, similiter leuioris est præiudicij, vt d. c. cũ ecclesia, cum ibi traditis per Doct. præsertim per Aegidium Bellameram oppositio. 8. 9. 10. & 11. non sic in terminis d. cap. 1. de præscript. in 6. vbi quòd vnus episcopus episcopalia iura in diocesi alterius episcopi exerceat, graue cuiilibet homini modò sano videtur. Idemque & fortius, si decimarum præstationes, vnde victus capitur, apprehenderet, vt ibi. Isque intellectus non sanus modò verum etiam necessarius videtur ad d. cap. cum personarum. §. fin. autem. & §. quòd si tales, nam in prin. illius c. loquitur, quando is, qui

8
Titulus non
exigitur ad
pres. de iure
canon. vbi agitur
de leui
præiudicio.

9
Intell. c. cũ per
sonarum. §. quòd
si tales, de priuilegio
summi. lib. 6.

10
Intell. c. cum
ecclesia, de cõ
pos.

se exemptum dicebat, habebat, vel se habere dicebat, priuilegium per se solum sufficiens. deinde in §. fin. autem, quando nitebatur in sola præscriptione citra vilius tituli interuentum. tertio in §. quòd si tales, quãdo nitebatur in præscriptione procedente ex titulo insufficienti ad dominũ, vel ius transferendum, sed erat sufficiens ad præbendam vsucapiendi vel præscribendi conditionem, ergò præscriptio ibi contingere potuit, vel citra vilius tituli interuentum, vt ibi §. fin. autem, & §. si. ibi, donec, &c. vel etiam cum tituli interuẽtu, vt ibi §. quòd si tales, vt in eo tantum differentia inter illos §. §. sit, quòd quando titulus abest pendente præscriptionis probatione non tuebitur in sua quasi possessione exemptionis, vt dict. vers. donec. at quando titulus aderat pendente præscriptionis probatione tuebitur in sua quasi possessione exemptionis, vt dict. §. quòd si tales. vers. præscriptionisque probatione pendente, & c. ratio differentiarum, quid quando illa quasi possessio exemptionis erat, per illum titulum iustificata non est, cur in eo non tueatur, donec iudicium proprietatis finiretur, at quando carebat omni titulo, non videbitur iusta possessio, sed perfida, & clandestina, & contra cap. secundum de maiorita. & obediẽtia. quæ seruanda non est, nec ei accommodamus eos ciuiles effectus, quos leges legitime possessioni solent accommodare, præsertim quia in his incorporalibus initium possidendi ipse præscribens à tempore scientiæ & tolerantia aduersarij vel superioris cõpisse videtur. leg. 2. C. de seruitu. l. pen. ff. eod. ¶ ergò qui dicit se exemptũ, etiã si gesserit se pro libero, & exempto, adhuc tamen non probat se constitutum in quasi possessione exemptionis præsentia, quamdiu nõ ostendit superiorem illum, in cuius præiudicium tendebat illa quasi possessio, id sciuisse, & tolerasse, sicq; initium possidendi tunc demum nasci videtur, cum superior scire, & pati cõpiter, vel cũ ille titulum nactus fuit, quia isthæc paria sunt. l. si ego. §. 1. ff. de publi. ibi per patientiam forte, vel per traditionem. l. 1. §. fin. ff. de serui. rusti. præd. notant gloss. & omnes in d. §. 1. Paulus col. pen. & Flo. col. pe. in d. leg. seruitutes. ff. de seruit. Quinimò vt iste constitueretur in tali exemptionis quasi possessione, sine titulo non sufficeret, quòd se semel, vel vnico forte die pro exempto gessisset, etiam sciente superiore, sed præterea oportet, quòd ille superior huic quasi possessioni consensum & patientiam accomodasset diu, vel saltem aliquandiu, & per plures actus vel vices, arg. c. cum ecclesia Sutrina, & quæ ibi late habentur per Aegidium, perq; Imolam, Abb. & alios. Aliter enim in manu cuiusque subditorum esset in quasi possessione exemptionis proflire, & dicere superiori, simul ac istud ad aures tuas peruenit, ego cõpi constitui in quasi possessione exemptionis, & in ea

11
Præscribi potest
exemptio
de iure cano.
sine titulo.

12
Exemptionis
in possessione,
quando quis
esse videatur

sum tuendus, quod ridiculum foret. Quinimò à sua possessione iurisdictionis, quam superior ille in illum qui se exemptum dicebat habebat non aliter cecidisse videbitur, quàm si diu, sed saltem aliquo tempore iudicis arbitrio æstimando pateretur ac toleraret illum gerere se pro exempto. argu. text. in l. 1. C. de pat. potest. l. circa eum. ff. de probat. & quod in simili ex communi sententia resoluit Iaso. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 84. ff. de acquiren. poss. Ias. in l. 1. colum. fin. C. de serui. fugit. Gloss. Paul. & Alexand. in l. si de eo. §. 1. ff. de acquiren. possessione, & quod notat Glo. in l. 1. de patr. potesta. & plenè Barthol. in l. 1. c. hoc interdicto, & §. fin. ff. de itinere actûque priua. † Neque absimile est, quod etiam si princeps habeat fundatam intentionem de iure in re aut causa qua de agitur, & in qua aduersarius possessionem diutinam habebat, adhuc tamen non potest incipere à manus iniectioe, nec potest etiam ex priuilegio fiscali illum à sua diutina possessione deturbare, vt ex communi opinione resolunt Ias. in prælu. feudorum nu. 50. Idem Iaso. in l. 2. nu. 176. C. de iure emp. Bartol. post Bartho. de Barullo, quem ipse allegat in l. 1. C. de conductoribus prædiorum fiscalium, libro 10. per tex. ibi, qui benè probat hanc partem Couarru. variarum resolut. lib. 1. c. 16. num. 9. Ioan. de Plat. in d. l. 2. ff. de iure emp. Host. in c. dilectus. de offi. ord. & ibi Ioan. And. & Ant. de Butrio. colum. 1. num. 3. 2. notab. per text. ibi qui ait & etiam Hostiensis id notandum esse contra principes qui contra l. legi. C. de petiti. hæredi. volunt vt sibi titulus ostendatur ab eo qui est in possessione eius rei, vel iuris quo de agitur, nam contra ius esse ipsi contendunt, nec in fisco quicquam esse speciale, idem tenet Francisc. Cardinal. ibidem notabi. 4. & alij plures quos refert Ioannes Lup. in capit. per vestras, de donatio. inter virum & vxorem. 2. notab. versicu. sed pulchra. num. 47. sequitur nouissimè Petrus Artius ab Otalora senator regius dignissimus ingenio felix ac eruditione nobilitatus in suo tracta. nobilitatis Hispanicæ pagina 227. num. 7. alleg. Glof. in res quæ. ff. de iure fisci, & in l. fina. C. eo. titu. & in l. in litibus, vbi etiam Barth. C. de agricol. & censu. lib. 11. Guido Papæ quæstio. 366. per tex. in c. 1. si de feud. inuestitu. inter dominum & vassallum lis oritur, nam & fiscus ipse in re dubia vtitur iure communi † nisi peculiare priuilegium in re vel iure quo de agitur reperiatur habere, secundum eundem Artium, & Couarru. vbi supra Decius consilio quinto per totum. Idem Decius in l. ex testamento. C. vnde liberi. Alciatus lib. 4. paradoxorum c. 10. Andre. Tiraquel. de vtroque retract. Glo. 14. num. 93. Crotus in l. nemo potest. ff. de leg. 1. num. 18. & ibi Ioannes Annibal. num. 369. Decius in l. hac consultissima, per text. ibi. C. qui testamen. facere possunt. Iaso. in leg. sicut. numero decimo. C.

de testamen. mili. Fulgosius, & Paulus Castren. in d. l. hac consultissima, Francisc. Ripa. numero 52. in d. l. nemo potest, per textum in leg. 1. C. de petiti. hæredita. & in l. in fraudem. §. fin. ff. de mili. testamen. ibi, quia generalis erat illa determinatio, & licet Ioannes Lupi, vbi supra, & nonnulli eorum quos supra retulimus videantur hoc intelligere quando fiscus non habebat fundatam intentionem de iure in ea vel iure de quo agebatur, tamen ipsorum plerique hoc generaliter admittunt minimè distinguentes, quod tamen intelligendum est, dum modo ille qui in sua sese possessione tuendum esse contendebat, & contra quem princeps habebat suam intentionem fundatam de iure, re vera esset in possessione vel quasi possessione illius rei, vel iuris de quo agebatur, id quod non per vnicum actum aut per temporis momentum contingit, sed quando fuit in illa quasi possessione per tantum tempus quod sufficeret ad inducendum consuetudinem, vt videtur voluisse Antonius Butrius in d. c. dilectus, de officio ordinarij. 2. notab. vel si diu stetit in illa quasi possessione, vt probat d. l. prima. C. de patria potestate, verb. diu, vbi per Gloss. & Doctores, quod verbum demum post semestre tempus verificatur secundum Abbatem, numero 49. in fin. in cap. cum ecclesia Sutrina, de causa possessio. & proprietaria. per cap. 2. de concessione præben. definitio non tam lege præstituta est, quàm iudicis arbitrio relicta, vt per Glo. in l. 1. C. de seruis fugiti. vbi Iason columna fina. Idem numero octuagesimo quarto. in leg. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquire. possessione. Glof. Paulus Castren. Alex. & alij in leg. si de eo. §. primo. ff. eod. tit. per Aegidium Bellamer. Antoni. Butri. Imolam Panormit. & alios per text. in d. capit. cum Ecclesia Sutrina, de causa possessi. & proprietaria. itaque hoc vnum certum, fixum ac nemini suspectum esse debet, vt is qui est in possessione alicuius rei vel iuris, licet contra se sit fundata iuris intentio, sit in ea tuendus pendente super proprietate illius rei vel iuris licet mota licet per quanti temporis cursum vel per quod actus seu vices in tali quasi possessione constitutus videatur non satis certum sit, cum vt iam edocti sumus non tam id lege certa definitum quàm iudicis arbitrio relictum sit, cui varijs ex causis variè arbitrari liberum erit, quibus vt magis munita sint, iungenda sunt, quæ diximus supra in primo & secundo capitul. præceden.

Tenendo istam partem, tunc ad capit. ad decimas, de restitut. spolia. & ad cap. cum personæ, de priuileg. in sexto. versicul. quod si tales quæ faciunt in contrarium. respo. erit non procedere in eo qui erat in possessione legitima vel quasi possessione illius rei vel iuris quo de agebatur, sed tantum quando in tali possessione-

13
Astor fundas intentione de iure, non potest incipere ab executione, cum coi.

14
Fiscus regulariter utitur iure coi.

15
In possessione vel quasi quæto tempore quis constituitur, contra fundam de iure suam intentionem.

16
Intelle. ad decimas, de restitut. spolia.

17
Intelle. cum persona. §. 9. fiscales de præf. lib. 6.

possessione vel quasi re vera non erat, licet se esse iactaret, vel si erat vitiosa, erat illa possessio vel quasi ac illegitima, ut utrobique rectè intuenti satis probatur, præsertim in d. §. quod si tales, ibi, præscriptionisque probatione pendente, &c. legitima aut possessio vel quasi tunc de mum videtur etiam si cōtra possidentem, vel quasi sit fundata intentio iuris, vel sit iuris præsumptio quando talis possessor, vel quasi habebat titul. vel quando citra titu. cessante tamen mala fide diu vel tempore idoneo iudicis arbitrio litimando, fuit in illa possessione vel quasi, primùm probatur in dict. capit. cum personæ. dict. versicul. præscriptionisque, &c. alterū verò satis edocemur ex traditis superius, aliud est enim querere, an quis sit in ea possessione vel quasi, aliud verò querere per quantum tempus in ea constitutus videatur, ut si in ea legitimè constitutus sit procedat, quod diximus sin minus secus, in ea autem legitimè constitutus videtur, vel ex idoneo temporis cursu vel ex tituli interuentu. titulum autem accipere debemus non tantum qui ab eo qui potestatem concedendi haberet datus esset, tunc enim cum statim ius plenum acquisitum esset, res indubitata foret, sed etiam ille qui à non domino, vel ab eo qui potestatem concedendi non haberet, datus esset sine mala fide accipientis, & sine inculpato & supino iuris errore, quale esset cum procurator accipientis se ei titulum idoneum impetrasse mentitus fuit, vel etiam titulum ei tradidit falsum tamen, iuxta leg. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsucap. leg. quod vulgo. ff. pro empto. leg. pro legato. & leg. fina. cum Gloss. ff. pro legato. leg. fina. ff. pro suo. In his enim casibus ac speciebus, & similibus is qui talem titulum habebat, & eius causa seu occasione in tali possessione vel quasi constitui capisset, vel ea re seu iure uti capisset, vel statim vel longè breuiore tempore in ea possessione vel quasi legitimè constitutus videretur, quàm si nullum titulum haberet idoneum ad præscribendum, ut planè probatur in d. §. quod si tales, ut quantum ad hunc effectum, ut talis possessor, vel quasi tueatur in ea possessione, vel quasi talem titulum idoneum ad præscribendum habere, vel non habere, ideo interfit, quia illum habens longè breuius & facilius in ea possessione, vel quasi constituitur & tuetur, quàm si titulo careret, ac eam non haberet, sed tantum bonam fidem præsumptam seu veram.

18
Hidalguia,
vel nobilitas
in possess. qui
est an si in ei
de nobilitate
moneatur sit
in sua possess. tu
en dus.

Ex superioribus ¶ inferitur, an leges ac pragmaticæ huius regni quæ loquuntur in possessione, vel quasi possessione illius Hispaniæ nobilitatis quæ vulgo hidalgua vocatur, ita accipiendæ sint, & ad hanc interpretationem accommodandæ, ut si is qui se nobilem (ac hidalgū) dicit, sit in possessione, vel quasi huius nobilitatis constitutus, altero ex his duo-

bus modis proximè relatis, scilicet vel per titulum à non habente potestatem concedendi habitum cessante tamen mala fide, vel per legitimam quasi possessionem temporis idonei, si inquam is à populis vel fiscali sit capris pignoribus exactus seu collectatus ac matriculæ adscriptus (quod Hispaniæ) ser emuadronado y prendado (dicitur) & super proprietate huius nobilitatis seu hidalgui lis agatur, an in retea in sua quasi possessione nobilitatis tuendus sit, & vsibus forensibus per totam ferè Hispaniam obtinuit tuendum non esse, sed pendente lite collectandum esse, ut testantur Arcius ab Orolora, vbi supra & Ioannes Lupi, vbi supra & nos sæpissimè vidimus, & idem testatur episcopus Couarru. libro primo. variarum resol. capit. decimosexto. numero vndecimo. ¶ huiusque practicæ occasio profecta est à lege 6. titulo de los fidalgos. libro quarto. ordinamen. cuius verba ita habent, y mandamos que todos los otros pechen y paguen no enbargante que traigan pleitos pendientes ante los del nuestro, conseio o ante los oydores de la nuestra audiencia o ante otros quales quier iuezes no enbargante que digan questan en possession de hijos dalgo, ca nuestra mercedes questos tales pechen, hasta que sean dados por hijos dalgo por sententia en nuestra corte segun el tenor y forma de la dicha ley, pero si en la ciudad villa, o lugar donde aora mora este que se dice hijo dalgo que aora nueua mente es de mandado por el conceio que peche si su abuelo o su padre moraron en el lugar donde es aora la contienda o ay cerca en la comarca y nunca pecharon por dezir que eran hijos dalgo y tan poco a pecho este su hijo o nieto de nuestra mercede es. que en tal caso este no peche. saluo si fama es que su padre o abuelo no eran hijos dalgo o no dyaro de pagar por hijos dalgo, sino por ser acostados de algū cauallero o de escudero o de algū monasterio iglesia o por otra razon alguna no pecha seam mas no por ser hijos dalgo, & ¶ cum eadem lege concordat formaliter pragmat. regis Henrici 3. quæ Tauri condita fuit octauo die Augusti anno 1488. & eadem postea confirmata fuit in oppido quod Tordesillas nuncupatur 15. die Aprilis anno 1403. itaque postquam dictæ leges definierunt illam nobilitatem seu immunitatem seruandam esse illis qui per sententiam fuerunt nobiles seu hidalgui declarati. & illis qui tali immunitate tanquam notoriè nobiles gaudebant, quod eadem leges intellexerunt non solum in proprietate, sed etiam in possessione, ut etiam tales nobiles his duobus casibus in sua quasi possessione immunitatis tuendi essent, ut patet ex illis verbis earum legum: E si despues de la tal sententia stubieron restan en possession de fidalgos, que astos tales sea guardada su franquasqua e libertad, postquam inquam dictis

19
Intel. 6. si. de
los Hidalgos
li. 4. or.

20
Intel. prag.
regis Henrici
3. prag. anni
1403.

dictis legibus hoc sic definierunt, excipiunt vt reliqui vectigalium præstationi sint obnoxij, sicq; ea immunitate desinant gaudere, etiam si dicant seque nobiles seu hidalgos iactent, & hucusq; bene probatur dicta practica non que iniuria deduceretur ab illis legibus, nisi in iisdem statim subsequerentur illa verba (pero sien la ciudad, &c.) quorum verborum sensus est, quod licet omnes illi qui non sunt per declarationem sententiæ, vel notorietatem indubitater nobiles teneantur (etiam si se nobiles esse dicant, & hac de re lis pendeat) subire onera vectigalia tamen si ipsi qui se nobiles dicunt esse & ipsorum patres & au in eodem oppido, vbi quæstio vertitur, vel etiam in alio conuicino, vel non multum distante fuerunt quasi titulo, & causa nobilitatis in quasi possessione exemptionis, sicque talia onera non subibant tuendi sunt quasi possessione, non secus, quam illi qui per sententiæ declarationem, vel etiam notorietatem nobiles erant & reputabantur, ita expressum est in dictis legibus, & hi omnes tres casus vt verificentur necesse est, vt probatio in continenti si offeratur, & detur ab eo qui se exemptum dicit admittatur, & in terea contra suam quasi possessionem munera, vectigalia, seu graria subire non cogatur. Aliter enim itum apertè esset contra mentem, & verba dictarum legum, nam & is qui est in tali possessione etiam aduersum eum qui fundatam habebat intentionem de iure est in ea tuendus prætextu notorietatis vel sententiæ, vt docet eleganter Ioa. Faber in §. retinendæ. In situ. de interd. colum. na penult. & fin. cum quo diximus supra esse communem opinionem.

Vnde cum in dictis legibus sint isti tres casus æquiparati, quod pro eo sit sententia, vel quod sit notorietas, vel quod ipse, & pater & auus essent in eodem loco vbi quæstio erat, vel alio non multum distante in tali quasi possessione exemptionis. sequitur quod vt sententia vel notorietas, ita quoque illa quasi possessio efficiet, vt ingressus collectadi, & munera, vectigalia & graria subeundus cesset, & impediat, si hac de re probatio huius rei offeratur.

† Idemque erit iure nouo, etiam si ea quasi possessio per solos annos 20. probetur, vt in pragma. regis. Ioannis secundi, data in Legionensi ciuitate in volumine prag. fol. 172. cū qua conc. pragma. regis Ferdinandi catholici cognomine data Cordube, quæ collocata est eodem volumi. fol. 176. quæ quidem leges arbitratae sunt per 20. annos diu in tali quasi possessione sterisse videri, idque ad tuitionem qua de agimus sufficere alludentes ad dict. l. 1. C. de pat. pote. cum supradictis, & quod dictis legibus aiunt id procedere quando is in sua exemptionis nobilitate turbabatur in eodem oppido vbi ea potiebatur, vel in alio non multum distante, nulla alia ratione dici potuit, nisi quod longè æquius est talem quasi possessio-

nis probationem ibi admitti, quam in oppidis remotioribus, quia ibi & breuius ea probatio in continenti haberi poterit, & certior sanè erit † quia ex longinquis regionibus fides incertior plerunque est, argu. l. peregrè, & quæ ibi traduntur. ff. de acquir. poss. sic accidit illi qui asserit in alia prouincia accepisse libertatem, & dato sibi termino ad hoc probandū, nullo modo probat. §. si vero in alia prouincia. in authen. de testibus. colum. 7. & ex longè latèque diffuso tractatu terrarum commeantium nunciorum impeditur celeritas, & sæpe in relatione gestorum oritur varietas. capit. cum longè. 61. dist. & rei veritas non nunquam mutatione prouinciæ obscuratur. §. 1. 93. dist. & aliqui inuadunt res ecclesiæ dicentes sibi à principe remote concessum, & cum de hoc quæritur, apparet veritas in contrarium. ca. de rebus, duodecima quæst. 2. & multoties dicunt litigantes se habere testes extra prouinciam, causa differendi, cum non habeant. cap. statutum, & ibi Glof. in §. penult. de resc. lib. 6. hinc non creditur transmarinis asserentibus se esse clericos nisi probent se legitime ordinatos. ca. 1. de clem. pereg. nec illi creditur asserenti cum mandatis principis venire. l. 8. de mand. prin. & ex longinquo venientes turpi colludio nūciant falsè læticiam dicentes quod bella deferunt, & victoriæ oriuntur vt quærant ex miseris precia gaudij. C. de publi. læt. nuncia. libr. 12. l. vnica. Idem & dicitur in illis qui cum ad hostes transfugerunt reuersi dicunt quod cognoscunt multos latrones, & quod monstrabunt multos transfugas, quia non creditur eis. l. non omnes. §. fin. ff. de rei mili. & illi qui ad mortem damnatus causa differendi supplicium petit se ad regem mitti dicendo se habere quod principi consulat salutis ipsius causa. l. si quis fortè. ff. de pœn.

Item vxori cuius maritus est in longinquo, nam non debet credere statim eius mortem. capit. in præsentia, de probat. in authen. vt lic. mat. & auiz. §. quod autem. colla. 8. l. vxor. C. de repud. & in authen. hodie, eodem titulo. cap. 1. 24. quæstione 2. l. nec non. C. de capi. sicque dictæ pragmaticæ idèd se restringunt ad eundem populum vel contiguum seu parum distantem, quod ea res plerunque populis longè distantibus nota esse non solet.

Denique † cum nulla alia ratio, quam superior reddi hac in re probabiliter ac verosimiliter possit, vti pro expressa ac nominata haberi debeat, certum est. Glo. communiter approbata in leg. quamuis. C. de fidei. vbi per la. son. post alios, & per eundem in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. per Andr. Tiraquell. de reuo. dona. verbo, libertis. num. 64. per eundem, de retract. §. 9. Vnde cum certioris, & breuioris probationis habendæ causa statutum per illas leges intelligatur, vt ea probatio quasi possessionis in eodem tantum oppido vbi lis agebatur, vel in alio non multum remoto admitta-

Fides incertior est in his que ex remotis regionibus referuntur.

Intell. prag. Legionensis & prag. regis Ferdinandi.

Lex disponit aliquid gratiam certitudinis, vel probationi nunquam intelligitur disponere formaliter

admittatur, non sic in alijs longè remotiori-
bus superest, vt si ex alio oppido etiam remo-
tiori æquè certa aut fortè certior, & æquè bre-
uis aut etiam breuior ac certior probatio ha-
beretur admittenda esset, cum leges, quæ ali-
quam rem aut qualitatem probationis ac cer-
titudinis causa tantùm desiderant, nunquam
aut raro intelligantur formaliter, arg. l. primæ
§. fina. ff. de dote prælegat. leg. 1. vbi optimus
text. & ibi Iason & Alexand. columna secun-
da, post alios. ff. de liberis, & posthumis. leg.
certum. ff. si certum peti. licet in contrarium
faciat, quia quando lex est generalis, tunc eti-
am si eius ratio cesset in indiuiduo, vel in par-
ticulari, adhuc tamen lex nõ intelligitur ces-
sare. l. 1. §. causa. ff. de ædil. edic. leg. 1. ad fin.
ff. de minorib. l. prospexit. ff. qui & à quibus.
tradunt Andr. Tiraque. de causa cessante part.
2. limitatio. 3. Aret. in l. 2. col. 5. Et ff. de vulgar.
cogita tamen circa hoc vltimum, quia non
firmo.

Sed dum Ioann. Lupi, & Couarr. vbi supra
sentiant dict. tres leges regni iuri communi
vel consonare vel proximè accedere, quod &
firmat dict. Ioannes Artius, vbi supra, id nobis
quoque placet. dum autem per eas perque ius
commune ipsi intelligunt, vt is qui in ea no-
bilitatis exemptionisquæ quasi possessione
diu & absq; vitio erat, si ei super eadem nobi-
litate à fisco vel populo vbi degebat lis moue-
retur, non esset tuendus lite pendente, sed
quod posset turbari in sua quasi possessione
vel etiam omnino deijci id (& si agnoscamus
vñibus forensibus receptum esse) tamen longè
alienū à mente & sensu tā iuris cōmunis quā
regij nobis videtur, & satis perniciosum ac ca-
lamitosum, nam & si maximè quis per senten-
tiam esset hidalgus, aut exemptus declaratus,
rursus ac rursus posset à populis turbari à suo
iure nobilitatis per pignorum captionem, &
per matriculæ inscriptionem, perque mune-
rum, vectigalium ac xrariorum exactiōem,
& cum se nobilem allegaret per sententiam,
ostenderetque sententiam (quam executo-
riam nuncupamus,) eam falsam, aut minus
authenticam seu publicam, & fide dignam
posset populus causari, interimque ille pate-
retur molestiam, & postquam lis hac de re fi-
nita esset, rursus ac rursus hidalgus seu nobi-
lis ille in eadem lite & veluti laqueum reci-
deret, quoties populus eandem molestiam ei
vellet inferre, quod quā longè à nostri regij,
& etiam iuris communis sententia declinet
evidentius est, quā longa contentione ege-
at, probatque prag. regis Ioannis 2. 189.
in ordine fol. 172. condita ciuitate Legio-
nensi ibi e agora sated. &c. dum ait, sibi studio
esse huiusmodi nobilitatem fauore prosequi,
augereque, &c. quid enim si nobilis notoriè,
vel per sententiam eam in archa non habe-
bat, sed remotiore in loco, quid si custodiæ
causā apud fidum amicum qui longè aberat,

certè in his speciebus, & similibus Interea mo-
lestiam secundum supra dictos pateretur
longè præter mentem iuris communis & re-
gij.

Denique cum populus ipse prouocat ad li-
tem eum nobilem, qui ibidem degebat atque
erat iam diu in quasi possessione exemptionis
& in ipso litis ingressu, vel etiam ante eum,
vel à sua possessione deiecit, vel turbauit ca-
ptis pignoribus, eumq; in matricula plebeio-
rum inscribendo, non dubium est, quin vim
fecisse, atque iniuriam intulisse videatur, iux-
ta l. vim facit. ff. quod met. caus. nam & si po-
pulus ille vel fiscus fundatam habeant inten-
tionem de iure contra illum nobilem, tamen
cum ille sciente & patiente populo diu fo-
re in ea quasi possessione exemptionis, licet
contra se haberet præsumptionem & funda-
mentum iuris, ab ipsomet populo minimè
potuit turbari, quia licet regulariter (vt qui-
dam putant) talis quasi possessio eo ipso
quod est contra præsumptionem & funda-
mentum iuris vitiosa præsumatur, tamen id
vitium purgatur per ipsius populi scientiam,
patientiam, & tolerantiam longam, quæ facit
vt iam illius quasi possessio iuxta, legitima, &
omnis vitij expers intelligatur, & ita limita-
tur dict. capitul. ad decimas. restitu. spol. li-
bro sexto. & dict. cap. cum personz, de pri-
uileg. eodem libro, vt supra capit. incip. an-
nuz, docemur ex communi resolutione quod
no. quia id nostri maiores non satis percepisse
videntur. Ideoque vñibus forensibus non
raro obtinuit contrarium, vt & sentit, vbi
supra, dict. Ioannes Artius, sed nostra senten-
tia & iure communi indubitanter verior est,
& à iure regio non destituta, quinimodò eam
probat dict. l. sexto. titulo de los fidalgos, libro
quarto ordinamen. & dict. prag. data, en
leon y la dada en tordesillas, dū volunt quod
ea quasi possessio per annos 20. continuata
seruetur & tueatur in oppido illo vbi nobilis
ille degebat, quasi populus ille per tam lon-
gam patientiam sibi præiudicasset & quasi
possessionem illius iustificasset.

Neque ad rem pertinuit textus in leg.
vnica. iuncta Gloss. C. de reis postularis, li-
bro decimo. qui in contrariam nostræ sen-
tentiam adducitur per Ioannem Lupi in rep.
capitul. per vestras, secundo not. versicul. sed
pulchra, numero 46. de dona. inter virum &
vxorem. & per Ioannem Artium in suo tracta.
Hispa. nobili. pag. 228. & per Couarr. vbi su-
pra, quia text. ille cum sua Gloss. sufficienter
probat nostram sententiam, tantùm abest, vt
contrariam tueatur, aitenim, reum postula-
tum seu accusatum ad nouam dignitatem
promouendum non esse, pristina tamen di-
gnitate negat enudandum esse aut priuan-
dum. sic ergo & in specie nostra cum no-
ster nobilis de sua quasi possessione no-
bilitatis tuenda & conseruanda, non etiam
de no-

23
Legi ratione
cessante in
particulari
an cesset ipsa
lex.

de noua dignitate assequenda egerit, audiendus est, inque eo statu tuendus.

24
Hidalgus vel nobilis lite pendente, an ad munera nobilium possit eligi.

Vnde quæri solet † si ei qui in ea exemptio nis ac nobilitatis quasi possessione erat, lis mota fuerit super nobilitatis proprietate, & nec etiam in possessorio vlla sententia lata fuerit, an interea is possit obtinere eos honores ac munera quæ ex lege vel consuetudine ad nobiles tantum, non etiam ad plebeios pertinebant, (idque retenta opinione eorum qui contendunt lite pendente, eum ab illa quasi possessione nobilitatis enudandum) & hac in re Co tarru. d. l. lib. 1. resol. c. 16. nume. 11. tenent lite tali pendente admittendum non esse ad tales honores, licet fateatur non quoque esse priuandum ea dignitate & honore, quem iam obtinebat tempore litis motæ, mouetur, quia accusatus de crimine iure tam Canonico quam Ciuili ad nouos honores ac dignitates promo ueri non debet. l. reus delatus. ff. de muneribus & honoribus. l. si ut proponis. C. quando prouocare non est necesse. ca. omnipotens, de accus. l. qui status. ff. de re mili. l. qui de libertate. ff. de liber. cau. † quia accusatione ineunte onerata est opinio accusati, sicque affecta in famia facti. Glof. & Doctores in dict. cap. omnipotens. Gloss. in cap. fin. de testibus. Gloss. & communiter Doctores in l. quia à latronibus. §. 1. ff. de testamen. vbi Aretinus, Paulus & alij post Bartholum, & alios leg. 2. vbi Ioannes de Platea. C. de digni. libro 10. l. 1. vbi per Gloss. & Doct. C. de reis post. eodem lib. † & tamen talis reus postulatus ineunte accusatione non enudatur ea dignitate ac honore quem obtinebat tempore institutæ accusationis, vt tenet Gloss. & communiter Doctores in dict. l. vnic. C. de reis postu. libr. 10. per l. libertus. §. in quæ stionibus. ff. ad municip. & tradunt Doctores in locis supra citatis. Sic ergo & in specie nostra per interuentum inquit huius litis de proprietate nobilitatis, licet honores tunc obtenti non euanescent, tamen denuo in nouis honoribus, ac dignitatibus inuestiendus ac detorandus non est.

25
Accusatione pendente oneratur fama accusati.

26
Accusatione pendente non enudatur accusatus sua dignitate.

Quid dicendum? & quidem cum (vt ex superioribus docemur) is qui in nobilitatis quasi possessione longzua est, absque vitio in ea tuendus sit quamdiu lis durat, non video cur nouorum honorum expers censeatur præsertim cum ex integro eum habendum esse pro nobili, d. l. 6. titu. de los fidalgos. lib. quarto. ordinamen. interea voluerit, & etiam dict. l. regis Henrici. aliter enim liberum esset cuique talem litem mouendo huic nobilitatis possessioni damnum grande inferre, quod in ciuile esset, diuersum est in accusato de crimine, cuius nomen inter reos receptum est ob infamiam facti, vt de se patet, pro nobis text. in capit. primo. vt lite pendente, & alia iura quæ aiunt non solum lite tantum mota, sed etiam sententia condemnatoria per interuentum appellationis suspensa reum postulatum su-

um statum illæsum seruare. dict. l. quæ à latronibus. l. eius. §. fina. ff. de testamen. lason in l. 1. colum. 3. ff. de re iudi. Abb. num. 14. in c. sæpe, de appell.

Denique si † existenti in longa quasi possessione nobilitatis sciente, & patiente populo, populus ipse inferat litem super proprietate nobilitatis, eumque nobilem turbet ac spoliet, puta captis pignoribus atque distractis ad munera plebeiorum subeunda, & post litem contestatam nobilis ille velit possessorium mouere, & petitorium suspendere, dicens sese in sua quasi possessione turbatum aut spoliatum, an audiendus sit, mouet quæ stionem, quod sibi impurare ille debet, quod cum initio possessorium posset suscipere, petitorium admisit. cap. 1. de restit. spolia. præsertim cum talis exceptio spolij videatur dilatoria, quæ ante litem contestatam non etiam post proponi deberet. leg. ita demum. C. de procurato. l. fina. C. de exceptio. cap. inter monasterium, de re iudica. & quod hoc casu petitorium possessorio sic intentio non possit suspendi, tenuerunt Barthol. in l. naturaliter. §. nihil commune, in quarta combinatione numero 23. ff. de acquiren. possessio. cuius opinionem sequitur, & dicit esse communem Ripa ibi numero 161. sequitur, & dicit communem opinionem Corasius ibi numero trigesimalotertio. Specul. titu. de possess. & peti. §. sciendum. versicul. sed pone. Antonius in ca. cum dilectus. columna decima. supra allegat. Cardinal. & Imolen. in clementi. vnic. de cau. possession. & proprieta. Rota eo. titulo, decisione 4. Aul. consi. 277. quia per primum. lib. primo. Innocen. & Abb. in capitul. ex consuetudine de restit. spol. Alexand. Sozin. & Iaf. numero 137. in d. §. nihil commune. vbi Aret. num. 16. & Claudius nu. 55. licet Iaso. vbi supra qui hanc dicit communem opinionem in contrariam inclinēt.

Contrariam partem, vt hoc casu possit per interuentum possessorij suspendi petitorium tenent Paulus Castren. & Iaf. num. 138. & Cumanus & Sozin. colum. fin. in d. §. nihil commune, & in hanc partem magis inclināt de ciso Rotæ, vbi supra, & Pau. de Eleazar. & Io. de Lani. Innocentius & Panormita. vbi supra in hanc quoque partem quodammodo declinare videntur, & Vincentius de Hercula, nu. 108. in d. §. nihil commune, & hanc firmat esse magis communem opinionem Canonistarum Ripa, vbi supra, vbi etiam Corasius num. 33. Idem sentit sub quadam tamen distinctione Abb. in c. pastoralis. nu. 34. de caus. possessio. quod & sentit Pau. in d. consi. 277. mouentur hanc partem tenentes per Clement. vnic. de caus. possessio. in §. si. que nominatim hanc probat sententiam, sed tenentes contrariam respondēt illud esse speciale in causis tantum beneficialibus, regulariter contra iure tam Canonico, quam ciuili.

27
Petitorij suspendere et ad possessorium redire an liceat post litem contestatam.

Quid

Quid dicendum? & quidem ibi est tex. minime subterfugiendus, præsertim cum ibi sit illa ratio expressa, & in spoliantis odiū suspendere petitorius, quæ quidem ratio ibi expressa generalis est in omni spolio, sicque utroque iure procedere debet, & in omni spoliatione, quia quando ratio est expressa in lege, habetur pro ipsamet lege, adeo ut legis decisio loco exempli habeatur, sicque non arctet regulam, id est, illam rationem generalem, quæ pro regula habenda est, ut est vera & communis opinio, quam tenent Glo. in Clemen. 1. de electio. verb. eligatur. glo. in auth. de hære. & Falcid. quam dicit singularem. Bald. in l. fina. ff. de hæredibus instit. Idem Baldus in l. fina. C. de liberis præter. Ias. in l. de quibus. ff. de legibus. num. 14. Ias. in l. fin. C. de pact. num. 12. Idem Iaso. per tex. ibi in l. humanitatis. nu. 7. Idem Ias. post Paulum Castr. in l. quamuis. C. de fideicom. Idem Ias. nu. 12. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. oblig. Idem Iaso. in auth. quas actiones. numero 22. C. de sacrosanct. eccle. Natan. num. 32. in cap. quamuis pactum, de pactis. lib. 6. Purpuratus nu. 23. Curt. Iun. nu. 9. Dec. nu. 15. in l. fin. C. de pact. Alex. nu. 5. Corn. n. 15. in d. l. humanitatis. Ias. in l. transigere. nu. 15. C. de transact. Rip. n. 50. & Annibal. num. 349. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. Crotus in leg. si constante. in 7. quæstio. Bar. lectu. 2. ff. sol. matri. Cuma. in l. cum mulier. §. 1. ff. sol. mat.

28

*Im utrunque
quasi societas
sem coisse vis
desur.*

Præterea ius canonicum & ciuile in vnam veluti societatem & consonantiam coierunt regulariter, ut quod in alterutro horum iurium expressim decisum sit, in altero quoque & decisum esse intelligatur, & seruandum sit. cap. 1. & 2. cum utrobique notatis per gloss. & docto. de noui ope. nuncia. vnde cum id iure canonico nominatim decisum sit, nec iure ciuili contrarium decisum expressim reperiatur, utroque iure id decisum & seruandum videbitur. Quod si dixeris, quæ nam utilitas erit per interuentum huius possessorij lite iam contestata super petitorio emerit petitorium superfedere, cum possit utrunque pariter ac simul agitari, respōdeam, quia, ut Horatius ait, Qui binos lepores vna sectatur in hora, Altero quandoque, quandoque carebit utroque, Et pluribus intentus minor est ad singula sensus. sicque longè utilius ac commodius possessorium per se, quàm simul cum petitorio ille prosequetur, & dum dicitur hanc exceptionem videri dilatoriam negatur, vel si agnoscat, dicemus hoc in casu degenerare, proponi que posse in odium spoliantis, etiam post litē contestatam, præsertim cum videatur habere causam successiuam, quo casu potest etiam post conclusionem in causa proponi, secundum Bal. Ang. Alex. & alios in l. 1. per tex. ibi. ff. de fer.

SUMMARIUM.

- 1 Possessorio remedio agenti potest opponi exceptio de dominio in continenti probando.
- 2 Possessorio recuperanda non potest obijci exceptio de dominio in continenti probando.
- 3 Possessorio retinenda an obijci possit exceptio de dominio in continenti probando, dubia pugna.
- 4 Possessorio recuperanda an obijci possit exceptio de sententia lata inter easdem partes, dubia pugna.
- 5 Possessorio recuperanda non magis opponi potest exceptio sententia lata inter easdem partes, quàm exceptio cuiusque alterius causa legitima inter easdem partes habita contra communem opinionem.

CAPVT LXXXVIII.



UPERIORIBVS sequens quæstio proxima est † agenti remedio possessorio an obijci possit exceptio de dominio in continenti probando, dubium est, mouet quæstionem, quod aliud est proprietas, aliud est possessio, quinimò nihil commune habent. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poss. l. si quis vi. §. differentia. eo. tit. adhuc tamen obtinuit talem exceptionem posse opponi. Ita tenent glo. in l. ille à quo. §. si de testamento. in verbo, verba. ad l. si. ff. ad Trebell. glo. Bald. Paulus, & alij communiter in l. secunda. C. de edict. diui Adria. toll. glo. in l. 1. in glo. 2. C. de ordi. iudi. vbi per Docto. glo. & communiter Doctores in l. si quis conductionis. C. locati. glo. in l. in condemnatione. §. si. ff. de regu. iur. glo. in l. dolo. ff. de doli exceptio. gl. & communiter Doctores in cap. dolo, de regu. iur. in sexto. † Quod procedit in interdicto, & remedio adipiscendæ possessionis, non sic in interdicto recuperandæ, ut tradunt communiter Doctores in l. si de vi. ff. de iud. præsertim Iacobinus num. 7. & rursus num. 11. Raynerius & Bartolus col. 2. in d. §. nihil commune. Ioannes de Imola in cap. 1. col. fin. de restitutio. spoliato. Hostiensis & Ioannes Andr. in cap. pastoralis, & in cap. cum dilectus, de causa possessio. & propr. Angelus, Imola, Paulus Castren. Cumanus in d. §. nihil commune. & est communis opinio secundum Iacobinum, vbi supra, num. 10. contra glo. ibi. & ibi etiam Paulus, Franciscus de Ripa, in d. §. nihil commune. num. 52. Felynus qui plures allegat in cap. fina. de lib. oblati. Ias. in d. §. nihil commune. num. 43. cum plur. præc. & seq. qui hanc dicit communem opinionem. Imo. & Alex. num. 16. & num. 12. ibidem, qui hanc firmiter communem opinionem. Imo. in l. si de eo. §. si. ff. de acqui. poss. Greg. Lupus in l. 27. titu. 2. parte 3.

1
Possessorio remedio agenti potest opponi exceptio de dominio in continenti probando, cum communi.

2
Possessorio recuperandæ non potest obijci exceptio de dominio in continenti probando.

Non † quoque procedit in interdicto retinendæ possessionis, nam & in eodem non ad-

q mitti-

3
Possessorio recuperanda an obijci possit exceptio de dominio in continenti probando, dubia pugna.

mittitur exceptio dominio in continenti probando. hæc est cōmunis opinio, quam tenent glo. in l. si de eo. §. fin. ff. de acquir. poss. quam sequitur ibi Imola post Bart. & ait alibi non esse, sequitur, & dicit esse cōmunem opinionem. Rip. in d. §. nihil cōmune. nu. 98. & las. num. 43. & Alexan. num. 12. & num. 16. Greg. Lupus in l. 27. titu. 2. part. 3. verb. quele entregasse, & hanc firmant esse communem opinionem. Rip. lason, vbi suprā, quam sequitur, & communem appellat Iacobinus de sancto Georgio, in d. l. si de vi. num. 10. & nu. 7. quam etiam sequitur Pau. ibi, & Abbas Panormitanus in c. in literis, de rest. spoliato. Baldus in l. incerti. col. 7. C. de interdicitis. idem Baldus in leg. post sententiam. C. de senten. col. 2. Sozin. in d. §. nihil commune. col. 4. Ange. in §. quadrupli. Instit. de actio. Bart. in d. l. si de eo. Idem in d. l. si de vi, sequitur, & dicit esse communem opinionem Aretin. in d. l. si de eo. §. si. qui omnes hoc tenent pro indubitato, quādo probatio dominij non esset oblata in continenti, quod & firmat Alexan. conf. 45. ad fi. lib. 3. visā facti narratione. Idem Alexan. conf. 87. quoniam omne datū. col. 3. lib. 5. Comes conf. 227. viso. lib. 3. Et licet ista sit receptior opinio, tamen quando in continenti offertur probatio dominij, contrarium tenent glo. in d. l. si de vi, quam sequi videtur Cynus & Bald. in d. l. incerti. Cynus in dict. l. 2. C. de edict. diui Adria. Ange. in l. dolo. ff. de doli except. Bartol. sibi contrarius in l. si coloni. C. de agricolis & censib. lib. 11. Dynus in c. qui ad agendum, de reg. iuris, lib. 6. Antonius in d. cap. in literis, & alij plures, quos refert Ripa vbi suprā. num. 98. exceptio tamen de dominio probato in continenti per sententiam latam inter easdem partes bene admittitur etiam contra agentem interdicto recuperandæ, secundum communem opinionem, de qua per Ripam in d. num. 98. & per lason. in dict. §. nihil commune. num. 43. & per Alexan. ibi num. 12. qui hanc firmat cōmunem opinionem, quod & firmant Ripa & lason ibid. & alij plures, quos suprā retulimus.

Sicque sunt quatuor cōmunes conclusiones, Prima, quod agēti remedio adipiscendæ obstat exceptio de dominio in continenti probando. Secunda quod non obstat agēti remedio recuperandæ. Tertia, quod non obstat etiam agenti remedio retinendæ. Quarta, quod agenti remedio recuperandæ obstat talis exceptio in continenti probanda per sententiam latam inter easdem partes super eadem re.

Sed quænam est ratio differentie inter titulum sententiæ in cōtinenti monstratū, qui opponi potest agenti interdicto recuperandæ vel retinendæ, vel titulum alium etiam in continenti ostensum, qui opponi non potest agenti retinendæ, vel recuperandæ remedio secundū cōmunes opiniones, respondēt Doct. cōmuniter, quod si prius spoliaui te, deinde

tu vltro iudicium proprietatis mecum aggressus es, perq; sententiā victus fuisti, si rursus agas recuperandæ, vel retinendæ remedio æquissimè obijciā dolo, turpiterq; te agere, dum petis, q; statim restitutus es. l. dolo. ff. de doli excep. cap. dolo, de reg. iur. in 6. non sic, si ego opponā de dominio in continenti probando per aliū modū, quā per sententiā inter te, & me latā, quia cū tu possis probabiliter ignorare, an ego essem dominus nec ne, iustissimè peteres rem tuā tibi restitui, nec te rebus tuis nudatum spectare debere spaciosam dominij probationem, eademq; incertam, aut forte falsam, & suspectam, est enim difficillima & spaciosa domini probatio, vt not. per gl. & Doct. in l. siue possidetis. C. de probatio. l. is, qui destinavit. ff. de rei vindicatio. l. 27. titu. 2. par. 3. Sed isthæc iniquitas cessat, cū vis in continenti ostendere sententiā latam inter te, & me, quam ignorare non posses. Præterea illa violentiæ iniuria, quæ tibi intuli, dum te spoliaui, quasi purgari videretur per tuam remissionem, vel dissimulationem, argumen. §. si. Instit. de iniur. l. filio, quem pater. ff. de liber. & posthum. cum ibi latè traditis per Aret. Alex. las. & alios l. non putauit. §. si quis emancipatum. ff. de contra tabulas, nec dubium est, quin quasi dissimulasse, ac missam fecisse videar illam iniuriam mihi illatam per iudicium de proprietate postea vltro acceptā etiam, quod ad hunc effectum, vt amplius nequeam redire ad iudiciū possessorium, argumento cap. 1. & cap. 2. de restitu. spoliatorum, vt tradit plenè Ripa numero 72. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. possessio. & ibi lason numero 46. in fin.

Quid dicendum? & mihi quidē isthæc differentia quam faciunt Doct. communiter in locis suprā citatis inter titulum sententiæ in continenti ostensum, & alios titulos in continenti ostensos semper suspecta visā est, nam reuera data paritate terminorum vtroque eadem ratio est † nam si prius te spoliaui deinde abs te emi, vel donationis, aut dotis nomine eandem rem accepi, si postea tanquam spoliatus eandem rem à me repetere velis, æquissimè obijciā dominij exceptionem in continenti probandam per titulum habitum abstemer etiam post spoliū commissum, per cuius tituli interuentum vitium spolij præcedens fuit purgatum, argumento d. §. fin. Instit. de iniuri. iuncto d. c. 1. de resti. spoliato. & in cap. accepta. de resti. spolia. nisi vis saltem causatiua argueretur, argumento c. 2. de restitutio. spolia. itaque cum spoliato præcessit, & postea acceptum & finitum est iudiciū de proprietate, vel alius titulus ab ipso met spoliato datus fuit spoliatori, æquissimè cessabit restitutio vtroque, & sic nulla hoc casu est differentia data paritate terminorum inter titulum sententiæ & alium titulum ab ipso spoliatori concessum, verū ex contrario si in

5
Possessorio recuperanda non magis opponi potest exceptio sententiæ late inter easdem partes, quā exceptio cuiusq; alterius cause legitime inter easdem partes habitæ contra cōmunes opin.

4
Possessorio recuperanda an obijciatur exceptio de sententiā lata inter easdem partes, ar. 9.

Iudicio proprietatis te superavi, & cum postea possideres, te spoliavi vel turbavi, iuxta l. vim facit. ff. de vi & vi arma. & tibi petenti restitutionem obijciā de dominio in continēti probando per sententiam etiam inter te et me latam, non sum audiendus, nec restitutio tardanda est, quia possibile fuit quod postquam te superavi in iudicio de proprietate, rursus tibi met eandem rem concessissem, vel alio legitimo modo ad te iure domini remigrasset, ut in specie tenent Franciscus de Ripa in d. §. nihil commune. num. 44. post Alex. nume. 12. cum seq. & ait ibi Ripa ita tenere modernos, & ita fuisse de mente Glo. ibi, & expressim tenet Glof. in d. ca. accepta. verbo, quia non est verisimile, in fi. Id quod similiter contingeret si ageretur de dominio in cotinenti probando per alium modū quā per sententiam, ergo longē magis placere debet opinio. Raynerij & Bartho. in dic. §. nihil commune. col. 2. ad fi. & Iacob. de S. Georgio in d. l. si de vi. num. 7. cum seq. & aliorū quos suprà retulimus & rectē nō distinguunt inter titulum sententiz & alios titulos quā op. communis suprà relata quz nullo iusto colore eā differentiam facit, cū in eo tantū vim facere deberet, ut rūt. siue sententiz siue alius post spoliū spoliatori ab ipso met spoliato datus fuisset aut accessisset, an verò ante spolium, ut si ante spolium nō retardetur restitutio siue titulus sit sententiz siue alius, sin autem post spolium tunc restitutio cesset siue titul. sententiz accesserit siue alius, ut d. c. 2. & 3. de resti. spolia.

SUMMARIUM.

- 1 Decima quo iure debeantur, ardua q.
- 2 Decimas quando eas laici habebant an alienare possint, ardua questio.
- 3 Decima prescribi possunt à laico contra laicum, cum communi opinione.
- 4 Decimarum possessione laicus spoliatus an sit restituendus.
- 5 Decimarum possessione si laicus à laico spoliatur restituendus est, cum multis contra multos.
- 6 Decimas an laicus possit prescribere, ardu. q. Intellectus l. 1. §. per seruum qui in fuga. ff. de acquir. possess.
- 7 Decimas an possit laicus prescribere tempore immemoriali.
- 8 Decima consuetudine an tolli possint vel minui, ardua questio.
- 9 Consuetudo eximens laicos ab decimarum prestatione an sit tolerabilis.
- 10 Decimarum praestandarum libertas quo tempore prescribitur.
- 11 Decimarum praestandarum liberi & exempti quare esse intelligantur nonnulli Monachorum.
- 12 Prescribi loca publica, & communia nequeunt, & consuetudine acquiri vel privilegio possunt, quod limita, ut infra n. 13. cum seq.
- 13 Prescriptione immemoriali quari possunt loca inter gentium communia.
- 15 Veneti an mare prescripserint.
- 16 Veneti & Genuenses an valiquos nauigare per sua gulfus possint vetare.
- 17 Navigatio ius regale.
- 18 Navigatio ant tempore immemoriali vel privilegio subiaceat.
- 19 Occupatione quaesitum desertione amittitur.
- 20 Venetorum mare commune maneret ea urbe destructa.
- 21 Occupatio quandiu durat praebet ius excipiendi.
- 22 Piscandi ius in flumine est alienabile.
- 23 Ius diuinum & naturale idem.
- 24 Ius gentium primauum quid.
- 25 Ius gentium secundarium quid.
- 26 Ius gentium secundarium positium dicitur.
- 27 Ius gentium secundarium commutabile est.
- 28 Ius diuinum, naturale, gentium primauum incommutabilia.
- 29 Historia varia.
- 30 Veneti & Genuenses nequeunt vetare per suum pelagus nauigantes.
- 31 Mare nunquam desinit esse commune.
- 32 Hispani, aut Lusitani, aut Veneti, aut Genuenses nunquam mare suum prescripserunt.
- 33 Prescriptio cessat inter exteros.
- 34 Aquarum vsus communis.
- 35 Homo homini prodesse tenetur.
- 36 Loca inter gentium communia non querantur consuetudine, contra Doctores.
- 37 Terrarum & volatiliū & terrestriū & aquatiliū acquisitio, & etiam fluminum.
- 38 Piscandi ius prescriptione quaritur contra Doctos. non consuetudine contra eosdem, idq. ius non natum sed translatum dicitur, contra eosdem.
- 39 Terrarum & fluminum acquisitio non maris permissa.
- 40 Aqua vsus communis quod sit ut intelligendum.
- 41 Lex iniqua nullo tempore prescribitur.
- 42 Titulus illegitimus quando profit ad prescribendum.
- 43 Actio nondum orta an prescribatur.
- 44 Prescriptibile quod non est, neq. annis mille prescribitur.
- 45 Prescriptio cessat inter extraneos à iurisdictione.
- 46 Prescriptio cessat in seq. casib. & num. 47.
- 48 Prescriptio an rescindatur mala fidei aduentu.
- 49 Prescriptio an restitutione rescindatur ob ignorantiam vel absentiam.
- 50 Prescriptio an pacto rescindatur, ardu. q.
- 51 Intellectus l. quod si nolit. §. penultimo. ff. de edil. edicto.
- 52 Prescriptio rerum corporalium ob bonum publicū principaliter inducta, ardu. q.
- 53 Malam fidem non habet, qui prescribit contra patrem.
- 54 Prescriptione facta contra pactum an agatur ad interesse.
- 55 Prescriptio rescinditur renunciatione.
- 56 Prescriptio an cesset hic, & nu. 57.
- 58 Prescriptio rescinditur in multis casibus sequentibus.

- 59 *Præscriptio quæ nititur legi præsumptione resolu-
bitis est, quod procedit in casibus quinquaginta.*
60 *Iurisdicção an præscribatur reuocabiliter.*
61 *Intellectus l. fin. C. de reuo. dona.*
62 *Intellectus l. si vñquam. C. de reuoc. dona.*
63 *Præscriptio rescinditur si fundus reuertitur ad pri-
mum dominium.*

CAPVT LXXXIX.



Decima quo
iure debean-
tur, ard. q.

ACTVRIS de decimarum præ-
scriptione præmittendum est;
† quod decimæ quo iure debe-
antur ecclesijs parochialibus,
leuiter controuersum est, sunt
enim qui putent decimas prædiales iure tam
diuino quàm naturæ deberi, quales sunt Ho-
stiensis in summa, titulo de decimis. §. & vtrū,
quæstio. 7. Henricus in c. peruenit, de decimis.
col. 1. Felynus in cap. causam, de præscript.
col. 1. Cardinalis in c. 1. de decimis, qui cõmu-
ni vsu ita receptum esse ait. Gloss. Archidiaconus,
Ancharanus & alij in c. 1. de decimis, li. 6.
Innocentius in capit. fina. de parochi. Ioannes
Andrez in rubri. de decimis. Idem Ioannes
Andr. in cap. à nobis, eodem titu. Antonius in
cap. parochianos, eodem. Panormita. in ca. in
aliquibus. col. si. eodem titu. Alexand. consi. 60.
lib. 4. Francus in d. c. 1. de decimis, in sexto. se-
cundum quem hæc est communis opinio. &
de origine decimarum tradit eleganter Andr.
Tiraquellus de præscriptio. Gloss. quarta, post
prin. §. 1.

Et cùm omnes cõueniant decimarum iure
tam naturæ quàm diuino deberi, hoc in præ-
dialibus facillè admittunt, non sic in persona-
libus, quas iure tantùm positio non etiam di-
uino aut naturali deberi firmant Hostiensis,
& Henricus, vbi suprà, & Felynus in d. c. cau-
sam, & Cardi. in d. c. 1. de decimis. facit in simi-
li quod habetur in l. 1. & in l. 2. ff. de homi. lib.
exhibendo, & quod not. per Glo. in l. in seruo-
rum. ff. de pennis. & quod tradit Barthol in leg.
stipulationes non diuiduntur, ad princ. ff. de
verbo. oblige.

Quòd autem decimæ saltèm prædiales iu-
re tam naturæ quàm diuino debeantur, vide-
tur probari primum in cap. tua nobis, de deci-
mis ibi, decimæ quas Deus in signum vniuer-
salis dominij sibi reddi præcepit, suas esse deci-
mas & primitias affeuerans. Deinde probatur
ibidem, dum ait, cùm enim Deus cuius est ter-
ra & plenitudo eius orbis terrarum & vniuersi
qui habitant in eo, &c. Tertio probatur in ca.
tua, & infra, de decimis ibi, imperialis conces-
sio quantumcunque generaliter fiat, nemi-
nem potest à solutione decimarum eximere,
quæ diuina constitutione debentur. Quinto
probatur in cap. in aliquibus. §. fin. de decimis
ibi, decimæ necessariò soluendæ sunt, quæ de-
bentur ex lege diuina. Quinto probatur in c.
cùm non sit in homine, de decimis ibi, cùm

autem in signum vniuersalis dominij quæ-
dam titulo speciali sibi dominus decimas re-
seruauerit. Sexto probatur in capit. pastoralis,
eodem titulo ibi, quia penes dominum. Se-
ptimo probatur in capit. parochianos, eodem
titulo ibi, cùm decimæ non ab homine, sed ab
ipso domino sint institutz. Octauo in cap. re-
uertimini. 16. quæstio. 1. Nond in ca. omnes de
cimæ. 16. q. 7. Decimo in cap. 1. de decimis, in 6.
Clemen. h. de pennis. Verùm isthæc omnia fa-
cillè dissoluntur per eos qui aduersam partem
tuentur, sunt enim tria tempora inspicienda,
Primum veteris Testamenti ante aduentum
domini nostri ac redemptoris Iesu Christi, Al-
terum dum ipse in humanis versabatur legem
quæ tulit, Tertium postquàm ab humanis se-
cessit, primo tempore decimæ quasi iure diui-
no debebantur ex veteribus præceptis, quæ
post tempora Christi in desuetudinem abie-
runt, & ita procedit d. capit. reuertimini. & ita
etiam possunt intelligi iura suprà adducta. Se-
cundo tempore dum Christus in humanis ver-
satur, neque in Euangelijs, neq; in actibus
Apostolorum inuenitur vllum præceptum de
decimis exoluendis, tertio tempore postquàm
ab humanis secessit licet plura iura Pontificia
decimas deberi induxerint, tamen ea iura nõ
tam nouum Testamentum quàm vetus imita-
ta fuisse videntur, vt sic nouum ius merè po-
situum videatur, inductum tamen ad simili-
tudinem, imaginem & imitationem diuini
iuris, q. ante Christi redemptoris nostri aduen-
tū viguit, quodq; iam euauit, non verò ad
imitationem iuris diuini quod idem redem-
ptor orbis in nouo Testamento mortalibus de-
reliquit. Neque ad rem pertinuit quòd eccle-
siasticæ personæ fidelium animarum curam
exerceant, & circa spiritualium administratio-
nè labores nõ cõtemnendos subeant, quas ob-
res iustum præmium, mercedem, stipendium
referte debent, iuxta illud. Dignus est merce-
narius mercede sua, capit. cum secundum, de
præbendis. capit. 1. §. his itaque. decimo tertia
quæstio. 1. cap. ex his. 12. quæstio. 1. Matthæi ca.
10. quæ ratio ex iure tam naturæ quàm diuino
perfecto eò pertinet, vt vtroque iure has deci-
mas ministris ecclesiasticis deberi videantur,
verùm enim verò hæc ratio, & si suadeat hisce
personis iustum præmium nõ abnegandum,
non tamen vrget, vt decimæ tam laborum
quàm operarum, vel fructuum atque reditu-
um & prouentuum debeantur, aliud enim est
quætere, an quid eis debeat, aliud verò quàm
deberi intelligatur, quòd enim aliquid
debeat, id ius ipsum naturæ suadere vide-
tur, quòd autem decima pars tam laborum &
operarum quàm fructuum, redituum & pro-
uentuum præstetur, id ex merito iure positio-
quin descendat abnegari non debet, & ita te-
nent pleriq; Theologorum teste eruditissimo
ac disertissimo Episcopo ciuitatis Roderici li.
1. variarum resol. cap. 17. numero 2. post diuum
Tho-

Thomam. 2.2. quæstione 87. artic. 1. & ibi Caietanum & Cardin. à Turre cremata in cap. reuertimini, supra allega. Florentinus par. 2. titu. 4. c. 3. §. 5. Thomas quodlibeti. 2. arti. 8. Syluester verb. decima. q. 3. & 4. Ioannes maior in tertio sententiarum dist. 37. Alexan. de Ales in 3. par. summæ quæstio. 51. membro 6. articul. 1. frater Dominicus de Soto de iusti. & iure lib. 9. quæstione 4. articul. 1. Alphonfus de Castro. lib. de hæresib. verb. decima. Neque ad rem pertinere debet quod iura Pontificia non solum decimas deberi testantur, sed etiam integras deberi velint, nullaque ex parte diminutas, cap. ex transmissa, ibi, sine diminutione aliena, de decimis. c. cum homines, eod. titu. ibi, sine diminutione soluere teneantur. c. peruenit, eod. titu. ibi, cum integritate persoluant, nam illud iure Pontificio (quod positium est) constitutum esse intelligitur, non autem iure diuino aut naturæ, quod modò vigeat.

2.
Decimas quæ do e. n. laici legitime habebant, an alienare possint, anceps pugna.

Illud autem dubium est, an quo casu laici legitime decimas possident (quale est cum eas habuerant ante Lateranense concilium) possint eas in alterum legitime alienare de consensu episcopi, & quidem in ecclesiam de episcopi consensu sine dubio possent. Gloss. & communiter Doctores ibi in ca. prohibemus, de decimis. Gloss. in c. cum & plantare. §. 1. de priuileg. Glo. & Docto. in cap. cum Apostolica, de his quæ fiunt à prælato. est communis opinio secundum d. Episcop. ciuitat. Roderi. lib. 1. variarum resolutionum c. 17. nu. 5.

Cæterum licet in ecclesiam eas decimas de consensu episcopi alienare possit, tamen in alium laicum etiam de consensu prælati alienare non possent, vt tenent Hostiensis, Ioan. Andre. & Abb. in d. c. prohibemus. Zasius de feudis par. quarta. ad finem. Henricus in c. quamuis, de decimis. columna prima. Imola in cap. 2. de feudis. colum. 1. Curtius de feudis par. secunda quæst. 8. Hostiensis in summa, titulo de feudis. §. quis possit. colum. 1. est communis opinio secundum Boerium in consuetud. Bituricens. tit. de consuetud. prædi. §. 11. dicit communem opinio. Carolus Molin. in consuetud. Parisi. titu. primo. §. 46. numero 16. & est communis secundum Panormita. in d. c. prohibemus. Sequitur d. Episcopus ciuita. Roder. vbi supra.

Contrariam tamé partem, vt decimas quas legitime laicus possedisset, in alterum etiam possent de prælati consensu alienare, tenuerunt Gloss. in d. cap. prohibemus. Imol. in d. c. 2. qui hanc firmat communem sententiam. Iaf. in c. primo. qui feud. dare poss. columna quarta. vbi hanc partem firmat communem Cardinal. in c. 2. de feud. Iaf. conf. 157. lib. 1. columna fin. Boer. in d. §. 11. vbi hanc firmat opinio receptiorem videri. Curt. in d. q. 8. Bart. Cassaneus in consue. Burgun. rubr. 1. §. 6. numero 36. Cuma. conf. 64. Titius & Sempronius, quinimò per gratiam ipse Cassa. firmat seruari de

consuetudine, vt talis alienatio fiat liberè de laico ad laicum, etiam sine licentia & consensu episcopi. Guil. Ben. in c. Raynutius, de test. verb. & vxorem. nu. 69. pro hac posteriore opinione est tex. à contrario sensu in d. c. prohibemus, dum ait, prohibemus ne laici decimas cum animarum suarum periculo detinentes, in alios laicos possint aliquo modo transferre, ergo si tales decimas sine animarum suarum periculo detinerent, sed iure & titulo legitimo, tunc eas liberè, & impunè possent de consensu episcopi in alios etiam laicos transferre. Secundò facit de his, quæ fiunt à prælato. c. cum apostolica, vbi decima quæ à milite laico non iure (vt litera innuit) detinebatur, cum prælati consensu potuit in ecclesiam transferre, & in eo tantum quæstio erat, an etiam capituli consensus accedere deberet, ergo multò facilius talis alienatio admittetur, si licitè ab illo laico ea decima possideretur.

Denique si ea alienatio illicita, & turpis esset, nõ sustineretur, eo quòd in ecclesiæ fauorem facta esset, non magis quàm si fieret in fauorem cuiusque alterius, quinimò longè minus sustineretur ne impium, aut turpe compendium ecclesia in honestè agnoscere videretur, contra c. filius noster, de testamen. Tertio facit c. 2. de feudis, in primo responso. Quarto d. c. 2. in 2. responso, vbi feudum ecclesiasticum in consortem, vel non consortem alienatur ab laico.

Denique pro hac parte est vniuersa Hispaniæ consuetudo, nam postquam decimæ semel ex Pontificali priuilegio cœperunt ex parte illa quæ tertia vocatur ad reges nostros potentissimos pertinere liberè hinc indè alienantur (episcopi sime, videnturque esse de facto in commercio laicorum, non secus quàm reliquæ res profanæ, & sic seruatur de consuetudine.

Nec ab hac opinione possemus discedere absque ingenti animarum damnatione & innumerorum contractuum euerfione. & similis consuetudo est Galliarum, secundum Cassaneum, vbi supra.

Denique postquam res semel cœpit posse alienari, iam exiit antiquam prohibitionem, vt liberè non semel tantum, sed & pluries possit alienari, argumen. l. quoties ab omnibus, cum ibi notatis per Gloss. & Doct. C. de fideicom. & quæ habentur per Bart. & omnes in l. filius familiars. §. diui. ff. de lega. 1.

Confirmatur quia † & laicus contra laicum decimas præscribere potest, secundum eundem Cassaneum, vbi supra post Raph. Cuma. d. conf. 83. causa decimalis. Felinus in capitu. causam quæ, de præscrip. colum. 1. Car. consil. 146. notum sit vniuersis. Balb. de præscri. in 5. par. princ. q. 3. in fin. ergo qua ratione laicus à laico per interuentum præscriptionis decimas acquirere potest, eadem ratione & per interuentum alterius tituli seu concessionis. l. traditionibus. C. de pact. l. prima. ff. de vsucapionibus.

3
Decimæ præscribi possunt à laico contra laicum, cum communi.

nibus. præsertim cum acquisitio, quæ contingit per interuentum præscriptionis, non dubie sapiatur iniquitatem & iniquitatem, vt notatur per Barthol. & alios in l. fin. C. de long. tempo. præscrip. & titulus præscriptionis qui paratur reliquis titulis legitimis, quibus rerum iura ac dominia solent huc atque illuc volare ac reuolare. l. alienationis verbum. ff. de vsucapio. ergo, vt per interuentum præscriptionis ex communi opinione, supra relata, constat de laico in laicum posse migrare, & vni ademptas in alterum transferri, ita quoque intelligendum est, per interuentum alterius cuiusque tituli legitimi posse de vno in alterum alienari ac migrare.

⁴
Decimarum
posseß. laicus
spoliatus, an
sit restituendus.

Laicus t̄ erat in possessione decimas percipiendi, is spoliatus fuit, controuersum fuit vehementer, an ante omnia esset restituendus? videatur non esse restituendum: argumento cap. ad decimas, de restitutio. spoliato. per contrarium, vt restituendus esset videbatur, argumen. l. 1. §. de iur. iur. ff. de vi & vi arma. l. 1. C. si per vim vel alio modo. capit. redintegrandæ. cap. licet Episcopus, de præbendis, lib. 6. Item tollenda est occasio delinquendi, argum. eorum quæ notantur in leg. secunda, & in l. scire. C. vt in poss. legatorum. l. fina. cum ibi notatis. C. de pact. nec dubium est quin si spoliato res possent sibi ius dicere, nec ante omnia teneantur, quæ abstulerunt, restituere, tunc inuitentur ad delinquendum, & ad vim inferendam ius sibi dicentes. Vnde quod vim atque iniuriam possimus repellere pro defensione corporis nostri, iuxta l. vim. ff. de iusti. & iure, vel etiam rerum nostrarum, vt notatur ibi per Gloss. approbatam cõmuniter. id procedit dummodo id fiat in continenti, vt tradunt ibi Doctores plerique & alibi sæpe, præsertim cum licet exceptio de iure, vel dominio in continenti probando, possit opponi contra agentem interdicto adipiscendæ possessionis, vt est Gloss. communiter approbata in l. 2. C. de edicto diui Adri. tollen. & etiam contra agentem interdicto retinendæ, vt tradunt Decius & alij in l. fin. eod. tit. & est non solum cõmunis, sed etiam receptissima omnium ferè scribentium opinio, vt plenè disseruimus supra §. 85. vbi etiam tradidimus quid iuris esset si spoliator de iure suo vellet docere per sententiã latã super eadem re inter ipsummet & spoliatũ, qui modò querelã mouet, tamè non sic est interdicto recuperandæ quod non impeditur per exceptionẽ de iure vel dominio in cõtinenti probando, vt est vera, & cõmunis opinio, quã tenuit eadem Glo. & innumeris ferè authores quos retulimus, vbi supra.

Quid dicendum? & sanè longè fauorabilior causa est, illius qui habet fundatam suam intentionem de iure suamque ius ex legis præsumptione, & dispositione probatũ habet, quã vilius qui nondum habet suam intentionem suamque ius de iure probatum, &

fundatum, licet alleget se illud probaturũ in continenti. Vnde qui me spoliavit requisitus, vt restituat, non debet differre restitutionem eo prætextu, quòd de iure suo docebit in continenti, nam fortè id non probauit, vnde sub hoc incerto restitutio spoliati differenda non est, non sic in eo spoliatore qui de iure suum ius suamque intentionem fundatam, & probatam habet, prout habet Ecclesia in decimis, quæ proueniunt ex prædijs infra se constitutis. tunc enim spoliatoq̄ dicenti se ante omnia restituendum, non iniuria replicabit non expedire, vt ea restitutio fiat, quæ omnino inutilis futura est, cum rursus statimque huic spoliatori eadem res reddenda esset, argumento l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procuratoribus. l. hæc stipulatio. §. Sabinus. ff. vt legatorum nomine caueatur, & is est verus sensus d. c. ad decimas, vbi nihil aliud spoliatus allegauit nisi se aliquandiu possidisse, de titulo autem, & iusta causa possessionis nullum verbum, vnde Archidiacon. ibi opportunè ait, quòd fatua allegatio spoliati coegit Papam ibi, ita iudicare sentiens, quòd si ibi spoliatus allegasset se iustam causam, & titulum habere possidentis, puta quia titulum habuit à Papa iuxta cap. dudum, & c. à nobis, de decimis. tunc sanè restitueretur in suam possessionẽ, verũ sanè ille tex. nõ tã se fundat in defectu allegationis tituli, quã in suspitione iniquæ, & illegitimæ possessionis, patet dum ait, nisi euidenter docuerint quòd earum possessionem legitimè assecuti fuissent, & iterum dum ait, quia eas occupasse iniuste verisimiliter præsumuntur, licet enim regulariter in rebus corporeis, in quibus non magis fundatam habet suam intentionem, & probatam de iure vnus, quã alius, cuiusque possessio iusta regulariter præsumatur, vel saltem non iniusta aut vitiosa. §. commodum. Instit. de interdictis. tamen non sic est in rebus vel iuribus, in quibus quis de iure habet suam intentionem, suamque ius fundatum, tunc enim si ea possessio reperitur apud alterum, præsumitur vitiosa & clandestina, nec sufficeret allegare eam iustam esse, nisi iustũ eius initium ostendatur, & probetur, vt d. c. ad decimas, vnde ea possessio iunior, quæ aduersatur alteri, quæ est fundata de iure, præsumitur clandestina, vt ibi, & est communis opinio, vt resoluit Alexand. consi. 151. quem refert Sozinus in l. rem quæ nobis, in prin. ff. de acquirend. possessio. nisi ea possessio esset diutina, puta decem vel viginti annorum, argumento l. si filius. C. de petition. heredita. Nam diuturnitas possidendi induceret præsumptionem iusti initij, argumen. d. l. si filius, & eorum quæ plenè tradit Aymon Crau. de antiquitate temporum, in prin. Alexan. l. f. & alij in lege sciendum. ff. de verborum obligation. & hoc casu non haberet locum dictum c. ad decimas. Vnde cautè summus Pontifex dixit ibi aliquandiu possidisse, nõ enim dixit

dixit longo tempore, sed aliquo tempore, vt planè significaret aliud respondendum esse, si ibi longi temporis quieta possessio foret, ergò ibi plura simul concurrerent, quæ restitutio nem petitam impediunt. Primū quòd erat præsumptio iuris pro spoliatore, quòd ad ius proprietatis. Secundū quòd erat præsumptio iuris cōtra reum, quòd ad ius proprietatis. Tertium, quòd possessio spoliati non erat diutina. Quartum, quòd visibi non fuit ablatiua, nec cōpulsua, nec armis illata, vnde infertur, quòd si laicus ab alio laico esset † spoliatus à iure percipiēdi decimas, in cuius possessione erat, tunc esset restituendus, etiam si spoliator contēderet ad se illud ius pertinere ex concessione Romani Pontificis, argumento d. c. redintegrandi, & d. §. dicitur. d. c. licet episcopus, cum alijs supra allegatis, quia in pari causa potior esse debet conditio spoliati, quā spoliatoris, & hoc casu non procederet d. cap. ad decimas, ita tenent Guido Papæ quæstio. 288. & ita velle videntur gloss. Ioan. And. Ioan. Monach. & Domin. dict. cap. ad decimas. Iac. nu. 48. in l. naturaliter. §. nihil cōmune. ff. de acqui. poss. & ibi Ripa nume. 77. Martinus Nauarrus in repetitio. cap. accepta, de restitutio. spolia. qui hanc dicit communem sententiā Episcopus ciuita. Roderi. vbi supra, licet contrarium, & minus rectè velint, dum generaliter loquuntur Ioannes Andr. in additio. ad Speculatorem, titulo de restitutione spoliatorum. Antonius & Abba. col. penult. in cap. si diligenti, de præscriptio. Felynus in c. ad petitionem, de accusationib. nu. 17. Alex. in d. §. nihil commune, fallentia septima.

Sed verior est prior opinio, vt tales decimæ vni laico ab alio per vim ablatæ ei sint restituendæ, argumento eorum, quæ supra diximus, & text. optimus in §. recuperandæ. Instit. de interdictis. vbi spoliato restitutio non denegatur, etiam si ipse per prius spoliasset eum, qui postea eummet rursus spoliauerat, nam spolium prius non facit, vt posterius impunitum sit, quia posteriorem spoliatorem inuadere priori spoliato non licuit ex interuallo, licet in continenti liceret, vt ibi not. per glo. & alios, sic ergò & in specie nostra, etiam si maximè laicus ille non iure eas decimas possidere videretur, adhuc tamen eum spoliare non licuit.

Illud non leuiter controuersum est, † an laicus possit decimas præscribere, mouet quæstionem, quòd sine possessione præscriptio non procedit. c. sine possessione, de reg. iur. in 6. decimas autem sunt qui putent à laico possideri non posse, præsertim cū præscriptio in possessione ciuili, potius quàm in corporali nitatur. l. 1. §. per seruum qui in fuga. ff. de acquirend. posses. vbi per Docto. sed longè verius est, posse decimas præscribi à laicis, non secus quàm reliquæ res, nam laici capaces sunt percipiendarum decimarum ex concessione Pontificis Romani, cap. à vobis. c. dudū, de decimis. quod indubitatum est & de iure, & de consuetudine, & potentissimis regibus nostris Hispaniarum à summis Pontificibus eæ partes decimarum in perpetuum concessæ sunt, quæ vulgò appellantur tertias) eæque partes decimarum in commercio apud nos Hispanos esse & possunt, & sæpissimè solent, cū alienari à principibus nostris & soleant, & possint, tam in duces, comites, & marchiones Hispanos, quàm in alios viros inferioris conditionis, si ergò pater meus decimas possedit (quæ vulgò appellantur tertias) & ego patri meo successi, apprehendi que titulo hæreditario illarum decimarum possessionem, non secus ac aliarum rerum hæreditariorum, quæ res impedimento esse poterit, quin illas præscribere possim, adest enim hic titulus pro hærede sufficiens regulariter ad præscriptionem. ff. & C. pro hærede, per totum. adest similiter bona fides præsumpta. l. qui in ius. ff. de reg. iur. c. is qui in ius, eodem titulo, in sexto. adest possessio, ergò nihil deerit ad præscriptionem. l. vnica. de transfor. vsucap. C. Rursus si ponas me, qui bona fide eas decimas possidebam, easdem vendidisse, donasse, in dotē dedidisse, aliæue ex causa & titulo alicui concessisse, quid impedit, quin ille eas possit præscribere tempore legibus definito, postquam enim legitime à Pontifice Romano fuerunt illæ decimæ exemptæ & separatæ à iure ecclesiæ, iam quasi ius profanum, & in commercio humani generis esse cœperunt, & possunt migrare de persona in personam, quòd ad ius tam dominij, quàm possessionis, argumen. l. peregrè, in prin. ff. de acquirend. posses. & in leg. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. obligatio. §. 1. Instit. de inutil. stipul. humana enim res potest sacra fieri, aut religiosa, & per contrarium res sacra, vt religiosa potest ad vsus humanos reuerti, vt d. d. iuribus habetur. Pro nobis textus in cap. de præscriptio. in sexto. vbi cū agitur de præscriptione decimarum, in eo solūm quæstio est, an possessor fuerit in mala fide præsumpta, vt si non fuerit, possit præscribere, & licet ibi episcopus non laicus esset, qui præscribebat, tamen ratio, quæ ibi exprimitur, generalis est, militans in laico non secus quàm in episcopo, vnde ratio ipsa generalis habetur pro lege, & decisio loco exempli est, quòd non arctat aut restringit legem, vt est communis opinio, quam tenent gloss. in Clemen. 1. de election. verb. eligatur. gloss. in authen. de hæred. ab intest. §. fin. verb. ordine, quam dicit vnicam Bal. in l. si. ff. de hæred. instit. Idem Bal. in l. fin. C. de liber. præte. Iaso. in l. stipulatio hoc modo concepta. num. 12. ff. de verborum obliga. Idem Iac. in authen. quas actiones. nume. 12. C. de sacrosanct. eccle. Idem Iac. in l. transigere. nu. 15. C. de transactio. Ripa num. 50. & Annibal. nu. 349. in l. nemo pot. ff. de leg. 1. Crotus in l. si constat. in 7.

† Decimaræ à poss. laicus si à laico spoliatur. restituendus est cum multis contra plures.

† Decimaræ an laicus possit præscribere ord. 4.

quæstio. Bart. lect. secunda. ff. solut. matrimo. Decius nu. 15. Curtius Iunior nu. 9. Purpuratus nu. 23. in l. fin. C. de pac. Paulus, & Ias. in l. quamuis. Cod. de fideicom. Alex. nume. 5. Corneus num. 15. in l. humanitatis. C. de impuberum. Grego. Nata. in c. fin. de pact. lib. 6. pro nobis etiam tex. in c. de quarta. de præscr. & tex. in c. in aliquibus, in fin. & in c. dudum de decimis.

Percontrariū vtrales decimæ præscribi non possint, videtur expressum in dicto capitulo dudum, & in cap. causam quæ, de præscriptionibus. nam si laicus laico decimas dederit, vendiderit, aut donauerit, vel in dotem dederit, nullo tempore præscriptio videtur contingere posse, tum quia deficeret titulus, qui in tali præscriptione videbatur necessarius. cap. primo, de præscriptionibus in sexto. tum quia deficeret bona fides, cum laicus se noscere debeat incapacem tenendi, tales decimas à Pontifice Romano non concessas. d. cap. dudum. d. c. à nobis. c. tua, & infr. de decimis, ergò, & c. c. vigilanti. c. fi. de præscrip. tunc etiam quòd deficit possessio, quia in possessione civili non incorporali nititur vsucapio. dict. leg. 1. §. per seruum, qui in fuga. ff. de acquir. posses. sed ciuilitè, & iuridicè decimas præscribere non potest laicus de concessione cuiusquam, præterquam de concessione Romani Pontificis. d. capitulo causam quæ. dicto cap. dudum. d. cap. tua, & infrà, ergò cessat præscriptio, vt d. c. causam, & dict. c. dudum. vnde veritas ea esse videtur, vt decimæ, quæ à Romano Pontifice semel concessæ fuerunt alicui principi, vel priuato Laico, & per hoc quasi à Clero & ecclesia, vel diuino iure fuerunt exemptæ, & in humanum commercium translata, possint per laicum præscribi, non aliter atque reliquæ res humane, & ita procedat opinio, quæ tenent Cassaneus in consuetudi. Burg. & alij, quos ipse refert. at verò decimæ, quæ nunquam alicui Laico à Romano Pontifice concessæ fuerunt, ex minimè possint per Laicum præscribi, prætextu concessione vel tituli, aliunde habiti, ita procedat d. c. dudum, & d. c. causam quæ. nam & si dicat patri suo successisse se qui eas decimas possidebat, dicemus ei non obesse impedimentum malæ fidei.

6
Intel. l. 1. §. per seruum qui in fuga. ff. de acqui. poss.

Cæterum † superest defectus possessionis, in qua potissimum nititur præscriptio. d. cap. sine possessione, de reg. iur. in sexto. l. 3. ff. de vsucap. d. l. 1. §. per seruum, qui in fuga. ff. de acquir. poss. vbi ad effectum præscribendi oportet adesse possessionem ciuilem & iuridicam, hic autem talis possessio non adest, cum huius iuris possidendi lex canonica fecerit homines laicos incapaces. d. c. causam quæ, nisi ex titulo & concessione, quæ re vera à Romano Pontifice habita esset. d. c. dudum. d. c. à nobis, & ita procedat opinio negatiua eorum, qui firman, laicum non posse decimas præscribere, quòd tenuerunt glo. & Doct. in d. c. causam

quæ, de præscr. Balbus de præscrip. 5. parte principali. quæstio. 7. Couarru. variarum resolutionum lib. primo. cap. 17. nume. 6. qui plures allegat, quæ omnia intelligenda sunt in præscriptione longi vel longissimi temporis, non etiam in præscriptione temporis immemorialis, vt infrà dicam. Nam licet sine possessione præscriptio non procedat, eaque possessio ciuilis esse debeat, vel ciuilis & naturalis, ita vt sola naturalis non sufficeret, & longè minus nuda detentatio, vnde incapaces alicuius rei, & possidendi nullo tempore præscribant etiam longissimo, quasi nunquam videantur ciuilitè possidisse, sed tantum detentasse, tamen id verum in præscriptione longi vel longissimi temporis tantum, sed diuersum esset in præscriptione temporis immemorialis, ad quam sola detentatio vel naturalis possessio sufficeret, argum. l. tertiz. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. c. 1. §. fina. de præscr. lib. 6. cap. super quibusdam. §. præterea, de verbo. signi. quæ iura ad nudam facti detentionem respiciunt, sicque limitandus est, & intelligendus dic. §. per seruum, qui in fuga.

Amplia vt laicus eas decimas præscribere non possit, etiam per tantum temporis, cuius initij memoria non existat, ita tenet idem Couarru. vbi supra post Ioannem Monachum in c. 2. de præben. in sexto. Idem Couarru. in simili lib. 1. variarum resolut. cap. 10. num. 14. Phi. Probus num. 7. in d. c. 1. de præben. in 6. est communis opinio secundum Couarru. d. nu. 14. Abb. Felinus, & alij in d. c. causam, de præscr. Idem Felin. in c. accedentes, de præscrip. & in c. cum contingat, de foro competen. nu. 4. Hippolytus singul. 80. Franc. Balbus de præscription. 5. parte principali. quæst. 7. & in 3. par. prin. in 2. par. illius tertiz partis. quæst. 6. Card. conf. 131. col. 2. Ias. in l. is, qui putat. col. 2. ff. de acqui. hære.

7
Decimas
possit laicus
præscribere
tempore
immemoriali.

Ratio huius ampliationis ea est, quia licet regulariter id tempus, cuius initij memoria non existit, habeat vim tituli. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & xsti. c. 1. §. fi. de præsc. in 6. c. super quibusdam. §. præterea, de verbo. signifi. tamen fallit in materia, in qua per legem præscriptio vetita est, tunc enim vt vis iuris inductiua temporis denegata est, ita quoque vis iuris iam inducti declaratiua denegata videtur, ne quòd vna via prohibetur, alia via admitti videatur; contra regulam c. cum quid, de re. iu. in 6. neue fraus legi fieret, lexq; verbis non rebus imposita videretur, contra l. primam & secundam. C. commu. deleg. quid enim iuuat negare decimas posse vilo tempore præscribi à laico. dic. c. cum causam, si laicus posset allegare concessione à Romano Pontifice habitam, perque solam hanc allegationem, nihilo etiam probato per interuentum solius temporis immemorialis is titulus probatus videretur, sic enim fieret, vt solum tempus præhabita tituli allegatione illi laico præ-

præberet ius firmum in illis decimis, quinimò firmiter, quàm si ex præscriptione procederet, quod absurdum videretur, præsertim cū præscriptio nitatur possessione ciuili. l. 1. §. per seruum qui in fuga. ff. de acquiren. possessio. laicus verò has decimas ciuilitèr possidere nequeat cessante Papali concessione. d. cap. causamque. ergò cū non possit videri possedisse ciuilitèr, non quoque poterit videri præscriptisse. cap. sine possessione, de regu. iur. in sexto. l. 3. ff. de vsucapion.

Quid dicendum? & sanè magis placet, vt adhuc per tale tempus, cuius initij memoria non existat, laicus habeat & assequatur firmum ius in decimis, si sciat allegare titulū habitum à Romano Pontifice, licet re vera ab illo non habuisset, moueor, quia tempus de sui natura videtur habere vim iuris inducendi, vt in §. planè. Instit. de literarum obligatio. ibi, sic fit, vt hodie dum quæri non potest, Scriptura obligetur, vbi per præteritionem biennij inducitur obligatio, literis formata sic, & in proposito per lapsum temporis, cuius initij memoria non extat, inducitur à lege vel concessio decimarum, quasi à Romano Pontifice habita, vel efficax præsumptio & probatio illius concessionis, quasi habitæ à Papa. d. §. ductus a quæ, cum concord. supra allegatis. Et ad d. c. causam quæ, & d. cap. dudum. responde, quòd intelligitur in præscriptione etiam longissimi temporis triginta vel quadraginta annorum, non sic in præscriptione eius tēporis, cuius initij non extat memoria, quia per tale tempus lex inducit ius vel præsumptionem & probationem illius iuris vel tituli, qui in subiecta materia efficax esset legitimus & sufficiens.

Nec obstat, quòd laicus non videatur legitimè & ciuilitèr possidere decimas propter sui incapacitatem. d. cap. causam. nam id negamus post tempus immemorabile, cuius interuentus facit, vt is laicus etiam ciuilitèr retrò eas decimas possedisse videatur, quasi retrò concessionem à Romano Pontifice habuisset, sicque capax eas possidendi factus fuisset, & hanc nostram opinio. tenuit gloss. mag. in d. c. causam quæ. quinimò vbi est tempus immemorabile, ibi non exigimus possessionem ciuilem, nec etiam naturalem, sed nuda rerum detentatio fat est, vt diximus supra in quæstionibus. præcedentibus.

Præterea prohibitio d. c. causam quæ, videtur procedere solum in casu certo, nempe quā dolaicus non in cōcessione Papali, sed in concessione aliundè habita suam fundabat intentionem & præscriptionem, sicque virtualiter de non iure suo per ipsiusmet confessionem seu allegationem constabat, nos loquimur, quando sumus in casu dubio, scilicet quando concessio habita à Romano Pontifice asseueratur & allegatur, & per probationem adducitur quieta possessio tanti tempo-

ris, cuius initij memoria nō existit. Item quid si re vera laicus impetrauit decimas à Papa sibi & successoribus suis, deinde amissum fuit instrumentum huius concessionis, nonne post tempus immemorabile perimi, quum esset illi non patrocinari & tueri hoc tempus. Idem ergò futurum est, etiam si re vera is titulus, eade concessio non fuerit habita à Papa, si modo ab eo impetrata allegetur, quinimò etiam si non allegetur, adhuc idem esse videtur, quia vera & communis opinio est, quòd tale tempus non solum habere intelligitur vim præsumptiuam vel fictiuam, sed etiam vim inductiuam, vt sic post tale tempus ille possessor non solum præsumatur titulum, & ius eas possidendi habuisse, si iam re vera illud habere incipiat, vt nec in contrarium admittatur probatio, nec etiam ei sua aperta confessio noceret, non magis quàm si quis, postquam semel præscriptionem impleuisset, palam fateretur sibi peruenisse scientiam rei alienæ, quo casu secundum cōmunem & veram opinionem tam tutus esset in vtroque foro, tam canonico quàm ciuili, quàm si id falsus non esset, & etiam in foro conscientiarum, vt tenent gloss. Innocentius & Hostiensis, col. secunda. Imola colum. decima quinta, firmans hanc esse communem opinionem in c. fina. de præscriptio. & ibi Abbas colum. septima. Cardin. Baldus, Abb. Felinus in cap. vigilanti, eodem tit. Tiraquel. de cau. cessante. limit. 12. nume. 16. Iaso. in l. post diuisionem. col. secunda. C. de iur. & facti igno. Decius in auth. præterea. colum. sexta. C. vnde vir & vxor. Idem Decius colum. septima, in capit. primo, de constituto. Aretinus consi. 92. viso legato. colum. secunda. Balbus de præscript. in 9. quæstio. 3. partis principalis, & quòd tempus immemorabile inducat verum titulum, dico verum ius aded vt non sit necesse, quòd titulus probetur, neque etiam quòd allegetur, diximus esse veram & communem opinionem supra cap. posita possessione. nu. 9. cum seq. vbi multa hac de re quæ hic iungenda sunt.

Illud autem dubium est, † an decima ex consuetudine possit tolli ex toto, an verò possit saltem aliqua ex parte minui? qua in re sunt plures opiniones. Prima enim fuit opinio existimantium decimas prædiales, neque ex toto tolli posse, nec etiam vlla ex parte minui. personales verò, & ex toto tolli posse, & longè facilius minui, ita tenent Hostiensis, & alij in cap. in aliquibus. per text. ibi de decimis. Rochus Cur. in capitulo fina. & in Rubric. de consuetu. Cardinal. de Turrecrem. in capit. reuertimini. 16. quæstio. prima. articulo septimo. Petrus Paulus Parisius, consilio 25. libro 4. colum. secunda. & est à plerisque recepta sententia, secundum Episc. ciuit. Roderi. lib. 1. variarum resolut. capit. 17. nume. 8. Felinus in cap. causam, de præscript. Balbus de præscript. quinta parte principalis quæ-

8
Decime consuetudine aut tolli possunt, vel minui, ard. q.

quæstio. 7. Gregor. Lupus in l. 1. Gloss. 2. titulo de los diezmos. parti.

Altera fuit opinio existimantium inter prædiales & personales decimas quoad vim consuetudinis nullam esse differentiam, quinimmo vtraque per consuetudinem minui posse ex parte, vti loco decimæ vicesimæ aut tricesimæ fortè præsteretur, tolli autem ex toto decimam, ita vt nulla ex parte præsteretur, non posse, & in hac opinione videtur residere Gregor. Lupus, vbi supra, post Syluestrum, & diuum Thomam, & alios quos refert Vincentius & Abb. in d. cap. in aliquibus. Fulgosius consilio 165. colum. 2. Bald. in l. comperit. C. de præscriptionib. 30. vel 40. anno. Sozin. consi. 297. colum. 3. lib. 2. Parisius d. consi. 25. num. 21. sentit diuus Thomas secunda secundæ quæstione 87. articu. 1. & quodlibet secundo articulo octauo. & in hac opinione residere videtur Balbus, vbi supra, dict. quæst. septima, eamq; sequitur, & receptiorem existimat Nicolaus Boer. in consuetudi. Bituricensi. titu. de consuetudi. prædi. §. 12.

Tertia fuit opinio existimantium neque prædiales, neq; personales posse tolli ex toto, neque ex parte etiam per consuetudinem, nisi à Romano Pontifice approbata. Ita tenuit Glø. in d. cap. in aliquibus, & ibi Innocen. esse enim hanc decimarum præstationem de iure diuino, quod nulla ex parte per consuetudinem immutari secundum eos posset.

Quarta opinio fuit existimantium tam prædiales decimas quàm personales posse non quidem tolli ex toto, nec similiter temerè diminui, sed posse ad eam mensuram, aut quotam partem restringi, & arctari, quæ decenter sufficiat ad congruam, & honestam sustentationem eorum, qui res sacras administrant, ita residet dictus episcopus, vbi supra, nam cum, inquit, necessaria sacerdotibus ministrari iuris diuini esse noscatur, quod nulla ex parte minui per principes, leges, aut consuetudines potest. §. sed naturalia. Instit. de iure natur. l. vt vim. l. veluti. ff. de iusti. & iure. superest, vt vsq; ad mensuram necessariorum decima possit deminui, non vltra.

Quid dicendum? & nos sumus in nouissima opinione, vt tam prædiales, quàm personales decimæ possint non solum minui, sed etiam ex toto tolli, per tex. apertum, si non cauilletur & inuertatur, in d. c. in aliquibus, in pri. vbi ait, in quibusdam regionibus omni ex parte euauisse decimarum præstationem. Secundò per d. c. in aliquibus. §. fin. dum ait, hac ipse consuetudini standum. Tertio per c. cum sint homines, de decimis ibi, ad consuetudinem recurrendum. Quarto per c. ad apostolicæ, eod. tit. ibi quoniam à diuersis diuersa consuetudo tenetur. Quintò per c. commissum, eod. Sextò per pragm. Caroli Cæsaris Hispaniarum regis Catholici, qua anno 1525. c. 14. & c. 76. cautum fuit, ne à laicis decimæ exigeren-

tur, quæ præstari non solerent, & Toletica sex lata fuit. Septimò idem cautum fuit lege expressa Madritij anno 28. l. 19. Octauò idem cautum fuit Segoniz anno 32. l. 56. quod & Franciz cautum refert dictus episcopus, vbi supra.

Isthæc autem iura sustinentur aperta ratione, nam decimas iure tantum positio non etiam naturali, aut diuino deberi, constitit ex supra per me traditis, ergo iure quoq; positio euanesceat & exulare possunt. §. sed naturalia. Instit. de iure natu. ca. omnis res, de regu. iur. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. neque ad rem pertinuit quod sacerdotes qui pro fidelium animarum salute & incolumitate laborant ab eisdem sunt exhibendi, nam cessante etiam ex toto decimatione, possunt & debent ecclesiæ congrua dote honestari in prædijs, & hortis, aut vineis, & similibus, vnde sacerdotes honestum victum quærere & moderatum possunt, hoc enim non solum tolerari potest, sed etiam summoperè expedire videtur, docet enim experientia rerum magistra, ab agricolis & reliquis hominum decimas (vbi earum præstatio in vsu est) minus fideliter præstari, inspecta tam quantitate quàm bonitate fructuum præstandorum, idque quàm in periculum animarum fiat nullus non videt, ergo conducibilius est agris, hortis, vineisque ecclesiis dotari, vnde earum ministri victum quærant propria manu & autoritate, non spectata aliorum præstatione. Rursus vt nostrorum nonnulli referunt in proœmio ff. Cum Constantinus Imperator eam Romæ memorabilem donationem fecit ecclesiæ, auditam vocem è coelo fuisse ferunt, qua significabatur tunc infusum esse venenum ecclesiæ, quasi plus æquo ditesceret, vnde similiter iidem referunt ecclesiam orientalem paupertate nimia laborasse & euauisse, occidentalem verò copia luxit rerumque nimia affluentia & abundantia periclitari, sic & in latissimis Indorum regionibus, quam principes nostri potentissimi & subegerunt, & prudenter sanctissimèque gubernant, cessant decimæ, ecclesiæ verò congrua dote illustrantur, & aluntur earum ministri, id quod si nostra opinio vera non esset, interitum innumerabilium animarum cederet, nec à nostris Principibus aut Romano Pontifice toleratur.

Hinc apparet suspectum esse quod ipsemet episcopus, vbi supra, vers. 11. attentè & diligenter firmat, nempe irrationabilem, & omnino iniquam esse eam consuetudinem, quæ ab omnium decimarum tam prædialium quàm personalium præstatione laicos eximeret, esset. n. inquit, nimia hæc exēptio, si quid euanesceret, reuerētia quæ à laicis decet, vt sacerdotibus ministrantibus exhibeatur, verū sanè nō cessaret, sed potius augeretur, dū. n. sese à sacerdotibus expilari videt, eos solēt & ridere, exhibilare & odio habere, nō sic se habent erga parētes à quibus

9
Consuetudo
eximens laicos à decimarum præstatione, an sit tolerabilis.

quibus non expilantur, sed subueniuntur, ergo honestius, sanctius & magis pium est, ut meritis & beneficijs à sacerdotibus acceptis, laici inuentur ad obsequia eis præstanda, quàm quod ab eis expilentur, cum sacerdotes doctrina, sanctitate, & virtute, non opibus & diuitijs reliquos anteire deceat. Facit in simili l. si quando. §. illud. C. de inoff. test. dum ait meritis magis filios, &c. facit. nam in consuetudinibus non illud exigimus, ut sit rationalis, sed sat est, ut sit tolerabilis non omnino aduersa pugnans contraria iuri diuino aut naturali. Ita Baldus in c. primo, in princip. col. 2. de feud. cogn. quem refert & sequitur Andr. Tiraquel. de retract. in præfa. nume. 75. quinimò vt sit rationalis consuetudo minime exigitur, cum ipsa ex autoritae vrentium sumat rationem. Baldus in leg. de quibus. colum. 10. ff. de legi. versi. & primo quò ad primum. Ioannes Faber in §. ex non scripto. Inst. de iure natura. & alij plures relati per Tiraqu. vbi supra. quanto ergo facilius huiusmodi consuetudo tolerabitur, cum nec sit contra ius diuinum, sed tantum contra ius posituum, ut iam docuimus, nec sit irrationabilis, cum clementer aliunde possit prouideri de congrua sustentatione, & alimentis, nec præbeat occasionem peccandi, sed eam potius remoueat, ut proximè dicebamus, nec sit res noua, sed in non paucis Christiani nominis regionibus vñtata, vt & proximè etiam ostendimus.

Clerici ¶ vel laici an immunitatem à decimis exoluendis & libertatem possint præscribere non leui contentione tractatum est, & clericos posse hanc libertatem præscribere communiter receptum est, quia ipsi non sunt incapaces spiritualium. Gloss. in capitu. in aliquibus. cum qua transeunt ibi Doctores, Felinus in cap. causam quæ, de præscript. columna prima. Balbus de præscriptio. in §. parte princip. quæstio. 7. Dominicus in capit. secundo, de decimis in 6. §. penul. per capit. de quarta. de præscriptio. quod procedit etiam quò ad omnem decimationem secundum eosdem. Nò sic, inquit, ipsi admittendum est in laicis, qui secundum communem sententiam Doctorum supra relata, talem libertatem à decimis nulla ex parte præstandis non possent præscribere, quia sunt incapaces possidendi ius decimandi. c. causam quæ, de præscrip. quorum ratio nulla sanè est, nam & seruus qui nihil suum habere potest, & ideo per præscriptionem sibi acquirere non potest, tamen libertatem potest præscribere, & domus seruiens quæ sibi acquirere nihil potest, libertatem tamen contra seruitutem acquirere potest, & pro hac opinione contra communem facit text. in cap. aliquibus. §. fin. & in capitu. dudum, & in capitulo, cum sint homines. ibi, ad consuetudinem, de decimis. & in capitu. ad apostolicæ. eodem ibi, quoniam à diuersis diuersa consuetudo tenetur, & in capi-

tulo, commissum, eodem titulo. & in capitulo, ex multiplici, in quibus statum conuetudini hac in re. Itaque & si ius decimandi laicus contra laicum vel contra ecclesiam non satis certum sit, an præscribere possit, quod supra attigimus, libertatem tamen contra ius decimandi quin præscribere possit dubitari non debet, quia vetitum nullo iure reperitur, neque id iuri naturæ aduersatur aut diuino, cum decimæ iure tantum positio non etiam naturali aut diuino debeatur, ut iam differuimus. Denique favorabilior est liberatio, quàm acquisitio, argu. l. Arrianus. ff. de actio. & obli. vnde cum supra dixerimus laicos posse decimas præscribere per tempus immemorabile, sibi quæ eas exigere, multo facilius poterunt ab earum præstatione libertatem acquirere, vt sic in eo tantum quæstio remaneat, quanto scilicet tempore talem libertatem possint acquirere, & magis est, ut tempore longo vel longissimo non possint, sed eo tantum cuius initij memoria hominum non sit, arg. cap. 2. §. contrahentes, de rebus ecclesiæ non alienan. lib. 6. & clarius in c. 1. de præscrip. eod. lib. est enim contra tales laicos vehemens præsumptio iuris, & propterea ecclesia contra eos habet de iure fundatam intentionem suam, quæ res eos constituit in mala fide præsumpta, à qua præsumptione lex recedit post tempus immemorabile, non autem post breuius tempus quando nullum aderat priuilegium, vt ibi, & c. cum personæ. §. quòd si tales, de priuileg. libr. 6. sed & breuiore tempore interdum à tali præsumptione. l. recedit, vt alibi dixi, scilicet in c. qui contra iura. num. 2. supra.

Illud autem dubium est, ¶ qua ratione Papa exemerit quosdam Monachorum à præstatione decimarum, cum hæc iure naturæ vel diuino debeantur, secundum quosdam, & Glo. in c. à nobis, ait ius naturale in communi, vel in vniuerso permanere fixum & immutabile, sed in quibusdam casibus vel capitulis seu indiuiduis solet & potest immutari, tunc quæ ea innouatio sapit quandam dispensationem, & illam Glo. communiter Doctores sequuntur ibi, teste episcopo ciuit. Rod. vbi supra, nume. 9. Decius consil. 113. colum. 2. Sozin. consil. 297. libr. 2. Idem Decius in c. cum ordinem, de rescri. in prin. & ita intelligunt ea suggestum. & c. ex multiplici. c. ex parte. ca. à nobis. de decimis, & c. pen. & fin. eod. titu. & c. accedentibus, & c. si de terra. & c. dudum, de priuileg. l. 23. titu. 21. par. 1. verum hanc receptam rationem impugnat ipse Couarr. vbi supra, quod decimæ non iure naturæ, sed positio debentur, quod verum esse ostendimus, nam si, inquit, iure naturæ deberentur, tunc exprimi id non liceret Papæ, quod dubium sanè est, & contra Glo. communiter approbatam in leg. ius ciuile est. ff. de iustit. & iur. per tex. ibi, etenim constat iuris diuini esse, vt duob. vel trib. testibus credatur. cap. in omni negotio, de testibus.

10
Decimarum
prestandarum
liberi. in quo
tempore præ-
scribatur.

11
Decimarum
prestandarum
liberi quare
sunt quidam
Monachorum.

stibus. e. cum esses, de testam. l. vbi numerus. ff. de testibus, & tamen in casibus lege positua longe plures testes requiruntur. l. si vnus. l. hac consultissima. C. de testa. l. hac consultissima. C. qui test. fa. pos. in prin. & §. sed cu paulatim. Inst. de testam. & alibi sꝑe, nec per hoc ius diuinum aut naturale desinit incolume seruari, vt per d. glo. vbi omnes.

12 *Præscribi loca publica & cōmunia ne queunt, sed cōsuetudine acquiri, vel priuilegio possunt.*
 Loca ꝑ publica & iure gentium cōmunia præscribi nō possunt. l. si. in prin. ff. de vsucap. l. quod. in littore. ff. de acqui. rer. dom. ibi, rursus in pristinam causam recidunt. l. si quis nā. ff. de diuer. & temp. præscrip. l. sanē si maris. ff. de iniur. §. flumina. verb. omnibus. Instit. de rerum diu. tradit Bar. in l. quōd minus. ff. de fluminibus. quæst. 15. vbi plenē per Iaso. colu. 27. Paul. Cast. in d. l. si. Francisc. Balbus de præscri. in 4. par. 5. par. princ. q. 6. Ioannes de Platea & Angel. Aretin. in d. §. flumina. Cæpolla de seruit. rust. prædio. rub. de pisca. charta pen. Iacob. in tract. feud. verb. fluminibus, ad finem. Ioannes Faber in dicto §. flumina.

13 *Limita. 1.*
 Limitatur ꝑ primō hæc regula, vt procedat ratione præscriptionis, sed non ratione consuetudinis, per quam ea, quæ sunt iuris gentium, possunt acquiri. Ita tenent Ioannes Fab. & Angelus Aretinus in dict. §. flumina, & Franciscus Balbus, vbi supra, nume. secundo. versic. stat. ergō. vnde inferunt ipse Balbus & Faber, & Angelus, quōd si quis multis annis piscatus fuit in flumine publico, & alios piscari volentes iugiter sciente & patiente populo prohibuit, per hoc consuetudine magis quàm præscriptione in eo flumine ius piscandi, & ceteros de populo prohibendi quæsiuit, sequitur Bal. in rub. ff. de rerum diuisio. Idem vult glos. & ibi Bart. in d. l. sanē si maris. ff. de iniur. dum aiunt, quōd in terminis illius text. ius quæsitum fuerat consuetudine vel priuilegio. Facit secundum Balbum cap. super quibusdam. §. præterea. de verbor. significatio. Tenet idem Balbus de præscriptio. in vltima quæstio. secunda quæstionis prin. & Balbus in d. quæstio. sexta, & Baldus in Rubrica. ff. de rerum diuisio. aiunt inter consuetudinem & præscriptionem eam esse differentia, quōd præscriptione transfertur ius de vno in alterum, sed per consuetudinem, de qua egimus, non tam transferri, quàm quōd nullus in bonis antea erat, denuō acquiri videtur, de quorum omnium veritate postea dicemus.

14 *Præsc. immemoriali quaeri possunt loca iureg. cōmunia.*
 Limitatur secundō, ꝑ vt tempore immemoriali possint, quæ sunt iuris gentium, præscribi. Ita Angelus in dicta l. fin. ff. de vsucapionibus. Balbus in dicta quæstio. sexta. versic. secundō limita. numero quinto. Ioannes de Platea, & Angelus Aretin. in d. §. flumina, vnde idem Ange. & Platea & Aretinus, & Balbus, inferunt ꝑ quōd sic tēpore immemoriali Veneti præscripserunt Gulphum maris. Idēque in Genuensibus, & idem vult Barto. in l.

15 *Veneti an mare præscripserint.*
 Veneti an mare præscripserint.

iniuriarum, in magna. §. fin. ff. de iniurijs, per d. l. sanē maris. ait, quōd iurisdictionem maris per tempus immemoriale quæsiuerunt Veneti. Idem Angelus consilio 289. thema tale est, & Ias. in Lex hoc iure. colum. quinta. ff. de iustitia & iure, & Balb. vbi supra. De quorum veritate infra dicemus.

Quinimō ꝑ quōd plus est, tam Veneti in suo Gulsu, quàm Genuenses in suo quoque Gulsu, hoc est, Pelago maris, per hoc tempus immemoriale quæsiuerunt ius interdicens & vetandi reliquis mortalibus potentiam nauigandi. Ita tenent Bartol. & Angelus, vbi supra, & Iason colum. quinta, in dicta leg. ex hoc iure. Idem Iason in d. l. quōd minus. colum. vndecima. & Franciscus Balbus, vbi supra, per text. dict. l. sanē maris, vbi idem vult Raynerius de Forliuio, & Ioannes de Anania in capitulo primo, & iterum in capitulo secundo de Cler. ven. & Cardinalis consilio 40. Dominus Comes. Felinus in capitu. de quarta. col. fina. de præscriptio. ꝑ Ius enim nauigandi secundum eos regale est, lege quōd minus. ff. de fluminibus. l. secunda. §. viarum, & ibi gloss. ff. ne quid in locō public. ꝑ sicque acquiri potest vel priuilegio, vel tanto tempore, cuius initij memoria non sit, secundum eos. Paulus tamen Castren. in dicta lege fina. reprehendit Angelum, vbi supra, qui mouebatur per legem, vsu aquæ. C. de aqueductu, libro vndecimo, quam non benē intelligebat secundum Paulum, qui ait, ibi loqui de aqua priuata, non de publica, nam quōd ad publicam, nec consuetudo nec præscriptio opusest, sed sufficit occupatio per dictam legem finalem, non secūs, quàm in rebus, quæ cœlo marique capiuntur, aut terra, lege prima. ff. de acquirendo rerum domi. §. ferē. Instit. de rerum diuisio. de quorum veritate infra dicemus.

Vnde Paulus infert, ꝑ quod si Venetiarum Ciuitas funditus diruta esset, Pelagus illud maris iuris gen. maneret, non secūs quā antea, quàm ea ciuitas ibi ædificata & extructa esset, dict. leg. fin. verbo, funditus diruto ædificio, & dicta l. quod in littore, & Balbus, vbi supra, num. 8. ait, hanc esse cōmunem opinionem veriore, licet agnoscat contrariam esse cōmunem, quam tenent Ange. vterque, cū Perusinus, quàm Aretinus, & Ioannes de Platea & Cæpolla, & Iacob. & alij supra relati. Facit quod ait Fel. in c. accedentes. col. 5. de præscriptio. dum negat id, quod præscriptibile non est fieri præscriptibile, etiam tempore immemoriali, quam uiseo tempore, si allegetur titulus legitimus, præsumatur (sequitur Balbus, vbi supra, nu. 9. reprobantes Panormitanum, qui contrarium tenuit, consi. vigesimo sexto, in quæstio. quæ ad præsens. lib. 2.) quæ præsumptio cessaret, quando contrarium esset notorium, vt est in hoc exemplo.

Tertiō limita ꝑ vt quæ sunt publica, aut iuregen-

16 *Veneti & Genuenses an reliquos nauigare per sua gulfu possint vtare.*

17 *Nauigatio in regale.*

18 *Nauigatio in tempore immemoriali, vel priuilegio subiacet.*

19 *Occupatione quæstrum deo fertione amittitur.*

20 *Venetorum mare commune maneret ea vrbe destructa.*

21 *Occupatio
quandiu du-
rat, præbet
ius excipiendi.*
regentium cōmunia licet non præscribantur,
tamen tempore acquiri potest ius excipiendi,
vt de tali possessione non expellamur, eritque
duplex effectus, primus vt si turbemur in pos-
sessione contra turbantem agere possimus,
alter vt antequam turbemur, possimus pro-
hibere volentem nobis inuitis talem locum
ingredi, per d. l. sanè si maris. secundum Ange-
in d. confi. Balbus, vbi suprà nu. 10.

22 *Piscandi ius
in flumine est
alienabile.*
Quartò limita † quando princeps vendi-
disset ius piscandi in flumine publico secun-
dum Balbum, vbi suprà, numero quarto. ver-
si. alios casus. Cœpolla de serui. rusticorū præ-
diorum, sub tit. de piscatio. ad finem. Iaco. de
feudis. ver. fluminibus, ad finem, & per quan-
tum tempus, vel per quantam intermissione
locus occupatus ab occupatore desertus vi-
deatur, docent Bar. in d. l. quò minus. quæst.
decima quinta, vbi Iaso. col. 27. vbi post Ange.
& Paul. in d. l. si. ff. de vsucapionib. tradunt
cautelam, vt per talem intermissione non
videatur quis locum deseruisse.

23 *Ius diuinum
& naturale
idem.*
Istarum † rerum veritas pendet à vera iuris
tam naturæ, quàm gentium cognitione, iu-
ra enim naturalia diuina quadam providen-
tia immutabilia sunt, non aliter atque ius
diuinum, nam vtrumque ferè idem est, sed
diuinum appellatur, quod ab ipso Deo opti-
mo maximo datum nobis est, naturale eo,
quòd simul cum ipso humano genere prodi-
tum fuit, & eo q. id ius natura edocti sumus
sine vllò præceptore, vt isthæc omnia proban-
tur in §. sed naturalia. Insti. de iure natu. l. iu-
ra sanguinis. ff. de regu. iur. leg. eas causas. ff.
de cap. diminutio. l. 2. ff. de vsufruct. earum re-
rum. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. §. mi-
nus ergò. Institi. de hæreditati. quæ ab inte-
sta. iuncto §. singulorum. Institi. de rerum di-
uisio. & Doctores communiter in dictis lo-
cis, quibus adde Theologorum nostræ tempe-
statis disertissimum, idem edocentem fratrem
Alphonsum Castrensem de potestate legis
pœnalis, libro secundo, capitulo decimo quar-
to, pagina 561.

24 *Ius gentium
primæuum
quid.*
Istud † ius gentium naturale appellatur,
ius naturale simpliciter, & etiam appellatur
ius gentium primæuum, hoc est, cum ipso hu-
mano genere simul proditum. d. §. singulo-
rum, & hoc ius gentium naturale vel primæ-
uum ab iure naturali simpliciter prolato dif-
fert, vt genus ab sua specie. Nam naturale ius
dicitur, quòd omnibus animantibus tam
brutis, quàm ratione vtētibus commune est.
ius verò gentium naturale, vel primæuum
dicitur, quòd solis hominibus, non etiam re-
liquis brutis animantibus competit, vt dictis
iuribus habetur per Doctores, & differuimus
suprà.

25 *Ius gens. se-
cundarium
quid.*
Ius † autem gentium secundariū est, quod
non simul cum ipso genere humano proditū
fuit, sed labentibus temporibus à plerisque
earum gentiū, quæ moribus & legibus regun-

tur, nec ritu aut more ferarum syluestrem vitā
agunt, receptum reperitur. d. l. omnes populi.
ff. de iusticia & iure. §. ius gentium, & §. ius
autem gentium, & §. sed naturalia. Inst. de re-
rum diuisione. idq; ius initio, vt ius tantum ci-
uile non etiam gentiū esset necessaria, & co-
acta ratione fatendum est, quamuis postea ab
omnibus, vel plerisque gētium paulatim aut
successiue admissum quoq; fuisse, vt sic tale
ius inuentione ciuile tantum esse intelligatur,
sed approbatione & veluti hospitio gentium
earum ius esse cœperit, etenim cum initio ge-
neris humani nec essent captiuitates, nec ser-
uitutes hominum, nec rerum soli dominia
distincta, sed communia, nec bella, nec em-
ptiones, venditiones, locationes, conductio-
nes, nec societates, mandatum, & cætera id ge-
nus, necesse est fateri hæc res, non pariter
in omnibus orbis regionibus inuentas aut
admissas, sed vt verosimillimum est, primum
in vna aut altera prouincia admissum, inuen-
tū, inq; vsu esse inchoatum, deinde verò à reli-
quis quoque regionibus & gentibus paula-
tim receptum, sicque cum primum id ius in
vna tantum, vel in altera prouincia in vsu esse
cœperat, tunc illius tantum regionis vel gen-
tis ius ciuile erat, cum verò postea à reliquis
quoque gentibus receptum fuisse, iam de iu-
re ciuili in ius gentium conuersum fuisse ap-
paruisse. † sicque id ius gentium secundari-
um non tam naturale, quàm positium dicitur
esse, sicq; non fixum, & immobile, sed cō-
mutabile esse dicitur, non secus quàm ius ci-
uile, & ferè non difficilius, quàm ius ciuile, vt
de successione progressu in præfation. lib. 1.
ostendimus numero ... tradit elegāter Theo-
logorū nostræ tempestatis doctissimi. frater Do-
minicus Sotus de iusti. & iur. lib. .. q. ar. ...

Etenim si qua in prouincia introductū le-
gibus aut moribus esset, ne dominia essent
priuatorum in rebus soli, sed quòd essent com-
munia, sine dubio ea lex vel consuetudo va-
leret, id quod apud Lacedæmonas factum
Lycurgo auctore fuisse. Plutarchus apoph. li.
primo, in vita Lycurgi testatur, proinde si rece-
ptum fuisse, ne capti serui fierent capientū,
ea quoq; lex vel consuetudo valeret, id quod
apud Gallos obseruari fertur, & sic de similib.

Ius † autem diuinum & naturale, aut gen-
tium primæuum mutari non posse constat, vt
multis legibus iam ostendimus, vnde quòd
apud Lacedæmonas furari liceret, quòd apud
Persas adulterare liberum esset, quòd apud
Mahumetanos cum matribus aut filijs, aut
etiam pecudibus commercium habere fas ef-
set, quòd apud eosdem Lacedæmonas vxores
ad tempus commodare liceret, vt cum eis
commodatarius rem haberet, aut quòd apud
Anglias gentes Africanas omnes, quotquot
erant ad nuprias inuitati, commercium cum
nupta haberent, aut quòd apud Aethiopes om-
nes foeminae sint omnibus viris cōmunes, id
r. & si-

26
*Ius gens. se-
cundariū po-
sitium dicitur.*

27
*Ius gens. secū-
dariū cōmu-
tabile est.*

28
*Ius diuinum
naturale gen-
tium incōmu-
tabile.*

& similia vtcunq; agentium nonnullis in vsu fuerint, nunquam in ius transire potuerunt, quia iuri naturali, & diuino, & gentium etiã primũ aduersari videntur, sed semper tales ritus, & mores ferini, non humani, corruptelã & abusus, non mores, leges, aut vsus iustius dicerentur, nulloque tempore potuerunt præscribi, nulla lege lata iustificari, nullo multarum etiam gentium consensu, hospitio, & exercitatione stabiliri, vt præter nostros edocet huius tempestatis disertissimus Theologorum Alphonsus de Castro de potestate legis pœnalis. lib. 2. c. decimoquarto. pag. quingentesima sexagesima secunda.

29
Historie varia.

† Ethistorias suprà relatas referunt Solinus c. quadragesimo tertio. Pompon. Mela. lib. 1. c. 8. & Plutarchus de viris illustribus in vita Lycurgi. & Alpho. Castren. vbi suprà, & Ioannes Boemus de moribus & ritibus variarũ gentium. c. 10. lib. 1.

30
Venetie Genuenses nequeunt vetera re per suum pelagus nauigantes.

Ex † quibus apparet, quã suspecta sit sententia eorum, quos suprà numero quarto retulimus, existimantium Genuenses, aut etiã Venetos posse non iniuria prohibere alios nauigare per Gulum aut pelagus sui maris, quasi æquora ipsa præscripserint, id quod non solum est contra d. l. quod in littore. ff. de acquir. domi. l. si. in prin. ff. de vsucapionib. §. flumina. verb. omnibus. Instit. de rerum diuisi. l. si quisquam. ff. de diuers. & temporalibus præscription. l. sanè si maris. ff. de iniur. Sed etiam est contra ipsum ius naturæ, aut gentiũ primarium, quod mutari non posse diximus. quod sit contra illud ius, constat, quia non solum maria, aut æquora eo iure cõmunia erant, sed etiam reliquæ omnes res immobiles. † & licet ab eo iure postea recessum fuerit ex parte, puta quod ad dominium & proprietatem terrarum, quarum dominium iure naturæ commune, distinctum, & diuisum, sicque ab illa communione segregatum fuit. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. §. ius gentium. & §. ius autem gentium. Instit. de iure naturali. tamen diuersum fuit, & est in dominio maris, quod ab origine mundi ad hodiernum vsq; diem est, fuitque semper in communi nulla ex parte immutatum, vt est notum, † & quãuis ex Lusitanis magnam turbam sæpe auerim, in hac esse opinione, vt eorum rex ita præscripserit nauigationem Indici occidentalis, eiusdemque vastissimi magis, ita vt reliquis gentibus æquora illa transfretare non liceat, & ex nostrismet Hispanis vulgus in eadem opinione ferè esse videatur, vt per vastissimum immensumque pontum ad Indorum regiones, quas potentissimi reges nostri Hispaniarum subegerunt, reliquis mortalium nauigare, præterquam Hispanis ius minimè sit, quasi ab eis id ius præscriptum fuerit, tamen istorum omnium non minus insanæ sunt opiniones, quã eorum, qui quod ad Genuenses & Venetos in eodem ferè somnio esse adsolent,

31
Mare nunquam desit esse cõmune.

32
Hispani, aut Lusitani, aut Veneti, aut Genuenses nũquam mare suum præscripserunt.

quas sententias ineptiri vel ex eo dilucidius apparet, quod istarum nationum singulæ contra se ipsas nequeunt præscribere, hoc est, non respublica Venetiarum contra semet ipsam, non respublica Genuensium contra semet ipsam, non regnum Hispanorum contra semet ipsum, non regnum Lusitanorum contra semet ipsum. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapion. §. sic itaque. Instit. de action. esse enim debet differentia inter agentem & patientem, vt dictis iuribus, & l. cum filio, vbi multa per Bar. & Iasonem. ff. de leg. primo.

† Contra reliquas verò nationes longè minus præscribere possunt, quia ius præscriptionum est merè ciuile, vt fusè ostendimus suprà part. 1. princip. quæst. 3. & 4. ergo tale ius cessat, cum res agitur inter principes, vel populos superiores non recognoscetes in temporalibus. Iura enim merè ciuilia cuiuscunq; regionis, quod ad externos populos, nationes, vel etiam homines singulos, non magis est in consideratione, quã si re vera non esset tale ius, aut ynquam fuisset, & ad ius commune gentium primarium vel secundarium recurrendum est, eoque vtendum, quo iure talem maris præscriptionem & vsurpationem admissam non fuisse ynquã constat, ergo, &c.

33
Præsc. cessat inter exteras.

Facit † nam etiam hodie vsus aquarũ communis est, non secus quã erat ab origine mundi, vnde Ouid. lib. 6. Metamor. sic modulatur; *Quid prohibetis aquas, communis vsus aquarum.* Idem Ouidius lib. 1. Fastorum ait: *Omne solum forti patria est, vt piscibus equor.*

34
Aquarũ vsus communis.

Ergo † in æquoribus & aquis nullum ius est, aut esse potest humano generi, præterquã quod ad vsum communem.

Præterea de iure naturali & diuino est illud præceptum, vt: Quod tibi non vis, alteri non facias, vnde cum nauigatio nemini possit esse nociua, nisi ipsi nauiganti, patet, vt à nemine possit aut debeat impediri, ne in re sui natura libera, & permessa, sibi que minimè noxia nauigantium libertatem impediatur, & lædat, contra dictum præceptum, & contra regulam l. libertas. ff. de statu hominum. §. libertas. Instit. de iure personarum. leg. prima, & secunda. ff. de homine libero exhibendo. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur. l. si quando. §. illud. verb. adstringendos. C. de inoffi. testa. præsertim cum omnia intelligantur esse permessa, quæ nõ reperiuntur expressim prohibita. l. nec nõ. §. q. eis. ff. ex quib. caus. maiores. l. super statuas. C. de religiosis.

35
Homo homini prodesse necit.

Quinimò non solum contra ius naturale esset, velle impedire talem nauigationem prætextu præscriptionis, cum impediendi id minimè proffit, & impedito noceat, sed etiam tenemur contrarium facere, hoc est, prodesse ijs, quibus possumus, cum id sine damno nostro fieri potest, & ita edocemur à domino nostro Iesu Christo in Euangelio, dum calumniantibus Iudæis curauit die Sabbathi ægrotum.

Hæc

Hæc est illa charitas, de qua per diuum Ioan-
nem Euangelistam Epistola quarta ad finem
dum ait: Mendacem esse, qui dixerit, se dilige-
re Deum quem non videt, si quidem nec iuuat
nec diligit fratrem suum, hoc est, proximum,
quem videt, hoc est, quod docemur à Iurecon-
in l. in illa stipulatione parte non fieri. ff. de ver-
ob. vbi no. Bar. & reliqui, non sufficere abstinere
à malo, nisi fiat quod bonum est, hoc eleganter
differuit Cicero Officiorum 1. & 2. & depin-
xit comicus Terentius in Andria, dum intro-
duxit Cremetem senem alteri seni prædiuiti
obiurgantem, quod se ipsum summis noxijs-
que ac assiduis curis & laboribus maceraret,
nam illi excipienti sic, tantum, inquit, ocium
est tibi rerum tuarum, aliena ut cures, eaque ni-
hil quæ ad te attinent. Replicauit Cremes sic:
Homo sum, humani à me nihil alienum puto,
non obscure significans propter illam natura-
lem cognitionem, quam inter nos natura con-
stituit, teste Iureconsulto in l. ut vim. ff. de ius-
tit. & iure, hominem homini non auxiliari,
nefas esse, præsertim cum id sine villo incom-
modo suo, iactura, aut impensa fieri potest,
quale est ei, qui inops consilij est, consiliū præ-
bere, comiter erranti monstrare viam, ex suo
lumine alterius lumen accendere, & similia,
ut plenius per Ciceronem, vbi supra, & hoc est
illud diuinum præceptum: Quod tibi non
vis, alteri ne facias, ergo quantum magis tenebi-
mur non obesse, præsertim quando nostra nil
interest.

36
Loca irregu-
larium commu-
nia non que-
runtur consue-
tudine, contra
doc.

Ex superioribus etiam apparet suspectam
esse sententiam Ioannis Fabri, Angeli, Baldi,
& Francisci Balbi, quos supra retulimus, exi-
stimantium loca iurisdictionum communia,
& si acquiri non possint præscriptione, posse
tamen acquiri consuetudine, quod omnino
falsum est, eaque traditio cæca, & nubila est,
omni que rationis lumine carens, legem que
verbis non rebus imponens, contra l. secun-
dam, cum vulgatis. C. commu. de lega. in ex-
emplis enim de mari Hispanorum, Lusitanorum,
Venetorum, Genuensium, & reliquorum con-
stat consuetudine ius tale nauigandi, & alios
nauigare prohibendi non magis acquiri, quàm
præscriptione, utroque enim casu, ut patet, par-
ratio est, ergo, & c. l. illud. ff. ad leg. Aq. & quia
per iura & rationes supra relatas id esset contra
naturalem æquitatem, nec vllam induceret vtili-
tatem, sed solam læsionem, sicque; ut lege expres-
sa introduci non possent. c. erit autem lex, quar-
ta distin. l. 1. & 2. ff. de legib. ita etiam nec lege
tacita, qualis est consuetudo. l. de quibus, cum
seq. ff. de legib. & tempore id non iustificaretur,
sed potius deterius & iniurius indies fieret.
c. si. de præsc. & in exemplis supra relatis,
de furtis & adulterijs, & similibus facinori-
bus supra relatis. nu. 15. loca verò publica etiã
præscriptione queruntur, ut infra dicam, con-
tra Bald. Angel. Fabrum, Francisc. Balbum.

Denique ad perspicuam istorum cognitio-

nem agendum est de ijs que in terra, quæ in ma-
ri, quæ in cælo reperiuntur, etenim licet iure
naturali, & gentium primæuo omnis terra erat
omnibus gentibus communis, quod ad vsum,
& quod ad proprietatem, vel dominium nulli
us omnino erat, tamen iure gentium secunda-
rio cæpit ab illa omnium gentium communio-
ne segregari ac separari, ut exempli gratia,
Hispania esset Hispanorum, Gallia Gallorum,
& sic de reliquis gentibus & regionibus, & c.
d. l. ex hoc iure, cum similibus supra allegatis,
& qua ratione vna prouincia à reliquis gen-
tibus & prouincijs potuit segregari, & distin-
gui, eadem ratione, in vna eademque prouin-
cia potuit pars quedam à reliquis eiusdem prouin-
ciae partibus, & gentibus separari, vni que,
vel quibusdam applicari, argu. de toto ad par-
tem. l. 1. & 2. l. an pars. ff. pro de relict. l. quæ de
tota. ff. de rei vendi. l. hæredes mei. §. cum ita.
ff. ad Trebellia. & ut cum vna prouincia à reli-
quis separatur, intra ipsum prouinciæ, & eius
terræ ambitum sunt flumina, quæ à reliquis
quoque gentibus, etiam quodam communem
vsum separata videntur, non secus quàm hu-
mus ipsa, ita quoque cum vnus prouinciæ
pars à reliquis prouinciæ ipsius partibus sepa-
rata, vni vel quibusdam hominibus applica-
ta, flumina etiam quæ intra illam particulam
erant, à reliquis prouinciæ partibus & gen-
tibus separata videntur, non secus quàm ipsa
met terra, & vtrumque tam terra, quàm aqua
fluens sit proprium illius domini, & intra il-
lam particulam volatilia quoque nidificantia
ad eundem in habitu pertinebunt, non se-
cus quàm terrestria, aut etiam aquatilia, quæ
in fluminibus reperiuntur, verum quia nimis
difficilia impossibilibus enumerantur. l. apud
Iulianum. §. constat, vbi notant Bar. Paul. Ca-
stren. Alex. Iaso. & alij communiter. ff. de leg.
1. & ferarum apprehensio nimis (ut constat)
difficilis est, siue illæ sint terrestres, siue cæle-
stes, siue aquatiles, consequens fit, ut qui est
dominus illius particulæ terræ, & aquarum pro-
fluentium, fluminumue, adhuc tamen is fe-
rarum, quæ ibi sese continent, siue illæ cæle-
stes sint, siue terrestres, siue etiam squameæ do-
minium habere non intelligatur, poterit ta-
men sibi soli competere ius piscandi in suo suis-
ue fluminibus, vel venandi in nemoribus suis,
vel aucupandi in syluis suis, ita ut alios ve-
nari, aucupari, piscariue festinantes prohibere
iure possit. Cum ergo iure gentium secunda-
rio admissum generaliter sit, ut hæc terrarum
aquarumque fluentium ab antiqua commu-
nitione separatio, & particularis applicatio fie-
ri iure possit, in eo tantum questio erit, qui-
bus quotiæ modis id fieri possit, & sanè fieri
poterit, primum ex populi expressa conces-
sione. arg. c. super quibusdam. §. præterea. ff.
de verbo. signi. Idem ergo in concessione taci-
ta. l. cum quid. ff. si certum pet. gl. no. in simili.
in l. 2. §. sed quia veremur. C. de iuramen. calu.

37
Terrarum et
volatiliū, &
terrestriū, &
aquatiliū ac-
quisitio etiã
fluminum.

I. cum ex filio, in prin. vbi multa per Ias. ff. de vulg. l. 1. vbi etiam multa per Iaso. C. qui admitti. tempore quoque, cuius initij memoria non sit, acquiri poterit. l. 1. 2. & 3. ff. de aqua pluuiarum. arc. l. 1. ductus aquarum. ff. de aqua quot. quo casu Ioannes Faber, Angelus, Franciscus Balbus, & alij relati in prin. huius c. contendunt non tam prescriptione quam consuetudine id ius acquisitum videri, per d. l. sane si maris. ff. de iniur. & mouetur etiam Baldus in rubr. ff. de rerum diu. & Franciscus Balbus de prescrip. 4. par. 5. par. prin. q. 6. quia, inquit, consuetudine acquiritur ius in specie nostra, quod antea nullius in bonis erat, vel ad nullum pertinebat, prescriptione vero ius, quod in bonis vnus erat, transfertur ad alterum, quod nihil est, si recte inspexeris, nam in specie nostra, qui tempore immemoriali ius quassuit, is id Reipublice ademit, sicque quod ad re publicam, quodque ad omnes, vel etiam ad singulos de populo pertinebat ad prescribentem, vel acquirentem translatum fuit, nec enim verum est, ad nullum antea pertinuisse, propterea quod ad omnes pertineret, id enim non minuit, sed auget, argumento d. authen. res quae. C. commu. delegat. Reiecta ergo eorum ratione definitio quoque principalis suspecta est, nam tale ius prescriptione potius, quam consuetudine acquisitum videri debet, nam consuetudo est lex tacita. l. de quibus, cum multis legibus seq. ff. de legibus. lex autem omnibus debet esse aequalis. c. erit autem lex. 4. dist. l. 1. & 2. ff. de legibus. sed hic cessat aequalitas, quia solius acquirentis conditio melior fit, reliquorum vero deterior, ergo, &c. Item lex debet esse utilis, sed hic esset nociua omnibus praeter acquirentem, ergo, &c. vt d. c. erit autem lex, cum similibus.

Præterea ad consuetudinem induendam longum tantum tempus desideratur. d. l. de quibus, cum seq. vbi fuse per Barto. & Ias. & nouiores, sed hic desideratur immemorabile tempus, ergo, &c.

Denique quod id ius tempore acquiratur, cum in confes. sit, sciendum est ad talem acquisitionem tria concurrere oportuisse. Primum, quod iste fuerit piscatus per tempus, cuius initij non sit memoria. Alterum, quod per id tempus nullus alius de populo piscatus fuerit, nisi forte de concessione istius, vel clandestine. Vltimum, quod alios piscare volentes ipse sciente, & patiente populo prohibuerit, nam & si ipse piscatus semper fuisset, & quosdam de populo piscari volentes prohibuisset semper, sed tamen non omnes, quia alij fuerunt prohibiti ab eo, alij vero liberè piscari fuerunt, id quod non sufficeret ex mere doctorum communiter, vbi supra.

Hactenus quoad terram vel flumina, Quid autem quoad mare? & in eo magis est, quod etiam concursus istorum trium non sufficeret ad acquirendum ius. Ratio differentiae inter mare ex vna parte, & terram, vel flumina, ex altera,

quia illo casu, vt olim, ita & hodie, & semper, tam quod ad piscandum, quam quod ad nauigandum mansit integrum ius gentium primæuum, neque vnquam fuit à communionem hominum separatum, & alicui, vel aliquibus applicatum, posteriore autem casu, nempe in terra, vel fluminibus aliud fuit, vt iam differuimus, sed quare ius gentium secundarium, vt eam separationem, quoad terras & flumina fecit, eandem quoad mare facere desijt, responde, quia illo casu expediebat ita fieri, hoc autem casu non expediebat, constat enim, quod si multi venentur, aut piscentur in terra, vel flumine, facile nemo feris, & flumen piscibus euacuatum redditur, id quod in mari non est ita. Item fluminum nauigatio facile deterior fit, & impeditur per ædificia, quod in mari non est, per totum. ff. ne quid in flumine pub. Item per aquæ ductus facile euacuatur flumen, non ita in mari, ergo in utroque non est par ratio.

Nec ad rem pertinet, quod supra diximus, quod communem esse usum aquarum, fontium etiam & fluminum, nam intelligitur quod ad bibendum, & similia, quæ fluminis dominium aut ius habenti vel minimè vel leuissimè nocent, minima. n. in consideratione non sunt, l. scio. ff. de mino. dixi multa lib. 1. de suc. reso. c. 7. Pro nostris sententijs facit, quia iniqua nullo tempore prescribuntur, & idem lex iniqua nullo tempore prescribitur, aut iustificatur. Ita Balbus de prescrip. 5. q. prin. in q. 11. illius 5. quæstionis princip. gloss. in cap. inter cætera. 16. q. 3. Alphonsus de Castro Theologorum doctissimus de potestate legis pœnalis, lib. 2. c. 14.

Quæ possunt queri priuilegio, an possint acquiri consuetudine vel prescriptione, vide per Panor. & plenè Felinum in c. accedentes, de prescrip. Balb. de prescrip. 5. q. in princ. glo. in c. catholica. 11. dist. vbi Dominicus, & præpos. Ant. in d. cap. accedente, & prescriptionem posse causari à priuilegio insufficienti, & posse cum eo concurrere, tradunt Bal. in leg. 1. col. pen. C. de seruis fugitiuis. c. cum personæ, de priuileg. lib. 6. vbi Ioannes Andreæ, & Geminia. c. veniens, cum glo. vbi Panor. de prescrip. Balbus in 5. q. princ. post prin. Imola in repetitio. c. si. col. 9. de prescrip. vbi tradunt, an contra tenorem priuilegij possit priuilegiatus prescribere, & an videatur renunciare prescriptioni per impetrationem priuilegij.

Et actioni nõdum ortæ, sed quæ speratur competere, an prescribi possit, præsertim contra eum, qui poterat efficere, vt ipsa oriretur, tradit Balbus, vbi supra 5. q. princip. in versu tertio quæro. Bal. consi. 292. super eo. lib. 3. glo. in l. empti. C. de euitio. Ancha. in c. sine possessione, de reg. iur.

Et quæ sunt inprescriptibilia ex legis dispositione, vt via publica, homo liber, res sacra, nec per an nos mille prescribentur. Bal. in fi. & ibi Ange. in l. omnes. C. de prescrip. triginta annorum.

38
Piscandi ius
presc. queritur
contra doct.
Et non con-
suetudine con-
tra eos, id
ius non natu,
sed translatu
dicitur contra
eosdem.

40
Aque vsus
communis, quod
fit, vt intelli-
gendum.

41
Lex iniqua
nullo tempore
prescribitur.

42
Tit. illegitimus
quando
profit ad pre-
scrip.

43
Actio nõdum
orta an pre-
scribatur.

44
Prescribibi-
le quod nõ est,
nec an mil-
le prescribi-
tur.

39
Terrarum et
fluminum ac-
quisitio non
maru permif-
sa.

norum. Ioannes de Platea in l. si quis decurio 3. C. de decur. lib. 10. glo. in l. 2. C. de ingenui. manumiss. gl. in l. si. C. de præscrip. longi tempor. quæ pro lib. Felinus in Rubr. de præscrip. Idem Felin. in c. accedentes. col. 4. eodem tit. Balbus, vbi supra par. 5. quæstio. 19. contra Panormi. confi. 26. lib. 2. Et legem iniustam nullo tempore posse præscribi, tenet Balbus, vbi supra, quæstio. 12. per c. erit autem lex. 4. distinct. post glo. in cap. inter cætera. 16. quæstio. 3. & Balbus, vbi supra, quæst. 14. ait incolatum seu domicilium decennio præscribi, vel acquiri, & priuilegia ciuilitatis, & Bal. in rub. de præscriptio. ad fi. l. 2. & ibi glo. & Bar. C. de incolis. lib. decimo.

45
Præscr. cessat inter extraneos à inuisione.
Denique † præscriptionum materia locum non habet in sequentibus casibus. Primus, quando res ageretur inter duos populos liberos, vel inter plures.

Secundus quando ageretur inter principes non recognoscentes superiorem.

Tertius quando ageretur inter extraneos respectu iurisdictionis, etiam si illi essent priuati homines, & consequenter idem est respectu ambasciatorum seu legatorum, & reliquorum peregrinorum, vt plene disseruimus supra part. 1. istius præscriptionum tractatus in primo cap. illius par. 1.

46
Præscr. cessat in seq.
Præterea † actionum personalium præscriptio actiue (hoc est, quod ad inducendam obligationem personalem) etiam hodie locum non habet, vt edocemur supra par. 1. in q. 10. illius partis 1.

Et alios casus, in quibus cessat præscriptio, colliges supra par. 2. in c. inci. quod ad materiã præscriptionum. & Balbus enumerat quãplures in 6. par. prin. ad fin. in tract. de præscrip.

47
Præscr. cessat in casibus seq.
Alios † quãplures casus, in quibus cessat præscriptio, enumerauimus & tradidimus varijs in locis in tract. de succ. crea. quos casus vt ex integro repetere non expedit, cum ibi inueniri possint, ita eos summatim referre oportuit, estq; vtile referendo ea loca, quibus plenius peraguntur, quæ sunt sequentia.

Præscriptio triginta annorum iure ff. incognita, cum communi. §. 21. nume. 234. in tract. de succes. creatio.

Præscriptio an impediatur alienatione verita. §. 26. nume. 127.

Præscriptio longi temporis non rescinditur per restitutionem, contra communem. §. 26. nu. 232.

Præscriptio immemorialis an detur inter dominum, & vasallum. §. 22. nu. 24.

Præscribi an possit ius facultatis. §. 22. nu. 26.

Præscriptio immemorialis non procedit, vbi non est possessio, vel quasi. §. 22. nu. 25.

Præscribi an possint alienari verita. §. 26. nu. 112.

Præscrip. nunquam rescindi restitutione contra communem. §. 26. nu. 111.

Præscriptio impeditur, quando iurisdictione

aliqua in parte exercetur. §. 26. nu. 123.

Præscrip. mala fide non contingit, etiam in actionibus, cum communi contra alteram communem. §. 21. nu. 119.

Præscr. fauorabilis non facilius pacto impeditur, quàm odiosa, cum Alcia. contra Fel. & alios §. 10. nu. 19.

Præscriptio iuris personalis refertur fundetur in negligentia non potentis, an verò in præsumptione solutionis, noua decla. contra Fel. Rom. Crotum, & alios. §. 10. num. 19.

Præscriptio virtualiter impeditur, si conuenitur, vt ea impleta iterum actio renasceretur, cum communi. §. 10. nume. 23.

Præscriptio cum peccato non inchoatur cū communi. §. 10. nume. 33.

Præscriptio pacto potest renunciari ex permissione legis, vel statuti, cū cōmuni. §. 10. nu. 21.

Præscriptio non impeditur per pactum de non præscribendo, etiam ante inchoatam præscriptionem, contra Fel. §. 10. nu. 14.

Præscriptio 30. ann. procedit etiam de iure cano. in casibus cum communi. §. 10. nu. 150.

Præscribi non potest personalis actio cum mala fide, cum communi contra Bar. & sequentes. §. 10. nu. 14.

Præscriptio per pactum prorogari non potest cum Croto contra cōmunem. §. 10. nu. 24.

Præscriptio iure sforum incognita, cū communi. §. 10, num. 16.

Præscriptio etiam sumēs originem ab ipso contractu renunciari non potest, contra Bald. Feli. Ripam. §. 10. nume. 18.

Præscriptio contingit cū bona fide orta etiam ex iniusta causa, cum cōmuni. §. 10. nu. 13.

Præscriptio actionum & seruitutum non fit cum mala fide de iure canonico, cum communi contra Barto. §. 10. nume. 12.

Præscripta actione personali, debitor est tutus in foro contentioso, cum Felino, & alijs contra Couar. §. 10. nume. 35.

Præscribitur vel finitur 30. annis ius offendendi, cum communi. §. 10. nu. 17.

Præscriptioni etiam in merū fauorem præscribentis inductæ renunciari non potest, contra communem. §. 10. nume. 16.

Præscriptionem an testator vetare possit, noua declaratio. §. 10. nume. 38.

Præscriptio cum mala fide non procedit, etiam in actionibus temporalibus, contra communem. §. 10. num. 36.

Præscriptio cœpta contra priuatū, cui successit, ecclesia non variatur. §. 10. nu. 41.

Præscriptio longi temporis non impeditur per pactum de non præscribendo, contra Fel. Bar. & Ripam. §. 10. num. 11.

Præscriptio non impeditur per pactum etiam iuratum, cum quibusdam contra communem. §. 10. nume. 9.

Præscriptio præterita pacto renunciari potest, cum Feli. & alijs, quod fallit in rebus corporeis. §. 10. nume. 10.

Præscriptio non potest per pactū impediri, cum cōmuni, contra quam plures. §. 10. nu. 6.

SEXTA ET VLTIMA

PARS, QVÆ AD RÉSOLV-

TIONEM SEV RESCIS-

SIONEM PRÆSCRIPTIONUM

vergit.

48
Præsc. an rescinditur male fidei aduentu.



PRÆSCRIPTIO ¶ semel completa ex multorum sententijs rescinditur male fidei aduentu, post finitam seu expletam præscriptionem cōtingente, quam rem vehementer controuersam peregrinus supra cap. 84. dicit tibi.

49
Præsc. an rescindatur ob ignorantiam vel absentiam.

Secundus casus ¶ quo ex multorum sententijs rescinditur vsucapio, est per restitutionis interuentum, quæ conceditur ei, contra quem absentem, aut ignorantem, aut absentem simul & ignorantem, præscriptio contigerat, iuxta leg. fin. C. de temp. longi præscri. quam rem à nostris inter sese dissidebimus, vehementer controuersam similiter differuimus supra cap. 75. dicit tibi.

50
Præsc. an pacto rescindatur, ard. 9.

Tertius casus est ratiōne pacti quod efficit, vt præscriptio semel cōpleta infirmitur. Ita tenent Ang. in l. 1. C. ne rei domi. vel temp. Din. & Io. Imol. in l. nemo potest. ff. de l. 1. And. Alciat. in rub. de præsc. nu. 58. Ioan. And. ad Spec. in rub. de præsc. col. 2. & hæc opinio erat cōmunis ante tempora Bart. secundum Alciatum, vbi supra, Bar. & Bal. in l. 1. ff. de vsucap. est que communis opinio, secundum Bald. in d. l. nemo potest, vbi eam tenet etiam Florianus, & Bal. in l. 1. C. de senten. quæ pro eo quod interest. col. 4. Anto. Butt. in c. cum non liceat, de præsc. sed aduerte quod omnes hi partes minime dicunt præscriptionē impletā pacto infirmari, sed tantū impediri antequā inchoetur.

Contrariā partem quæ hodie receptior est, secundum And. Alcia. vbi supra, tenent Barto. col. pe. in d. l. nemo potest, quā & sequuntur, & receptiorem appellant Francisc. de Rip. numero 104. ibi, & And. Alciat. vbi supra, Raphael Cuma. Areti. & Alex. nume. 25. & Ioan. Crocus nu. 45. in d. l. nemo potest. sequitur, & affirmat esse receptiorem sententiam Ioan. Annibal, in d. l. nemo potest. nu. 685. & est cōmunis opin. secundum Præpositum, qui eam sequitur in c. 1. §. præterea, de cap. Cor. tenet Fran. Balb. de præscript. in 5. par. 5. par. prin. q. 6. qui alios allegat. Bal. in l. si postquam. ff. de fideiuss. Panor. in rub. de præscrip. col. fi. Ludouicus Roma. in Rubri. ff. de arbit. colum. vigesima. & idem Roman. consi. 201. pro decif. præsentis, quem refert & sequitur Iaso. hanc partem secutus in d. l. nemo potest. num. 111. lect. 2. & idem Ias. ibi nume. 80. in lect. 1. sed aduerte quod hi Doctores nil aliud dicunt, nisi quod pacto impediri nō potest præscriptio.

Quid dicendum? & præmitte longam esse differentiam, vtrum agatur de præscriptione iurium realium, an verò de præscriptione iurium personalium, priore enim casu ob bonū publicum fuerunt introductæ vsucapiones. l. 1. ff. de vsuca. posteriore autem casu non ita. sed magis, vel saltem potissimum propter utilitatem priuatam, ¶ ided tunc iurium personalium præscriptio videbatur posse renunciari, arg. l. si quod nolit. §. pen. ff. de ædil. edict.

Sed cur magis ob bonum publicum videtur inducta iurium realium præscriptio, quam iurium personalium? respondeo ea ratione, quod possessioni naturali & apparenti magis fauendum erat, quàm vbi vel nulla possessio omninò erat, vel erat impropijsima & latens, sicque si contra me habebam aliquam actionem, præsertim datiuam, & breuissimæ vitæ, mirum non est, si cōueniri possit, vt eius vita breuietur, vel prorogetur, vt d. l. quod si nolit. §. pen. non sic in remouendo tempore rebus corporalibus præscribēdis definito, quia ex rebus corporalibus nascuntur fructus, ex quibus sustinetur vita hominum, sicque vt earum rerum dominia non sint in incerto, longè magis interest reipublicæ, quàm respectu dictarum actionum personalium ¶ & sic vsucapionem rerum corporalium ob bonū publicum etiam principaliter introductam esse, tenendum est, per d. l. 1. ff. de vsucapio. si non violetur, vt est ex mente omnium eorum, quos supra retulimus, tenere hanc opinionē negatiuam, vt nequeat pacto renunciari præscriptioni, licet contrariū teneant ij, qui partem contrariam tuentur, & potissimū Franc. Balb. vbi supra, post Ang. Imo. & Ale. col. pe. in d. l. nemo potest, id quod nos tenuimus (sed minus rectè) in §. 10. num. 6. vers. pro priore, in tracta. de succ. crea. & ad confirmationem istius differentie, quam inter præscriptionem rerū corporalium, & actionū personalium constituimus, conducunt, quæ non minus vtiliter, quā nouè differuimus, supra par. 2. q. 1. cū seq.

His præmissis ¶ finge me redemisse seruum ab hostibus, quem tibi hac lege donauit, ne eū posses præscribere, certè post tempus ad talis rei præscriptionem à lege definitum tali pacto minime obstante, iuxta superiorem conclusionem eum te præscripsisse credo. Addo optimum text. hanc ad rem à nemine vnquā allegatum in leg. si id quod. ff. pro derelict. vbi vxor marito rem donauit alienam, quam maritus accepit, cum vxoris esse putaret, sicque nec possidebat cogitatione dominij, nec putabat se posse præscribere, quia ille titulus, vt potè à lege improbatas pro non titulo habebatur. leg. 2. C. pro empto. leg. 1. C. de bon. mater. leg. 2. §. si à pupillo. ff. pro empto. adhuc tamen is maritus eam rem præscripsit, quia vt præscriptio contingat, sufficit possessionem vitio carere, prout ibi contigerat, quæ vt vitio careat, sufficit possessorem putare sese domi-

¶ Insel. l. quod si nolit. §. pen. ff. de æd. ed.

52
Præsc. rerum corporalium ob bonum publicum cum principa liter inducta, ard. 9.

53
Malam fidem non habet, qui præscribit contra pactum.

domini ex voluntate possidere, ut ibi, dum ait quasi volente & concedente domina: Sic & in proposito, ergo sciebam te habere dominium istius serui reuocabiliter eo ipso quæsitum quod eum ab hostibus redemisti. l. in bello. §. si quis seruum. ff. de capt. sicque legitimè eum te donante possidebam sciebamque me eum posse præscribere (si nullum pactum interpositum fuisset) post transactum tempus, quod priori domino lex ad eum seruum redimendum concedebat, iuxta dict. §. si quis seruum. certè non obstante pacto eum præscribam, quia tale pactum non constituit me in mala fide, ut d. l. si id quod, licet contrarium & malè tenuerit Ripa in l. nemo potest. ff. de leg. 1. num. 105. quem improbauimus de succ. crea. §. 10. num. 12. vide supra 71. c.

54.
Præscr. facta
contra pactum
an agatur ad
interesse.

Cùm † ergo dominium irreuocabile illius serui præscriptione illa quæserim, in eo duntaxat quæstio manebit, an qui mihi eum donauit ad interesse, vel fortè ad ipsius serui dominium restituendum ex vi pacti agere contra me possit, prout dominium, semel quæsitum in mille iuris speciebus restitutioni subiectum esse apparet, in l. videamus 2. ff. de vsuris, & quidem contra me agere non poterit si eius non interfit. l. ex conuentione. C. de pact. l. 1. C. sine censu vel reliquis. l. stipulatio ista. §. alteri, & §. si stipuler, & utrobique per Barthe. Alexand. & Iason. ff. de verb. obliga. sin autem eius interfit, agere poterit, vnde si eidem donatori verus dominus eum seruum (hoc est facultatem & ius eius redimendi) donasset, legasset aut aliàs concessisset, iam eius interesse inciperet, & sic agere posset, dictis legibus, sicque illa vsucapio fortè rescinderetur, quod obtinet si ea donatio vel legatum fieret ante perfectam serui præscriptionem.

55
Præscr. rescinditur renunciatione.

Quartus casus in quo rescinditur vsucapio est, quando post eam completam tali præscriptioni renunciatum fuit, ita tradunt communiter Doctores. ut per Francisc. Balbum de præscrip. in 5. par. 5. partis princip. q. 6. Fel. in rubr. de præscrip. num. 10. Francisc. de Ripa in dict. l. nemo potest. ff. de leg. 1. num. 106. per l. si postquam. ff. de fideiussor. quæ conclusio & si in præscriptione actionum fortè vera sit, non sic in præscriptione rerum corporalium, ut diximus de succ. crea. §. 10. num. 10.

Quintus casus est quando renunciatio fit iuramento, ut per Balbum, vbi supra, num. 3. quod impugnaui in d. §. 10. num. 9.

56
Præscr. an cesset hic.

Sextus casus est, † quando conuenit, ut si actionem, quam contra te habebam, præscriberes, iterum eadem quantitas, vel res deberi inciperet. Ita Bar. in d. l. nemo potest. col. pen. per l. sicut in annos. ff. quib. mod. vsufr. ami, sicque impleta semel præscriptio virtualiter & in effectu rescinditur per modum alterius obligationis renascentis, sequitur Balb. vbi supra num. 3. Angel. in prin. Insti. de vsucap. colum.

4. de quo per Fel. in d. rub. de præscri. col. pendixi in d. §. 10. num. 23.

Septimus casus est, † quando per legem liceret pacisci super præscriptionibus breuiandis, prorogandis, vel perimendis, tunc enim post impletam præscriptionem posset agi, ut rescinderetur inter partes, ita in simili tenet Franciscus Ripa, num. 107. in d. l. nemo potest. confirmata quia præscriptiones sunt meri iuris positiui, ut plenè diximus supra par. 1. q. 2. ergo per ius posituum poterit eis addi, detrahi vel commutari. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. c. omnis res, eo. tit. §. sed naturalia. Insti. de iur. nat. & in specie ita tenet Felin. in dict. rub. de præscrip. Bald. in leg. 2. per illum text. C. de const. pec.

57
Præscr. cessat hic.

Octauus casus est, † si actum fuit inter partes, ut actio quæ fortè per annum vel biennium præscriptibilis erat non præscriberetur, nisi tempore longiore, vel ut res quæ triennio vel decennio præscriptibilis erat, non præscriberetur, nisi longiore tempore, in his enim speciebus & similibus in effectu videtur per pactum rescindi præscriptio, eo quod ea præscriptio, quæ tali pacto cessante contingeret, nunc per talis pacti interuentum contingere desijt, ita videntur tenere communiter Doctores, ut per Accursum, & Baldum & alios in a. the. quas actiones. C. de sacrosanc. eccle. Angel. in a. the. ut Ecclesia Romana, in prin. & alij quos retulimus de succes. creatio. §. 10. nu. 24. vbi ab hac opinione recessimus post Crozum nu. 45. in d. l. nemo potest. & supra num. 37.

58
Præscr. rescinditur in multis casibus.

Nonus casus est, quando testator, qui re bona fide emit, postea dubitare cœpit, an fortè esset aliena, & iussit, ne eam hæres possit præscribere, si fortè aliena appareret, quo casu adhuc puto perfici præscriptionem mero iure, verum in effectu rescinditur, quia quasi ex causa fideicommissi si eam hæres sic præscriptam tenebitur restituere, arg. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. eo. tit.

Decimus casus traditus fuit per nos de succ. crea. §. 10. nu. 40. vers. denique ex dictis.

Vndecimus casus quado ex forma statuti de bitum decennio præscribi poterat præscriptum fuit decennio mox partes conuenerunt, ut per aliud biennium actio duraret, sicque in effectu rescissa fuit vsucapio, quod dic vt d. §. 10. num. 26. vers. in summa.

Duodecimus casus est, in præscriptione inducitur in merum partis fauorem, arg. eorum quæ diximus d. §. 10. numero 16. vers. quinto limi.

Tertiudecimus casus est, quado rescinditur vsucapio per interuentum restitutionis concessæ minoribus, vel militibus, vel ecclesijs, & is casus alios multos contineat sub se, ut diximus plenissimè de succ. crea. §. 10. nu. 40. cum multis seq. per l. si. C. in quib. ca. in integ. restit. non est necessar. l. i. C. si aduer. vsuc.

r 4 Quar-

Quartusdecimus casus fauore paupertatis rescinditur praescriptio, vt diximus supra primo capit. 136.

59
Praesc. que nititur legi praesumptione res solubilis est, quod procedit in casib. quinquaginta.

Quintusdecimus casus, lex iussit, vt mercedes famulorum praescriberentur triennio, ea ratione mota, quia qui post triennium mercedem ab hero suo petit, praesumitur retro suam mercedem recepisse, & iterum eam exigere velle, contra ca. bona fides, de regu. iur. lib. 6. certe hoc casu si post triennium is famulus probat sibi mercedem nunquam fuisse solutam, rescindetur ea praescriptio, ipseque obtinebit, vt dixi de success. creation. §. 10. num. 36. quod nota ad intel. prag. ann. 1528. capit. 157. quod tamen non affirmo, sed dicito, vt differuimus de succ. crea. §. 10. nu. 33. dic vt in sequentibus tribus versiculis.

Decimus sextus casus est, vt omnis praescriptio, quae nititur in praesumptione solutionis, vel numerationis, rescindatur quoties pbatur contrarium, exempli gratia, lex concedit exceptionem non numerata pec. contra hanc exceptionem debitori competentem, praescribitur biennio. l. in contractibus. C. de non num. pecu. in princip. Institut. de literarum obligat. Ratio est, quia post biennium lex praesumit veram pecuniae numerationem a creditore factam fuisse, vt dictis iuribus, ergo contra hanc praescriptionem admittitur probatio in contrarium, sicque si debitor etiam post biennium probat sibi pecuniam non fuisse numeratam, ea biennij praescriptio quasi rescissa sibi nihil oberit. Ita (multis tamen repugnantibus) plenè tradit Philippus Decius in leg. iure naturae. ff. de regu. iur. Emanuel de Aco. sta in l. 3. C. de non nu. pecu. vl. fall. dixi plenè multisque ornavi de success. crea. §. nono. numero 22.

Decimus septimus casus est, vt omnis praescriptio quae nititur in praesumptione obligationis, si probetur eam obligationem re vera non interfuisse, cessare aut rescindi dicatur, vnde in terminis l. cum de in rem verso. ff. de vsur. vbi is qui certum quid annuum per cōtinuum decennium recepit, dicitur illam annuam praestationem in posterum praescripsisse, vt in aeternum tantundem singulis annis sibi praestandum sit, quia causa & titulus obligatorius eo ipso praesumitur, quod talem titulum & causam allegauit, quo casu ea praescriptio (si modò eam praescriptionem appellare fas est) si reus probauerit, nullam causam obligatoriam praescessisse, rescindetur, illeque in posterum liber manebit, vt est vera, & communis sententia, de qua plenissimè egimus, & pluribus quàm quinquaginta similibus ornavimus, supra par. 3. princip. & supra capit. 84. cum praecedentibus & sequentibus differuimus materiam d. l. cum de in rem.

Qua ratione in omnibus illis quinquaginta iuris speciebus, de quibus mentionem habuimus, in quibus inducitur praesumptio &

quasi quaedam probatio post longum tempus responderem, facta sufficiente in contrarium probatione, à tali legis praesumptione recedendum esse, & consequenter eam praescriptionis imaginem rescissam videri, vt dictis in locis artigimus.

Decimus octauus casus est, † quando praescribitur iurisdictio, nam talis praescriptio resoluitur aut rescinditur voluntate seu poenitentia ipsorum ciuium in quibus exercetur, moueor, nam omnis iurisdictio est, ad meram subditorum tantum, non etiam ad regentium vtilitatem, vt tradunt Plato, Cicero, sanctus Thomas, sanctus Ireneus, & deniq; est communis opinio tam sanctorum doctorum, quàm Philosophorum, & omnium scribentium, vt plenè differuimus supra libro primo. capit. 1. Quid quid autem ad nostram vtilitatem receptum est, tandiu durare debet, quandiu nobis placuerit, & non vltra, idque liberè repudiare, prodigere, & abicere possumus. l. pen. C. de pact. l. si quis in conscribendo. C. de episc. & cle. l. egregius, in l. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de verbo. oblig. l. filius familiās. §. diu. ff. de leg. 1. l. cum pater. §. rogo. & §. mando. ff. de leg. 2. l. i. ff. mand. in prin. Institut. eod. titu. l. sub hac. ff. de actio. & obliga. l. sed & si lege. §. consuluit, ibi, dum re sua se abuti putant. ff. de peti. hzred. leg. non vsque. ff. si à parente quis fuerit manu. l. 1. §. & magis. verbo. prodegit. ff. si quid in frau. patroni. l. inuito. ff. de reg. iur. §. praeterea, cum ibi no. Institutio. de actio. vbi Glo. ait, Id portat leuiter, quod portat quisque libenter. omnes enim homines aequè liberi sunt. l. quod attinet. ff. de reg. iur. & ad suam duntaxat vtilitatem sese aliorum submitunt iurisdictioni, non quò minus, sed quò magis libertate sua potiantur, dum principum armis, potentia & consilio aduersus facinorosos conciuēs, vel exteros tuentur, vt dixi supra c. 1. & 20. 21. 22. ergo si quoties libitum esset, nò liceret ab ea subiectione sic sponte facta discedere, iam ea ad suam vtilitatem duntaxat facta in læsionem & perniciem suam contra omne ius omnemque rationem conuerteretur. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. l. legata inutiliter. ff. de adim. lega. l. non ideo minus. C. de procu. l. quod contra. ff. de legib. id quod innumeris autoritatibus, legibus, & rationibus ornavimus, in l. si quando, in princip. C. de inoffic. testamen. cuius tituli interpretationem callocauimus in lib. vlt. de success. resolution. Nec immemorale etiam tempus huic rei impedimento est, quia omnes praescriptiones etiam immemorialis temporis (vt notum est) sunt iuris ciuili Romanorum merum inuentum, vt diximus supra parte 1. q. 2. cum seq. sicque populum Romanum duntaxat non etiam reliquas gentes tenent, sicque reliquae gentes iure tantum naturali & gentium, non etiam hoc iure ciuili Romanorum vtuntur. porro ius naturale & gentium praescriptiones non nouit,

60
Iurisdictio an praescribitur reuocabiliter

hous, vtdict. quæst. 2. cum seq. disseruimus. quinimodò nec ipsi populo Romano aut alteri populo, qui similibus præscriptionibus vteretur, id impedimento esset, quia, vt sepe diximus, tantum præscriptum quantum possessum. d. c. sine possessione, de regu. iuris. libr. 6. vbi per omnes. nec dubium est, quin & si quis dux, comes, marchio aut baro, & similes eiusque prædecessores iurisdictionem in quodam populo per immortale tempus exercuissent, adhuc in illius iurisdictionis possessione, vel quasi & modò esse & retro semper fuisse sub hac limitatione, moderamine, modo aut conditione videntur, vt ea meram ciuium duntaxat vtilitatem intueri videatur, & consequenter, vt ad libitum ipsorum resolubilis sit, vnde ciuibus domicilium & iurisdictionem mutare liberrimum est, vt diximus de succel. creat. libro tertio. §. 30. nume. 298. cum præcedentibus & sequentibus. veritas tamen istorum pender ab triplici illa principatus specie, de qua supra libr. 1. ca. 1. disseruimus. sicque isthæc interea non adfirmamus.

61
Intel. l. fin. C.
de reuo. do.

Decimus nonus casus est, † quãdo rem alienam, quam meam esse putabam, tibi bona fide accipienti donati, qui eam præscripsisti, de inde erga me ingratus extitisti, tunc enim rescissa tali præscriptione eam rem (vt quibusdam placuit) reuocare potero, argumento l. fina. C. de reuoc. dona. quod fortè non est tutum, quasi donatarius, postquam rem præscripsit, iam non tam à me quàm iure suo habere videatur, arg. l. si id quod. ff. pro derelicto, & quia beneficium d. l. fina. ad res proprias non ad alienas donatas videtur pertinere, nisi fortè verus dominus eam rem postea huic donatori donasset aut legasset.

62
Intel. l. fin. C.
de reuo. don.

Vigesimus casus, † quando in terminis l. si vnquam. C. de reuocan. don. postquam donatarius res alienas bona fide donatas & acceptas præscripsisset, liberi donatori nasceretur,

tunc enim per ealem liberorum superuenientiam quasi rescissa illa præscriptione res donata ad donatorem (vt quibusdam placuit) reuerterentur, præsertim si verus dominus eas res mihi ante impletam à donatario præscriptionem donasset, aut legasset, tunc enim duplex ius mihi competeret & dominij & iuris seu beneficij. d. l. si vnquam. sed ius dominij mihi superueniens nihil prodesse, quia per hoc tranliret illico dominium in legatarium, beneficium verò, d. l. si an prodesset, pender ab illa q. intra quantum tempus. d. l. si vnquam beneficium possit intentari.


Vigesimus primus casus, quãdo quod mihi debebas præscripsisti, deinde errore soluisti, & vis repetere, sed tibi objicienti præscriptionem replico, quòd naturaliter obligatus mihi permanebas etiam post præscriptionem, quæ obligatio naturalis etiam hoc casu secundum quosdam parit exceptionem, sicq; in effectu rescindit aut elidit præscriptionem, id quod tutum nõ est, vnde dicito, vt supra 1. par. princip. quæst. 7.

Vigesimus secundus casus, nam si fundus vel alia res corporea reuertitur, postquam præscripta fuit, ad primum dominum, ipsi datur retentio contra ipsum præscribentem in præscriptione longi temporis, secundum Accursium & Dynum & Doctores communiter, id quod nos impugnamus supra part. 1. princip. quæstio. 7. numero antep. ergo illo casu secundum eos rescinderetur præscriptio, non sic secundum nos.

63
Præscriptio
dicitur si fundus
revertitur ad primū
dominum.

Vigesimus tertius casus, nam si fundus, longo tempore præscriptus perueniat etiam ad tertium, domino priori datur rei vindicatio contra illum tertium, secundum Doctores, quales sunt Dynus, Balbus, & alij, sicque in effectu ea præscriptio rescinditur, nos contra, vt diximus supra par. 1. quæst. 7. nus penul.

F I N I S.



FERNANDI VASQVII PINCIANI DE MENCHACA IVRE

CONSULTI HISPANI, IN SUMMO DOMINICAE REI PHILIPPI HISPANIARVM REGIS
Cath. potentissimi Pratorio Senatoris.

CONTROVERSIARVM ILLUSTRIVM, ALIARVMQVE VSV FREQVENTIVM, LIBER TERTIVS.

SUMMARIVM.

- 1 **P**RAMIVM propositum ei qui primus vrbis obsessa muros ascenderet, vtri eorum qui muros pariter ascenderunt de beatur, egregia quaestio.
- 2 Verisimilia pro expressis habentur, licet nec mente nec verbis essent comprehensa.
- 3 Indefinita relata ad rem aequipollet vniuersali.
- 4 Historia Aristodemi & Hippomedontis.
- 5 Indefinita aliquando cuique ex multis solidum tribuit.
- 6 Incertitudo vbi est, ad coniecturas deueniendum est.
- 7 Praemium pinguis praestandum esse interpretamur ob factus memorabile.
- 8 Praemium si indiuiduum est, vt inter merentes partiat.
- 9 Possessionis vis magna.
- 10 Probationes sufficit, vt concludant verisimiliter.
- 11 Maioratum vter ex duobus geminis habiturus sit, si incertum sit vter eorum prior natus fuerit.
- 12 Necessitatis causa receditur a regulis iuris.

CAPVT XC.

PRAMIVM propositum ei qui primus murum vrbis obsessae ascenderet, si duo simul ascenderunt, vtri debeatur, egregia q. I qui primus vrbis obsessae murum ascendisset praemium fuit propositum, duo pariter murum ascenderunt, vel castrum hostium pariter intrauerunt irruentes, quaeritur quis eorum, & qua ex parte praemium propositum laturus sit? Quidam quod sit gratificationi locus, arg. l. fina. ff. de relig. & sumptibus funerum. l. generaliter. §. quid ergo. ff. de fideicom. libert. leg. in naue Saupheli. ff. locati.

Quidam rem sorte dirimendam aiunt, arg. l. fin. C. communia delegat. l. in tribus istis. ff. de iudi. Tertij solidam rem cuique dandam putant, argum. l. qui filibus. §. i. ff. de leg. i. l. si

pluribus. §. fina. eod. tit. Quarti non solidum praemium cuique dandum firmant, sed dimidiatum, arg. l. si quis Titio. §. fin. ff. de lega. 2. Vltimi vtrunque excludendum contendere videntur, arg. l. si ita fuerit. ff. de rebus dubijs. l. duo sunt Titij. ff. de testamen. tutela. l. eum qui. ff. ad Trebellia. l. ita stipulatus. ff. de verb. oblig.

Et quod singuli solidum praemium habere debeant, tenent Iacobus de Rauenna, & Odofredus, & Albericus. nume. 4. in proemio fororum. §. discipuli, sequitur & dicit communem sententiam Franciscus de Ripa in lege, si quis in fundi vocabulo. §. fin. in fine. ff. de leg. i. Dinus, Cinus, & Angel. in l. qui filibus. §. i. ff. de legat. i. sentiunt Barthol. & Imo. in l. hoc articulo. ff. de heredib. instituen. plenissime per Andream Tiraquellum, in tractatu primogenitu. quaest. 17. opinio. 4. numer. 12. Tancre. de Corneto rubrica 11. quaestio. 13. sentit Bald. in proemio fororum. §. sed cum nos. sentiunt Ant. de Butrio. & Ioannes de Imol. in Clemen. i. de rescriptis. licet Alexand. nihil firmit in d. l. qui filibus. §. i. Hac opinio non placet, quia constat quod non tanto praemio dignus est, nec tam de suo Imperatore benemeritus fuit, qui simul cum alijs victor extitit, quam foret si solus victor existeret, vt in quaestionibus sequentibus latius dicemus.

Quod autem per contrarium neuter ad praemium admittatur, tenet Alexan. in l. eum qui nouissimus. ff. ad Treb. & alij quos refert Corsetus, vbi supra, quaest. 1. colam. 3. in suo tract. de brauio.

Quod autem quisque ad partem tantum praemij admittatur, & faciant sibi partes concursu, tenent Corsetus in d. tract. de brauio. q. 1. numero quinto. post Cin. & Iaco. de Arena quos ipse refert, & quae plures relati per And. Tiraquellum in tract. primog. q. 17. opi. 4. numero duodecimo. qua de re per Barthol. Bald. Imolam & Cumanum in l. hoc articulo. ff. de heredit. institu. per Petrum de Bellapertica, Din. Oldra. Iacob. de Arena, Cinum, Alberi. Barthol.

Barthol. Bald. Ange. & alios in l. qui filiabus. §. i. ff. de leg. i. Fulgo. consilio 47. ser Michael. Paulus in l. eum qui. ff. ad Treb. Imol. in l. duo socij. ff. de hær. instituē.

Quid dicendum? & sanè hæc media opinio, vt vterque ad præmium admittatur, ita tamen vt partes faciant concursum verior visa est, Primum, quia de proprietate sermonis admittenda. Deinde quia accedit neutri ac intentioni eorum qui præmiū proposuerunt, quod sit ex proprietate verborum, patet per l. ex duobus, in princip. ff. de vulg. & pupilla. subst. l. qui duos. l. quod de pariter. ff. de reb. dubi. l. si ita fuerit. eo. titu. quib. iuribus habetur eum primum videri, quem nemo antecedit, hos autem duos à nemine præuentos fuisse constat, & consequenter primos mœnia ascendisse, iure dicemus, quod autem isthæc interpretatio sit ex mente, animo ac sententia eorum qui illud præmium pollicebantur, in comperto videri debet, cum enim actiones nostras iuxta plerunque accidentia, non iuxta ea quæ raro contingunt, iudicari debeant. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. l. nam ad ea. ff. de legibus. & ferè semper hostium mœnia & castra ascendere, vel intrare non simul à multis contingat, sed prius ab vno quàm ab reliquis, sanè verosimilius est, qui præmium proposuit cogitasse vnum tantum fore qui reliquis anterior mœnia subituros esset, ideoque vnicum tantum præmium non etiam plura pollicitus suis, plura præmia expositurus si plures viros mœnia pariter subituros cogitasset, cum ergo nullus præter voluntatem & intentionem suam videatur obligari. l. obligationum substantia. ff. de actio. & oblig. leg. consensu, in princip. eod. leg. non omnis. ff. si cert. petat. per totum. Institutio. de oblig. ex consensu, superest, vt qui præmium pollicitus fuit, ad vnicum tantum, non etiam ad plura obligatus videatur, neque ad rem pertinet, quod si fortè plures viros mœnia pariter subituros cogitaret, plura fortè præmia proponeret, & consequenter quasi ad plura præmia præstanda obligatus videatur, iuxta Glof. app. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. leg. ita stipulatus. versu. Sabinus ibi, ex mente, vbi Paulus & alij. ff. de verbo. oblig. † Nam sanè dict. Gloss. procedit quando id est verosimilimum, quando in specie nostra non est, quinimò verosimilius est, vt si plures viros pariter inuasuros mœnia putasset aut cogitasset, licet fortè plura præmia proposuisset, tamen fortè longè minora præmia forent, ne ergo is promissor præter voluntatem suam vt obligetur dicamus aut in plus quàm voluit quod inciuile esset, dicendum est vnum duntaxat præmium, non etiam plura deberi, cum ergo vnicum debeat, necesse est illud inter vtrumque diuidi, argumen. dict. l. si pluribus. ff. de leg. primo. l. Mæuio, in princip. ff. de lega. secundo. l. coniunctim. leg. re coniuncti. ff. de leg. tertio. §. si eadem. Institutio. de lega. neque

in specie hac vlla est incertitudo, quæ vitari debeat, nam licet actor debeat probare suam intentionem. leg. prima. l. actor quod asseuerat. l. fin. C. de probat. l. qui accusare. C. de eden do, idque certò non etiam contingenter. leg. non hoc. C. vnde cognati. tamen vtrunque istorum suam intentionem etiam certò non contingenter tantum probasse videtur, quia se primum fuisse inspecta etiam proprietate verborum dicere potest, & concursus alterius qui similiter primus fuit, non ed tendit, vt is non videatur inuitatus, sed vt minore rei portione contentus esse debeat propter cõcursum alterius qui sibi partem aufert, non sic in terminis leg. si fuerit. ff. de rebus dub. leg. duo sunt Titij. ff. de testamen. tut. leg. cum qui nouissimus. ff. ad Trebel. cum sim. vbi erant duo Titij, & Titio legauit vel iusi, vt in partem vltimi morientis substitutus vocaretur, vel vt Titius tutor foret, nam Titio agenti rectè obijcietur, non satis certum esse, an ipse fuerit inuitatus, an verò alter Titius, & sic de reliquis. Præterea si plures ad eandem rem fuerint inuitati, faciunt sibi partem per concursum, nec se inuicem impediunt, quod procedit siue ad illam rem separatim inuitati dicerentur, vt in dict. §. si eadem res, & in dict. l. si pluribus. siue etiam coniunctim, vt dict. l. si pluribus, & leg. coniunctim. ff. de leg. tertio. Astringitur hoc argu. † nam quando pluribus eadem res relinquitur, vnusquisque ad solidam rem ex proprietate sermonis vocatus intelligitur, siue separatim inuitati fuerint. dict. l. si pluribus. §. si eadem res, & leg. vnic. §. vbi autem, cum §. seq. C. de cad. tol. siue etiam coniunctim, dict. l. coniunctim. l. Mæuio, in princip. verb. totus. ff. de lega. secundo. l. triplici. ff. de verbo. sign. & est vera & communis opinio secundum Baldum in leg. si fortidianum. C. de leg. & Iason. in leg. re coniuncti. ff. de leg. 3. numero 22. & Ripam numero 30. & secundum Zac. libro primo. sing. respo. capit. decimo octauo. Alci. in leg. triplici. ff. de verb. & rerum sig. (adde pro communi leg. vitium. ff. de reb. dubi. in verb. quasi initio) & etiam secundum Iason. in leg. si duobus. §. fin. ff. de legat. primo. & iterum in princip. eiusdem leg. & Barthol. in leg. cui fundus. ff. de condi. & dem. & iterum ipse Iason in dict. l. si duobus. §. fin. numero tertio. post Bald. & alios quos refert & Cuma. in leg. re coniuncti, in princip. Idem Aret. in dict. l. si duobus. §. fina. vbi etiam Imola, & Paulus & Baldus, Villal. fol. 13. columna tertia. in dict. l. re coniuncti, vbi Ripa numero 57. & numero 27. in fin. & Villal. fol. 32. colum. 3. in princip. cum ergo quando pluribus eadem res relinquitur siue separatim siue coniunctim, quib. casib. ad solidam rem quisque inuitatus intelligitur, adhuc sese inuicem concurrentes minimè impediunt, sed faciunt sibi partes per concursum, nec vbi vlla incertitudo esse videtur, cur non & in specie nostra idem fortè dicemus,

³
Indefinita re
lata ad rem
equipollet
vbi iur. sal. cum
communi.

²
Verosimilia
licet nec ver-
bi nec men-
se essent com-
prehensa, sa-
men pro ex-
pressu habentur.

dicemus, ut sese inuicem minimè impediant, sed concursu partes sibi faciant, nam cù in definita oratio æquipollet vniuersali. l. 2. ff. de lib. & posthum. l. si pluribus. ff. de legat. 2. §. nominatim. Inst. de exhibi. liberorum, illa verba indefinita (scilicet qui primus mœnia transcendit) æquipollerent vniuersali, ut si plures pariter ascenderint, & sic ex legis interpretatione omnes primi (ut diximus) videantur, omnes quidem ad illud præmium inuitati intelligantur, & consequenter quisque eorum agens rectè fundet intentionem suam, & certò non contingenter tantum, cum verum sit quæque eorum primum fuisse, & consequenter ad præmium propositum inuitatum fuisse, sed quia obligationem seu promissionem illius qui præmium proposuit præter eius intentionem augeri & geminari seu duplicari periniquum esset ad partem tantum cuique dandam necessariò deueniendum est, non aliter atque fit in terminis d. l. si pluribus, & d. l. coniunctim, cum similibus supra allegatis. Denique pro hac parte videtur tex. apertus in l. si duobus. §. fin. ff. de leg. 2. Agnosco tamen relatù esse quoppiam exempli Scipionis Africani, qui cum moralis coronæ præmium ei dandum esset, qui primus Carthaginis nouæ, quam obsidebant, mœnia conscendisset, duoque simul eos muro transcendisse se contenderent, vtrumque murali corona & honore donauit, ut testantur Titus Liuius de bello Punico secundo, li. 6. & Plutarchus Cheronæus de viris illustribus in vita ipsius Scipionis, quod & in apoph. ipsius retulit & laudauit Erasmus Roterod. huiusque sententia à nostris & sancta & æqua habita est, meminit etiam Alci. in l. proximus. ff. de verb. sign. & cum non absimilis contentio esset inter Aristodemum & Hippomedontem apud Cumanum ex insigni illa victoria quam ex Etruscis retulerant, qui ad sinum Ionicum habitabant, senserunt seniores vtrique eum honorem cõcedendum, teste Dionysio Halicarnasseo Romanorum antiquitatum lib. 7. verum huiusmodi exempla non tam ex iure quàm ex gratia videntur processisse, sicque ad iuris necessitatem non sunt trahenda. §. sed & quod principi. Inst. de iure naturali. l. 1. ff. de const. principum. Præterea cum præmissum sit propositum, vel à principe, vel à Republica plenius est interpretandum, iuxta Gloss. approbatam in l. fin. ff. de const. principum. c. decet, de reg. iur. in 6. & ibi de egregio quoppiam facinore præmiando, quod etiam trophæo dignum videretur, agitur, ab animo, & mente eorum principum, qui præmium pollicebantur, alienum minimè videtur locupletatum munus & præmium merentibus referre, † nec dubium est quin ex benigna & plena mente illius qui præmio quem honorare voluit, aliquando interpretamur, ut integrum donum aut præmium aut relictum alterutri ex duobus

4
Historia Aristodemi & Hippomedontum.

5
Indefinita ali quando solide cuique ex multis tribuit.

inuitatis præstetur, ut est tex. egregius in d. l. si pluribus. §. fin. ff. de leg. 1. quamuis regulariter cõkursu sibi partes facere deberent, ut ibi, itaque exemplum Scipionis & seniorum, supra relatorum, intelligo procedere in terminis d. l. si pluribus. §. si. cum ex euidenti aut verosimillima voluntate concedentis colligebatur, ut vtrique integrum præmium daretur, euidentem autem voluntatem accipere debemus, etiam eam quæ ex coniecturis colligitur, ut in l. licet Imperator, vbi plenè per Ias. & alios. ff. de leg. 2. iterum regulariter vbi tam insignne facinus non esset, sicque hæc præsumptio cessaret, non integrum cuique præmium deberetur, sed partes concursu fierent, stat ergo ex superioribus, ut præmium propositum ei qui primus hostium vrbisque obsidit mœnia transcendit, aut castrum hostium irrumperet, æquis ex partibus diuidetur, inter duos qui pariter, vel mœnia transcendunt, vel in hosticum castrum impetum irruentes fecerunt. Fallit primò quando ex coniecturis colligetur aliam fuisse mentem pollicentis tale præmium, argu. dict. l. licet Imperator, & eorum argu. quæ modò retulimus. Fallit † secundò quando facinus erat magnum & memorabile, quod sine magno periculo auderi non posset, præsertim si ad honorem & commoditatem Reipublicæ pertineret, & à principibus ab ipsa Republica præmium propositum foret, nam tunc ex integro præmium alterutri dandum esset, arg. dict. l. fin. cum ibi notatis. ff. de const. principum, & arg. eorum, quæ ait Alberi. in proœmio fforum. §. discipuli. col. 2. Fallit tertio quando præmium propositum erat indiuiduum in iure tam proprietatis quàm possessionis, vel vsus vel administrationis, veluti si filia Imperatoris in vxorem designata esset ei qui primus hostium mœnia transcendisset, tunc enim vel neutri daretur, vel locus foret gratificationi, arg. tex. in l. si. ff. de relig. & sum. fune. ista est communis opin. ut per Alberi. in d. §. discipuli, per Alexand. in d. l. qui filiabus. §. 1. qui alios refert per eundem & Lud. Romanum in l. cum qui nouissimus. ff. ad Trebel. latè per Tiraquell. vbi supra, qui quando fiat locus gratificationi fusè refert in dict. trac. primog. q. 17. opinio. 2. per totam. Fallit † quartò quando secundum quosdam alter ipsorum rei promissæ natus esset possessionem sine vitio, argu. ca. cum partium iura, de reg. iur. in 6. §. commodum. Inst. de inter. multa per Iason. Corn. Curt. luni. Decium, & alios in l. si emancipati. C. de collati. in illo arti. quado filius præsumatur in possessione patris potestatis. And. Tiraq. in d. quæst. 17. opin. 11. Pro nostra principi opinione optimus text. in l. & hoc Tiberius. ff. de hæredi. institu. vbi non solum quando est facti ambiguitas, sed etiam si sit iuris dubietas, diuiditur id de quo litigabatur, pro nobis etiam † quia probationes sufficit, ut cõcludant verosimiliter in ijs quæ euidentem proba-

6
Incertitudo vbi est, ad cõieitur. si dene niendum est.

7
Præmiu pinguis præstari dñ interpretamur ob facinus memorabile.

8
Præmiu in diuiduū ut inter merentes partiatur.

9
Possessionem.

10
Probationes sufficit ut cõcludant veri similiter.

probationem non recipiunt. Gloss. in l. neque naturales. C. de proba. quæ communiter app. secundum Corn. in l. si emancipati. colum. 2. C. de colla. sed hic non cadebat evidens probatio, quia agitur de interpretando animo eius qui præmium proposuit, ergo, &c.

Ex superioribus inferitur decisio illius articuli memorabilis vehementerque controuersa, si, si ad maioratum qui ad eum ex filiis qui primus natus esset pertinere debebat, plures gemini contendantur, vel quod pariter editi sunt, vel si non pariter, tamen incertum erat uter eorum anterior in lucem exiret, an ambo admitti debeant, an neuter, an forte alter tantum, qua in re sunt duodecim principales opinioniones, quas ordine refert ornatisimè Andreas Tiraquel. in d. q. 17. sed per nostra argumenta, iura & rationes supra relatas, ea pars quasi tam iuri, quam æquitati proximior, eligenda est, quæ habet utrunque admittendum, non aliter atque admittuntur duo collegatarij ad eandem rem, quando utriusque ex proprietate sermonis in solidum relicta esse videtur, quod accidit cum ambobus relicta fuit, vel coniunctim, vel separatim, ut diximus, nec ad rem pertinuit quoddam maioratus videatur indiuiduus, nam adhuc potest per plures in solidum administrari, iuxta no. in c. prudentiam. de offic. dele. Felin. in c. capitulum sanctæ Crucis, de rescrip. colum. antepen. versic. de duobus natis. & videtur communis opinio, ut ambo gemini admittantur, ut per las. in l. si extraneus. ff. de condi. caus. dat. a facit Glo. in l. idem erit. ff. de stat. hominum. Bald. in proemio ff. §. itaque. colum. 2. Idem Bal. in auth. ex testamento. C. de colla. Aret. consilio 162. diligenter. col. 3. Florian. in l. quæ pater. colum. 4. ff. famil. ercic. Bald. & Angel. in l. ex duobus, in princ. per illum text. ff. de vulg. per Alberi. in proemio ff. §. discipuli. col. 2. nam & similiter imperium per duos administrari simul & potest & aliquando solet, ut per Gloss. in c. non autem. 7. quæst. 1. Glo. in cle. Romano. verbo, reges, de iure iu. And. Tiraq. de primogenit. q. 17. in prin. num. 4. vult etiam ambos ad maioratum admitti, quod & firmat Alexand. in d. l. ex duobus, in prin. licet Areti. ibi variet. Idem Alexand. in d. l. qui filiabus. §. 1. ff. de leg. 1. Ana. in rub. de sortil. col. fina. Mart. Laud. de primogenitu. colu. 9. versic. sed ponamus, quod non apparet. Barba. in clemen. & si principalis, de rescrip. Curt. senior consi. 69. do. Ioan. per Felinum in d. ca. capitulum de rescrip. d. versic. de duobus. la son vbi supra, versic. pro ista decisio. Anton. Corset. de potestate & excel. legis. q. 64. Benedictus in c. Raynut. de testam. verb. in eodem testamento relinquens. 1. num. 177. plenè per And. Tiraquel. d. q. 17. opinione 4. licet contrarium nempe, ut neuter eorum admittatur, sed sese concursu impediunt, teneant Imo. in d. l. ex duobus. & Caro. Rui. consil. 186. consideratis. colum. 3. lib. 1. per l. si fuerit. ff. de reb. dub. leg.

11
Maioresum si
gemini pari-
ter nati dic-
tur uter ha-
biturus, egre-
gia quest.

duo sunt Titij. ff. de test. tutela. cum si, quæ nihil obest. Nam ibi qui agebat & lucrum petebat, non probauit nec probare potuit se certò & indubitanter ad illud lucrum fuisse inuitatum, vel ad illud munus, vel tutelam, quia Titio fuit relicta, duo autem Titij erant, ergo succumbere debebat. l. 1. actor, quod asseuerat l. si. C. de probat. l. qui accusare. C. de eden. l. non hoc. C. vnde cognat. non sic in specie nostra, in qua etiam ex proprietate sermonis ambo gemini primi nati dicuntur, cum in ordine nascendi à nemine præcederentur, iuxta interpretationem d. l. ex duobus, de vulgari. & l. quod de pariter, & lege si fuerit. ff. de rebus dub. & l. qui duos. eod. tit. vnde cum maioratus promissus fuerit primo nascenti, ad ambos pertinere debet, qui ambo primi nati fuerunt, & alteruter cum agit & petit sufficienter & certò, non tantum contingenter probat intentionem suam, sicque obtinere debet, quod non erat, ut diximus in terminis d. l. si fuerit, cum sim.

Facit pro nobis viua ratio, quæ ab alijs præuisam fuisse non inuenio. † Nam bona maioratus & si ex testatoris dispositione nec alienari possint nec diuidi, tamen illud est regula re in casibus, tamen fallit, & limitatur præsertim quando alienatio erat necessaria, ut ostendit expressus, vbi etiam notant communiter Doctor. in leg. peto. §. prædium. ff. de leg. 2. neque enim causa necessitatis comprehenditur sub vlla regula prohibitiua inspecta legis interpretatione, arg. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisficere cogunt. vbi multis id ornat las. conditionibus pupillus, in verb. iure potestatis. ff. de cond. & dem. vbi aliqua per Soz. l. si filius qui patri. ff. de vul. in verbo, non sponte susceptis, vbi etiam notat Soz. id quod & nos ornauimus de succes. cre. §. vigesimo sexto. numero 80. & §. decimo quarto. numero 61. cum ergo ex causa necessitatis recedatur à regulis iuris communis, ad quod etiam facit l. rem legatam. ff. de adim. legat. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. 3. cumque in specie & indiuiduo, quo de agimus, res vetita & alienari possit, & diuidi ex causa necessaria quasi voluntaria tantum, non etiam necessaria diuisio vetita videatur, cumque in specie nostra ista diuisio necessaria sit, propter omnimodam incertitudinem, superest ut ea bona maioratus quo de agitur, diuidantur inter hos geminos fratres, argum. d. l. peto. §. prædium, de leg. 2. ff. præsertim cum respectu testatoris (cuius solius interesse hic inspiciendum est) parum aut nihil ferè intersit cum ambo sint de liberis eius ex æquo, sicque intelligo quod iure non solum administrationis, sed etiam quæ ad bonorum proprietatem diuisio fiat, nam quid prodesset dicere quod administratio tantum bonorum esset communis inter eos, quid enim si postea alteruter eorum decem aut forte viginti liberos sustulissent, esset ne administratio

12
Necessitatis
causa recedi-
tur à regulis.

stratio communis inter quadraginta postea fratres patruales, & sic deinceps procedente progenie ad ingentem vsque populum procederemus, quod ridendum esset.

SUMMARIUM.

- 1 *Conditio illa ei qui primus metam attigerit primum dabitur, non verificatur in equo metam attingente sine sessore, egregia quest.*
- 2 *Conditio illa, qui primus metam attigerit primum feret in ludo equestri, non est potestatiua, contra nouissi.*
- 3 *Conditionis verba formaliter intelliguntur cum agitur de lucro capiendo.*
- 4 *Conditio illa, equo qui primus metam attigerit primum dabitur, non verificatur in equo qui sine sessore primus metam attingit in ludo equestri, contra communem opin.*
- 5 *Conditio illa, ei qui primus metam attigerit primum dabitur, si ex decem currentibus duo anteriores pariter metam attigerunt, an impleta videatur, egregia questio.*
- 6 *Totum venit cum res qua sub vno spiritu continetur, simpliciter nominatur.*
- 7 *Victor qui existit simul cum alijs non tanto premio dignus est, quam si solus victor existeret.*
- 8 *Interpretatio pia que fit in actu reiterabili cessat, quando actus ille reiterabilis est.*
- 9 *Victor existisse quando quis videatur in ludo schachorum vel in congressibus & pugnis seu certaminibus quos Hispani (iustas torneas) appellamus.*

CAPVT XCI.

¹
Conditio illa ei qui primus metam attigerit primum dabitur non verificatur in equo metam attingente sine sessore, egregia q.



PROPOSITVM † fuit primum cōcurrentibus ad brauium, vt qui primus metam attingeret illud ferret, ex equitibus currentibus vnus cecidit, quem equus dorso depulerat, equusque sine sessore, aut equite ceteris prior metam attigerat, an primum domino acquireretur? vehementer fuit controuersum, qua in re sunt tres casus inspiciendi. Primus quando verba ita habebant (equo qui primus metam attigerit, &c.) & tunc etiam si sine equite ille equus metam primus attingeret, primum domino acquireret, ista est communis opinio, quam tenent Barthol. Bald. Angel. Paul. Alexand. & Iason, numero 43. & Zasius colum. pen. in fin. & columna fin. in l. 1. §. item acquirimus. ff. de acqui. poss. quia licet acquirere nihil possimus per rem inanimatam, vt in dict. §. item acquirimus, & leg. quemadmodum. ff. de acquiren. posses. tamen hic acquisitio contingit per ipsum met acquirentem, licet per rem inanimatam (hoc est per equum) impleta conditio fuerit, sub qua ad illud lucrum fuit inuitatus nō aliter atque si relictum esset sub condicione, si nauis ex Asia venerit, per nauis aduentum impleti conditio potest. l. si quis haredem. C. de

insti. & subst. ferè per totum. ff. de condit. & dem. Secundus casus est, quando verba dicebant (ei qui cum equo primus metam attingeret, &c.) & tunc communis opinio est Barthol. & aliorum, vbi suprā primum non deberi equiti cadenti, licet eius equus se expulso primus metam attingisset, quasi equiti non equo primum sit propositum sub condicione hac, si primus metam tangeret, ipse autem non primus metam attingit, sed ipsius equus, sicque euauit aut defuit condicione aduentus & implementum. Tertius casus est, cum verba non sunt ita clara, sed sumus in dubio, quia verba ita habeant (primo metam attingenti, &c.) & hoc casu communis sententia est domino primum acquiri per equum, qui se expulso primus metam attigerat, ita tenent in dict. §. item acquirimus. Ioannes de Imo. numero vigesimo quinto. Cumanus, Romanus, Alexand. numero decimo septimo. Iason, numero quadragesimo tertio. Salicet. in l. non dubium. C. de legibus. Baldus in leg. qui fundum. ff. quemadmodum. ferui. amit. Imola in leg. secunda. ff. de cond. & dem. Aretin. numero. 60. in dict. §. item acquirimus, & est communis opinio secundum Iason. vbi suprā, numero 43. quam etiam firmat esse communem Zasius ibi, numero 21. licet contrarium teneat, eandem tenet & firmat esse communem Alberi. in l. 1. §. per eum. ff. de acqui. poss. Idem Alberi. in l. cum feruus. ff. de verbo. oblig. vbi firmat ita feruari. & quod ita tenuerunt multi & magni Doctores, & est cōmunis opinio secundum Alexand. vbi suprā, mouentur, quia animus eorum qui cursum ordinauerant primumque exposuerant, esse videbatur, vt virtuti & velocitati equorum precium daretur, hoc est, vt daretur dominis propter equorum velocitatem & virtutē, quasi inter ipsos equos nō inter equites certamen esset, nec dubium est quin, vt diximus, conditio illa per equum posset impleri, vt ea impleta dominus acquireret, etiam si casu impleta esset. l. si quis haredem. C. de insti. & substi. l. 2. cum ibi notatis. ff. de cond. & dem.

Contrariam partem † tenet Dinus in l. 1. §. ceterum. ff. de verb. oblig. & ibi Paul. nu. 3. Dinus in d. §. Idem acquirimus. Idem in l. 1. §. quæsitum. ff. de aqua quot. vt refert Alberi. vbi suprā. contrariam etiam partem tenet nouissimè Zasius in d. §. Item acquirimus. col. si. primum, quia, inquit, illud primum promissum videtur sub hac condicione potestatiua, si primus metam attingeret. potestatiua autem conditio non sufficit quod fato, aut casu impleatur, sed oportet impleri ex animo eam implere debentis, communis opinio est Bar. & aliorum per text. ibi in l. 2. ff. de cond. & dem. per Doct. in d. l. si quis haredem. & in l. 1. eo tit. sed hic licet per equi priorem aduentum conditio videretur impleta, tamen non ex animo equitis, sed casu, aut fato impleta videre-

²
Conditio illa qui primus metam attingeret primum ferret in ludo equestri non est potestatiua contra nouissi.

videretur, sicque non sufficeret. Sed hoc argumentum suspectum est, hic enim conditio pēdebat non ex libera & expedita equitis voluntate. sed ex facto ipsius, & virtute equi sui, & ex facto, aut non facto aliorum eadem de re contententium, quo casu constat conditionem esse ineptam. l. 1. C. de instit. & substi. cum ibi plene notatis per Gloss. & alios. leg. 2. ff. de cond. & dem. l. si iam facta, eod. tit. l. si quis haredem. C. de insti. & subst. mixtam autem conditionem sufficit facti, & casu impleri. d. l. si iam facta. d. l. si quis haredem, & utrobique per omnes.

Item licet per rem inanimatam possit ius quæsitum retineri. l. a quam. ff. quemad. ser. a. mit. tamen acquiri denuo non potest, dict. §. item acquirimus. l. si a furioso. ff. eod. tit. de acqui. pos. in quæstione autem nostra non de retinendo agitur, sed de acquirendo, ergo, &c. Quid dicendum? & sanè licet Zasij argumentum euauerit, eius tamen opinionem veriorum puto contra communem, hunc enim ludum, quo de agimus, nec equinum dicere possumus (hoc est ad equos tantum pertinentem) nec pedestrem (id est ad pedites tantum pertinentem) sed equestrem intelligere debemus. Vnde in tali ludo, qui neque equinus tantum erat, nec pedestris tantum (hoc est nec equorum tantum, nec hominum peditum tantum) sed equestris, nempe hominum & equorum simul, probabilius est, ut siue homo solus sine equo, siue equus solus sine homine in seffore metam attingeret, nihil fecisse videretur, cum eques (hoc est homo equo insidens) si qui ad tale lucrum, seu præmium fuit inuitatus, & hanc fuisse mentem eorum, qui talem ludum instituerunt, nullus modò sanus abnegabit, † & cum in conditionibus implendis, præsertim cum agitur de lucro acquirendo, verba conditionum sint strictissime accipienda. l. qui hēredi. l. Mæuius. ff. de cond. & dem. & formaliter ut ex cōmuni opi. resoluit Decius in l. 1. colum. 1. & 2. C. de insti. & subst. verbaque ista secundum subiectum ludum, & materiam sint intelligenda. l. si vno. ff. locati. l. quibus diebus. §. dominus, vbi Soz. in pri. ff. de cond. & dem. l. stipulatio ista. §. hi qui. & §. hæc quoque. ff. de verb. obliga. ludusque subiectus sit equestris, hoc est hominum simul, & equorum, illa conditio lucri propositi de metam attingendo, intelligitur de meta attingenda ab equite, hoc est, ab homine equo insidente, vel equitante, nō ab equo solo, vel pedite solo. Præterea mentē eorum qui hunc ludum ordinauerunt, talem fuisse intelligere debemus, qualem inducunt communiter accidentia. l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iur. l. nam ad ea. ff. de legibus. nullus autem modò sanus negabit, quin hunc casum de equo solo, vel pedite solo metam ante alios equites attingente, non venerit verosimiliter in mentem eorum, qui hunc ludum instituerant, & cōsequenter quod præ-

3
Conditionis
verba forma
liter intelligā
tur, cum agi
tur de lucro
captando, cū
communis.

mium equitibus non etiam equis solis, aut solis peditibus proposuerunt, quod si dixeris at si in eorum mentem is casus venisset, quid nam statuissent, & tunc magis est, ut equo solo præmium non concederetur, quia nullus ignorat quod velocius equi currant sine in seffore, quam cum in seffore onerati, ut sic nec cæteris velocior, nec palma dignus videatur is equus, qui equite expulso primus metam fugiens attigisset, præsertim cum æqualitashilce, & similibus in rebus videatur seruanda. l. cū oportet. C. de bon. quæ lib. l. illud. C. de colla. sicq; pro nobis faciet ratio illius Glo. approbatæ in legale pactum. §. fin. ff. de pact. dum ait pro cauto habere debere, quod agentes expresse sint verosimiliter, si de eo meminissent.

Vnde † infero quod etiam suspecta est per eandem rationem communis illa opinio supra relata, quæ habet, quod si verba talia foret (equo qui primus metam attigerit, &c.) tunc præmium acquireret eques expulso, cuius equus vacuus prius metam attigerat, nam & hoc casu verba illa ad mentem eorum, qui talem ludum ordinarunt, trahenda sunt, ut de equite metam attingente, dum equo insideret, intelligenda sint, nō de equo solo metam attingente, per rationes supra relatas, quas nō expedire potere, verba enim solent, & debent impropriari, ut ad mentem trahantur agentium. l. stipulatio ista. §. hi qui. & §. hæc quoque. ff. de verb. oblig. l. haredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. l. 3. C. de lib. præte. l. 3. C. de inoffici. testamen. l. fin. C. de hared. institu. l. fundus qui locatus. ff. de fundi instruc. l. qui haredi. §. dominus. ff. de condit. & dem. iuncta l. hi qui. §. Flauius. ff. de sol. etiam si per talem interpreta tionem recedatur à proprietate verborum, ut dictis legibus, ergo, &c.

Ludus † vulgaris est per Italiam, & contentio non in amœna ad brauium concurrere, ut qui in tali concursu, & contentione superior euaserit, is præmij loco, aut palmæ, seu victoriæ nomine quippiam referat, qua in re à nostris summis viribus controuersum sæpè fuit, si decem fortè ob brauium concurrebant, quorum duo reliquis longè velociores pariter metam attigerunt, vter eorum præmium propositum laturus sit, an ambo fortè, an neuter? Sunt enim qui putent vtrunque præmium in solidum habiturum, sunt qui firmant dimidiam præmij cuique dandū, sunt qui neutri eorum quicquam concedendum velint, sed iterum ad cursum secundum, vel certamen deueniendum esse, ut qui in hoc certamine repetito superior extiterit, palmam ferat, eorum autem, qui in hac vltima opinione sunt quidam aiunt illos duos tantum ad repetitum certamen admittendos esse, qui reliquis priores metam attigerant, quidam verd existimant, ut vniuersi admitti debeant.

Quod autem neuter eorum palmam laturus sit, tenent Cinius in proœmio digestorum,

f 2

Ang.

4
Conditio illa
equo, qui primus
metam
attigerit, præ
mium dabi
tur, in ludo e
questri, non
intelligitur
verificata in
solo equo sine
seffore metā
attingente, cō
tra comunē.

5
Illa conditio
(ei qui primus
metam
attigerit præ
mium dabi
tur) si ex de
cem currenti
bus duo ante
riores pariter
metam atti
gerunt, an im
pleta videat
ur, egregia
quæst.

Ang. in leg. eum qui. ff. ad Trebel. & ibi Paul. & Ludo. Rom. & Alexand. columna fina. sequitur & firmat esse communem opinio. Ant. Corse. in trac. de brauiio. quzst. 1. colu. 1. 2. & 3. tenet Alexand. qui alios refert in leg. qui filia- bus. §. 1. ff. de leg. 1. sequitur, & ait esse commu- nem sententiam Felin. in cap. capitulum san- ctæ Crucis. num. 18. de rescrip. Aret. in leg. 1. §. idem acquirimus. num. 60. ff. de acqui. posses. dicit communem sententiam And. Tiraquel. de primogeni. quzst. 17. opin. 4. numero duo- decimo. & eadem quzst. opini. 6. numero de- cimo. Guidus de Suza. & And. Zaffius, quos re- fert Alb. in proce. fforum. §. discipuli, vbi Bald. & alij. Ab. in l. si fuerit. ff. de reb. dub. Idem in l. cum qui. ff. ad Treb. Iacob. de Arena, Richar- dus Oldrad. & Andr. de Pisis in d. §. discipuli, vt eos refert Alberi. ibi.

Contrariam partem, vt ambo victores fuis- se videantur, præmiumque propositum equis ex partibus diuisum ferant, tenent quàm plu- res quos referunt Alexand. & Felin. vbi supra, & And. Tiraquel. de primogenitura. quzstio. 17. opin. 6. numero 10. quia primus is esse intel- ligitur, quem nemo præcedit. l. ex duobus, in princip. ff. de vulga. l. qui duos. ff. de reb. dub. l. 2. §. hæreditas. ff. de suis, & leg. hæred. l. si quis Titio. §. fin. ff. de leg. 2. vnde si duo priores pa- riter metam attigerunt, verum est neutrum ab altero præuentum fuisse, & longè minus à re- liquis, qui tardiores extiterunt, sicque vtrun- que primum fuisse iure dicemus, & dignum palma, & præmio proposito, verum quia inte- gra res cuique dari nequit, partes concursu fi- ent, argumen. text. in leg. si pluribus. ff. de leg. 1. §. si ea. res. Instit. de leg. l. re coniuncti. ff. de leg. 3. l. vnica. §. vbi autem, cum §. seq. C. de cad. tol.

Tertia fuit opinio existimantium solidam rem præmij, palmæ, seu victoriz nomine pro- positam cuique eorum dandam esse, quam te- nuerunt plures relati per Andr. Tiraquell. vbi supra, & plenius in dict. quzstio. 17. opinio. 4. numero duodecimo. & huius iudicij fuisse vi- detur Achilles ab Homero libro vigesimoter- tio Iliados relatus. nam cum præmium pro- positum esset ei qui in palestra vicisset, Vlyssesq; & Ajax Telamonijs ita certassent, vt neuter alterum vicisset, decreuit præmium vtrique dandum, prout refert Tiraquel. vbi supra, pro hac opinione fortiter facit text. in leg. qui filia- bus. §. 1. ff. de leg. 1. vbi illa verba (si qua mihi fi- lia nata erit, centum ei hæres meus dato) hunc sensum habere videntur, vt si plures filiarum postea nascantur singulis filiabus vniuersa cen- tum præstentur, nec distinguit vtrum omnes filiarum simul nascerentur, an successiue.

Quarta opinio fuit quod sit locus gratifica- tionis, argumen. leg. fin. ff. de relig. & sumpt. fu- ne. & leg. in naue Saupheli. ff. locati. leg. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de legatis se- cundo.

Quinta fuit opinio, quod fortè dirimatur, argu. l. in tribus istis. ff. de iudi. l. si ad princip. C. communia de legatis, vt refert Corsetus, vbi supra, & Albe. in proce. digestorum. §. discipu- li. columna 2. Quid dicendum? & sanè verior, & æquior videtur secunda opinio supra rela- ta, vt ambo admittantur, non vt solidam rem quisque assequatur, sed vt dimidiam illius rei partem alteruter capiat. Primò, quia ex pro- prietate verborum nullus eorum excludi po- test, cum primus dicatur, quem nemo præce- dit, hi autem à nemine præuenti fuerunt, er- go, & c. d. l. ex duobus, in princip. d. l. qui du- os. l. quod de pariter. ff. de reb. dub. l. si ita fue- rit. ff. de condit. & dem. Deinde quia quando pluribus eadem res legatur siue separatim, si- ue coniunctim, & dubitatur istum quisque solidam rem assequi debeat, an dimidiam an fortè nihil, obtinuit eligi mediam viam debe- re, vt partes viriles collegatarij ferant, text. in l. si pluribus. ff. de lega. 1. qui est melior de iur. l. coniunctim, & l. re coniuncti. ff. de leg. 3. l. Mæuio, in prin. ff. de lega. 2. §. si eadem. Instit. de leg. l. vnica. §. vbi autem. & §. seq. de cad. tol. sic & in proposito, cum duo pariter metam attigerunt, qui ad eandem rem præmij loco propositam fuerunt inuitati, licet dubitari possit, an singuli solidam rem, an partem tan- tum, an fortè nihil laturi essent, æquius & mo- deratius est mediam viam eligi, vt partem vi- lem quisque assequatur, nec quenquam mo- uere debet, quod mens pollicentis fuisse vide- retur, vt ad solidam rem vnus solus, qui cæte- ros velocitate anteiret inuitatus videretur. Nam & similiter qui mihi fundum, deinde ti- bi eundem fundum legauit, inspecta proprie- tate verborum solidum mihi fundum, tibiq; similiter solidum legasse videtur, & nihilomi- nus partes concursu fiunt, nec per hoc legatū vitiatur, aut fit inutile, vt iuribus proximè ad- ductis.

† Quod autem solidum cuique fundum legasse videretur, probatur expressim in dict. l. si pluribus. ff. de leg. prim. & in l. Mæuio, in principio. verbo, totus. ff. de leg. 2. in l. coniun- ctim. in verb. solidam. ff. de lega. 3. l. si separa- tim. ff. de condit. & demon. d. §. vbi autem, ad fin. l. 1. §. interdum. l. inde Neratius. ff. de vsu- fru. accref. Denique pro hac parte videtur tex. expressus in leg. si quis Titio. §. fina. ff. de lega. secundo. vbi qui vni ex libertis legauit cum plures haberet, nec appareret de quo sen- tiret, omnes inuitasse ad partes viriles vide- tur.

Tenendo istam partem ad legem, duo sunt Titij. ff. de testamento tutela. & leg. si ita fuerit. ff. de condition. & demonstratio- nib. cum si. in quibus nititur communis opi- nio, responde, ibi fuisse incertitudinem inter personas agentium, actor enim suam inten- tionem probare debet & fundare. leg. pri- ma. leg. actor, quod asseuerat. C. de pro- bat.

6
Totum verum
cum res que
sub vno spiri-
tu continetur
simpliciter no-
minatur.

bat. §. commodum. Insti. de interdi. l. qui accusare. C. de eden. idq; certò non contingenter. l. non hoc. C. vnde cognati. in dictis autè iuribus, & in l. eum qui. ff. ad Trebel. cum sim. actor non certo & indubitanter, sed contingenter tantum probabat se ad relictum illud inuitatum fuisse. Titio enim relictum fuerat, & erant duo Titij. Item in parte illius impuberis, qui vltimus moreretur substitutus erà, nec docebà vter eorum nouissimus moreretur, sicq; mea petitio, & intentio incerta erat omni ex parte, nò sic in specie nostra, nam cum ambo metam primi, & pariter attingeremus, negari non potest quin verum & certum sit vtrumque nostrum ad solidum primum inuitatum fuisse, licet còkursu partes faciamus. quia solidam cuique dari natura non finit. l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poss. cum & similiter si eadem res separatim mihi & tibi legaretur ad solidum quisque inuitatus videretur, & per concursum partes faceremus, nec per hoc videretur esse vlla incertitudo quò ad viriles partes ferendas, vt d. l. si pluribus, cum sim. supra citatis, licet id incertum haberi deberet, an testator veller solidam rem vni dari, alteri verò eius æstimationem, vt ibidem. Vnde apparet non obesse d. l. qui filiabus. §. 1. de leg. 1. ff. vbi illa verba (si qua mihi filia genita erit centum ei hæres meus dato) hunc habent sensum, vt si plures nascantur singulis singula integraque centum præstentur. nam ibi non primam tantum nascentem testator inuitauit ad lucrum, hic autem eum qui primus metam attigisset inuitauimus, sicque verisimiliter de vno tantum præcurrente, & de vno tantum præmio cogitatum fuit. At in d. l. qui filiabus. verisimiliter cogitari potuit plures filias nascituras, sicque nec de vnica nascente, nec de vnica summa, aut relictò cogitatum fuisse intelligendum est, sicque vbi de vnica persona, & vno præmio verisimiliter cogitatum fuit, fiunt partes concursu, vbi verò de pluribus personis & pluribus emolumentis verisimiliter cogitatum fuit, non fiunt partes concursu, sed solidum cuique conceditur. † Præterea quando virtuti, excellentiæ, eminentiæ, victoriæq; præmium pollicetur, non tanto præmio, & palma dignus videtur is qui simul cum alijs victor extitit, quàm ille qui omnes omnino superauit, vt & patet ad sensum, & probatur arg. l. 1. ff. de orig. iur. dum ait, id demum perfectum esse quod ex omnibus suis partibus constat. Nam & similiter nihil actum esse intelligimus, cum aliquid superest agendum, arg. l. penult. & fin. C. ad Syll. vnde etiam in pœnalibus, si dies dictæ ad opus faciendum aduentauerit opere nondum perfecto tam pœna promissa commissa intelligitur, quàm si operis nihilominus factum esset. l. cum ita stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verb. oblig. vbi per omnes, tunc sic ex conditio (præmium ei qui primus metam attigerit dabitur) † hunc

7
Victor qui ex
iuris simul cū
alijs non tan-
to præmio di-
gnus, quàm
si solus victor
existeret.

habet sensum, vt qui cursu, ac velocitate reliquos omnes vicerit & superaerit, is demum præmium ferat, ergo licet is omnes alios præter vnum vicerit, quia aliquid ei superest agendum, nihil omnino egisse videtur, vt dd. ll. Neque ad rem pertinet d. l. si pluribus, cum sim. ff. de leg. 1. nam illud procedit magis quidem ex legis interpretatione, quàm ex proprietate verborum, & ita etiam procedit d. l. qui duos. d. l. quod de pariter. ff. de reb. dub. cum sim. Præterea procedunt illa iura in re non reiterabili, aut repetibili, & sic ad piam legis interpretationem necessariò recurrèdum est, aliud est in specie nostra, vbi cursus erat reiterabilis. Sicque intelligendum etiam est quod diximus supra ca. præced. de præmio proposito ei qui primus vrbs obsessæ mœnia ascenderet, nã si duo pariter ascenderunt vrbe capta, cum res repetibilis, ac reiterabilis non sit, ad piam interpretationem necessariò recurrèdum est, quæ habet præmium inter eos diuidi, ergo in specie nostra verisimum est ex mente pollicitantium neutrum eorum victorè extitisse, sicque certamen iterum repetendum esse, & in eo tantum quomodo manebit, an ab omnibus simul decem, an verò à solis illis duobus is cursus repetendus sit, pro nostra & communi sententia facit, quia etiam in cõditionalibus, dispositionibus etiam à proprietate sermonis recedimus, vt mentem agentium sequamur. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condit. & demon. & vtròque per Sozi. Ex superioribus apparet nullo colore defendi posse opinionem eorum quos supra retulimus tenuisse solidum præmiũ cuique dandum esse, id enim palam aduersatur repugnatque menti ipsorum pollicitantium, qui præmium dare voluerunt; ei soli q; ad veram gloriam contendens ceteros omnes nullo dempro superaret, nec dubium est quin neuter istorum verum erit dicere quod omnes omnino superasset, ergo præter mentem & sensum eorum esset ei præmium pactũ præstari. † Non quoque tenenda est sententia existimantiũ locum esse gratificationi, & longè minus sententia eorum qui omnibus pariter iubet præmium denegari, cum adhuc integra res sit ad certamen repetendum, & hanc nostram sententiam (quæ ex mente communis opinio est) vsus hominũ probat, nam in ludis, & certaminibus qui Hispaniæ frequentantur (quos iustas Hispaniæ dicimus) si in congressibus designatis neuter alterum superauit, certamen quasi re infecta, sed integra tamen repetitur. Idemque vsus fit in ludo schacorum, quoties in tali ludo, aut certamine neuter alterum vicerat, quod accidit quando ludus iuxta sermonem Hispanum se haze manna. Idemque in similibus certaminibus.

8
Interpretatio pia, que fit in actu nò reiterabili, constat quando reiterabilis est.

9
Victor aut vi-
cisse quando
quis videatur
in ludo
schacorũ vel
in congressib.
quos iustas o-
torneos hispa-
nè dicimus.

SUMMARIUM.

- 1 *Conditio illa, ei qui primus ex decem currentibus metam attigerit premium dabitur, an si duo anteriores pariter metam attigerunt, sicq; certamen sit repetendum, defecta videatur quò ad omnes demptis illis duobus anterioribus, vt sic ab illis tantum, non etiam à reliquis tardioribus sit certamen repetendum, egrè quæstio.*
- 2 *Pluralitas resoluitur in suas singularitates, etiam in conditionibus implendus.*

CAPVT XCII.

1
Certaminis premium propositum fuit, ei qui primus metam attingeret, duo anteriores pariter etiam attingerunt, an ab illis solus sit certamen repetendum, egrè quæstio.

REQVENS † ludus est per Italiam ad brauium currere, in quo ludo equestri contingere solet, vt ex decem fortè equitibus, qui currebant, duo, qui cæteris longè anteriores velociusque vehebantur, pariter metam attingerent, vel quia in eodem momento temporis, vel si non eodem momento, non tamen dignosci potuit, vter prior ad locum destinatum peruenisset, vel quod crebrius cõtingit, pronunciatum fuit signum currentibus nõ ritè datum fuisse, vt sic iterum currendum sit, quibus casibus illud apprimè controuersum fuit retenta cõmuni opinione existimantium iterum currendum esse, an ab omnibus is cursus repetendus sit, an verò à solis duobus illis qui reliquis velocius, & anteriores pariter metam attigerunt, & quòd ab omnibus ijs cursus repetendus sit, tenuerunt Cinus in proœmio ff. Angel. in l. eum qui. ff. ad Treb. & ibi Paul. & Alexand. & Anton. Corsetus in tract. de brauiò. quæstio. prima. numero quinto. qui firmat hanc esse communem opin.

Contrariam partem tenent Bald. in proœmio ff. §. itaque. Ioannes Lecirier in tract. primogenituræ, quæstio. nona. numero vigesimo secundo, qui hanc partem firmat esse magis communem, quàm superiorem huic aduersam. Baldus in suis statutis, verb. brauium, secundum quem id seruat consuetudo, qua dere per Albericum in proœmio supra allegato. §. discipuli, per Alexand. in leg. qui filius. §. primo. ff. de legatis primo. per eundem. in l. eum qui. ff. ad Trebel. Quid dicendum? & quidem quando signum currentibus ritè datum fuit, nec vlla alia ratione cursus repetitur nisi ob id, quod ex duobus qui cæteris velocius apparuerunt, nõ potuit dignosci vter prior ad locum destinatum peruenisset, magis est, vt illi duo tantum cursum repetere debeant, non etiam reliqui tardiores, nam in illo cursu primo, & contentione apparuit euidenter, vt duo illi priores reliquos omnes vicerint, & licet premium victoriæ ad vtrum ex illis pertinere deberet incertum esset, tamen ipsa

victoria respectu tardiorum certa fuit & nota, aliud enim est ipsa victoria, aliud præmium victoriæ, illi enim priores licet inter se victores non extiterint, tamen respectu tardiorum victores extiterunt, eosque excludere debuerunt, argumen. leg. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signi. leg. si quis hæredem. C. de institu. & substit. Præterea illa verba indefinita, qui primus metam attigerit, & qui poller vniuersali. leg. secunda. ff. de lib. & post. §. nominatim. Instituti. de exhæ. libero. & verificatur in pluribus, qui à nemine præcedebantur, & per hoc primi dicuntur. leg. ex duobus, in principio. ff. de vulga. leg. qui duos. l. quod de pariter. ff. de rebus dub. quod si verum est, illos fuisse priores, & victores, verum similiter erit, reliquos qui à nemine præcedebantur, & per hoc primi dicuntur. l. ex duobus, in princip. ff. de vulgar. leg. qui duos. l. quod de pariter. ff. de rebus dub. quod si verum est, illos fuisse priores, & victores, verum similiter erit, reliquos qui tardiores fuerunt, victos videri, & consequenter præmio proposito exclusos, licet præmiu propositum incertum sit, qua ex parte ad victores pertinere debeat, nam & in prælio superatis non ideo minus victi dicuntur, quod postea victores inter se spoliõrum diuidendorum causa præliarentur. Vnde verum non est, quod quidam falsò opinantur, in hac specie nullum victum videri, quia nullus extitit victor, argumen. leg. nec vtile. ff. ex quibus causa. maio. quinimò & victi extiterunt, & etiam victores, præsertim cùm concursus horum victorum qui ad præmium, vel lucrum fuerunt inuitati, non inducat vllam incertudinem, quæ soleat nocere, licet præmium propositum minuatur. leg. si pluribus. ff. de leg. 1. §. si eadem res. Institutio. de lega. §. vbi autem, cum §. seq. C. de cad. tol. quod iustificatur ex his quæ diximus in tribus quæstio. præcedentibus. Hoc quando signum currentibus ritè datum fuit, non sic si minus ritè, nam tunc omnes cursum repetere deberent, vt tardiores exclusi non magis videantur, quàm priores, quia inutiliter factum non impedit iterum fieri non magis quàm si re vera factum nihil esset. capitul. non præstat, de reg. iur. in 6. l. qui per salutem. ff. de iure iur. l. hæc conditio, in principio. ff. de cond. & dem. leg. secunda. §. data. ff. de optione legata. nam & testamentum inutiliter factum, pro infecto habetur. §. primo. & §. secundo. Institutio. quibus modis testamentum. infirmen. leg. fina. ff. de hæred. instit. leg. si iure. ff. de leg. tertio. & hoc casu potest saluari illa pars affirmatiua, quæ habet omnes admittendos ad cursum repetendum, quando cursus non ritè fuit apprehensus, quia tunc nullus currentium potuit suam conditionem facere meliorem, nec deterio-rem, sed si cursus ritè fuit apprehensus, tunc procedat opinio contraria, & est vera, & noua harum sententiarum inter sese pugnan-

pugnantium cōpositio, tu videris, an sit præter sententiam scribētium. Pro hac parte facit elegans quæstio, de qua per laso. post alios in l. qui per salutē, suprā allegata, dum disputat, an testes nulliter recepti possint iterum produci super eisdem articulis, vel directo cōtrarijs, qua de re per nos lib. 2. c. 31. nu. 12. cum præc. & seq. infrā Tomo 2. incipit c. post didicita.

Et pro principali nostra opinione, quæ fortè receptor est, facit viua ratio ab alijs (in quorum scripta inciderim) non præiusta. † Nam etiam in conditionibus implendis pluralitas resoluitur in suas singularitates, licet etiam ageretur de lucro acquirendo. l. 2. §. fin. ff. de condi. inst. l. falsa. §. si. ff. de cond. & demon. l. Stichū qui meuserit, vbi per las. Alex. & alios cōmuniter post Bart. ibi. ff. de leg. 1. modō sic illa conditio (qui primus metam attigerit) ex mente pollicitantiū perinde habetur, ac si dictū esset ei, qui reliquos omnes concertatores vicerit, præmiū dabitur. at dubiū non est, quin talis pluralitas resoluat in suas singularitates, hoc est, quod tā victus inueniatur, qui singulariter, hoc est, qui in singulari certamine victus fuit, quā si promiscuē, aut pariter cū reliquis victus fuisset, quid enim si præmiū propositū fuisset ei, qui in singulari certamine omnes, qui hodie in palæstra certare voluissent, vicisset, quo casu singulariter non promiscuē res agenda esset, veluti fit in congressibus (quos Hispanē iustas appellamus) quid item si inter cursores præmiū propositum esset ei, qui omnes omnino superasset cursu velocitate, ita tamen quod iustum esset, ne omnes pariter concurrerent, sed quod bini concurrerēt, & Titius in illo bino concursu nouem viros superauit, sed cum decimo pariter metam attigit, sanè nullus modō sanus negabit, quin reliqui iam victi erant, victi quoque permant, etiam si eorum victor alterum sibi parem inuenerit, eadem ergo parque ratio est, quando omnes vincere debebat in cursu omnium hominum promiscuo, quæ est quando omnes superare debebat in cursu bino, vel etiam terno, vel quaterno, sicque idem ius, eademque interpretatio l. illud. ff. ad leg. Aquil.

S V M M A R I V M .

- 1 *Varia conditionum species.*
- 2 *Modus & conditio differunt.*
- 3 *Conditio mixta si deficit per casum, deficit relictum, secus si deficit per eum, in cuius persona erat implenda.*
- 4 *Fortuna vt caca sit & iniqua.*
- 5 *Malitjs obuiandum.*
- 6 *Conditio si deficit facto implere debenti, deficit relictum.*
- 7 *Actoris implementum semper precedere debet.*
- 8 *Conditio in omni, quod per me stat, mihi nocet.*
- 9 *Conditio defecta nocet per casum contingentem in persona implere debenti, id est, honorati.*

- 10 *Conditio deficiens per casum contingentem in persona implere debenti nocet, si est mixta conditio.*
- 11 *Conditio si volet, suspendit relictum, & impedit transmissionem.*
- 12 *Conditio deficiens quando per me stat, nocet etiam in libertate.*
- 13 *Conditio deficiens non nocet, quando per implere debentem stetit ex post facto.*
- 14 *Conditio deficiens quando per implere debentem stetit, quia inhonestum non nocet.*
- 15 *Conditio deficiens quando stat per tertium, in cuius persona est conditio implenda, non nocet.*
- 16 *Conditio deficiens quando stat per tertium, in cuius persona conditio non erat implenda, an nocet.*
- 17 *Conditio deficiens quando stat per oneratum, nunquam nocet.*
- 18 *Victoria non est res potestativa.*
- 19 *Conditio deficiens quando stat per testatorem, non nocet.*
- 20 *Conditio deficiens quando stetit per casum, nocet.*
- 21 *Conditio deficiens quando stat per casum, nocet, licet doti nomine legerur.*
- 22 *Conditio casualis deficiens per casum, nocet.*
- 23 *Conditio casu deficiens an noceat, quando testator alias erat relicturus.*
- 24 *Conditio potestativa deficiens per casum, nocet aliquando.*
- 25 *Modus mixtus deficiens per casum non nocet.*
- 26 *Libertatis fauore an modus deficiens desinat nocere.*
- 27 *Alimentorum fauore an modus deficiens desinat nocere.*
- 28 *Conditio mixta deficiens per casum, non nocet Ecclesia.*
- 29 *Modi pluralitas resoluitur in singularitates.*

C A P V T X C I I I .



† *Conditio mixta deficit per casum, non debetur legatum, hoc dicit Bar. & Pau. per tex. ibi in l. legatū. C. de cond. infer. Vel aliter, si conditio per casum deficit nuptiarum, deficit legatū, secus si deficit per dissensum alterius partis. Et sciendū est, quod conditionū tres sunt species principales, nam quædam conditio est necessaria, & ista est duplex, nā quædam est certa, an, & quando, puta si sol orietur, quædam certa, an, sed non quādo, puta, si Antichristus nascatur, si morieris, & similes, vt l. si pupillus. §. qui sub conditione. ff. de nouationibus. d. l. quod si sub ea. ff. de conditio. indeb. cum similib. Quædam & secunda est conditio impossibilis, & ista est quadruplex, vt per glo. & Doctores in l. 1. ff. de cond. insti. & in l. obtinuit. ff. de cond. & demonstr. glo. melior de iure Insti. de hæredi. insti. §. impossibilis. Quædam & tertia est conditio possibilis, & est illa, quæ concipitur in futurum, & habet se ad esse & non esse, & ista est, quæ*

Varia conditionum species.

4 suspen-

²
Pluralitas res soluitur in singularitates, in conditionibus implendis.

suspendit actum, vt si nauis ex Asia venerit, si decem dederis, & similes, si autem concipitur in presens, vel prateritum non dicuntur proprie conditiones. l. cum ad presens. ff. si certum per. cum concordantijs, & de ista conditione tractatur in d. l. legatum. C. de condi. insertis, cum sua materia. Ista autem conditio possibilis adhuc est triplex, nā quz dā est merē potestatiua, quz dā merē casualis, quz dā est mixta, quas declarat Iuriscōs. in l. suus quoq; ff. de hzredib. instituen. & est rex. in l. i. §. si autem. C. de cadu. tollen. per Doctor. in l. si pater. C. de instit. & substit. Hzc autem mixta est duplex, nam quz dā dicitur mixta, quz pendet ex potestate duorum, puta si nupserit Bertz, vt in l. legatum, & in l. i. C. de institutionibus, & substitutionibus, cum similibus. alia dicitur mixta, quz pendet partim à voluntate implere debentis, partim à casu, & fortuna, de qua habes text. & ibi Docto. in l. si pater. C. de institu. & substi. & in d. l. suus quoque.

2
Modus & conditio differunt.

Secundò breuiter præmitto † quòd in iure nostro reperiuntur duo termini qui differunt inter se, scilicet conditio & modus, qui qualiter inter se conueniant & differant, declarat Glof. notabilis, & ibi Doctor. in leg. i. C. de his quz sub mo. & aliquid per Glof. in regu. leg. i. C. de falsa causa adiecta. leg. & institu. deleg. §. longè, & ff. de cond. & dem. in rubri.

3
Conditio mixta si deficit per casum, deficit relictum, secus si deficit per eum, in cuius persona erat implenda.

His præmissis † contra regulam nostram oppono de l. i. C. de institu. & substitiu. & de text. in l. in testamento. ff. de conditio. & demonstra. vbi cauetur, q. quando aliquis est institutus, vel est alicui legatum sub conditione, si nupserit certz personz, si per istum institutum, vel legatarium non stat quòd minus conditio impleatur, habetur pro impleta, & consequitur institutionē, sic & hic videbatur, nam licet nō stetit per institutum quòd minus contraheret matrimonium, sed stetit per casum, id est, per mortem illius cū quo debebat contrahere, & tamen non cōsequitur legatum, cuius contrarium dicitur in d. l. i. cum similibus. istud est valde difficile contrarium, secundum Bart. in d. l. i. Gloss. in d. l. in testamento, hoc format & soluit, & plenius Glof. in d. l. i. vbi multipliciter respondet, vera & communis solutio est, quòd aut stat per eum, in cuius persona debet conditio impleri, & tunc habetur pro impleta, & ita intelligitur d. l. i. aut stat per casum fortuitum, puta per mortem alterius partis, et tunc habetur pro defecta, ita intelligitur d. l. legatum. & ego dico q. istam solutionem in vtroque membro ponit expresse text. in d. l. in testamento. 2. parte.

Ratio huius distinctionis est secundum Bal. in d. l. legatum. licet contrarium prædictum non formet, quia quando conditio deficit per casum, quatenus pendet ex insidijs fortunæ, fortuna potest obesse, quz omnibus fortuitis dominatur, at quatenus pendet ex facto alte-

rius, alteri per alterum non debet iniqua conditio efferi, ead. ratione vult Bart. in d. l. i. 4. oppo. dum dicit, in solutione contrarij istius l. quòd factum potest nobis obesse. ff. de iur. & fact. igno. l. iniquissimum, & ista est cōmunis ratio. Doctor. in d. l. i. & pro ista cōmuni ratione, scilicet quia † fortuna potest obesse, ergo addo quòd fortunæ dux Deus est, secundum Senecam 7. Epistola ad Lucillum, & fortuna est inexorabilis, quia furda & muta, & est l. occultz nobis naturz, quz est imprecabilis, arg. l. temperent, de vesti. olebe. lib. 11. hinc est quòd à sententia fortunæ non potest appellari, quia appellatio est de minore ad maiorem prouocatio, fortuna autem non habet superiorem in hoc mundo, quia fortuna est errans natura multas euolans mutationes, in authen. vt omnes obedi. iudi. prou. §. pen. colu. 5. si ergo solus Deus est dux fortunæ, & fortuna est inexorabilis, & imprecabilis, & non habet superiorem in hoc mundo, ergo poterit nobis obesse, & per consequens si conditio deficit per casum & fortunam, deficiet relictum, ad prædicta vide Bal. in l. si. in princi. C. communia delegat. Item pro prædicta ratione addo quòd fortuna est inuisibile velum, & quidā actus qui prius sentitur, quàm sciatur. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. obligatio. cum similibus. Item fortuna passiuā est idem quòd casus, aut infelicitas ab incerta nominis autoritate procedens, & rerum humanarum infelix prouocatio vocatur, aut etiam vis diuina actiue. l. fluminū. §. seruus. ff. de damno infecto. prædicta dicit eleganter Bal. in l. si. §. i. C. de tempo. appella. si ergo est inuisibile bellū, & est casus ab incerto authore procedens, ergo contra eam nihil potest prouideri, & per consequens, potest nobis obesse, &c.

Vnde Vergil. lib. 6. Aeneid.

Desine facta Deum secti sperare precando.

Iuuenalis Satyr. 9.

Fata regunt homines.

Seneca in Aedipo.

Fatu agimur, credite fati.

Non felicitate possunt cura

Mutare ratamina fusi.

Quidquid patimur mortale genus,

Quidquid facimus, venit ex alto.

Seruatq; sua decreta colus.

Lachesis dura reuoluta manu.

Omnia secto tramite vadunt,

Primusq; dies dedit extremum.

Non illa Deo vertisse licet,

Que nexa suis currunt causis.

It cuique ratas prece non ulla

Mobilis ordo: multi ipsam

Timuisse nocet: multi ad fatum

Venere sum, dum fata timent.

Item in Octauia.

Regitur fati mortale genus:

Nec sibi quisquam spondere potest

Firmum,

4
Fortuna
caeca si erit
qua.

*Firmum, & stabile, per q̄ casus
Voluitur varios, semper nobis
Metuenda dies.*

Manilius lib. 2. Astro.

Mirro quod certum est, & ineuirabile fatum.

Idem lib. 4. Astro.

*Soluite mortales animos, curasq̄ leuate,
Torq̄ super vacuis vitam deserte querelis.
Fata regunt orbem, certa stant omnia lege,
Longaq̄ per certos signantur tempora cursus.
Nascentes morimur, finisq̄ ab origine pendet,
Tunc & opes, & regna fluunt, & sepius orta
Paupertas, artesq̄ data, moresq̄ creati,
Et vitia, & clades, damna & compendia vite.
Nemo caret damno, poterit nec habere negatum,
Fortunamue suis inuitam perdere votis,
Aut fugere instantem, fors est, sua cuiq̄, ferenda
At ni fata darent leges vitæq̄, neciūq̄,
Fugissent ignes Aeneam, Troia sub vno
Non euerfa viro, satis vicisset in ipsis.
Aut lupa proiectos nutritisset Martia fratres,
Romaq̄, sic enata foret, pecudumq̄, magistri
In Capitolinos auxissent culmina montes,
Includiue sua poruisset Iuppiter arce
Captus, vel Caput hic orbis foret igne sepulto,
Vulneribus victor reperisset Mutius urbem
Solutus, & oppositis claudisset Horatius armis
Pontem, sub vrbemq̄, simul rupisset fœdera virgo.
Tresq̄, sub vnus fratres virtute iacerent,
Nulla acies tunc euicit, pendebat ab vno
Roma viro, regnumq̄, orbis sortita iacebat.*

Statius lib. 5. Sylvarum:

*Heu durus fari tenor, est ne quod illi
Non liceat, quanta poterant mortalibus annis
Acceperit mora, si tu pater omne teneres
Arbitrium, cæco gemeret mors clausa barathro,
Longius & vacua posuissent stamina Parca.*

Vides ergo quanta sit vis, potestas, violentiaque fortunæ, vt quæ nobis vtunque reluctantibus possit obesse, cuius vim, incursum, violentiam obistere mortalium, nullus vnquam potuerit, nullique vnquam contigisse relatum, scriptum ué sit, & superioribus similia canere videntur, & depingere Poetarum nonnulli varijs in locis.

Ratio t̄ autē secundi membri, scilicet quod quatenus pendet ex facto alterius, alteri per alterum non debet iniqua conditio afferri, comprobatur per cap. imputari, de regu. iur. lib. 6. quia per eum non steterim, facit lex fin. in fine, isto titu. de condit. inser. C. gloss. quam allegat glo. in d. c. imputari, confirmatur per rationem tex. in l. pater filium. §. Tuscul. de leg. 3. & in l. turpia. col. pen. de leg. 2. quia per ipsum non stetit, & c. cum similibus. Potest esse & alia ratio, quia fortè ille, cui debet nubere, posset hoc facere, id est, nolle malitiosè, vt ista perderet hæreditatem nulla subsistente iusta causâ, idcirco lex vult, quod tunc conditio habeatur pro impleta. Istam rationem colligo per Paul. in d. l. i. C. de instit. & substit. l. col. in fine. quam confirma, quia malitijs ho-

minum non est indulgendum. l. in fundo. ff. de rei vend. c. sedes apostolica, de rescrip. cū sim. sed hæc ratio mihi non placet, quia nō est generalis, posset enim ille recusare, quia non expedit ei nubere cum illa muliere, quia fortè non est paris conditionis, vel est alia causâ, & tunc cessaret illa ratio militiæ, de qua per Paul. idèd tutior, & generalior videtur ratio præcedens, scilicet, quia alteri per alterum, & c. quæ ratio habet locum, siue ille noluit nubere malitiosè, siue non malitiosè, vt patet ad sensum.

Quò ad primum † quando stat per implere debentem, quia non vult implere, tunc dico quòd indistinctè habetur pro defecta. tex. est in leg. si ea, isto tit. de condit. inser. C. probatur in d. l. i. C. de instit. & substit. à contrario sensu est tex. in d. l. in testamento, de condi. & demon. versi. sed si vterq; ibi. Stichi autē portio inutilis fiebat, & clarius ad finem ibi, si qui dem ipse nolit vxorem ducere, quia ipsius facto conditio deficit, nihil ex legato consequuto, & c. Ad idem est text. in leg. Titius si statuas, à contrario sensu, eod. titu. Ad idem leg. Titio centum. §. fin. in verbo, quòd si nolit. eod. tit. facit l. cum pupillus, eod. tit. quæ tria vitima iura ad hoc allegat glo. quæ idem tenet in l. iure ciuili. eod. titu. Ad idem facit l. si. ff. de condi. insti. Ad idem addo tex. in leg. fin. C. de cõd. inter. ibi, nisi ipse seruus voluerit adimplere conditionem. Ad idem addo tex. in l. si. in prin. C. de necessa. seruis here. insti. & notatur per glo. rubricæ. ff. de conditio. & demonstra. & probatur hæc prima regula ex abundantanti, quia scriptum est: Qui non laborat, non manducet, vt notatur in l. quamuis. ff. de damno infect. cum sim. cū ergo iste nō implet ex parte sua, & sic non laborat, ergo non manducet, id est, non consequitur sibi legatum relictum. † Præterea in dispositionibus, vbi hinc inde est aliquid dandi vel faciendi, ille qui petit sibi impleri, prius debet implere vel offerre ex parte, qua aliàs repellitur, l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. l. ex placiti. C. de rerum permutati. cum sim. quæ iura in hac materia, & quasi in simili reperio allegata per Bald. in leg. generaliter. §. colum. C. de episcop. & Cleri. sed ita est in præsentī, ergo nisi prius iste adimpleat, iustè repellitur. Præterea iste frangit fidem testatori non implendo conditionem sibi iniunctam, ergo frangatur eidem fides ab hærede obligato, qui repræsentat personam defuncti. argu. l. cum proponas. C. de pact. l. qui fidem. C. de trans. c. peruenit. leg. 2. de iureiurando. Præterea frustra quis petit debitum, qui quod debet, non impedit. c. frustra. de regu. iur. lib. 6. c. isto subiectus. 95. dist. cum si. ergo frustra petit legatū, cum non impendat quod debet, id est, cū non impleat conditionem, & per eum stet.

Modò † istam primam regulam extēdo, vt procedat in quacunq; conditione siue mixta. siue

6
Conditio fac
ficeret factio
implere debet
us, adicit re-
lium.

7
Actoris imple
mentum sem
per proceden
re debet.

5
Malitijs ob-
uandam.

8

Conditio in omni conditione, quod per me fiat, mihi nocet.

siue potestatiua, siue alia, & pro hoc allego gloss. in l. in testamento. de condit. & demon. quæ ad literam dicit illud, nota quod nullo casu, nulla conditione consequitur, quid si stetit per me, vt ibi & supra facit. C. de inst. leg. fin. & istud habeo pro indubitato, cum per eum stetit, quod noluit implere, non refert quæ conditio fuerit iniuncta, cum sponte ei non obtinuerat, quæ est ratio tex. in d. leg. si ea, de cond. insert. Item quia ratio tex. in d. l. in testamento est generalis in qualibet conditione ibi, quia ipsius factio conditio deficit, quæ ratio militat in quacunq; conditione. Item, quia rationes, quas supra feci, pro confirmatione huius regulæ militant generaliter in quacunq; conditione, vt ex eis patet.

9

Conditio defecta nocet per casum contingentem in persona implere debentem, id est, honorati.

Secundò extendo istam primam regulam, vt procedat nedum, quando per eum stetit, quia noluit implere, sed & quando stetit per casum contingentem in personam ipsius, vt quia mortuus est, antea quàm impleteret, nam & tunc conditio habetur pro defecta, text. est secundum verum intellectum, in l. sub diuersis. §. si. ff. de condit. & demonstrat. & ibi Paulus. Idem tenet Paul. per eundem text. in l. 2. penul. quæst. C. de instit. & substi. Idem tenet ibi Ange. qui dicit ibi esse text. si rectè intelligatur, fortè voluit ponderare literam, dum dicit non prius eum heredem existere, quàm conditioni paruerit, ac si diceret, si discedat antequam impleat, certum est, quod non paret conditioni, si excluditur. Ad idem est text. in d. l. in testam. ibi, ac si ipse discedat, nihil ad heredem suum eum transmittere, quia morte eius conditio defecisse intelligitur, & ibi est text. clarior quàm in l. sub diuersis. §. si. & istud ego habeo pro indubitato saluo meliori iudicio, nam cum legatum istud sit conditionale, scilicet si nupserit, si stetit per casum contingentem in persona implere debentis, quò minus impleteretur, vt quia ipse mortuus est ante conditionem impletam, certum est, quod conditio haberetur pro defecta, quia ipse non potest petere, quia mortuus est, nec potest transmittere, quia erat conditionale, & defecit legatarius conditione pendente. §. si. autem. C. de cad. tol. cum sim. & secundum hoc non est necessaria ponderatio. l. sub diuersis. §. si. nec aliarum legum, cum hoc sit principium iuris indubitatum.

10

Conditio deficiens per casum contingentem in persona implere debentem, nocet si est mixta conditio.

Sed quæro pro declaratione huius extensionis, scilicet, quando fiat per casum contingentem in persona implere debentis, vt habeatur pro defecta, vt dixi, an hoc procedat etiam in conditione potestatiua, vt si deficiat per casum contingentem in persona implere debentis, habeatur pro defecta, ratio, quæ me facit dubitare, est, quia d. leg. sub diuersis, per quam se fundat Paul. in d. l. 1. de instit. & substi. loquitur in conditione, si decem dederit, quæ conditio est mixta, iuxta glo. in d. leg. 1. & in l. in testamento, quæ communiter tenetur per

Docto. ergò secus videtur in potestatiua, cum dictum Doctoris debeat intelligi secundum concordantiam quàm allegat Bar. in l. non solum. §. si liberationis, de libe. lega. Item quia text. in d. l. in testamento, & in l. 2. de insti. & substi. per quas se fundat Ange. loquitur in conditione si nupserit, quæ eodem modo est mixta, pendens ex facto duorum, vt in regula nostra, cum similibus. Item & 3. quia videtur, quod hoc non habebat locum in conditione potestatiua, quia regula est, quod conditio potestatiua, differens per casum fortuitum, non facit deficere relictum. l. quæ sub conditione. §. quoties. de condi. insti. l. turpia. §. pende. de leg. 2. & infra dicam latius, ergò videtur, quod si fiat per casum contingentem in personam implere debentis, quod habeatur pro impleta per dicta iura, non autem pro defecta, quid dicendum? dico quod prædicta extensio habet locum in quacunque conditione siue potestatiua, siue mixta, quia de casuali non est dubium, vt dicitur inferius, quod probo, quia cum legatum sit conditionale, si legatarius moriatur conditione pendente, & sic iter per casum contingentem in personam ipsius, certum est, quod delegatum deficit, nec transmittitur. §. si. autem, cum simi. de cad. tol. si ergò non potest legatarius petere, quia mortuus, nec transmittere, quia conditionale, ergò extinguitur, & ista ratio extinctionis habet locum in quacunque conditione, vt patet ad sensum, quia iura conditionalia non transmittuntur, quia reperio, quod Ang. in terminis vno verbo hoc expresse tenet in dict. leg. 2. de instit. & substi. & allegat l. ita legatum. §. illi, si volet, de leg. 1. qui loquitur in conditione, si volet, quæ indubitanter est potestatiua. Tertio ego dico, quod est text. ad literam, in l. 1. §. si. autem de cad. tol. vbi est text. quod si aliquid relinquatur alicui sub conditione casuali, mixta, vel potestatiua, & legatarius moriatur ante conditionem impletam, legatum extinguitur, & non transmittitur, ergò ibi est text. ad literam, quod quando stat per casum contingentem in personam implere debentis, quò minus conditio adimpleatur, habetur pro defecta, & quia ibi est text. expressus, non est amplius secundum hoc insistendum. Vltimò ex abundantia hoc probo ratione inconuincibili, nam si conditio mixta pendens ex facto duorum, deficiens per casum contingentem in personam implere debentis, facit legatum deficere, & habetur pro defecta, vt est tex. clarus in d. l. sub diuersis, & in d. l. in testamento, quo casu nihil potest impu tari legatario, cum non pendeat ex potestate eius tantum, sed ex potestate eius & alterius, ergò à fortiori hoc procedit in potestatiua, quæ pendeat ex potestate ipsius, & poterat prouidere ante casum contingentem in personam ipsius, quod cum non fecerit, est quod sibi imputetur, ergò nimirum q. habeatur pro defe-

defecta, & hic non pot cadere in responsione. Quintò † pro hoc tex. in leg. si ita expressum, de condi. & demon. quæ loquitur in conditio ne, si volet, quæ est potestatiua; & tamen dicit ibi tex. quòd non aliter transmittet, quã si ipse voluerit, ergò si mortuus est antea quã expres se vellet, & sic stet per casum contingentem in personam implere debentis, extinguitur lega tum, & conditio censetur defecta, & ita teneo.

Nec obstant allegata in oppositum; primò non obstat l. sub diuersis, per quem se fundat Paul. quæ loquitur in conditione mixta, ergò secus videbatur in potestatiua, quia dico, quòd ibi non debet sumi illud argumentum à contrario sensu, primò, quia in potestatiua est minus dubium, vt probaui in pen. funda mento, ergò non debet sumi illud argumen tum à contrario, quia sic sequeretur absurdū, est enim absurdum, vt statutum in casu magis dubitabili, scilicet in conditione mixta, non haberet locum in casu minus dubitabili, scili cet in potestatiua.

Secundò soluo, quòd non debet sumi illud argu. à contrario, cum sit contra legem expres sam, scilicet contra §. si n. autem, de cad. tol. & alia iura, vt supra probaui, & eadem est respon sio ad secundum fundamentum, scilicet de lege in testamento, de condi. & demon. & leg. i. C. de insti. & substi. per quas se fundat An gel. quæ eo modo loquitur in conditione mix ta, vt supra est ostensum.

Tertiò non obstat l. quæ sub conditione. §. quoties. ff. de cond. Inst. vbi est expressum, q. conditio potestatiua deficiens per casum for tuitum, non facit deficere relicto, quia dico quòd ille §. cum concor. loquitur in casu con tingente, non in personam implere debentis, sed in personam alterius tertij, quo casu est di uersum ius, & diuersa ratio.

Item † modò ego nouissimè extendo, scili cet quando stat per implere debentem, habeatur pro defecta, nedum in alijs relicto, sed & in relicto libertatis, quæ est relicta sub condi tione potestatiua, nam si stat per implere de bentem, habetur pro defecta, & remanet ser uus. tex. est nouus, & singularis in l. si. in prin. C. de necess. seru. hæred. instit. Imò quòd est plus & mirabile, nedum priuatur libertate si bi relicta sub conditione potestatiua, vt ibi, imò, quia conditionem implere recusauit, priuatur nedum libertate sub conditione re licta, sed etiam hæreditate purè sibi relicta, vt ibi, & ratio est, quia libertate priuatur sua culpa, hæreditate autem idèd, quia testator non potuit facere, quod haberet hæreditatem, si re maneret seruus, vt ibi declarat Paul. licet nec ipse nec alius applicata ad hoc propositū, idèd benè nota, si autè libertas esset relicta sub condi tione casuali, vel mixta, quid iuris, dicunt ibi Doctores.

Istam † regulam ego limito, vt pcedat, quã do stetit à principio per implere debentè, quò

minus impleretur conditio, secus si non à prin cipio, sed ex post facto stetit per eum, nã tunc consequitur relicto, ac si per eum non stetit, istam limitationem colligo ex verbis Bal di, in l. i. vltima quæst. C. de institu. & substiti. vbi dicit, quòd illa lex procedit, quãdo ab ini tio stetit per illam, secus si ab initio ipsa voluit, & quia stetit per filium Antilli ipsa conse quuta est hæreditatè, nã licet ex post facto ali us pœnitentia ductus velit eam in vxorem, & ipsa nolit, non priuabitur hæreditate, quia suf ficit momento impletam fuisse conditionem, l. si quis hæredem, eod. tit.

Idem tenent Imola in l. in testamento, de condit. & demon. & omnes communiter in d. l. i. vt ibi per Alexand. & vide per Alexan. in l. si seruuum. §. sequitur. 6. notabili. ff. de verb. obli, videbatur contrarium, quia vltima mora nocet, dicto §. sequitur, & de peti. & commodo rei vendi. l. illud. idem tenet Iaso. in dict. l. i. 5. columna.

Secundò limito † vt procedat regula, quan do grauatius potest eam honestè implere, secus autem si nō potest implere honestè, nam tunc licet stet per eum, non priuatur relicto, argu. l. cum ita legatum. ff. de cond. & dem. Glo. in d. l. i. C. de instit. & substi. facit l. Caio. §. impera ta. ff. de adim. & ciba. lega. & quod ibi notabi liter per Barto. facit l. nepos proculo, cum sim. de verb. sig. l. filius. ff. de cond. inst.

Secundus casus principalis est, † quando stat per tertium, in cuius personam venit con ditio implenda, quominus impleatur, quo ca su dicitur contrarium quod conditio habetur pro impleta, tex. est in l. i. C. de institu. & substi. ibi autem filio Antilli recusante, &c. & in l. in testamento. de condit. & demonstra. ibi, ille quidem legatum deberetur, & in fine eius dem legis, ibi, legatum ei debetur, &c. probatur ex ratione tex. in l. iure ciuili. eo. ti. & ita al legat illam l. Pau. in d. l. in testamento, verè ta men illa l. iure ciuili, hoc non probat, quia lo quitur, quando stat per tertium, qui impleta conditione veniebat obligandus, vt infra dicã. Ad idèd est tex. in l. i. C. de his quæ sub mo. & ff. quando dies lega. ced. leg. si post. §. item si qua, facit l. in iure ciuili, de regul. iur. Ad idem l. si ea. C. de cond. infer. quam allegat Glo. in l. si post. sed certè nō probat nisi à contrario sen su, vt ex ea patet euidenter. Ad idem l. fin. C. de cond. infer. ibi. siue per eum cui dare aliquid visus est, &c. Ad idèd ff. de annu. lega. l. Mæuia. vbi Glos. allegat plures concord. quarum ma ior pars loquitur in alijs casib. diuersis. Ad idèd est tex. in l. vter ex fratribus. ff. de cond. institu. ratio istius regulæ euidenter patet.

Tertius casus est, † quando stat per tertium, in cuius personam non veniebat conditio im plenda, tamen impedit quod non impleatur, & tunc dicitur, aut impediunt, iuste itaque contra eum non potest haberi regressus, & tunc habetur pro impleta, vt probatur in leg. Titius

11
Conditio si uo let, suspendit relicto, & impedit trans missionem.

ciens non nocet, quando per implere debentem stetit ex post facto.

14
Conditio deficiens quando per implere debentem stetit, quia inhonestum non nocet.

15
Conditio deficiens quando stat per tertium, in cuius persona est conditio implenda, non nocet.

12
Conditio deficiens quando per me stat, nocet etiam in libertate.

13
Conditio deficiens

16
Conditio deficiens quod stat per tertium, in cuius persona conditio non implenda, am nocet.

Titius si statuas, de cond. & demon. aut iniuste, & tunc aut temporaliter impediuit, & non habetur pro impleta, nec pro defecta, sed cessante impedimento debet implere, ita probatur in l. quibus diebus, in prin. ff. de cond. & dem. & ibi vide Pau. aut impediuit perpetuo, & tunc aut erat soluendo qui impedit, & habetur pro defecta, leg. inde Neratius. §. primo, ad legem Aquil. aut non erat soluendo, & habetur pro impleta, secundum Pau. in d. l. Titius statuas, & in l. iure ciuili, & in l. in testamento, de cond. & dem. ista tamen distinctio an sit soluendo, vel non procedit, quando ille tertius, qui iniuste impediuit, est penitus extraneus, secus autem si non est extraneus penitus, vt est videre in tutore, qui impedit pupilum implere conditionem, nam ille non putatur extraneus, sed idem in pupillo, quo casu indistincte nocet pupillo, sicut factum pupilli licet in penitus extraneo distinguatur, vt supra, istam limitationem colligo per Paul. in l. cum pupillus, de cond. & dem. vbi videas. rationes autem prædictorum ex sunt, scilicet an impediatur iuste, an iniuste, & an sit soluendo, vel non, ponit magistraliter Paul. in l. 1. C. de insti. & substi. 3. col. quem omnino videas ibi, & ad prædicta vide eum in d. l. iure ciuili, & l. in testamento, & aliquid in l. quæ sub conditione. §. quot res. ff. de cond. institu.

17
Conditio deficiens quando stat per omeratum nunquam nocet.

Quartus casus principalis est, ¶ quando stat per hæredem, vel alium grauatum, qui impleta conditione venit obligandus, quod minus conditio impleatur, & isto casu dic, quod conditio habetur pro impleta, siue erat implenda in personam suam, siue alio modo, & ipse recuset vel impediatur, quod minus impleatur, siue licite siue illicite. iste est proprie casus in l. iure ciuili, de reg. iur. & in l. si. C. de cond. insertis, & in l. Iulius. Paulus de cond. & dem. & ibi Paul. hoc tamen debet intelligi, quod habetur conditio pro impleta, scilicet quod ad hoc, vt legatum purificetur, & legatarius transmittat, non autem quod ad hoc, vt non teneatur amplius soluere, quod semel obtulit, & alius recusauit recipere, imò si legatarius petit, hæres cui erat dandum per viam exceptionis potest consequi, vt sibi soluat, tex. est singularis in l. cui fundus, in fine, secundum intellectum Doctorum. ff. de condi. & demon. sed si esset iam solutum, vel habita conditione pro impleta facta esset à lege executio legati, nec esset alia necessaria, vt si fuit relicta libertas directo sub conditione dandi hæredi, & seruus obtulit, & hæres recusauit recipere, & sic factus est statim liber, & sic est executio facta à lege, non poterit hæres sibi postea consulere per viam agendi, vt sibi soluat, tex. est singularis in l. eum quidam, aliàs est l. finalis. C. de cond. inser. quod est singulare & substantiale. & ita nouiter declarat Paul. in l. iure ciuili, de cond. & dem. & in l. pe. & si. C. de cond. inser.

& in d. l. cui fundus, de cond. & dem. quod est notandum.

Item & quinto limit. ¶ vt procedat, quando non est licitum hæredi grauato impedire implementum conditionis, aliàs secus, vt si promissisti mihi decem, si te vicero in colluctatione, vel alio ludo, & per te steterit, quod minus te vincam, non teneberis, quia tacite videtur actum ex natura & qualitate negocij, vt liceat tibi impedire implementum, & quia isto casu non sufficit nifus vel conatus, ita notatur in l. in executione. §. si. de verbor. obligat. & tenet Bal. in l. 1. C. de instit. & substi. 10. q. Paul. in l. iure ciuili, de condi. & dem. Ad idem est gloss. expressa in l. in iure ciuili, de reg. iur. vbi gloss. dicit, quod hoc videtur tacite actum, vt possit resistere, & sic habetur pro expresso. l. cum quid. ff. si cer. pet.

18
Vistoria non est res potestativa.

Quintus casus principalis est, ¶ quando stetit per testatorem, quod minus conditio impleatur, verbi gratia, Testator reliquit centum fratribus pro sepultura, quia tamen erat excommunicatus, non potest ibi sepeliri, an habeatur conditio pro impleta, communiter dicitur, quod sic, ex quo per testatorem stat, quod minus impleatur. Item quia illa conditio est impossibilis, ergo non vitiat. l. obtinuit, cum similibus. ff. de cond. & demon. ita tenet Bar. notabiliter post Dinum in l. miles. §. fin. ff. de adul. & ibi vide in additionibus. Idem tenet Bal. in l. 1. C. de instit. & sub. penul. quæstio. & in l. 1. in fine. C. de his, qui pœnæ nomine. & Ioannes de Imol. in l. in testamento, de cond. & dem. Imol. & Anchar. in l. filius, de testam. Idem Alex. in d. l. 1. C. de insti. & substi. in fine, & ibi dicit Pau. circa finem. Idem ibi laf. num. 9. 6. col. & est communis sententia.

19
Conditio deficiens quando stat per testatorem non nocet.

Sextus casus ¶ vt vltimus est, quo conditio impeditur per casum fortuitum, quod minus impleatur, & isto casu dic, quod regulariter conditio habetur pro defecta, tex. est in d. l. legatum, de cond. inser. text. est in l. in testamento, de condi. & dem. in duobus locis. tex. in l. cum ita datur. verbo, diuersa causa, eo. tit. tex. in l. penul. §. 1. eo. tit. & tex. in l. si peculium. §. his cui. ff. de statu lib. facit l. si ita scriptum. ff. de manumissis test. notatur in l. Seio, in prin. ff. de annuis legat. glo. ordinaria in l. 1. C. de insti. & substi. & in d. l. in testam. Rationem huius, scilicet quare habeatur pro defecta, quædo impeditur per casum, si autem impeditur per alium, habetur pro impleta, dixi supra, cui rationi modo adde, quod in simili dicit gloss. in l. eam quam. C. de fideicom. glo. magna, in prin. & Paul. de Castr. in l. lile à quo. §. si de testam. ad Trebellianum.

20
Conditio deficiens quando stetit per casum, nocet.

An ¶ autem d. l. legatum. C. de cond. inser. habeat locum, si esset legatum nomine dotis Bertæ, si nupserit Titio, & eo mortuo nuptiæ sunt impeditæ, videtur quod non, quia illa lex non habet locum in legato alimentorum, vt infra dicam, ergo idem videtur dicendum in causa

21
Conditio deficiens, quando stat per casum nocet, licet doti nomine legatur.

causa dotis, per notata in authen. res, quæ. C. communia delega. & in authen. contra rogatus, ad Treb. cum similib. contra tenet Bal. in d. l. legatum, quia deficit causa finalis legandi secundum eum, credo quod voluit dicere, quia causa finalis fuit, ut haberet in causam dotis, scilicet hæc causa deficit, non secuto matrimonio. l. si. C. de donat. ante nup. ergo deficit relictum, pro quo allego in simili l. i. C. de condic. ob causam, & ibi Bald. & alij. Ad idem facit l. si pater. & l. nec apud. C. de hæredi. insti. & l. eamque. C. de fideicom. & ex hoc habes notabilem extensionem ad leg. legatum, quam benè nota.

Prædicta regula † procedit in conditione mixta, pendente ex facto duorum, ut in d. l. legatum, cum similib. quid autem in conditione casuali, dicitur idem, scilicet quod si deficiat per casum, imò qualitercunque habetur pro defecta, & non pro impleta, ita tenet gloss. ordinaria in regula l. sub diuersis. ff. de cond. & dem. & in l. in testamento, eod. tit. Bar. in d. l. in testamento, & in l. i. in princ. de insti. & substi. & ibi Bal. 10. oppositione. Idem Ang. Pau. & Alex. ibi, & per omnes in d. l. in testamento. Idem tenet Dinus in regula imputari, de regu. iuris, lib. 6. Idem est dicendum in conditione mixta, pendente ex facto vnius, & viribus fortunæ, iuxta l. si pater. C. de insti. & substi. & tenet dictæ glossæ supra allegatæ, & Doctores communiter in locis supra relatis, ratio est, quia quando aliquis instituitur, vel aliquid relinquitur sub conditione casuali, testator solum respicit casus euentum, & nullo modo factum instituti, idè quocunque modo conditio deficit, impedit dispositionem, & eadem ratione in mixta, quæ partim pendet ex viribus fortunæ, istam rationem ponit Bar. in d. l. i. C. de insti. & substi. & in d. l. in testamento, & multi sequuntur, est tamen aduertendum, quod pro dicta oppositione Bar. in d. l. i. allegat. C. de cad. tol. §. si autem aliquid, & etiam Bal. ibi, & Dinus in d. regula imputari, de quo scilicet an ille tex. hoc probat, ego vehementer dubito, primò, quia ille tex. loquitur in casuali conditione, & mixta ex viribus fortunæ, & etià in potestatiua, ergo ille tex. loquitur in omnib. illis conditionibus, si intelligeretur, quod quando deficit conditio per causam, deficit relictum, ergo intelligeretur etiam in potestatiua, scilicet quod deficiens per casum, faceret deficere relictum, secundum hoc est falsum l. quæ sub conditione. §. quoties. de condi. insti. & infra dicam. ergo licet ille tex. dicat indistinctè, quando superstiti legatario conditio deficit, euanescat legatum, potest intelligi quod deficit alio modo, non aut casu fortuito, præterea quando vna determinatio respicit plura determinabilia, debet ea terminare vniiformiter. l. quamuis. l. hereditatem. C. de impub. & alijs. l. nam hoc iure. de vulg. & pupill. & C. de milit. testa. l. in testa-

mento. modò sic illa determinatio, s. quod quando conditio deficit, deficit relictum, ut d. §. si autem, respicit plura determinabilia, s. legatum relictum sub conditione casuali, mixta vel potestatiua, ergo debet ea pariformiter determinare. aut ergo dicimus, quod illa verba, quod quando conditio deficit, deficit relictum, intelliguntur, quod quando conditio deficit alio modo, quæ per casum fortuitum, & tunc nil facit ad propositum, aut intelliguntur, quod conditio deficit etiam per casum, & tunc comprehenderet etiam conditionem potestatiuam per dictam regulam, quod quando vna determinatio, & c. hoc autem dicendum non est, quia contra d. l. quæ sub conditione §. quoties ergo. §. si autem. aut nihil facit, aut sequetur absurdum, scilicet contra d. §. quoties, quod non est dicendum. Nec obstat text. in dict. §. si autem, dum dicit, spectari oportet conditionis euentum, & sic videtur indistinctè dicere à contrario sensu, quod si non existat conditio, non debetur legatum, ergo siue per casum, siue alio modo deficiunt, nõ debetur, quia respondeo, quod nõ obstat, nam certum est, quod de natura cuiuscunque conditionis nis est, quod debet expectari conditionis euentus, aliàs non incipit deberi. l. legata sub conditione, cum similib. de conditionib. & demon. imò quod est plus, debet impleri in specifica forma. l. qui hæredi. de condit. & demon. imò quod est plus, etiam si ille, in quem debet impleri, sit incapax, debet tamen impleri saltem de facto, ut sic impleatur in specifica forma. l. Mzuius, eod. tit. & tamen licet ll. omnia ista requirant, ut implemento conditionis potest impleri per æquipollens. l. si mater, cù simil. C. de insti. & substi. Item si stat per eum, cù quod debet impleri, habetur pro impleta. l. i. C. de insti. & substi. cum similib. licet ergo ille tex. velit, quod si non sequitur euentus, non debetur, non propterea probat, quod si non sequitur propter casum fortuitum, quia potest non sequi multis modis, scilicet quia noluit, vel quia non potuit, & hoc quia nõ potuit, potest multis modis contingere, & sic non concludit iste text. Præterea si intelligis, quod nõ est securus euentus propter casum, & quod idè non debeat, contradiceret dict. §. quoties. l. quæ sub conditione, ne ergo contradicatur, intelligamus quod alio modo defecit, quæ per casum, quia expedit iura concordare, & c. & quia euitanda est legum correctio, & c.

Nec etiam obstat tex. d. §. si autem. versic. quod si in medio, dū dicit quod si in medio, is qui ex testamento lucrum sortitus est, decedat, pondero, decedat, & si conditio deficit per casum fortuitum, facit deficere relictum, ad hoc respondeo, & dico, quod non obstat, pro quo est aduertendum, quod quandoque conditio deficit per casum contingentem in personam implere debentis, quandoq; per casum contingentem in personam alterius, primò casu

t indu-

22
Conditio casualis deficiens per casum, non est.

indubitanter est verum, quòd siue conditio sit casualis, siue mixta, siue potestatiua, & deficiat per casum contingentem in personam implere debentis, facit deficere relictum, text. in l. sub diuersis. §. fin. de cond. & demon. tex. ad literam in l. in testamento, de condi. & dem. ibi, at si ipse decedat, nihil ad hæredem suum eum transmittere, quia morte eius conditio defecisse intelligitur, vt supra dixi, & dedi rationem huius, & isto casu propriè loquitur text. ille quem ad hoc pondero, dū dicit, quòd si is, qui ex testamento lucrū sortitus est, decedat, & sic loquitur de casu contingen. in personā implere debentis, nos autē loquimur in casu cōtingente in personam alterius. in quem, vel in quo debet conditio impleri, iuxta regulam nostram cum similibus, & ita rectè intelligendo ille tex. non loquitur in casu, de quo per Doct. Præterea concessio sine præiudicio veri, quòd iste tex. loqueretur, quando deficit per casum fortuitum contingentem in personam alterius, sequeretur inconueniens sæpè repetitum, scilicet, quòd deberet referri etiā ad conditionem potestatiuam, cum dictus §. fin autem, loquitur etiam de ea, & sic referendo esset contra d. §. quoties, fateor tamē quòd licet dictus §. fin autem, non stringat, tamen opinio Bar. & aliorum est vera, scilicet, quòd conditio casualis deficiens per casum facit deficere relictum, & fortè Alex. sentiens aliquid de prædictis, dixit in d. l. 1. de instit. & substi. quòd conditio casualis vel mixta pendens à facto legatarij, & à fortuna deficiens, casu fortuito facit deficere relictum, & allegat glo. in l. in testamento. de condi. & demon. & in regula, eod. ritu. nec mouetur per d. §. fin autem, nec allegat alium text. quia fortè sensit, quòd non stringant per prædicta, & etiam Ange. ibi dicit, quòd omnes tenēt hoc indifferenter, & tamen ipse non allegat, nisi glo. in regula de condi. & demon. quidquid tamen sit, conclusio est vera, quæ tamen recipit duas limitationes. Prima est † si testator esset aliàs relicturus per gloss. ordinariam, in d. leg. prim. quæ in se est vera, licet quòd ad illam legem sapiat diuinationem. Secunda est per text. singularem in l. si. C. de necessa. seruis hæz. inst. & istas duas ponit Ang. in d. leg. 1. in fin. & per prædicta sum expeditus de ista quæstione. Concludo ergò, quòd conditio deficiens per casum fortuitum facit deficere relictum, siue loquimur in conditione mixta, pendente ex facto duorum, vt in d. l. legatū, cum concor. de quibus supra, siue in conditione casuali, siue in mixta pendente ex facto vnius, & viribus fortunæ, vt per Doct. in locis supra alleg.

23
Conditio casu deficiens an noceat quādo testator aliàs erat relicturus.

24
Conditio potestatiua deficiens per casum nocet aliquādo.

Istud tamen † de cōditione potestatiua, scilicet, quòd deficiens per casum non faciat deficere relictū, limito duobus modis, quos colligo ex verbis Alexan. in d. l. 1. circa prin. de insti. & substi. Item tertio limito, vt procedat, nisi qui debebat implere, fuisset in mora con-

stitutus, ita dicit Paul. in d. §. quoties, allegat l. fin. C. de cond. insert. quæ tamē l. non loquitur in potestatiua, sed in mixta, vt ex ea patet, idem tenet in d. l. 1. & in d. l. in testamento, & mouetur per l. pen. §. 1. de condi. & demon. quæ etiam loquitur in mixta, sed si aduertas, eadem est ratio in vtraque, quando præcessit mora. Idem tenet gl. in d. §. quoties. per eandē l. pen. §. 1. Quarto ego limito d. regulā, & d. §. quoties, vt procedat quando casus contingit in personam serui manumittendi, vt tunc, si deficiat conditio potestatiua per casum, non deficit relictum, vt ibi; secus si casus contingeret in personam legatarij, qui debebat manumittere seruum proprium, nam tunc licet sit potestatiua, deficit legatum, vt patet in leg. si ita legatum. §. illi si volet. de leg. prim. & in leg. si ita expressum, de condit. & demonstra. & ego dico quòd est tex. ad literam. C. de cadu. toll. §. si autem, & supra dixi, licet ad alium propositum, & ratio est in promptu, quia cum legatarius decessit conditione pendente, necessariò extinguitur legatum, nec potest transmitti, quia morte eius conditio defecisse intelligitur, vt dicit tex. in l. in testamento, de condi. & demon. quæ ratio est communis in quacunque conditione, vt patet euidenter, ex prædictis habes primam limitationem ad regulam text. dicta lege, legatum, vt non procedat in conditione potestatiua, deficiente per casum.

Secundò limita † vt non procedat in modo, nam licet sit mixtus modus, & deficiat per casum, non tamen deficit relictum, text. est singularis in leg. si fundum per fideicom. §. Iulian. de leg. 1. qui non est alibi secundum Dinum, ibi, cui Doct. addunt similem in l. Lucius. §. quisquis. el primero. de lega. 2. sed idem probat tex. in l. pater filium. §. Tusculanus. de leg. 3. & ibi glo. allegat tex. in d. §. Iulianus. Item illum §. Tusculanus, quasi in proposito allegat glo. in l. turpia. §. pen. de lega. 1. & reperio quòd illum §. Tusculanus, pro concordand. allegat Bar. in leg. Titio centum. §. Titio genero. 1. col. de cōd. & dem. rationem autem differentiz inter conditionem & modum ponunt Doct. in dictis locis, præsertim Alex. in dict. leg. 1. de institu. & substi. 2. col. & ista est communis opinio. Quia tamen aliqui tenent contra, vt ipse ibi refert, idè ego propria opinione pondero tex. vbi videtur mihi expressum, in l. si quis Titio, de leg. 2. quem sic induco & præsuppono, quòd ibi fuit modus, quia testator dixit, lego Titio 10. vt ea restituat Mzuiio, dicit tibi tex. q. si Mzuius fuerit mortuus, Titij commodo cedunt. Certum est autē quòd ille modus fuit mixtus, s. vt decem det, iuxta glo. in d. l. 1. de insti. & substi. & in l. in testamento, & probatur in l. cum ita datur, de condi. & demon. & est communis sententia. Item deficit per casum fortuitū, quia Mzuius decessit, cui erant danda 10. q. aut ibi nō extin-

25
Modus mixtus deficiens per casum nocet.

extinguatur legatum, patet, quia tex. dicit, q. Titij legatarij commodo cecidit, ergo ibi expressum est, quod modus mixtus deficiens per casum fortuitum, non facit deficere relictum, quod est notandum. Imò quod est plus, ego dico, quod nedum modus mixtus appositus in vltima voluntate deficiens casu, non facit deficere relictum, sed etiam si esset appositus in actu inter viuos, de quo ego pondero. leg. pen. C. de condi. ob cau. nam ibi fuit data pecunia medico, vt agrum curaret, & sic pendebat ex voluntate duorum, dicit tamē ille tex. quod si ille modus deficit per casum contingentem in personam infirmi, quod non tenetur medicus restituere datum, ergo ibi est expressum, quod modus mixtus deficiens per casum, nō facit deficere datum inter viuos, quod est notandū, quāuis fauorabilior interpretatio debeat fieri in vltima voluntate. l. in testamento. de regu. iur. c. cum dilecti. de donati. concludo ergo quod modus mixtus deficiens per casum non facit deficere relictum, per d. 5. Iulianus, quem limita vno modo, vt ibi per Bal. & Pau. & sic habes secundam limitationē ad d. regulam nostram.

Tertio fallit in libertatem. tex. est in l. cum ita datur. §. 1. ff. de cond. & demon. & in l. fi. C. de cond. infer. vbi Paul. de Castr. multum magistraliter declarat, quæ sunt specialia fauore libertatis, ibi vide per eum, maximè in principio, ibi, secundum est, & circa finem, qui colliges extensionem ad istam limitationem.

Quarto fallit in fauore alimentorum. l. 1. C. de lega. l. Caio. §. Imperator. de aliment. & ciba. lega. l. illis libertis, de condi. & demon. in princip. leg. annua, in prin. ff. de annuis lega. quod procedit, quando conditio est appositā in fauorem legatariorum, & ita loquuntur & intelliguntur dicta iura, secus fauore eorū, quibus legatarij debent morari, ita intelligitur tex. in l. Seio, in princ. & ibi glo. ff. de annuis legatis, & est text. in d. l. illis libertis, de condi. & demon. in fine, & est communis opinio Doctor. quid autem in dubio, cuius fauore videatur relictā, declarat Paul. in d. l. illis libertis. ponderando verba testatoris, vt ibi per eum. Ale. tamen non faciens mentionem. Paul. tenet indistinctē, quod in dubio videatur relictum fauore legatariorum, & per consequens non deficiat legatum, ita tenet in l. 1. C. de instit. & substitu. 2. col. idem sentit Angel. ibi iudicio meo, idem tenet Dinus in regula imputari, & vide circa istum casum per Pau. 3. col. in hac l. de instit. & substitu.

Quinto ex mea inuentione egolimito, vt hęc regula nō procedat in legato relictō ecclesie sub conditione mixta, vel alia pia causā, quæ casu puto, q. etiā si conditio addita ecclesie deficiat per casum, non tamen deficiat relictū, quod probō 1. q. libertas est causā pia, sed in libertate hoc statuitur, ergo idē in ecclesia & alia pia causā. Item quia hoc statuitur in a-

limentis, vt suprā dictū est, quæ dicuntur pia causā, ergo idē in alia pia causā. Item quia vbi est eadem ratio idem ius, item quia casus excepti extenduntur ex identitate rationis. c. cū dilecta, de confirmā. vtil. vel inutil. cum similib. ergo casus libertatis & alimentorum hic excepti extenduntur ad aliam piam causā, quia est eadem ratio in vtrisque, & confirmabis per alia multa, & ex hoc infero ad legatum relictum in causā dotis sub dicta conditione, &c. & alia continentia causā piam.

Sexto egolimito per l. pen. §. 1. de cond. & demon. hoc modo vt procedat ista regula, quando vni erat dandum, vel cum eo aliquid faciendum, & deficit per casum, secus si duobus, & alter tantum moriatur, nam potest impleri in personam alterius pro parte, & consequenter legatarius legatum de benignitate, vt ibi, quod est notandum, & fortè hoc est, quod voluit glo. in l. in testamento. de condi. & demon. per illum §.

Septimo potest limitari, quando conditio mixta, procedens ex facto duorum, respicit solum fauorem debentis implere, nam tunc si deficiat per casum contingentem in personam eius, cui debet impleri, nihilominus habetur pro impleta, vt videtur probari in l. annua, in prin. ff. de annu. legat.

Idem & erit octaua limit. quando non apparet, cuius fauore conditio sit appositā, nec verè, nec per aliquas coniecturas, nam tunc etiam habetur pro impleta, ac si in fauorem debentis implere esset appositā. d. l. annua. secundum alium intellectum, si autem esset appositā in fauorem eius, cui impleri debet, haberetur pro defecta. leg. Seio, de annuis legat. Idem si in fauorem vtriusque, vt in d. l. legatum, & in l. in testamento, de conditio. & demonst. ista est intentio Domini Angeli in l. 1. de instit. & substitu. & alius ibi non tangit, & dicit quod sunt verba Dini, & notabilia, & non allegat, vbi voluit allegare Dinum in regula imputari, vbi hoc videtur dicere, licet non distinguat leges, quas allegat, prout facit Ang. & sic si aduertas distinctionem, quam Docto. faciunt solum in alimentis distinguendo, cuius fauore sint relictā, & quid in dubio Din. & Ang. faciunt generaliter in materia l. legatum, de condi. infer. vt suprā vidisti, & omnes mouentur eis d. ll. negari tamen nō potest, quin illæ ll. scilicet l. annua, & l. Seio, per quas omnes mouentur, loquuntur in alimentis, licet Dinus, & Angelus eas intelligant generaliter, vt suprā dictum est, cogita.

S V M M A R I V M.

1. *Conditio, si nupserit, en per voluntatis declarationem deficiat irreparabiliter, egregia q.*
2. *Repudiatio quando facta videatur.*

1 2 3 Varia-

26
Libertatis fauore an mod. deficiens definas nocere.

27
Alimentorum fauore an mod. deficiens definas nocere.

28
Conditio mixta deficiens per casum, non nocet ecclesie.

29
Modi plurali res resoluitur in singulari res.

- 3 Variare an liceat in ultimis voluntatibus.
- 4 Condicio pendens ex facto nostro per voluntatis declarationem deficit, nec est locus pœnitentiæ, si aderat substitutus.
- 5 Accrescendi ius cessat, quando dominium legari non transit recta via in legatarium.
- 6 Conditionem illam, si nupserit, non tenemur implere infra trienniũ, cũ multũ contra cõmunẽ.
- 7 Condicio potestativa implenda est quàm primum potest.
- 8 Condicio potestativa non est necesse, vt quàm primum potest impleretur in hereditate.
- 9 Condicio, si nupserit, sub qua mulieri fuit legatum relictum, si semel ipsa declarat, nolle se nubere, an defecisse videatur irreparabiliter, dubia q.
- 10 Condicio nubendi semel repudiata, & si postea impleatur, nihil prodest, contra nouissimos.
- 11 Conditionem nubendi mulier si semel declarauerit se nolle implere, & si postea pœniteat, nihil agit tam in hereditate, quàm in legato, contra Alex. & Decium.
- 12 Condicio interpretatiuè tantum impleta, quam actionem producat, noua declaratio.
- 13 Conditionem si legatarius implere non recusat, sed tantum moratur, non perditur legatũ, quando condicio erat casualis vel mixta, cum nonis contra communem.
- 14 Condicio nubendi alterius arbitratu rejicitur, siue accipiat pro libera illius voluntate, siue pro arbitrio boni viri, cum communi.
- 15 Condicio nubendi arbitrio alterius adeo rejicitur, vt nec eius voluntatem requirere teneamur, nedum sequi contra mentem Petri, Cini, Pauli, Cornei.
- 16 Condicio nubendi de fratrum consensu sorori appositã in relicto etiam voluntario rejicitur, cum Emanue. contra Pau. Rui.
- 17 Condicio nubendi de consensu alterius, non designata persona, cui nubendum sit, rejicitur, cũ Emanue. contra Aym.
- 18 Condicio, si nupserit arbitrio alterius, non designata persona, cui nubendum esset, rejicitur, etiam de ademptione, non secus quàm de datione, cum Emanue. contra Aym.
- 19 Ratio communis improbat.
- 20 Condicio non nubendi vsque ad annum decimum quintum rejicitur, contra Aret.
- 21 Nuptiarum fauore minor potest transgredi preceptum testatoris, quod aliter transgredi non licet.
- 22 Viduitatem virgini inducere non licet, nec perpetuam, nec temporalem, nec etiam momentaneam, contra nouiss.

CAPVT XCIII.

luntate velit eidem nubere, an legatum consequetur, quod negant Paulus in l. 1. C. de instit. & substit. Idem Paul. Cast. in l. 2. eo. tit. sentit Iaso. in l. 2. num. 6. eod. tit.

Contrarium tenet ingeniosus Emanuel de Acoſta in repet. l. cum tale. §. rescriptum. ff. de condi. & dem. limitatione 6. nu. 4. per l. conditionum, quæ in futurum. ff. de condi. & demon. quæ nihil facit, nam licet probet, quod talis condicio potest quodcumque impleri, non secus quàm hæc condicio, si nauis ex Asia venerit, iuxta l. 2. & l. si quis hæredem. C. de instit. & substit. melius in leg. 2. ff. de condi. & demon. tamen illud intelligendum, nisi semel condicio defecisset, nam per conditionis defectum euanescit relictum conditionale, quod postquam semel euauerit, amplius suscitari non potest. l. si decem, cum petiero. ff. de verb. obliga. l. qui Romæ. §. Augerius. ff. eod. titu. l. si ita expressum. l. cum ita datur. leg. sub diuersis. ff. de conditio. & demonstra. §. fin autẽ aliquid sub conditione. C. de cad. tol. l. si quis hæredem, & ferè per totum. C. de insti. & substit. nec dubium est, quin licet ad implementum huius conditionis, si nupserit, desideretur nuptiarum interuentus, vel quod non steterit per implere debentem. l. 1. C. de instit. & substit. l. in testamento. 2. ff. de conditio. & demon. tamen vt ea condicio defecisse intelligatur, nullus actus positius desideratur præter animi declarationem, nam cum primum honoratus constituerit nolle se conditionem illam implere, illico ea condicio sine spe renascendi perijsse seu defecisse intelligitur, arg. l. Cornelius. l. iam dubitari. ff. de hære. insti. † nã & nuda animi declaratione contingit hereditatis legatiuè tam agnitio quàm repudiatio. §. fin. Insti. delega. vnde leg. legatarius. §. final. ff. de legatis primo. ait, quod, cum primum legatarius constituerit, nolle ad se pertinere legatum euanescere, id legatum videtur habeturque perinde, ac si retrò nunquam relictum fuisset, vt ibi, & leg. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de legat. prim. quinimò simul ac talem conditionem deficere voluit, deficit, vt l. 1. §. vtrum autem. versic. proinde ibi, maluerit deficere conditionem. ff. si quid in fraudẽ patroni. facit lex 3. C. de hæredibus insti. iam ergò dubitari non oportet, quin per interuentum voluntatis (vt more nostrorum loquar) defecerit condicio, & in eo tantum quæstio manebit, an adhuc pœnitere liceat, & magis est, vt neque in repudiationibus, neq; in agnitionibus pœnitentiæ locus sit. leg. sicut maior. C. de repu. hæredi. ratio, vt in leg. sicut ab initio. C. de act. & oblig. iuncto §. hæres quoque. Insti. de obligat. quæ quasi ex contractu nasc. idque expeditius est in repudiatione legati, quia simul ac repudiatum fuerit eius dominium, illico reuertitur ad hæredem. d. §. vtrum autem. d. l. legatarius. §. si. d. §. cum seruus, in l. si tibi homo, supra alleg. id quod accidit,

2
Repudiatione
inducatur.

1
Condicio si nupserit per voluntatis declarationem deficit irreparabiliter, elegans quest.



LLVD † autem dubium est, si legatum Seix sub hac conditione, si Titio nuberet, relinquatur, Seiaq; semel expressimque declarauerit, nolle se Titio nubere, sed postea mutata (more foeminarũ) vo-

dit, cùm conditio siue casualis, siue potestatiua, siue mista relictæ deficit, nam & tunc tale relictum remanet pleno iure apud hæredem, nunquam ab eo discessurum. d. §. si autem aliquid sub conditione. † cùm ergo sit persona, scilicet heres, qui habeat ius retinendi, & per hoc res definit esse integra, pœnitentiæ locus non erit ex regula. l. 3. l. si pecuniam, in princ. ff. de conditio. cau. data l. naturalis. §. 1. ff. de præscrib. verbis. Id quod expeditius est in ultimis voluntatibus, in quibus post animi nostri declarationem continuò sequitur legis executio, sicque definit res esse integra, neque vnquam pœnitere liberum erit. l. si is cui. ff. de legat. 2. ergò per repudiationem siue ipsius relictæ, siue conditionis potestatiuæ, sub qua relictum datum fuerat, id relictum euauit, & remansit penes hæredem oneratum, † sicque res definit esse integra, non secus, quam integra esse desineret, si legatarius substitutū habuisset, quo casu omnes admittunt, quòd simul ac mulier, quæ sub conditione nubendi honorata fuerat, constituerit, nolle se nubere relictò, excludetur per l. 2. C. de insti. & substi. estque communis opin. vt per Costam, vbi supra, nu. 9. post Alex. Decium, Corne. Ias. Riminaldum, & alios in d. l. 2. C. de insti. & sub. in si mili per glo. & Doct. communiter, præsertim Corneum ibi in l. si. C. de rep. hæred. vnde apparet, non iustam esse differentiam, quam Emanuel in d. num. 9. tradidit inter legatum sub conditione nubendi mulieri relictum, quando substitutum accepit, & tale legatum eidem relictū, quando substitutum non accepisset, quasi illo casu simul ac declarasset nolle se nubere, legatum ab ea abscederet, inque substitutum transuolaret, isto autem casu nõ ita, quia (inquit) non adest persona, in quam id legatum à muliere abscedens transferatur, nec aduertit superesse personam ipsius hæredis onerati, apud quem mansurum sit, iuxta §. in primo. §. pro secundo. §. in nouissimo. §. si autem aliquid sub conditione. C. de cad. tol. † Qua ratione etiam procedit, quod tradunt Bar. & communiter Docto. præsertim Ias. in l. planè. §. si duobus. ff. de leg. 1. Bar. Ias. & alij in l. huiusmodi. §. si Titio. eo. tit. Bart. & communiter Docto. in l. si Titio, & ei. ff. de legat. 2. dum aiunt, quòd in quibus casibus legatarij dominium à morte testatoris non transit recta via in legatarium, cessat ius accrescendi, quia superest persona hæredis, à quo dominium illius relictæ nunquam abscessit, sicque habet ius retentionis. Vnde & in specie nostra cùm relictum fuerit conditionale, sicque dominium eius in mulierem nunquam transierit, nec ab hærede onerato discesserit, simul ac mulier se nubere nolle declarauerit, apud hæredem manebit irreuocabiliter, sicque iam pœnitere liberum non erit. Ergò si ea mulier in tali relictò habuerit cohæredem, & si verosimile sit, Emanuelem idem quod in substituo-

to responfurū, arg. l. si Titio & Mæuio. §. Iulianus. ff. de leg. 2. quia vtrobique eadem ratio est, tamen & hoc casu nos firmamus idem iuris fore quod futurum erat, si ea mulier cohæredem nullum habuisset.

Hactenus † cùm mulier palàm declarauit, se nubere nolle, quid autem si nihil aperuit, sed tacitè continuauit sese, ac deliberabat quanto tempore spectanda sit, dubium est, & communis opinio est per triennium tantum spectandum, quo præterito, conditio defecisse videbitur, relictumque euauisse intelligetur, ita tenent Bart. Bald. & Ioannes de Platea in l. 2. §. ad filiorum. C. quando & quibus quarta pars debeat. lib. 10. Ias. nu. 6. in l. 2. C. de inst. & substi. Paul. Castr. in leg. 2. hæc conditio filiarum. ff. de condit. & dem. Ioan. Bap. de sancto Seuerino in d. l. 2.

Contrariam partem, vt etiam post triennium quodocunq; nupsit satis conditioni fecisse videatur, tenent Paul. Castren. sibi contrarius in l. 2. supra allegat. & Soz. in l. hæc conditio filiarum. col. 1. ff. de condit. & demon. quorum opin. verior est per tex. expressum in d. l. hæc conditio filiarum, & per l. conditionum, quæ in futurum. ff. de conditio. & demonstratio. quæ iura apertius hanc partem probant, quam vlla inductione egeant, quod & suadetur ratione, nam cùm mulier sub conditione ad legatum fuerit inuitata, quod quidem legatum est apud hæredem, ipsiusmet hæredis interest quiescere, vt intersurio temporis fruatur, nam querela illius, cui testator voluit, vt mulier nuberet, non est in consideratione, cùm in conditione tantum positus fuerit, non etiam in dispositione, nec dubium sit, quin positus in conditione non videatur positus in dispositione. leg. si quis sub conditione dandorum decem. ff. si quis omni. cau. testam. glo. communiter ibi approbata in l. Lucius. ff. de hære. insti. tradunt comuniter Doct. in l. Gallus, in prin. ff. de lib. & posth. Tenendo istam partem tunc ad d. §. ad filiorum, in quo repositum est vnicum fundamentum eorum, qui contrariam partem tuentur, respo. quod loquitur in specie longè diuersa, ex diuersis autem non fit illatio. l. si. ff. de calumni. Præterea ibi est casus specialis, vt & cuilibet rectè intuenti apparebit, & declarat Soz. vbi supra. Ergò mulier aut dixit se velle nubere ei, cui testator iussit, sed ille noluit, & illico habebit legatum, aut ipsa dixit se nolle nubere, & illico euauit legatum. l. 1. & l. 2. C. de insti. & substitui. aut tacuit deliberans, & dic vt proximè, & pro nobis est etiam text. expressus in l. pater Seuerinæ. ff. de cond. & dem. in prin. † Neque ad rem pertinet l. hæc conditio, si in capitolium. ff. de condi. & dem. nã ibi, in cond. potesta. quæ cū primū legatarius potest eam implere debet, nos loquimur in conditione mista, quæ quandoque impleri potest, vt dd. ll. non secus quàm conditio casualis, vt l. 2. ff. de cond. & dem.

6
Conditionem illam si nupsit, non tenemur implere in triennium quibusdam contra communem.

7
Condicio potestatiua implenda est, quæ primū legatarius potest.

8 In hæreditate autem sub cōditione etiam potestatiua relicta, obtinuit cōmunis sententiæ existimantium, vt ea conditio non illico post mortem testatoris necesse sit vt impleatur, quia cūm hæreditas habet se ad commodum, & incommodum. l. quia poterat. ff. ad Trebel. §. sed neq; Inst. de auth. tuto. l. si hæreditatem. ff. mand. l. si filius qui patri. ff. de vulgari, non est hæres institutus precipitandus, ne fortè inconsultè suspectam ad eam hæreditatem, ita tenuit glo. sing. in l. si quis ita hæres instituitur. ff. de hær. insti. per tex. ibi Barto. in d. leg. hær. conditio, sentit glo. in l. si plures. glo. fin. ff. de cond. insti. sentit glo. in d. l. hær. conditio, si in capitolium. ff. de cond. & demon. est cōmunis opinio, vt patet ex relatione Cornei in l. 1. col. 2. nume. 2. C. de insti. & substi. Emanuel in l. cūm tale. §. rescriptum. limit. 6. ff. de cond. & dem. Cin. in d. l. 1. nu. 7. col. fi. ratio est vt supra.

9 Denique † si mulier in legato sit honorata sub conditione nubendi Titio, & ipsa ab eo interpellata nubere noluerit, illico conditione defecta videtur ex mente gloss. in d. l. 1. de inst. & substi. ad eò vt licet postea ipsa pœnitent, & Titius iam nolit legatū semel amissum non recuperet, vt tenent Bal. Fulg. Pau. Alex. col. fin. ad fi. Decius num. 13. qui hanc firmat esse communem sententiam in d. l. 1. per l. pe. 2. resp. ff. de cond. & dem. & l. fin. ver. nisi. C. de cōd. infer. & per alias leges supra alleg. & quia moram purgare non licet ad actionem consequendam, sed tantū ad exceptionē opponendam. l. Thais. §. intra. ff. de fideicom. lib. & l. si intra quinquennium. ff. de stat. libe. secundū Decium, vbi supra Emanu. vbi supra num. 27. qui hanc dicit communem sententiam † quā tamen ipse limitat, vt procedat quādo re vera conditio impleta non fuit, quia postea Titius ille à muliere semel repudiatus, ei iam pœnitenti nubere noluit, neq; ex legis auxilio pro impleta habetur, quia ipsa fuit in mora, sed si re vera, postquam semel ipsa recusauit Titio nubere, postea mutata voluntate ei nupserit, consequitur relicta secundū Eman. q. suspectum puto, nam per voluntatem mulieris illico defecit conditio irreuocabiliter, ac irreparabiliter, arg. l. fin. verfic. nisi ipse seruus, & ver. si. nisi & ipse oblatas. C. de cond. infer. & l. pe. ff. de cond. & demon. l. 1. §. proinde. ff. si quid in frau. patro. l. legatarius. §. 1. ff. de leg. 1. l. filij, per locum ab speciali. ff. ad Tertul. l. 2. C. de insti. & substi. l. in testamento. ff. de cond. & demon. §. si. verbo, nuda voluntate. & verb. contraria destinatione. Institu. de hæred. quali. ergo si deficit conditio, sequitur, quod euauit relicta, remansitque penes hæredem, sicque semel peremptum suscitari non potest. §. fin. autem aliquid sub conditione. §. in primo. §. pro secundo. C. de cadu. tol. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. §. 1. Insti. de inuti. stip. l. qui res. §. aream. ff. de sol. ad eò

10 Cōditione nubendi semel repudiata, et si postea expleatur, nil prodest contra nouis.

vt etiam retrò nunquam relicta fuisse videatur. l. 1. §. vtrum autem. ff. si quid in fraudē patro. leg. si tibi homo. §. cūm seruus. ff. de leg. 1. dict. leg. legatarius. §. fin. cum ijs, quæ supra diximus, & quia in huiusmodi repudiationibus pœnitentiæ locus non est. leg. sicut maior. C. de rep. hære. facit l. si quis hæredem. C. de inst. & sub. ergo cūm conditio defecerit, & per hoc legatum irreparabiliter euauerit, quod postea impleatur conditio, proderit nihil.

Ex † quibus etiam apparet errasse Alexan. in d. l. 1. C. de insti. & substi. ver. & in quantū. col. fin. ad medi. & Decium ibi, col. fin. in fine, dum aiunt, quod in hæreditate mulieri relicta sub conditione, si Titio nupserit, si ipsa à Titio interpellata declarauerit, se nolle ei nubere, & postea pœnitentia ducta ei nubere velit, qui tantum recusauit eam vxorem habere, quod consequetur hæreditatem ipsa mulier quasi mora ab ea commissa, licet noceret in legatis, non tamen noceat in hæreditate, vt supra diximus, sed vtrumque suspectum est, hoc est, tam dictum quàm ratio dicti, nam cū conditio hæreditatis semel defecerit, tam euauit hæreditas, quàm euanesceret legatum, vt per totum. ff. de cond. & demon. & per totum. C. de cond. infer. & C. de insti. & substi. & ff. de cond. insti. & licet festinatio conditionis implendæ in hæreditatibus non exigatur ex communi opinione supra relata, tamē in specie nostra non conditionis implementum differt, sed aufert, quia conditio non fuit per interuentum voluntatis suspensa duntaxat, sed fuit omninò defecta.

Sed quæ † actio competit eo casu, quo conditio, si nupserit, re vera impleta non fuit, sed tantum interpretatiuè, quia per mulierem legatariam non stetit, & quidem communis opinio est secundum Ias. colum. fin. & secundum Decium col. fin. in l. 2. C. de insti. & sub. quod competit eadem actio, quæ competere, si conditio re vera impleta fuisset, quod procedit, quando de iure communi pro impleta ea conditio habebatur, secus si de iure speciali secundum eandem communem opinionem, contra quam in hoc vltimo tenet Decius, vbi supra, cuius opinio contra cōmunem vera est, quando de iure tantum pratorio pro impleta habebatur conditio, quia actiones iure tantum ciuili, non etiam iure pratorio, inuentæ fuerunt. l. 2. §. 3. & §. 4. cum seq. ff. de orig. iur. sed si de iure etiam ciuili, quamuis speciali pro impleta conditio habebatur, tunc eadem actio competet, quæ competere si re vera impleta esset, vt per l. & iura quæ allegant Ias. & Decius, vbi supra.

Adde † quod mulier, quæ sub conditione, si Seio nuberet, honorata fuit, aut solum differebat conditionem implere, aut palam & intrepidè eam implere recusabat, ac negabat, primo casu sunt qui velint, vt in hæreditate dilatio non noceat, quia cūm habeat se ad commodum

11 Conditionem nubendi mulier se nolle implere declarat, & postea pœnitentia ducta nubere velit, nil agit in hæred. qui in legato, in Alex. & Decium.

12 Cōditio inter pretariu impleta, quæ ac. proauis, nona deli.

13 Cōditio imple. legatarius, qui non repudiavit, sed tantum moratur, non perdit legatum, quādo erat conditio casualis, vel missa, contra cōmunem cō nouis.

modum & incommodum hæreditas. leg. quia poterat. ff. ad Treb. §. sed neque. Insti. de auth. tuto. l. hæreditatem. ff. mand. inculpata videri debet mulier, quæ non temerè nimisque properanter sese commisit periculo hæreditatis suspectæ, argumen. l. si filius qui patri. ff. de vul. sed talis dilatio mulieri noceret in legato, quia habet ferè semper vtilitatem omni suspitione carentem, vt dict. l. hæreditatem. & supra diximus, quod vltimum non est verum, quia ea dilatio licet non noceat in conditione potestatiua. l. hæc conditio si in capitolium. non tamen nocet in conditione casuali, vt l. 2. ff. de cond. & dem. nec in conditione mista. l. hæc conditio filiarum mearum. ff. de cond. & dem. l. conditionem, quæ in futurum. eodem titul. siue loquamur in hæreditate, siue in legato, vt dictis legibus, licet contrarium sentiant Alex. num. 10. & Decius colu. fin. in fine. in l. 1. C. de insti. & subst. vbi etiam Paul. & Cor. colum. 2. Idem Pau. Ias. & Riminal. in l. 2. eodem titulo. Soz. in l. in testamento. 2. num. 11. ff. de condit. & demon. dum allegant d. l. hæc conditio, si in capitolium, eam procedere intelligentes in legato relicto mulieri sub conditione nubendi, quæ mista est, cū d. l. loquatur in legato relicto sub conditione, si in capitolium ascenderit, quæ non solum potestatiua est, sed etiam facilima, & ita hoc casu eos meritò reprehendit Emanuel. in dict. §. rescriptum. sexta limi. numero 5.

Secundo casu quando palam, ac deliberatè mulier dixit, se nubere nolle. Alexand. d. nu. 10. & Decius d. colum. fin. in si. dicunt id non nocere, si quidem postea ea mulier mutata voluntate parata sit Seio nubere, licet pereum modò steterit, quod supra improbauimus, sed id admittit Acosta, vbi supra, si & ipsa cum effectu parata sit nubere, & Seius consenserit, sicque matrimonium fieret, quod similiter supra improbauimus, moti, quia eo casu non solum verum est per mulieris voluntatem conditionem nubendi semel defecisse, sed etiam talem conditionem semel defectam ad sui implemētum reuocari non posse.

Quid si mulieri quid relinquatur sub hac conditione, si arbitratu Titij nupserit, & quidem si arbitrium sumebatur pro libera voluntate Titij, omnes admittunt conditionem reijci, mulieremque eo etiam in scio aut renitente nubentem legatum consequi. l. cum tale. §. rescriptum. ff. de cond. & demon. quod si arbitrium sumatur lenius, nempe pro arbitrio boni viri, adhuc idem, vt dict. §. rescriptum, in sui generalitate, & in cap. Gemma. de sponsa. ratio, ne quod omnino nuptijs impedimentum fiat, vt ait d. §. rescriptum, & est communis sententia secundum Emanu. in dict. §. rescriptum, amplia. fin. numero septimo. quod & sentit Bartholus ibi, vbi etiam Din. & Alberi. qui idem voluerunt in leg. Titium, & Mæ-

uium. ff. de admini. tuto. Iason in leg. si quis arbitratu. numero decimo octauo. ff. de verb. obligat. Sozin. in leg. filiarum suarum. ff. de condit. & demonstration. Lancelot. Decius in lege, turpia. §. primo. columna fin. ff. de legatis primo.

Infertur † veram non esse rationem Petri, & Cini in dict. l. turpia. §. primo. Cini, & Ioannis Imolen. in dicto §. rescriptum. Paul. Castrensis, & Cornei in l. legatum, de condition. insert. C. dum aiunt, hanc conditionem ideo remissam fuisse, ne mulier alienum arbitrium in nuptijs sequi cogatur, nam nec sequi, nec etiam petere cogitur, vt diximus, licet superior rationem communem appellet Emanu. vbi supra, num. 7.

Per contrarium videbatur, vt & petere, ac requirere Titij arbitriū, & etiā illud sequi debet, argum. l. 1. C. de inst. & subst. l. cum ita. l. Titio centum. §. primo. ff. de conditio. & demon. sed illa iura procedunt quādo & persona certa, cui mulier nubere, à testatore designata fuit, & præterea non sub conditione pœnæ subeundæ, sed sub spe præmij consequendi mulier ad matrimonium inuitabatur, nec enim alterutrum sufficeret, nam si legitimam tantum filiarum relinquerem sub hac conditione, vt Titio nubere, etiam si Titio non nupserit, legitimam, vt pote sibi quasi debitam consequetur, vt resoluit Pal. Ruu. in capitul. per vestras. not. 3. §. 21. nume. quarto. de donat. inter virum & vxorem. Rursus si etiam aliquid ultra legitimam filiarum mearum, vel legatum extraneæ mulieri reliqui sub conditione, si arbitrio Titij nubere, nec designauit cui nubendum mulieri esset, & extranea mulier legatum, & filia quod ei ultra legitimam dederam consequatur si matrimonium Titio in scio, aut inuito contraxerint, non secus quā si de consensu ipsius nupserint, vt dict. §. si quis arbitratu, aliàs incipit rescriptum. Ratio differentiarum, quia quando testator designauit, cui viro mulieri nubendum esset, ei viro prodesse voluit, hæcque affectio in consideratione esse debet. Cū autem nullum designauit, tunc solum ipsius mulieris vtilitatem principaliter respexisse videtur, sicque non tam præcepti quā consilij vim iussus testantis habere videtur, cui ipsa mulier renunciare potest, argumen. leg. cum pater. §. mando. ff. de leg. 2. l. Titio centum, in princip. ff. de conditio. & dem. l. filius familias. §. diui. ff. de leg. 1. leg. pen. C. de pact. quod si dixeris esse debere in consideratione interesse illius, cuius arbitratu ea mulier nubere debebat, respondeam quod intelligendo (prout intelligi oportet) de boni viri arbitratu, erit quoddam interesse nullius, aut leuissimæ vtilitatis, quæ in consideratione esse non debet, & ideo remittitur à lege, vt dict. §. rescriptum, & d. capit. Gemma. d. l. Titium, & Mæuium. leg. Titia. §. primo, & in prin. ff. de verb. obliga. † vnde si filiarum mearum aliquid ultra legit-

15
Conditio nubendi arbitrio alterius adeo reijcitur, vt nec eius voluntate requirere, teneamur contra mentem Petri, Cini. Pau. Cornei.

14
Conditio nubendi arbitratu alterius reijcitur, siue sumatur pro libera eius voluntate, siue pro arbitrio boni viri, cū communi.

16
Conditio nubendi de fratre suo confensu soror apposita in relicto etiam voluntario reijcitur cū Emanu. contra Pal. Ruu.

legitimam reliqui sub conditione hac, si fratrum consensu nubere, nec designavi cui viro nubendum esset, Pal. Ruu. vbi supra, respondit eam non posse nubere sine fratrum consensu, quin relictum illud ultra legitimam sibi datum amittat, magnificatq; hoc consilium, per quod coactabuntur sorores de fratrum consilio nubere, quod nihil est, vt dixi, quia loquitur contra d. §. rescriptum, cum sim. & l. i. C. de instit. & subst. procedit quando certa persona designata erat, cui mulier nubere, merito ergo Pal. Ruu. reprehensus fuit ab Emanuel. vbi supra, licet alia parum efficaci ratione.

17
Conditio si nupsferit consensu alterius non designata per sona, cui nubendum esset reijcitur cum Eman. contra Aym.

Infertur errasse Aymon. Sauili. consilio 80. numero prim. post alios quos ipse refert dum ait, quod si Seiam omnium bonorum fideicommissariam reliqueram sub conditione, si de fratrum meorum consensu nubere, & eis inscijs, vel inuitis nupsit, priuabitur fideicommissio, quia (inquit) ista est poena non damni sentiendi, sed lucri amittendi, ergo, & c. arg. dict. l. i. C. de instit. & subst. cum alijs supra allegatis, sed nihil est, quia illa iura procedunt quando testator certum virum designauit, cui mulier nubere deberet, ei que viro consultum voluit testator. Aym. autē & sequaces loquuntur quando vir certus designatus non fuit, quo casu licet agatur de lucro tantum amittendo, reijcitur conditio, vt dict. §. rescriptum. merito ergo Aymon ab Emanu. vbi supra, reprehensus fuit, licet alia ratione non satis (vt nobis videtur) efficaci, † ergo & eadem ratione secundum Emanu. ibid. & recte contra Aymonem, consilio primo. numero tertio, post Oldrad. consilio decimo sexto. non valebit hereditatis ademptio, quam testator faciebat, si heres arbitrio alterius non nubere, cum certa persona designata non esset, cui nubendum esset.

18
Conditio si nupsferit. arbitrio alterius designata per sona, cui nubendum esset, reijcitur de adeptione hereditatis, cum Emanu. contra Aym.

Vnde † aduerto, minus idoneam esse rationem, quam (postquam alios reprehenderat) reddidit Emanu. vbi supra, numer. 12. post Gloss. in l. legatum. C. de cond. infert. lacō. de Arena in leg. turpia. §. i. ff. de leg. i. vbi Lancel. Dec. col. fi. Fulg. confi. 61. col. pe. Corneus consil. 105. pro parte lib. 2. ad fi. col. fi. Soz. in l. filiarum ff. de cond. & demon. aiunt enim conditionem hanc, si arbitrato, vel consensu Titij filia nupsit, ideo à lege remitti, quia interim impedimentum nuptijs fit, dum mulier illius consensum requirit, etiam si illud sequi non teneretur, & impedimentum in consideratione esse debere, etiam si mulier hodie nuptura in crastinum tantum diem cogeretur matrimonium differre. Sed nihil est, nam quis non videt, quam longius morosiusque impedimentum fiat in terminis legis i. C. de insti. & subst. cum sim. & tamen id impedimentum à lege non remouetur. Ergo ne quod omnino nuptijs impedimentum fiat, voluit lex, si id certe personarum vtilitatem non respicit, vt d. l. i. cum sim. secus si certarum personarum vtilitatem respiceret, vt ibi.

19
Ratio communis improbat.

Infertur † veram non esse Aretini sententiam, qui in consilio 67. num. 1. colum. 1. voluit valere hoc preceptum testatoris, qui impuberem heredem scriptam iussit ne infra 15. suarum ætatis annum nubere, id quod palam est contra d. §. rescriptum ibi, ne quod omnino impedimentum fiat. Neque ad rem pertinet, quod hic agatur de lucro, non de damno, nam & in lucro idem est, quando non apparet certa persona, cuius fauore id fieret, prout hic minime apparet, & ex regula potuit ipsa simul ac nubilus esset huic precepto prohibitio suam tantum vtilitatem respicienti renunciare. leg. cum pater. §. mando. ff. de leg. 2. l. Titio centum, in prin. ff. de condit. & dem. l. penu. C. de pact. & d. §. diui. † vnde vtiliter infertur quod licet prohibitioni testatoris, quæ prohibiti tantum vtilitatem respicit, possit prohibitus regulariter renunciare, vt dictis legibus, si modò minor ætate non sit, quia tunc non potest, vt d. l. Titio centum, in princip. & l. 2. C. pro emp. tamen & minor renunciare, & tale preceptum prohibitium transgredi posset in hac materia simul ac nubilus sit, licet quò ad rerum suarum administrationem minor adhuc reputetur, & cum Aret. vbi supra, videtur transire Emanu. vbi supra, licet dubius & anceps, motus, quia licet perpetuam viduitatem virgini inducere non liceat, temporalem tamen licet, secundum eum, & Aret. ego dico quod neque perpetuam, neque temporalem, neque etiam momentaneam, vt d. §. rescriptum.

20
Conditio non nubendi usq; ad 15. annum reijcitur, contra Areti.

21
Nuptiarum fauore non potest transgredi preceptum testatoris, quod aliter transgredi non posset.

22
Viduitatem virgini inducere non licet perpetuam ne temporalem, nec etiam momentaneam contra noui.

SUMMARIVM.

1. *Conditio illa, si opus infra biennium factum non fuerit, ante biennium etiam cum effectu impletur, cum primum certum esse ceperit infra residuum termini opus perfici non posse, contra communiem.*
2. *Conditione de opere infra diem certum faciendo non verè, sed interpretatiuè existente, tunc licet poena ante finem termini peti possit, tamen concessa prorogatione peti non poterit ante terminum, nec etiam postea.*
3. *Intell. l. in illa stipulatione, & l. hoc iure. ff. de ver. oblig.*
4. *Poena promissa sub conditione, si opus infra annum factum non fuerit, an peti possit ante finem termini.*
5. *Legatum relictum sub conditione, si heres infra annum non fecerit id quod in se erat, an debeat ante finem anni.*
6. *Conditio, si Stichum non dederit, decè dato, quando impletur, vel defecta videatur.*
7. *Conditionis implementum licet pendeat ex facto promissoris, tamen post conditionem existentem non semper spectat dies.*
8. *Intellectus l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verb. oblig. & num. 10.*
9. *Intellectus l. si in lege. ff. locati. & nu. 11.*

12 *Conditione defecta an dies spectetur.*

13 *Intellectus l. & ideo habetur ff. de verb. oblig. & l. Martius ff. locati.*

CAPVT XCV.



LVXTA istam partem est text. princeps in hac materia in l. cū stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verbo. oblig. cui accommo- damus sequentem Gloss. Iam & verba tex. ita habent : Cū stipulatus sim mihi, o Procule, si opus arbitrato meo ante calendas Iunias effectum non sit, pœnam, & protulerim diem, purisne verè posse me dicere, arbitrato meo opus effectum non esse ante calendas Iunias, cū ipse arbitrio meo aliam diem operi laxiorem dederim? Procul respondi: Non sine causa distinguendum est interesse, vtrum per promissorem mora non fuisset quominus opus ante calendas Iunias (ita stipulatione cōprehensum erat) perficeretur, an tunc cū iam opus effici non posset ante calendas Iunias, stipulator diē in calendas Augusti protulisset. Nam si tunc diem stipulator protulit, cum iam opus ante calendas Iunias effici non poterat, puto pœnam esse commissam, neque ad rem pertinere, quod aliquod tempus ante calendas Iunias fuit, quo stipulator non desideravit id ante calēdas Iunias effici, id est, quo non est arbitratus, vt fieret quod fieri non poterat, aut si hoc falsum est, etiam si stipulator pridie calendas Iunias mortuus esset, pœna cōmissa non esset, quoniam mortuus arbitrari non potuisset, & aliquod tempus post mortē eius operi perficiendo superfuisset, & propemodum etiam si ante calendas Iunias futurum esse cœperit, opus ante eam diem effici nō posse, pœna cōmissa est. Et diuiditur in quinque, secundum Albe. & Pau. hic, at secundum Bar. Alex. & Ias. diuiditur in quatuor, at secundum omnes constat, quod in princip. ponitur thema, & in fine ibi, & propemodum puni- tur decisio quæst. vt pœna conventionalis promissa sub hac conditione, si opus infra bienni- um non fieret, non solum committatur per- acto biennio, sed et ante eius finem, cū pri- mum certum fuerit infra residuum biennij opus perfici non posse, idq; constat apud om- nes, & etiam apud me, & quia tex. ait, arbitra- tu meo, expone, vt per Gloss. 2. ibi, & Barthol. colum. 1. tu dic, quod mihi tecum conuenit, vt opus certæ formæ faceres ante calendas, dein- de subiecta est pœnalis stipulatio, vt si opus ar- bitratu meo (id est secundum arbitrium iam dictum, non dicendum, forma enim iam de- signata erat) non fieret ante calendas, centum nomine pœnæ præstarentur, adde quòd non solum promissisti opus facere secundum ar- bitratum meum, id est, secundum formam

iam designatam, sed etiam promissisti, taliter te facturum, vt arbitrio meo, id est, voluntati meæ satisfactum esset, quod Hispanè dicitur quæ loare acontento. Hoc declaratur in vers. aut si hoc, vbi text. innuit, quod nō solum tempore contractus arbitrium fuit interposi- tum, sed etiam post opus perfectum aliud ar- bitrium ab stipulatore erat interponendum quo præmissio omnes indifferenter tenent, quod si tantum temporis præterijt, vt infra re- siduum temporis ante calendas opus perfici non posset, tunc etiam ante calendas pœna cō mittitur, quod verum ipso iure, † de æquitate tamen obest exceptio, vt ante calendas peti non possit effectualiter, id est, exequi neque- at, quod tenet Gloss. mag. ibi, plus etiam dico, quam sequitur Albe. colum. 2. in prin. post Di- num, quem refert & Bar. col. 2. dum op. de l. in illa stipul. si calendis, & iterum eadem col. dū opin. de l. stip. non diuiduntur. §. si quis ita, & Alex. num. 9. & cum Gloss. simpliciter transit Ias. col. 3. post me, licet non sit contradicens, ta- men teneo contra communem quod non solum ante calendas pœna ipso iure committa- tur, sed quod etiam effectualiter committatur vt etiam ante calendas exigì possit, moueor primò per hanc legem, quæ secundum omnes in vers. & propemodum, & in versicul. nam si tunc probat pœnam ipso iure commissam esse, & si diceremus mero iure, sed non effectua- liter, esset imponere legem verbis, vt in simil. aiunt Bar. & Docto. in l. in illa stipulatione, si calendis, dum reprobant sol. Glo. in l. hoc iure, supra alle. Secundò moueor, quod hic dies fuit adiectus non principaliter propter se, sed propter aliud, s. propter conditionem, quo fit, vt conditio. defecta, dies spectanda non sit, vt l. cum tale. §. Mæuia. de condit. & dem. quod dies non propter se, sed propter cond. fuerit ad iectus, patet, quia hæc stipulatio, si opus perfe- ctum non fuerit, centum dari, incerta est, quo ad tempus cond. implendæ, nisi adijceretur in fra quantum tempus opus fieri deberet, dies ergo calendarum adiectus fuit, ad demonstra- tionem cond. ex quo magis promissor obliga- retur, non enim sufficit opus fieri, vt pœna non committatur, nisi & intra diem dictum fiat, vt ergo in d. §. Mæuia, dies mortis non spe- ctatur, eoq; cond. monstrandę gratia adiectus præsumitur, ita & in proposito eadem ratione post cond. mero iure impletam spectandus di- es non est, stringo, nam ibi non erat certū, sed solum præsumebatur condi. gratia diem adie- ctum fuisse, hic autem certum erat, nec enim dies calendarum ad aliud potest videri adie- ctus, stringo, nā ibi fit illa interpretatio, quod dies non spectetur etiam si cond. non fuit im- pleta, sed contra mentem testatoris reie- cta, hic autem conditio mero iure impleta fuit, vt & textus ait & oēs fatentur, stringo, & tertio, nā ibi p. legataria vnū speciale receptū erat, s. quod

Conditio illa si opus infra biennium fu- rit ante biennium etiam cum effectu committitur, cum primum certū esse inci- pit ante ser- minum perfic- ti non posse cō- tra commu- nem.

quod cond. rejiceretur (hoc enim quod tibi rejiceretur, speciale esse tenent Barto. & alij in l. mulieri, & Titio, de cond. & dem. per text. ibi Bart. in l. re conijuncti, de leg. 3.) & tamen admittitur alia specialitas, vt dies non spectetur, contra l. de dotis promi. C. quanto magis in proposito nostro, vbi pro stipulatore nulla specialitas inducta fuit, & per illum textum confunditur respon. Docto. (inquiunt enim) cond. impletam videri diem, tamen ex æquitate quò ad differendam executionem spectandam, quod non valet, nam & ibi vertitur eadem æquitas in executione differenda, & tamen non differtur, nec dicatur aliud in cõtractibus, vt hic, in quibus fit interpretatio contra stipulatorem. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. l. quid supra, eod. ti. aliud in legatis, in quibus fit benignior interpretatio. l. in testamento. de regulis iur. ita procedat d. §. Meuiam ad hoc responderi opportunè Iason in d. l. in illa stipulatione, si calendis. colum. 4. post prin.

Tertiò est tex. in l. hoc iure, de verb. obliga. vbi similiter dies calendarum fauore stipulatoris, (vt promissor teneretur non solum Titio nunquam in Italiam veniente, sed etiam veniente, si tamè ante calendas non venisset) gratia conditionis monstrandæ adiecta fuit, & cum primum efficitur conditio impossibilis, seu necessaria (necessarium enim erat Titium in Italiam venire non posse, cum iam mortuus esset) tunc non solum conditio habetur impleta etiam ante diem statutum, sed etiam dies non spectatur ad impediendam executionem, sic ergo & in proposito conditio, si opus ante calendas factum non fuerit, cum tantum temporis præterijt, vt infra reliquum temporis fieri non posset, iam necessaria effecta est, & consequenter habetur impleta. leg. si pupillus. §. 1. de nouat. & licet dies supersit, tamen expectanda non est ad differendam executionem, cum conditionis tantum monstrandæ gratia adiecta fuerit.

Quartò est text. in l. 4. §. 1. de cond. & dem. vbi dixi, si Titius infra quinquennium filium non susceperit, tunc Seio dato, & ait tex. quod si post biennium decederet Titius filio non suscepto, quo casu conditio necessaria effecta esset, quod tunc dies qui supersit, non spectaretur, nisi adiecta esset dictio (tunc) quæ denotat extremitatem temporis.

Quintò est text. in leg. vxori vsu fructum villæ, de vsu fru. leg. eodem modo inducendo, sed & ibi vltra dictionem (tunc) erat etiam dictio (peracto quinquennio) per quod euiden- tior erat voluntas testatoris diem spectare volentis.

Nec obst. l. in sulam, & l. stipulationes non diuiduntur. §. si quis ita. 1. respon. de verb. obl. nam in illis erat pœna legalis, nos loquimur in conuentionali.

Nec obst. l. in illa stipulatione, si calendis,

nam ibi erat conditio potestatiua, id est, pendens ex potestate promissoris, & eius fauore adiectus fuit dies, patet, quia si adiectus non esset, statim conueniri posset ad Stichum, vel ad pœnam, vt l. ita stipulatus. versi. Sabinus, de verb. oblig. l. 1. de pen. leg. l. vbi ante. §. qui illud, de verb. oblig. quo fit vt cum eius fauore non gratia condi. monstrandæ adiecta fuerit spectari debeat, licet conditio necessaria effecta fuerit. † Sed caue. quia omnia mea fundamenta benè concludunt, quod in terminis legis nostræ, cum primum conditio efficitur necessaria, non solum habetur impleta, vt pœna ipso iure committatur, sed etiam vt dies, qui supersit, non spectetur ad differendam executionem, nec id fortè negarent Doct. sed ista procedunt, vbi prorogatio facta fuit, at cum prorogatio facta fuit, tunc etiam si fiat post pœnam mero iure commissam, adhuc tamen licet prorogatio pœnam semel commissam perimere non possit, poterit tamen efficere ne pœna exigatur, vt prorogatio illa sponte (vt patet hic in verbo, arbitrio meo) facta, vim pacti prorogatorij de non petendo habere videatur, & consequenter pœna ante diem prorogationis peti non possit, imò nec postea, si interim, id est, infra diem prorogationis opus perfectum fuerit, quod videtur admittendum maximè, quia aliàs illa prorogatio nil operaretur, & si hunc sensum habuerunt Doct. rectè loquuntur, quem sensum in terminis leg. istius planè habuit Gloss. nostra, vt patet in princip. ipsius, sed tamen dixi, duo dicit, primum, quod stipulator vsque in diem prorogationis agere non potest efficaciter, deinde quod etiam post diem prorogationis, si interim opus effectum sit, repellitur exceptione cui assentior, quod videtur de mente Alexand. hic nume. 9. in fin. sed quatenus Gloss. nostra versi. plus etiam dico, allegando l. in illa stipulatione, si calendis, vult quod in casu, quo contra stipulatorem non competeret exceptio (puta quia prorogatio non interfuisset, sic in Gloss. nostra intelligenda est) adhuc in terminis l. nostræ promissor ad pœnam mero iure commissam, ante aduentum diei agere non posset, per l. in illa stipulatione, vbi prorogatio non fuit interposita, & tamen non agitur ante diem. Adde quod Gloss. nostram in specie sequitur Alexand. num. 9. in princip. Idem vult Barth. colum. 2. post prin. dum opponens de l. in illa stipulatione, ait quod tã hic quàm ibi ante aduentum diei pœna erat commissa, sed ante diem exigere non potest, nec hic, nec ibi, sic ergo volunt isti quod licet hic nulla interfuisset prorogatio, adhuc lex ista procederet secundum illam, at vtrobique pœna ante diem commissam, ante diem tamen vtiliter peti non posset. Quid ergo operabitur prorogatio nostra? respo. operabitur quòd etiam post diem si interim opus perficiatur, pœna exigere nequeat, obstante exceptione, mihi tamen aliud

2
Cõditione de
opera infra
diem certum
faciendo, ex
stente non re
rè sed inte-
pretatiue. sic
licet pœna pe-
ri possit ante
diem, tamen
fideretur pro
rogatio, tunc pe-
na peti nõ po-
test ante diem,
nec etiã post.

Aliud videtur dicendum, imò teneo, quod in terminis huius legis, si prorogatio non interfuisset, tunc pœna ante diem commissa etiam ante diem exigi posset, moueor per l. hoc iure, suprâ eodem, vbi quando dies appositus est fauore stipulatoris conditione verificata, statim agi potest, vt ibi in verb. (peti) q̄ ibi dies gratia stipulatoris posita esset, patet, quia ea non apposita etiam si per multos annos Titius in Italiam non venisset, tamen pœna non committeretur quandiu venire posset, at ea adiecta euenit, vt non solum si nunquam venerit, sed etiam eo post diem tamen veniente committatur, sic & in proposito, cum dies gratia stipulatoris adiecta fuerit, spectanda non esset post conditionem interpretatiuè impletam, nisi intercederet prorogatio. Et quod gratia stipulatoris dies esset in proposito adiecta, patet, quia ea non adiecta, pœna non committeretur, donec certum esset conditionem impleri non posse, in opus viuente promissore perfici non posse (text. est in specie in l. ita stipulatus, per totam. ff. de verb. licet aliud sit in vltimis voluntatibus, vt ibi, quod & rectè perpendit ibi Barthol. in summiario, & ita intelligitur lex prima. ff. de pen. leg. l. si penum. ff. quando leg. ced.) at ea adiecta committitur pœna etiam si opus viuente promissore perfici posset, si tamen ante diem perfectum non fuerit, & ad idem est tex. in leg. 4. §. primo, de condi. & dem. ff. à contrario sensu, vbi dixi, si Titius filium infra quinquennium non habuerit, Seio lego, Titio sine filijs ante quinquennium mortuo, conditione legati verificata videtur, vt dies spectandus non sit. ecce quod post conditionem impletam dies non spectatur, etiam si dies gratia debitoris adiecta sit, prout fuit ibi. nam debitor liberatur nō solum Titio filios nunquam habente, sed etiam si eos haberet post quinquennium, facit l. cum tale. ff. de condi. & dem. in dict. §. Mxuz. & dict. l. vxori, nisi dicas, hæc iura loquuntur in vltim. voluntatibus, secus autem in contractibus. † argumen. dict. l. in stipulatione, si calendis. ff. de verbo. ex cuius intellectu omnia pendent, ideo reuoco in dubium intellect. illius tex. cum dict. l. hoc iure, & differunt † quia in alia potestatiua, in alia verò casualis, fuit cond. nam in leg. in illa stipul. si Stichum (qui meus erat secundum me) & etiam secundum Barthol. & omnes dum aiunt quod implementum condi. pendebat ex facto promissoris calendis non darem pœnam promissi verificata etiam per mortem Stichi condi. adhuc tamen dies qui superest spectanda est, idque eo fit quod vt spectaretur adiecta fuit, cum enim possem Stichum statim dando facere, vt conditio pœnalis stip. euanesceret, constat diem adieciisse me, quid Stichi ministerio, & fructu interim vti volui, quo fit, vt non condi. monstrandæ gratia, sed dilationis propter se principaliter considerandæ

dies adiecta sit, est enim perinde ac si sine cond. Stichum post calendis promitterem, eo consilio vt Stichi ministerio interim vti possem, vt ergo isto casu nullus diceret diem spectandam non esse, quæ adiecta videri non potuit propter cond. quæ non est ita, & cum condi. adiecta fuit potestatiua dies non vt interim cond. (quam statim & absque vllō temporis spacio implere poteram) implere possem, sed vt interim Sticho vterer adiecta fuit, quo fit vt conditio etiam per mortem Stichi verificata adhuc dies, vt pote, principaliter propter se nō propter conditionem adiectus spectandus, iuxta mentem promissoris fit, ita intelligo d. l. in illa stipulatione † quam in contractibus tantum loquentem extendo, vt & in vltimis voluntatibus procedat, nam si dixi, si hæres Stichum (qui meus erat) infra biennium Titio non dederit centum, dato Sticho ante biennium mortuo, puto biennium spectandum, licet cōditio mortē Stichi extiterit, ratio, quia cum in potestate heredis esset, Stichum statim dare non spectato biennio, nulla alia ex causa biennij dilationem testator dedit, nisi vt interim eius ministerio hæres vteretur, nam biennium non potuit videri adiectum, vt hæres interim facultatem Stichi præstandi nancisceretur, quando quidem eum possidebat, possessumque statim tradere poterat. Idque multum notandum est, quia iuxta istam partem multum laborauerunt Din. Iacobus de Aretil. Barthol. Alberi. Baldus, Angel. Cuma. Paulus Castrensis, Alexand. Romanus, Sozi. Vincentius, Hercul. Iason, Franciscus de Rip. & alij in dict. l. in illa stipulatione, si calendis. ff. de ver. oblig. iuncta leg. hoc iure, eodem titulo. quæ leges aduersari inuicem videntur, adeo vt ei intellectus à varijs authoribus parum scilicet (vt nobis videtur) excogitatos referat ibi Ripa, sed nostra conciliatio suprâ facta caret omni vitio, reliquæ autem non ita, vt nobis visum est.

Infero † hinc ljm. ad l. stipulatus, magna. ff. de ver. obli. l. si penum. ff. quando dies legati ced. l. de penu. lega. vbi habetur, quod si dixit testator, Stichum dato, si Stichum nō dederis, decem dato, vel dixit incipiens à conditione, si Stichum non dederis, decem dato, ijs enim casibus aiunt dictis legibus, quod statim post interpellationem, & sic post moram conditio legati videatur impleta, vt decem debeantur, nulla alia spectata dilatione, nec spectata morte heredis debitoris, licet aliud sit in contractibus, quando incipimus à conditione, vt dict. l. ita stipulatus, his inquam casibus dico, quod si interposita esset dies (quia dixi, si Stichum non dederit infra biennium) tunc etiam post impletam mortem Stichi conditio. adhuc dies spectaretur, vt proximè dixi, per quod limitantur dictis legibus, at in dict. l. hoc iure, conditio erat casualis, quia dixi, si Titius

quando pœna promissa fuit sub conditio-
ne casuali vel etiam mixta, vel etiam potestatiua sub difficili, & que moram desiderat, secus si sub conditio-
ne merè potestatiua.

5
Legatum reū lictū sub conditio-
ne si hæres infra annum non fecerit, id quod erat merè potestatiuum ante finem anni non debetur quod ad peritionem, licet ante finem anni cond. faciendi sit facta impossibilis.

3
Intel. l. in illa stipulatione. & l. hoc iure.

4
Pœna promissa sub hac duplici conditio-
ne, si infra annum opus non fecerit, committitur etiam, que ad peritionem antequam ex toto prætereat annum, si tamen anni præteriti, vt infra residuum certū sit, opus perfici nō posse, quod verū

6
Cōditio si Stichum non dederis, decem dato, licet statim post interpell. existat, tamen secus si etiam dies fuit adiectus, nam tunc non existit per interpellat. nec etiam per mortem Stichi, quo ad peritionem, nisi & dies prætereat.

Titius ante calendas non venerit, dabo, quæ conditio adiecta fuit gratia conditionis monstrandæ, vt non solum Titio nunquam veniente, sed etiam eo veniente teneretur, si tamen venisset post calendas, cuius aduentus, vt patet, non erat in potestate mea, sed fortunæ, vel ipsius, cum primum ergo exploratum fuerit eum venire non posse, conditio impleta videtur, nec spectabitur dies quæ non causa dilationis, & sic quo minus tenerer, sed quod magis tenerer, adiecta fuit.

7
*Conditioni
 implemētū
 liceat pende-
 re ex factō
 promissoris,
 tamen post cō-
 ditionem exi-
 stentem non
 semper spe-
 ctat dies.*

Hinc † infero veram non esse tertiam sol. Gloss. in dict. l. hoc iure, quam Bart. & omnes ibi approbant, vsque ad Rip. dum ait quod refert implementum cōditio. pendeat ex factō promissoris nec ne, vt si ex factō promissoris, tunc etiam post implementum conditio. dies sit spectanda, nam in præmisso exemplo domum fieri pendeat ex factō promissoris, & tamen post impletum conditionis dies non spectatur, esset ergo distinguendū, vtrum ex factō promissoris facilius, an sub difficili penderet, vt patet ex prædictis, & sic vtrum conditio esset potestatiua, quo casu procederet communis opinio, an mixta (argu. l. suus quo que. §. & puto. ff. de hæred. instit.) quo casu cōmunis non procedit, habes ergo primo quod commissa pœna, dies qui superest non est spectandus, quando conditio pœnalis non erat omnino potestatiua, sed statim fieri potest executio, nisi in casu l. nostræ, vbi interfuit prorogatio. Inferitur lim. ad l. nostram, vt non procedat prorogatione non intercedente, hoc secundo. Inferitur limi. ad l. in illa stipulatione, si calendis, vt procedat quando factum, seu conditio erat omnino potestatiua, secus si erat mixtum pendens ex arbitrio fortunæ, & factō implere debentis, seu voluntate eius, argu. d. §. puto, hoc tertio. Inferitur extensio ad l. hoc iure supra alleg. vt procedat non solum quando conditio pœnalis stipulationis erat omnino casualis, sed etiam si esset mixta, adhuc enim conditio defecta dies qui superest spectandus non esset, hoc quarto. Inferitur quod tertia solutio Gloss. in l. hoc iure, quam sequuntur ibi Bart. & omnes vsque ad Ripam, licet sit vera, quando conditio. pœnalis stipulatio est merè potestatiua, secus tamen est, quando est mixta, hoc quinto. Adde ad l. nostram. vers. nec ad rem, iunctis illis verbis, arbitrato meo, secundum Paul. hic colum. 1. quod verus sensus huius literæ est, quod hic pœna fuit promissa sub vna tamen conditione (puta si opus calendis, seu ante calendas factum non esset) vel dic & rectius, duas videri conditiones, prima si opus non fieret, altera si ante calendas non fieret, non enim vt pœna vitaretur sufficit opus fieri, nisi & ante calendas fiat, sicut si dico (si sine liberis decesseris prior, superstiti restituas) hic duplex conditio est, non enim sufficit te priorem decedere, vt fideicommissi conditio existat, nisi & sine liberis decesserit prior, vt l. hæ-

redes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. Quidam tamen putabant triplicem esse conditionem, Prima si opus nō fieret, Altera si non fieret ante calendas, Tertia si nō fieret arbitrato stipulatoris, quo fit (inquiunt) vt licet factum non fuerit ante calendas, adhuc tamen pœna non committatur stipulatore non arbitrate, de quo videtur tex. apertus in l. multa, de cond. & de. ff. in princip. de quo oppositum fuit contra l. nostram, vt patet ibi, nec ad rem, sed l. nostra, rep. non obesse, eo quod hic opus fuit certæ formæ, & determinatæ, † & illa verba (arbitrato meo) non habent hunc sensum, vt stipulator declararet & arbitraretur ante inchoationem operis quō, vel quanto tempore opus fieri deberet, nam imò hoc iam fuerat præfinitum, sed habent hunc sensum, vt post opus ante calendas perfectum stipulator opus approbaret, quod Hispanè dicitur (quæ se hara à contento) & iste intellectus est necessarius propter l. multa, in princip. vbi quando illa verba (arbitrato meo) inducunt quod est quando adiiciuntur operi, cuius forma non erat determinata, sed incerta, tunc stipulatore, id est, creditore per voluntatem seu impotentiam non arbitrate, pœna non committitur, vnde cum hic dicatur pœnam cōmissam, patet operi certæ formæ adiecta fuisse illa verba (arbitrato meo) & sensum esse quod post opus perfectū opus ab stipulatore approbetur. † Isque sensus probatur in specie in l. si in lege, in prin. ff. locati, vbi dicitur esse perinde ac si approbatio relinqueretur arbitrio boni viri. Ad idem tex. quo ad hoc in l. si sic, in prin. vbi latè Ias. de leg. 1. tex. & ibi Barthol. in l. 1. de leg. 2. ita in specie declarat l. nostram Paul. hic colum. 1. Bart. tamen hic num. 3. post Gloss. 2. hic, & Iacob. de Arena, quem ipse refert, & Aret. numero 4. & Ias. num. 1. & in colum. 3. vers. 8. vel quarto. & Alexand. colum. 1. in fin. aiunt quod hæc verba (arbitrato meo) non solum referuntur & pertinent ad qualitatem operis, per stipulatorem approbandam, vt omnes concordant, sed etiam referuntur ad tempus, infra quod opus faciendum erat prorogandum, ve etiam coarctandum, de prorogatione probatur hic clarè, quod & ego fateor, de coarctatione seu diminutione probatur. argu. l. si decem cum petiero, de verb. oblig. quam l. ad hoc allegant Alexand. & Ias. hic. vt enim inquiunt ibi illa verba, cum petiero, referuntur ad tempus, vt quo tempore petiero statim detur, ita & hic verba, (arbitrato meo) hoc important, vt diem calendarum adiectum coarctare & restringere possim, vt opus citius fiat, teneo contra communem, quod verba (arbitrato meo) non efficiant, vt diem calendarum adiectum possim coarctare, vt opus citius fiat, hoc in specie probat tex. in d. l. si in lege. ff. locati, in prin. quod probat tam in decisione, dum ait, ideoque arbitrium ad qualitatem operis, non ad tempus prorogandum pertinet, quam in ratione decidendi,

8
*In te. l. nostra
 in verb. arbi-
 tratu meo.*

9
*In te. l. finale
 de ff. loca.*

cidendi, dum ait (quod longum finitum sit) vult enim quoddam verbum (arbitratu meo) non potest videri ad tempus referri, vel pertinere, eo quod tempus iam erat definitum, & quod hic esset definitum, patet, quia fuit positus dies calendarum fahij, ergo, &c. vt. l. eum qui calendaris. ff. de verb. oblig.

Sed opp. contra d. l. si in lege, quod quemadmodum; licet ibi & hic forma operis esset certa, adhuc verb. (arbitratu meo) ad opus refertur, ita etiam licet tempus esset designatum, & certum, ad huc illud verbum ad tempus referri posset. Sol. quod licet forma operis esset certa & designata, adhuc dubitari potest, an illa sua forma sit satis bene fabricatum (puta iussi domum fieri certæ longitudinis, latitudinis & altitudinis, certarumque camerarum, facta est domus secundum longitudinem, altitudinem, latitudinem, numerumque camerarum designatum, sed adhuc potest dubitari, an parietes, seu cœmenta, fuerint bene fabricata, nec ne, ideo dicitur omnia fieri debere arbitrio stipulatoris, id est, boni viri) quæ dubitatio in tempore non potest cadere, & istam oppositionem contra communem facit Aret. hic de illa l. si in lege, per quam teneo contra communem.

Sed retenta opinione communi Aret. hic, in prin. respo. quod verb. (arbitratu meo) fuit positum in vno capitulo seu oratione continete tam tempus, quam formam operis, ideo refertur arbitrium tam ad operis qualitatem, quam ad tempus, argum. l. 3. §. filius. de libe. & posthu. secus in d. l. fin. in l. vbi in alio capitulo fuit posita forma operis, in alio verò tempus. Infertur ex hac Sol. limitatio ad communem opin. vt procedat, quando in vno, eodemque capitulo seu oratione tam forma operis quam tempus esset cõclusum, secus si in diuersis. Infertur & secundò, limitatio ad d. l. si in lege, vt procedat quado in vna oratione fuit designata forma operis, in alia verò tempus appositum, secus si in eodem capitulo, seu oratione, teneo contra Aretin. quia eius solutio in vtroque membro falsa esse videtur, & dum ad legem nostram, & communem opinionem ait quod in eodem capitulo seu oratione & forma operis designata fuit, & tempus definitum, nam istud posset defendi retenta opinione Petri, qui voluit quod lex nostra solum procedat quando pœnalis stipulatio incipit à conditione (puta si opus tantæ longitudinis & latitudinis ante calendarum arbitratu meo factum nõ erit, centum dabis, quo casu cum in eadem ratione videatur posita tam qualitas operis, & tempus, quam arbitrium, arbitrium illud videtur ad vtrumque referendum) quæ op. improbat per Bar. hic, & Pau. i. columna in pri. dicentes l. nostram procedere, etiam si pœnalis stipulatio incipiat à cõuentione, puta quia dixi (opus tantæ longitudinis & latitudinis fieri, si prædictum opus arbitratu meo factum

nõn fuerit, centum dabis) sed hoc casu constat in alio capitulo seu oratione posita fuisse formam operis, in alio verò tempus, & ad huc ver. arbitrium, refertur ad vtrumque, ergo, &c. comprobatur necessariò, secundum vtrumque respõdet ad d. l. multa. hic fuit opus certæ formæ sed hic cum cõcipitur pœnalis stipulatio, nõn fuit mentio illius certæ formæ, patet, quia dicitur (si opus arbitratu meo) ergo dicendum est necessariò quod in alia ratione cõuentum fuerit de forma operis.

Hinc infero falsum esse quod Aret. ait, quod hic in eadem oratione, seu capitulo posita fuerunt tam operis forma & tempus, quam etiam arbitrium, non quoque est vera sol. Aretini, quod ad dict. l. si in lege, dum ait, quod ibi in vna oratione forma operis posita fuit, in alia verò arbitrium, & tempus, quo fit (inquit) vt arbitrium ad tempus tantum ibi referatur, id falsum est, nam non solum diuinat, vt patet, & restringit l. illam, sed etiam loquitur contra illam l. dum ait (si in lege locationis comprehensum est, vt arbitratu domini opus approbaretur) ecce quemadmodum in eadem oratione comprehensa fuerunt tam operis qualitas & tempus, quam etiam arbitrium, vt in hoc exemplo (si domum tantæ latitudinis & longitudinis non feceris arbitratu meo ante calendarum centum dari) teneo ergo quod l. nostra procedat, & etiam dict. l. si in lege, siue in eadem oratione posita sint, tam qualitas operis & tempus, quam etiam arbitrium, siue etiam in diuersis orationib. ponantur, hoc primo contra Aret.

Infero quod lex nostra procedat non modo quando in eadem oratione, sed & quando in diuersis orationib. posita fuerunt tam qualitas operis & tempus, quam etiam arbitrium, quæ extensio ad legem nostram est contra Aretinum.

Infero etiam extensionem contra Aretin. ad dict. l. si in lege, vt non solum procedat quando in vna oratione posita fuit qualitas operis, in alia verò tempus, & arbitrium, sed etiam si hæc omnia in eadem oratione posita sint.

† Tene ergo contra communem, vt dixi, quod in terminis l. nostræ arbitrium datur stipulatori quod ad quantitatem operis approbandam, non quod ad tempus coarctandam, nisi id specialiter comprehensum esset, vt ait d. l. si in lege.

Nec obstat quod stipulator habeat arbitrium prorogandi terminum, nam cum terminus fuerit appositus eius fauore quo citius opus perficiatur, aliàs pœna præstetur, eius fauori renunciare potest, vt leg. penult. C. de pact. leg. quod fauore, de regul. iur. itaque prorogandi facultatem habet non propter illa verba (arbitrio meo) nam & illis nõ adiectis eandem facultatem haberet, sed facultatem habet propter regulam generalem, dict. l. penult. ita intelligo l. nostram.

10
In terminis l. nostræ arbitrium fuit datum stipulatori quod ad qualitatem operis probandam nõ quod ad terminum coarctandum.

v Nec

Nec obſt. dicit. l. ſi in lege, dum ait quod in terminis leg. noſtræ etiam tempus prorogari non licet, nam reſpon. quod ibi non loquitur in terminis leg. noſtræ. nam hic ipſe ſtipulator, cuius favore tempus poſitum fuit, prorogavit, ibi non ipſe, ſed alius tertius, cuius arbitratu operis approbatio relicta fuit, & intelligitur de approbatione, quod ad qualitatem, non quod ad tempus iam definitum, ita vult Iaſ. hic col. 3. in prin.

Adde quod Alex. hic nume. 5. poſt Imolam quem refert, ait, quod in d. l. ſi in lege, ideo arbitriū refertur ad qualitatem tantum operis, non ad tempus prorogandum, quia ibi forma operis non erat certa, nec deſignata, at hic erat deſignata.

Inferitur limitatio ad leg. ſi in lege, vt non procedat, cum forma operis eſſet deſignata, ſed etiam cum eſſet incerta.

Inferitur limitatio ad l. noſtram, vt non procedat cum forma deſignata non eſſet, ſed demum cum deſignata eſſet. Iaſ. hic col. 3. in prin. at hinc intellectum nullum eſſe, ſed non dicit quare, tamen dicit nullum eſſe quod ad d. l. ſi in lege, Primo, quia eſt rigit multum illam leg. generaliter loquentem, quæ ſive forma eſſet deſignata procedere debet ſive non. Præterea eſt contra illum textum, dum ait (arbitrium ad qualitatem operis pertinere) innuit enim non ad formam, vt pote ab ipſo domino datum, ſed ad qualitatem tantum pertinere, & eſt contra illum textum, vbi (vt arbitratu tamen domini opus approbetur) innuit enim non formæ operis dationem, ſed operis iam formati approbationem arbitrio illo contineri, eſtque contra illum textum, ibi (vt incerta ſit approbatio) eodem modo inducendo, dicit ergo quod ibi non datur arbitrium ad tempus prorogandum, quia ibi prorogatio fiebat non ab ipſo ſtipulatore, hic autem ab ipſo ſtipulatore fiebat, qui iuri ſuo poterat renunciare.

Infero † ergo extra ad leg. ſi in lege, contra Alexand. & Imolam, vt etiam ſi certa eſſet, & deſignata forma operis adhuc procedat, vt temporis prorogatio in arbitrio illius tertij poſita non videatur, ſed etiam operis approbatio, fateor tamen quod ſi tempus non eſſet limitatum nec definitum, ſed etiam eſſet dictum, promittis domum huius certæ formæ facere arbitrio meo, vel tertij, & ſi factum non fuerit, promittis poenam, hoc caſu puto, quod temporis deſignatio arbitrio meo, vel illius relicta videretur, & iſto caſu non procederet d. l. ſi in lege, quod etiam probatur ibi in ratione decidendi, dum ait (quod lege finitum ſit) nam ſi tempus in arbitrio poſitum ea ratione non videtur quod lege conventionis definitum erat, ergo ſi definitum non eſſet, tunc in arbitrio poſitum videretur.

Subinfero limitationem ad l. ita ſtipula-

tus. ff. de verb. vbi dicitur quod ſi ita ſtipulatur (ſi domus, vel nauis facta non fuerit poenam præſtari) quod tunc poena non committitur, antequam certum ſit domum, vel nauem fieri viuente ſtipulatore non poſſe, nã illud procedit niſi adijcerem, arbitratu meo vel alterius domum, vel nauem fieri, nam tunc etiam, quod ad tempus poſſem arbitrari, & tempore præſtituto præterito, ſtatim poena committeretur non ſpectata morte promiſionis.

Subinfero quod ſi nec forma operis, nec tempus deſignatum eſſet, tunc verbum (arbitratu meo) ad vtrumque refertur, ne alius per incertitudinem actus periret, contra leg. ſi quando, de lega. primo. l. quoties, de reb. dub. leg. quis in ſtipul. de verbo. oblig. ff. tum quia verbum (arbitratu meo) videtur pertinere ad omnia illa que ſub incerto relinquuntur, vt d. l. ſi in lege, ibi (quod lege finitum erat) a contrario ſenſu, & videtur tenere in ſpecie Gloſſ. 2. in l. noſtra, & Doct. quos retuli ſuprà, & iſto caſu poteſt defendi communis opinio, quam ibi damnauit.

Item ſecunda illatio, quæ inferitur ex intel. Alexan. & Imolæ, ſcilicet quod lex noſtra non procederet cum forma deſignata non eſſet, hæc illatio vera eſt in terminis l. noſtræ, vbi ſtipulator ante arbitrium interpoſitum deceſſit, ergo, &c. vt dicit. l. multa, in princip. de condi. & demonſtra. ff. at dum ipſi ſentiunt idem fore etiam ſi ſtipulator mortuus non eſſet volentes, quod ſi dixi, ſi opus (cuius formam non deſignaueram) arbitratu meo factum non fuerit, poenam præſtari, quod iſto etiam caſu licet mortuus non fuerim, adhuc tamen procedat. dicit. l. ſi in lege, quaſi & hoc caſu tempus non videatur poſitum in arbitrio ſtipulatoris, errant & loquuntur contra id, quod dixi ſuprà.

Adde quod ex ſolutio. quam ſuprà dedi, ad leg. in illa ſtipulatione, ſi calendis, patet veram vel ſaltem concludentem non eſſe rationem Iaſon. ibidem. num. ſecundo. poſt Paul. & Raynerium, quos ipſe refert, dicunt enim quod ibi etiam poſt conditionem defectam dies ideo ſpectatur, quod tam promiſſio quam conditio pendebant ex facto promiſſoris, vnde cum in habentibus ſymbolum facilis ſit tranſitus, merito quod iudicatur de promiſſione, idem & de conditione, tamen dic veram eſſe rationem illam, ſcilicet quod ibi dies fuit adiecta non propter habendam facultatem conditionis implendæ, quam ſtatim abſque vlla dilatione poterat promiſſor implere, ſed propter dilationem habendam dies adiectus fuit, dilationem, inquam, habendam, vel ad poenam ſoluendam, vel ad conditionem implendam, quam non ſtatim, ſed ſub dilatione implere voluit, vt ſuprà dixi, ſed ratio aſſignatur per Iaſ. ad idem poſt Areti. & Albe. quos refert, ſcilicet q. ibi in d. l. in illa.

Intel. d. l. ſi in
lega. procedit
etiam ſi forte
operu eſſet de
ſignata a con-
trahentibus
forma.

in illa pecunia subrogatur loco Stichi sub conditione promissi, & cōsequenter videtur pœna pecuniaria commissa, cum eadem qualitate quasi Stichus debebitur, & sic demum post diem prœstiturum, quæ ratio non placet, nam & in d. l. hoc iure, de ver. pœna fuit subrogata, loco illius vtilitatis, quæ fortè obueniebat stipulatori per aduentum Titij, & tamen ibi dies non spectatur. Ad idem l. cum tale. §. Mzuiz. leg. quarta. §. primo. de condition. & demonstra.

Tertiam rationem assignat Ias. quam dicit esse ex mente scribentium, licet ipse eam non teneat, scilicet q̄ q̄n̄ conditio pendet ex factō promissoris, tunc dies solū videtur adiectus ad differendam solutionē, siue rei promissæ, siue pœnæ, quod fit vt siue res ipsa siue pœna præstetur, semper præstetur cum sua dilatione, quandoquidē dilatio exacta videtur ante solutionem alterutrius. & ista est verissima, dum tamen intelligatur quando implementum conditionis pendebat ex factō promissoris, merè potestatiuo, secus si factum esset difficile, vt hic, secundum quod suprā declarauimus, Ripa tamen in d. l. illa, in prin. reprobatur hanc solutiōem, quod ibi dies fuit appositus fauore stipulatoris, nam ea non apposita promissor non teneretur ad pœnam vsque ad mortem. leg. ita stipulatus, de verbo. quo fit (inquit) vt conditione impleta dies amplius non spectetur, ne dies fauore stipulatoris adiectus in eius odiū retorqueatur, sed in respo. fateor diem fauore stipulatoris adiectam quò ad tempus quod est post diei illius præteritionem, vsq; ad mortem promissoris, at quò ad tempus quod est inter ipsam stipulationem, & aduentum diei, dies ille fauore promissoris adiectus fuit ad differendam solutionem vel pœnæ, vel Stichi, † & de omnibus his rationibus vide ibi, in prin. qui post Paul. quem ipse refert, tradit regulam generalem, vt post conditionem existentem dies nunquam spectetur, nisi conditionis implementum contineat aliquid dandum vel faciendum ipsi stipulatori, quod verissimum puto, eo casu quo illud conditionis implementum penderet & ex factō ipsius promissoris & factū esset omnino potestatiuum, secus si subdifficile, vt dixi suprā.

12
Post cond. defectum an dies spectetur.

Conditio 43.

Adde quòd dictum Ripæ & Pauli, de quo suprā proxime, tenet etiam Angel. quem refert Iason in dict. l. in illa, columna prima. in fin. post Paul. ibi, in princip. vnde infert Paul. ibi, quem sequitur Ripa ibi, columna secunda. post princip. quòd si dixi, si infra biennium Romam non iero, centum dabo, quòd si tantum biennij præterijt, vt infra residuum certum sit me Romam ire non posse, tunc statim non spectato fine biennij, pœna cōmittatur, per l. hoc iure, suprā eod. facit l. 4. §. fina. l. cum tale. §. Mzuiz. de conditio. & demonstra. contrarium expresse tenent Alexand. in dict. l. in illa. num. 8. & Ias. col. 1. in fin. cum princi.

seq. & allegat Iason. l. veluti. §. fin. l. quidquid astringendæ. §. fina. de verb. obliga. ad quæ iura resp. Ripa, vbi suprā, quòd ibi conditio poterat impleri in vltimo etiam momento (erat enim conditio, si capitolium non ascendero) biennij nimirum, ergo si ibi dicatur pœnam non committi nisi demum peracto biennio, quia ll. illæ nō cogitauerunt posse euenire casum quo promissor impediretur capitolium ascendere. at in exemplo nostro secus est, nam constat casum euenire facile posse, quo sim infra biennium, & tamen infra reliquum biennij Romam ire non possim, caue, nam inuenio quatuor ll. conc. scilicet l. in illa stipulatione, si calendis, in prim. respo. l. si eum. §. 1. ff. si quis cau. l. veluti. §. fin. l. quidquid. §. fina. de verb. oblig. ff. quæ omnes probant, quod quando conditio negatiua erat potestatiua, id est, pendens ex factō promissoris, tunc etiam post conditionem negatiuam existentem dies qui superest spectandus est, nec dicatur quod siue conditio sit affirmatiua, tunc quàm primum efficitur impossibilis, habetur impleta, vt l. si ff. de cond. inst. l. fin. quando dies legat. ced. ff. siue sit negatiua, tunc quàm primum efficitur necessaria, habetur impleta, vt l. hoc iure. ff. de verbo. l. cum tale. §. Mzuiz. de cond. & demo. l. 4. §. fina. eod. l. vxori vsu fructum ville, de vsu fruct. leg. nam vtrunque fateor, sed & dict. l. in illa stipulatione, conditionem impletam esse ante aduentum etiam diei euidenter probat, quod etiam probat d. l. si eum. §. 1. dum ait, non ante pœnam peti posse, innuit enim pœnam mero iure commissam, per conditionem existentiam peti non posse ante diem quia ad huc superest, cuius natura est solutionis, seu executionem eius, quod iam debetur differre, vt §. omnis. Instit. de verb. l. fin. in fin. quando dies vsu fr. leg. ced. ff. Idem probat d. l. veluti ibi, non nisi præterito biennio rectè petam, eodem modo inducendo, & d. l. quidquid. §. fina. ibi. non nisi biennio præterito rectè petam, eodem modo inducèdo, fateor, ergo omnes ll. clamare conditionem esse impletam, siue sit affirmatiua, quàm primum efficitur impossibilis, siue negatiua, quàm primum efficitur necessaria, sed tamen id non obstat, quòd minus solutio differat propter diem, qui superest, quo fit, vt omnes quatuor leges præallegatæ vtrunque probare videantur, & conditionem impletam esse, & diem qui superest spectandum, quarum ll. veram rationem eam esse puto quam cedit Ias. in l. in illa. colum. 1. in fin. post Areti. scilicet quòd necessitas pœnæ soluenda videatur subrogata loco facultatis, conditionis implendæ, & cōsequenter quam dilationem habet, promissor ad conditionem implendam eandem habere videtur, & ad pœnam soluendam, quia subrogatum debet sapere naturam eius cuius loco subrogatur, eiusque qualitates assumere, argumen. eorum quæ late tradit Iason in rub.

ff. de verbo. obligat. qua ratione fit, vt quam dilationem promissor sibi referuauit ad conditionem implendam, eandem sibi lex indulgere videatur ad pœnam soluendam, vel eandem ipse promissor sibi ad pœnam quoque soluendam referuasse videatur, quod obtinet quando implementum conditionis pendebat ex facto promissoris, sicque conditio erat potestatiua. Vnde infero, quod immeritò hæc ratio reprehenditur per Ripam in l. in illa stipulatione. colum. 2. ad princip. ait enim (si dixi, si Stichum calendis non dederò, diem dabo) tunc non communiter, tunc non videtur absonum, q. pœna loco Stichi subrogata videatur, voluit enim stipulator habere Stichum, vel eius loco pœnam. at si dixi (si capitolium non ascenderit infra mensem pœnam dari) tunc absonum (inquit) videtur pœnam dici subrogatam loco implementi conditionis, quod videtur sateri posse, habita ratione ad personam tantum stipulatoris, sed habita ratione (prout haberi, vt puto, debet) ad personam promissoris cessat hoc absurdum, ipse enim voluit necessitatem pœnz soluendz subrogatam esse loco facultatis conditionis implendz, quid enim si pœnam pecuniariam cõpensare voluit cum labore Romam fortè eundi, vel capitolium ascendendi, redeundo ad principalem rationem, dico quòd si tempore stipulationis conditio erat potestatiua pendens ex facto promissoris, licet ex post facto ante diem fiat impossibilis (morte Stichi qui erat in conditione, vt d. l. in illa, vel lapsu temporis, quod tantum temporis præterijt, vt infra residuum certum sit, me capitolium ascendere non posse. d. l. veluti. d. l. quidquid) tamen dies qui superest non est cur non spectetur, nam ab initio dilationem habere volui, vel ad conditionem implendam infra terminum, vel ad pœnam soluendam post terminum, quòd si conditio pœnalis stipulationis casualis erat, tunc conditione existente, dies non spectatur, eo quod tunc necessitas pœnz præstandz non potest videri subrogata loco facultatis conditio. implendz, quia conditionis implendz (cùm ipsa casualis esset) facultatem promissor non habet, sed fortuna, ita in telligo d. l. hoc iure, cum conc.

13
Int. l. et ideo
hesitatur, et
l. Martius.

Iuxta prædicta † quæro de intellectu l. & ideo hesitatur. ff. de verb. obliga. cum l. Martius. ff. locati. Sol. secundum communem opinionem Bart. in d. l. & ideo, & Ias. ibidem columna tertia. quod non sunt contra, sed altera per alteram suppletur, nam in leg. & ideo, dicitur quod si parte operis effecta, ædificium casu corruerit, tunc opus est de nouo fabricandum, sed reintegratur dilatio, sicque periculum dilationis non ad artificem, sed ad dominum operis pertinet, de periculo verò ipsius rei, seu operis verbum nullum ibi, sed id dicitur in leg. Martius, vt ad dominum operis similiter pertineat, sicque dicit. l. & ideo, exten-

ditur, vt licet in periculo tantum, seu in commoditate dilationis loquatur, procedat tamen etiam in periculo ipsius rei. dicit. l. Martius, extenditur vt licet in periculo tantum ipsius rei loquatur, procedat etiam in commoditate dilationis. Hanc communem solutionem reprobat Iason ibidem, quia dum ait communis solutio, quod in leg. Martius, expensis domini ædificij, est reficiendum ædificium, certè id nec ibi apparet, nec in leg. & ideo, nam in neutra illarum ll. fit vlla mentio expensarum, & licet Iason impudenter loquatur dicens, Bartholum somniasse, tamen eius improbatio debilis est, fateor enim quod in neutra illarum ll. fit mentio expensarum, tamen etiam si non dicatur, est necessariò intelligendum quòd in leg. Martius, expensis domini ædificium esset reficiendum, nam si expensis fabri reficeretur, tunc non domini, sed fabri esset periculum, quod esset contra illam leg. & quod domini periculum esse debeat vltra leg. Martius, probatur ratione, nam ædificium cœptum cedit arez. §. ex diuerso. Instit. de rerum diuisio. leg. qui res. §. aream. ff. de solutio. & sic fit ædificij dominium eius cuius & solum erat, & consequenter ad eum, vt pote dominum, periculum pertinere debet. leg. nec pignus. C. de pigno. acti. Ias. verò postquã communem sol. reprobauit, dedit aliam, scilicet q. l. Martius, loquitur in contractu tantum bonz fidei, nec pcedat in cõtractu stricti iuris. l. verò & ideo hesitatur, loquatur ecõtra in cõtractu stricti iuris, nec pcedit in cõtractu bonz fidei, nam secũdum eum in l. & ideo, artifex seu promissor tenebatur domum facere suis expensis, quo fit, vt cùm ad opus teneretur, quod est indiuiduum. l. si is qui quadringenta. §. quzdam. ad leg. Falci. declarant Bartholus, & Iason, vbi supra, certè parte tantum operis effecta nullatenus liberatur, quo fit vt eius sit periculum, & denuo facere teneatur expensis suis, scilicet artificis non expensis domini, licet sibi redintegretur dilatio. at in leg. Martius, artifex non expensis suis, sed domini, accepta mercede ædificium faciebat, nec artifex ad aliud tenebatur quàm ad operam suam præstandam, quo fit vt ædificio dirupto ipsius non sit periculum, sed domini, & deficit hæc solutio. absol. communi, quia secundum communem vtrobique reficiebatur ædificium expensis domini, at secundum Iason. in leg. Martius, tantum non in leg. & ideo, tamen nouissimè dic referre sit stipulatio interposita ex causa lucratiua, an ex causa onerosa, nam primo casu puto procedere text. in l. & ideo hesitatur, est periculum casus, licet quòd ad incommoditatem dilationis pertineat ad dominum, tamen quòd ad impensam pertinebit ad artificem, seu promissorem, nam qui promissit opus facere parte operis facta, constat nullatenus liberari, vt dixi, quo fit vt non aliter liberaretur quàm si semel

semel integrum opus perfectum præstiterit, quod secus est in l. Martius, propter rationem Bar. & la. nam quod in l. Martius, opus reficitur expensis domini, omnes conc. at si stipulatio interposita esset ex causa onerosa, puta domum faciendam artifici centum aureis locui, qui per solemnem stipulationem promisit se cetum aureis acceptis illam perfectam redditurum, quod hispanè dicitur (adestaxo oasus, ijelgo) iam verò pro habenda veritate præmitti, quod artifex in quest. nostra suscepit totum opus, certa mercede pro conuerso opere constituta, vt sic respectus habeatur ad totum opus, non ad operis singulorum dierum, vel mensium, ita docet Bar. in l. opus quod aduersione. numero tertio. ff. locati. idq; patet, nam si artifex cum domino conuenisset, vt certa mercede constituta pro singulis diebus seu mensibus, quibus ipse operaretur sibi daretur, tunc sine dubio ad nil aliud quàm ad operas præstandas teneretur, pro quo facit l. qui operas. ff. locati.

Secundò præmitte quod si vniuersum opus faciendum certa mercede suscepit, tunc si culpa eius non arguatur de periculo, culpa leui contingente, regulariter tenetur non de contingente culpa leuissima, nisi etiam periculum in se suscepit, quo casu de periculo etiam leuissima culpa contingente tenetur, non de eo quod absque culpa contingit, hzc probantur in leg. opus quod aduersione. ff. locati. cum l. seq. tenent ibi glo. & Bart.

Tertidò præmitte quod d. l. Martius. dum ait Flaci, id est, domini esse periculum, potest intelligi de triplici periculo, de periculo seu in commoditate dilationis, quod sine dubio ad ipsum pertinet. d. l. & ideo, & de periculo expensarum, de quo dubitamus, & de periculo operis, id est, quòd artifex ædificium semel factum casu diruptum iterum facere non debeat. Et quòd de periculo dilationis non sit intelligendum, patet, quia cum id sit leuis præiudicij, certè periculi appellatione dilationis incommoditas contineri non debet, argum. l. quoties. C. de precib. Imp. offeren. præterea patet per totum. C. & ff. de pericul. & commo. rei vend. quod periculū intelligitur regulariter de periculo ipsius rei, & in specie nostra summi oportet, vt patet per d. l. opus quod aduersione, cum l. seq. Quòd autem de periculo ipsius rei hoc casu intelligendum non sit, patet, nam post partem operis factam eandemque concussam artifex amplius illam partem facere non teneretur, tunc eueniret, vt reliqua parte operis facta liberaretur, sicque eueniret absurdum, vt dominus totam mercedem præstaret, partemque tantum operis haberet, quæ pars sibi fortè inutilis foret, cum opus sit quid indiuiduū, saltem solutione, vt l. stipulationes non diuiduntur. l. in executione. §. in 2. de ver. oblig. leg. si is qui quadringenta. §. quædam, ad l. Fal. ff. quod esset maximum absurdum,

argumen. leg. in executione, supra allegat. in §. pro parte, superest ergo, vt intelligendum sit de periculo expensarum, quod pertinet ad dominum, nam si artifex in insulam faciendam ducentis aureis suscepit, & facta in sulz parte dimidia opus concursum sit terræ motu, & sic absque vlla etiam leuissima artificis culpa, tunc non est dicendum artificem liberari reliqua operis parte facta, vt dixi, non quoque est dicendum, quòd ab vniuersa operis factione per factionem illius partis liberetur, nam tunc casus ille sibi lucro esset, vel esse posset, quod est contra leg. si priusquam. ff. locat. superest ergo, vt dicamus opus adhuc integrum faciendum redintegrata mercede, quod vltra istam rationem satis probatur in d. l. & ideo hæsitatur, nam cum ibi dicatur integrum tempus indulgendum, est intelligendum ad integrum opus faciendum, nam si reliqua tantum pars operis facienda esset, certè infra residua temporis fieri deberet, præterea ibi dicitur (ad insulam faciendam) ergo ad integram, nam simplex fundi vel domus appellatio, ad vniuersam refertur domum. l. si quis cum totum. ff. de excep. rei iudi. l. si pluribus, de leg. secundo. l. si plures, de lega. tertio. quo fit vt in duobus subueniatur fabro seu artifici, & in dilatione, in mercede redintegranda. vnde patet veram esse communem solutionem, de qua per Bartholum in dict. l. si ita stipulatus essem abs te. columna fina. de verbo. oblig. & la. sibi col. 3.

Infertur quod l. & ideo, quæ loquitur in redintegranda dilatione tantum extendatur, vt procedat etiam in mercede redintegranda.

Infertur extensio ad l. Martius, quæ loquitur in mercede tantum redintegranda secundum meum, & communem intellectum, vt procedat etiam in dilatione redintegranda, quod & iustificatur ea ratione, de qua supra meminimus, quia ædificiū cõceptum cedit solo pertinetque iure dominij ad dominum areæ non ad fabrum seu artificem, vnde si sine alterutrius culpa perijt domini non artificis damnum esse debet ex regula l. si pignus. C. de pig. ac. l. quæ fortuitis. eod. tit. vnde apparet subiectum esse intellectum. la. vbi supra, colum. 3. post Cum. ibi relatum.

SUMMARIUM.

1. *Deportatus & similes non possunt facere testamentum, cum communi.*
2. *Intell. athen. bona damnatorum. C. de bonis pro. Mortem naturalem an sequatur tacita ademptio bonorum.*
3. *Condemnatus damnatusq; ad metallum iure communi, non testatur cum communi, contra nouis.*
4. *Damnatus ad mortem naturalem vel ciuilem hodie iure regio non perdit testamenti factionem.*

- 5 *Damnatus in carcerem perpetuum an testetur.*
- 6 *Bannitus an testetur.*
- 7 *Pœna corporis afflictiva finitur morte delinquentis.*
- 8 *Cadaver non punitur, cum communi.*
- 9 *Furor etiam superueniens liberat à pœna corporis afflictiva.*
- 10 *Cadaver interdum punitur.*
- 11 *Pœna corporalis interdum datur insensato.*
- 12 *Furiosus ex antè gesto potest exheredari.*
- 13 *Pœna corporea quare non descendat in heredes.*
- 14 *Pœna status finitur morte.*
Homo mortuum non est homo.
- 15 *Pœna etiam pecuniaria non transit in heredes in criminibus publicis.*
- 16 *Heredes possunt petere, vt procedatur ad purgandam infamiam accusati etiam in criminibus publicis.*
- 17 *Pœna pecuniaria an transeat in heredes post sententiam.*
Fideiussoria obligatio sublata principali euanciscit.
- 18 *Pœna pecuniaria an transeat in heredes morientis infra tempus appellandi.*
- 19 *Pœna an post sententiam qua transit in rem iudicatam, transeat ad heredes.*
- 20 *Pœna in priuatis delictis an transeat ad heredes.*
- 21 *Pœna delicti an transeat in successorem dignitatis.*
- 22 *Pœna delicti qua imponitur ipso iure semper transit ad heredes.*
- 23 *Morte delinquentis liberatur fideiussor ipse.*
Pœna transit contra heredes, quando delictum opponitur excipiendo.
- 24 *Heredes delinquentis an teneantur rei persecutione.*
- 25 *Frequentia delicti auget pœnam eius delicti.*
Heredes delinquentis tenentur post lit. contes. in priuatis delictis.
- 26 *Heredes delinquentis etiam ante litem cont. tenentur quando per reum stetit quò minus lit. contestaretur.*
Pœna transit ad heredes delinquentis, qui delictum iudicialiter fessus fuit, licet lit. contestata non esset.
Heredes delinquentis etiam ante litem contestatam tenentur, quando delinquens ex forma statuti fuit contumax.
Pœna non transit ad heredes etiam post lit. contest. nulliter factam.
Pœna non transit ad heredes delinquentis post lit. cont. consensu partium sopitam.
Heredes delinquentis tenentur quatenus ad eos peruenit.
- 27 *Heredes delinquentis tenentur si peruenit ad primum heredem, licet ad ipsos qui conueniuntur nil peruenisset, & quid de iure cano. & quid in vsuris vel in contractu commissi.*
- 28 *Heres in delictis priuatis criminaliter intentatis non tenetur quid in foro animæ, & quid in successore dignitatis, ibi.*

29 *Collegij diui Iacobi constitutio declaratur.*

30 *Pœnarum commutatio fit, ne delicta sint impunita.*

Pœna commutatur ex inhabilitate persona plebendi.

L.3. tit. 1. lib. 5. ordinam.

31 *Furor superueniens an excuset à pœna.*

32 *Homicida an puniatur capitaliter, si vnum occidit, cum alium vellet occidere.*

CAPVT XCVI.



Deportatus, & aqua & igni interdictus, & in metallum damnatus nō possunt facere testamentum, ista est vera & communis opinio, quam tenent Doct. per tex. ibi in l. eius. §. 1. ff. de testam. l. 2. in fi. C. qui test. fa. poss. vbi per Ias. & alios. Bar. in l. si quæramus. ff. de testam. Rolandinus in tract. testamentorum. rub. 1. Dec. consil. 442. in causa. nu. 5. consil. 278. in causa vertente. numer. 2. lib. 4. Pari. consil. 46. primum testamentum. colum. 2. lib. 3. Guiliel. Bened. in c. Raynutius. de test. in verb. & vxorem nomine. nu. 274. Alexand. consil. 95. requisitus. colum. 1. num. 7. l. si quis filio exheredato. §. irritum, & §. eius, & vtroque communiter per Doct. ff. de iniust. rup. l. quidam. ff. de pœnis. Ratio huiusmodi personæ serui pœnæ esse videntur, vel quasi sine ciuitate peregrini videntur, vt in d. l. quidam, & consequenter testari non possunt, non magis quàm serui, qui testari non possunt. l. filiusfamilias. ff. de testa. vel non magis quàm peregrini, qui similiter testari non possunt. l. 1. C. de hæredibus insti. Præterea bona huiusmodi personarum publicantur, vt in d. l. eius. §. 1. & consequenter testari non possunt, quia per legem fieri non debet, vt qui nulla bona habebat is faciat testamentum, vt in l. lex Cornelia. ff. de vul. & pup. subst. quod olim generaliter procedebat, hodie verò bona damnatorum licet regulariter publicentur, vt olim, fallit tamen quando supersunt descendentes, vel ascendentes condemnati, & transuerforum nonnulli qui præferuntur fisco, vt in auth. bona damnatorum. C. de bonis proscriptorum. quæ personæ non tam, vt hæredes vniuersales, quàm vt successores singulares admitti videntur, argumen. text. in leg. prima. ff. de iu. fil. & ibi ita not. Bartholus, vnde hodie bona damnatorum non publicantur nisi sub prædicta distinctione, vt in dict. authen. bona damnatorum, & ibi communiter Doctores, & in authen. vt nulli iudicum. §. fina. vbi Doctores communiter, Decius consilio 442. columna secunda. Ant. consilio 61. strictè. Czpol. consilio crimi. decimo sept. visa. Abb. consilio. videtur. par. prima. † Quod tamen limitat, vt procedat in damnatis ad metallum, vel opus publicum, vel deportatis, vel aqua & igni inter-

¹ *Deportatus & simile nō possunt facere testamentum, cum communi.*

² *Intelle. auth. bona damnatorum. C. de bonis pro.*

interdictis, quibus omnibus mors naturalis non irrogatur, secus autē in illis, quibus mors naturalis, & vltimum supplicium irrogatur. † Nam pœnam animæ amissionis sequitur publicatio bonorum, vt resoluit Corne. consil. 278. in causa vertente. col. 1. lib. 4. per tex. in l. quod ad statum, & in leg. qui vltimo supplicio. de pœn. & ita sentit Bar. in d. l. eius. §. 1. & in l. 1. ff. de bonis dam. & Pari. consil. 46. num. 10. lib. 3. & hanc esse communem sententiam, firmiter Bar. in leg. 1. colu. 2. ff. de bonis dam. & Are. in l. eius. §. 1. num. 3. ff. de testa. Alij autem distinguunt, vt in criminibus capitalibus, in quibus post condemnationem sequebatur tacita ademptio bonorū, procedat d. auth. bona dam. vt in terminis. l. 1. & l. fi. ff. de bonis dam. secus autem in reliquis criminib. & hæc distinctio videtur etiam communis secundum Bartol. in d. l. prima. ff. de bonis dam. & secundum Areti. vbi supra.

Denique receptor op. mihi videtur, vt indistincte is, qui damnatus est ad mortem, vel ad bestias, vel metallum, vel opus publicum, vel deportatus est, vel aqua & igni interdictus, non possit facere testamentum etiam hodie, quod admittunt omnes, quos supra retulimus, & quos infra referemus. verū quod ad bonorū publicationē, est differētia, vtrū quis ad mortē naturalem damnetur, vt tunc post sententiam sequatur tacita ademptio, & publicatio bonorum, non sic in eo, qui ad metallum, vel opus publicum damnatus est, vel deportatus, vel aqua & igni interdictus, quare de re per Dec. Pari. & Alex. & Corn. in consilijs supra allega. per Alex. in num. 2. vsque ad nume. 11. in leg. 2. C. qui test. fac. pos. & ibi per Ias. col. 1. & col. fin. & per Dec. nume. 27. & per Aret. in d. l. eius. §. 1. num. 3. ff. de test. plenē per Guil. Bened. in cap. Rayn. de test. in verbo, & vxorem nomine. nu. 73. per Didac. de Couar. in rub. de testa. in 3. partic. num. 27.

Hinc apparet, terrasse Didacum de Couar. vbi supra, qui in terminis iuris communis putabat damnatum ad metallum, vel opus publicum, vel ad bestias, vel aqua & igni interdictum, vel deportatum testamentum facere potuisse, quod omninō falsum est, & contra glo. in l. eius. §. 1. in verb. publicabuntur. ff. de testam. quæ communiter appro. est, vt supra retulimus, † hodie verō iure regio damnatus ad mortem, siue naturalem, siue ciuilem, non amittit testam. factioem, nisi per ipsam sententiā omnia eius bona publicata fuerint. l. 4. Tauri. licet olim etiam iure regio aliud esset. l. is. tit. primo. par. 6.

† Damnatus verō in perpetuum carcerem an testari possit, & iure regio indubitanter potest, secundum dist. d. l. 4. iure verō communi, dic vt per Didacum de Couar. vbi supra Guil. in dict. cap. Rayn. in verbo, mortuo. i. nume. 129. Imo. nu. 23. & Barb. col. 10. in c. quia ingredientibus, de test. Ioan. Bern. in pract. crim. c.

129. in fi. hi autem omnes etiam iure regio iudices esse non possent, vt in l. 2. tit. 15. lib. 2. ord. ibi, ni otiosi, el que fuere de mala fama, ouiere becho cosa porque vala menos, vt nos interpretamur.

Similiter Bannitus nostri temporis non potest facere testam. ita tenet Bar. sub quadam distinctione, cum quo transeunt Imol. & alij communiter in leg. eius. §. 1. ff. de test. Ias. post alios in l. 1. C. de hæred. instit. col. fina. Bar. in disputa. sua, incip. Lucanę ciuitatis. Idem Bar. in tract. de banni. & op. Bart. communis est secundum Alex. nu. 4. in d. l. 1. vbi per Sali. Paul. & alios, & per Imo. in leg. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. vnde is longē minus Iudex esse poterit, nam qui ratione criminis intestabilis est, is improbus esse dicitur. §. testes autem. Inst. de test. improbus autem Iudex esse non potest, vt in l. 2. tit. de los alcaldes, lib. 2. ordi. ergo, &c.

Illud autem controuersum est, an in quibus casibus delinquentes & facinorosi testantur, eorumque testamenta per legem sustinentur, tunc ipsorum hæredes teneantur, vt pœna, quæ illis irroganda erat, in ipsorum hæredes descendat, quod videbatur arg. §. hæres quoque. Inst. de obl. quæ ex qua. contractu. leg. ex maleficijs. §. hæres quoque. ff. de act. & obl. Id tamen receptum non semper est, sed sub conditione, de qua per glo. & l. omnes, in l. vni. C. ex delict. defunctorum. cuius legis ommissa positione casus contra illum tex. videtur opp. de tex. in l. ex iudiciorum. ff. de accus. & l. crimen. ff. de pœn. & l. de facto. ff. de pub. iud. & l. 3. eod. tit. & l. fin. cum simi. C. si reus, vel accus. mort. fue. vbi etiam lite contestata contra defunctum hæres eius non tenetur, cuius contrarium ibid. in dict. leg. vn. dicitur, ergo, &c. Pro solutione horum contrariorum & similium considero, quod aut loquimur in criminibus publicis, aut in priuatis. Primo casu, scilicet in publicis, de quibus per text. in l. 1. ff. de pub. iud. & Inst. de publi. iud. per totum. facio tria membra, nam aut loquimur de pœna afflictiva animati corporis, aut de pœna priuatiua status, aut de pœna priuationis bonorum vel alia pecuniaria.

Primo casu sit regula, quod pœna afflictiva corporis finitur morte delinquentis, ita intelligitur l. 3. & l. defuncto, de publi. iudi. & leg. crimen de pœnis, & leg. fina. C. si reus vel accus. mort. fue. Ratio huius est, quia illa est pœna sensus, mortuus autem non sentit, vt est notum. † Hinc est, quod si quis etiam post sententiam naturaliter decesserit, non deberet in eum executio fieri, puta suspendium vel decapitatio, vt ponit Cin. in l. 2. C. qui testam. face. possunt. Bal. in d. l. vn. 2. col. in medio, & Ange. ibid. prima col. post medium. & Alex. in d. l. 2. C. qui testa. facere poss. post alios per eum ibi relatos, quamuis Bal. ibi dicat hoc relinquī arbitrio iudicis, & idē iudices maleficiorum pessimi-

Mortem naturalem an sequatur tacita bonorum ademptio.

6 Bannitus an testetur.

L. 2. tit. de los alcaldes lib. 2. ordin.

3 Damnatus ad metallum iure communi non testatur, cum communi contrariis.

4 Damnatus ad mortem naturalem vel ciuilem hodie iure regio non perdit testamenti factioem.

5 Damnatus in carcerem perpetuum, an testetur. l. 2. tit. 15. lib. 2. ord.

7 Pœna corporis afflictiva finitur morte delinquentis.

8 Cadaver non punitur, cum commune.

9
Furor etiam
veniens, libe-
rat à pœna
corporis affli-
ctiua.

peſſimè faciunt vtentes contraria conſuetu-
dine, vt per Doct. in dictis locis, illud ergò q,
non ſentit, non debet puniri. Facit in ſimili
& à fortiori, quod eleganter dicit Bal. in l. fu-
riofum. C. qui teſtamen. fac. poſſ. quòd ſi ali-
quis tempore ſanæ mentis cõmiſit homicidi-
um, vel aliud delictũ, propter quod debet de-
capitari, deinde efficiatur furioſus, quòd durã
te furore non poterit puniri in perſonam, li-
cet in bonis ſecus, & idem tenet Bal. in l. huma-
nitatis. ii. col. C. qui teſtamen. fac. poſſ. & in c.
1. de eo, qui inter. fratrem ſuum in uſibus feu.
Idem Imo. in leg. ex factò. pen. col. ff. de vulg.
& pup. ſubſtit. Idem Imo. in cap. Raynuius,
de teſtam. in materia exemplariæ ſubſtitutio-
nis. Imò quod eſt plus, ſi aliquis feciſſet deli-
ctum tempore ſanæ mentis, & etiam eſſet con-
demnatus, deinde effectus furioſus, non de-
beret in perſonam puniri, ſed eſſet princeps
conſulendus, ſecundum eum, allegat l. diuus.
verſicu. ſi verò. ff. de offic. præſe. quz quaſi ni-
hil facit, ſequitur Alex. in d. l. furioſum, & iſta
eſt communis ſententia, quamuis aliqui te-
neant contrarium, ſi ergò viuens effectus fu-
riofus non punitur de delicto ante commiſ-
ſo, etiam condemnatione præcedente ante
fauorem, ergò à fortiori ille, qui poſt delictũ
eſt naturaliter mortuus, vt in noſtro caſu.

10
Cadaver in-
terdum puni-
tur.

In caſibus tamen illud, quod non ſentit, pu-
niture. Nam videmus, quòd accusatus crimina-
liter & condemnatus ſi moriatur, non tamen
poſt ſepeliri, niſi licentia impetrata à iudi-
ce, qui condemnauit. l. 1. & 2. ff. de cad. puni-
to. faciunt notata in clem. 1. de pœni. & remis.
Item ſi quis ſe occidat, qualitercunque ſiue
impatientia doloris, ſiue propter delictum à
ſe commiſſum, non debet in eccleſia ſepeliri,
tex. in c. placuit, & ibi gloſſ. notab. 23. q. 5. Ra-
tio fortè huius caſus eſt, quia pœna priuatio-
nis ſepulture recipit corpus abſque anima exi-
ſtens, viuus enim non ſepelitur, ſed mortuus,
& ideò de natura huius pœnæ eſt hoc, quòd
poſt mortem inſtigatur, non ergò mirum, ſi
poſt mortem poſſit imponi & repeti, quòd
iſtam rationem ponit Bald. in d. l. vnic. 2. co-
lum. poſt medium. Item alio caſu, illud quod
non ſentit, punitur, ſcilicet in caſu cap. cùm
ad monaſterium. §. primo. de ſtatu monacho.
vbi ſi monachus non reddit in vita rationem
ſuæ adminiſtrationis bonorum eccleſiæ, poſt
mortem etiam punitur, quia debet extra cœ-
meterium in ſtercore ſepeliri, & illud text.
allegat Imola in d. l. deſuncto. ff. de publi. iu-
di. Item eſt alius caſus ſingularis in leg. ſecun-
da. ff. de cada. punito. vbi eſt text. quem Bar-
to. ibi dicit non eſſe alibi, quòd ille, qui pro-
pter delictum non poſt morari in ciuitate,
non poterit etiam poſt mortem ad ciuitatem
reduci, vt ibi ſepeliatur, & ſic punitur etiam
poſt mortem.

11
Pœna corpo-

non ſentit, vel quod ratione caret, punitur, ſci-

licet in cap. mulier. 15. q. 1. vbi ſi canis vel aliud *talis interdũ
datur inſen-
ſato.*
animal, quod ratione caret, mulierẽ ascen-
dat, vtrunq; igni debet comburi, facit tex. in
cap. reos. 23. queſt. quinta. vbi ſimiliter dicitur,
quòd qui coierit cum iumento, morte moria-
tur, ſed caue, quia nihil dicitur de iumento,
ſed de illo, qui coierit cum iumento, & ideò
d. cap. mulier, allegatur tanquam ſingulare,
vt dixit, ego tamen dico, quòd eſt text. ſimi-
lis originaliter in Leuitico, cap. vigefimo, vbi
text. dicit, Pecus quoq; occidit, &c. rationem
ponit text. in d. cap. mulier, ſcilicet quia tali
flagitio contaminata indignanti refricant fa-
cti memoriam, &c. ac ſi dicat, quòd illud puni-
tur ibi propter immanitatem criminis.

Alium caſum reperio in fortioribus termi-
nis, quem ponit Bartol. in l. nunquam. §. ſi vi.
ff. de uſucap. per illum tex. vbi tenet, quòd ſi
aliquis commiſit peccatum mortale, cùm eſ-
ſet ſanæ mentis, deinde efficiatur furioſus, &
moriatur in furore, quòd dicitur diſcedere in
mortali peccato, & damnabitur apud Deum,
& tamen ſolemus dicere, quòd mitius agitur
cum Deo, quàm cum homine, vt dicit glo. in
l. ſi quis eam. §. voto. ff. de pollici. & mitius cū
lege, quàm cum miniſtro legis. leg. Celfus.
ff. de arbitris. facit l. ſi is qui animo. ff. de ac-
quiren. poſſeſſio. cap. maiores, ad fin. de bap-
tiſm. cum ſimil. ſed in illo caſu contingit for-
tè propter dominicum præceptum, quo cauetur,
Vigilate, &c. quia nec ſcitis diem nec ho-
ram, vnde non debuiffet peccaſſe ante furo-
rẽ, & ſi eſt, quòd ſibi imputetur, & vide quz
dixi in d. §. diui.

Item reperio alium caſum, nam ſi filius an-
te furorem verberauit patrem, vel commiſit
cauſam ingratiſtudinis, propter quam de iure
poſt eſt exheredari, deinde efficiatur furioſus,
talis furor non purgat vitium ingratiſtudinis,
imò potuit exheredari à patre, ita Barto. in l.
ex factò, in princ. ff. de vulg. & pupilla. ſubſti-
tu. 7. colum. probat hoc text. ſingula. in leg. ſi.
§. ſed cùm antiquitas. C. de cura. furio. de quo
ſingula. in apoſtil. ad Abb. in c. in literis, de re-
ſcrip. facit l. de creationibus. C. de epiſc. audi.
ibi ergò filius punitur tempore furoris, & ſic
eo tempore, quo non ſentit, poſt tamen di-
cere, quòd ibi agitur de pœna, & non corpo-
ris, prout in caſu noſtro, & ſic non obſtat. Præ-
terea in exheredatione, quam facit pater de
filio, non requiritur proceſſus, nec ſententia
condemnatoria, prout requiritur ratione deli-
cti, vt corporaliter puniatur, & ſic eſt ibi ca-
ſus ſpecialis. † Concluditur ergò ex prædi-
ctis, quòd pœnæ corporis afflictiuæ regulari-
ter finiuntur morte delinquentis. Ex quo ſequi-
tur, quòd hæredes delinquentis nõ tenentur
ad pœnam, ad quã tenebatur deſunctus, cùm
illæ pœnæ ſint morte delinquentis finitæ per
ſuprà dicta iura, & Quia pœnæ ſuos debent
tenere auctores. leg. ſancimus. Cod. de pœ-
nis, & quia alius pro alio regulariter non pu-
niture,

12
Furioſus ex
antè geſto po-
teſt exhere-
dari.

13
Pœna corpo-
rea quare nõ
deſcendat in
hæredes.

nitur, vt in regula iuris, & l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffi. testam. & pro hoc, quia non est licitum libero homini dare se alicui in quaestione, vel ad torturam, secundum Bar. in l. cum seruus. ff. de condi. ob caus. & in leg. interdum. §. qui furem. ff. de furtis, quamuis gl. ibi velit contrarium, nemo est enim dominus membrorum suorum. l. liber homo, in princ. ff. ad legem Aquil. Item quia tortura est meri imperij. leg. defensoris. C. de defens. ciuitat. & in auth. de testi. collat. 7. & notatur in leg. imperium. ff. de iurisd. om. iud. ergo pacto priuatorum concedi non possunt. l. priuatorum. C. de iurisd. om. iudi. c. significasti, de foro cōpeten. Si ergo expresse liber homo hoc facere non potest, ergo à fortiori, nec tacite, scilicet succedendo delinquenti, facit l. 1. §. vsque adeo. ff. de iniurijs. vbi non potest quis expresse permittere alicui, quod eum percutiat, vel corpus eius cruciet, & ibi vide Bar. ergo à fortiori, nec tacite, vt dixi. Nec obstat, quod hæres adeundo videtur quasi contrahere, & se obligare ad debita defuncti. Instit. de obliga. ex quasi contractu. §. hæres. ff. de actio. & obliga. leg. ex maleficijs. §. hæres. l. apud Iulianum. §. si. ff. quib. ex caus. in poss. eatur, quia illud est verum, quod ad ea, ad quæ se potuisset obligare expresse, vt ad illa teneatur adeundo hæreditatem, per quam aditionem videtur se obligare tacite, sed ad illa, ad quæ se expresse obligare non potuit, puta ad pœnam delicti alieni, vt dixi, non videtur se obligare tacite, s. adeundo, quia quod expresse fieri non potest, nec tacite. l. qui ad certum, cum simili. ff. locati. facit l. liberos, & l. nec si volens, & q. ibi Bald. C. de libe. cau. Ad prædicta optime seruit glo. singula. in c. homo. 23. quæst. 5. quæ vult iuncto tex. quod per pactum non potest quis fideiubere, vel se obligare pro alio ad pœnam corporalem, quia non est dominus membrorum, &c. & illam gloss. allegat Bald. in leg. ob 25. ad fi. C. de actio. & obligat. licet non ad hoc propositum, ergo à fortiori in nostro casu non tenebuntur hæreses. Item facit quod dicit notabiliter Bal. in l. 1. 2. quæst. C. ne filius pro patre, vbi quærit, nunquid valeat statutum, quod pater teneatur pro debito filij. & gloss. ordinaria dicit, quod sic in rub. de decr. decur. lib. 10. quod est verum secundum eum in pœna pecuniaria, quia ad hoc potest se obligare per patrem, ergo per statutum, vt not. in l. nec ex prætorio. ff. de reg. iur. & in l. non impossibile. ff. de pact. facit l. si. ad fi. C. de fidei. vbi tex. eleganter dicit, sicut pacto contrahenti hoc fieri conceditur, quare non ipsa legis potestate hoc fieri permittatur, secus tamē est secundum eum, & hoc pondero in pœna corporali, allegat nota. per glo. in d. c. cum homo. 23. quæstio. 1. vide Iaso. in l. de quibus, de ll. supra char. 3. col. 1. ad fin. vbi reputat illam glo. sing. Idem ergo dicendum, & à fortiori in nostro casu cum de hoc non sit lex, nec statutum ad

id, quod notat Bald. in rub. C. res inter alios acta. prima col. vbi tenet, quod licet valeat statutum, quod consortes teneantur soluere pœnas pecuniarias bannitorum, per glo. in dict. rub. de decr. decur. & illud statutum sit tolerabile, quamuis non laudabile, vt notatur in auth. vt nulli iudic. §. qui verò. col. 9. pœnas tamen corporales, vt infamias, statutum innocentibus imponere non potest per delictum alienum, quia est contra ius diuinum, cū nec consensu fieri possit, per notata per glo. in d. §. cū homo. 23. quæst. 5. quod est diligenter notandum, & de materia illius gloss. ponunt domini Canonistæ in rub. extr. de fideiuss. Concluditur ergo, quod pœna corporis afflictiva extinguitur morte delinquentis, nedum quod ad delinquentes, sed etiam quod ad hæreses eius, & hoc de primo membro.

Secundum membrum est de pœna priuatiua status, in quo breuiter dico id, quod in præcedenti, scilicet quod mortuo delincente extinguitur illa priuatio, ita tenet Bal. vno verbo, in d. l. vni. 2. col. post medium. ratio huius est, quia mortuo subiecto non cadit priuatio nec habitus, arg. ff. ad legem Aquil. l. huic scripturæ. Priuatio enim præsupponit habitum. leg. fina. ff. si cert. pet. leg. decem. de verb. obligat. leg. manumissiones. ff. de iusti. & iure. cap. ad dissoluen. cum simil. de desponsa. impu. sed in mortuo non est habitus, licet olim fuerit, Quia mors omnia soluit, nedum tutelam, in auth. de nup. §. deinceps. col. 4. Instit. quib. modis tut. fini. §. simili modo, ergo eo mortuo extinguitur priuatio. Tertia ratio est, quia habitus & pœnes requirunt subiectum. l. qui libertinus. §. posthumus. ff. de operis libert. sed in mortuo non est subiectum, ergo nec habitus, & per consequens nec pœnio, & sic priuatio non potest habere locum. Quarta ratio potest esse, quia extincto subiecto extinguuntur accidentia subiecti. leg. 3. §. ne tamen. ff. de usufruct. Instit. de usufru. §. primo. Ex quo infertur, quod mortuo Monacho hærede instituto, & sic extincto subiecto, extinguitur transmissio hæreditatis non agnita, & sic ad monasterium non transmittit hæreditatem non aditam, quæ transmissio est quoddam accidens, & sic extincto subiecto extinguuntur accidentia subiecti, & ita per istam rationem inter alias dixit Bal. in l. 1. C. quæ admi. ad bon. poss. 13. collat. cum sequen. vbi plenè, modò sic priuatio status alicuius est quoddam accidens, vt patet, quia potest adesse, & abesse præter subiecti corruptionem, ergo extincto subiecto, id est, mortuo delincente, extinguitur accidens, id est, priuatio.

Quinta ratio potest esse, quia homo mortuus non est homo, esset enim oppositio in abiecto, nam si homo ergo non mortuus, & si mortuus nõ homo. l. si homo mortuus, de ver. obligat. l. Seruo manumisso, vbi notatur ff. de cond. indeb. l. falsus. C. de furtis, nam si

14.
Pœna status
finitur morte.

Homo mortuus
us non est. homo.

procu-

procurator, ergò non est falsus, & si falsus, non procurator, quia quod falsum est, nihil est. ff. de verb. signi. l. Paulus, sicut denarius falsus, non est denarius, gloss. singu. in l. 2. C. de hereti. facit. l. si cum aurum. ff. de solutio. & leg. eleganter. §. quæ reprobis. ff. de pigno. actio. Si ergò homo mortuus non est homo, ergò impossibile est priuatio post mortem, cum debeat esse priuatio status hominis, qui homo non est in rerum natura, vt dixi. Concluditur ergò, quòd pœna priuatiua status hominis extinguitur per mortem delinquentis, nedum quòd ad delinquentem, vt modò dixi, sed etiam quòd ad hæredes eiusdem rationibus, & rationibus quas dixi in membro præcedenti.

15
Pœna etiam pecuniaria non transit in hæredes in crimi. publi.

Tertium membrum est † de pœna ademptionis bonorum, vel alia pecuniaria, an extinguitur per mortem delinquentis, & hic aduertendum, aut reus decedit ante sententiã, aut post sententiã appellatione pendente, aut post sententiã appellatione non interposita, poterit tamen interponi, quia non erãt lapsi 10. dies, aut post sententiã, & post lapsum decem dierum, & sic post sententiã transactam in rem iudicatam. Primo casu regula est, quòd pœna bonorum non transit contra hæredes, modò reus decesserit lite contestata, modò non. text. est in l. ex iudiciorum. ff. de accusa. in princ. & in hoc differt à priuatis delictis, vt infra subiiciam, hæc tamen regula fallit in multis casibus, quos ponit ibi gloss. & glo. Instit. de hæredi. ab intest. §. per contrarium, & gloss. Instit. de per. & tempera. acti. §. non omnes, & glo. in d. l. vni. in si. gloss. magna. & glo. in l. ex testa. C. de testam. manu. & gloss. in leg. 1. C. si reus, vel accusat. mortu. fue. & aliquid per gl. cap. causam quæ, el secundo, extrã qui filij sunt legitij. Alius casus est in leg. filio. §. sententiã. ff. de adimen. lega. quem addit Bar. in d. l. ex iudiciorum, ad fin. & aduerte, quia in d. §. sententiã est casus singularis ad aliud, quòd licet mortuo delinquente sit extinctum crimẽ, quòd ad personam ipsius, tamen hæredes rei pro eorum interesse, & pro purganda infamia defuncti possunt petere, quòd procedatur ad sententiã, & declareretur defunctum non commississe delictum, & ille casus est vnicus in iure, secundum Bald. in d. l. vni. tertia col. ante medium, & commendatur pro singula. in addi. ad Bar. in d. l. ex iudiciorum, in prin.

16
Hæredes possunt petere, vt procedatur ad purgandam infamiam accusati in criminib. publicis.

Alius casus est, in quo reo mortuo ante sententiã transit pœna bonorum contra hæredes, scilicet quando reus mortem sibi constituit post litem contestatam, vel postquam fuerit in crimine deprehensus, text. est in l. defunctus. C. si reus, vel accusat. mort. fue. & in l. si. §. 1. ff. de bono eorũ, qui mortem sibi consci. glo. in l. defuncto, in princ. ff. de publi. iudi. Ratio est, quia eo ipso, quòd mortem sibi consciuit, videtur delictum confiteri. d. l. fin. de bonis eo

rum, non ergò mirum si transeat contra hæredes, regula ergò dictæ leg. ex iudiciorum, procedit in eo, qui naturaliter ante sententiã mortuus est, non in eo, qui se ipsum occidit, quod not.

Secundo casu principali, scilicet quãdo decessit post sententiã appellatione pendente, tunc habemus iura, quæ distinguunt, aut condemnatio personæ includit bona per consequentiam, aut sunt duo iudicia æquè principalia, id est, quia sententiã fuit lata de persona, item de bonis expressè. Primo casu non est necesse, quòd hæres prosequatur appellationem, quia extincto principali per mortem defuncti extinguitur accessorium, scilicet quòd ad bona. Secundo verò casu sunt æquè duo principalia, & licet vnum tollatur, aliud remanet, argum. ff. de serui. vrba. prædio. leg. si domus, & l. 1. §. pen. verb. cum simil. est ergò necesse, quòd hæres appellationem prosequatur, aliàs applicabuntur bona fisco, istam distinctionem ponit tex. notabili in l. fin. C. si reus, vel accusat. mortu. fue. & in l. si is qui. C. si penden. appellat. mors inter. & glo. in l. ex iudiciorum. ff. de accusa. patet ergò quòd abolito principali accessorium est sopitum, & à iudicis cognitione alienum ac substractũ, vt dicunt ll. supra alleg. Item considera pro alia ratione, quòd tacita ademptio non est sententiã hominis, sed legis, sententiã enim hominis est vna tantum, & ided appellatione ab eo interposita, si mors interim superueniat absorpta est sententiã hominis, & per consequens tacita sententiã legis. l. 1. in si. ff. ad Turpil. leg. furti. §. 1. ff. de his qui notan. infam. & not. in l. 1. & fin. C. si à non compe. iudi. verba sunt elegantia. Bal. in l. 3. post princip. C. si penden. appellat. mors interue. Et ex ista ratione, ego nouissimè, quòd ad propositum infero rationem, quare secunda stipulatio, puta statim purgat moram præcedentem, commissam in obligatione primæ, iuxta l. parui refert. ff. de cond. furt. & nota plenè in l. eum, qui ita. §. si hominem, de verb. obligat. & in leg. quoties. ff. de nouatio. & in leg. si aliquem. eodem titu. & in leg. quindecim. §. si cum mihi Strichum. ff. de solutio. Ratio enim illa est, quia cū per secundam stipulationem puram statim tollatur obligatio prima. dic. l. parui. ergò nullo modo potest subsistere mora, quæ erat ibi cohærens & accessoria, & veniebat in quandam consequentiam, sicut dicimus in casu dictæ l. fin. si reus, vel accusat. & in l. 3. si pen. appe. mors inter. vbi sublata sententiã principali per mortem defuncti statim tollatur sententiã tacita, quòd ad bona, quia veniebat in consequentiam, & accessoria enim naturam sequi congruit principalis, vt in regula iuris fac. singul. glo. in l. si hæres pecuniã. ff. ad Trebellia. quæ dicit † quòd oblig. fideiussoria nunquam reperitur sublata principali, & illa glo. semper allegatur secundum Bald. in l. intelligere.

17
Pœna pecuniaria an transeat in hæredes post sententiã.

Fideiussoria oblig. sublata principali euanescit.

gere. C. de luitio. pigno. & est sing. secundum cum in l. 1. §. ille autem nouissimus, in fin. C. de lati. liber. tollen. & eam allegat in l. 1. C. de satisda. prima col. in fin. & in l. & si is, quem C. de prædi. mino. Scias tamen quod in criminalibus accessorium non dependet à principali, nec sublato principali tollitur accessorium, vt notanter ponit Bal. in leg. transigere, in fi. C. de transactio. arg. ff. de adulte. l. denunciasse. §. quæritur, & in l. athletas. ff. de fals. & idèò mortuo principali, & sic extincta accusatione ipsius, tamen accessorij possunt accusari & puniri, secundum Bal. facit l. 1. C. si reus, vel accusat. mort. fue. & ibi per Cin. quod videtur contra distinctionem, de qua supra. Sed non obstat, si aduertas, nam ibi loquitur de alio accessorio, quod alio respectu potest dici principale, nos autem loquimur, quod ad bona, quæ dicuntur merè accessoria, authen. ingressi. C. de sacrosan. eccle. l. si adoptauero. ff. de precario. cogitabis, & hoc de secundo casu principali.

Tertio casu principali, scilicet quando decessit in tempore, quo poterat appellari, & sic infra decem dies à tempore late sententiæ habemus. glo. in d. l. ex iudiciorum. ff. de accusa. quæ dicit idem esse, quod in casu præcedenti, scilicet vt debeamus distinguere, an adeptio bonorum sit tacita, & veniat in consequentiam principalis, & tunc non transit pœna ad heredes, nec teneantur prosequi, alias secus, & sic vult in effectu idem esse, quando mortuus decedit infra tempus datum ad appellandum, & quando decedit appellacione interposita & pendente, & illam gloss. tenet ibi Din. & dicit non esse alibi, & non est alibi secundum Bar. ibidem, illam glo. sequitur Salicet. in l. fina. C. si reus, vel accus. mort. fue. & Bal. in d. l. 3. C. si reus, vel accusa. mort. fue. contra tenet Bart. in d. l. ex iudiciorum, post laco. de Raue. dicit enim, quod si reus decedat infra tempus, quod est datum ad appellandum, & ipse non appellat, verificatur prædicta l. ex iudiciorum, quia decedit lite contestata, & condemnatione secuta, ad hoc igitur, vt hæres hoc beneficium habeat, debet appellare, & appellacionem prosequi, vt d. l. 3. C. si penden. appel. secundum Bar. Idem tenet Cin. in l. fi. C. si reus, vel accusa. mort. fuerit. Idè contra illam glo. tenet Ang. in l. nostra, in medio, quamuis dicat illam glo. non esse alibi, de quo per Bal. in l. curam. 4. col. vbi dicit illam glo. sing. non tamen videtur se firmare, cogitabis super hoc.

Quarto casu principali, quando reus decessit post sententiam transactam in rem iudicatam, tunc pœna bonorum bene transit contra heredes. tex. est in d. l. ex iudiciorum, in prin. Ratio potest esse, quia secuta condensatione iam incipit teneri ex quasi contractu, qui celebratur in sententia. l. 3. §. idem scribit. ff. de peculio. nota. in leg. 2. glo. magna. ff. de præ-

te. stipula. sed actiones ex quasi contractibus transeunt contra heredes. C. de hæred. actio. per totum. cum simili, ergo, &c. Istam rationem vult Bar. in leg. defuncto. ff. de public. iudi. & in extrauaganti, qui sunt rebelles, in versu. rebellando. & Bal. in l. nostra. 3. col. ad fi. & facit, quia per sententiam iura efficiuntur fortiora, & validiora, iuxta plenè nota, in l. 1. C. de iudi. sed aduerte, quia hæc ratio mihi non potest placere, nam quemadmodum per sententiam eodem modo per lites contestationem videtur quis quasi contrahere, vt dictis iuribus. ergo ista ratione attentata post litem contestatam, etiam non secuta sententia deberet pœna transire contra heredes, cuius contrarium dicit d. l. ex iudiciorum, quæ requirit sententiam, ergo ratio falsa, cogitabis. Et adde quod dicta l. ex iudiciorum, procedit non solum quando est lata sententia, vt ibi in tex. sed etiam quando aliquid interuenit, quod æqui paretur sententiæ, puta confessio solennis in iudicio, nam tunc possunt bona applicari fisco non obstante morte rei, secundum Specu. in tit. de accusa. §. 1. ver. quid solutio. Idem tenet Bar. in l. 1. ff. de pœna deli. 2. col. Idem vult Bal. hic. 3. col. in prin. nisi reus reuocet confessionem, & probet contrarium per ea, quæ notantur in l. creditores. §. iussus. ff. de appella. in glo. Idem vult Ange. in dict. leg. vnica. vlt. col. versu. quid autem si reus non est contestatus, &c. Ego addo in simili glo. singularem, & quod ibi plenè per Doctores in l. 1. §. 1. ff. si ex noxa. cau. agat. vbi videas. Imò quod est plus secundum Bal. ibi in d. l. vni. 3. col. post principium, & sine confessione si erat conclusum in causa, & liquidò probato maleficio non impediatur sententia, quia cum esset de necessitate ferenda contra reum, quodammodo trahitur retrò. argu. ff. de mino. l. denique. §. 1. & ista perpetuò notabis pro duplici extensione ad d. l. ex iudiciorum, in princ. dicas ergo, quod requiritur sententia, vt ibi, adde, vel æquipollens, vel aliud, quod necessariò inferat confiscationem, & hæc quæstio, quoad istum quartum casum principalem. Alias duas extensiones ad d. l. ex iudiciorum, si bene aduertas, colligas per Bar. ibi versu. quæro, pone quod secundum statuta, &c. Et hæc videntur sufficere, quod ad crimina publica.

Secundus articulus principalis de criminibus priuatis, in quo sic procedo, & dico, quod aut lis non est contestata, nec aliquid ad heredes peruenit, & tunc regulariter non tenentur, vt in d. l. vni. & in l. sicuti pœna. ff. de reg. iur. 4. colum. & l. pupillo. §. 1. eod. tit. cum sim. Ratio est clara, nam ratione peruentiois non, quia nihil peruenit, ratione delicti non, quia morte delinquentis extinguitur. C. si reus vel accus. mort. fue. per totum. & Quia pœnæ suos debent tenere auctores. leg. sancimus, de pœnis. facit illud, Filius non portabit iniquitatem patris, &c. cum varijs similibus. hæc regula

18
Pena pecuniarie an transcat in heredes mortuorum infra tempus appellandi.

19
Pena an post sententiam, que transit in rem iudicatam, transeat ad heredes.

20
Pena in priuatis delictis an transeat ad heredes.

regula procedit nedum in actionib. descendentibus ex delicto, sed etiam in descendentes ex quasi delicto, vt contra hæredes non dentur. text. est in l. filiusfamil. in fine, cum l. sequen. ff. de iudi. & Barto. in leg. prim. 2. colum. ante med. ff. de priua. delict. Secundo hæc regula procedit nedum in successore hæreditatis, sed etiam in successore dignitatis, puta in prælato, vt si non teneantur ex delicto prælati, vt probatur in l. licet. §. si ex causa. ff. de procu. facit l. meminerint, cum simil. C. vnde vi. ita Bar. in d. l. 1. 2. col. in medio. Ang. ad fin. in d. l. vnica. Cin. in l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius dicen. non obtemp. per Ioan. And. in c. 1. vt lit. non conte. † quod procedit, & est verum, quãdo prælatus tenebatur ex delicto suo nomine, non nomine dignitatis vel prælaturæ, si autem prælatus tenebatur nomine dignitatis, tunc successor tenebitur in solidum, quia est eadem dignitas, vt probatur in c. cū dilectus, de ordi. cogni. & quod ibi notatur per Inno. & ponunt Doctores in supradictis locis, quod benè nota. Hæc † regula limitatur, vt non procedat quando pœna imponitur ipso iure, nam tunc benè datur contra hæredem, etiam si nihil peruenit, ita probatur in l. Caius. ff. ad Syl. la. & in simili. leg. commissa, de public. ratio, quia tunc non agitur ad pœnam imponendam, sed ad pœnam à iure impositam exigendam, meritò transit contra hæredem, & hoc ponit Bar. in leg. prim. de priuat. delict. 2. col. in prin. & Docto. in d. l. vni. & pro hoc est glo. in l. si quis iniquum. §. quod autem. ff. quod quisque iur. & illa glo. est singula. ad hoc secundum Bal. in rub. C. de priuil. do. pœn. col. facit l. si in prin. ff. de bon. eorum, qui mor. sibi consciue. & hæc est communis sententia, tene menti.

21
Pœna delicti an transeat in successore dignitatis.

22
Pœna delicti que imponitur ipso iure, semper trãsit ad hæredes.

23
Morte delinquentis liberatur fideiusfor ipsius.

Pœna transit contra hæredes, quãdo delictum opponitur per modum exceptionis.

Tertiò vltra omnes pro extensione addo, † quod nedum morte rei extinguitur crimen, quod ad delinquentem, & hæredes omnes, sed etiam fideiussio pro maleficio extinguitur morte fideiussoris, ita quod talis fideiussio non transit contra hæredem, ista est glo. singu. & perpetuè notanda secundum Angel. ibi, Institut. de fideiussor. §. fideiussor videbatur in contra. quia ille fideiussor tenetur ratione sui contractus, quia se obligauit, sed regula est, quod fideiussor contractus, non tamen ipse obligatur, sed etiam hæredem reliquit obligatum, dict. §. fideiussor, ergò, &c. sed solutio potest esse, quod licet teneatur ex contractu, tenetur tamen ratione delicti per alium commissi, vnde quemadmodum hæres delinques non tenetur mortuo delinquente, eodem modo nec hæres fideiussoris mortuo fideiussore, cogita.

Secunda † principalis limitatio est, scilicet quando pro pœna delicti causatur exceptio, hoc est, quando delictum opponitur in modum exceptionis, nam tunc pœna benè transit contra hæredes, hoc etiam tenet gloss. quæ

ad hoc allegatur in dict. leg. 3. §. quod autem. ff. quod quisque iur. & illam glo. ita intelligit Angelus in d. l. vnica. 2. colum. in medio, & omnes in d. §. quod autem. Ratio huius casus est, quia nõ potest imputari ei, qui solù habet exceptionem, quare non fecerit litem contestari, cum non sit in potestate eius, quando actor agat, leg. purè. §. fin. ff. de doli exceptio. & istam rationem ponit Bald. in lectura antiqua, in d. §. quod autem, & Moderni ibidem. Facit optimũ simile, nam quando actor per subterfugia, & morã rei non potuit litem contestari, & interim mortuus est, tamen ex quo non extitit pereum, perinde habetur, ac si lis esset cõtestata, text. est singula. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. de quo infra subiiciam. potest etiam dari alia ratio ad prædictam limitationem, scilicet quia exceptiones facilius trãeunt ad hæredes, quã ius agendi, secundum Bar. & Doc. in d. l. 3. §. si filius. ff. quod quisque iur. hinc est quod ius excipiendi transit ad singularem successorem. l. etiam si in rem. ff. de iure iur. secus in iure agendi, quod tene menti.

Tertia limitatio est † quando agitur actione descendente ex delicto, non tamen ad vindictam, sed ad rem, & sic est actio persecutoria, vt est videre in conditione furtiua, nã illa benè datur contra hæredes, etiam si nihil ad eos peruenerit. l. si pro fur. §. si. ff. de cond. furti. & l. in condi. eo. tit. & l. si duo. §. Idem Iulianus. ff. de iur. iur. & Instit. de oblig. ex delict. §. fin. Ratio huius est, quia conditio furtiua non est merè pœnalis, imò est rei persecutoria respectu agentis, & idèd nimirum si legat hæredem rei. Istam rationem ponit Angel. 2. col. in medio. in d. l. vni. C. ex deli. defunct.

24
Hæredes delinquentis an teneantur rei persecutione.

Secunda ratio est, scilicet propter furtorum frequentiam, istam ponit Bar. in l. 1. ff. de priu. delict. 1. col. vult dicere, quod quia furta sæpè committuntur, idèd nimirum si degeneret ista actio, vt scilicet detur contra hæredes, quamuis ad eos nihil perueniat, pro ista ratione allego text. vulgatum, in l. aut facta. §. fin. ff. de pœnis, vbi est text. quod iusta est causa aggrauandi pœnam pro aliquo delicto, quando illud delictum nimium frequentatur, & ad istam rationem allego glo. in c. admonere, ad fi. 33. quæst. 2. quæ dicit, quod quamuis magis peccet interficiens matrem, quàm qui vxorem, tamen magis punitur interficiens vxorem quàm matrem, vt in illo text. ratio est secundum glo. quia homines proniores sunt ad interficiendum vxores quàm matres, ergò magis debent puniri per supradictam rationem, & vide per Abb. in c. at si clerici, de iudicijs, in princi. secunda col.

Frequentia delinquentis auget pœnam.

Quarta principalis limitatio est, † quando lis est contestata contra defunctum, nam tunc benè transit contra hæredes, vt in d. leg. vni. & in l. pupillum, & l. sicuti, de regu. iur. & leg. omnes, & l. sciendum. ff. de act. & ob. & leg. 1. ff. de priua. delictis. ratio potest esse, de qua su-

25
Hæredes delinquentis tenentur post lit. conte. in priuatis delictis.

prã

prà dixi, s. quia per litis conte. quasi contrahitur. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecu. not. in l. 2. gl. mag. ff. de przo. stip. Item quia per contestationem iura efficiuntur firmiora, iuxta plenè nota. in l. cum simili. C. de iudi. & per hoc dico, quod facultas iurandi contra delinquentem super estimationem, & valorem, iuxta l. si quando. C. vnde vi. & c. si extrà, quod metus causa, & c. in primis. vers. 2. 2. q. 1. transit contra hæredes delinquentis, vel damnum dantis, quando lis fuit contestata contra delinquentem, per istam glo. aliàs secus. ita reperio voluisse Bar. in l. in actio. pen. & vlti. col. ff. de in litem iuran. & alij ibi sequuntur, licet Ioan. Faber in d. l. si quando, loquatur sub dubio fortè. An autem illa facultas iurandi detur hæredi actiue, vide per Ias. eleganter in d. l. si quando. antep. col. post mediũ cum seq. & hoc benè notabis. Modò † istam limitationem extendo vt procedat, nedum quando lis contestata est, vt dixi, sed etiam quando stetit per reum, quòminus lis contestaretur, vt quia reus vadit per subterfugia, & dilationes, nam tunc habetur pro contestata, & operatur illos effectus, quos operatur litis contestatio, & sic facit actiones ex delictis transire contra hæredes, sicut litis contestatio, textus est singu. qui hoc probat in lege, si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. in fin. & ille textus non est alibi, secundum Bal. ibi. sexto notabili, & secundum Roman. vlti. notabili, & secundum Bald. in cap. quoniam contra falsam. 10. col. de prob. Idem tenet Fulg. & Alex. in dict. §. qui iniuriarum, & Bald. in l. mors. C. de rei vendi. & ille §. qui iniuriarum, ad hoc non est alibi, secundum Bal. in l. nec bona. 2. lectura. C. de præsci. longi temporis, & eundem allegat in auth. ita. C. ne filij pro patre. vlti. col. in med. & est singularis, secundum Alexan. in l. si Insulam. ff. de verb. obl. 2. char. 1. col. in fin. & ista est communis sententia, quamuis aliqui teneant contrarium, vt ibi per Paul. post Ias. vnde pro communi conclusione faciunt multa, quæ ibi omninò videas per Ias. 2. & 3. col. quæ sunt valde quotidiana.

Extendo † prædictam limitationem, vt procedat, nedum si lis est contestata, sed etiam si non est contestata, si tamen in iudicio fuit confessus crimen, quasi confessio vim habeat litis contestationis, & etiam sententiæ, ita tenet Spec. in tit. de accu. §. 1. vers. quid si latro. quod tamen intellige verum in confessione vera, secus in confessione ficta, per text. in l. eius, qui delatorem, in prin. ff. de iure fisc. præterquam in casu singulariter, s. in l. 2. in prin. ff. de bo. eorum, qui mortè sibi consci. vbi in defensione hæredi fictè cõfessio nō permittitur, quod est verum, secundum Ang. in d. leg. vni, ante finem, & est magna limit. ad dictam l. eius, qui delatorem.

Tertiò extendam prædictam limitationem, vt procedat, quãdo quis condemnatur, vt cõtu-

max ex forma statutorum, etiam nulla facta cõtestatione, nam tunc benè transit pœna contra hæredem, secundũ Barto. quem in d. l. vni. allegat. Angel. voluit allegare eum in leg. iudiciorum, de accusationib. Idem tenet Ang. in d. l. vni. quamuis Bal. aliter velit, & ista extensio iudicio meo procedit à fortiori, nam si hoc habet locum in publicis criminibus, vbi difficilius pœna transit contra hæredes, vt d. l. ex iudiciorum, ergò à fortiori in priuatis, vbi facilius transit, transitenim lite solummodò contestata, vt d. l. vni. cum concor. vbi autem requiritur sententia. d. l. ex iudiciorum. Et pro ista extensione facit, quia idè in d. l. ex iudiciorum, fit mentio de litis contestatione, scilicet, quia regulariter aliter non potest fieri condemnatio, sed si poneremus casum, in quo non requireretur contestatio, vt in casu, de quo agimus, tunc sufficeret sententia, vt vult ibi Bart. & pro hoc allego, quia quando in leg. exprimitur vnus casus, ratione frequentioris vsus, vel quia ille casus solet frequentius contingere, non per hoc excluditur alius casus, de quo in lege non fit mentio, si idè fuit omisus, quia expressus solebat frequentius contingere, vt est glo. in l. 1. C. de his, qui ad ecclesi. confu. & in l. 1. C. de rap. virgi. & in auth. imò. C. de actio. & obli. & in cle. 1. in vers. præsidentes. de rescr. sed sic est in proposito nostro, vt patet, ergò, & c.

Modò istam limitationem sic extensam sublimo, vt procedat quando litis contestatio, quæ præcessit, erat valida de iure, si autem esset inualida, tunc non operaretur transmissio nem contra hæredes, quia omnes effectus, quos operatur litis cõtestatio, procedunt quãdo litis contestatio valet, pro hoc bonus text. in auth. offeratur, in fi. C. de litis contesta. & quod notat glo. in l. si pater. C. ne de statu defun. & ibi Bal. & idem vult Bal. in d. l. vni. post me. & confirmabis per multa, quæ dixit sing. Bal. in l. si accusa.

Secundò † dictam limitationem sublimo, vt procedat, nisi de consensu partiũ fuerit litis contestatio sopita, tunc enim extinguuntur omnes effectus, inducti per litis contestationem, & per consequens actio nō transiit contra hæredes, ita probat tex. cū glo. in l. cum mora. C. de transa. & ibi in specie hoc no. Bar. dicens per hoc. Limitare omnes ll. dicentes per litis contestationem actiones ex delictis transire contra hæredes, & ad hoc ille tex. est singularis secundũ Ang. in l. 1. ff. de priua. delict. & pro hoc ego nouiter pondero vnam glo. in l. postquã liti. glo. mag. in fi. C. de pact. & addo similem, nam licet hæreditas non adita possit transmitti in casibus, de quibus in l. ventre, cū simil. de acqui. her. tamen est verum, nisi sit repudiata, tunc enim cessat transmissio. l. 1. circa med. C. de his, quæ ante aper. ta. cū simi. & pro hoc facit quod vult glo. & Bart. in l. 1. C. de præsci. longi temp. quod vitiũ litigiosi indu-

*Pœna nō trã-
fit ad hære-
des, etiã post
lit. cont. nul-
liter factam.*

*Pœna nō trã-
fit ad hære-
des delinquẽ-
tes post lit. cõ-
sensu partiũ
sopitam.*

26
*Hæredes de-
linquentis et
ante lit. cont.
sentitur, quã-
do per reum
stetit, quòmi-
nus in conte-
staretur.*

*Pœna transiit
ad hæredes
delinquentis,
qui delictum
iudicialiter
fessus fuit, li-
cet lit. conte-
stata nō esset.*

Etum per lictis contestationem extinguitur, quando instantia perit per renunciationem partium. Idem vult glo. in c. significauerunt, de testibus. glo. vltima, quam ad hoc ibi not. Panor. Addo quod not. Iaso. in l. secunda. C. de eden. pen. col. post principium. & hoc fit, quod ad istam quartam limitationem.

Heredes delinquenti teneantur, quatenus ad coesperuenit.

Quinta limitatio principalis est, scilicet vt actiones ex delictis dentur contra heredes, quando ad heredes aliquid ex delicto peruenit, vt d. l. vnica, iuribus supra allegatis, rationem ponit ibi tex. scilicet ne alieno scelere dicitur, turpia enim lucra ab heredibus extorquenda sunt. l. in heredem, cum sim. ff. de cal. modò istam limitationem extendo, vt procedat nedum quando directè ex delicto peruenit, sed etiam si occasione delicti verbi gratia delinquens rem furtiuam consumpsit, & rem propriam conseruauit, quam aliàs esset consumpturus, per hoc enim dicitur ad heredem peruenisse pinguior hereditas, & per consequens ipsa res suscepta peruenisse videtur, & sic occasione delicti, & idèd debet teneri, ita eleganter probat text. in leg. scripta. ff. quod metus causa, & tenet Nico. de Matta. in d. l. vni. & idem vult ibi Bal. 2. col. post prin. licet nemo sic applicet.

27

Heredes delinquenti teneantur, si peruenit ad primam heredes, licet ad ipsos, qui conueniuntur, nil peruenisset.

Secundò extendo † & hic aduerte, vt hoc procedat, nedum si ad omnes peruenit heredes, sed etiam si ad primum tantum peruenit, nam per hoc potuerunt alij heredes conueniri, ad quos nihil omninò peruenit, quia iam coepit esse hereditarium, ex quo ad primu peruenit, & hoc sufficit, iste est casus singularis in l. videamus. ff. quod met. causa, qui non est alibi secundum Bar. ibi, & est singula. & non alibi, secundum Ang. Insti. de perpet. & tempor. actio. §. non omnes. 2. col. in medio. & non est alibi secundum Ange. de Perusio. ibi in d. l. vni. in fi. & reperio, quòd glo. ordinaria hoc tenuit per illam l. in l. sicuti. ff. de reg. iur. quarta cau. & vide quæ per hoc dicit Bar. in d. leg. videamus, & in l. qui duos. ff. de rebus dubijs, & in leg. cum antiquioribus. C. de iure delib. huic extensioni ego addo simile, quod dicimus de mero, & mixto imperio, quod quando incipit delegari, efficitur delegabile, quod de sui natura erat indelegabile, iuxta plene notata in l. ff. de offic. eius, cui manda. est iuris. Item in simili optimè facit text. in l. pater filium. §. quindecim, de lega. 3. & quod notatur in l. voluntas. C. de fideic. circa quod possem me extendere, hæc tamen limitatio principalis fallit in casu l. 2. §. fin. ff. vi bonorū rap. Item in casu l. 1. §. fina. ff. de vi & vi arma.

Pena transit de iure cano. ad heredes delinquenti, etiã ante lit. cont. quòd e. d. restitutione.

Sexta limitatio principalis est † quòd indistinctè de iure canonico heredes teneantur ad satisfaciendum pro delicto defuncti, dato quòd lis cum eo non fuerit contestata, nec aliquid ad heredes peruenisset, & hanc opinionem tenet Bar. in l. 1. num. 6. ff. de priuatis delictis. Hanc conclusionè indistinctè tenet glo.

in c. si. de sepultu. in glo. si. & in c. in literis, de raptoribus, in gl. heredes, in fine. 12. q. 2. & est casus in d. ca. si episcopum. 16. q. 6. ibi. ab herede eius, quæ iniuste ab illo ablata sunt, sine excusatione reddantur, & ibi glo. fina. affirmat dictam opinionem. Idem tenet gloss. in summa. 24. q. 2. & in c. ecclesia. §. item peccato, in glo. conquistra. 1. q. 4. & ibi Archid. hoc tenet Fredericus de Senis, in consil. 21. Antoni. de Butrio in c. quod clericis, de foro compet. Ias. in l. si eum, in §. qui iniuriarum. nume. 5. ff. si quis cautionibus. Rodericus Suares in allega. 26. in secundo dubio, pro qua opinione facit tex. in d. §. item peccato. el. 4. 1. q. 4. vbi dicit text. quòd neminem excuset ignoratia criminis, maximè quando ex eo utilitas defertur ignorantibus. Bal. in l. vni. C. ex delictis defunctorum. Antonius in c. si diligenti, de præscrip.

Hæc communis limitatio satis æqua est, & præterea à recta ratione nihilo aliena, nã qua ratione heredes pro portionibus hereditarijs tenentur ex contractibus, & quasi contractibus defunctorum, etiam si ad eos illinc nihil peruenisset. leg. prim. C. si cert. petat. & leg. 1. & l. pro hereditarijs. C. de hered. actionibus. l. 1. §. si heres percepto fundo. ff. ad Trebellianum. leg. 2. §. ex his. ff. de verborum obligationibus, eadem quoque ratione videbatur, vt idem foret, cum damnum dederunt cuiquam, licet ex tali dampnatione ipse defunctus percepisset, aut lucri fecisset nihil, arg. tex. in l. 1. §. causa. ff. de zdil. edicto.

Septima limitatio principalis est, vt heredes teneantur, si quòd ad restitutionem usurarū, nedum de iure canonico, sed etiam de iure ciuili, & in solidum licet lis non fuerit contestata, nec aliquid ad heredes peruenit, ita tenet Bar. in l. 1. ff. de priua. delict. circa finem. Idem Bal. in dict. leg. vni. vlt. col. in prin. quòd hoc addo gl. in c. tua nos. extra de usuris. Idem tenet Ang. in d. leg. vni. ad si. ratio ista est, quia usurz petuntur tanquam indebitum. leg. si non fortem, in prin. ff. de cond. inde. de usu. c. Michael. sed conditio indebiti datur contra heredes, quia est actio personalis, vt est notu, ergò, &c. & ista ratione voluit assignare Ang. d. l. vni. ad fin. & idem ponit Bar. in l. 1. circa si. de priua. delict. & vide ibi notata in apostil.

Septima limitatio colligitur sic, † vt prædicta procedant in delictis commissis extra contractum, tunc regulariter non dantur contra heredes, si autem in contractu sit commissus dolus. vel delictum, tunc si ille dolus purgatur per actionem ex eo contractu, bene datur actio contra heredes, ita intelligitur tex. in l. si hominem. §. datur. ff. de positi. & in l. ex contractibus. & l. ex depositi. ff. de act. & ob. & l. ex ea parte. §. fin. ff. de ver. obli. etiam si lis non sit contestata, nec aliquid peruenit, nisi illa actio sit subrogata in locum actionis nò transitoriz. l. si eū. §. qui iniuriarū. ff. si quis cau. si ergò purgatur per aliam actionem, quã descen-

Heredes teneantur ad restitutionem usurarū etiã ante lit. cont.

Pena delicti in contractu commissi semper transit ad heredes.

descendentem ex eo contractu, tunc non tenebuntur hæredes, ita intelligatur tex. Inst. de perpe. & re actio. §. aliquando, & l. 3. §. pen. ff. si mens for fals. mo. dixit. & leg. illud. §. pen. & fin. ff. de trib. ista colliguntur rectè intuenti ex verbis Bar. in l. 1. ff. de priu. delict. 1. 2. col. & clarius ex distinctione Ange. in d. l. vnic. licet aliter illa iura ibi intelligat glo. vt videbis in ea.

28 *Hæres in delictis priuatis criminaliter intentari non tenetur.*
Octaua limitatio potest esse, quâ colligo ex verbis Bal. in l. vni. vlt. col. vers. de vno quæro, quem videas, prædicta omnia procedunt, quando de delictis priuatis agitur ciuilitè, si autem agatur criminaliter, tunc dic idem iuris esse in eis, quod in publicis, hoc voluit glo. sing. quam nescio alibi, in d. l. ex iudiciorum, ad fin. ff. de accusat. quam perpetuò nota. Et ex hoc potes colligere sublimitationem ad limitationem quar. de qua supra, s. vt lite contest. transeat actio ex delictis priuatis contra hæredes, vt ibidem, illud est verum, quando agitur ciuilitè, secus si criminaliter, nam tunc non transit lite contestata, nisi fuerit secuta sententia, quemadmodum in delictis priuatis, per dictam glo. quod perpetuò nota.

Pæna ante litem transcat contra hæredes delinquentis de iure canonico vel iure politico.
Prædicta ¶ procedunt de iure ciuili, de iure autem canonico quid iuris, vide in c. parochiano, de sepulturis, & in cap. ex literis, de raptu. Quid autem in foro pœnitentiæ, Docto. non tangunt, solutionem colligo ex notatis per glo. singula. cum his, quæ ibi dixi in c. fraternitas sua. 12. q. 2. supra dicta sunt vera, quando queritur, an actiones dentur contra hæredes delinquentes, & sic pæsiuè, an autem dentur hæredibus, & sic actiue, esset longum discutere, & ideò pro nunc omitto, & prædicta dixisse sufficiant. Vide tamen in materia glo. in l. pupillum. §. 1. ff. de regu. iur. octaua causa, & in l. sicuti. eod. tit. 4. causa. & in l. hoc iure. §. si. eo. tit. pen. cau. item potest applicari quæst. Bal. in l. si. C. de testib. 2. col. in fi.

Pæna quando transcat contra successorem dignitatis.
Item quæro an exceptio expoliationis detur contra hæredem spoliatoris de iure ciuili, vel canonico lite contestata, vel non, & quid in successore in dignitate, de his vide Abba. in cap. 2. de ordine cogni. vlt. col.

29 *Colligendum in constitutione declaratur, elegans quæst.*
Visum est, quando pæna transeat, migretque de persona delinquentis in personam successorum, modò autem his finitimum est videre, quando pæna migret per modum commutationis de vna persona in eandem met personam, quale est, cum delinquens erat incapax illius pœnæ subeundæ, quæ pro illo delicto à lege imposita erat, & tunc queritur, an alia pæna plectendus sit loco illius, quàm illo in casu lex statuerat, quæ res sæpè agitata fuit in Collegio diui Jacobi Cebedei Salmanticensis, cuius insignia nos olim gessimus, & circa eius constitutiones sæpè id actitatum fuit. Et pro euidencia sciendù est, quod ¶ in quadam cõstitutione nostri collegij habetur hæc verba, qui autem horis statutis cum alijs in mensa non conuenerit, præsentem prandio, aut

cœna priuetur. Solet ergò esse quæstio inter nos, ponamus quod aliquis collegialiù est priuatus à mensa, & sic à prandio, vel cœna, propterea quia deliquit, vel ex alia causa, deinde venit sumpto prandio, & sic non conuenit horis consuetis, an sit puniendus aliqua pæna, vel sufficiat prima, scilicet quia priuatus erat, & videtur quod sufficiat prima, per ea quæ statim subiiciam, sed ego teneo contrarium, & puto verissimum de iure, vnde ponitur talis conclusio, quod si collegialis aliqua de causa à mensa priuatus aduenerit sumpto prandio, alia sit pæna plectendus, nec prima sufficiat.

30 *Pænam commutationis, ne delicta sint impunira.*
Contra istam conclusionem stringunt frequentia, primò vulgatum est ¶ quod priuatio præsupponit habitum. l. fin. ff. si cert. per. leg. decem. de verb. oblig. l. manumissiones, de iusti. & iur. cum simil. modò si verba constitutionis dicant, præsentem prandio priuetur, &c. sed ille qui priuatus est à mensa, non habet prandiù, cum eo sit priuatus, ergò priuari non potest, quia priuatio, &c. Et sic videtur, quod prima pæna sufficiat attentis verbis constitutionis, & confirmatur, quia non aliter à verbis, &c. l. non aliter, de leg. 3. l. prospexit. ff. qui & à quibus, cum concordant.

Secundò illa constitutio est pœnalis, vt ex eius verbis patet, & sic odiosa, ergò restringenda. l. cum quidam, de libe. & posthu. c. odia, de reg. iur. lib. 6. si sic ergò debet intelligi, & interpretari, vt lædat minus quàm potest. leg. si præses, & leg. interpretatione. ff. de pœnis, & sic quod sufficiat prima pæna, nec debeat imponi secunda, & sic contra conclusionem.

Tertiò sic in constitutione nostra cauetur de priuatione prandij, nec fit mentio de alia pæna, ergò alia non debet super addi, quia cõtenti esse debemus pœnis legibus comprehensis. l. si ita stipulatio facta fuerit, de verb. oblig. cum simil.

Quarta regula est, quod non debet quis duplici pæna puniri. l. fenatus. ff. de accus. c. at si clerici. §. si. cum ibi notatis, de iudi. quia non debet bis de eiusdem hominis admisso queri. l. pen. ff. nauæ caupo. stabu. c. quid ergò. 23. quæst. 5. ergò in proposito vnica tantum pæna debet imponi, nec alia debet adiungi.

Quintò constitutio imponit priuationem prandij, & sic pæna in specie, modò sic, quando pæna imponitur in specie, non habet locum duplicatio pœnæ, quia species non potest duplicari. l. Lucius. §. impuberem. de legat. 2. ergò pro secundo delicto, s. quia non venit hora consueta, non debet puniri, & sic contra conclusionem, & facit glo. & quod ibi notatur in leg. vulgaris, in princ. ff. de furtis.

Sextò vbicunque agitur de pæna alicui imponenda, debet liquidissimè constare de voluntate legis, vel testatoris. tex. est singula. in l. in testamento, la primera, de cond. & dem. sed constitutio dicit, præsentem prandio priuetur, &c. nec aliquid statuit de alia pæna, ergò

gò non constat liquidissimè, & per consequens non debet alia pœna imponi.

30
Pœna cõmutatur ex imbecillitate personæ plebendi.

Pro conclusione adduco sequentia. Primo pondero tex. in l. 2. C. vt infra certum tempus crim. quæst. termi. vbi est tex. quòd si persona, cui debet irrogari infamia, est ita vilis, quòd damnus famæ non sit ei iniuria, tunc debet pati pœnam exilij, colligitur ibi ergò talis doctrina, quòd quando persona, quæ debet puniri, est incapax pœnæ à lege statutæ, vel sibi non potest imponi, tunc debet illa pœna in aliam commutari, modò ad propositum, qui est priuatus prandio propter aliquam causam, iam amplius illo priuari non potest, & sic est incapax illius pœnæ in specie, ergò debet fieri commutatio in aliam pœnam, scilicet quòd puniatur in æstimatione prandij, & ille est text. expressus pro illa conclusione, nam ibi ille, qui erat priuandus fama, iam erat priuatus, quia erat infamis, & tum punitur alia pœna, sic in casu nostro, ille qui erat priuandus prandio, iam erat priuatus ex alia causa, ergò debet alia pœna puniri, & per illum tex. notat ibi Bald. quòd vbi non potest imponi pœna statuta à iure, eo quòd delinquens non est capax illius pœnæ, quòd Iudex debet in aliam pœnam commutare, & ex hoc infert duo in specie, vt ibi pereum, & vide Bar. in l. hos accusare. §. omnibus, vel quæst. ff. de accus. vbi dicit, hoc esse perpetuò menti tenendum.

Secundò facit tex. in d. l. hos accusare. §. omnibus, ibi. sed durior, vbi est casus mirabilis, secundum Bart. quòd quando pœna, quæ imponitur à lege, non cadit in seruum, delinquentem, tunc officio iudicis alterabitur, & commutabitur pœna, ergò sic in nostro casu, & ibi etiam est tex. expressus pro ista conclusione.

Tertiò pro hoc allego text. in l. si quis iniuria. ff. de iniur. vbi tex. dicit, quòd si quis iniuriam atrocem fecerit, qui contemnere iniuriam iudicium ob infamiam suam, & egestatem potest, & sic est incapax pœnæ, quia est ià priuatus illa pœna legali, quòd prætor debet acriter exequi hanc rem, coercere etiam acriter iniuriam facientem, & sic punitur alia pœna, ergò sic in proposito nostro.

Quartò pro hoc, & à fortiori facit vulgata decisio Bald. & aliorum in authen. sed nouo iure. C. de seru. fugiti. vbi tenent, quòd si alicui debet manus amputari propter aliquod delictum, & ille non habet manum, quòd tunc punitur in alio membro, ergò in proposito debet collegialis priuari prandio, tamen si illud nō habet, quia iam est priuatus, debet puniri alia pœna simili, id est, æstimatione prandij, imò à fortiori, nam si vna pœna corporalis cõmutatur in aliam, quòd est grauius, ergò à fortiori vna pœna pecuniaria in aliam, quòd est minus, vt in nostro casu.

Quintò & etiam à fortiori pro hoc adduco vulgatam regulã, quæ habet, Quòd qui non

habet in bonis, luit in corpore. l. si quis id q. §. 1. ff. de iur. om. iud. l. si. ff. de in ius vocan. l. quicunq; ff. de ser. fug. cum simil. & plenè in l. 1. §. si. ff. de pœn. si ergò ille cui certa pœna pecuniaria imponitur, debet corporaliter puniri, si est incapax primæ fortè propter egestatē, & sic fit cõmutatio & transgressio de pecuniaria ad corporalē, ergò à fortiori in nostro casu, si est incapax pœnæ pecuniariæ, debet puniri alia pecuniaria pœna, cum grauior sit quælibet pœna corporalis quacunque pœna pecuniaria. l. cum seruorum, in fin. ff. de pœn. & hoc necessariò à fortiori concluditur.

Sextò pro ista parte pondero tex. in clem. 1. de deci. circa si. vbi tex. in effectu dicit, quòd religiosi, qui decimas ecclesiæ debitas sibi appropriant, vel applicant, suspenduntur ab administrationibus & beneficijs suis, ponamus tamen, quòd non habent huiusmodi administrat. seu beneficia, qualiter puniuntur, dicit tex. & hoc est, quòd pondero, quòd eo casu ipsi sententiam excommunicationis incurrunt, ibi ergò est text. quòd quando aliquis est incapax pœnæ à lege statutæ, debet illa pœna in aliam commutari, vt voluntati & dispositioni legis satisfiat, sed sic est in casu nostro, quòd priuatus prandio est incapax illius pœnæ, ergò debet alia puniri, &c.

Septimò pondero tex. in clem. 2. de vita & honest. cler. 1. 2. respon. nam dicitur, quòd clerici vtentes vestibis prohibitis, de quibus ibi, suspenduntur eo ipso à perceptione fructuum beneficiorum, per sex menses, ponamus tamen, q. non sunt beneficiati, & sic sunt incapaces illius pœnæ, tunc dicit text. q. redduntur inhabiles ad dicta beneficia obtinenda per idem tempus sex mensium, & sic incapacitas pœnæ operatur, vt fiat commutatio in aliam pœnam, sed sic est in proposito nostro, vt suprã dictum est, ergò, &c. & hoc optimè stringit.

Octauò sic probo, certum est, quòd videtur argumen. valere de lege ad testatorem, & eòtra in authen. de nupt. §. disponat. colu. 4. cum simil. modò sic, si testator iubet aliquid fieri, quòd fieri non potest propter aliquam causam, debet fieri conuersio & commutatio in aliud, vt voluntati defuncti satisfiat eo modo quo potest, & ne eius dispositio sit frustratoria. l. legatum. ff. de vsufru. lega. l. legatam. ff. de admi. re. ad ciui. perti. clem. quia contingit, de religio. domi. ergò idem debet esse in dispositione legis, sed sic est, quòd lex seu constitutio nostra iubet non venientem puniri prandio illius diei, illud autem fieri non potest, quia iam priuatus est, ergò debet fieri commutatio pœnæ, vt satisfiat constitutioni nostræ, & ne sit frustratoria, & hoc argum. dedi ex verbis Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior, ad si. de his qui nota. infam.

Nonò optimè facit l. in testamen. la prime-
ra, in si. ff. de cond. & dem. ad quã pone casum.

Deci-

Decimò sic probo, supposito delicto, necessariò debet sequi pœna ex legis dispositione. Ieum qui nocentem, in princip. ff. de iniur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. quia delicta non debent remanere impunita, vt ibi. sed sic est, quòd collegialis non veniens, hora consueta deliquit, vt est notù, ergò debet püniri, sed in prandio non potest puniri, quia iam est priuatus, ergò debet fieri commutatio in aliam pœnam, ne aliàs remaneat delictum impunitum.

Vndecimò certum est, quòd crescente delicto vel contumacia, crescere debet & pœna. l. relegati. ff. de pœnis, cum simil. bonus tex. in c. quoniam frequenter, in fin. vt lit. non contest. vbi tex. dicit, quòd iudex à principio vnica pœna debet esse contentus ad alteram nihilòminus processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis, &c. facit tex. elegans in l. 3. in fin. C. de episcop. audi. ibi dum dicit, nec in eos liberalitatis augustæ referatur humanitas, qui impunitatem veteris admisi non emendationi potius, quàm consuetudini deputarunt, &c. item facit, quòd diurnitas in peccato non minuit peccatum, sed auget, leg. si diutino. ff. de pœnis, facit c. non satis, cum sequen. de Simo. &c. cum tanto, de consue. & in cap. cum haberet de eo, qui duxit in mari. & in c. non debet, in fi. de cõsangu. & affini. modò sic pro primo delicto fuit punitus, cum ergo secundo deliquit, creuit contumacia seu delictum, si ergo pro illo non esset püniendus crescente delicto non cresceret pœna, quod est contra omnia prædicta, ergò debet alia puniri, & hoc necessariò stringit.

Duodecimò hoc probo, pluralitas delictorum requirit pluralitatem pœnarum. l. quicumque, de ser. fug. l. Agraria. ff. de termi. mo. Varia enim delicta varijs pœnis punienda sunt. cap. non afficiamus. 24. q. 1. sed collegialis pluries deliquit, & pro primo delicto fuit à mensa priuatus, ergò pro sequenti, quia non venit hora consueta, debet alia pœna puniri, quia plura delicta, vt modò dixi, &c.

Tertiodecimò facit, quod dicit Paul. de Cast. in l. decuriones. C. ex quib. cau. infra. irro. vbi post gloss. & Bal. dicit, quod potest esse crimen, & tamè sit impunibile, nam sic tale crimen, pro quo veniret imponenda pœna, fustiù decurio illud committit, diceretur committere crimen, & in pœnam fustiù incideret mero iure, & tamen illa non poterit sibi imponi, vt ibi notatur, vnum tamen est, & hoc pœnero, quòd posset pœna commutari, sic fit commutatio in simili, in leg. legatum. ff. de vsufr. lega. sic in proposito cum pœna prandij collegiali iam priuato non possit imponi, debet commutari in aliam, ne delictum sit impunitum.

Quartodecimò, vbi cunq; non potest colligi vel assignari, nisi vnica ratio, illa habetur p

expressa, vt est glo. singula. in l. quamuis. C. de fideic. & ibi Doct. & per Bal. in l. maximum vitium. Cod. de lib. pret. etiam si esset materia correctoria, vt per Doct. in authen. quas actiones. de sacrosanct. eccle. modò sic, quando lex vel statutum imponit pœnam collegiali, non venienti, non potest colligi, nisi vnica ratio, scilicet ne delictum remaneat impunitum, vt est notum, ergò illa ratio habetur pro expressa, si sic, ergò debet alia pœna puniri, cū non sit capax primæ expressæ in constitutione, & hoc ne delictum sit impunitum.

Quintodecimo, inducta ad pœnam non debent immunitatem concedere. l. sine hæreditaria. ff. de nego. gest. cum simil. si ergò non habet prandium, & idè non debet puniri, consequitur immunitatem à suo delicto, & sic constitutio inducta ad pœnam concederet immunitatem contra dictam regulam, quod non est ferendum, &c.

Sextodecimò hoc suadet intentio constitutionis nostræ est non venientem punire, vt patet, sed si veniens finito prandio non puniretur, propterea quia iam aliàs erat priuatus, esset contra constitutiones, ergò debet puniri. cap. marchio. 1. q. 1. c. seduld. 38. distin. cap. intelligentia, de verbo. signi. l. non dubium. ff. de legib. cum simi.

Decimoseptimò hoc probo, certum est, quòd quando plures actiones nascuntur ex diuersis delictis, nunquam alia aliam consumit etiam perceptione, imò omnibus debet puniri in effectu. leg. nunquam plura. ff. de priu. delict. Inst. si quadru. pau. fe. dica. §. fin. cū ibi plenè notatis, & notatur plenè in l. idem ait. in fin. ff. nautz. caup. stab. & in l. nunquam actiones. ff. de regu. iur. 10. char. modò ad propositum collegialis commisit plura delicta, ex quibus nascuntur plures actiones, licet ergò sit punitus pro primo delicto priuatione prandij, tamen debet nihilòminus puniri pro pœna, quòd non venit hora consueta, & sic pro secundo delicto, quia istæ actiones pœnales de diuersa re concurrentes nunquam alia aliam consumit etiam perceptione, vt dictis iuribus, & hoc caret responso, si autem essent plures actiones pœnales de eadem re concurrentes, id est, de eodem delicto, tunc quauis alia aliam non consumet, concursu consumit tamen perceptione, vt notatur in dictis locis, & hoc sufficit pro ista conclusione.

Decimooctauo hoc probatur per id, quod notat glo. & Bar. in leg. vulgaris, in prin. ff. de fur. & glo. & Doct. in l. mariti. §. sex mensiù, de adulte. & in leg. si diutino, de pœnis, vbi concludunt in quæstione, qua quæritur, an pro pluribus delictis sufficiat vnica pœna, quòd aut pœna est reiterabilis, & tunc plures pœnæ debent imponi, aut non est reiterabilis, vt in pœna adulterij, pro quo imponitur pœna mortis, & tunc vnica tantum pœna debet imponi, modò ad propositum

in casu nostro sunt plura delicta, ite pœna est reiterabilis, quia prandium taxatur sex marapetinis, & cœna quatuor. Cùm ergò sint plura delicta, & pœna reiterabilis, ergò pro quolibet debet puniri, & hoc etiam caret responso.

Decimononò hoc pbatur, quia si nò puniretur veniens sumpto prandio, propterea quòd aliàs esset iam priuatus, constitutio nostra esset quodammodò elusoria, quia sciens se non posse priuari, nunquam veniret horis consuetis, vt experientia nos docet, ergò ne hoc sequatur, debet non veniens puniri, & hoc probatur etiam à fortiori, quia etiam in materia correctoria, vbi non habet locum extensio, etiam ex maioritate rationis, iuxta notata in authen. quas actiones, de sacrosanct. eccle. nihilòminus habet locum extensio, quando aliàs constitutio vel lex esset elusoria, vt probatur ex gloss. in clemen. prim. in ver. sepelitur, in fine de sepultu. & bona gloss. in cap. quanquam. gloss. vlt. de vsur. lib. 6. & hoc ponit Ioan. de Ana. in rub. de apost. & Moder. in d. authen. quas actiones. si ergò habet locum in materia correctoria, ergò à fortiori in casu nostro, vbi non tractamus de correctione alicuius legis vel statuti, sed solùm de pœna imponenda, præsertim quia hic non agitur de extensione legis, vel constitutionis nostræ, sed solùm de interpretatione vel declaratione.

Vigesimò sic non debet dari via vel occasio delinquendi vel malignandi. l. 3. §. 1. ff. de iur. iur. ff. de transact. l. cum hi. §. si cum his. C. vn. de vi. leg. meminerint. C. de indi. vidui. toll. l. 2. in fin. & quia hominum malicijs non est indulgendum. leg. in fundo. ff. de rei vend. Si ergò priuatus sciret, se non posse iterum priuari, non veniens horis consuetis non conueniret cum alijs, vt quotidie videmus, & sic daretur sibi occasio delinquendi & non parendi constitutioni, quod esset contra prædicta, ergo, &c. & per hoc puto istam conclusionem verissimam de iure.

Vltimò pro ista parte pondero tex. in eadè constitutione in alia parte, vbi dicitur, prandio autem finito vicissim arguant, &c. omnibus præsentibus, nec quispiam eorum etiam ab huiusmodi mensa priuatorum à constitutione discedat, &c. pondera ergo, quòd ibi imponitur onus collegialibus, vt præfens tempore conclusionis, & tamen ab hoc onere non excusat. datur etiam priuatus à mensa, modò ad propositum necessitas veniendi horis statutis imponitur omnibus collegialibus, vt dicit constitutio, ergo ab hac necessitate non debet esse immunis priuatus à mensa, per dictum tex. si ergo non venit, puniendus est, vt sæpè est dictum.

Vigesimosecundò non debet esse melioris conditionis delinquens quàm ignoscens. l. non solù. ff. de nox. si ergò collegialis, qui aliàs nò est priuatus, & sic non deliquit, punitur priua-

tione prandij non veniens horis statutis, ergo à fortiori iam priuatus, qui deliquerit, debet illa pœna puniri.

Vigesimotertiò optimè facit l. qui seruum, de interro. actio. 2. responso, iuncta responso-
ne ibi, nec debet impunitum, facit etiam l. 3. tit. 1. lib. 5. ord. vbi noua pœna priorem consumit, quam iudices etiam supremi commutare non possent, vt differuimus supra §. 6. num. 4. de succ. crea.

L. 3. tit. 1. lib. 5. ord.

Restat ad contraria respondendum, Ad primum ergo respondeo fatendo, quòd priuatio præsupponit habitum, & quòd collegialis non potest priuari prandio, quo iam est priuatus, tamen ego teneo, quòd possit puniri alia pœna simili, id est, in æstimatione prandij, & sic nullo modo obstat. Præterea quamuis constitutio dicat præfenti prandio, &c. tamen statim subdit, prandium verò taxetur sex marapetinis, &c. & sic datur sibi prandium, punitur autem in sex marapetinis, &c. & sic verba sequentia declarant præcedentia, quæ si dicat, priuetur prandio, id est, æstimatione prandij, quæ æstimatio non excedat sex marapetinis, &c. & sic in effectum est pœna pecuniaria. Constat autem, quòd punitus pœna pecuniaria pro vno delicto, poterit pro alio delicto alia pœna pecuniaria puniri, vt patet per prædicta, & quia pluralitas delictorum requirit pluralitatem pœnarum. cap. non afferamus. 24. q. 1. & quia crescente contumacia, &c. ergo in proposito collegialis à mensa priuatus pro vno delicto, poterit iterum priuari æstimatione eiusdem prandij, eo quòd non venit hora statuta, & sic constitutio nostra nullo modo obstat.

Ad secundum dicitur, constitutio est pœnalis, fateor, ergo odiosa, & restringenda, istud negatur, nam non sequitur, constitutio est pœnalis, ergo debet restringi tanquam odiosa, imò habeo regulam, quòd constitutio pœnalis dicitur fauorabilis, & extendenda, quando egimus de delictis puniendis, ista regulam notabiliter ponit Barto. in leg. 2. §. exercitum. ff. de his qui nota. infam. Bal. in l. non sine. C. de bonis, quæ libe. Paul. de Castr. in leg. bona fides. ff. de positi. Bart. in leg. quem admo. circa medium. C. de agri. & censu. lib. 11. cùm ergo in nostro casu sit huiusmodi, ergo cessat argumentum in præfenti, quia nos non querimus de pœna extendenda, sed de pœna imponenda de nouo propter nouum delictum, & dum subiicitur in argument. contrario quòd debet interpretari, vt minus lædat, quàm potest, & sic quòd sufficiat, pœna non obstat, quia in nostro casu delictum est certum, item pœna cõstitutionis est certa, vt supra dixi, ergo cessat interpretatio & coniectura. l. continuus. §. cùm ita. de verb. obl.

Ad tertiu dū dicitur, quòd in constitutione non cauetur de alia pœna imponenda, quàm de priuatione prædij, ergo, &c. quia cõtentis-

se debemus pœnis legalibus, dico, quòd non obstat, nam fateor quòd non debet alia pœna imponi quàm etiam de qua cauetur in lege, tamen debet intelligi quando illa potest imponi, aliàs imponitur alia similis, quando delinquens est incapax primæ, & ne delictum remaneat impunitum per ea quæ suprà latè dixi, & eadem est responsio ad id quod subijcitur, quòd contenti esse debemus pœnis legalibus, fateor, scilicet quando illæ possunt imponi, aliàs fiat commutatio, vel secundo dico, quòd pœna legalis est illa, scilicet in quam fit commutatio, cum iura dicant, quòd quando delinquens est incapax pœnæ statutz, debet alia plecti vel puniri, & sic non obstat.

Quartum non obstat, quòd non debet quis duplici pœna, &c. fateor, sed quando prima sufficit, aliàs secus, vt in nostro casu, & notatur in c. at si clerici. §. fin. de iudi. vel secundo illud contrarium non facit ad propositum, qui loquitur respectu eiusdem delicti, sed quando sunt plura delicta, tunc requiruntur plures pœnæ, vt in nostro casu, quia pluralitas delictorum, vt dixi, &c. & ita intelligitur regula, quæ dicit, quòd non debet sapius de eiusdem hominis admissio quæri, &c. pondero illud verbu admissio in singulari, si autem essent plura admissa, id est, delicta, vt in nostro casu, &c. secus.

Quintum non obstat, quia nego quòd pœna constitutionis sit pœna in specie, immò dico quòd est in quantitate, vt suprà probaui, & sic potest duplicari, & per consequens contrariu nõ obstat. Præterea posito q. esset in specie, & sic non posset duplicari, tamè dico quòd debet puniri alia pœna pecuniaria pro secundo delicto, quia secundo delinquens erat incapax primæ pœnæ, & hoc per ea quæ suprà dixi, & sic non obstat.

Sextum non obstat, dum dicitur quòd vbi agitur de pœna, debet liquidissimè constare, &c. quia fateor, tamen dico quòd in casu nostro constat liquidissimè, constitutio enim dicit, prandio priuetur, &c. ergo liquidè constat, quòd constitutio voluit illud delictum puniri, ergo debet puniri eo modo quo potest, sed prandio non potest priuari, quia iam est eo priuatus, ergo punitur in æstimatione, & sic non obstat, præterea adhuc dico quòd potest puniri eo modo quòd constitutio disponit, quia statim constitutio taxat prandium, & sic non venientem vult puniri in æstimatione prandij, quæ æstimatio semper durat, ergo punitur secundum verba & mentem constitutionis, & sic non obstat. Præterea præsumptio legis est liquidissima probatio, vt notatur in l. si tutor. C. de peri. tuto. cum sim. sed concessio quòd iste esset incapax primæ pœnæ, adhuc leges expressè dicunt quòd debet fieri commutatio in aliam, vt suprà probaui, ergo liquidissimè constat, quia si præsumptio legis est liquidissima probatio, ergo à fortiori disposi-

tio legis expressa, quòd nota, quia de huiusmodi pœnarum geminatione frequenter solet controuerti.

Et ista faciunt ad illam nobilem quæstionem, dum Doct. aiunt, videndum esse, An si aliquis commisit aliquod delictum, propter quod deberet decapitari vel suspendi, si postea iste efficiatur furiosus, debeat decapitari vel suspendi. Bald. notabiliter mouet hanc quæstionem, in l. furiosum. C. qui testam. fac. poss. vbi determinat, non posse puniri in persona, sed bene in bonis, vt in l. diuus. ff. de offici. præsid. Idem tenet idem Bald. in l. i. C. de confess. & in l. humanitatis. num. 46. C. de impu. & alijs. Idem Bald. & idem Aluarotus, in cap. 1. in fin. principij. an ille qui interfecit fratrem domini sui in vñibus feudorum. Ioan. de Imo. in l. ex factio. ff. de vulg. & pupil. numero 22. Idem Imol. sequitur illud dictum Bald. in ca. Raynutius. num. 143. de testam. allegat ad hoc tex. in l. diuus, in §. si verò. ff. de offici. præsi. eandem opin. Bald. tenet Alexan. in d. l. furiosum. C. qui testam. face. poss. & est communis opinio, vt per Ludou. Roma. in d. l. furiosum, & pereundem in l. penu. ff. si ex noxali cau. agatur. licet ipse vtrouque contrarium teneat, quod & tenet contra cõmunem opinionem Bar. in c. in liberis. col. pen. de rescriptis. Iason in l. si seruum. nume. 7. ff. si ex noxali cau. agatur. Ioannes Igneus in l. 3. §. ignoscatur. nume. 79. ff. ad Syllan. sed tamen opinio Bald. communis est, & hanc opinio. Bald. sequutus fuit Ias. in d. l. furiosum. num. 7. Idem in l. ex factio. num. 30. ff. de vulg. & pupil. & ibi Franc. à Ripa num. 73. Guilielmus Bened. in repet. c. Raynutius. in verbo, si absque liberis moreretur, de testam. in tractatu de exemplari substitutione. numero 23. Decius, & ibi Hieron. Cagnolus numero primo. in le. in negotijs. ff. de reg. iuris. & hanc opi. firmat esse communem Ludou. Comesius in §. item si quis in fraudem. numero 6. Institutio. de actio. eandem etiam dicit communem esse Hippolytus de Marsilijs, in leg. 1. numero 58. ff. ad legem Cornel. de fca. hanc opinion. dicit item communem, licet cõtra eam teneat Ias. in l. si seruum. numero 7. ff. si ex noxa. causa agatur. eandem opinio. Bald. sequitur Angel. Aret. in tract. malefic. in verbo, scienter & dolosè. numero 7. Marcus Anto. Baueria. in §. item furiosi. numero 13. & 14. Institut. qui testam. facere poss. Sed contra istam communem opinionem facit, nam si quando pœna à lege imposta exequi non potest propter incapacitatem delinquentis, adhuc fit commutatio pœnæ, ne ille impunitus abeat, vt disseruimus, quanto magis in specie nostra, vbi executio in corpore furiosi fieri posset, sed tenenda est communis opinio, quia furiosus mortuo a similitur. leg. si quis alicui, iuncta sua Gloss. verbo, acquisitam. ff. de acquiren. hæred. sed in mortui cadauere non fit pro delicto condemnationis

31
Furor superueniens post delictum an excuset à pœna, ardua q.

executio, vt per totum. ff. de cada. puni. ergo, &c. si aliquis existens in ebrietate committat homicidium, non debet puniri homicidij pœna, probat text. in c. sanè. cum duobus sequentibus. 15. q. 1. Glo. in c. inebriauerunt Loth. ead. causa, & q. & in l. 1. iuncta Gloss. in verbo, temulentia. C. si quis Imper. maledixerit de iure regio probatur in l. 5. tit. 8. & part. 7. & hanc opi. tenet Bar. in l. aut facta. ff. de pœnis, quem sequitur Hippolytus de Marf. in l. 1. nu. 63. ff. de ficarijs. Cardin. Alex. in ca. denique. 4. distinc. Franç. de Ripa in l. fin. nu. 79. C. de reuoc. don. Ioan. de Anan. in c. de infantibus. nu. 2. de his quis filios occide. Roma. in l. 1. in princ. nu. 9. ff. de verb. oblig. & hanc opin. approbant Doc. Theologi, prout refert Ioan. Gerson. in regula moralibus. lib. 1. col. 3. Sanctus Thomas 2. 2. q. 150. articu. vltim. Bald. in rep. l. 1. colum. 2. C. vnde vi. Angelus in l. si non conuitij. C. de iniurijs. Abbas Pan. in cap. sicut, de testib. Angel. Aret. in tract. maleficiorum. in Glo. scienter & dolosè. Bal. in l. data opera. col. 13. C. qui accus. non poss. per Ang. Aret. vbi suprâ. verb. incendiario. Gregorius Lupus in d. l. 5. verb. se embriagasse, & hæc est communis opinio, quod non debeat puniri homicidij pœna, sed aliamitiorè, quod iure can. probatur in d. c. sanè, & iure ciuili, in leg. omne delictum. §. per uinum. ff. de re mili. & iure regio, in d. l. 5.

Contrariam tamen opin. tenet idem Bart. sibi contrarius, in l. respiciendum, in §. delinquant. num. 3. ff. de pœnis, per tex. in l. omne delictum, in §. qui se vulnerauerit. ff. de re milita. & ista opin. Bart. sequitur Florianus in l. sed & si quacunque, in §. sed si infans. ff. ad l. Aquil. vbi dicit Florianus, quod iste talis punitur, tamen mitius, quàm si non fuisset ebrius. Quam opin. sequitur etiam Gulielmus Mayn. in l. in totum. num. 68. & in leg. ferè in omnibus. num. 3. ff. de reg. iur. Salicet. in l. diuus Traianus. C. de ficarijs. Abb. in c. 1. col. 2. de maledi. Bald. in l. 1. nu. 45. C. vnde vi. & Diuus Thomas, vbi suprâ, refert quendam Pitagoricorum seuerius statuisse contra delinquentes per ebrietatem quàm si in sana mente deliquissent.

Tertia fuit opin. existimantium, vt si sciebat se solitum manus ad arma impellere, hominesq; percutere cum inebriaretur, ebriusque data opera factus fuit, tunc ordinaria pœna puniatur, non secus, quàm si sanus mente id fecisset. aliàs secus, ita tenent Marianus Sotzin. in repet. c. ad audientiam. num. 15. de homi. Aret. vbi suprâ. verbo, scienter & dolosè. num. 17. Ludo. Montalius de reprob. sententia Pilati, dubio 1. num. 4. Petrus Due. regula 257. sed loquuntur contra d. l. 5. & iura suprâ adducta. & errant, quia licet dolosè quis sese ebrium faceret, non tamen capienda est tam sinistra suspicio & coniectura, vt dolus istius ad homicidium vsque sese porrigeret, qua de re alibi latius.

In summa † homicida regulariter capitale punitur. l. 1. ff. ad leg. Corne. de sicar. l. 2. & 3. titu. 8. par. 7. & l. 4. titu. de los homicidios, lib. 6. ordin. ampliatur nouem modis, & limitatur alijs 25. modis, vt per Hippol. in d. l. 1. de sicar. colum. 1. cum 12. sequen. plenius per Iac. Boullen. in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn. remissiuè per Bern. Diaz regula 321. sed inter reliquas limitat. ea nõ est prætermittenda, quod si homicidium culpa tantum, non etiam dolo commissum fuit, cessat pœna capitalis, secundum veram & communem opinio. quam tenent And. in l. 1. ff. de legib. & ibi Ias. nume. 19. Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. qui no. infam. Bal. in l. qui data opera. C. qui accusare non possunt, & alij quàm plures relati per Ias. vbi suprâ. Sed quid si cum animus esset occidere Titium, errore alium occidi, puta Seium, an sim capitaliter puniendus, non secus quàm Titium, quem volebam, interfecissem, & Barthol. sentit quod sic, quia omnino dabam operam rei illicitæ, ita Bartol. in l. respiciendum. §. delinquant. ad fin. ff. de pœn. sed contrarium tenet Ang. ibi, & idem Ang. in l. si cum seruo, per illum tex. ff. de iniu. Florian. in l. scientia. §. sed & si defendendi. ff. ad legem Aquil. Iaso. in l. 1. ff. de legib. num. 18. & hæc pars mitior videtur, argum. l. interpretatione, & l. sanctio legum. ff. de pœn. c. in pœn. de reg. iur. libr. 6. sed tamen ego puto quod capitale puniatur, nam homicidium fecit re & animo, nam quod fecit re ponimus pro constanti, quod fecerit animo probatur, nam iste habuit animum homicidium faciendi, & licet noluerit me occidere, sed te tamen nihilominus occidere voluit, idque fecit, nec est curandum, me antè occidere voluit, nam lex homicidium in quacunque persona factum punit, vnde cum & re & consilio sit factum homicidium, licet extrinsecus sit erratum, id non impedit pœnam homicidij, quæ vt locum habeat, duo tantum, quæ hic, vt dixi, interuenerunt, requiruntur, scilicet factum & consilium, sicut in simili probatur in l. 1. §. si legatarius. ff. ad leg. Falc. & per totum ff. de cond. inde. prout no. Gl. in l. nunquam. ff. de acqui. rerum do. & Bartol. & omnes post Glo. ibi in l. si per errorem. ff. de iur. omn. iud. & in specie est tex. quem Bart. all. in d. l. respiciendum est, s. text. in l. eum qui nocentem. §. pen. & fin. ff. de iniu. vbi est expressum.

Et tenendo opi. Bart. contra communem, non obst. d. l. cum seruo, nam ibi constat iniuriam factam consilio non esse, sed nec etiam re, quia vbi deest animus iniuriandi, ibi iniuria esse non potest, vt in fin. prin. Inst. si quadr. pauper. at in nostro casu homicida habuit saltem in genere animum iniuriandi, id est, occidendi, & idem in d. §. pen. & fin. vnde errat Ias. quatenus ait hic dolum non esse.

Nec obst. dict. l. cum autem. §. excipitur, de ædil. edi. nam ibi similiter dolus nec in genere affuit, nec in specie, vides ergo quod opin. Bart.

32
Homicida qui cum nonum occidere vellet alium errore interfecit, an capitaliter puniatur, ar. quæst.

Bart. & lege probatur & ratione, pro qua optime facit l. si quis seruo alieno. C. de fur. & §. sed & si credat. Insti. eo. vbi quando delictum est perpetratum animo, & facto meo, licet ex voto non successerit, punior, ac si etiam re, & ex voto delictum perfectum esset, ergo quanto magis in nostro casu, vbi non modò haberi animum delinquendi, animumq; ad factum deduxi, sed etiam delictum re fuit perpetratum, licet non ex animo & voto meo, sed aliter quàm ego volebam, & si in dd. ll. vt in si. earum patet, punitur ille propter exemplum, quanto magis in nostro casu, quando delictum est grauius. Adde etiam pro me, quia aliquando fit iniuria solo animo, vt cum pater per filium iniuriam patitur, iuxta §. patitur. Institu. de iniur. aliquando fit iniuria solo facto, veluti, si cum Titium occidere vellem, te occidi, iuxta d. §. pen. & si. aliquando fit iniuria & animo, & facto, veluti si cum te occidere vellem, id effici, primo casu cessat pœna & delictum, secundo verò & tertio casu, nec cessat delictum, nec pœna, hæc omnia probantur in d. §. pen. & fin. si rectè inspiciantur. Præterea fat est quòd vel in genere delinquendi animum iste habuerit. l. qui iure militari, de testam. mil. iuncta l. 2. de libe. & posth. & §. nominatim. Inst. eod. tit.

SUMMARIUM.

- 1 Mater ex mala tutela administratione an possit incarcerari, cum omni legum auxilio renunciat, ardua q.
- 2 Mulier capi non potest pro debito ciuili, cum communi opinione.
- 3 Parentibus maior pietas debetur quàm reliquis.
- 4 Parentum vtrique par pietas debetur, licet eis in liberos non sit par potestas.
- 5 Mulieri parcendum est aduersus dolum sumptum.
- 6 Ratio expressa in lege pro lege habetur.
- 7 Nobilis non capitur pro debito ciuili.
- 8 Mater ratione tutela malè administrata non capitur, etiam si per pactum renunciaffet omni legum auxilio.

CAP. XCVII.

1 Mater ex mala administratione, an possit in carcerari, cum omni legum auxilio renunciat, ardua q.

MULIER quæ in assumptione tutelæ renunciauit Velleyano, & omni legum auxilio, potest ex mala administratione in carcerem trudi, ita Bart. numer. 13. in auth. matri. C. quando mulier officio tutelæ fungi possit. Idem Bart. in l. si quis sub conditione. nume. 17. ff. de testam. tute. Salic. in d. auth. matri. & auix. num. 14. Roma. Alexan. & Iaso. nu. 34. in d. l. plerique. ff. de in ius vocan. Idem Rom. in l. si verò, in §. de viro, & in l. alia. §. eleganter. num. 11. ff. de solu. matri. Philip. Dec. in l. sceminæ. num. 74. ff. de reg. iur. Alex. in addi-

tionibus ad Bar. in l. nemo carcerem. numero 4. C. de exact. tribu. lib. 10. Matthesilla. in sing. 110. Bald. in tract. de carceribus. ca. 1. nu. 3. Bartholo. Soc. in reg. 259. in 7. fallentia. & in reg. 229. in 2. fallen. & in consil. 180. nume. 2. vol. 2. Guil. Mayne. in l. quo tutela. nu. 138. ff. de reg. iur. Marianus Sozin. in tract. de citationibus. artic. 5. num. 39. versic. 16. fallit Nicola. Boerius in decisione 349. nu. 11. Ias. in d. l. ad egregias. num. 9. ff. de iure iur. & in l. si ego. la. 2. num. 4. ff. si cer. per. Hippoly. in singul. 248. Gomefius in d. c. mulieres. nu. 13. de iudi. lib. 6. Cifuentes in l. 62. Tauri. & ibi Pala. Rubius num. 3. & Castillo in prin. Bald. Nouellus in tract. de doct. in 7. par. princip. priuilegio quinto. Nicolaus Boerius in repe. l. consentaneum. nu. 41. C. quo. & quand. iudex. Matthesillanus in singul. 119.

Contrarium tenet Sozin. in d. l. plerique. Barbatus in d. c. lator, & alij quos ipsi referunt, præsertim Barb. in d. c. lator, de pignoribus, pro quibus contra communem sententiam facit, † quia scemina pro debito ciuili non potest incarcerari in domo, nec extra domum, l. 1. C. de officio diuerforum iudicum, & in authen. ibi posita, & in authen. hodie nouo iure. C. de custodia reorum. Gloss. in l. consentaneum. in verbo, ad cogendum. & ibi Barth. Doc. C. quomodo, & quando iudex. & in l. ad egregias. in Glo. 1. ff. de iure iuran. hanc opin. tenet Ias. in l. cum dubitatur. num. 33. C. de iure emphyteu. & in l. plerique. nu. 34. ff. de in ius vocan. & in l. si ego. nume. 34. ff. si cer. per. & in l. ad egregias. num. 9. ff. de iure iuran. Cifuentes & Doct. in d. l. 69. Tauri. Philip. Decius in reg. sceminæ. nu. 72. ff. de reg. iur. Barba. in ca. lator. nume. 1. de pignoribus. Dominicus Francus, Ludo. Gomef. & ceteri Doct. in ca. mulieres, de iud. libr. 6. Bald. in tract. de carceribus. cap. 1. nu. 3. Ioan. Bapti. de S. Seuerino, in tract. de debitor. suspect. & fugiti. q. 5. nume. 22. Maria nu. Sozi. in tract. de citationibus. art. 5. nume. 39. versic. 16. fallit Nico. Boerius, in decis. 349. num. 11. Hippoly. de Marsilijs, in pract. criminali. §. attingam. num. 64. & in sing. 248. Soz. in reg. 259. Hæc autè regula nullo iure reperitur limitata in casu quo de agimus, ergo erubescimus cum sine lege loquimur. leg. illum. C. de colla. præsertim cum regulis iuris tenaciter sit ad hærendum, vt plenè tradunt Decius, Cagnolus & Maynerius post Barth. ibi. in l. 1. ff. de reg. iur. Quinimò communis opinio non solum nulla nititur lege, sed etiam caret omni bona ratione, nam si mulier non potest capi pro debito pecuniario extraneis debito vel præstando, nec pro debito etiam fiscali, nec etiam pro debito descendente ex maleficio, quando tale maleficio non erat enorme, vt d. l. 1. & authen. sed hodie. C. de officio diuer. iud. & authen. vt nulli iudicum. §. necessarium. authen. sed nouo iure. C. de custodia reor. quanto minus capi poterit pro eode-

2 Mulier capi non potest pro debito ciuili cum communi.

eo debito quod non descendit ex vero maleficio, nec debetur filio, nec etiam priuatis extraneis, † sed tantum coniunctis, hoc est filio vel nepoti, cum quibus longè mitius quam cum extraneis agendum est. l. nam & si parentibus. ff. de inofficio. testam. l. scripto. ff. vnde liberi, præsertim cum liberis qui immanium ferarum moribus non sunt præditi, semper sancta & honesta persona parentum videri debeat, vt in l. liberto. ff. de obse. & faciunt præque leges illius tituli, & C. eod. tit. nec dubium est quin par reuerentia esset debeat respectu parentum foeminarum quam masculorum, vt ff. de in ius vo. l. 4. §. parentem. vna enim est omnibus parentibus seruanda reuerentia. l. parentes, eod. tit. quinimò quo certior est parens, eo maior reuerentia ei debetur, nec dubium est quin mater certior parens cuique nato sit quam pater. l. quia certior. ff. de in ius vo. † matribus enim ac patribus pietas est respectu liberorum, licet non par potestas, vt in l. furiose. ff. de curat. furiosi, & cuius modi cunque mater sit, tamen in iudicio filij de turpitudine parentis vix dici oporteret, secundum Cice. in oratione pro Cluen. quia secundum eum non modò reticere homines parentum iniurias, sed etiam æquo animo ferre oportet, quanto ergo facilius ferre decebit rei censusve parū frugaliter administranti acturam, cum quælibet iniuria personalis longè grauior sit quam totius census amissio. l. in feruorum, cum ibi nota. ff. de pos. ergo cum foemina tutelam aut curam extraneorum habere non possit, sed tantum liberorum. l. 1. 2. & 3. & authen. matri & auiz. C. quando mulier tutelæ officio fungi possit, dicerem quod talis curæ malæ administratæ aut tutelæ ratione possit à liberis suis crudeliter in carceres trudi, non solum omnino falsum, sed etiam iniurium, impium, crudele, ac nefandum cuique honesto viro videri debet. † Præsertim cum mulieribus & minoribus subueniatur aduersus dolum præsumptum, vt si minus frugaliter tutelam, vel curam administrauerit non tam dolo quam culpa, quinimò non tam culpa peculiari sua quam totius sexus mulieris propter ipsarum fragilitatem videbitur defecisse, præterea propter sexus honestatem & reuerentiam matronalem hoc mulieribus priuilegium datū est, d. l. 1. C. de offi. diuersorum iudicum, ibi considerato sexu, ergo id priuilegium renunciatione omitti non potest. l. alia. §. eleganter. ff. sol. matrimo. Quinimò etiā ea si ratio expressa non esset, pro expressa haberi deberet, quando quidem alia reddi non potest, iuxta Glo. com muniter approbatam, vt per Ias. Corn. Alexan. & alios ibi, in l. quamuis. C. de fideicom. † & cum dicta ratio sit expressa in dict. l. 1. habetur perinde ac si lege nominatim comprehensum esset, quia quando ratio legis est generalis, licet decisio sit particularis, tamen ipsa ratio pro lege habetur, nec restringitur per decisionem

particularem, quinimò decisio tunc loco tantum exempli habetur, quod non arctat regulam, vt plenè tradunt Tiraquell. de causa cessante, parte. 1. numero 152. & numero 135. cum plu. præced. & seq. Iason, Decius Curti. iun. & alij in leg. humanitatis, per textum ibi. C. de imp. Iason in leg. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. oblig. numero duodecimo. ad fin. Iason in l. de quibus. num. decimo quarto. ff. de legibus. Iason in leg. quamuis, post Glof. ibi. C. de fideicom. Idem in authen. quas actio. C. de sacros. eccle. numero 22. cum plu. præced. & seq. per leg. his solis. C. de reu. don. quod procedit secundum communes & veras opiniones, etiam in exorbitantibus & penalibus & correctorijs, vt dictis locis, vnde cum in dict. l. sit expressa illa ratio considerati sextus muliebris, ei que debito honestatis & pudicitie pro expressa haberi debet legis decisio etiam quoad hanc rem qua de agimus, quandoquidem eadem ratio ex integro militat, & in hac specie tutelæ vel curæ parum frugaliter administratæ non secus quam in reliquis speciebus, nec ad rem pertinuit quod mulier renunciaisset Velleyano & omni legum auxilio, nam talis renunciatio eò pertinet, vt efficaciter obligata videatur, non autem vt carceribus detineatur. Aliud est enim aliquem obligatum esse. Aliud executionem contra eum fieri, & etiā in executione facienda varij modi esse & possunt, & solent, vnde in specie proposita non negamus mulierem efficaciter obligatam fuisse, attamen cum contra eam sit executio, diuerso modo fit, quam si fieret contra virum aut masculum. nam & similiter nullus negabit † quin nobilis efficaciter ex omni contractu obligetur, & tamen executio contra eum aliter fit, quam fieret contra plebium, nam vinculis non detinetur, vt plenè resoluius de succ. creati. libro tertio. §. 22. numero septuagesimo quarto, cum pluribus seq. Pro nobis text. in §. eleganter. l. alia. ff. soluto matrimo. Pro nobis l. si quando. §. illud. C. de inoffic. testam. dum ait meritis magis filios ad obsequia paterna prouocandos, nam ibi Papinianus Iureconsultus per Iustinianum relatum turpe ac veluti flagitiosum existimauit, vt inter parentes & liberos ad mutua officia prouocandos necessaria esset pactio aut verbalis vlla coactio. At quanto turpius ac flagitiosius eidem Papiniano videretur vinculis ac carceribus id assequi velle. Pro nobis l. quæ iure. ff. de pact. dot. Pro nobis text. in cap. si diligenti, de foro competen. Pro nobis l. veluti. ff. de iusti. & iure. ibi, vt patris & parentibus pareamus, id quod vel ipsum ius naturæ dictauit. Ad idem l. fin. ff. si quis à par. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum act. non detur. l. 1. & 2. ff. de hom. lib. exhi. Ad idem l. liberos. C. de obseq. §. sed maior a speritas. Insti. qui sunt sui vel ali. iur. l. fin. C. de bon. lib. ibi, reuerentia tamen, faciunt ea quæ tradidimus, de suc,

3
Parentibus
magis pij esse
debemus quam
reliquis.

4
Parentū vtri
que par pietas,
licet non
par potestas.

5
Mulieri par-
cendum ad-
uersus dolum
presumptum

6
Ratio expressa
in lege est
pro lege.

7
Nobilis non
capitur pro-
debito auli.

de succ. creatio. §. 22. numer. 74. cum pluribus seqq. † Hactenus cum Velleyano & omni legum auxilio per simplicem renunciationē renunciauit, quid tamen si per pactum conuentum quod efficacius esse solet, vt patet in l. prima, cum ibi notatis per Glos. & Docto. C. de pactis, vbi ius conditionale remitti potest per pactum, quod tamen per simplicem renunciationem missum fuerit, non posset, sed adhuc tenendum est idem, vt mulier etiam per pactum conuentum nequeat renunciare huic beneficio, ne pro debito pecuniario carceribus detineatur, vt cum multis contra magis communem opinionem disseruimus in dict. §. 22. nume. 82. vbi multas affines quæstiones attigimus.

SUMMARIUM.

1 Monachian possint esse executores testamentorum, ardua quæstio.

CAPVT XCVIII.

MONACHI † minores executores testamentorū esse nequeunt, clem. exiui de paradiso. §. proinde, & §. verum, de verbo. signif. at si testator reliquit decē florenos distribuendos inter decem pauperes, & huic distributioni faciendæ præfecit talem monachum, is monachus huius ministerij nõ videbitur incapax, Barto. in tracta. minoricarum. lib. 2. c. 4. & §. num. 5. Idem Bart. in l. cum pater. ff. de le. 2. in §. hæreditate, quem sequuntur ibi Paul. & Ioan. de Imol. Petrus de Anch. in consil. 412. nume. 8. Laf. in l. 1. §. item acquirimus. num. 52. ff. de acq. poss. Alexan. in consil. 57. nu. 8. vol. 2. Couarr. in c. tua. num. 1. de test. & est communis opinio secundum Ripam, in lex facta. §. si quis rogatus. 2. ff. ad Treb. num. 5. hanc dicit communem opinionem Ioannes Gualdensis de arte testa. tit. 7. cautela. 7. nume. 3. Sali. in l. 1. C. de hzr. inst. Abb. consil. 11. factū sic se habet, & consil. 110. in causa, lib. secundo. prout refert Gualden. vbi supra. And. Siculus consil. 12. lib. 1. Lud. Rom. consil. 49. quoad primum, in secundo dubio, prout refert Ripa, vbi supra.

Pro hac opinione facit, quia omnia censentur permissa, quæ non reperiuntur expressim prohibita. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quibus cau. maiores, sed monachi quò ad vltimarum voluntatum executiones non sunt penitus interditi, quia licet actio prout iuris est, & actualis executio, seu administratio prout est facti, eis non possint competere, tamen consilium ad illam rem accommodatum possunt præbere, hæc tria probantur in dict. §. verum, ipsis ergo non competit iurisdictio ad quicquam hac in re imperandum, non actio ad

quicquam hac in re petendum iudici aliter vel extra non administratio vel dispensatio seu distributio, vt manibus suis vel opera sua isthæc fiant, sed consilium præbere possunt, & licet regulariter hæres non teneatur sequi tale consilium. l. cum pater. §. mando. ff. de leg. 2. tamen illud verum cum hæres sponte consilium monachi requisisset, vel vltro à monacho sibi datum esset, non sic quando ex præcepto testatoris hæres iussus esset consilium requirere monachi, & illud sequi, nam licet isto casu actio huic monacho nulla competat ad compellendum hæredem, vti eius sequatur consilium, adhuc tamen is hæres si iuxta præceptum testatoris monachi consilium non petat, petendumque non executus fuerit, non videbitur paruissse voluntati defuncti, sicque incidet in pœnam athen. hoc amplius. C. de fideic. & in corpore, vnde sumitur, meritoq; vt indignus priuabitur defuncti hæreditate, vt ibi, nam in dict. clem. id vnum prospectum fuit, nec circa res humanas monachi morarentur, quæ aliquam moram aut sollicitudinem, curam & impedimentum considerabile secum traherent, cuius interuentum ipsi distraherent à diuinarum rerum contemplatione, non sic si vel nullo modo vel tam leuiter vt in consideratione esse non deberet, distraherent, vel impedimento eis fierent. sicq; consilium monachos hac in re præbere non vetuerunt iura, sed in specie nostra nihil plus facit monachus quàm præbere consilium nominando illos pauperes, licet istud consilium de præcepto testatoris efficacius & fortius sit quàm si præberetur citra iussum testatoris, sed licet maiorem vim ac potestatem iura dederint huic consilio à monacho præstito ex præcepto testatoris, quàm si vltro & citra testantis iussum præstitum esset, non tamen monachus magis moratur aut impeditur à diuinarumque contemplatione abstrahitur in isto consilio præbendo præcepto testatoris, quàm si illud citra eius iussum præbuisset. sicque non est cur magis hoc casu consilium tale præbere impediatur quàm illo.

Contra quam tamen opinionem tenet expressè Baldus in dict. athen. ingressi. numero 20. quia de facili hoc officium trahitur ad quæstum pecuniarum. Quam opinionem Baldus sequitur. Card. in dict. clem. exiui. in §. verum. numero decimo quarto. & ibi Petrus de Anch. numero vigesimotertio. & in consil. 202. numero secundo. Iacobus de Canibus in tract. de executione vltimarum voluntatum in prima particula. numero vigesimotertio. Dominicus de Sancto Geminiano, in capit. 1. col. 2. de testame. in 6. & ibi Franc. Idem sentit Bald. in l. id quod pauperibus. C. de episco. & cler. nu. 9. dum refert se ad id quod dixerat in dict. auth. ingressi. Idem tenet Celsus in add. ad Bal. in d. auth. ingressi, aiunt enim prohibitionem, de qua in d. cle. exiui, esse generalem,

nec

8
Mater ratio-
ne mala ad-
mittit, nõ cas
pnt etiam si
per pactū re-
nunciet omni
legum auxi-
lio.

1
Monachi an
possint esse
executores te-
stamentorū,
ard. q.

nec restringi per rationem particularem, ibi expressam, arg. l. prospexit. ff. qui, & à quibus, ibi, quod per quàm durum est, sed ita lex scripta est, sed sanè ibi erat generale præceptum, necerat expressa ratio specialis per quàm illud generale præceptum restringeretur, quam opinionem tenet etiam Felinus in cap. ex parte. num. 6. de constit. Bart. in consil. 12. colum. 12. vol. 1. num. 3. versi. ex istis infert. Eandem opinionem contra Bart. tenet Francisc. à Ripa, in dict. §. si quis rogatus. numero quinto, ubi dicit quod verior & salubrior est supra dict. opinio Bald. per text. in d. clement. exiui, in §. du bitauerunt. ibi, in ea quomodo oculos habere ad bona videantur, & ibi respondet ad fundamenta Barthol. opinionem tamen Barthol. dicit ibi posse procedere nemine se opponente, quia tunc valet electio secundum Fredericum de Senis, in consil. 293. ad finem, & in istis terminis loquitur Romanus in consilio quattocentesimo nonagesimonono. nume. quinto, & in singula. 242. & in consilio ducentesimo trigesimo quinto, numero quarto, & ultra Doctores, supra dict. opinionem. Bald. contra Barthol. dicit esse puram veritatem Barba. in dicto capitulo, tua nobis. nume. 9. & decimo. & dicit quod cõmunis opinio eam sequitur, & allegat quàm plures Doctores, eandem opinionem Bald. dicit de iure veriore, licet communem dicat opinionem Barthol. Ioan. Gualdenfis in tracta. de arte testandi, titu. 7. caut. 7. numero tertio. hanc Bald. opinionem sequitur, & receptiorem appellat Petrus Due. regula 381.

Denique priorem partem affirmatiuam, ut liceat monacho minori talem electionem pauperum, seu nominationem facere, longè verior puto, nam si testator iuberet, ut talis elemosyna fieret de consilio talis monachi minoris, vel si hæres sponte sua veller eam elemosynam facere, de eius consilio quo magis pium gratumq; Deo faceret, nullus abnegaret quin id liceret. d. §. verum, ibi, verum tamen in his exequendis dari consilium ipsorum statui nõ obstitit, sed isthæc nominatio, qua de agimus, non præbet vllam iurisdictionem tanquam iudici, vel executori ipsi monacho, nec præbet ei vllam actionem tanquam parti, nec imponit ei necessitatem manibus suis attingendi illam pecuniam, aut alterius vllius administrationis, aut sollicitudinis subeundæ, aut actum vllum corporeũ faciendi, vel opus, seu operam, sed simul ac verbotenus declarauerit eos decem pauperes quos digniores, aut dignos illius elemosynæ existimauerit, functus erit officio suo, satisque fecisse videbitur, per quod nihil omnino à diuinarum rerum contemplatione se substraxisse videbitur, sed potius opus pium gratumq; Deo fecisse, & in tali nominatione facienda simillimus esse videbitur consilium danti, cui consilio hæres parere necesse habebit, licet aliàs consilia re-

gulariter non sint obligatoria, ut in d. §. iurando, sed hæres formaliter obtinuisse voluntati testatoris non aliter visuserit (prout debet, arg. l. Mzuius, & l. qui hæredi, in princip. ff. de condi. & dem.) quàm si in ea elemosyna distribuenda sequatur nominationem, & consilium illius monachi, ergo, &c.

SUMMARIUM.

- 1 Testamentum in quo filius familias à patre præteritus fuit, est ipso iure nullum, etiam antequam filius impugnet, ar. q.
- 2 Conditionum alia suspensiuæ sunt, alia resolutiuæ.
- 3 Intellectus legi filio præterito. ff. de iniusto, rupto.

CAPVT XCIX.

FILIVS FAMILIAS † in testamento patris præteritus fuit, an testamentum sit ipso iure simpliciter, & omnino nullum, an verò ita demum si filius illud dicat nullum, adeo controuersum est, ut hunc articulum esse de summis apicibus iuris Ias. exclamauerit in l. fin. num. 23. cum seq. C. de bono. poss. contratab. qua in re, ut ita demum sit nullum, si filius id voluerit, & non aliter tenuit Gloss. in l. filio præterito. ff. de iniusto, rupto. Gloss. in l. scimus, in princ. verb. ipso iure. C. de inoff. test. Glo. in l. si duo. ff. de leg. præst. Glo. in l. is qui in potestate, in prin. eod. tit. Glo. in l. si pater, in Glo. mag. ad fin. C. de inst. & subst. & ista fuit communis opinio Glossarum secundum Ias. vbi supra. dict. num. 23. quodque semper Glossæ ita tenuerint, firmat Ange. qui idem sequitur, & eam veram non aliter, atque Euangelium semper existimasse parum piè fatetur, quam ipse quoque sequitur in l. ita tamen. §. quoties. ff. ad Trebell. sequenturque alij quàm plures quos refert, & sequitur And. Tiraque. in l. si vnquam, verb. reuertatur. nu. 13. C. de reu. don. à quo dum allegat Ias. idem tenentem in leg. 2. C. de posthu. hæ. instituen. cauendum est, nam ibi nihil hac de re attigit, & dum allegat eund. Ias. in l. si filius, qui in potestate. 1. not. ff. de lib. & posth. errat, nam Iaso. potius tenet contrarium, & dum allegat Gulielmum Bened. in c. Raynutius de test. verb. in eodem testamen. 1. num. 84. errat, nam ille contrarium defendit, hancque opinionem tueri testamentum satis vetustum ipse Gulielmus, & Tiraque. testantur. Nam Ebulia, Lucij Mzuij Agrippæ vxor ex duabus filiabus alteram instituit, alteram verò præterijt, at Afronia quæ præterita fuerat, cum sorore contendere noluit, testamentumq; matris patientia honorare quàm iudicio euertere sanctius magisque pium existimauit, sicque ratum mansit testamentum, quod à Valerio relatum est lib. 6.

Testa. in quo filius fa. præteritus fuit, est nullum, etiam antequam filius illud impugnet, ar. q.

lib.6.c.8. quod inscribitur de testamentis quæ rata mâserunt, sed miror in curiam Guilielmi, & Tiraquelli hoc exemplum adducentium de matre filiam prætereunte, cum nos loquamur de patre filium fa. prætereunte, quarum rerum est in specie propôita non obscura differentia, vt propè docebimur.

Contrariam partem videntur tenere plures Glossæ, quæ simpliciter, & indefinitè aiunt tale testamentum, in quo filius familiæ à patre præteritus sit, nullum esse, neque exigunt vllam filij declarationem, aut petitionem, ita tenet Gl. in §. sunt autem. verb. contratabulas. Instit. de bono. possessio. Glo. in l. fin. verb. petita. C. de bono. possess. contratabulas. Glo. in l. si ita scriptum. §. fin. in Glo. si. ff. de lib. & posthum. Glo. in l. & si pepercit. §. fin. verb. filium. (ibi qui hic gradus è quo est præteritus statim est nullus, eod. tit. Gloss. in l. non purauit. §. si quis emancipatum. verbo, iura. ff. de contratabulas. Glo. 1. in si. in l. quod vulgo. ff. de contratabulas. Glo. fina. in l. vnic. ff. si tabulæ testam. nullæ extabunt Glo. in l. 2. verb. filio. ff. de excep. rei iudic. hanc opinionem sequitur, & firmat esse communem tam vltra montanorum quàm citra montanorum las. in l. filio præterito. C. de contratabul. num. 23. & nume. 29. tenet à Costa simpliciter in l. Gallus. §. quid si tantum. ff. de libe. & posthum. parte tertia. numero 177. Guilielmus Benedic. in d. c. Raynurtius. verb. in eodem testamento. 1. numer. 84. cum plu. seq. sequitur & dicit esse cõmunem opinionem las. in l. si filius, qui in potestate. 1. not. ff. de lib. & posthum. sequitur & dicit esse communem opinionem Alex. num. 16. in d. l. posthumo nato, vbi etiam Dec. nume. 9. eam sequitur, & negat hac in re laborandum esse quasi in re clara, vbi numero quadragesimo quinto, hanc dicit communem opinionem Curti. Junior.

Tertia fuit opin. Curti. Junioris, qui in d. l. posthumo nato. num. 45. ait has opiniones ita concordari posse, vt ipso iure nullum sit tale testamentum, verum in effectu non esse nullum, si filius abstineat, quia tunc conualescit, in quam partem inclinare videtur Alexand. in l. inter cætera, in princip. ff. de lib. & posthu. col. 1. & hæc pars sapit veritatem, sed eget declaratione, nam præmittendum est † quòd conditionum aliz sunt suspensuz, alia resolutiuz. Suspensuz dicuntur, quæ dispositionis conditionalis, qua de agitur, non modò effectu, aut executione, sed etiam substantiam, aut essentiam interea dum pendet, impediunt ac suspendunt, (quale est in illa conditione, si nauis venerit, si Mzuius consul fuerit, vel si decem dederit) l. vnica. §. si autem aliquid sub conditione. C. de cad. tollendis, vbi traditur communiter per Doct. notant Glo. & communiter Doct. in l. Item quia, post prin. ff. de pact. Resolutiuz conditiones dicuntur, quæ neque substantiam, aut essentiam di-

spositionis impediunt, aut suspendunt, nec etiam executione, sed eò duntaxat pertinent, vt quod semel factum, aut perfectum fuerat, infectum sub aliquo futuro euentu reddatur, seu rescindatur (quale est cum domum vendidi, & tradidi, ita vt meliore conditione allata res inempta fieret, iuxta l. secunda, cum ibi notat. & ferè per totum. ff. de in diem adiectio ne, vel etiam in terminis totius tituli. ff. de lege cõmis.) Modò sic si filius familiæ in testamento patris præteritus fuit, & queritur, an tale testamentum puta præsentialiter, & simpliciter nullum esse videatur, an verò sub hac de mum conditione nullum esse videatur, si filius dixerit, ac declarauerit velle se testamentum impugnare, respondendum est, nullum videri purè, & præsentialiter, non quidem sub hac conditione suspensua, si filius declarauerit, velle se illud impugnare. Verum quia solius filij fauore tale testamentum lex improbauit non improbatur, si scisset filium præteritum iudicio patris patientem aurem accommodatum. † ideo si filius postea acquieuerit patris iudicio, vel eius hæreditate abstinerit (proprio fauori, vt potest, renuncians, iuxta l. penul. C. de pact.) tale testamentum quod initio re vera nullum fuit, non solum valebit, sed etiam retro semper validum fuisse videbitur, vnde fructus illius hæreditatis non solum à tempore quo filius patris iudicio se acquiescere velle declarauit, sed etiam retro à tempore mortis testatoris ad hæredem scriptum pertinebunt, non secus quàm si reuera, vel nullus filius fuisset, vel non fuisset præteritus, isque est verus sensus Iureconsulti in l. filio præterito. ff. de iniust. rup. simillimum est in legatario, qui licet à tempore mortis testatoris quò ad fructus, & omnes commoditates dominus rei legatz esse videatur. l. à Titio. ff. de furt. l. si tibi homo. §. cum seruus, cum ibi notat. per Gloss. Barthol. & Alexand. ff. de legat. primo, tamen si repudiat, semper talis res legata videtur fuisse, & permanisse sub domino hæredis, vt notat communiter per Gloss. & Doct. in dicto §. cum seruus, optimus text. in l. legatarius, eod. titul. & in l. prima. §. 2. & 3. ff. si quid in fraud. patro. quasi legati dominium purè transeat in legatarium, sed sub hac conditione resolutiua, vt si fortè repudiauerit, nunquam retro transiisse videatur, quod & in specie nostra euenire intelligo, vt si filius præteritus abstinerit, licet ante abstensionem testamentum & erat nullum, & hæreditas ipso iure filio quæ sita fuerat, iuxta l. necessarij. ff. de acquirend. hæredit. iuncta l. prima. ff. de iniusto, rup. & in principio Institution. de exhæredation. lib. tamen post filij abstensionem, & testament. retro semper valuisse, & hæreditatem patris filio nunquam quæ sitam fuisse intelligimus, quasi sub tali conditione non suspensua, sed resolutiua hæreditates filio præterito quæ sita videretur, id quod generale est in om-

³
Int. l. filio præterito. ff. de iniust. ru.

²
Conditionum alie suspensue, alie resolutiue.

nibus acquisitionibus, & annullationibus, quæ fauore alicuius inducuntur à lege, si is repudiat, aut renunciat fauori suo, vt diximus non semel in quæstionibus præcedentibus.

SUMMARIUM.

- 1 Testamentum in quo filius familiæ fuit præteritus à patre, an valeat iure præterito, & est egregia quæstio.
- 2 Intell. l. si testamentum. ff. de testam.
- 3 Testandi inuentum à iure ciuili non etiam naturali descendisse.
- 4 Possessionem capit heres testamentarius, licet filius præteritus sese opponat.
- 5 Intellectus leg. filio præterito. ff. de iniusto, rupto.

C A P. C.

1
Testamen. in quo filius fa. fuit præteritus, an valeat iure prætorio, ard. q.



TESTAMENTUM in quo † filius familiæ à patre præteritus fuit, quod secundum veram & communem opinionem nullum est de iure ciuili, plerique nostrorum variè contendunt, an iure quoque prætorio nullum sit, an verò valeat saltem iure prætorio, & cõmunis opinio est tale testamentum vtroque iure tam ciuili, quàm prætorio nullum esse, ita tenent Gloss. in l. 2. ff. de excep. rei iudic. verbo, filio. sequitur, & dicit communem opinionem Alexand. numero 16. in l. posthumo nato. C. de contratabul. vbi eandem sequitur, & dicit communem Decius, numero duodecimo. quem similiter & sequitur, & communem dicit Curt. Iunior, numero quadragesimo sexto. cum sequent. vbi eandem tenet, & communem dicit Iason numero 28. qui ait, quod studio tantum contradicendi quidam tenuerunt contrarium, & hanc opinionem tenent Barthol. & alij in d. l. posthumo, & Glo. in l. vnica, in fin. ff. si tabulæ testamen. nullæ exta. sentit Iason in l. filius qui in potestate. colum. 1. & 2. ff. de libe. & posthum.

Contrariam partem, vt tale testamentum valeat de iure prætorio, tenent Glo. in verbo, petita. in dict. l. posthumo, & Gloss. fina. in l. si ita scriptum. §. fina. ff. de lib. & posthum. Glof. in leg. non putauit. §. si quis emancipatum. verbo, iura. ff. de contratabulas. Gloss. fina. in leg. quod vulgo. eodem titul. Gloss. in §. sunt autem. Institutio. de bono. poss. Gloss. in dict. l. filio præterito. fuitque communis opinio Glossarum, secundum Iason. in dict. l. posthumo, numero vigesimooctauo, vbi hanc partem sequitur Romanus, & sequuntur Christopho. de Castellione, & Iacob. de Puteo in dict. l. filio præterito, & Rapha. Cumanus in dict. l. si filius, qui in potestate. estque articulus disputabilis secundum Decium, vbi supra,

& hanc partem & nos defendimus in libe. de succession. creatione, part. prima. §. 20. numero 138. & hic articulus est de summis apicibus iuris, secundum Iason. numero 23. in d. l. posthumo.

Pro hac parte, vt testamentum tale valeat iure prætorio, licet iure ciuili nullum sit, soleo allegare text. à nullo vnquam hac in re accommodatum in l. si testamentum. ff. de testam. (dum ait, sed vtroque iure valebit tam ciuili, quàm prætorio) nam sensus planè illius legis est, non semper testamentum, quod valet, vtroque iure valere, sed aliquando valere altero tantum eorum iurium.

Modò sic testamentum, quod desinat ab initio (non loquor ex post factò) valere, contingere non potest, nisi aut ratione formæ, aut ratione rerum, aut ratione personarum. Ratione formæ semper valet vtroque iure, aut neutro, quia ius prætorium, & ciuile quò ad formam testamentorum in vnâ consonantiam iuerunt, quasi societatem hac in re coissent. §. sed cum paulatim. Institutio. de testam. Ratione rerum similiter vtroque iure valebit, aut neutro, quia nusquam lectum nusquam relatum, vt in rebus, de quibus testamur, sit differentia vlla inter ius ciuile, & prætorium. Ratione personarum idem, nam aut loquimur de persona dantis, id est, testatoris, aut accipientis, aut non accipientis, ex parte testantis non inuenimus vllam differentiam, quia qui habent testamenti factionem actiuam iure ciuili, habent quoque iure prætorio, & per contrarium qui verantur vtroque iure, exclusi intelliguntur à facultate testandi ex parte accipientis, omnes similiter qui habent testamenti factionem passiuam, vtroque iure eam habere inueniuntur, & qui ab altero iure incapaces fiunt, ab altero quidem non introducuntur, ex parte autem non accipientis, id est, eorum qui cum honorandi testamento essent, honorati non fuerunt, si rectè inspexeris quò ad primordiale testamenti validitatem, nullam inuenies differentiam nisi in hoc casu quo de agimus, quando filius familiæ à patre fuit præteritus, nam tunc valet testamentum iure prætorio, subiacet tamen rescissioni per contratab. Iure tamè ciuili ab ipso initio fuit nullum, & hunc casum prælagire ac præsensisse mihi videtur Iureconsultus in d. l. si testam. quia illa differentia in alio non verificatur, & iam quòd in alio verificari posset, adhuc tamen ex illo tex. non posset non capi vehemens coniectura, & argumentum ad nostram opin. tenendam, cum saltem ibi sumatur regula hæc, quòd non semper testamentum ab initio vtroque iure valet, & nostra opinio tuetur eleganti ratione, nam olim non vigeat testandi facultas, neque etiam erant inuentæ intestatorum successiones, neque enim isthæc sunt de iure naturali, sed tantum de iure positio, vt patet per totum de iure

2
Intell. l. si res. ff. de testa.

3
Testandi inuentum à iure ciuili non etiam naturali descendisse.

de iure naturali. Institutio. vbi cum enumerantur ea, quæ sunt iuris naturalis, & gentium, nullum verbum prorulit de successionebus testatorum, vel intestatorum, patetque per totum. ff. de iusti. & iure, vbi similiter cum de iure naturali & gentium ageretur, nullum verbum emiserunt Iureconsulti de huiusmodi successionebus, nec verosimile est tot leges, totque constitutiones, ac Iureconsultorum responsa hac de re loquentia, præsertim ex professo, & integris titulis, hanc ad rem destinatis prætermittunt hanc materiam successione tam necessariam, tamque amplam, vt tertiam totius iuris partem occupatam habeat, tamque elegantem, vt summis vigilijs, ac lucubrationibus excogitatam, atque inuentam testetur Iustinianus Imperator in leg. si quando, in principio. C. de inofficio. testament. sicque non supinus modò, verum fatuus quoque & intolerabilis error, atque obliuio esset, tot Iureconsultorum, ac Imperatorum, de iure naturali, & gentium in dictis titulis loquentium, si huiusmodi successione materiam obliuio essent, vnde quia ad ius naturale, vel gentium non pertinebat, ideo prætermittam esse pro comperto, ac indubitato cuique modo sanò esset, quod aperte etiam edocuit Iustinianus Imperator in §. singulorum, cum sequen. §§. & titulis. Institutio. de rerum diuisione. nam cum ibi polliceretur acturum sese prius de acquisitionibus iure naturali, vel gentium contingentibus, deinde de illis, quæ iure ciuili euenirent, hanc successione materiam collocauit non inter acquisitiones iuris naturalis, vel gentium, sed iuris tantum ciuilis, id quod nos plenius disseruimus in lib. 1. de successione creatione. §. 1.

Modò si iure postiuo prius præcepta fuit intestatorum successio, quam testatorum, vt ibidem docemur, deinde testatorum quoque successio inuenta fuit, sed liberrimè, simpliciter, & generatim, nam lege cauebatur, vt vti quisque legasset, aut iussisset res suas, ita ius esset. l. verbis legis. ff. de verbo. signifi. in illo enim primæuo iure postiuo hac de re loquente, neque vlla liberorum aut parentum cura habita est, neque forma vlla disponendi, aut testandi à reliquis dispositionibus humanis distincta, ac separata introducta fuit, licet omnia isthæc postea vsu suadente humanisque necessitatibus exigentibus paulatim successiuis vicibus, atque temporibus recepta fuerint, sicque olim varia fuerunt genera testamentorum, vt docuit Imperator Iustinianus, in principio Institut. de testamen. quibus à iure variè formæ fuerant accommodatæ, vt ibi, aliterque iure ciuili, aliterque iure prætorio circa testamentorum formas differrebat, donec vtrunque ius quasi hac in re societatem coiret in vnam consonantiam, quò ad formam testamentorum iuerunt, vt in §. sed cum paula-

tim. Institutio. de testamen. in quam societatem, & consonantiam iuisse quò ad iustitiam disponendi, curamque, & fauorem liberorum, & parentum non reperiuntur, sicque licet iure ciuili illa omnimoda libertas testandi, vel in vltimis voluntatibus de rebus suis disponendi ad libitum, quæ tempore vetustissimo còpetebat, & concedebatur, cuique vtroque iure tam ciuili, quam prætorio, iuxta dict. l. verbis legis. non secus, quam & tunc, & etiam vsque in hodiernum diem conceditur in dispositionibus inter viuos. leg. sed non vsque. ff. si à parente quis su. ma. leg. penultim. ff. de pact. §. per traditionem. §. venditæ. Institutio. de rerum diuisione. licet illa, inquam, omnimoda libertas, quæ iure tam ciuili, quam prætorio còpetebat, etiam hodie inspecto iure prætorio integra maneat quò ad primordiale testamentorum validitatem, circa iustitiam, & æquitatem disponendi, nam siue liberi, vel parentes præteriti omnino fuerint, siue exhæredati ritè, vel non ritè, siue etiam non ritè instituti, semper primordialiter, ac in sui creatione testamenti. valet iure prætorio, licet ex post facto eodem quoque iure prætorio eueri possit per contratabulas bono. possessio. neque vllum Iureconsultorum responsum, vllam legem, vllamve constitutionem huic rei aduersantem reperies, verum tamen iure ciuili ea libertas variè restricta fuit, nam primum liberi nominatim exhæredari, si instituti non forent, iubebantur, neque eis exhæredatis æquè, aut iniquè vllus recursus ad successione paternam dabatur, vt per totum. ff. de libe. & posthum. de iure loquor ciuili, licet postea centum viri inuenissent illam in officio. testament. querelam, per quam eis subuentum fuit, vt in leg. prima. C. de petition. hæreditat. in leg. fina. C. de lib. præ. itaque de iure ciuili liberis à patre præteritis nulla medela inuenta fuit, quia ea non egebant cum eo iure, id testamentum nullum esset ipso iure, sed ipsis exhæredatis remedium querelæ accommodatum fuit, quia tunc opus erat auxilio cum testament. valet, iure autem prætorio cum solennitas, aut necessitas exhæredandi recepta non esset, relinquebamur in terminis iuris postiuui primæui hac de re loquentis, quo iure quò ad primordiale quidem testamentorum validitatem vti quisque in vltima voluntate de rebus suis disponderet, ita ius erat quò ad iustitiã disponendi, licet ex post facto id testamentum, quod initio firmum erat, per contratabulas eueri posset, si liberi essent præteriti, quia tunc suspicio erat quòd essent à patre obliuio, quòd si expressim essent exhæredati, quia iam cessabat illa suspicio, non dabatur contratabulas nulla distinctione habita, vtrum iuste, an temerè exhæredati essent, dum modo ritè fieret exhæredatio, quia prætor

omnimodam libertatem, quæ iure vetustissimo hominibus rebus de suis in vltima voluntate disponendi dabatur, coangustare noluit, non magis, quàm in dispositionibus intervius, iuxta dict. l. sed non vsque, iuncta dict. l. verbis legis, quam libertatem restringere cum liberis præteritis contratabulas accommodabat, non dicebatur, aut putabat, quasi tunc idem factus esset, ac optaret ipsemet pater, si de talib. liberis meminisset, simile in l. 3. C. de inofficio. testament. simile in leg. si vnquam. C. de reuo. do. simile in leg. cum auus. ff. de conditio. & dem. & hæc est verissima ratio qua exhæredatis prætor non subueniebat, iuxta leg. non putavit; in principio (quam & ibi consultus reddidisse videtur. ff. de contratabulas, licet aliàs parum aptas parumque rem ipsam attingentes prodiderint in leg. posthumo nato. C. de contratabulas. Curtius iuni. Ias. Decius, post Paulum Castrensem, & alios ibi.

Estque plusquam efficax ratio ad ostendum, quod licet filiusfam. in testamento patris præteritus fuerit, quo casu testamentum iure ciuili nullum est, valeat tamen iure prætorio inspecta sui creatione, & primordiali validitate, non secus quàm si is filius esset institutus ritè, aut exhæredatus piè, aut impiè, quod & suaderet alia peremptoria ratione, nam & si is filius in minima re, vel portione institutus esset, non desinebat ab initio valere testamentum de iure prætorio, nec dabatei contratabulas, aut vllum ius impugnandi testamentum de iure prætorio, & tamen non minus egebat ope, & auxilio, quàm si ex toto nihil testamento esset sibi relictum, quid enim si in obolo, aut vno minimi vilissimique valoris numo honoratus esset, sicque iure ciuili subueniebatur, vt siue temerè exhæredatus esset, siue in minore portione quam legitima institutus daretur sibi querela inofficio. testament. §. fin. Instit. de inofficio. testament. l. cum queritur. C. eodem titul. & authen. nouissima, eod. l. Papinianus. §. quarta, & §. quoniam autem quarta, & l. si non mortis, eod. titul. ff. vides ergo palam, vt prætor liberis quidem subuenire voluit, sed tantùm parentibus testantibus, nam quod liberis præteritis subuenierit, non tam ob fauorem ipsorum id fecit, quàm ob fauorem parentum, ne præter eorum mentem, & animum ad alienas successiones bona sua abirent, Præsumebant enim tunc eoque casu liberorum, vel oblitus, vel ignarus, at quo casu constat oblitum, aut ignarum non fuisse (quod accidit quando liberos exhæredauit etiam temerè, aut minus piè in minimo eos honorauit) tunc liberis prætor minimè cõsultũ curauit, maluitq; omnimode libertate parentib. conseruare, vt sic indubitatum esse debeat liberis præteritis indistinctè iure prætorio ratum esse fuisseque semper testa. primor-

dialiter, inque sui creatione tenuisse non secus quàm si instituti forent.

Quod & tertio loco † suaderetur per l. 2. C. de edi. diui. Adr. toll. vbi testa. quod integrum consumatumque in sui forma appareat, regulariter habet executionem paratam etiam de iure communi, & consequenter hæres, qui illud iudici ostendit, mittendus est in possessionem hæreditatis, etiam si filius præteritus opponat sese. l. 2. vbi omnes. C. de edi. diui. Adr. toll. tradunt communiter Docto. in l. fin. eod. tit. per tex. ibi, vbi Barthol. q. 6. vbi Bal. colum. 4. not. 3. & Alexan. col. 1. Alex. in l. ait prætor. §. si iudex. add. 2. ff. de re iud. Idem Alexand. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. soluto matri. Angel. in l. cum antea. ff. de arbi. Rod. Suares in rep. l. post rem. ff. de re iudi. in 4. casu. cuius rei ratio illa est, quod illud testamentum certum est iure saltem prætorio valere in sui initio, neque ad rem pertinere, quodve post factum possit infirmari etiam iure prætorio per contratab. si filius præteritus reperiatur, nam adhuc interea hæres in pos. mittendus est, licet postea hæreditas ei adimi possit, nam & in omnibus non modò legibus, sed etiam titulis, ac libris integris de in integrum restitutione loquentibus, quod initio valet, postea rescinditur, resque cum fructibus possessori adimit, & solumque restituit, vt l. quod si minor. §. restitutio. leg. verum. §. primo. l. patri. §. primo, & secundo. dict. l. verum. §. sciendum, cum §. seq. & §. si locupletem. ff. de minoribus per totum. C. & ff. de condi. obl. ca. per totum. C. & ff. de cond. ind. per totum. C. & ff. de cond. ob turp. cau. per totum ferè. ff. de rebus eorũ. leg. si prædium. leg. prædiorum. leg. vt ere, ferè per totum. C. de præd. mi. text. magistralis in leg. videamus. 2. per totam. ff. de vsur.

Verùm cum per ius prætorium id testamentum valeat, sicque ex testament. hæres scriptus ad bona defuncti vocari videatur, iure autem ciuili non valeat, sicque eo iure repellatur, & præteritus filius inuiteretur, vtrum istorum iurium inuicem pugnantium alterum vincet, respon. illud ius, quod hac in re aut materia, qua de agitur, nouissimum fuerit, alterum vetustius vincet, non secus quàm si vtrunque ius, vel ciuile, vel prætorium esset, quo casu nouissimum vetustius expellit, exulareque cogit. l. nam & posteriores, cum ibi not. ff. de legib. l. ius ciuile est, cum ibi not. ff. de iustit. & iur. l. pacta nouissima, cum ibi plenè not. per Glo. & Docto. C. de pact. sicque cum vtroque iure tam ciuili, quàm prætorio valeret testam. quo olim filiusfamilas à patre præteritus esset. d. l. verbis legis. ff. de verb. sig. superueneritque postea ius ciuile id declarans, & interpretans, vt procedat nisi cum iniusta esset dispositio per filij. præteritionem. l. si quis post. §. ex his. ff. de iniur. rup. per totum. ff. de lib. & posthum. per totum. Instit. de exhæ. lib. per totum. C. de libe.

4
Poss. capit. hæres testamentarius licet filius præteritus sese opponat.

libe. præt. hoc ius ciuile, vt pote recentius, seruandum est, at cum rursus tertio loco, seu tempore superuenerit prætor interpretans, & declarans, nouum illud ius ciuile inducensque, vt testamentum, quod filio præterito quiescebat impeditumque erat inspecto iure prætorio, nullumque erat inspecto iure ciuili, expediat, & quasi detegatur, ac liberet, sin atq; suos operari effectus, quando ratio iustitiæ, & equitatis, quæ mouerat ius ciuile cessare & euauisse inuenitur, hoc ergo ius recentius, ac nouissimum præualebit, tum quia recentius, tum quia consultius & æquius, simile in d. l. ius ciuile est, ybi per Gloss. & alios, ita intelligo dict. l. filio præterito. ff. de iniur. rup. testamen. ybi filio abstinente, cuius solius intuitu, & fauore testamentum iure ciuili infirmum intelligebatur, iure prætorio sustinetur, & tuetur, perpende enim illum textum dicentem, ex bono, & æquo tuetur, nam dum ait ex bono, & æquo, intelligitur iure prætorio, dum verò subdit tuetur, significat non renasci quidem testamentum, sed in priori statu, ac origine, quod firmum erat de iure prætorio, conseruari, sustineri, tueri, tueri enim non est adde-re, aut denuo inducere rem ingenitam, sed iam genitam, creatam, ac stantem sustinere, conseruare, inde tuitio, & tutela, ac tutores, vt prin. Insti. de tut.

Inst. l. filio præterito. ff. de iniur. rup.

Et quod † in dict. l. filio præterito, dicitur, (scilicet quamuis subtilitas iuris refragari videatur) hunc habet sensum, quod licet iure ciuili, quod ab initio non valet, ex post facto non conualescat. leg. prima. ff. de reg. cat. tamen id non obest, quia eo iure ciuili, quod ab initio non valebat, non intelligitur conualescere, sed magis alio iure, scil. prætorio, vt innunt illa verba, ex bono & æquo, id quod oportune declarat Alexander in dict. l. posthumo. numero duodecimo. C. de bon. po. contratab. ergo fuerunt tria tempora, quorum primo testamen. in quo filius familiæ præteritus à patre erat, valebat iure tam prætorio, quàm ciuili, at successit secundum tempus, quo tale testamentum, licet iure prætorio valeret, iure tamen ciuili nullum erat, & iuri ciuili vt pote posteriori, hac in re standum erat, sed nouissime successit tertium tempus, quo ius prætorium videns, quod tale testamentum ob metam filij præteriti utilitatem annullabatur, induxit, vt si filius huic utilitati, & fauori renunciaasset (iuxta leg. penult. C. de pact.) tale testamentum vigeret, quod ius vt pote posterius, & etiam rationabilius seruandum est, ergo si ex verbis testamenti constaret filium fuisse præteritum, tunc antequam filius abstineret ab hereditate patris, id testamentum nullum esset, & ipso iure, & in effectu, sed si postea filius abstineret iure prætorio, effectualiter conualesceret.

SUMMARIUM.

- 1 *Filius exheredatus non fit suus heres patri per nepotem ex se institutum ex testamento, contra communem.*
- 2 *Intell. l. qui aliena. §. interdum. ff. de acquirend. hered.*
- 3 *Exheredatio facta ob hanc causam, qua filius per nepotem ex se institutum potest acquirere patri hereditatem, non firmat testamentum, de iure communi noua declaratio, idem iure regio ibidem.*
- 4 *Heredis institutio facta ad interrogationem alterius valet.*
- 5 *Heredis institutio ad interrogationem alterius à ferme moriente facta non valet.*
- 6 *Heredis institutio ad interrogationem alterius à ferme moriente facta, licet regulariter non valeat, valet tamen in testamento facto inter liberos.*

CAPVT CI.



PRÆMITTENDA ergo in primis est quædam quæstio necessaria, quæ conducit & superioribus, & sequentibus, scilicet an testator possit formam legis præmittere, atque immutare in iure suorum hæredum, vt licet regulariter, qui filium nepotemque ex eo in potestate habebat, filium tantum, non etiam nepotem suum hæredem habiturus erat, possit tamen efficere, vt per contrarium nepos tantum, non etiam filius sibi suus hæres fiat, sicque dispensare contra formam, & traditionem text. in §. sui. Institu. de hæred. qual. & §. sui. Institu. de hæred. quæ ab intest. & l. in suis. ff. de libe. & posthum. leg. cum ratio. ff. de bon. damnatorum, qua in re, quia pulchra, altissima, & amœna materia est, huiusmodi præmittimus conclusionem.

Filius exheredatus non fit suus heres patri ex testamento per nepotem ex se institutum, contra communem

Filius exheredatus non fit suus hæres patri ex testamento per nepotem ex se institutum.

In primis enim aduertendum est omnes nostri iuris præceptores non tenuisse modò verum, seu notissimum, indubitatumque iuris ciuilis elementum obseruasse filium famil. exheredatum, cuius filius testatoris nepos ab auo institutus esset, suum hæredem auo futurum ex persona nepotis, simul atque ille nepos post mortem aui hæres extitisset, quæ assertio eo pertinet, vt intelligatur simul, atque is decesserit, de cuius hereditate agitur, nepotem institutum ei hæredem suum futurum, eamque hereditatem ab ipso nepote illico abscissuram, inque patrem suum exheredatum continuo transiturum, vt is non solùm eam ipso iure acquirat, sed præterea cum ipsdem iuris qualitatibus eam habiturus sit, cum quibus nepoti delata fuit, vt ipse ei, cuius de hereditate agitur, suus hæres fiat, quemadmodum

dum & nepos si apud eum ea hæreditas mansura esset, suus quoque hæres auo fieret, hanc sententiam ita intellectam obseruant, ac veluti catholicam disciplinam religiosissimè tuerentur omnes iuris vtriusque professores, vt ab ista doctrina declinatum nullum inuenias, quales sunt Bar. in l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acqui. hæred. quem ibi sequuntur Imol. Ang. Cum. Aret. Alex. col. 1. & fin. Ias. colum. 1. Idem Iason in l. si quis posthumos. §. si filium. nu. 23. ff. de libe. & posth. Idem Ias. in l. si filius hæres. num. 6. eod. tit. Aret. & Imo. in l. si filius sub conditione, aliàs incipit sub conditione filius. ff. de lib. & posth. Bart. Imol. & Paul. col. fin. in l. fin. ff. de condi. inst. Imol. in c. Raynurtius, de testa. Imo. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posth. & Eman. à Costa, in l. Gallus. §. & quid si tantum, pagi. 114. post Petrum Iacob. Bald. & Ang. quos ipse allegat. ff. de lib. & posth. Curt. Iunior in l. qui se patris. nume. 9. vbi Deci. col. 3. C. vnde lib. Idem Curt. in l. fin. numero 44. eod. titu. Sozi. in l. cum filio. ff. de leg. 1. nume. 25. Fortunius in d. §. & quòd tantum. nume. 6. in eandem quoque sententiam inclinant Petr. Iacob. Din. Alber. Bald. in d. §. interdum. dum existimant eum qui per aliù hæres existit, qualis est filius in specie nostra cum eisdem qualitatibus hæredem futurum, cum quibus extiterat hæres is, qui eis hæreditatem quæsierat.

Verum enim verò, & si ab hac receptissima sententia nullus vnquam abscesserit, ipse auisim contrariam sententiam verissimam dicere, pro qua in primis vrget talis consideratio, eum qui per aliud hæres existit, qualis est dominus patèrve qui hæreditatem per seruum, filiumve acquirunt, non videntur propriè hæredes, ideoq; illa conditio, quisquis mihi hæres erit, in tali persona non verificatur, idque scriptum reliquit Vlpianus in l. 3. & in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. sic ergo & in specie nostra, is pater exhæredatus, qui per filium hæres existit, neque simplex vulgarisue hæres existit, tantum abest vt suus hæres videatur.

Deinde in eandem partem multum me mouet egregium Papiniani responsum, qui in leg. fin. ff. de condi. instit. scriptum reliquit referre, vtrum filius, qui à patre sub conditione potestatiua arbitraria vt hæres scriptus fuit, nepotem ex se substitutum habuerit, neque ne vt si non habuerit ipse moriens legitimus patri in testamento, hæres possit existere conditione defecta, vt in vltimo vitæ spiritu, & conditionem defecisse, & testamentum euauisse, & ipsum filium patri intestato suum hæredem instituisse dicamus, sin autè nepotes ex se substitutos habuerit, tunc in illo vltimo vitæ spiritu & conditio institutionis defecisse, & per hoc institutionis gradus euauisse, hæreditatemq; ab primo gradu abscedentem in secundum gradum substitutoris migrasse, migrantemq;

nepotibus substitutis ipso iure acquisitam fuisse, acquisitamque in filium eius institutio per defectum conditionis euauit, iure potestatis remeasse, sicque ei acquisitam, quo casu & hoc est quod expendimus, Iureconsultus licet non ignorauerit filium per nepotes hæredem patris fieri, tamen non dixit legitimum suumve hæredem patri extitisse, quo fit, vt Iureconsultorum subtilissimus Papinianus plane significauerit, quod cum filius testatoris per nepotem ex se natum ab auo substitutum hæres existit, tunc effectu tantum, non etiam nomine hæres factus videatur, vt per hoc non solum testatori suus hæres non fiat, sed neque etiam hæres fiat, quod si filius, qui honore institutionis (est enim institutio summi honoris in l. Iulianus. ff. si quis omnia caus. testam. l. filium. §. sed & si portio. ff. de lega. præst.) à patre affectus, cum non per se, sed per filium suum patri hæres existit, suus hæres non intelligitur, vt ibi, quanto minus suus hæres intelligitur in specie nostra, quæ habet filium summa exhæredationis ignominia (iuxta l. Papinianus, in prin. ff. de inoffi. testa.) à patre notatum fuisse.

Ad hæc † eandem partem veriore esse docemur ex ipso met arg. quod nostrates turpiter in contrarium pellexit, nam l. qui in aliena. §. interdum, quam in tribus sui partibus expendimus, aperte ait filium necessarium hæredem futurum, non autem suum, & necessarium, vt per locum à contrario sensu. Item per locum ab inclusione vnus ad exclusionem alterius sententia nostra euidentius probetur quàm longa contentione egeat, neq; moueor quod tex. ait patrem suum, & sine aditione facit hæredem, & quidem necessariu, nam postquam Iureconsultus patrem demonstrauit, cum de qualitate successionis acturus esset, subiungit & quidem necessarium consultò prætermittens qualitatem sui talis, & cum in illo textu totum communis opi. repositum collocatum que fuerit præsidium, superest, vt eo excluso, recepta sententia inermis nudaque maneat. Memor præterea quod ab omnibus vbique receptum sit exhæredationem ad effectum sui-tatis extinguendæ per aditionem hæredis extranei (vt probat l. filium. §. sed cum exhæredatio. ff. de bo. poss. & contratabulas. l. si exhæredatus. ff. ad Syllania. l. si patronus test. §. ex testamento. ff. de bo. liber.) existentiamque hæredis necessarij (qualis est nepos in potestate ab auo institutus) parem esse exequarique aditioni extraneorum. leg. eum bonis. ff. de acqui. hæred. l. iam dubitari, in fin. ff. de hære. instit. ergo vt fuitas filij exhæredati per aditionem extraneorum extinguatur, ita & per existentiam hæredis necessarij & consequenter semel extincta conualescere non potest. l. qui res. §. aream. ff. de solutio. quo fit, vt postquam iura suorum in ipso propter sui exhæredationem sic confirmatam euauerint, in eodem renasci

²
Intel. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acqui. her.

renasci non possint, licet in nepote non interdican- tur, vt in §. ita demum, & in §. sui. Insti. de hære. quæ ab inte. §. sui. Inst. de hæredum quali. & differentia.

Enimuerò absonum esset eum qui in testamento fuit exhæredatus, eodem testamento suum hæredem auo fieri, harumq; rerum naturalis inter se pugna esset, vt in simili ait l. ius nostrum. ff. de regu. iur. nec me mouet exhæredatus aliquando suus hæres efficiatur. l. Papinianus. §. si ex causa, ibi suus hæres. ff. de in offi. test. illud enim fit ab intest. non ex testa.

Vrget præterea quod sermo simpliciter prolatus intelligitur de prima tantum vice. l. bo- nes. §. hoc sermone. ff. de verb. sig. l. matrimo- nij. ff. qui & à quibus. l. si socius pro filia. ff. pro socio. l. inter foceru. n. §. fina. ff. de pact. dot. quo fit vt cum nepos ex institutione hæres ex- titerit, non possit negari quin ipse propriè hæ- res fuerit, reliqui omnes improprij, cum duo in solidum hæredes esse non possint. l. quod contra. §. vni duo. ff. de reg. iur. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. comoda. eodem quoq; pertinet, quod vulgo dici solet, verba quæ prius non per posterius intelligenda. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. Sozi. in l. prima. col. 2. ff. de vul. nepos ergo qui prius hæres extitit, is solus suus hæres rectè dicitur, non pater qui per eum hæreditatem quæsiuit. is enim magis iure patrio, quàm hæreditario quæsiisse intelligitur, arg. l. si infanti. in verbo, iure patrio, de iure delib. C. vel iure peculij, argu. l. 1. & 2. ff. de castren. pecu.

Denique hanc partem cogimur tenere co- acta & peremptoria ratione, quæ deducitur ex egregio Pauli Iureconsulti responso, qui in l. quæritur. ff. de bonis liber. scriptum reliquit, filium qui exhæredatione sua motus est ab hæreditate libertorum paternorum, ad quam nepotes ex eo per legem vocantur, non debe- re eandem hæreditatem consequi per filios suos, ne ociosa elusoriaque legis testatorisue prohibitio videatur, si quod suo nomine con- sequi exhæredatus non potest, id per suos fili- os consequitur, sic & in specie nostra planè e- lusoria redderetur exhæredatio testatoris, si exhæredatus eandem hæreditatem, eodem iure, qualitate, priuilegio, honoremque per nepotem institutum consequeretur quo ha- biturus esset, si exhæredatus nunquam fuisset, neque ad rem pertinet, quod totaliter nepo- tem instituendo id permisisse videatur, nam licet per institutionem nepotis videatur testa- tor permisisse, quod emolumentum hæredi- tatis filio acquiratur, tamen non permisit, vt eodem iure & honore hæreditas apud filium mansisset, quod mansura esset, si is exhæredatus nõ fuisset, alioqui videretur testator inanem fecisse dispositionem, quod incredibile est, arg. l. 3. ff. de milita. testamen. notant Glo. Bart. & omnes in l. 3. §. si filius. ff. de liber. & posthum. estque supremi momenti, quod filio exhære-

dato nepos instituatur, nam licet commo- dum pecuniarum sit apud filium, tamen ho- nor institutionis apud nepotem mansurus est, honor autem institutionis preciosior est emolumento hæreditatis etiam opulentissi- mæ. l. Iulianus. ff. si quis omissa causa. testam. l. filium. §. sed & si portio. ff. de leg. præst. deniq; constat exhæredatū haberi pro mortuo. l. 1. §. si prætor. ff. de coniung. cum emancip. quo fit suum hæredem fieri nõ posse nõ magis quàm si re vera mortuus esset. Neq; me mouet quod hæreditatis cõmoda habeat, nam adhuc verū est, eum pro mortuo esse quò ad nomen, spe- ciem imaginemque hæredis, & quò ad titu- lum modumque acquisitionis, quo de agimus.

Postremò his planè adstipuletur Vlpianus Iurecõsultus, qui in l. fil. patroni. ff. de bonis li- ber. totam hanc dirimit cõtrouersia, vbi post- quam nostram depingeret speciem, ait filium exhæredatum, qui per nepotem hæres fit esse- ctu tantum, nõ etiam nomine, neq; honore hæredem fieri non magis, inquit, quàm si per seruum institutum hæres fieret, indeque eue- nire, vt talis filius exhæredatus à contratabu- las bonorum possessione libertorum pater- norum submoueatur, non secus, quàm si nul- lo modo emolumentum paternæ hæreditatis habuisset, vt contra tam apertum Iureconsul- ti responsum contendere, non pertinacis mo- dò, verum temerarij quoque hominis esse vi- deatur.

Adhuc non minus oportunè facit ff. de leg. præst. l. is qui in potestate, in princ. quem per te inducas, & ita hanc partem olim inter plu- ra quàm 700. paradoxa publicè Salmanticæ tuebamur, & deinde semper hæc pars contra receptam sententiam verior nobis visa est.

Infertur opportunè, & vtiliter quòd in spe- cie nostra cum hodie ad firmitatem testamēti desideratur titulus Institutionis in persona filij, vt in auth. vt cum de appell. cog. §. aliud quoq; & auth. non licet. C. de lib. præst. certè si filium, & ex eo nepotem in potestate habe- bam, & filio exhæredato nepotem hæredem feci, licet per eum filio meo exhæredato vni- uersa hæreditas mea acquiri potuerit, tamen adhuc testamētum est ipso iure nullum, quia secundum nos is filius iure patrio tantum, non etiam iure hæreditario mihi successisse videtur, nec suus hæres mihi extitit, sed emo- lumentum tantum hæreditatis acquisisse vi- detur per filium suum, non secus quàm illud acquireret per seruum suum castrensis peculij, quem ego hæredem fecissem, nec per tale hæ- reditatis emolumentum cessat iniuria exhæ- redationis, vt probant fundamēta nostra, quæ iniuriam potissimū auferre, & euitare volue- runt iura noua, vt d. §. aliud quoq; vers. sola e- nim est nostræ serenitatis intentio iniuriã ex- hæredationis, & præteritionis à parentib. & li- beris auferre, licet tenentes communē senten- tiam diuersum verosimilius est responsuros.

3
Ex hæredatio
facta ob hanc
causam quòd
filius per ne-
potem insti-
tum potest
querere hæ-
reditatem nõ
firmat testa-
mentum de
iure cõmuni.

Exhereditio filij facta ob hanc causam quod per nepotem ex se institutum hereditatem querere potest, non firmat testam. iure regio.

Inferitur similiter quod cum iure regio ad firmitatem testamenti paterni similiter desideretur, quod filius instituat, vel exheredetur ex aliqua ex 14. causis expressis in d. §. 2. aliud quoque, & §. 4. causas, eiusdem auth. vel ex alijs parem rationem habentibus secundum communem sententiam, quam tenent nouissimi post alios in d. auth. non licet, quod si filius aliter exheredatus esset, testamentum non valeret, nec sustineretur per institutionem nepotis, ex cuius persona filius eam hereditatem acquirere posset, non magis quam sustineretur, si is nepos institutus vel non esset, vel in rerum natura non esset, & ira intelligo tex. in d. auth. non licet, cum similibus, licet tenentes communem sententiam aliud credibile sit in hac specie responsuros, & facit multum opportunè quod tradit Decius in l. hæredem. nu. 2. ff. de reg. iu. & Alex. in l. Seius, & Augerius ff. ad leg. Falc.

4
Hæredis institutio ad interrogationem alterius facta valet.

Denique scis valere hæredis institutionem factam ad interrogationem alterius, Glo. communiter approbata in l. iubemus, in verb. quemadmodum. C. de testam. quam sequuntur Cinus, Bar. Bal. Ang. Sal. Paul. Fulg. Alex. Corn. & Ia. ibi, nu. 10. qui cum ea ait esse communem opi. Cur. lun. confi. 183. col. 1. lib. 2. Id quod procedit dummodo testator non esset morti nimium proximus, vt tenent Paul. in l. hac consultissima. §. at cum humana fragilitas. C. qui testa. facere poss. Idemque Paul. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verbo. obl. vbi Sozi. nu. 2.

5
Hæredis institutio ad interrogationem alterius facta à ferme moriente non valet.

Corra. nu. 1. col. 3. Guiliel. Ponta. nu. 15. qui hanc esse communem opi. testatur Alber. Papiensis, quem refert & sequitur Io. And. ad Spe. tit. de testamen. §. in primis. nu. 9. Anto. in c. cum tibi. de testam. firmat esse communem opi. Vicenti. Hercula. in d. §. si quis ita. nu. 10. Ang. Aret. in prin. Inst. de testam. qui firmat vsibus forensibus id receptum esse. Lud. Ro. in l. gerit. ff. de acquirenda hæredi. nu. 10. Ioan. Imol. in l. hæredes palam, ad finem prin. ff. de testa. l. autem. Sylua. confi. 54. nu. 9. Alex. cõfi. 12. nu. 2. lib. 6. & ibi Molinæus in eius add. Hippolytus sing. 449. Ripali. 3. responsorum. c. 11. nu. 8. Romanus confi. 306. Sozi. nepos confi. 183. nu. 19. cum seq. Decius confi. 489. licet fluctuans in contrarium inclinet, Carolus Ruin. con. 2. col. 2. lib. 2. Aymõ Crau. confi. 117. nu. 1. Thomas Grammaticus confi. 73. col. 1. cum seq. Paul. Castrensis confi. 155. col. 1. lib. 1. Steph. Bertrandus consil. 349. nu. 6. lib. 1. Rodericus Suares allegatione 1. pag. 15. Carolus Ruinus cõfi. 9. nu. 14. lib. 2. Idem Ruinus confi. 8. nu. 9. lib. 3. Corneus confi. 319. lib. 1. nu. 13. Idem confi. 73. nu. 12. eod. lib. Idem confi. 22. nu. 8. lib. 4. Sozi. confi. 229. nu. 7. lib. 2. Idem Sozi. consil. 92. nu. 17. lib. 3. tamen id procederet si testamentum fieret inter extraneos, non sic si fieret inter liberos, vt in specie nostra, nam si filium exheredaui nepotemque ex eo etiam ad interrogationem alterius

6
Hæredis institutio ad interrogationem alterius facta à ferme moriente valet inter liberos.

hæredem scripsi, & si morti proximus essem, valeret institutio cum fauore liberorum, arg. l. fi. C. fami. erc. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. quod magis illius odiosæ exheredationis vires eneruentur quod hoc admissio euenit, ergo, &c. arg. l. cum quidam. ff. de lib. & posthu. iuncta d. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquiren. hæredita. quod nota, quia nouum.

SUMMARIUM.

- 1 Monachus non testatur cum communi.
- 2 Monachus testatur Papa permittente, cum communi.
L. 3. tit. 5. lib. 2. ordin.
Monachismo superueniente an rumpatur testamentum cum communi, cõtra alteram communem.
Intell. l. 1. & 4. tit. 1. lib. 5. ordin.
- 3 Deportato hereditas data defertur legitimis hæredibus testatori, cum communi contra Accur. Guil. Rayni. Butri. & alios.
Declaratio l. 2. tit. de los alcaldes, lib. secundo fori ordin.
- 4 Testamento per errorem testantis viciato hereditas legitimis defertur, cum communi.
- 5 Excommunicatus habet vtranque testamenti factionem, cum communi.
L. 2. tit. 15. lib. 2. ordin.
- 6 Collegium nihil capit ex testamento.
- 7 Spurius quis dicatur.
- 8 Spurius ex damnato coitu natus nil capit ex testamento, & quod ei relinquitur legitimis hæredibus testatoris applicatur iure regio, & iure communi.
- 9 Spurius nil capit à patre, variè ampliatur.
- 10 Naturalis filius vt succedat.
- 11 Naturalis filius ex concubina fauorabilior est, quam si ex seorsum habitante nasceretur contra no-nissimos, quod procedit etiam iure regio.
- 12 Nothus capere potest ex testamento patris cum no-nissis. contra Barr. Alexand. Oldrad. & alios.
- 13 Nothus & naturalis differunt in successione ab-inte.
- 14 Bastardus idem est quod naturalis.
- 15 Naturalis capit duas vncias ab intestat. fallit variè.
- 16 Naturalis filius & nepos legitimus ex filio naturali exaquantur.
- 17 Naturalis filius & nepos legitimus ex filio naturali non excluduntur ab vxore patris iure regio.
- 18 Naturalis vt succedat quando concurrat cum legitimis.
- 19 Naturalis, nothus, spurius & similes institui possunt sub conditione, si à principe legitimantur, cum communi.
- 20 Intell. l. fi. tit. 3. lib. ordin.
- 21 Spurius an ex interuallo bona patris capere possit, & an si ea bona cæperit sit tutus iure poli, nu. 22. & an pœccet qui spurio bona patris restituit,

restituit. nu. 13. & quid si iuravit se restitutum.
nu. 24.

CAPVT CII.

MONACHVS non potest face-
re testamentum, vt in authen.
ingressi. C. de sacrosanct. eccle.
vbi omnes antiqui & noui, & in
c. 2. & ibi omnes, de testam. facit
tex. in authen. de monachis. §. illud, † tamen
summus Pontifex, vt per Couarru. in c. 2. de
testam. nume. 10. potest monachis dare, si sibi
libuerit, licentiam testandi, secundum Iaso. in
authen. ingressi. col. 2. C. de sacrosanct. eccle.
Bal. in l. si quando, in prin. C. de inoffi. testam.
Bal. in l. si. C. vnde legitimi. Pau. in l. & militi-
bus. C. de testam. mil. Bal. in authen. nisi roga-
ti. col. pe. C. ad Trebel. Idem Bal. in l. 1. si seruus
extero. C. vt refert Ias. vbi supra. Barb. in c. cum
in officijs. col. pe. de testa. Io. Bap. in tra. de pen-
sionibus. q. 19. Sozi. consil. 13. lib. 1. quos refert,
& sequitur Didacus Couarru. in c. 2. nu. 10. de
testam. aliquid per Corn. consil. 176. in præsen-
ti. nu. 7. lib. 2. monachus similiter iure regio
iudex esse non potest, quia sui iuris non est,
arg. l. 2. ti. de los alcades, lib. 2. ordi. expressius
in l. 2. eo. tit.

¹
*Monachus nō
restitur cum
communi.*

²
*Monachus
restitur papa
permittente,
cum comuni.*

Illud autem dubium est, † an testamentum
ante monachismum confectum rumpatur
per professionem sequutam, & magis est vt
non rumpatur. authen. de monachis. §. illud.
authen. nunc autem. C. de epif. & cler. & in
authen. si qua mulier. C. de sac. sanct. eccle. ne-
que hoc casu monasterio debetur legitima,
Bart. Bal. Butriga. Paul. & alij in d. authen. si
qua mulier. Decius in c. in præsentia, de pro-
bationibus. numer. 61. Idem Decius qui hanc
dicit communem sententiam, consil. 31. col. 2.
Imo. numer. 12. & Aret. numer. 5. in lege prima.
ff. de testament. Ripa in l. si vnquam. C. de re-
uocand. donat. quæst. 35. Abb. numer. 52. in d.
c. in præsentia.

Contrariam sententiam videntur tenere
Pet. Cin. & Fulgo. in d. authen. si qua mulier,
quorum opin. communis est secundum Ias.
ibi, numer. 15. & numer. 17. Imo. in l. 1. num. 11.
ff. de testam. Ias. in rub. ff. de liber. & posthu.
num. 19. Idem Ias. in rub. C. de post. hæred. in-
sti. & monasterium loco posthumi esse aiunt
Bald. & Imo. in l. filius à patre. §. 1. ff. de liber. &
posthu. quod procedit secundum eos, quan-
do tempore testamenti testator non cogitauit
de monachismo futuro, aliàs secus. ita Bar. in
d. authen. si qua mulier. & est communis opi-
nio secundum Iaso. ibi, num. 17. & secundum
Dec. in d. c. in præsentia. nu. 61. licet contrariam
partem etiam hoc casu teneat, & dicat com-
muniter receptam. Alciat. in rub. ff. de libe. &
posthu. nu. 30. & nu. 31. itaque omnes ferè con-
ueniunt, vt si tempore testamenti testator cogi-
tauit de monachismo futuro, tunc per mo-

nachationem non rumpitur testamentum,
quod si tempore testamenti non sequentem
cogitauit de monachismo futuro, tunc per in-
gressum religionis rumpitur testamētū, non
secus quā posthu. agnatione, secundū vnā
communē sententiam, licet secundū alteram
communem sententiam etiam hoc casu non
rumpatur, quod etiam tenuit Viglius in prin.
Insti. quib. mod. test. infirmetur, & hæc opinio
magis placet, licet in contrarium faciat l. si vn-
quam. C. de reuocad. don. qua de re plenè per
Dida. de Couarru. in c. 2. de testam. nu. 4.

An aut per monachismū sine licetia paren-
tum, aut fratrum initum à puella, quæ in eo-
rum erat domo, puniatur non secus quā per
matrimonium carnale sit initum, & magis
est quod nō, sic quod sit limitanda. l. 2. & 4. tit.
1. lib. 5. ordi. ne leges illæ pœnales recipiant ex-
tensionem contra ea quæ tradunt Ias. & alij in
auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle.

¹
*Decla. l. 2. et
4. tit. 1. lib. 5.
ordin.*

Deportatus non potest hæres institui, ne-
que aliquid ex testamento capere, tex. est in l.
1. C. de hæredib. insti. vbi traditur communi-
ter per Doct. notant Glo. & Doct. in §. legari.
Insti. de leg. † neque posset esse iudex iure re-
gio. arg. l. 2. titu. de los alca. lib. 2. ordi. ibi,
o ouiere hecho cosa por que vala menos, con-
stat autè deportatum infamia notari, verūm
si ex facto hæres institutus sit, dubium est an
hæreditas ei relicta fisco applicetur, an verò
deferatur legitimis hæredibus testatoris,
non secus quā si ille re vera institutus non
esset, & quod fisco applicetur, tenet Gloss. in
dict. l. 1. & ibi Guiliel. de Cuno. Butrigarius, &
Raynerius, & est opinio sustentabilis, secun-
dum Imol. in l. si seruus eius. ff. de acqui. hære.
& in c. 2. de testam. tamen contraria opinio est
vera & communis, vt hæreditas deportato re-
licta legitimis hæredibus testatoris deferatur,
per dict. l. 1. ibi, & hæreditas in ea causa est, in
qua esset si scripti hæredes nō fuissent, & ita te-
net Bart. Bald. Sali. Paul. Alex. Corne. Iason &
alij communiter in d. l. 1. & est communis opi-
nio secundum Ias. ibi. nu. 3. & ita tenent com-
muniter Doct. in l. si seruus eius. ff. de acquir.
hæred. facit l. si in metallum. ff. de his quæ pro
non scriptis habentur. l. in metallum. ff. de iu-
re fisci, facit, quia deportatus habetur pro mor-
tuo. l. 1. §. penult. ff. de contratab. ergo, & c. vt in
l. quidam referunt. ff. de iure codicil. in §. 1. &
§. pro secundo. C. de cadu. tollen. simile quan-
do testator hæredem scripsit extraneum, quē
filium suum putabat, quæ institutio non va-
let, hæreditas tamen fisco non applicatur, sed
legitimis hæredibus testatoris, ita tenent Ci-
nus, Bart. Alexand. & aliter communiter in l.
si pater, per tex. & in l. neque apud. C. de hære.
inst. & est communis opin. secundum Ias. nu.
10. in d. l. si pater.

³
*Deportato hæ-
reditas data
deferatur le-
gitimis hære-
ditatis cum com-
muni contra
Accursi. Gui.
Ray. et alios.
Declara. l. 2.
tit. de los alca-
des lib. 2. fori
ordin.*

Excommunicatus † hæres institui non po-
test secundū quosdā, quos refert Rolandinus
in tractatu testamentorum, rub. 1. in fine. quia
æqui-

⁴
*Testa. per er-
rorem testam-
tu viriato hæ-
reditas legiti-
mi deferatur
cum comuni.*

⁵
*Excommuni-
catus habet
viranque tes-
tamenti
faciōnem cū
communi.*

æquiparatur deportato, & similiter etiam testamentum facere non potest, secundum Hostiensem, in c. pia. de exceptionibus in 6. glo. in c. decernimus, de sententia excommunicatio nis. lib. 6. quæ singularis est secundum Franc. in rub. de testam. in 6. in 16. col. Ioannes Monachus in c. quanquam, de vsuris.

Contrariam sententiam vt excommunicatus habeat vtranque testamenti factionem, tenent Archid. in d. c. pia. Ioan. And. & reliqui in d. cap. decernimus. Fredericus consil. 74. Guiliel. Benedi. in c. Raynutius, de testam. in verbo, mortuo, itaque primo. num. 288. Ioan. à Selua, de benefi. 3. par. q. 4. col. 1. quam opinionem dicunt communem Felinus in cap. cum voluntate, de senten. excommu. Barba. in d. c. 2. de testam. Idem Felin. in c. ad probandum, de re iudi. colum. 2. Fran. vbi supra. Bar. & Aret. in l. si quæramus. de testa. Abb. in cap. veritatis, de dolo & contumacia. Bal. in l. si. C. si anno competentis iudice. facit glo. in c. pastoralis. §. verum, de appellationibus, quæ excommunicatum relegato assimilatur, quem constat posse testari. l. relocatorum. §. 1. & 2. ff. de interdi. l. eius. §. sed relegati. ff. de testamen. facit etiam, Quia omnia censentur permittitur, quæ non reperiuntur expressim prohibita. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quibus causis maiores. leg. superstatuas. C. de religiosis, sed excommunicatus non reperitur testari prohibitus, ergo, &c. Præterea speciale est in excommunicato propter hæresim: Item in excommunicato propter percussione Cardin. vt in c. excommunicamus. §. credentes, de hæreticis. authen. credentes. C. de hæreticis. c. Felicis, de pœnis. in 6. ergo, & c. vt in l. nam quod liquide. §. si. ff. de penu. lega. resoluit Couarru. in rub. de testa. par. 2. nu. 18.

An autem iure regio excommunicatus iudex esse possit, & secundum hanc opin. videtur quod sic, secus secundum priorem sententiam iuncta lege 2. titu. 15. lib. 2. ordi. dum ait, o ouiere hecho cosa por que aya venido a menos, nam deportatum constat infamia notari, ergo, &c.

Item † Collegium regulariter hæres institui non potest. l. collegium. C. de hæred. instit. quia omne collegium illicitum præsumitur, nisi approbatur probetur, vt dicit gloss. in l. 1. de collegijs illicitis tradunt. Alex. Ias. & alij in dicta lege, collegium. gloss. in d. §. legari. Institu. de legat.

Item incertis personis olim nihil relinqui poterat, vt tradunt glo. & communiter Doct. in d. §. legari, per tex. in §. incertis, & in §. posthumo, eod. titu. quod dic, vt per nouissimos in l. Gallus, in prin. ff. de li. & post. Item in metallum damnatis nihil relinqui poterat. gl. & communiter Doct. in d. §. legari. Institu. de legat. text. in leg. si in metallum. ff. de his qui pro non scriptis habentur, vbi Bar. notanter ait, quod relictum ei, qui in metallum damna-

tus fuit, aufertur, & non fisco applicatur, sed legitimis hæredibus testatoris, vel si legatum erat, remanet apud hæredem, simile in eo, quod relinquitur deportato, vt per Ias. nu. 10. in l. 1. C. de hæredib. insti.

Item mendicantes non possunt capere ex testamento secundum quosdam, quod improbat, & rectè Guiliel. Bened. in c. Raynutius, de testam. in verbo, & vxorem nomine. num. 217. quia etiã captiuus, qui sunt serui, relinqui potest. l. si quis ad declinandam. C. de Episcopis & Cleri. & idem pari ratione in mendicantibus qui bona non tenebunt, sed distraherentur per episcopum, & precium in eorum vsus conuertetur, vt d. l. si quis ad declinandam. l. fideic. & seruo. ff. de legat. 3. & ita seruetur secundum Bar. in l. ciuitatibus. ff. de leg. 1. & in l. seruos. ff. de alimentis legatis, & in tractatu minori carum.

Spurius filius patri suo succedere non potest, & quidem præmittendū est † spurios filios esse in duplici differetia. Spurios enim largè appellamus, eos, quorum pater incertus est, etiã si ex soluto & soluta concepti fuerint. Alci. lib. 1. prætermittor. & Theophilus in §. aduersus. Inst. de nuprijs. Budæus in l. vulgò. ff. de statu hom. Ioan. Bap. in l. si qua illustris. col. 1. C. ad Orificianum. Catellianus Cotta in vltimis memoria. dictione, spurius. strictè verò spurij dicuntur, qui ex ijs parentibus nati sunt, qui coniugium contrahere non poterant tempore conceptionis, ita Ang. in §. nouissimè. Inst. ad Orifi. Idè in eo, qui nascitur ex coitu, punibile. Ang. ibidem. Alcia. li. 4. parergon. c. 5. Angelus Policia. lib. Miscellan. cap. 18. quos refert, & sequitur Couarru. lib. 4. decre. in secunda par. cap. 8. §. 5. ergo strictè & specificè spurius dicitur etiam is, qui patrem ostendere potest, si tamen ex coitu punibile nascitur, vel ex ijs parentibus, qui matrimonium contrahere nequeunt. d. l. vulgò. c. tanta. vbi gloss. qui filij sint legitimi. c. ad abolendā, de filijs presbyterorū. licet largius spurium dicamuseum, qui incertum patrem habet, qualis est natus ex scorto, vel meretrice. l. 1. titu. 15. particu. 4. leg. spurij. ff. de decurionibus. ergo spurius † strictè sumptus, neque ex testamento, neque ab intestato aliquid à patre capere potest, nec etiam ex contractu inter viuos. l. 1. & auth. licet. C. de naturalibus libe. §. si. in authen. quibus modis naturales efficiantur sui. l. 10. titu. 13. par. 6. l. 22. tit. 3. lib. 1. ordin. Sali. in d. leg. 1. quod si de facto huic filio spurio pater aliquid reliquerit, id non fisco, sed liberis legitimis, vel cognatis proximioribus defertur. d. l. 1. vbi Bald. & Sali. Ias. in l. 2. & ibi Alex. C. de hæred. inst. Bar. in leg. si. ff. de his quibus vt indig. Alex. in l. hæreditas. C. quibus vt indig. qui hanc dicit communem sententiam, nisi ex mora ipsorum post duos menses fisco admittatur vel renunciatione ipsorum liberorū vel cognatorū, vt d. l. 1. & d. l. 10. id autè in omnibus filiis spu-

7
Spurios qui dicatur.

8
Spurios ex damnato coitu natus nil capit ex testa. & quod ei relinquitur, legitimis hæred. testatoris applicatur iure regio, & iure communi.

L. 2. tit. 15. lib. 2. ordin.

6
Collegium nihil capit ex testam.

spurijs iure regio procedit, secundum Couar. vbi supra, nume. 3. qui allegat l. 1. tit. 13. par. 6. quæ nihil facit, voluit allegare l. 10. eod. tit. ibi, ex fornicatione, sed ille text. interpretandus est secundum ius commune, vt fornicationis appellatione coitus iure fori punibilis intelligatur. Hæc variè intelliguntur, Primum, vt spurius à patre immediatè nihil capere possit, vt dd. iuribus. Secundò vt etiam ab alio, ex iussu patris, arg. l. vnum ex familia. §. 1. ff. de lega. 2. Tertio etiam si capiat ab alio citra iussum patris, si tamen sibi datum fuit patris contemplatione secundum quosdam, argu. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. quod satis expeditum non est.

Quartò intelligitur vt etiam ex causa pupillaris substitutionis is spurius bona patris capere non possit. l. si is qui. ff. de vulgari, iuncta Glo. in authen. quib. mod. naturales efficiantur sui. §. si quem text. in d. l. si is, dicit singularem. Bal. in l. eam quam. C. fideicom. nu. 53. & inc. sollicitudinem, de appella. col. 2. & meritò, quia post hæreditatem patris filio impuberi quæsitam, & diu ab eo possessam, iam non à patre, sed ab ipso impubere ea bona profecta videri deberent, arg. l. sed si plures. §. filio. ff. de vulg. vnde filio spurio videbantur posse acquiri, non secus quàm si patris nunquam fuissent, contrarium tamen ibi deciditur, quod sequuntur Bar. Paul. Alex. Ias. & alij communiter in d. l. si is. Ias. nume. 5. in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & Couarr. vbi supra.

Quintò intellige vt spurius bona patris capere nequeat, etiam ex causâ substitutionis vulgaris. Guiliel. Benedicet. in cap. Raynutius, de testa. in verbo, & vxorem. nu. 690.

Sextò intellige, vt non possit capere etiam ex substitutione fideicommissi. secundum Guiliel. ibid. argu. dict. l. si is.

Septimò intellige quòd etiam ab aliquo tertio, cui pater donauit, capere non potest incontinenti, licet ex interuallo posset, quia incontinenti præsumitur patris contemplatione factum. Bal. in d. l. eam quam. nu. 40. Anan. consi. 13. Io. Lupi. in rub. de dona. intervirum & vxor. §. 30. nu. 14.

Octauò intellige, vt capere non posset is spurius à patre etiam ex dispositione legis municipalis. Decius in c. 2. de consti. lect. 2. not. 2. Soz. consi. 95. nu. 9. li. 4. & est communis opinio secundum Ioannem Baptistam, in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. col. 4. Bal. & Aret. in l. cunctos populos. C. de summa Trinitate. Aret. in l. 3. ff. de testam. Ias. in l. ait prætor. col. 3. ff. de iureiuran. elegantèr per Couarru. vbi supra qui multa cumulat, & aliquid infrà. † filius verò naturalis, qualis est ille qui nascitur de concubina, vel ex ea cum qua matrimonium contrahi potest, vt declarant Alciat. li. 4. parergon. cap. 5. & plenè Didacus, vbi supra, in §. 4. cap. 8. Abb. in c. per venerabilem, qui filij sint illegitimi. Roderi. Suares in l. 1. ti.

6. lib. 3. fori. Ias. consi. 51. lib. 3. l. 11. Tauri. Fortu. ni. de vltimo fine. illatione 8. Propositus in c. tanta. num. 6. qui filij sint legitimi, vbi Abb. col. fi. qui † censet non tam fauendum esse filio naturali nato ex concubina domi retenta, quàm si nasceretur ex ea, quæ domi retenta non erat, quem in hoc sequitur ipse Didacus lib. 4. decreta. par. 2. cap. 8. §. 4. num. 4. sed errant, nam hac in re finis scopulusque, quo tēdit, ius ciuile ostendit, vt liberi quo certiores sunt, nostri ed certius & plenius ad successiones nostras admittantur, non sic in eis, qui magis incerti sunt, vnde cum longè certiores sint liberi suscepti ex concubina domi retenta, quàm illi, qui suscepti putantur ex concubina, quæ seorsum degit, arg. l. filium eū diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. si vicinis. C. de nuptijs. consequens est, vt ius & priuilegia filij naturalis potius consequatur filius natus ex concubina domi retenta, quæ natus ex ea, quæ seorsum habitat, argu. leg. 11. tit. 13. par. 6. quæ hanc decidit controuersiam.

Vnde † filius naturalis, & filius nothus ex testamento patris omnia capere possunt, non secus quàm quilibet extraneus caperet. Alciat. lib. 4. parergon. cap. 5. Salic. in authen. ex complexu. Cod. de incestis nuptijs. Didacus de Couarru. vbi supra. licet contrariū tenerint Bar. in l. si. ff. quibus vt indig. Alber. in rub. C. de natu. libe. Oldra. consi. 196. quorū opinio nulla ratione defendi potest, cum nothis nullum vitium obijci posset præterquam quòd eorum cognatio erga patrem incerta sit, sed longè magis certum est, extraneum hæredem nullum ius cognationis habere erga testatorem, à quo tamen ex asse hæres institui potest. Nothi autem dicuntur, qui ex meretricibus, vel scortis nascuntur, secundum ipsum Didacū & Alciat. vbi supra, licet aliter capiatur nothus in l. 1. titu. 15. par. 4. & licet † in successione ex testamento nothi & naturales æquiparentur, secus tamen est in successione ab intestato, nam ab intestato naturalis consequitur duas vncias, iuxta distinctionē auth. licet. C. de naturalib. lib. authen. quib. mod. naturales efficiantur sui. §. fin. & §. si quis autem defunctus. Nothus verus ab intestato nihil consequitur à patre, vt in d. authen. §. si verò, effuse † filius verò bastardus idem esse intelligitur, quod filius naturalis. Decius consi. 433. Glo. in rub. ff. de concubinis. Ludoui. de Sardis, in tractatu de legitimatione. 2. par. q. 1. li. 2. Alex. consi. 128. col. pe. lib. 1. quos refert, & sequitur ipse Didacus, vbi supra, & ita intelligenda est secundum eum l. 9. Tauri.

Filius † ergo naturalis ab intestato capere potest duas tantum vncias, iuxta distinctionem d. authenticæ, licet. l. vlti. tit. 13. par. 6. Glo. Panorm. & reliqui in d. c. tanta, qui filij sint legitimi. Limita primò si supersint filij legitimi, & d. iuribus. Idem si supersint filij legitima-

11
Naturalis filius ex concubina fauorabilior est quàm si ex seorsum habitate nasceretur contra nouis. quod procedit etiam iure regio.

12
Nothus capere potest ex testam. patris cum nouis. contra Bar. Alci. Oldra. & alios.

13
Nothus ex naturali differtur in successione ab intestato.

14
Bastardus idem est quod naturalis.

15
Naturalis capere potest duas vncias ab intestato. fallit variè.

9
Spurius nil capit à patre nisi ampliat.

10
Naturalis filius vt succedat.

gitimati. Bal. in l. eam quam. C. de fideicom. nu. 26. & in simili pereundem in l. cum acutissimi. nu. 7. eod. tit. Idem Bal. in l. quisquis. C. ad leg. Iuliam. Maieft. Tertio limita, nisi super sint filij adoptiui secundum Ioan. Baptistam de sancto Seuerino, in l. si qua illustris. C. ad Orificianum. col. 19. Nicolaus de Vbaldis, in tractatu de successione. ab intest. colum. 11. nam cum hi succedant contra testamentum, vt in §. adoptiui. Instit. de exhæredatione liberorum. leg. certum. ff. de iniur. rup. l. 2. tit. 1. part. 6. multo facilius ab intesta. admittentur exclusis naturalibus, vt in §. eadem. Instit. de hæred. ab intestato. l. in arenâ. C. de inof. testa.

Quarto limita, nisi super sit vxor ipsius parentis, vt in d. aut. licet, quod hodie iure regio immutatum est. l. 9. tit. 13. par. 6.

Quinto limita, vt naturalis excludatur per coniugem vel filium legitimum, etiam si hæreditatem patris repudiet, secundum Imol. & Ripam num. 6. in l. Lucius. ff. de vulg. cuius contrarium tenet Alexand. ibi, colum. 3. Didacus verò, vbi supra, nihil firmat, & quidem in terminis iuris cõmunis verior videtur opinio Imo. & Ripæ, quia etiam post repudiationem legitimorum durat causâ exclusionis, quæ licet præsentia ipsius vxoris, sed in terminis iuris regij indubitanter vera est opinio Alex. vt legitimis repudiantibus fiat locus naturalibus, licet super sit vxor. l. 2. §. si sint. ff. ad Tertu. arg. l. 9. tit. 13. par. 6. † Stat ergo vt naturalis patri potest succedere secundum dictam distinctionem, secundum quam etiam succedit nepos legitimus ex filio naturali tantum. leg. fina. C. de natura. lib. vbi Cinus & Odofredus cap. causam, quæ. 1. c. lator, & c. ex tenore, qui filij sint legitimi. Decius consil. 311. Bal. in leg. fin. C. de verbo. sig. Ang. in auth. de hæredibus ab intesta. §. reliquum. Bal. & Salice. in d. l. si. Azo. in summa. C. de natu. lib. Ioan. Bap. in d. l. si qua illustris. col. 19. qui sentiunt † quòd talis nepos legitimus ex filio naturali excluditur à liberis legitimis, & ab vxore parentis, quid verum de iure ciuili, de iure verò regio à legitimis excluditur, nõ autem ab vxore. d. l. 9. tit. 13. part. 6. Ex testamento verò potest pater vnicam relinquere liberis naturalibus, legitima etiam prole existente. l. octaua. titu. 13. par. 6. l. 2. cum authen. ibi posita. C. de nar. liber. quòd si descendentes non sint legitimi, licet existant ascendentes, potest pater filium naturalem hæredem vniuersalem instituere, dum modò legitimam partem parentib. relinquat. authen. licet, iuncta glo. communiter approbata. d. l. 8. titu. 13. par. 6. Intellige tamen tertiam partem bonorũ legitimam esse parentis, & in authen. nouissima. C. de inof. testamen. quod iure regio immutatum est, vt pater hæredem vniuersalem posset filium naturalem facere nihilò parentibus relicto. l. 10. Tauri.

Quòd procedit etiam in testamento imper

fecto in terminis iuris cõmunis. Guiliel. Bened. in c. Raynu. de testa. in verbo, testa. 1. nu. 83. & est communis opinio secundum Didacum, vbi supra. num. 13. contra Alex. in leg. ex facto. §. si quis rogatus. num. 45. ff. ad Trebell. las. in l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. nu. 4. C. de in officio. testamen. sed de iure regio, dict. §. ex imperfecto, correctus est per l. 3. Tauri. secundum Micha. Cifon. ibidem, & secundum Didacum, vbi supra, filius tamen naturalis cum filiis legitimis matri intestatæ succedit. leg. si qua illustris. C. ad Orfi. leg. 11. tit. 13. par. 6. vbi redditur bona ratio etiam si mater sit illustris. Ang. in §. nouissimè. Instit. ad Orfi. & est communis opinio secundum Didacum, vbi supra, quod durum visum est ipsi Didaco, vbi supra, quòd iure regio immutatum est. leg. 9. Tauri. Sed licet filius naturalis possit succedere tam ex testamento, quam ab intestato secundum prædictam distinctionem, tamen contra testamentum patris nunquam succedit. glo. in l. 1. in prin. ff. de contra tab. Didacus de Segura in l. cohæredi. §. cù filiz. col. 14. ff. de vulg. & est communis opinio, vt diximus.

Cæterum contra testamentum matris querelam mouere possunt, non secus quam legitimi. l. si suspecta. §. 1. vbi glo. ff. de inof. testa. glo. & Pau. in d. l. si qua illustris, per rationem redditam in l. 11. tit. 13. par. 6. quod in legitima tis per rescriptum, an & vt procedat, traditur per nostrates in l. 12. Tauri.

Illud autem notandum est, † quòd in quibus casibus filij legitimi, quales sunt spurij vel naturales, non possunt hæredes institui, id intelligendum est, purè hæredes institui non posse, sub hac verò conditione, si à principe legitimentur, institui possunt secundum communem sententiam, quam tenent Bal. in l. 1. num. 17. C. de instit. & substit. Sozi. in leg. quidam relegatus. num. 11. vbi Lud. Lusitanus col. 11. ff. de reb. dub. Curti. Iunior. consil. 184. lib. 2. nu. 4. Ioan. Lupi. in repet. rubricæ donationibus inter virum. §. 29. num. 4. Aret. consil. 155. quos refert, & sequitur Emanuel de Cesta in l. Callus. §. & quid si tantum. in 2. par. num. 172. ff. de lib. & post. arg. l. in tempus. ff. de hæredib. instituen. l. 1. l. quid sponsæ. C. de dona. ante nuptias.

Quod autem dicebamus supra nu. 9. † spurium à parte nihil capere posse, ampliatur per l. fina. tit. 3. lib. 5. ordin. ibi, no ayan ni hæredem los breues de los dichos clerigos suas padres ni de otros parentes algunos ino vala manda ni donacionni vendida que los dho clerigos parentes les hisierena ora nide aqui adelante, Quorum verborum sensus est in rem ipsam factam videri prohibitionem, vt nullo tit. inter viuos, aut vltimæ voluntatis lu cratiuo aut oneroso capere possint, quod & probat l. 22. titu. 3. lib. 1. ordin. ergò bona ipsorum clericorum capere nõ potuerunt etiam ex

16
Naturalis filius & nepos legitimus ex filio naturali exequatur.

17
Naturalis filius & nepos legitimus ex filio naturali nõ excluduntur ab vxore patris iure regio.

18
Naturalis vt succedit quãdo concurrit cã legitimus.

19
Naturalis, spurius, & similes institui possunt sub conditione, si à principe legitimentur, cum communi.

20
Intel. l. si. tit. 3. lib. 5. ord.

ex interuallo, quasi prohibitio sit in re, quod no. ad omnia quæ diximus supra num. 9. pro nobis d. l. fi. ibi a orani de aqui a delante. An autem ab alio, qui non esset cognatus clerici, capere possint bona ipsorum clericorum, & puto non posse, quasi hæc prohibitio in rem esse videatur, vt d. l. fi. & d. l. 22. quod euidentius suadetur quàm longè demonstratione egeat, nam licet dictæ leges ea videantur niti ratione, quod spurius in numero cognatorum computari non deberet quod ad legitimas, sicque patri intestato vel eius cognatis intestatis succedere non debeat, tamen nec ex testamento, ipsidem succedere potest, per dd. ll. & præterea etiam ex contractu oneroso bona patris habere non potest de manu ipsius patris, vel eorum cognatorum, quorsum ergo tendit vetare ne capiat titulo emptionis, cum tantum abscesserit quantum accesserit, per quod ipse locupletior non fiet, sicque cessabit ratio illarum legum, quid enim interest, vtrum ille res illas, an alias æquæ bonas emat, & cõsequatur, nempe, quia lex præsumit hoc casu viliori precio vel nullo veri simulatam venditionem, intellexitque proniores facilioresque esse homines in rebus alienis concedendis, licet eas acquirere possent, quàm in suis met rebus à se separandis, arg. l. vnum ex familia, & si rem. ff. de lega. 2. l. qui autem. in prin. & §. i. ff. quæ in fraud. cred. Quasi suum cuique pulchrum, vnde si à clerico fui institutus simpliciter, & nulla tacita aut expressa fide præstita præsenfi, tamen ex clerici animo esse, vt eius filio spurio ea bona restituerem, tunc longè facilius proniusque eadem clerici bona spurio filio tradam, quàm quæ mea antea erant, est enim, vt ait Ouidius, *Est amor & rerum cunctis tutela suarum.* Vnde lex ne hoc modo spurij ditescerent successoresque parentum clericorum fierent consultum prospectumque voluit, ne villo modo res parentum ad eos conuolare possent, etiam titulo oneroso, & licet leges illæ regis expressim vetuerint, ne tales res de manu ipsorum parentum aut eorum cognatorum in tales spurios conferantur, tamen est ex mente etiam & sententia illarum legum, vt nec etiam de manu extraneorum ad eos conferantur, vnde licet disertissimus Didacus Couarru. in 4. decre. par. 2. num. 5. post Lupum in rub. de donati. §. 30. nu. 14. & Anani. confi. 13. & Bal. in l. eam quam. C. de fidei. num. 40. quos ipse refert, & sequitur, intellexerit quod extraneus qui patri successit, si incontinenti filio suo restitueret, præsumeretur fraus, & sicq; nõ liceret, non sic si ex interuallo, nam tunc fas esset quasi fraus nulla præsumetur, id saltem in terminis iuris regij admittendum non est, quia menti illarum legum aduersatur, quarum prohibitio in res ipsas ipsius clerici esse videtur, vt nec ex interuallo eas capere possit, non magis quàm incontinenti.

21
Spurius ex interuallo capere iure regio non posse res patris clericis, contra nouis.

Illud ¶ autem dubium est, an is spurius bona à parente sibi donata possit obtinere tutus in foro animæ, & quid si sibi relicta essent? & Didacus, vbi supra, ait non posse, quia l. iustissima horum bonorum incapax est, ergo, inquit, ab eis abstinere tenetur, id quod mihi nullo iure probatur; nam licet ipse Didacus, vt præsentio, cogitauerit, leges illas ligare in foro animæ, tamen nos didicimus non ligare, nisi cum id exprimunt vel obligant ipso facto, vel ipso iure, vt innumeris legibus, præsertim regijs, probauimus supra §. 32. numer. 32. & numer. 15. cum pluribus seq. & numer. 46. & numer. 37. Pro nobis tex. egregius in l. pen. & fin. iuncta l. 2. ff. de crimi. expil. hære. Facit, quia successiones sunt de mero iure positio, vt diximus supra §. i. in prin. quod indubitanter verum, si ea clerici bona nullus capere velit. Idem si vellent, si tamen ipse iure donationis vel venditionis ea bona à patre accepit, quia licet ipse dominium vt incapax nõ quesierit, tamen dominium ab ipso patre viuente recessit, ipseque filius habet illorum bonorum naturalem possessionem, aut natu. apprehensionem seu detentionem, non secus quàm si paterea bona pro derelicto habuisset, vt in terminis l. 1. & 2. ff. pro derelicto. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui. poss. eaque sic derelicta & abiecta spurius cõpisset, quo casu dominium à patre abcessit, licet in eum non fuerit translatum, ceterum quia abcessit se viuo, neque ad hæredes ipsius legitimos pertinent, nisi bona tantum quæ mortis tempore reliquerat, leg. hæreditas. ff. de verbo. signi. l. nihil. eo. tit. Bar. & omnes in rub. ff. de acqui. hære. superest, vt hæc bona captare nullo iure possint, licet fiscus fortè posset quasi vacantia, quod si clericus hæc bona spurio in testamento reliquisset, tunc magis est vt teneretur in foro animæ denunciare legitimis, quibus ius est ea petendi. ¶ Vnde infero suspectum esse quod ipse Didacus, vbi supra, ait, vt si hæres scriptus, qui tacitam fidem accommodauit, spurio bona tradiderit, is spurius tutus sit, licet hæres ipse mortaliter non peccauerit, & quod hæres mortaliter nõ peccauerit, quia id expressim lege nõ cauetur, tenendum est, vt iam admonuimus, contra ipsum Didacum, quod autem tutus sit spurius, non est verum simpliciter, sed eo tantum casu, quo fisco denunciauerit, & is accipere noluerit, arg. l. delata. ff. de verbo. signi. nam vt fratris mei intestati extraneus in scio me occupatam teneret, nec mihi denunciaret, prædo videretur. l. præ donis. ff. de peti. hære. ita & hoc casu idem foret si is superius, quem iure regio horum bonorum incapacem dicimus, id fisco non denunciaret, licet in terminis iuris communis nõ iam expeditum esset.

Subinfertur verum non esse quod ipse Didacus, vbi supra, ait, dum cõtendit, quod hæres, qui tacitam fidem accommodauit, nõ peccat,

2

licet

22
Spurius bona sibi à patre donata retinens, an sit tutus in foro animæ.

23
Spurius hære ditatem restituens non peccat cõtra nouis.

24
Spurius qui habet bona patris nec fisco denunciat, tutus non est.

licet fisco sese non deferat, quia, inquit, verus hæres & dominus aditione hæreditatis efficitur, licet propter illum delictum in pœnam delicti, lex talem hæreditatem fisco accommo-
dauerit. l. 1. C. de his quib. vt indig. l. ita fidei. l. non intelligitur. ff. de iure fisci, cuius contrarium, vt & ipse fatetur, tenent Bar. in l. fi. ff. quib. vt indig. Segura in l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. Sed longè verior est sententia Barto. quia tempore mortis clerici illius, cuius de successione agitur, iam hæres ille, qui tacitam fidem accommodauit, incapax propter illud delictum factus fuerat hæreditatis illius, vnde eam adeundo eius dominium nõ quiz-
sui, nõ magis quàm si reuera institutus non esset, vnde iure prædo appellatur, d. l. non intelligitur, debuitq; denunciare fisco, qui ex lege ad eam inuitatus fuit.

Vnde quod ipse ait ibidem post Fortuni. quem allegat in l. iurisgentium. §. prætor ait. notabili 3. ff. de pact. vt hæres, qui tacitam fidem accommodauit, eam restituere non teneatur filio spurio, verum est, fisco tamen sine dubio tenetur, & puto eum peccasse mentitū que fuisse simul ac tacitā illam fidem accommodauit, quia promisit impossibile, quod erat & vetitū de iure, ergo, &c. vt l. nepos Proculo. ff. de verbo. signi. Vnde si hæres, qui tacitam fidem accommodauit, iurauit se id non denunciaturum, sunt qui putent non aliter quàm ad postulationem iudicis debere id patet facere, quia iuramentum intelligitur excepta autoritate superioris, Felin. in cap. intimaui, de testibus. Marti. Naua. in c. inter verba. ii. q. 3. par. vlt. coral. 65. quod negat disertus Couarru. vbi suprā, num. 10. nisi sub quadam distinctione. Nos autem tenemus hæredem id denunciare debere etiam circa vllā iudicis postulationem, neq; de periurio curandum, quia cum is iurauerit turpe quid, & de iure impossibile, statim periurus fuit, neque id periurium per eius taciturnitatem leniretur aut purgaretur, vnde furtum illi periurio accedere non debet, sed longè fatius rem alienam patefieri, vnde apparet ipsius Didaci opinio longius à veritatis tramite abscedere, dum tenuit denunciare non debere etiam ad iudicis postulationem nisi infamatus esset, aut indicio notatus, vt autem possit clericus in filios spurios bona sua conferre, plures modos & cautelas tradunt Bar. & alij in d. l. fin. ff. de his quibus vt indig. disertus Didacus, vbi suprā, qui subdit, vix illum reperiri satis tutum in foro animæ, qua de re fortè postea dicemus.

Intel. et decl. l. 1. si 3. lib. 5. ord. & l. 22. si. 3. li. 1. ord.

Illud autem dubium est, † quonam modo leges ciuiles possint comprehendere & ligare personas clericorum dum disponunt, vt si hæredes fecerint laicos data fide de tali hæreditate filijs ipsorum clericorum spurijis restituenda talis hæreditas fisco deferatur, vt in 22. tit. tercio lib. 3. ordin. l. fina. tit. 3. lib. 5. ordin. cum

id videatur egredi iurisdictionis ciuilis notissimos terminos, sed fanè nos sempertenuimus leges ciuiles personas clericorū, nõ secus quàm laicorum comprehendere, quasi ius ciuile & canonicum vnum idemque sit in omnibus præter specialiter excepta, vnde leges ciuiles clericos comprehendunt non aliter atque leges canonicæ, vt fufius in §. 26. numer. 53. (sicque declarantur dd. ll.) lib. 3. de successio-
num creatione, disseruimus, id quod procedit si teneremus opin. existimantium, eandem quoque prohibitionem vrgere etiam de iure communi Romanorum, nam cum iure nostro Hispanorum nullam societatem ius canonicum coisse plus quàm manifestum est.

SUMMARIUM.

- 1 *Captiui, obfides, & similes non testantur.*
- 2 *Surdus & mutus non possunt testari.*
- 3 *Miles & mutus & surdus testantur cum communi, contra nouissimos.*
Declaratio l. 2. tit. 15. lib. 2. ordin.
- 4 *Miles etiam hodie surdus & mutus testatur, cum communi contra Cum. Ias. & alios.*
- 5 *Lex generaliter loquens non comprehendit personas peculiare priuilegium habentes in illa materia.*
L. 1. tit. 4. lib. 1. ordin.
Mandatum generale non comprehendit specialiter prouisa.
- 6 *Surdus mutusq; natura ex dispensatione principis testatur cum Roman. Alexand. Cimo, contra Cuma. Pau. Aret. Ias. & alios.*
- 7 *Surdus & mutus natura non testantur etiam ad pias causas, cum Bald. Roma. Ias. contra Alex. & Decium.*
- 8 *Mutus qui illam solam vocem exprimere potest, sic vel non testari potest.*
Declaratio l. tertia, tit. decimiquinti. lib. secundi ordin.
- 9 *Cæcus non testatur nisi cum obseruatione sua peculiari.*
Lex 3. Tauri.
- 10 *Cæci testamentum olim valebat licet non inciperet ab hæredis institutione, contra communem. Idem etiam hodie contra communem.*
- 11 *Cæcos inter liberos sine regulari solennitate testatur, cum communi contra quàm plures.*
- 12 *Intellectus l. 14. tit. 1. par. 6.*
Declaratio l. secunde, tit. decimiquinti. lib. 2. ordin.
- 13 *Cæci etiam iure communi requirit codicillus tantam solennitatem quantam testamentum, cum communi contra quàm plures.*
- 14 *Cæci codicillus iure regio tantam solennitatem requirit quantam testamentum, per l. tertiam Tauri.*
- 15 *Cæci testamentum minus solenne valet in 17. casibus.*
- 16 *Cæco an possit fieri exemplaris.*

- 17 Cacus potest esse doctor vel testis.
 18 Excellentia ratione dispensatur cum alias prohibitis.
 Decla. l. secund. tit. de los alcaldes, libro 2. ordin.
 19 Notorietas vbi est, ibi ex amide, comprobatione aut causa cognitione opus non est.
 20 Etymologia vocabuli non semper consideratur.

CAPVT CIII.

1
 Captiui obfides & similes non testantur.



CAPTIVVS nō potest facere testamentum, de iure communi. l. eius, in princ. ff. de capti. §. fina. Insti. quibus non est perm. facere testam. Secundò, quia captivus est servus hostium. §. serui. 1. & §. serui. 2. Insti. de iure persona. l. manumissiones. ff. de iustit. & iur. servus autem non potest testari, in princ. Insti. quib. non est perm. face. testa. l. filius. ff. de testament. & captivus non potest facere testamentum etiam iure militari. l. facere. ff. de milita. testament. leg. decimasexta. tit. 1. par. 6. & obsides non possunt facere test. l. obsides. ff. de testament. Secundò quia æquiparantur captivus. l. diuus. ff. de iure fisci. Legati tamen possunt facere testamentum, licet ab hostibus iniuria detineantur. l. qui à latronibus. §. primò. ff. de testament. Secundò, quia cum contra ius gentium detineantur, servus fieri nō possunt, sunt enim sancti, & iniuolabiles. l. sanctum. ff. de rerum diui. l. si. ff. de legi. Et à latronibus captus potest facere testament. l. quia latronibus. ff. de testam. Secundò, quia non fiunt serui, vt l. cum hæredes. §. fina. ff. de acquiren. poss. l. 1. & secunda. ff. de liber. ho. exhi. Et captivus non potest facere codicillos nisi in ciuitate testamentum fecisset. l. in bello. §. codicilli. ff. de capt. Secundò, quia qui non potest testari, nec potest codicillari. l. diuus. §. codicillos secunda. l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iure codicill. sed testamentum inueni in ciuitate factum non infirmatur per captiuitatem superuenientem. Intellige primò quando captus decessit apud hostem. Secundò, quia per legem fingitur mortuus tempore captiuitatis. l. in omnibus. ff. de capt. intellige secundò quando reuersus fuit secundò, quia fingitur nūquam fuisse apud hostes. l. ratio. ff. de cap. Idem in test. lib. l. sinerem. §. 1. ff. de bon. liber. Idem in testament. pupillari. leg. lex cum Cornelia. de vulga. Idem si capiatur hæres, qui postea reuersus sit. leg. captum. C. de capt. Et in ijs testamentis datur Falcidia. lege prima. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid. & hæc omnia communiter recepta sunt in dictis locis. An autem captus vel obses iudices esse possint iure regio, & videtur non posse, argument. leg. tertia. titu. decimoquinto. lib. 2. ordi. vbi qui sui iuris non sunt, quales sunt prædicti, testari non possunt.

Surdus † & mutus olim testamētū facere nō

2
 Deo l. 3. tit. 15. lib. 2. ordin.

3
 Surdus et mutus nō possunt testari.

poterant. leg. qui in potestate. §. primò. leg. si mutus. ff. de testam. l. octavi. §. 1. ff. vnde cognati. l. ex facto, in princ. ff. de vulg. & in dd. lōcis est receptissima op. præsertim per nouissimos in d. l. ex facto, & in l. discretis. C. qui testament. fac. poss. vbi per Cor. Alex. & Decius post alios Sozin. consi. 20. abundè. lib. 4. Dec. consi. 371. numer. 7. hodie surdus & mutus simul & à natura similiter testari nō possunt, vt in d. l. discretis, & in §. item surdus. Insti. qui. non est perm. facere testamentum. l. 13. tit. 1. par. 6, si autem ex accidenti hæc vitia concurrant, vel si hæc vitia à natura, vel accidenti discreta sint, tunc testamentum fieri potest, secundum distinctionem text. in d. l. 13. tit. 1. par. 6. Limita vt non procedat in surdo & muto milite, qui iure veteri poterat facere testamentum, ista est vera & communis opinio, quam probat tex. in lege iure militari, & ibi cōmuniter Doctores. ff. de militari testament. tex. in §. quinimò, & ibi communiter Doctores. Insti. eod. titu. Gloss. in §. item surdus, in verbo, certis. & ibi communiter Doctor. C. qui test. fac. poss. Cius, Salice. Alex. & Iaf. col. 1. d. l. discretis. Bal. & Ang. in d. l. iure milita. Decius in d. l. discretis. col. 1.

Contrarium tamen, vt iure veteri miles, mutus simul & surdus à natura nō posset facere testament. sed demum eo casu tantum quo ex accidenti hæc duo vitia concurrerent sentiunt. Marcus Ant. & Viglius in d. §. quinimò, quia non possunt comprehendere, vt voluntas militis, qui vtroque morbo laboraret à natura intelligi, & colligi posset, sed verior est communis sententia per tex. in l. in fraudem. §. sicut. ff. de milita. testa. vbi nuda voluntate quoquo modo intellecta miles testamentum facere, & hæredem scribere potest, non secus quàm paganus posset nuda voluntate, vt cunque declarata legatum scribere. l. nutu. ff. de leg. 3. ergo miles licet vtroque morbo laboret, cum nihilominus nutu, & signis voluntatem suam monstrare posset, superest, vt testari posset. Ad idem l. milites. C. de testament. milita. & Pinciz vidimus mutum quendam, qui decessit anno Domini 1557. qui scribere sciebat, & peccata sua cōfiteri, & chartis pictis ludere, & omnia quæ populo fiebant, publicè intelligebat non secus quàm reliqui. Surdus autem, aut mutus etiam miles non posset esse iudex, argumen. l. 2. tit. 15. lib. 2. ordin. in sui generalitate, quia lex generaliter loquens comprehendit personas etiā priuilegiatas, vt statim dicā, per quod ampliatur vtiliter d. l. 2.

Illud autem dubiū est, an iure nouo per d. l. discretis, mutus, & surdus miles simul, & à natura possit testamentum facere, vt olim, an verò ius antiquum sit correctum, per d. l. discretis, quod contra mentem & sententiam communis opinionis eorum quos suprā retulimus, firmant Cuma. in d. l. qui in potestate. §. 1. quem refert, & sequitur Iaf. in d. l. discretis.

3
 Miles etiam mutus & surdus testatur cum communi contra nos.

Decl. 2. tit. 15. lib. 2. ordina.

4
 Miles etiam hodie surdus, & mutus testatur cū communi contra com. Iaf. & alios.

discretis.col.1.mouentur,quia lex generaliter loquens comprehendit personam militis.l.in fraudem. §. fin. ff. de mili. testamento, sed erant,nam tex. ille procedit, in quibus casibus miles non reperitur habere speciale priuilegium,secus autem est in specie nostra,in qua reperitur habere peculiare,& speciale priuilegium,vt in d.l.iure milit.& d. §. quinimò. Et † quòd lex generaliter loquens non comprehendat personas habentes peculiare priuilegium in illa materia, de qua agitur, est vera & communis opinio, vt late per Deci. in l. hac consultissima, aliàs si. C. qui testamen. fac. poss. Idem Decius confi. 5. Idem Decius in l. ex testamento. C. vnde lib. Alciat. lib. 4. Paradox. cap. 10. Tiraque. de vtroque retractu. in Glo. 14. numer. 93. sentit Gloss. 2. in d.l. hac consultissima. Crotus num. 18. in l. nemo potest. ff. de lega. primo. vbi Annibal numer. 369. & Ripa numer. 52. Cuma. & Paul. in d.l. hac consultissima. Ias. in l. sicut certi. nume. 10. C. de testam. mili. text. in l. 3. & ibi Glo. C. de silentarijs, lib. 12. quam Glo. reputat singularem Bal. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. 4. col. de constit. Glo. in l. 2. §. legatis, & ibi Bart. & in l. hæres absens, & ibi Bar. ff. de iudicijs, & tamen lex generalis comprehendit rusticos, & mulieres. leg. prima, titu. 4. lib. 1. ordi. vnde cum pijsimus princeps noster mandatum dedisset bello sœuiente Gallico, vt à summis rationalibus oppida venderentur, ex facto sœpè consultus respondit, in tali mandato non comprehendit oppida, quæ in hac materia habent speciale, & peculiare priuilegium, quod nota ad eam villam, seu oppidum, quod Monleon appellatur, quia, vt dicebatur, peculiare habebat priuilegium, ne posset alienari, idemque dicebatur in oppido illo, quod Hortaio appellatur.

Secundò mouentur Ias. & Cuma. quia in d.l. discretis, ratio falsitatis vitandæ, & voluntatis testatoris intelligendæ expressa est, quæ ratio viget in milite testante, non secus quàm in pagano, quod parum me mouet, nam in testamento cuiusque propter easdem rationes septem testes, & reliqua solemnia regulariter desiderantur. l. si. C. de fideicom. l. iubemus. C. de testamen. quæ rationes licet in testamento militis non secus quàm in testamento pagani vigeant, tamen nihilominus illæ solennitates militibus remittuntur, per tot. ff. C. & Inst. de mil. testam?

Illud autem dubium est, an surdus mutusque simul à natura possit facere testamentum ex dispensatione principis, quod negant Paul. in dicta lege discretis. Idem Paul. & Cuma. in lege, qui in potestate. §. primo. ff. de testamen.

Contrarium tenet, & melius Alexand. in d. l. discretis. nume. 4. per tex. in d. §. quinimò, & in l. iure milit. ff. de milita. testamento, vbi per legem id introducit, ergo & per principem

ex certa scientia, & cum causæ cognitione introduci potest. l. prima. ff. de constitutio. prin. §. sed & quod principi. Insti. de iure natu. & ita etiam tenent Cinus, & Roma. in d.l. discretis. licet contrarium teneat Ias. ibidem. col. secunda. & Areti. in l. si mutus. ff. de testamen. & vera concordia est, quod aut ille testator nullum omnino sensum habebat, & tunc non valebit testamentum nec principis dispensatio, aut aliquem sensum habebat, & tunc valebit, aut dubitatur, & valuit si ritè, & rectè testetur, sin minus, secus, vt in simili diximus supra.

Item limita, † vt surdus simul, & mutus etià à natiuitate possit testari ad pias causas, secundum Bal. & Alexan. & Dec. nu. 12. in dict. leg. discretis, per cap. cum tibi, de testa.

Contrarium & melius tenent Ro. & Ias. col. 2. in prin. in d.l. discretis. Bal. in l. 1. col. 2. C. de sacr. eccle. quia tale testamentum etiam libertatis fauore non valebit. d. l. discretis, libertas autem pijsima causa est, vt resoluit Ias. in l. ca. ptatorias. C. de testamento milit.

Illud autem dubiù est † an mutus, qui nullam vocem articulatè emittere sciebat, nisi illam vocem Si, aut illam vocem Non, possit facere testamentum, & Corn. confi. 20. abundè. lib. 4. tenet quòd possit, quia communis opinio est valere testamentum quando alteri interroganti, Titiumne hæredem instituis? testator responderet, vel etiam instituo. Glo. & communiter Docto. in l. iubemus, in verbo quemadmodum. C. de testamen. & dixi supra, ergo, &c. Præterea stipulatio fieri non potest, nisi vtroque loquente. l. 1. in princ. ff. de verborum obligatio. & tamen similis stipulatio valeret. d. l. prima. ff. de verbo. oblig. §. si quis ita, ergo, &c. Mutus tamen iure regio iudex esse non potest. l. 2. tit. 15. lib. 2. ordin. sin autem illam tantum vocem exprimere posset Si, vel Non, dubitari potest, an iudex esse posset, & magis est vt non possit, per rationem expressam in d. l. 2.

Cæcus † non potest facere testamentum secundum formam communem, nisi præterea adhibeat solennitatem, de qua in l. hac consultissima. C. qui testa. fac. pos. & in §. cæcus. Insti. quib. nõ est permillum facere testamen. l. 4. tit. 1. par. 6. quod hodie immutatum est, vt in l. 3. Tauri.

Illud autem dubium est, † an ad validitatem testamenti cæci oporteat testamentum incipere ab hæredis institutione de iure veteri, & quid de iure nouo, & in vtroque casu communis opinio est oportere ab hæredis institutione incipere, vt per Decium, & alios in d. l. hac consultissima. col. 1. sed in vtroque contraria sententia verior est, vt tenent Viglius in d. §. cæcus. & Emanuel de à Costa in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. pagina 108. vt diximus supra, & tangit Ias. in d. l. hac consultissima. col. 2.

5
Lex generali
sar loquês nõ
comprehêdit
personas pecu
liare priuile
gium habêtes
in illa mate
ria.

Lib. 1. tit. 4.
lib. 1. ordi.

Mandatum
regi de oppi
dis alienandis
vt intelligen
dum.

6
Surdus mu
tusq. natura
ex dispensa
tione princi
pi testatur
cum Ro. Ale.
cin. cõtra Cu
mã. Pa. Are.
Ias. & alios.

7
Surdus et mu
tus natura nõ
testatur etiã
ad pias cau
sas cum Bal.
Ro. Ias. cõtra
Alex. & Dec.

8
Mutus, qui il
lam solam vo
cem exprime
re potest Si
vel non testa
ri potest.

Decl. l. 2. tit.
15. lib. 2. ordi.

9
Cæcus nõ tes
tatur nisi cõ
seruatione
sua peculiari.

L. 3. Tauri.

10
Cæci testam.
olim valebat
licet non inci
peret ab here
redis institu
tione, contra
communem,
idem etiam
hodie contra
communem.

11
Cæcus inter
liberos sine
regulari solē-
nitate testa-
tur cum com-
muni contra
quàm plures.

An t̄ autem cæcus inter liberos possit testa-
ri citra iuris solennitatem, vehementer con-
trouersum est, & magis communis opinio est,
vt solennitas, de qua in dict. l. hac consultissi-
ma. C. qui testament. fac. pos. non sit neces-
saria, cum cæcus testatur inter liberos, sed suf-
ficient duo testes, vt in l. fina. C. fami. ercisc. l.
hac consultissima. §. ex imperfecto. C. testa-
ment. ita tenet Bal. in d. l. hac consultissima. C.
qui testament. fac. pos. & ibi Ange. Salic. Paul.
Ale. & Deci. numer. 36. & hanc dicit commu-
nem sententiam Ias. ibi. num. 4. Secunda fuit
opinio, vt tale testamentum desideret omnes
solemnitates, de qua in d. l. hac consultissima.
ita tenent Fulg. & Roma. ibidem, & Cuma.
confi. 100. si testator fecit primum testamen-
tum. Tertia fuit opinio Iaso. vbi supra, dicen-
tis, tale testamentum valere cum duobus tes-
tibus, dummodò adijciatur tabellio, vel ter-
tius testis loco tabellionis. Quartò relinquunt
cogitan. quales sunt. Alber. in dict. l. hac con-
sultissima, post Martinum de Fano, & alios
quos ipse refert. Quid dicendum? veritas pen-
det illinc, vtrùm lex generaliter loquens com-
prehendat personas priuilegiatas in materia
illa de qua agitur, quã in re veram, & commu-
nem opinionem diximus esse, quòd eas non
comprehendat, vt supra, quo supposito tota
vis in eo sita esse videtur secundum Doctor.
suprà citatos, vt si d. §. ex imperfecto, decisio
videatur esse specialior quàm decisio d. l. hac
consultissima, tunc sufficiant duo testes, quia
generi per speciem derogatur. l. vxorem. §. fœ-
licissimo. ff. de legat. 3. c. generi, de regu. iur. in
6. aliàs secus. Sed præterea veritas pendet
illinc, vtrùm ante d. l. hac consultissima, cæcus
posset testari, vel non, & quòd antea testari
posset, videtur, quia omnia censentur per-
missa, quæ non reperiuntur expressim prohi-
bita. l. nam nec non. §. quod eis. ff. ex quib.
causis maiores, sed cæcus nulla lege expressim
vetitus reperitur testari, ergo, &c.

12
Incoll. l. 14. si.
1. par. 6.

Per contrarium vt expressim reperiatur tes-
tari prohibitus, facit text. in §. cæcus. Insti.
quibus non est permissum fac. testamentum,
dum ait, cæcus autem non potest facere testa-
mentum, nisi per obseruationem quam lex
Diui Iustini patris nostri introduxit. Idem
probat text. in l. 14. tit. 1. par. 8. dum ait, elciego
non puede facer testamento fueras, vide, &c.
facit text. in l. si non speciali. C. de testament.
ibi, in conspectu testatoris, & in l. si vnus, ibi
coram testatore. C. de testament. Decius confi.
354. in casu. & diximus supra, ergo cum hæc
solennitas, vt testes videant testatorem, & vi-
deantur ab ipso in testamento cæci interue-
nire non possit, superest vt de genere prohi-
bitorum esset cæcum testari, cum solennia ad-
hibere non posset, adhuc tamen magis est, vt
coram testatore, & testibus factum videatur
testamentum, si testes intelligant quòd testa-
tor agebat, & testator intelligat testes esse præ-

sententes, licet eos non videat, argument. text.
in l. diem proferre. §. coram. ff. de arbitris. &
diximus supra latius, & per hoc magis est, vt
cum nulla lege satis aperte cæcus testari vete-
tur, nec verisimile sit quòd si prohibitus esset,
non essent plures leges id nominatim decla-
rantes, vt declarant in reliquis qui sunt testari
prohibiti, intelligendum sit, vt testari posset
cæcus olim non secus quàm hodie, non qui-
dem in scriptis, sed tantum nuncupatiue, vt
in dict. l. hac consultissima, in qua magis vi-
detur quòd ius antiquum referatur cum ali-
qua adiectione, quàm quòd potestas testandi
denuo introducat, quo supposito cum d. §.
ex imperfecto. secundum communem sen-
tentiam procedat in testamento tam nuncu-
patione quàm in scriptis, videtur comprehen-
dere etiam testamentum cæci, quòd per nuncu-
pationem tantum fieri potest, & sic teneo
quòd sufficiat duo testes, pro quo induco l. fi.
C. famil. erciscun. ibi, quibusunque verbis.
aut indicijs, nam verba, & indicia emittre po-
test cæcus, non secus, quàm reliqui Amplia, vt
procedat etiam si in testamento cæci liberi dis-
pariter essent honorati, secundum Ale. & Deci.
col. fi. in d. l. hac consultissima. Curt. Jun. in
d. §. ex imperfecto. nu. 2. dixi plenè in simili
suprà. Cæcus autem iudex esse non potest. l. 2. Decl. l. 2. tit.
15. lib. 2. ordin. etiam inter liberos, argum.
supradictorum, per quòd dicta l. vtiliter, am-
pliatur.

Decl. l. 2. tit.
15. lib. 2. ordi.

Illud autem dubium est, t̄ an in codicillis
factis à cæco debeant interuenire tot solem-
nitates quot in testamento ipsius cæci, & Glo.
in d. l. hac consultissima. in verbo, codicillis. se-
cundum vnã opinionem tenet quòd sic, se-
quuntur Butrig. Ful. Bal. Ange. Rom. Ale. &
alij communiter ibidem per illum tex. in
vers. quæ in eundem modum.

13
Cæci etiã iure
communi re-
quiris codicil-
lus tantam so-
lennitatem
quantam tes-
tamentum
cum commu-
ni contra quã
plures.

Contrarium tenet eadem Gloss. ibidem se-
cundum aliam opinionem, quam sequuntur
Salice. Pau. & Ias. ibidem, moti, quia nimis no-
uum eis videtur, vt tanta solennitas requira-
tur in codicillis, quãta requiritur in testamen-
to, sed prior opinio verior est, per tex. aper-
tum si nõ cauilletur, in d. l. hac consultissima.
in vers. quæ in eundem modum, t̄ quòd ho-
die iure regio expressim approbatum est in
lege tertia Tauri. vt sic nouum videri non de-
beat, tantam solennitatem requiri in codi-
cillis, quanta requiritur in testamento ali-
quando.

14
Cæci codicil-
lus iure regio
tantã solenni-
tatem requirit
quantã testa-
per l. 3. Tauri.

Quid t̄ autem in testamento cæci factò ad
pias causas, an valeat sine solennitate, de qua
in dicta lege, hac consultissima? & magis est
vt sine illa solennitate valeat, cum interuētus
solennitatis, de qua in capitulo, relatum 1. de
testament. quia dicta l. hac consultissima,
hanc recipit interpretationem, argument.
leg. nam & posterioris. ff. de legibus, & argu-
ment. l. 1. §. Falc. ff. ad leg. Fal. vbi per Alexand.
post alios, & in simili per Rodericum Suares

15
Cæci testam-
minus solenni-
tate valeat in
17. casibus.

In l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testa-
men. suprà l. regia ibi inserta, in prin. & ita in
specie, quod tale testamentum valeat, tenent
Alexand. & Ias. col. 3. & Phi. Decius, in d. l. hac
consultissima. Quæ quidem lex, vt patet ex
superioribus, limitatur i. vt non procedat in
testatore milite, qui cæcus esset. Secundò limi-
tatur vt non procedat in cæco testante in-
ter liberos. Tertiò limitatur, vt non procedat
in cæco testante ad pias causas. Quartò limita-
tur, vt non procedat in testamento facto tem-
pore pestis. Quintò, vt non procedat in testa-
mento facto tempore belli. Sextò vt non
procedat in testamento facto in carcere. Ty-
ranni. Septimò, vt non procedat in testa-
mento facto, vbi esset hominum penuria, ar-
gument. eorum, quæ plenè diximus suprà.
Octauò, vt non procedat in testamento facto
coram præsbytero parochiali, vt in simili dixi-
mus suprà. Nonò, vt non procedat in tes-
tamento facto à peregrino Romam pro ani-
mæ suæ salute petente, vt in simili diximus su-
prà. Decimò, vt non procedat in testamen-
to facto à principe qui obcæcatus esset, argu-
ment. eorum quæ in simili diximus suprà. Vn-
decimò, vt non procedat in testamento facto à
cæco coram Principe, argument. l. omnium.
C. de testam. & quæ in simili diximus suprà.
Duodecimò, vt non procedat in testamento
facto apud acta iudicis per testatorem cæcum,
argumen. dict. l. omnium, & quæ in simili dixi-
mus suprà. Tertiodecimò, vt non procedat
in testamento habentes merum imperium in
loco vbi testabatur, licet cæcus esset testator,
argumen. d. l. omnium, & quæ in simili dixi-
mus suprà. Quartodecimò, vt non procedat quan-
do Princeps in testamento cæci cum dicta so-
lennitate dispensaret, argumen. eorum, quæ
in simili diximus suprà. Quintodecimò, vt
non procedat in cæci testamento, si lex cum
tali solennitate dispensaret, vt in simili dixi-
mus suprà. Sextodecimò, vt non procedat in
testamento etiam cæci, quando cum hac so-
lennitate consuetudo dispensaret, vt in simili
diximus suprà. Quæ quidem limitationes licet
in specie non attingant, nobis tamen ex
mente, & communi Doctorum sententia esse
videntur.

Licet autem cæcus non possit facere testa-
mentum per semetipsum nisi cum speciali, &
peculiari solennitatis obseruatione, de qua
mentionem habuimus, tamen illud dubium
est, an sibi aliàs testamentum facere possit per
modum exemplaris substitutionis, qua in re
sunt, qui putent quòd exemplaris fieri non
potest cæco, secundum Curt. Iun. d. l. humani-
tatis. nume. septimo, mouetur, quia cæcus po-
test facere testamentum seruata forma, quæ
traditur in leg. hac consultissima. C. qui testa-
ment. facere poss. ergo ei per aliud testamen-
tum fieri non debet, quando quidem exem-
pla substituendi facultas fundatur in impo-

16
Exemplaris
cæco fieri non
potest.

tentia testandi, vt probatur in §. qua ratione,
iuncto §. præcedenti, in l. de pupil. subst. & in
l. humanitatis. C. de impube. quinimò etiam
esset cæcus impotens ad testandum, non per
hoc sequeretur quòd posset ei fieri exemplaris
substitutio, nisi illa impotentia descende-
ret ex defectu & carentia intellectus, vt pro-
batur in d. l. humanitatis, & in d. §. qua ratio-
ne. Hoc amplius oporteret quòd carentia, seu
mentis ille defectus ex furore, vel dementia,
vel similis morbi causa, quæ ab animo deflue-
ret, deriuaretur, secus verò si à corpore origi-
nem morbus ille traheret, vt latè diximus in
illa quæstione, an mutus, & surdus posset fieri
exemplaris, vnde tentari potest, quòd etiam si
cæcus stolidus esset, si tamen non omnino in-
sanus, ei exemplaris fieri non posset, id quod
pendet ab illa quæstione, vtrum fatuus posset
fieri exemplaris, quam suo loco locamus, de-
nique quòd cæcus non careat intellectu, sicq;
non possit ei fieri exemplaris, euidentius est
quàm longa contentione egeat, quando qui-
dem quotidie videmus cæcorum quàm plures
summos esse artifices Musicæ, Iurispru-
dentiz, Rhetoricæ, & similibus artium, ad eò
vt ad culmen doctoratus, vel magistratus per-
uenire possint, vt in quæstione de facto ob-
tentum fuit, id quod planè probatur ex se-
quentibus.

Et primò supposita idoneitate, de qua su-
prà, cuiuslibet est permittum admitti ad hono-
rem magisterij, si non reperitur prohibitus,
vt in d. l. magistros, & in d. lege vnica, de pro-
fesso. qui vrbe. s. lib. 10. C. sed cæcus ex hoc solo
quòd sit cæcus, non reperitur prohibitus, ergo
est admittendus. leg. nec non, ex quib. ca. mai.
Confirmo & probo, quia certum est, quòd in
his, quæ sunt de genere permittorum, quilibet
intelligitur de personis permittis, nisi
specialiter reperiat prohibitus, tex. est, & ibi
Barto. in leg. mutus. §. cum quæritur. ff. de
procura. in leg. prima. ff. de testim. in l. si quæ-
ramus. ff. de testamentis, in l. cætera, in princi-
ff. de lega. 1. sed cæcus non reperitur prohibi-
tus aliqua lege, vel constitutione, ergo intelli-
gitur permittus, d. l. nec non. Cōfirmo adhuc,
quia vbi in aliqua dispositione habemus re-
gulam generalem, semper illa militabit do-
nec constet de exceptione, vel fallentia, vt in
l. ab ea parte. ff. de probationibus, in l. sius
quoque. in versic. puto. ff. de hæred. instituen.
in cap. adde. de restitu. spolia. Barto. in l. secun-
da. ff. si quis in ius voca. non ierit, sed non con-
stabit de exceptione, vel fallentia in cæco, er-
go militabit regula. Confirmo tertio, quia si
vlla lex in mundo disponit, quòd cæcus pro-
hibeatur ab aliquo actu, hoc ideo est, quia
præsumitur quòd cæcus non poterit illum
actum debite exercere, vt in leg. prima. C. qui
morbo, in l. luminibus. C. qui dare tutores, vel
curato. po. sed ratio ista cessat in casu nostro,
quia ponimus pro constanti, præfectum ma-
gistrum

17
Cæcus non
prohibetur
esse doctus
vel testis.

gitrum idoneum esse ad Magisteriū, & quòd debite poterit exercere principale officium ipsius Magisterij, ergo cessabit dispositio iurium quæ in contrarium adduci possunt, vt in lege adigere, in §. quauis, de iure patro. ratio enim legis magis consideranda est quàm dictum, vt in l. cum pater, in §. dulcissimis, de lega. secundo, in l. nomen filiarū, de lega. secundo, in leg. hæc actio. ff. de calumniato. Confirmo & quartò, quia cæcus non prohibetur ab illo actu, cuius exercitium non impeditur ex defectu oculorum, vnde bene potest esse testis in alijs actibus, in quibus ex defectu visus non impeditur, puta in re perceptibili aliàs, quam sensu visus, vt si habet notas voces contrahentium, vt est Glo. in capitul. testes, secunda questio. quarta, est per Specu. in titu. de teste. in §. primo. versicu. sed nunc quid cæcus, & per Panor. in cap. cum causam, in sexta columna, de testibus. hinc etiam est, quòd potest præstare auctoritatem ipsi pupillo contrahenti si sit tutor, vt in lege. & si tutor. ff. de auctori. præstan. Ratio est, quia in huiusmodi actibus non impeditur ex defectu visus, ergo non est prohibendus à magisterio, per quod officium illud exercere possit. Confirmatur hoc ex textu in capitu. nisi cum pridem. versicu. alia verò causa, de renuncia. vbi debilitas, vel infirmitas corporis tunc demum est causa sufficiens ad hoc, quòd Episcopus renunciet Episcopatu, quando ex huiusmodi defectu Episcopus est impotens ad exequendum officium Magisterij, minimè obstat huiusmodi defectus, quin magisterium assequatur, maximè cum ex huiusmodi debilitate oculorum augeatur sibi fortitudo memoriæ, & intellectus, atque vigor spiritus ad docendum, vt secūdam Apostolum possit dicere, quia infirmior fortior factus sum, vt in d. ca. nisi cum pridem, & quòd vergente deorsum conditione corporea, feruor spiritus in sublimiora conscendit, in cap. 3. de renunciatio. ad hoc bene facit text. in l. 2. §. quam senio. & in §. corporis, debilitas excusat aliquem ab honore, vel officio publico, quando ex tali imbecillitate redditur insufficientis ad executionem illius honoris, vel officij, sed si illud officium, vel honor possit geri ex consilio, & prudentia, non excusabitur ex infirmitate corporis, sic ergo in nostro casu, cum ex ista oculorum infirmitate noster cæcus non reddatur insufficientis ad officium docendi, quippe officium geri potest ex consilio, & prudentia potius quàm ex viribus corporis, non impiedietur eadem infirmitate.

Præterea & quintò, quamuis vnus defectus sit potens ad impediendum aliquem ab aliquo honore, si tamen ille defectus potest suppleri ex aliqua perfectione patientis illum defectum, talis defectus non obstat patienti, text. est in præallega. capi. nisi cum pridem. §. pro defectu, iuncto text. in cap. cum in cunctis, de electione, & in ca. fin. de xtate, & qual.

vbi defectus scientiæ non solum impedit promouendum in Episcopū, sed deijcit iam promotum, si tamen defectus ille suppleatur charitate, non obstat promouendo, vel promotum. Bene facit ad id tex. in c. de illis, & in c. fin. de sponsa. impube. vbi defectus ætatis in matrimonio contrahendo suppletur ex perfectione prudentiæ, ad idem tex. in l. 2. C. si minor se maiorem dixerit, de quo per Ioan. in præallega. c. de illis. Verum in exemplari substitutione, vt paulò ante dicebamus, vix est vt hæc vitia possint suppleri cum si parentibus concedas hanc facultatem, vt exemplariter cæco substituant, tunc ipsi cæco, qui per se ipsum testari potest, facultas testandi auferatur, per quod ipsi iniuria fieret, contra l. ex factu, in princ. ff. de vulgar. & pupilla. Redeundo ad prælibatū articulum, an cæcus ad honores possit admitti, quòd dixi admittendum in illo cæco, præsertim de quo mentionem habuimus.

Præterea in dicto cæco ponebatur excellens artis peritia, quæ quidem operatur quòd persona aliàs prohibita ab aliquo actu admittatur ad illum, hinc est quòd quamuis mulier prohibeatur esse arbitrix, vt in l. cum lege. ff. de arbit. & in l. si. C. eo. & in c. mulierem. 22. q. 5. si tamen mulier est persona excellens, bene potest esse arbitrix, vt per Specu. in titu. de arbitris, §. 2. in principi. argumen. in cap. dilecti, de arbitris, & in capit. cum deuotissimam. 2. q. 2. hinc est, quòd licet antiquior sit præferendus in dignitatibus, & honoribus, vt in l. fin. C. de tyronibus. libr. 11. & in l. semper. ff. de iure immunitatis. si tamen iuniores sunt excellentiores, præferendi sunt antiquioribus, vt in auth. de monachis, in §. ordinem. collat. 1. Et quamuis statuto caueatur, quòd ad lecturam ordinariam non possit deputari doctor aliquis minor quadraginta annis, tale statutum non vendicaret locum in doctore valde excellenti, licet sit minor, quia propter excellentiam magnam receditur ab statuto, ita singulariter Bald. in l. se detreprobari. in versicu. valde tamen disciplinati. ff. de excusat. tutor. Idem tenet Angel. in l. si cum dies, in §. si arbiter. ff. de arbit. refert, & sequitur Alex. in l. cum quid, in prima col. ff. si certum peta. Vnde licet mulier regulariter iure regio iudex esse nequeat. l. 2. tit. de los alcaides, lib. secundo ordinamentum tamen si sit excellentis virtutis, & peritiæ, fortè poterit, stat ergo ex superioribus recedi debere à regulis iuris ob insignem peritiam eius viri, de cuius receptione, vel exclusione agebatur, quasi hoc in casu regulæ prohibitoriz locum non vendicent, & ita obtentum fuit in illo cæco, de quo mentionem habuimus, & meritò, præsertim quia in præfato cæco ponebatur notoria artis peritia.

18
Excellentia
facit vt cumq;
prohibitiū di-
spensetur.

Decla. 2. titu.
de los alcaides
lib. 2. ord.

De ead. re.

19
Notorie. n. nō
eger compro-
batione aut
causæ signifi-
catione.

Et notus sine examinatione recipitur, sufficit. n. testimonium populi pro examine, vt est tex. & ibi Cl. in capit. nullus, vigesima quarta

distincti ad idem text. in cap. proposuit, de ap-
pellatio. vbi Panormita. notat quod scholaris
notorie petitus potest doctorari sine exami-
ne, vel saltem cum modico examine, pro for-
ma, Rei enim demonstrata frustra fit demon-
stratio, vt in l. prima. §. final. ff. de dote prele-
ga. & in dict. l. prima. ff. de in integrum resti-
tu. vnde quamuis Romæ in admittendis audi-
toribus præcedat examen, si tamen sit doctor
valde excellens, talis debet admitti absque vl-
lo examine, per l. sed & reprobari. §. amplius.
versiculo, valde tamen disciplinatos. ff. de ex-
cusa. tut. & ita aiunt allegasse dict. Doctorem
de Figuero, & cum electus esset in auditorem
Rotæ, seu Romanæ curiæ, obtinere tamen non
potuit, vnde cum receptus non esset, per Caro-
lum in uicissimum Cæsarem designatus fu-
it, vt præsideret curiæ Neapolitanæ, hodieque
electus est in Præsidentem curiæ, seu prætorij
Valisoletani.

Redeundo ad cæcum quod ad honores pos-
sit admitti, prædictis nõ oberit si dicatur, quod
cæcus magistratus esse nõ potest, nam aliud est
esse magistrum, aliud esse magistratum, pro
quo adduco text. in dict. l. quibus, de verbo-
rum significatio. vbi Iuriscõsultus appellat,
magistros illos, quibus præcipue cura rerum
incumbit, & quia magis, quàm cæteri diligen-
tiam, & sollicitudinem in rebus, quibus pro-
sunt, debent, vnde in cuiuslibet disciplina præ-
ceptores appellat magistros admonendo, vel
monstrando, quin etiam, inquit Iuriscõsul-
tus, ipsi magistratus per deriuationem à ma-
gistris cognominantur, ex quibus verbis cla-
re constat, quod magister, & magistratus sunt
diuersi, nam si idem essent, non diuersis nomi-
nibus nuncuparentur, vt in l. si idem. C. de co-
dicillis.

Præterea Iureconsultus non ponit ibi diffi-
nitionem magistratus, sed deriuationem tan-
tum, modò certum est, quod vbi aliàs habemus
significationem vocabuli ex diffinitione,
nunquam sumitur propria significatio
ex allusione, vel deriuatione, secundum Bar-
thol. & Doctor. in l. prima, in princip. & in l.
secunda, in §. appellata. ff. si certum petatur,
quamuis enim tutor cognominetur à tuendo
non tamen omnis, qui tuetur, dicitur tutor,
sed ille tantum in quem cadit vera diffinitio
tutoris, vt in lege prima, in principi. ff. de tutelis,
& in principi. Instit. eod. titulo, & quamuis te-
stamentum deriuetur à mentis testatione, vt
in l. prima. ff. de testament. non tamen omne
illud quod mentem testatur, testamentum
est. Sic etiam quamuis mutuum cognomine-
tur ex eo, quod de meo fiat tuum, vt allegata
l. secunda. ff. si cert. petat. non tamen omne id
quod de meo fiat tuum est mutuum, alio-
quin mutuum contineret omnem alienationem.
Sic in proposito, quamuis magistratus
cognominetur à magistro, vt in dict. l. quibus,
non tamen sequitur, quod magister, & magi-

stratus sint idem, alioquin magistri pecorum
essent magistratus, quod esset absonum, vera
autem & propria significatio huius vocabuli
Magistratus, tribuitur prætoribus atque alijs
Rempublicam administrantibus, vt per Alberi.
in dictiona. in verb. magistratus. Magistra-
tus non potest dici nisi habeat iurisdictionem
ordinariam, & non sufficit habere delegatam,
vt est tex. quem ibi notat Paul. de Castro, in le-
ge cum qui. ff. de iurisdictione. omni. iudi. quod
Paul. dicit ibi notandum, etiam menti tenen-
dum pro statutis loquentibus de magistrati-
bus, & quamuis in iure reperiantur quinque
genera magistratum, omnes tamen, à maxi-
mo vsq; ad infimum habent iurisdictionem
ordinariam, vt in authen. vt ab illustribus. §.
fancimus. colla. 4. Bart. in l. 1. ff. de officio eius,
cui est manda. iuris. per Specu. in ti. de iurisdictione.
omni. iud. quasi pertotum, & ista est commu-
nis interpretatio Iurisperitorum, ex qua sumi-
tur propria significatio vocabuli, vt in leg.
Labeo. §. idem Tubero. de supellectili le-
ga. in leg. cum de lanionis. §. a sinam, de fun-
do instrum.

SUMMARIVM.

- 1 Declaratio l. 55. Tauri.
- 2 Declaratio l. 54. Tauri.
- 3 Vxor contractus sine mariti licentia factus iure regio non firmatur iuramento ipsius vxoris.
- 4 Vxor luxuriose viuens non amittit testamenti factionem.
- 5 Declaratio l. si. tit. 4. lib. 5. ordi.
- 6 Declaratio l. si. titulo de las ganancias, libro quinto ordin.
- 7 Declaratio l. 1. tit. 4. lib. 5. ordin. & l. 9. titu. de las donaciones, eo libro.

C A P. CIIII.



VIDIMVS de captiuo, de obside
& similibus, an habeant testa-
menti factionem, nunc viden-
dum de muliere vxorata, & qui
dem iure cõmuni nupta vtran-
que testamenti factionem habet, non secus,
quàm vir, iure autem regio licet similiter ha-
beat testamenti factionem actiuam, & etiam
passiuam, tamen passiuam testamenti factio in
hunc modum restricta iure regio fuit, vt nul-
lam hæreditatem citra viri licentiam posset
agnoscere, aut adire sine inuentarij confectio-
ne, confecto autem inuentario bene potest. l.
54. Taurina. vnde limitatur l. 55. Taurina,
quæ generaliter vetat mulierem nõ posse citra
viri licentiam quasi contrahere, nam aditio
hæreditatis est quasi contractus. l. ex malefici-
is. §. hæres quoque. ff. de act. & obligat. §. hæres
quoque. Instit. de obliga. quæ quasi ex contra-
ctu, & tamen hæreditatem adire sine viri li-
centia

1
Decl. 55
Tauri.

De ead. rē.

20
Erymologia
vocalis non
consideratur.

2
Decla. l. 5. 4.
Tauri.

centia fas est, confecto inventario, per d. l. 5. 4. quia eo casu ex illo quasi contractu ladi saltem immodicè non posset, arg. l. fina. per totam. C. de iure delibera. minor autem sine auctoritate tutoris etiam confecto inventario non posset adire, per §. sed neque. Institutio. de autho. tuto. l. si curatorem habens. C. de in integrum restitutio. neq; d. l. quinquagesima quarta, quæ id propter interuentum inventarij concessit nuptæ ad minores, vt puto, trahi poterit. Sed ab muliere possit sine licentia viri legatum agnoscere, teneo posse, argumen. d. l. quartæ. nam qua ratione potest hæreditatem confecto inventario adire, eadem & legatum agnoscere, arg. l. si hæreditatem. ff. manda. præsertim si onus iniunctum non habet.

3
Vxoris contra-
tus sine licen-
tia viri factus
non firmatur
iuramento co-
tra nonis.

An autem per interuentum iuramenti is contractus, aut quasi contractus ab vxore citra viri licentiã in ius firmetur? & Micha. Cifon. in d. l. 55. versic. quarto dubitat post lo-
an. Lup. quem allegat, & Bald. nouell. firmat iuramento validari talem contractum, aut quasi, quod omnino nego, cum id iuramentum inferat læsionem marito in honore, & etiam in bonis, quia omnia quæ sita constante matrimonio ipse participat. l. prima, & secunda, & l. fin. tit. quarto, lib. 5. ordinamen. cuius iuris iuramentum vxoris nocere non potuit. cap. secundo, de pact. in 6. cap. cum contingat, de iuris iurand. capit. licet mulieres, eodem tit. in 6. nec iurandum de periurio vxoris, quæ illum contractum se seruaturam iurauit, nam iurauit impossibile, & consequenter statim peierauit, arg. l. nepos proculo. ff. de verb. sign. nisi eam salues intelligendo soluto matrimonio obligatam ad obseruantiam iuramenti, quod licet verum esset, quod non firmo interea, tamen contractus esset infirmus, aut inpendenti, qua de re alibi fufius.

Denique, quod vxor iure regio possit testari, tenet in specie Micha. Cifon. in dict. l. 5. versicu. 19. post Baldum quem allegat in leg. si curatorem habens. C. de in integrum restit. & in leg. velles, necne. C. de reuocand. donatio.

4
Mulier luxu-
riose viuens
non perdit te-
stamenti fa-
ctionem.

Quid autem si ea mulier nupta luxuriata est, an per hoc amittat testamenti factionem? mouet quæstionem, quod mulier luxuriose viuens prodigæ æquiparatur, vt alibi diximus, prodigæ autem testari non potest. leg. is cui. ff. de testam. facit, quia bona quæ sita constante matrimonio iure regio amittit. l. fina. tit. 4. libro quinto. ordin. & perdit dotem, secundum quosdam, vt per ipsum Mich. in l. 14. Tauri. quod non firmo, ad hoc magis est, vt testari possit, nec d. l. fin. debeat trahi ad hunc casum, cum sit pœnalis, ergo, & c. vt l. ante penul. cum se. ff. de pœn. c. in pœnis. de regu. iur. leg. Arrianus. ff. de actio. & obliga. leg. absentem, in princip. ff. de pœn. Ad dict. l. is cui lege. respon. quod loquitur postquam alicui bonis interdictum est.

5
Decla. l. si. tit.
4. lib. 5. ord.

Illud autem quæri potest, quo casu mulier post mortem mariti luxuriose viuere cœpit, & per hoc priuanda veniebat bonis quæ sitis constante matrimonio, iuxta d. l. fin. tit. de las ganancias. libr. 5. ordin. an si id peccatum occultum sit, ipsa mulier in foro animæ teneatur ea bona etiam nullo incusante deferre, & restituere hæredibus mariti, & magis est, vt non teneatur, quia, vt ostendimus c. 7. nu. l. libro 1. tomo 2. cum plurib. seq. lex ad pœnam neminem voluit obligare in foro animæ, nisi cum id expressit, vel cogitauit, cogitasse autem videtur cum pœnam committi ipso facto expressit, non aliter, vt ibi late, hæcque pars mitior est, & ita debet intelligi, & limitari dict. l. fin. Præterea quod princeps tali vxori donauit etiam constante matrimonio, quod regulariter ipsi soli non etiam viro iure regio acquiritur, vt in l. prima & 2. d. situ. de las ganancias, & in l. 9. tit. de las donatio. libr. 5. ordin. id non puto amitti, nec hæredibus mariti deferri per impudicitiam mulieris pudorisque violationem post mortem mariti contingentem, quia d. l. si loquitur in hæc verba los bienes, quæ fueron ganados, i meiorados por su marido, i porella. at hæc bona per ipsam tantum, non etiam per eius maritum quæ sita videntur, vt dict. l. prima, & d. l. nona. ergo hoc in casu non loquitur lex illa pœnalis, nec extra casum suum trahenda est, cū sit pœnalis, vt proxime dicebamus, per quod d. l. prima, & 9. ampliantur, & dict. l. final. limitatur.

6
Dec. l. si. tit. m.
de los ganancia-
s. lib. 5. or.

7
Dec. l. lib. 1. si.
4. lib. ord. ex
lib. 9. si. ul. de
las donas. co.
sis.

SUMMARIUM.

- 1 Prælati quæ sita an præsumatur ex bonis ecclesie.
- 2 Industriosus quisque præsumitur.
- 3 Priuatio, qua nunc est, non præsumitur in futurum, secus in eo quod est aliquid postiuè.
- 4 Industria quotidie acquirit.
- 5 Officium quando præsumatur affectatum.
- 6 Prælati, vxor & similes, ex cuius bonis præsumantur quæ sita.
- 7 Vxor quæ sita præsumitur de bonis mariti.
- 8 Filij familias bona, vnde quæ sita præsumantur.
- 9 Clericus bona patrimonialia potest adseruare, & de bonis ecclesie se alere.
- 10 Clericus habens opulenta salaria, an præsumatur quæ sita de bonis ecclesie.
- 11 Clericus si mutuo dat pecuniam, cuius ea præsumatur.
- 12 Ecclesia an habeat fundatam intentionem in bonis à clerico defuncto relictis.
- 13 Prælati quando debeat facere inventarium.
- 14 Clerici heres capiens possessionem sua auctoritate, an puniatur.
- 15 Ecclesia an præsumantur bona à prælato relictis.

16 Vxor

- 16 Vxor non presumitur quæsisse ante matrimonium nisi probet.
- 17 Clerici hæres repertus in possessione, an sit spoliandus.
- 18 Presumptio iuris est probatio etiam ubi requiritur probatio instrumentorum.
- 19 Clericus an vsfructuario, an verò vsuario æquiparetur.
- 20 Monachi bona etiam quò ad possessionem transeunt ipso iure ad monasterium.
- 21 Prælati an videatur possidere nomine Ecclesiæ.
- 22 Titulum ostendere cogitur possessor contra quem stat presumptio iuris.
- 23 Officialis quando presumatur quæsisse de bonis fisci.
- 24 Principi thesaurarius an de bonis fisci presumatur emisse.
- 25 Dapifer, ergo fur.
- 26 Fuga famuli facit eum presumi res subtraxisse.
- 27 Socius quando ex societate quæsisse presumatur.
- 28 Rex presumitur quæsisse intuitu dignitatis, & taliter quæsitæ non potest alienare.
- 29 Concubina presumitur quæsisse ex bonis Amasij.
- 30 Vxor etiam adulterans presumitur quæsisse ex bono mariti.
- 31 Vxor etiam adulterans ex marito presumitur concepisse.
- 32 Officialis, prælati, & similes possunt probare, quæ non quæsierunt intuitu officij, vel dignitatis.
- 33 Hospitalis rector presumitur quæsisse de bonis hospitalis.
- 34 Domini ex bonis an famulus dictatus presumatur.
- 35 Prælati quando de bonis ecclesiæ quæsisse videatur nec ne.
- 36 Prælati tam ex bonis suis, quàm ecclesiæ quæsisse aliquando presumitur.
- 37 Prælati non semper marito assimilantur.
- 38 Tutor non presumitur quæsisse de bonis pupilli, & quare.
- 39 Regula quando fiat.
- 40 Prælati tenentur augere bona ecclesiæ si potest.
- 41 Prælati, & eius hæres tenentur, si res ecclesiæ præscriptæ est, eius culpa.
- 42 Prælati qui læsit ecclesiæ in quæsitu, vel quærendo, quando fiat.
- 43 Prælati qui curavit, vt sibi relinqueretur quòd quæ ecclesiæ relinquere volebat, an teneatur.
- 44 L. duodecima, titulo de los corregidores, libro 2. ordin.
- 45 Commendatarij an sint immunes à secularibus gabellis.
- 45 Clericorum, vel religiosorum iure varia persona videntur.
- 47 Arma quando placeant Deo.
- 48 Armatorum ordines ab ecclesiæ probantur.
- 49 Monachismum, vel religio, vel ordo religiosorum, quando facta videatur.

- 50 Monachismi religiosorum tria substantialia vocantur.
- 51 Clericus, vel ecclesiasticus, vt quis fiat.
- 52 Ecclesiasticus vt quis sit, vt clericali ordine insignitus sit, necesse non est.
- 53 Eremita dicitur ecclesiasticus, licet clericus non sit.

CAPVT CV.



VIDIMVS de clericis, an possint testari, nunc videndum est de Episcopo. Episcopus autem, aut quilibet clericus, vel sacerdos, quòd possint facere testamentum non dubitatur, vt in cap. quæ in officijs, de testamen. vbi per nouissimos, & in ca. sint manifeste. 12. quæstio. 1. quæ in re tria sunt videnda, Primum, bona promiscue per clericum possessa, cuius presumantur. Secundum de quibus bonis possit testari. Vltimum, an bona prælati, vel clerici distincta esse debeant à bonis ecclesiæ, nam in dubio presumuntur ecclesiæ, arg. dict. c. sint manifeste. Sed in contrarium, imò quòd ista bona, quæ habet prælati, presumantur acquisita ex industria sua, vel sint sua propria, & non ecclesiæ, facit tex. not. in l. si defunctus. C. arb. tute. vbi est text. nota. quòd acquisita per tutorem quantumque pauperem non presumuntur acquisita de bonis pupilli, constat autem valere argumentum de tutoribus ad prælatum ecclesiæ. c. quia contingit, de religio. domi. & in c. fin. 5. quæst. 3. & per dictam l. si defunctus. † dicit ibi eleganter Bald. quòd quilibet presumitur industrius, & posse ditari, alleg. leg. cura. §. 2. & 3. de mune. & honor. vbi Gloss. dicit quòd generaliter quilibet anhelat ad lucrum.

¹ Prælati quæsisse an presumatur ex bonis ecclesiæ.

² Industriosus quisque presumitur.

Pro cuius † confirmatione facit quòd dicit eleganter Bald. in l. ex persona, vltima columna. C. de probatio. vbi dicit quòd quando præsupponimus quandam præsentationem, vbi gratia, quando allegatur minor ætas, quia qui dicit minorem priuat tempus, siue numerum annorum, & qui dicit paupertatem priuat habitum rerum, tunc non procedit argument. à priuatione in præterito ad priuationem in præsentem, per dict. l. si defunctus, & dictam l. cura. §. deficientium & est ratio, quia non entis nullum est fundamentum, & ideo deficit extremum à quo, quæ verba sunt notanda. Ad idem facit, † quia quando quis emit aliquam rem habens pecuniam communem, & dubitatur ex qua pecunia emerit, in dubio presumitur ex propria pecunia, ita dicit Bal. in l. si paternus, prima columna, in fin. C. commun. vtri. iudi. per d. l. si defunctus, & l. si ventre, in fi. de priui. credi. nec est recurrendum ad coniecturas, cuius conditionis homo fuerit artifex, vel non, quia semper presumitur, quòd sit pecunia propria, ex quo non constat quòd sit communis, vel aliena. l. non vnde. C. si certum petatur. ergo sic in proposito, & c. Item facit, quia

³ Priuatio quæ nunc est non presumitur in futurum secus in eo quòd est aliquo potestiuè.

⁴ Industria quòd tidie acquiris

cit, quia quando quis donat omnia bona sua non addendo presentia, vel futura, valet donatio. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. cred. & in l. 1. C. tractio. ab hæred. & contrahen. & leg. si quis argentum. §. sed & si quis. C. de donat. ratio est, & istud est quod pondero, quia poterit lucrari post donationem quod lex præsumit, & in illo lucro poterit testari, & sic nõ auferetur sibi libera testandi facultas, ita dicit Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta, de verborum obligat. post medium, per d. l. si defunctus, quod optime quadrat in proposito.

Facit etiam pro hoc, quia quando aliquis pauper inuenitur in officio, præsumitur illud affectasse, & procurasse. l. spadonem. §. fin. ff. de excusa. tuto. & tamen illud, quod ibi acquisiuit, non præsumitur acquisisse ex officio, secundum Bart. ibi, per d. Bar. in d. l. si defunctus, ergo idem in prælato, & hac de re vide l. in l. nisi hoc, in fin. ff. de pact.

Secundò principaliter non prælato facit tex. notabil. in capitu. primo. 12. quæst. 4. & ibi optima Glof. nam ibi legitur, & notatur quod si clericus habens patrimonium, & beneficium aliquid, acquisiuit in dubio, præsumitur quòd fuerint acquisita tam de bonis clerici, quàm de bonis ecclesiæ vel beneficij, vnde in dubio debent diuidi, secundum quantitatem patrimonij & rerum ecclesiæ, nam si clericus ex fructibus sui patrimonij percipiebat 100. ex fructibus autem sui beneficij ducenta, detractis sibi necessarijs, tunc in dubio de bonis per eum acquisitis ecclesia habebit duas partes, & hæres clerici vnam partem tantum, & hoc etiam tenet Imol. in ca. cum in officijs, de testam. & Bald. in authen. licentiam, de episcop. & cler. Immo quod plus est, voluit Ioan. Andr. in cap. 3. de peculio clericorum, quòd præsumitur pro clerico, si constat quòd tempore suæ promotionis habebat aliqua bona, vnde isto casu, si hæres clerici vel prælati possideat, & ecclesia agat contra ipsum, probet de iure suo, quia pro hærede est præsumptio, ex quo constabat clericum tempore suæ promotionis aliquando possedisse vel habuisse aliqua bona, tamen hoc procederet quando hæres clerici reperitur in possessione, de quò infra dicitur.

Ad idem pro ista parte facit text. in l. quintus. ff. de dona. inter virum & vxorem, & in l. etiam. C. eodem titulo, adducendo illa iura ad contrarium eius quòd dicit Gloss. nam iura illa loquuntur in vxore, quia si aliquid reperitur vxorem quæsiuisse in vita viri, præsumitur quæsiuisse de bonis viri, sed sic est quòd prælatus vel rector videtur esse maritus ecclesiæ. 7. quæstio. 1. capitul. sicut alterius, & ecclesia videtur esse vxor ipsius, ergo bona quæsitæ per prælatum non præsumuntur quæsitæ de bonis ecclesiæ, sed potius præsumens contrarium, ex quo possum singulariter inferre, quòd si tempore mortis prælati aliqui reditus & bona vnde cunquæ quæsitæ reperirentur,

penes ecclesiam efficerentur hæredum prælati & non successores ecclesiæ, nisi per dictum successorem probatum esset, vnde bona illa fuissent quæsitæ.

Facit etiam ad idem Gloss. in lege, cum oporteat, in princip. de bon. quæ libe. & quòd ibi not. Baldus tertia col. quæ dicit quòd ex qualitate personarum considerabuntur bona reperta penes filium, quam conditionem sequuntur, nam si filius fuit diligens & studiosus, & pater fuit pauper, bona illa præsumuntur aduentitia non profectitia, modò ad propositum, si episcopus esset pauper vel tale beneficium quòd secundum qualitatem beneficiati non sufficeret ad alendum ipsum laicum vel beneficiatum, si beneficiatus esset diligens, tunc bona reperta apud ipsum præsumerentur propria ipsius & ex industria sua quæsitæ, & non episcopus.

Moueor etiã ad hoc, si nam licet beneficiatus habeat patrimonium, potest ipsum coacervare, & cum bona habeat ecclesiæ, viuere de redditibus ecclesiæ, vt eleganter dicit Innocen. in cap. episcopus, de præbend. quem communiter Doctores sequuntur in cap. ex presentium, de pigno. maximè Abb. tertio notab. ex quo infertur eleganter si quòd si aliquis prælatus alicuius ecclesiæ, ex qua nihil aut modicum percipitur, habet officium lucrosum, quia fortè est doctor salariatus ad legendum, vel auditor curiæ regis, & sua industria multa lucratur, tunc illa non præsumuntur fuisse quæsitæ intuitu ecclesiæ, hoc tenet Imol. in capitulo primo, circa finem, de peculio clericorum.

Infertur etiam vltèrius quòd si reperitur prælatum mutuassee pecuniam nomine proprio, & probetur quòd erat talis persona quæ potuit acquirere dictam pecuniam industria sua, vt potest exemplificari in Præsidente regis curiæ, tunc satis præsumitur dicta pecunia fuisse quæsitæ, & per consequens mutuata de proprio patrimonio, vel de acquisitis intuitu personæ. Ita tenet singulariter Anton. & Imol. in cap. 3. de peculio clerico, in fine. & pro hoc videtur quòd actio quæsitæ per prælatum contra extraneum, nomine proprio, acquiritur hæredi prælati, si probetur quòd tempore promotionis habuit aliqua bona, vel potuit acquirere ex industria ratione officij quòd exercet, quæ omnia dicit Imol. in allegato c. tertio, esse diligenter notanda, quia sepe de facto possunt accidere.

Ad idem etiam non minus facit notabil. & singula. tex. in cap. 1. 12. q. 5. vbi dicit, quòd si constet quòd episcopus aliqua acquisiuit in episcopatu, omnia talia acquisita cedant ecclesiæ; sed si dubium est, an ista bona habuit ante episcopatum, vel postea acquisiuit, probatur ibi singulariter, quòd successor clerici defendetur in sua possessione quousq; probabitur quòd fuerunt acquisita post suam promotionem

5
Officiu quando
presumatur
affectatū.

6
Prælati, vxor
& similes
ex cuius
bonis præsumantur
quæsiisse.

7
Vxor quæsiisse
presumitur
de bonis
mariti.

8
Filius bona
unde quæsitæ
presumantur.

9
Clericus bona
patrimonialia
potest seruare
& de bonis
nisi ecclesiæ
se alere.

10
Clericus habens
opulentia
salaria, an
presumatur
quæsiisse de
bonis eccle.

11
Clericus si
mutuo dat
pecuniam
cuius ea
presumatur.

12
Ecclesia an
habeat
fundamentum
intentionem
in bonis
a clerico
defuncto
relictis.

tionem, & sic aperte probatur ibi, quod ecclesiaz intentio non sit fundata super illis bonis, quæ reperitur possidere prælatus tempore mortis suæ. Prædictis tamen non obstantibus, in d.c. sint manifesti, disponitur contrarium. Ad idem est text. in auth. de eccles. tit. §. interdici-mus. colla. 9. vers. in illis, vbi dicitur quod episcopus vel clericus de illis bonis duntaxat habet potestatem alienandi, & quibus voluerit personis relinquendi, quæ ante episcopatum probatur eum habuisse, vnde dicit ibi Gloss. quod præsumptio est pro ecclesia, quod acquisita per prælatum post promotionem suam præsumuntur esse ipsius ecclesiaz. Ad idem est text. & Gloss. vbi idem dicitur in effectu, in authen. licentiam, de episc. & cler. Ad idem facit text. in c. 1. 12. q. 3. & in c. 1. de peculio clericorum. Ad idem text. in c. 1. de testam. cum pluribus concordant. & ex hoc infertur, quod si clericus vel prælatus post promotionem suam aliquid emit nomine suo, ecclesia potest illud vendicare tanquam proprium, idem si nomine alieno, vt in allegato cap. 1. quoniam illa res videtur empta ex pecunia ecclesiaz, addo Bald. in l. mancipia. C. si quis alter vel sibi, & Gloss. in l. vxor marito. ff. de don. inter virum, & vxorem, quæ argumentatur contra miseros prælatos, qui cum aliqua emunt, faciunt in instrumentis apponi nomina suorum consanguineorum, nam ecclesia potest vendicare res sic emptas, sic si non possit emere in territorio magnas & emit, & sic apponitur in instrumento nomen famuli vel alterius, ista fraus ibi non prodest, & vide Andr. Sicu. in d. c. 1. 5. colla. Prædicta autem diximus esse specialia in ecclesia, vt res empta ex pecunia ecclesiaz eius præsumptiuè efficitur & non ementis, sicut dicimus in pecunia militis. leg. sicut proponis. C. de rei vend. & pupilli. l. 3. C. arbitr. tute. contrarium tamen regulariter. l. si ex ea. C. de rei vendic. l. & si de sua. C. de don. inter virum, & vxorem, cum similibus, de quo remitto ad nota. in prædictis iuribus, quia videtur alienum à materia.

Ad idem facit l. quintus. ff. de donatio. inter virum & vxorem, & l. etiam. C. eod. titul. vbi dicitur idem in vxore vt acquisita per eam præsumatur de bonis mariti, & procedit istud argumentum de vxore ad ecclesiam, vt in prædictis iuribus, & Gloss. ordinaria in cap. significauit, de dona. intervir. & vxor.

Ratio autem prædictorum est, quia ex quo prælatus à principio non distinguit res suas per libellum à rebus ecclesiaz, sicut debebat, vt probatur in d. ca. manifesta, supra allega. præsumptio est contra ipsum, quod nullas tempore promotionis res proprias habuerit, ex quo fuit in culpa non seruando cautelam legis, vt voluit Innoc. in c. cum in officijs, de testamen. sicut in simili dicimus, quod hæres qui non seruat dispositionem legis faciendo inuentarium, præsumitur subtraxisse res hæreditarias, &

ideo tenetur ultra vires, quia non præsumitur soluere de suo, vt in authen. de hæredit. & Falcid. §. sancimus. colla. 1. Ad hoc facit, quia imputandum est ei qui à principio potuit prouidere & non prouidit, de quo vide multa & elegantia iura, per Lupum in repetitione capit. per vestras, de don. inter virum & vxor. 17. & 18. col.

Et ex prædictis infert singulariter Innoc. in d. c. cum in officijs, quod si ille cui prælatus reliquit bona sua iure testamenti, ea occupat propria auctoritate, quod incidit in penam. l. si quis in tanta. C. vnde vi, & c. si quis in tantam. 1. q. 4. nec excusatur obtentu testamenti. quod est singulare, & exclamat Bald. in d. authen. licentiam, de episc. & clericis. 3. colum. dicens quod vbi non appareat de tempore acquisitionis, præsumitur pro ecclesia. Item vbi non apparet cuius contemplatione, præsumitur quod contemplatione ecclesiaz, & contingit hoc propter culpam prælati, quia debet quasi inuentarium facere, & segregare res suas à rebus ecclesiaz, & omnia congregare cum consilio clericorum, vnde si hoc omittit, multum præsumitur contra eum, sicut contra tutorem, ita Bald. vbi supra.

Et ad corroborationem illius dicti Innoc. & huius facit text. in c. 1. de testam. vbi est text. quod quidquid clericus habet, præsumitur ecclesiaz, nisi constet esse acquisitum ante promotionem, nam ibi quidam episcopus in suo testamento instituit hæredem, & post mortem episcopi eius successor petebat bona ab ipso relicta, text. ibi dicit, quidquid paruerit ipsum habere, à qualibet persona detineri nullatenus patiaris, nisi hoc solum, quod ipsum ante episcopatum ordinem constitit habuisse, & pondero verbum, detineri, positum in illo textu, quod donat nudam & rudem facti detentionem, vt nota. in ca. causam, de præscriptio. ideo ibi videtur text. expressus pro illa doctrina Innocent.

Ad idem facit text. in d. auth. licentia. versic. quodcunque ante episcopatum probatum fuit, & c. ergo in dubio præsumitur pro ecclesia, & per illum textum infert ibi Bald. quod non, vbi non apparet de tempore acquisitionis, præsumitur pro ecclesia, quia hoc contingit propter culpam ipsius non conficiendis inuentarium, vnde si hoc omisit, præsumitur contra ipsum, sicut contra tutorem, argu. l. tutor qui repertorium. ff. de adim. tuto.

Pro hoc etiam facit text. in capitul. primo. versic. vt si hoc constat. 12. q. 5. nam ibi quedam mulier seu ancilla dicebat, quædam bona, quæ ab ipsa petebantur, à quodam episcopo sibi relicta esse acquisita ante episcopatum illius, qui ea sibi reliquit, text. tamen ibi dicit, si hoc constat, non debent sibi auferri, & sic in casu illius text. illa ancilla possidebat, tamen Gregorius ibi requirit probari, quod illa bona fuerint episcopi.

Ad

13
Prælatus quæ
do debeat fa-
cere inuentarium.

14
Clerici heres
capiens posse
sua auctoritate,
an puniatur.

15
Ecclesie non
presumatur
bona à prela-
to relicta.

16
Vxor non pre-
sumitur que-
sisse ante ma-
trimoniū nisi
probet.

Ad confirmationem etiam prædictorum fa-
cit, † quia si mulier dicat se habuisse aliqua
bona ante matrimonium, vir autē dicat quod
post matrimonium sunt acquisita, mulieri in-
cumbit probatio, Quia qui ante factum dicit
probare debet. l. quoties. C. de rei vend. de quo
in d. rubrica. c. per vestras. 284. coll. cū sequen-
tibus, facit ad hoc, quia procedit istud argu-
mentum de marito ad ecclesiam, Gloss. in d.
c. significauit, fallit tamen hoc nisi mulier pu-
blicē negociaretur, & ex ipsa licita negociatio-
ne quæstū faceret, nam tunc nō præsumitur à
viro quæstū facere, cum probatur contrarium, ita te-
net singulariter Bal. in l. cum oportet, in prin.
de bonis quæ libe. 3. col. & facit, quia incertis
non est locus coniecturæ & præsumptioni le-
gis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. Fal-
lit etiam istud de vxore, nisi poneremus de
facto, quod fuisset diues, & maritus nihil ha-
bens, tunc illud quod vxor quæsiuit non debe-
ret præsumi de bonis viri, quia nihil habebat,
quia ex bonis quæ non apparent aliquod lu-
crum proficisci non potest, & quia ex nihilo
nihil fit, secundum Philoso. facit quod habe-
tur in l. ff. de contrahen. emp. Imol. singul. in
c. 1. de peculio clericorum, & pro hoc Gloss. sin-
gula. in c. significauit, de dona. inter virum &
vxorem, quā allegat Montalu. in l. 1. tit. 4. fori.
ll. lib. 3. c. de las ganancias, admittitur tamen
probatio in contrarium per istum tex. singula.
in c. sint manifesti, quem ad hoc allegat prædi-
ctus doctor, vbi omnino videas, & vide quā
plurima ad istud propositum, in repetitione
d. rubricæ. c. per vestras. colum. 278. versic. ope-
ratur. & colum. 181. cum sequentibus, & vide
omnino in istis locis, quia inuenies multa me-
moriam digna. Ad prædicta etiam facit quod
singula. dicit Ancha. in d. ca. in officijs, scilicet
quod non est faciendā vis quis possideat post
mortem clerici, scilicet an eius hæres vel eccle-
sia, sed quod ille probet res esse suas, pro quo
minus facit præsumptio, ergo est dicendum,
quod si prælatus tempore promotionis nihil
habebat, præsumitur pro ipsa ecclesia, & debet
probare hæres, licet possideat per supradicta,
& per nota. in ca. 1. 2. de pecul. cleri. cuius con-
trarium tenet Glos. notabil. in ca. 1. 12. q. 5. quæ
dicit pro possessore præsumendum, plenior
Gloss. in cap. 1. 12. q. 4. pro Abb. in c. 3. de pecul.
clericorum. & in ca. cum esses, de testam. in
repeti. Et ex prædictis infertur, quod cum ap-
pareat, talia bona sic demissa per prælatū nul-
lo confecto inventario esse ecclesie, vel præ-
sumantur ipsius ecclesie, in qua erat beneficia-
tus, † si hæres qui institutus est in prædictis
bonis post mortem ipsius instituentis apprehendit illa, sit spoliandus remedio. ca. reinteg-
randa. 3. q. 1. vel interdico recuperandæ, cum
ecclesia reperiat iptum in suis bonis saltem
præsumptione iuris, ob quam solam potest
pro ipsa ecclesia fieri sententia, vt per Innoc.
& Anch. in d. c. cum in officijs.

17
Clerici hæres
repperit in
possessione an
sit spoliandus

Imò quod est plus, & istud reputo singula-
re, quod etiam si requireretur probatio instru-
mentalibus, nec sufficeret probatio per testes,
iuxta Gloss. in l. contrahitur. ff. de pigno. & in
leg. pactum quod bona fide. C. de pactis, &
plenè in cap. 1. de censibus, lib. 6. nihilominus
sufficeret hæc præsumptio iuris, istud colligo
ex singulari decisione Bald. in l. 1. C. de fidei-
comm. 3. colum. vbi tenet quod etiam si per
statutum requiratur quod delictum probetur
per instrumentum, nihilominus sufficeret præ-
sumptio, de qua in l. cum de in rem verso. ff. de
ysuris, & sic illud quod dicitur, quod præsum-
ptio iuris est liquidissima probatio, iuxta
Gloss. singul. in l. si tutor. C. de peri. tu. vbi ad-
do similes, procedit etiam si in aliquo casu re-
quiratur probatio instrumentalis, per dictam
decisionem Bald. de cuius veritate per Roma.
in l. 1. C. de testamen. mil. & pro decisione Bal.
facit text. singul. quem ipse allegat in leg. 3. C.
de apo. pu. libro decimo. quod perpetuò tene-
menti.

18
Præsumptio
iuris est pro-
batio etiam
vbi requiri-
tur probatio
instrumento-
rum.

Facit etiam ad prædicta quod singulariter
subdit Innoc. in d. c. cum in officijs. dicit enim
cum in rebus ecclesie, quæ præsumuntur esse
ecclesie, retineat ecclesia ciuilem possessionem,
clericus non etiam naturalem, cum non
nomine suo sed ecclesie possideat ad instar
comodatarij. l. si colonus. ff. de acquir. poss. &
in c. fina. ista d. causa, & q. refert Bald. ibidem
singularia verba Innoc. in d. a. the. licentiam,
dicente esse subtilia, vnde secundū omnes non
potuit clericus habere naturalem possessionem
illorum bonorum, sed continuabitur per mor-
tem ipsius ipsi ciuili possessioni, si ergo hæres
occupet, videretur occupare bona possessa per
ecclesiam, & ideo sunt restituenda interdico
recuperandæ, vel saltem remedio dict. captu.
reintegranda.

Prædicta corroborantur etiam alio funda-
mento. Nam clericus viuens equiparatur vsu-
fructuario, & habet in vita liberam admini-
strationem, in morte autem assimilatur vsu-
rario, qui suum facit quatenus consumpsit, &
non vltra, ergo de bonis quæ sic possidet tem-
pore mortis quæ sunt ecclesie, vel dubitatur
quod est idem cum præsumatur pro ecclesia te-
stari non potest, vt notat Bald. in d. a. the. licen-
tiam, & si testamen. faciat, videretur illud facere
de bonis ecclesie, ergo oportet hæredem pro-
bare contrarium, scilicet quod fecit de bonis
suis vel acquisitis intuitu personæ, & si occu-
pet possessionem propria autoritate, tenebitur
vno de prædictis remedijs, scilicet interdico
recuperandæ, vel remedio capitul. reinteg-
randa.

19
Clericus an
vsufr. an ve-
ro vsurario
equiparetur.

Facit etiam, quia clericus, vel prælatus in
bonis ecclesie, vel de quib. dubitatur, censetur
administrator, vnde hanc administrationem,
quæ morte finitur, non potuit transmittere. l.
cuius bonis. ff. de cura. furio. cum similibus.

Facit etiam ad corroborandam doctrinam

Aa

Innoc.

Innoc. de qua supra, quod sing. dixit Hostien. in c. ex parte, de consue. vbi dicit, quod bona ¶ ingreſſi tranſeunt in monaſterium, quod ad dominium & poſſeſſionem ſine corporali apprehenſione, nam ex quo tranſit perſona, tranſeunt bona quæ ſunt acceſſoria ad perſonam, idem etiam tenet Anch. in ca. quia ingredientibus, de teſtam. Cin. in auth. ſi qua mulier, de ſacroſ. eccl. & Archidia. in c. ſi qua mulier. 19. q. vlt. & vide text. pro iſta doctrina in leg. adoptauro. ff. de precar.

20
Monachi bona etiam quod ad poſ. tranſeunt ipſo iure ad monaſterium.

21
Prælati ante mortem præſumitur poſſidere nomine eccleſiæ, quia ad officium ſuum pertinet acquirere eccleſiæ, vt tenet Innoc. in d. ca. cum in officijs, ſi igitur poſſidet nomine eccleſiæ, non pot interuere prædicta poſſeſſione, immo potius illam naturalem, quam ipſe habebat, continuat ipſi civili, quam habet eccleſia, non obſtat Glo. in ca. 12. q. 5. & aliz quæ dicunt præſumendum pro hærede, ex quo poſſidet, & ſic eccleſia habet neceſſe probare, quia Gloſſ. hæc dat tres intellectus, & videtur tenendus ille qui eſt magis fauorabilis eccleſiæ, argumen. l. ſunt perſonæ. ff. de religio. & in c. ſin. de re iud. & ſic quod magis præſumatur pro eccleſia, licet hæres poſſideat, nam non obſtante quod poſſideat, tenentur probare quod res erant prælati, cum eccleſiæ intentio ſit fundata, vt dictum eſt.

22
Titulū ostendere cogitur poſſeſſor contra quem ſtat præſumptio iuri.

23
Officialis quædo præſumatur quæſiſſe de bonis ſiſci.

24
Principi theſaurarius an de bonis ſiſci præſumatur emiſſe.

Nec obſtat l. cogi, de peti. hæredi. quæ dicit, quod poſſeſſor non cogitur dicere titulū ſuæ poſſeſſ. quia procedit niſi ſit præſumptio contra poſſidentem, vt eſt tex. in c. ex inſinuatione, de procura. & hic adde omnino quæ not. in d. repet. c. per veſtras. 213. col.

Ad ¶ prædicta facit etiam Glo. ſingul. in l. deſenſionis facultas, de iur. ſiſ. libro decimo, quæ dicit quod ſi officialis miſſus in prouinciam in aliquo lucratus eſt mille ultra officium, quod ſiſcus poteſt auferre, & quia præſumitur quæſiſſe de bonis ſiſci quantumcunq; ſit paratus reddere rationem, quia non poteſt contra ſiſcum, de quo per Cin. in l. penul. C. ſi cert. peta. & illam Gloſſ. dixit vnicam Bald. in l. eum oportet, de bonis quæ liber. 3. colum. & eam ſequitur in l. ſi deſunctus. C. arbitr. tutel. & in l. 3. C. de don. inter virum & vxorem, & in d. auth. licentiam, & in l. 1. C. de hæredi. vel actio. vendi. & ſubdit ibi Bald. quod magnates optimè ſeruant hodie illam Gloſſ. & eam allegat pro vnica in cap. quia de præſump. veriſimile quod theſaurarius principis præſumitur de theſauro emiſſe, ſed Barto. illud non tenet, immo quod quærit officialis, non præſumitur de bonis ſiſci niſi contrarium appareat. ff. de iure ſiſ. l. 3. §. multa, & idem Sali. in leg. penul. C. ſi cert. pet. facit l. ſi deſunctus. C. arbit. tute. & l. ſi creditores, in ſi. ff. de ſepara. & l. circa. §. deficientium, de mu. & ho. ſed Doct. in auth. de mand. princip. §. oportet. columna

tertia. dicunt quod aut ſunt tales officiales qui poſſunt negotiari, & tunc aut à ſubdito, & tunc ex induſtria ſua præſumitur quæſiſſe, aliàs ex officio. l. 1. C. de cond. indeb. Alii dicunt quod aut infra prouinciam quæſiuit, & tunc aut ab ſubdito, & præſumitur habuiſſe ex adminiſtratione. d. l. deſenſionis, & l. quæ offic. ff. de contrahen. emptio. aut à non ſubdito, & tunc ex induſtria ſua præſumitur quæſiſſe. leg. Attilius. ff. de dona. Bald. tamen in d. anthen. licentiam, dicit quod eſt ſpeciale in iſtis adminiſtratoribus publicis, vt contra eos præſumatur per nota. in d. l. deſenſionis, in verſicul. ſub correptione. quodque in prælato eccleſiæ ſemper præſumitur quæſiuiſſe de bonis eccleſiæ, niſi aliunde appareat quæſiſtum, vt dictis iuribus, & idem dico in vxore. d. l. etiam. C. de dona. inter virum & vxorem, & in filioſ familiaris, vt eſt Gloſſ. notab. in leg. cum oportet, in princip. de bonis quæ liber. & ibi per Cinum, & Bald. tertia col. & not. Roma. conſilio 338. in alijs autem officialibus locupletatis durante officio, ſi eſt de prohibitis contrahere, præſumitur iniuſte quæſiuiſſe. l. non licet. ff. de contrahen. emptio. l. quiſquis. C. ſi certum petatur. ſi autem de permiſſis, ſi quidem non habet adminiſtrationem pecuniariam, tunc non præſumitur acquiſiuiſſe de officio. l. præſidis. ff. ſi certum petatur. Idem ſi habet adminiſtrationem pecuniariam, ſi tamen reddit bonum computum, dicta l. ſi deſunctus, ſecus ſi non reddit, & ſic intelligitur Gloſſ. in dicta leg. deſenſionis, & hæc omnia ſunt notanda tanquã in materia ſingularia, & notat Bald. in dicta l. cum oportet. 3. col. Et adde Glo. in clem. 1. de hære. in verſic. diminutionem, quæ dicit quod dapifer & infideles ſeruientes de eo quod dominis datur ſemper decimam vel aliam cotam ſubtrahunt, non ergo mirum ſi præſumantur ditati ex bonis dominorum. Et in ſimili adde Bal. in l. apud antiquos, in ſin. C. de furt. vbi arguit contra iſtos. ¶ Et ad idem Gloſſ. ſingula. in authen. de exhib. reis. §. ſi verò etiam quædam. colum. quinta, quæ arguit contra ſeruientes fugientes, vt eo ipſo res amiſſas præſumantur ſubtraxiſſe.

Ad prædicta ¶ etiam facit quod ſingulariter dicebat Rom. conſ. treceteſimo trigefimo octa. vbi cõcludit quod ſi contrahens ſocietatem erat pauper, nec in alio officio ſe exercuit, niſi in illa ſocietate, nec aliàs poterat apparere, vnde quæſierit multa bona quæ habebat, eſt præſumptio quo de bonis ſocietatis allegat capitulum primum, de pecul. clericor. & ad hoc debent & poſſunt omnia prædicta iura allegari.

Facit etiam ad prædicta ¶ text. & quod ibi notat Dominicus in c. Abbat. §. ſed ad hoc, de re iudi. li. 6. vbi dicitur quod tex. in dubio præſumitur acquiſiſſe intuitu ſuæ dignitatis, & ex hoc ampliatur capit. intellectu, de iure iur. & alia iura prohibentia alienationem eorum quæ

25
Dapifer ergo fur.

26
Fuga famuli facit cõpreſſum rei ſubtraxiſſe.

27
Socius quãdo ex ſocietate quæſiſſe præſumatur.

28
Rex præſumitur quæſiſſe in ſuis dignitatibus & ſalutem quæſita nõ po teſt alienare,

quæ sunt regalis coronæ, vt procedant etiam in acquisitis per regem in bello iusto vel aliàs. Hinc est quod quinta quæ debetur regi de præda est de regalibus, & non potest rex eam in perpetuum donare. 2. parti. titul. 26. l. 4. not. in repeti. capitul. per vestras. columna 206. aliàs 211.

29
Concubina præsumitur quæ fuisse ex bonis Amasij.

Ad prædicta etiam facit † quod dicitur de concubina retenta in domo Amasij, quia quid acquirit, præsumitur acquisisse de bonis Amasij, vt dicit Bald. in l. 1. C. de natu. liber. argu. iulius l. & in l. cum oporteat, de bonis quæ liberis. 4. colum. versi. sed queritur nunquid, allegat ad hoc text. in l. fina. ff. de actio. & obligat. quæ iudicio meo parū facit, melius facit text. in litem legato. §. parui. ff. de legato. 3. vbi æqui paratur vxor & cōcubina, & nō differunt nisi in dignitate, vt ibi dicitur, de quo per Barba. in c. 1. de pecul. clericorum. † vbi inter alia dicit quod hoc habet locū etiam in vxore adulterata, quia si aliqua acquisiuit, præsumeretur in bonam partem, quod potius acquisiuit ex bonis mariti quàm aliunde, argum. text. qui est singularis, in l. miles. §. defuncto. ff. de adulterijs, vbi singul. probatur, quod † quandiu vxor potuit ex marito concipere, licet proberetur eo tempore cum alio adulterari, fauore matrimonij præsumitur ex marito concepisse. Idem in acquisitione, & istud eleganter tenet Bald. d. l. cum oporteat. 4. col.

30
Vxor etiam adulterās præsumitur quæ fuisse ex bonis mariti.

31
Vxor etiam adulterās ex marito præsumitur concepisse.

32
Officialis prælati & similes possunt probare quod nō quæsierunt intuitu officij, vel dignitatis

Præterea ad prædicta facit bonus text. in ca. 1. §. si verò, de feud. guard. in vsu. feud. † vbi probatur quod illa quæ fiunt ab officiali, durante officio, præsumuntur fieri respectu officij. Et ideo dicit ibi eleganter Andre. de Ifern. quod si Officialis emit, præsumitur emisse de bonis officij, & sic videtur ibi casus pro Gloss. in dict. l. defensionis, sed si vult probare quod emit de sua propria pecunia, benè admittitur, & talis probatio tollit sinistram suspicionem, quæ est contra eum, & idem dicam in casu huius quæstionis, quia licet præsumantur quæsitæ intuitu ecclesiæ, quæ acquisiuit prælatus, non tamè ista est præsumptio iuris, & de iure, quia reciperetur probatio in contrarium, ita vult Gloss. notab. in c. 1. de peculio clericorum, & hoc habeo pro indubitato.

Ad prædicta etiam facit quod dicit Baldus in allegata auth. licentiam, vbi ponit quæstionem † de quodam rectore hospitalis, qui tempore assumptionis nihil habet, nec in aliquo se exercuit, postea multa quæsiuit, nec aliunde poterat ostendi, an esset præsumptio, quod de bonis hospitalis quæsierit, & consuluit quod sic, pro quo facit c. 1. supra allegatum, secundum Bal. vbi supra, facit etiā, quia hospitalia gaudent eodem priuilegio quo gaudent ecclesiæ. l. omnia priuilegia, de episcop. & cler. cap. requisiti. de testam. not. Ioan. Andr. in ca. 2. de restit. in integrum, & sic conclusio ista loquens in prælato locum habet in rectore hospitalis, & an habeat locum in vicario tempo-

33
Hospitalis rector præsumitur quæsisse de bonis hospitalis.

rali, vel perpetuo, remitto ad ea quæ notat Bald. in d. auth. licentiam, & Abb. post alios in d. c. 1.

Quid autem de laico qui administrauit negotia magni domini demum redit ad ciuitatem suam multum diues, an præsumatur quæsisse ex bonis domini, remitto ad nota. per Ancha. & Imol. in d. cap. 1. & ibi plenius Barba. §. colum.

34
Domini ex bonis an famulus dicitur præsumatur.

Restat autem ad contrarium respondendū, procuius intelligentia videnda est distinctio quæ ponit Ioan. Andr. in c. 3. de pecul. clericorum, quam etiam recitat ibi Abb. & ferè omnes, & plenius idem Abb. in repetit. c. cum effes. 11. 12. colum. dicit enim Ioan. Andr. recitatis aliorum opinionibus, quod aut constat prælatum habuisse tempore suæ promotionis, aut constat quod nihil habebat, aut dubitatur. Primò cum dicit præsumendum pro possessore, ideo si hæres clerici est in possessione illorum bonorum, ecclesiæ incumbit onus probandi quod de rebus ecclesiæ fuerint quæsitæ, & isto casu posset procedere opin. dicentis, quod possessor est in possessione defendendus, & idem videtur velle Glo. in alleg. cap. 1. 12. q. 5. & habet locum hoc casu fortè text. in allegato c. Abbatis. 12. q. 4. quem primò allegauit pro contrario.

35
Prælat. quando de bonis ecclesiæ quæsisse videatur nec ne.

Secundo casu cum nihil habet prælatus tempore promotionis, præsumendum est pro ecclesia. cap. 1. de testam. & hoc casu possit procedere text. in d. cap. sint manifesti, potest tamen isto casu hæres clerici probare quod ex artificio vel aliunde intuitu personæ illæ bona acquisierit, sibi tamen incumbit onus probandi, cum ecclesia habeat intentionem fundatam ex præsumptione iuris communis, & sic text. ille dicens, quod ista bona præsumuntur esse ecclesiæ vel intuitu ecclesiæ acquisita, non inducit præsumptionem iuris & de iure, quod patet etiam per Gloss. notab. in d. c. 1. de pecul. clericorum.

Tertio casu cum dubitatur an aliquid habuit tempore promotionis, & isto casu etiam poterit procedere text. ille. ista est distinctio. Ioann. Andr. per quam aliqua ex prædictis iuribus videtur reducta ad concordam, fateor tamen quod Abb. & alij Moderni non tenent distinctè prædictam distinctionem, licet scribentes ante Abb. communiter eam sequuntur, sed dictis ipsis nihil puto addendum, ideo remitto ad ea quæ ipse notat in dictis locis.

Specialius tamen respondendo ad prædicta contraria dico quod text. in allegato ca. 1. 12. q. 4. procedit, quando constat quod prælatus tempore promotionis habuit patrimonium, & postea aliqua acquisiuit, † & dubitatur ex quibus bonis acquisiuit, quia promiscuè utebatur patrimonio & rebus ecclesiæ, at patrimonium erat sufficiens ad acquisitionem illorum bonorum, & etiam ecclesia erat sufficiens in totum vel in partem, & tunc fit diuisio inter ec-

36
Prælatum tam ex bonis suis quàm ecclesiæ quæsisse aliquando præsumitur.

ter ecclesiam & heredem clerici, secundum quantitatem patrimonij & rerum ecclesie, & iste est proprius casus illius cap. 1. quod plenus videas per Abb. in dictis locis, & ibi per Inno. & Barb. & vide Clo. notabil. in c. 2. de pec. cler. secus in casu dict. c. sint manifesti, in quo non constabat tempore promotionis aliquid habuisse.

Non ob. etiam doctri. Ioan. And. de qua supra, quia vel non est vera per supradicta, vel debet intelligi & distingui per ea quae dicta sunt.

Non obstat etiam quod supra dixi de vxore, vt praesumatur acquisisse de bonis viri, sic praelatus, cum tunc ecclesia dicatur eius vxor, quia aliud est in viro spirituali, vt est praelatus vel rector, aliud in viro carnali. Ratio diuersitatis, quia vir spiritualis & sic praelatus, vel rector censetur administrator rerum ecclesie, non autem dominus, sed ipsa ecclesia. ca. ceterorum, de dona. secus est in viro carnali, quia ille est dominus rerum suarum, & etiam rerum vxoris datarum in dotem. l. doce ancillam. C. de rei vendi. cum simil. & sic potest dici quod vtroque praesumitur pro eo qui est dominus, nam in viro carnali praesumitur pro eo, quia dominus est, sed in viro spirituali non praesumitur pro eo, quia non est dominus, sed ecclesia. Secundum potest dici quod licet assimiletur matrimonium carnale spirituali, non tamen semper est bona aequiparatio, & argumentatio de vna ad aliud, nam in multis differunt, vt per Ioan. Andr. in c. tuaz, de sponsa. & per Gloss. in regula beneficium, de regu. iur. lib. 6. vnde non debet sumi similitudo secundum rudem & simplicem figuram, sed a radice rationis, vt voluit Ioan. And. in d. c. 1. de peculio clericorum, & ex hoc colligitur tertia sol. scilicet vt acquisita per vxorem praesumantur esse mariti, vt euitetur suspicio turpis quastus, & vt non praesumamus in ea peccatum, nam mulieres raro se miscunt negociationibus, nec illae etiam conueniunt mulieribus, cum non debeant se immiscere negotijs virorum. C. mulieres, de iudi. lib. 6. l. maritus. C. de procura. & l. aliena, eo. tit. & l. feminae, de reg. iur. ideo illud quod praesumitur penes vxorem alicuius, praesumitur a iure quod sit de bonis viri, vt euitetur suspicio turpis quastus. d. l. etiam, & d. l. Quintus. idem dicendum in praelato eadem ratione, nam praelatus prohibetur negociari, vt per totum titulum ne clerici vel monachi, & plene per Gloss. 14. q. 3. in summa, ideo quod penes eum reperitur praesumi debet, quia ex iusta causa acquisiuit, & sic ex redditibus ecclesie, cuius administrationem gerit, non autem praesumitur quod ex negociatione quastierit, cum illa sit ei prohibita, vt dictum est, & sic deliquerit se illi miscendo, & in dubio non debet praesumi delictum. l. merito. ff. pro soc. ne ergo praesumamus in praelato peccatum negociationis, acquisita per ipsum praesumuntur acquisita ex redditibus beneficij, vel bonis ecclesie, sicut

dictum est in vxore, & sic eadem ratio diligenter considerata operatur diuersam praesumptionem in dictis casibus.

Secus tamen dicendum est in tutore. Nam cum sibi permissa sit negociatio, vt est notum, acquisita per ipsum durante tutelari officio, praesumuntur quastita ex sua industria & negociatione, non autem ex bonis pupilli, nam si praesumeremus ea acquisiuisse ex bonis pupilli, tunc praesumeremus in eo crimen furti, vel bona pupilli alio modo subtraxisse, & sic deliquisse, ita dicit Innocent. in dict. capit. primo. de pecul. clericorum, sed hoc non est praesumendum. dict. l. merito, & capit. fin. de praesump. & sic eadem est ratio, quare secus praesumitur in tutore quam in praelato, scilicet, non crimen praesumatur, & sic non obstat praesumptio legata l. si defunctus, arbitr. tute. ita eleganter dicit Abb. in allegato cap. cum omnes, & Imo. in dict. capit. primo. & idem Bald. in leg. cum oporteat, de bonis quae libr. quarta colum. dicens quod tutor non praesumitur subtraxisse, nec tenetur reddere rationem nisi de officio suo per dictam legem, si defunctus, & bona praesumptio est in rebus dubijs eligere sanio-rem partem, & turpis praesumptio est euitanda, & fugienda per dictam legem Quintus, ita Baldus in dicta leg. cum oporteat. Et per istas rationes nititur ipse impugnare Gloss. in allegata leg. defensionis, de quo ibi per eum.

Alio etiam modo potest solui contrarium de dicta l. si defunctus, scilicet quod dicamus, aliud esse in tutore, aliud in praelato ecclesie, ratio diuersitatis, quia praelatus habet administrationem perpetuam, & sustentatur de bonis ecclesie, septuagesima secunda distin. cap. sanctorum, & de praeb. capit. cum secundum. tutor vero habet administrationem temporalem, & sustentatur de bonis proprijs, non pupilli, & nota. per Gloss. in capit. fina. 5. quastio. tertia. Istam solu. posuit Ioannes de Ligna. in clem. gratia, de rescript. & Ant. & Imo. in d. c. 1. de pecul. cler. & per Abb. in d. c. cum omnes. in repet. 13. col.

Vel aliter, & tertio non obstat dict. l. si defunctus, quia loquitur in tutore, & nulla est aequiparatio inter tutores & praelatos, nec valida argumentatio de tutore ad praelatum, vt vult Gloss. singularis in dict. capit. fina. 5. quastio. tertia. Immo dicamus quod regulariter non aequiparentur, quamquam in quibus assimilentur, vt in praedicta Gloss. ideo ex ijs pluribus faciamus regulam, iuxta notata per Gloss. singularem in leg. Iulianus. §. primo. ff. de actionibus empr. quae dicit tunc quod quando plures leges tractantes eandem materiam reperiuntur contrariae, in hoc dubio ex pluralitate casuum est regula constituenda, & alij erunt casus excepti, cum ergo iste casus sic non reperiatur exceptus, scilicet. quod in modo acquisitionis praelatus aequiparetur tutore, ergo rema-

38

Tutor non praesumitur quastita de bonis pupilli quare.

37

Praelatus non semper marito assimilatur.

39

Regula quando fiat.

remanet sub regula, iuxta Glo. notab. in rubr. de reg. iur. dicentem quod potior est causa illius pro quo facit regula, & in dubio istud est regulare, & debemus ei inhzere sicut Bononienses, &c. vt dicit Glof. in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. & istam solutionem ad d. l. si defunctus, nemo tangit, & credo eam verissimam, sed pro solu. est przstantior, secundum Docto. in dictis locis, scilicet Abb. in repet. c. cum omnes, & Imol. in d. c. 3. de pecul. cleric. & pro ea facit, † quia przlatus tenetur bona ecclesie augmentare, vt est tex. singul. in c. quicunq; 12. q. 4. † Ideo dixit Glof. reputata singula iuncto tex. in ca. sacerdotes, eadem causa & q. quod si przlatus potuit aliquid acquirere ecclesie, & neglexit, tenetur de suo proprio patrimonio satisfacere ecclesie, si dicimus quod si per negligentiam passus est rem ecclesie przscribi, tenetur de suo patrimonio satisfacere ecclesie. Gloss. singula. in capit. placuit. el. 2. 16. q. 3. & etiam his casibus tenebitur eius hzres, vt probat tex. sing. in c. ex partium, de pigno. & ibi per Abb. & Imo.

Hinc est quod quemadmodum przlatus alienans iam quz sita per ecclesiam debet administratione priuari. c. monemus. 12. q. 2. & c. si quis. de rebus eccl. l. iubemus, de sacros. eccl. ita & si fraudat ecclesiam in acquirendo, vt quia iam acquisita ex redditibus ecclesie appropriat sibi vel alteri, tex. est notab. de hoc in c. 2. de pec. cler. si igitur tenetur augmentare & acquirere ecclesie, nimirum si acquisita per eum przsumantur acquisita ex redditibus ecclesie, & actus in dubio videtur geri secundum iuris dispositionem. l. si duo. ff. de acq. hzred. & vbi reperitur factum, vel acquisitum, przsumitur factum per illum qui illud facere tenebatur. l. secunda. C. de cib. pou. przst. cum similibus.

Et ista faciunt ad quzstionem notabilem † quidam volebat relinquere ecclesie certum quid, przlatus induxit eum, vt relinqueret sibi potius quam ecclesie, nunquid przlatus teneatur ecclesie ad interesse? Gloss. ponit quzstionem in leg. quicquid. C. arbitr. tutel. Abb. in c. 2. de pecul. clericorum. & ibi eleganter per Imol. 2. col. & plenius vide ibi per Barba. Denique hac in re vide multa per doctissimum Didacum de Couar. in d. c. cum in officijs, de testam.

Przlatus autem an iudex esse possit? videtur quod non, argu. l. 12. ti. de los corregido. lib. 2. ordin. vbi id militibus commentariensibus veritum est, ergo fortius in przlato, & clerico, sed contrarium plenè probauimus alibi.

In summa vehementer controuersum est, & vsu forensi agitatissimum, an milites seu nobiles illi quos commendatarios Hispanè appellamus, possint facere testamentum, & de quibus rebus testentur, & an vt monachi vel clerici sint immunes à secularibus gabellis? qua in re pro vtraque parte allegabimus neutram

eligendo, quia sub me prztore insignes lites etiam hodie pendent, ergo quzstio est, vtrum milites huius ordinis sint immunes à przdictis secularibus gabellis, ex huius decisione reliqua patebunt, in qua quzstione prima facie videbatur dicendum milites huius ordinis non esse à przdictis gabellis immunes, primò quia ad hoc vt laici vt ecclesiasticz personz existimantur, videtur requiri quod seruitio Dei plenè se dedissent, & efferant per receptionem sacrorum ordinum, vel per ingressum alicuius religionis perfectz, vt in capitulo duo sunt genera, duodecima quzsti. prima, & in capitulo quisque, decima septima quzstione quarta, sed ij milites non videntur ex toto dedicati Deo per aliquem modum ex supradictis, nam nò per receptionem sacrorum ordinum, quia nullum videtur recipere, quin immò sacerdo repugnat exercitio militari, cum ipsi intenti & occupati esse debent in fide Christi exaltanda, eiusque inimicis conterendis, vt in capitulo petitio, de homicidio, neque etiam per ingressum religionis videntur posse dici ex toto dedicati Deo, quia & si eorù regula sit approbata, non tamen videtur dici religio perfecta, ex quo dicebat Baldus in leg. officiales, in finalibus verbis. C. de episcop. & clericis. & Barthol. in l. prima. ff. de pœnis, quòd in similibus religionibus videtur potius esse quzdam apparentia in habitu, quam existentia & realitas in effectu, vtrique id esse religionis perfectz, videtur requiri, quòd religiosi voueant & profiteantur tria substantialia vota, scilicet castitatis, obedientiz, & prosperitatis, de quibus in c. cum ad monasterium, de statu regularium, & notat in clementina prima, de religiosis domibus, & alia in clementina, cum ex eo, de sententia excommunicationis, quas commendat Abbas in rubric. de regularibus, & in cap. 2. de foro competenti, in cap. nullus, eod. titulo. Secundò, quia cum ij sint laici, videtur non potuisse Papam eos à regali manu & secularibus impositionibus eximere, vt veros & perfectos religiosos, vt notat Innocent. & Abbas in capitulo secundo, & maiori parte & obedientia, per eosdem, & scribentes in capit. significantibus, de officio delegat. Tertiò, pro ista parte negatiua videtur facere elegans tex. in l. prima. §. final. ff. de muneribus & honoribus. ibi, qui obnoxius muneribus suz ciuitatis nomen militiz defugiendi oneris gratia accepit, deteriorem causam rei publicz facere non potest, & ibi notat Glòf. ad fratres, qui sunt in Lombardia de pœnitentia nuncupatos, igitur ex supradictis videtur hos milites esse laicos, & ita à gabellis & alijs laicorum oneribus non esse exemptos.

Per contrarium vt huiusmodi milites religiosorum iure vetantur, multa eademq; non leuia facere videntur, vt interim omittam quod nonnulli firmant id esse consuetudine moribusque receptum, quz quidem consue-

40
Prelatus tenetur augere bona ecclesie, si posest.

41
Prelatus, eius hzres tenentur si res ecclesie przscripta est eius culpa.

42
Prelatus qui lesit ecclesiam in quzstionibus uel querelis quòd teneatur.

43
Prelatus qui curauit ut sibi relinquere tur quòd qui ecclesie relinquere uolebat, an teneatur.

44
L. 12. titul. de los corregido, res. lib. 2. ord.

45
Commendatarij an sint immunes à secularibus gabellis.

46
Clericorum vel
religionum
iure varia
personarum
utuntur.

tudo est optima legum interpres. In primis ergo facit, quia in domo domini multae sunt mansiones, † & sicut quaedam religiones ordinantur in sacrosancta ecclesia Dei ad opera vitae contemplativae, ita & aliae ad opera vitae activae, ut legitur in beato Iacobo, capitulo primo: Sancta enim apud Deum religio est, visitare pupillos & viduas in tribulatione, sed hoc pertinet ad vitam activam, ergo convenienter potest ordinari aliqua religio ad vitam activam, & ita concludit Sanctus Thomas secunda secundae quaestione 188. articulo secundo. omnes quippe status religionis ordinantur ad perfectionem charitatis, quae quidem charitas dilectionem Dei & proximi comprehendit, ad dilectionem autem proximi principaliter pertinet vita activa, quae necessitatibus proximorum deseruit, & sicut ex charitate diligitur proximus propter Deum, ita & utilitas ex vita activa ipsis proximis delata redundat, inde videlicet, ut Matthaei decimo quinto capitulo, indubitate ergo dicere possumus, quod recte ordinatur aliqua religio ad actus convenientes ad subsidium, & dilectionem proximi, scilicet ad vitam activam, † hinc iusta ratione probamus, quod religio vel ordo militaris sui origine institutus ad defendendum & subueniendum Christianam plebem Christi quae religionem, prout haec constituta fuit, optimo iure subsistit, & recte constituitur, & ita dicebat diuus Augustinus ad Bonifacium, Noli existimare neminem Deo placere, quia armis bellicis ministrat, in his enim fuit sanctus David, cui Dominus magnum testimonium praebuit. In his quoque fuit sanctus ille Centurio, ut legitur in capitulo, Noli existimare, vigesima tertia quaestione prima. fuit etiam Benedictus Abraham in armis, quem in eis benedixit Melchisedech, Genesis primo. Religio ergo militaria constituta ad defensionem diuini cultus & causa publicae salutis recte dicitur ordinata. & alias legimus de Iuda Machabeo, qui praebat praerium Israel dilatans populo suo gloriam, nos pugnavimus pro animabus & legibus nostris, & iterum dicebat Ambrosius, libro de Officiis, Quod fortitudo quae patriam tuetur à Barbaris, plena est iusticia, quod rursus tali ratione demonstratur, certum est quod status poenitentiae est religio, ut in capitulo admonere, trigesima tertia quaestione secunda, & in capitulo si scriptura, de voto. & notat sanctus Thomas in quodlibeto tertio. q. 51. artic. 3. & est in opusculo de religione. capit. duodecimo. sed sic est, quod aliquando infertur poenitentia ad militiam, ut in capitulo licet, & in c. quod super his, de voto. igitur militia bene potest convenire ad statum religionis, & ita probatur causam huius religionis instituendae, de qua in Chronica generali Hispaniae fol. 378. & fol. 390. sanctam & legi diuinae conformem fuisse: fuere enim ij ordines militares instituti ad conterendam

47
Arma quando
placeant
Deo.

Sarracenorum rabiem. Hispaniamque defendendam, ut in horum ordinum regula & institutione legitur, maxime quod mouere bellum non est eorum, sed domini magistri, & regiae maiestatis, nam ut dicebat August. contra Manic. in cap. quid culpatur. 23. q. 1. Ordo naturalis mortalium paci accomodat ut hoc poscit, ut suscipiendi bellum auctoritas penes Principem remaneat, ut in c. iustum. 23. quest. 2. & in leg. prima. C. ut armorum vsus. libro vndecimo. & in l. lex duodecim tabularum. ff. ad legem Iul. maiesta. † quod vero religiones militares ab ecclesia sint approbatae, probatur in clementina, quia contingit, de religiosi domibus. §. praemissa, in c. cum & plantare, de priuilegijs, & in c. dilecti, eod. titu. & in capit. porro, & in cap. dudum, & in c. ad eo, de decimis, & in c. parentibus, & in cap. canonica, vbi de ordinibus militaribus toties fit mentio, & in capitulo primo. de verb. signifi. libro sexto. vbi Gloss. & Docto. & in capit. ex parte, de decimis, & in capi. ad sedem, de restitutione spoliatorum, notatur etiam in d. clementina, quia contingit. §. permissa, per Gloss. quae meminit de ordinatione Sanctae Mariae Celestrensi, & Sancti Ioannis Hierosolymitanorum, & similibus, & ibi Ioannes de Imol. & Cardinalis meminit, de caeteris militaribus ordinibus notatur etiam in c. cum illorum, de sententia excommunic. & in c. sciant cuncti, de electione, libro 6. & in cap. quisque. 16. q. 4. & alibi saepe, approbatio enim Pontificis constituit religionem, probatur igitur causam huius religionis instituendae iure diuino conformem fuisse, inde patet, milites huius † ordinis religiosos, & ecclesiasticos censer, quod ultra supradicta probatur sequentibus, primo, quia Pontificis approbatio, si subsit causa placida, Deo constituit religionem, & à patre caelesti hanc potestatem Pontifex habet, ut in extrauaganti Sancta Romana, vbi Gloss. notat, quod Papa hoc facit tanquam vicarius, & procedit ex potestate clauium, Quodcunque ligaueris super terram, ut Matthaei 16. & 24. q. 1. c. quodcunque, & in cap. ad Apostolicam. §. nos ita, de re iudic. in 6. & probatur in cap. fina. de religio. domib. & in capit. 1. eodem tit. in 6. & in cap. 1. de voto, & est communis nota omnium in rubrica de regularibus, & probat Barto. in l. sodales. vers. sed contra hoc. ff. de collegijs illicitis. nam sicut ordo clericalis eximit laicum à iurisdictione seculari, cui est subiectus ratione originis, quia natus laicus, sic suos conuersos eximit ordo per Papam approbatus, ut notat Anchar. in clementina, per literas de praebendis. secundò milites huius ordinis profitetur tria substantialia, obedientiam, paupertatem, castitatem, ut patet ex eorum regula, vbi praedicta promittunt, & proprium à se abdicant, ut cum licentia Magistri non aliter possideant, & inuentarium facere teneantur, ut haec & alia in eorum militum regula

48
Armatorum
ordines ab ecclesia
sua probantur

49
Monachismi
vel religio
uel ordo religioso
rui quando
sa
Barvideatur.

regula latius continetur, ergo ex istis fiunt personæ ecclesiasticæ, & ecclesiastico priuilegio gaudere debent, † cum vera & perfecta religio ex eo triplici voto constituatur, vt in cap. cum ad monasterium, de statu regularium, & in c. cum ecclesijs, de maioritate, & absentia, & in cap. ex parte, de regularibus, & est doctrina Hostiensis, Ioannis Andreæ, & Abb. & communiter scriben. in rubri. eod. tit. idque firmanter communiter Theologi, vt refert sanctus Thomas in opusculo 18. c. 8. & in opusculo 19. c. 5. & alibi sæpè. Quinimò † promittendo vnum de substantialibus, & intrando ordinem à Pontifice approbatum efficitur quis persona ecclesiastica, vt eleganter notat Antonius in c. vno, de obligatis ad ratiocinia, & in cap. nullus, de foro competenti, & Cardin. in clementina, cum de quibusdam, de religiosis domibus, & elegantius Hostiensis in c. non dubium, de sententia excommunicationis, dicens, quòd quando quis est conuersus ad aliquem ordinem à Pontifice approbatum remanens in domo propria, vt laicus viuens honestè, vt clericus censetur, ex toto translatus in foro, & immunitate ecclesiastica, vt 16. q. 4. c. quis facit, & de censibus. c. quanto, & in clementina præfenti, eod. tit. & 12. q. 1. cap. ecclesiarum. milites autem huius ordinis ista omnia faciunt, vt ex eorū regula patet, ergo multo fortius religiosi, & ecclesiasticæ personæ dicentur, vt not. gloss. in c. nullus. 93. distinct. & Archidiaconus in c. vno, de excessibus prælatorū, & in proprijs terminis notat expressè gloss. singularis in d. cap. non dubium, in verbo religionis conuersus, de sententia excommunicationis. vbi dicit quòd ex eo quòd aliqui se tradiderunt diuino obsequio, siue in seculari, siue in regulari ecclesia, ecclesiasticæ dicentur personæ. tertio hoc etiam confirmatur ex eo quòd notatur in c. sciant cuncti, de electione, in 6. & ex notatis in c. veniens, de verborum significat. per Ioannem Andreæ. & Doctorem ibi, ex quibus patet, quòd quamuis aliqui sint laici non habentes ordinem clericalem, sunt tamen personæ ecclesiasticæ, vt probatur in c. cum laicis, quamuis religiosi de rebus ecclesiasticæ non alienandis, hinc dicebat gloss. in d. c. sciant cuncti, † quòd templarij & hospitales, licet non sint clerici, sunt tamen ecclesiasticæ personæ, dicebat enim Baldus in l. generaliter, la. 2. C. de episc. & cler. quòd clerici possunt esse monachi sine ordine clericali, & gaudebunt priuilegio ecclesiastico, & de istis sunt plurimi in ordine sancti Hieronymi, sancti Augustini, in cæterisque alijs ordinibus, dicebat etiam gloss. in c. duo sunt genera. 12. q. 1. quòd omnes conuersi dicuntur ecclesiasticæ personæ, quamuis continere non teneantur, quia quidam hoc profitentur, quidam non, vt 27. q. 1. vt lex, nam accoliti sunt ecclesiasticæ personæ, & tamen non tenentur continere, quia legitimum matrimonium contrahere

possunt, vt 32. distinctione. c. si quis eorum. Item & templarij sunt ecclesiasticæ personæ, licet arma mouere possint, quæ omnia notat ibi gloss. singularis in d. c. duo sunt genera, & communiter scriben. quartò hoc confirmatur, quia † Eremitæ sine aliqua professione gaudent priuilegio ecclesiasticæ, vt 16. q. 1. c. qui verè, & notat Innoc. in c. cum monasterium, de electione, & bona quoque donata hospitalibus fundatis auctoritate Episcopi, gaudet priuilegio ecclesiasticæ, vt notant Doctores in clementina, per literas, & in clementina, quia contingit, de religio. domibus. à fortiori ergo bona istius celeberrimi, & approbatissimi ordinis eo priuilegio gaudere debent. Quintò hoc etiam confirmatur ex dictis per Sozinum in c. 1. de foro competenti, vbi concludit in fratribus, & sororibus tertij ordinis, & in pœnitentibus, & in fratribus, qui vocantur Iesuati, & in mulieribus, quæ vocantur canonicæ seculares, quòd si habitum, & viuendi modum assument auctoritate superioris gaudet priuilegio fori, ex quo dicit posse decidi quàm plures quæstiones de societatibus disciplinatorum, de quibus per Bart. in l. sub prætextu. C. de sacrosanct. ecclesijs, & per Bald. in c. 1. de pace iuramento firmanda, facit etiam quòd notauit Cardinalis in c. 2. de foro competenti, quòd rectores piorum locorum, & hospitalaris, & liprosaris licet non gaudeant priuilegio canonis si quis suadente, gaudebunt tamen priuilegio ecclesiastico, vt ecclesiasticæ personæ. Faciunt & alia multa quæ ob rationem prælibatam missa consultò fecimus.

SUMMARIUM.

- 1 Exemplaris fieri potest exheredato, contra communem cum altera ferè communi.
- 2 Legitima quo titulo liberis, aut parentibus relinquenda, ar. q.
- 3 Legitima iure C. quo titulo relinquenda.
- 4 Intellectus l. si quis heredem. C. de institutio. & substituo.
- 5 Nepotes, & deinceps iura suorum habentes, an sub omni conditione possint institui heredes, not. quæstio.
- 6 Intell. l. 2. §. nepotibus. ff. de vulga. & pupilla. substitutio.
- 7 Exemplaris fuit inducta ad similitudinem pupillaris.
- 8 Intell. l. humanitatis. C. de impub. contra communem, quòd mater in exemplari à patre facta præterita possit querelare.
- 9 Pupillaris fieri potest exheredato.
- 10 Intellect. l. si exheredato, & in l. miles ita. ff. de milit. testamento, contra Angel. & alios, vt etiam qui in potestate non est, possit exheredari.
- 11 Intellect. l. 3. si emancipatus. ff. de bono. possessio. contratab.

Aa 4 12 Intel.

50
Monachis
religiosorum
tria substantia
vota.

51
Clericus, vel
ecclesiasticus
ut quis fiat.

52
Ecclesiasticus
ut sit, ut clericali
ordine insignitus sit,
necesse non est.

53
Eremita dicitur
ecclesiasticus
licet clericus
non sit.

- 12 *Intell. l. 2. C. de inoff. testam. contra communem, & emancipatum exheredatum querelam habere.*
- 13 *Exheredari an possit impubes, egregia questio.*
- 14 *Dua conclusiones contra communem.*
- 15 *Intellectus l. final. C. de liber. prae. contra gloss. & alios.*
- 16 *Intellectus auth. vt cum de appella. cog. §. aliud quoque.*
- 17 *Intell. ad l. regni. 6. sit. 1. part. 6.*
- 18 *Intellect. ad plures ll. cum quidam. C. de legatis, cum simil.*
- 19 *Querelam non exheredatio producit, sed inofficiosa.*
- 20 *Intellectus C. de inoff. testam. in l. ex tribus, & ad creationem pupillaris non est necesse quod legitima relinquatur, sed tantum ad eius tam creatam resolutionem euitandam, contra communem.*
- 21 *Intell. l. si non mortis, & l. Papinianus. §. si quis mortis. ff. de inoff. testam.*
- 22 *Intellectus l. non putauit. §. si quis sua manu filius, qui de mandato patris sui exheredationem scripsit, non excluditur querela contra communem.*
- 23 *Intellectus l. filio quem. ff. de lib. & posth.*
- 24 *Intell. l. filio quem. ff. de lib. & posth. contra communem, quod filius qui post exheredationem emancipatus fuit, si iterum adoptetur a patre habebit querelam.*
- 25 *Exemplaris fieri potest etiam filio naturali, contra communem.*
- 26 *Mater illustris potest naturali filio substituere exemplariter, contra Doct.*
- 27 *Exemplaris fieri potest filio spurio, contra Doct.*
- 28 *Exemplaris fieri potest filijs natus ex damnato coitu, contra Doct.*
- 29 *Exemplaris fieri potest ei, cui deminuta legitima relicta fuit, contra Doct. communiter.*
- 30 *Intellectus l. humanitatis. C. de impub.*
- 31 *Exemplaris an valeat si sit exheredato integram legitimam habenti, idem si integram non habeat, sed deminutam, vel nil omnino, contra communem.*
- 32 *Pupillaris si siebat exheredato integram legitimam habenti, querela nulla competebat per l. humanitatis, licet iure auth. aliud indutum contra communem.*
- 33 *Testamentum patris exheredatione firmatur, non secus quam filiorum institutione.*
- 34 *Exemplaris nec impedit, nec resoluitur per exheredationem, contra communem questio. dua.*
- 35 *Exemplaris utilis est ei cui sit.*
- 36 *Querela supponit testamenti validitatem.*
- 37 *Bonorum possessio contra tabulas est remedium rescissorium, & aliquando declaratorium.*
- 38 *Emancipati praterisio non reddit testamentum nullum.*
- 39 *Exemplaris in sui tam creatione, quam resolutione similis est pupillari.*
- 40 *Exemplaris cum sit instituto in minore portione,*

quam legitima, non potest rescindi querela, cum communi contra alteram ferè communem.

- 41 *Legitima supplementum non petitur conditione ex lege, contra communem.*
- 42 *Exemplaris fieri potest instituto in re aliena, contra communem.*
- 43 *Legitima in re aliena an relinqui possit, contra communem.*

CAPVT CVI.



EX principali conclusione nostra colligitur planè, an testator possit dispensare cum forma legis præcipientis exemplarem fieri non posse, vt quidam putant, exheredato, qua in re receptor opinio est, quod exemplaris substitutio mente capto, vel furioso exheredato fieri non potest, hæc est communis opinio, quam tenuerunt Bart. in l. ex facto. num. 18. ff. de vulg. & pupil. Bart. in l. humanitatis. num. 4. C. de impub. & iterum idem Bart. ibidem num. 5. licet aliud fateatur esse in pupillari substitutione, & quia rationem differetiz nullam satis præstantem inuenit, remittit nos ad l. non omnium. ff. de legib. & cum Bart. in d. l. humanitatis, simpliciter transeunt Bald. Ang. Sali. Fulg. Paul. & alij, & hanc opinionem dicit communem Couar. in c. Raynutius, extra de testam. §. 6. nu. 2. qui tamen contrarium tenet, sed communem sequitur Alex. col. 8. num. 32. in d. l. ex facto. Guliel. Bened. in d. c. Raynutius, titulo de exempl. nu. 20. de test. & hanc dicit communem Coraf. nu. 9. in d. l. humanitatis, licet ipse contrarium teneat, eandem dicit communem Phil. Decius ibidem, qui tamen contrarium tenet, hanc sequitur & dicit communem Ripa in d. l. ex facto. nu. 71. sequitur Iaf. in d. l. humanitatis. colum. 2. Bald. in tract. sub exemplaris. nu. 10. Politus in eod. tract. nu. 15. Zaf. in eod. tract. nu. 6. mouetur omnes vnico fundamento l. humanitatis, in verb. legitima, quæ contrariam partem planè probat, tantum abest, vt communem sententiam tueatur, vt continuo videbimus.

Exemplaris fieri potest exheredato contra communem cum altera ferè communi.

Contrariam partem, vt exemplaris exheredato fieri possit non secus quam pupillaris, tenet Ang. in §. qua ratione. Inst. de pupil. subst. Idem Angel. in tract. test. in verb. reliquit filio G. mente capto. Curt. iun. nu. 12. in d. l. humanitatis, & ibi Coraf. nu. 9. & iterum nu. 13. vbi etiam Lancelotus, Dec. & similiter Philippus Dec. nu. 7. & Corn. nu. 8. & Fumeus in tract. sub compendioso, in fi. & Couar. in d. §. 6. nu. 2. & nos hæc verisimam esse putamus, & non admodum minus communem, quam contrariam, quæ periculo meo non solum in puncto iuris, sed etiam in iudicando & consulendo sequi poterimus, quæ præstantissimè probatur ex sequentibus.

Et in

Et in primis facit nostra cōclusio prin. quæ docet, leges non secus, quàm principes imperium accepisse, vt prodesse, nō vt nocere nocerent autem si talem exemplarem, quæ (iuxta l. humanitatis. C. de impub. utilis esse præsumitur) adimeret, ergo id extra mentem legis fore verosimillimum est, præsertim cum afflictis (hoc est, exheredatis, & præterea mente captis) alia noua afflictio, quòd huiusmodi beneficij ademptionem addēda non esset, l. vnic. C. qui ante apert. tabul. maximè secundum opinionem multorum contendentium exheredationem in dubio fieri videri bonamente, vt per Ias. in l. multi. ff. de lib. & posth. quam opinionem non multum laudandam alibi disseruimus.

Deinde facit sequens eademq; vrgentissima ratio, legitima potest relinqui filiis quoquo relictis titulo. Sed exemplaris potest fieri ei qui legitimam habet, ergo intelligendum fieri posse ei, qui quoquo titulo legitimam haberet, & si sit exheredatus. † quòd autem legitima possit relinqui quoquo relictis titulo discutendum est, & in primis inuestigandum quid iure ff. deinde quid iure C. postremò quid iure auth. quoad primum, licet inualuerit sententia existimantium iure ff. legitimam relinqui oportere iure Institutionis, cui sententia subscripserunt sese Accursius, Bart. Bal. Angel. Salic. cæteri; omnes scribentes in authen. nouissima. C. de inoff. test. Alex. qui plures citat in l. inter cætera. ff. de lib. & posthum. Guiliel. Bened. in cap. Raynutius. §. in eod. testa. relinquens, secundò extrà de test. nu. 15. tamen in aduersam partem, cui nonnulli adstipulantur, procliuior sum, moueor in primis ratione: Nam ad firmitatem testamenti nil aliud desideratur præter institutionem, vel exheredationem filij, vt ferè per totum ff. de lib. & posth. ferè per totum ff. de inuis. rup. per totum C. de post. hær. inst. & exhær. per totum C. de lib. prat. per totum. Inst. de exhær. liber. Præterea expressum videtur in l. Papinianus. §. si quis mortis. ff. de inoff. testa. vbi qui integram legitimam (id est, quartam) per donationem causa mortis recepit, non potest testamentum impugnare, per quem text. ita tenuit ibi Albericus, quod iure digestorum sufficeret legitima quoquo relictis titulo relinqui, quod & præsensisse idem Albericus videtur in l. si non mortis. ff. de inoff. test. per tex. ibi, qui similiter probat sufficere legitimam relinqui quoquo relictis titulo, dummodo is filius, cui relinquitur, exheredatus reperiatur, ne eo præterito testamentum ab initio non iure fiat, sicq; intelligendum est, quòd tam in d. l. si non mortis, quàm in d. §. si quis mortis, filius cui legitima titulo singulari relicta fuit, exheredatus fuerit, nec ea est diuinatio, quia cum dd. ll. sint locata sub titulo de inoff. testa. vbi non agitur de primordiali testamenti validitate, sed de irreuocabili, quæ contingit per

exclusionem querelæ, non debet ibi queri, vtrum filius institutus fuisset, vel exheredatus, nec ne. Sed vtrum inofficiosus erga eum pater suus fuisset, nec ne. Inofficiosus autem fuisse videtur, si non integram legitimam reliquit, secus autem si reliquit siue instituto filio, siue exheredato. † Iure autem C. omnes vno ore fatentur, quod legitima non oportebat relinqui titulo Institutionis, sed sufficiebat quoquo titulo relinqui, per tex. in l. omnimodò. C. de inoff. test. quod & nos fatemur, sed non quasi id denuò introduxerit illic Iustinianus Imperator (quòd omnes Doct. ibi, & vbiq; falso opinantur) sed quia id iure veteri antiquitati fuerat obseruatum. Illud autem quod Bald. Salic. cæteri; omnes in d. l. omnimodò. Accurs. & omnes in authen. nouissima. C. de inoff. testa. securè firmant, scilicet iure C. valuisse testamentum, in quo filius neque institutus esset, neque exheredatus, si modò aliquid etiam minus legitima sibi quoquo titulo relinqueretur, mihi non satis probatur, nam præteritus dicitur qui neque institutus est, neque exheredatus, quantumcunq; iure singulari receperit. l. posthumo. C. de contratab. vbi Ias. col. 2. l. 3. in princ. ff. de inuis. rup. vnde cum in d. l. omnimodò. vers. si vero, nil aliud dicatur, quàm quod patri filium prætereunti nullum priuilegium datur, sequitur hoc testamētum nullum esse, in quo filius, nec institutus, nec nominatim exheredatus fuerit, vtcunque plurimum titulo singulari receperit, nec me mouet d. l. omnimodò, quæ non eò pertinet, vt testamētum quod inspecto iure veteri erat ipso iure nullum, id subsistere sustinereque velit, sed eò pertinet, vt testamentum quod olim ab initio valebat, poterat tamen ex post facto per querelam infirmari, id testamentum sustineatur, quod intelligitur multipliciter, primùm quando filius fuit institutus in minore portione, quàm legitima, quo casu licet olim posset querelam proponere. l. cum quæritur. C. de inoff. testa. l. parentibus, eodem. l. Papinianus. §. quoniam autem. ff. eod. §. fin. Instit. eod. tamen hodie post d. l. omnimodò, non poterit, sed agere ad supplementū intelligitur, quod quando filius exheredatus fuit, singularique titulo aliquid habuit, minus tamē legitima, quo casu olim similiter, & si ab initio mero iure valeret testamentum, poterat tamen querelari, d. l. cum quæritur, cum simi. hodie autem non poterit, sed agetur ad supplementum post dictam l. omnimodò. tertio intelligitur quando filius emancipatus fuit præteritus, quia neque institutus, neque exheredatus, titulo tamen singulari recepit minus legitima, quo casu olim, vt pore præteritus, poterat cōtratab. l. ita tamen. §. si quis rogatus. 2. ff. ad Trebel. quem allegat Ias. in l. posthumo nato. nu. 5. C. de bono. poss. contratab. & per totum C. & ff. de contratabul. Quarto intelligitur etiam si

Legitima iure C. quo sit relinquenda.

2
Legitima quo
tit. liberis,
aut parenti-
bus relinquen-
da ad. quæst.

titulo

titulo singulari emancipatus integram legitimam recepisset, quia adhuc verum est, quod licet id testamentum initio valuerit, tamen per contratab. ab emancipato præterito testamentum poterat expugnari, hodiè tamen post illam l. omnimodo, expugnari non poterit, sed denegatur contratab. bon. poss. vt siue minus legitima recipit, petat supplementum, siue integram receperit, ea contentus abstinere ab impugnatione testamenti, idq; est quod mihi præsensisse viderur ille tex. dum ait, vel alio modo subuertendis, iuncta sua Glo. quæ exponit per contratabul. bono. poss. extat ergo contra omnes indifferenter nullius momenti iure C. esse id testamentum, in quo filius in potestate neque institutus sit, neque exheredatus, quantumcunque sibi titulo singulari relinquatur, id quod primus Io. ab Imol. tērauit tam in l. fi. col. fi. de cond. inst. ff. quàm in l. sed & si conditioni. §. nepotes. ff. de hzred. inst. cuius sententiam cæteris omnibus tam in l. Gallus, per totam, quàm vbi que locorum repugnantibus libenter, atque ex professo teneo, quæ probatur aperte in l. maximum vitium, per totam. C. de lib. præteri. a. pertius in prin. Insti. de exhzr. lib. vers. sed non ita, vbi postquam Imperator tradiderat per præteritionem filij familiæ testamentum vitari subdit, sed non ita de filiabus cæterisque per virilem sexum descendentes liberis antiquitati fuerat obseruatum, hos enim omnes præteritos iniustum testamentum non facere, sed ius tantum accrescendi ad viriles portiones habituros. Tertio induco l. Gallus. §. in omnibus. ff. de lib. & posthum. dum dicitur, in omnibus his speciebus illud obseruandum est, vt filius duntaxat, qui in potestate est, aliqua ex parte sit institutus, expendenda sunt enim illa verba duntaxat, nam satis inducunt quod nepotes cæteri que omnes liberi præter filium possunt præteriri. Quarto induco d. §. in vers. quod non est necesse, vbi postquam tradiderat filium instituendum esse, subdit necessum non esse in nepote, & pronepote. Idem que in filiafa. antiquitati fuerat obseruatum, licet nullus aduertat, vt eius præteritio iniustum non faceret patris testamentum, vt euidenter probatur in d. princ. Inst. de exhzr. lib. ibi, sed non ita euidentius, in l. maximum vitium. C. de lib. præter. probatur que in d. §. in omnibus. in verbo, duntaxat, probatur etiam in d. l. Callus. §. nunc. in verbo, virilis sexus, vbi Velleus dedit facultatē institutorum posthumorum, qui masculi nascerentur, sed nō ita si fœminæ nascerentur, id quod omnium scribentium ibi nullus vnquam sat intellexit, neq; vnquam intellexerunt, quare virilis tantum sexus non etiam fœminini Velleus dixerit. Induco etiam text. in l. qui filium. ff. vbi pupillus educari debeat, vbi licet filia proponeretur præterita, si tamen per legatum ei satisfactum fuit, non desijt valere

testamentum, licet Gl. & Doct. ibi violentam suppletionem inducant diuinantes ibi filiam fuisse, vel institutam, vel exheredatam. Idem Guiliel. Bened. in c. Raynutius. §. in eodem testamento relinquis. numer. 15. cum plu. seq. Idem q; omnes Moderni in auth. nouissima. C. de inof. test.

Denique sunt alix quàm plures ll. nostram sententiã luculenter probantes, si non destruantur per Doctorum interpretantium imperitiam, quales sunt l. qui quartam. §. si quis vnâ. l. qui filiabus, in prin. ff. de l. 1. l. hzc conditio filix mez. ff. de cond. & dem. vbi Paul. & Sozi. institutionem violenter supplent. l. filix, eo. titu. l. vxorem. §. testamen. el. 2. ff. de leg. 3. l. filix. ff. de annu. leg. l. cum pater impuberi filix. ff. ad leg. Fal. l. cum vnus. §. si. ff. de alim. & cib. leg. l. fi. §. filix. ff. de leg. 2. in quibus omnibus simpliciter proponitur filiamfam. legato honoratam, neque apparet de institutione sui, vel exheredatione, quamuis institutionem, vel exheredationem interpretes supplent violenter, à nobis autem planè illæ ll. suæ integritati restituentur, vt simpliciter, prout iacent, intelligantur. Nec enim dubitamus (quod omnes negant) quin iure ff. valeret testamentum, in quo filiafa. præterita esset. Accipe † hinc nouum verum que intellectum ad l. si quis hzredem. C. de inst. & subst. vbi filiaf. fuit instituta sub conditione nubendi Titio, quæ conditio est (vt patet) mixta, quærun ibi Doct. vt illud testamentum sustineri possit, cum suus hzres sub conditione non potestatiua institui non possit. l. si pater, cum simili. C. de inst. & subst. & dum plerique omnes interpretum (quales sunt omnes antiqui, & noui ibi, & Ias. in l. si pater. C. de inst. & subst. col. in fi. vbi Dec. n. 4. Bal. ibid. opp. 10. Suares in l. quoniam in prioribus. f. 31. col. 2. de inof. test. C. Sozi. in l. in conditionibus, in prin. de cond. & dem. post antiquiores quos ipsi referunt) dum, in quâ, pleriq; scribentiũ huic difficultati satisfacere conantur, mirabilia fingunt merasque nugas miscunt, est ergo nitidus planusq; illius tex. sensus, qui ex superioribus colligitur, vt cum iure ff. & C. vsq; ad tempus Iustiniani Imperatoris inualuerit illa traditio, filiamfam. impunè posse patris testa. præteriri, multo facilius possit subcōd. institui, siue illa potestatiua foret, siue casualis, vel mixta, qualis fuit in specie illa. Qua ratione aduersus plerosq; scribentium tenendum etiam est, † quod nepotes, & deinceps cæteri liberi iura suorum habentes sua omni cōditiōe institui possunt siue illa potestatiua sit siue casualis vel mixta, id q, satis probatur in l. suus quoq; in prin. ff. de hzred. insti. in l. sed & si conditioni. §. nepotes. eo. in l. 1. §. sciendum. ff. de suis, & l. here. l. 3. §. si sub ea. ff. de cōtratab. quam sententiam multi, quos libenter sequimur, tenuerunt, licet op. cōtrariũ existimantiũ numero auctorum inualuerit frequentiorq; sit, vt testantur Alex. Corn.

⁴
Intel. si quis
heredem. C.
de insti. et
subst.

⁵
Nepotes, et
deinceps iura
suorum habentes
an sub omni
conditiōe
possint
institui here
des no. ques.

Corn. Iaf. Dec. in l. si pater. C. de inst. & subst. Suares in d. l. quoniã in priorib. 4. apl. Deniq; nostrã sententiam omnes (si nõ fallor) sequerentur, si diff. rationem vidissent inter institutionem conditionalem in filijfa. persona factam, & eam quæ fieret in nepote suorum iura obtinente, siquidem talem nepotem filio ex æquari existimabant, si intellexissent talem nepotem etiã ex testamen. præteriri posse (quod in filio secus est) viderent multo facilius posse sub omni conditione institui, cum non tam peccet qui sub conditione liberos instituit, quàm qui ex toto præterijt, vt & patet ad sensum, & probatur in l. si. C. de post. hę red. instit. extat ergo ex superioribus iure ff. posse nepotes etiam iura suorum habentes, item filiamfam. sub omni conditone institui, sed an idem iure nouissimo quo vtimur, & in hoc articulo vtriusq; factionis fautores etiam ij qui nostram tuentur sententiã tenuerunt, quod postquam Iustinianus tam in §. sed hæc quidem vetustas. Insti. de exhęr. libero. quàm in l. si. §. sancimus. C. de lib. potestate. ex æqua uit fœminas marib. nepotesq; filijs & posth. iam natis, & constat filiumf. sub omni cond. Inst. nõ posse, ita etiam nec poterunt filiaf. vel nepotes inst. nisi tantũ sub potestatiua cond. ad similitudinem filiorũ, quos sub potestatiua cõstat posse institui. d. l. si pater. l. si libertus. §. existimo, de bo. li. ff. l. iã dubitari. l. Cornelius. ff. de hęr. inst. l. si. l. verba hæc, de cond. inst. ff. Nos autẽ qui ex professo veterum legũ tutores constantes sumus contrariã sententiã sequimur, vt per d. l. si. §. sancimus, & d. §. sed hæc quidem hæc pars, atq; species nouationẽ non receperit. Illa n. iura inducunt ex æquationem inter commemoratas personas quò ad duo, s. quò ad hoc, vt filiz nepotesq; iura suorũ habentes, vel instituantur, vel exhęredentur, vt ex toto præteriti nullũ reddant testamen. non secus quàm si filiusf. esset præteritus, verũm si proponatur nepotes, vel filiosfa. fuisse institutos licet sub conditione casuali, vel mixta, nõ dicitur ibi tunc testamen. euauisse, de conditionali. n. institutione nullum verbũ redditur in toto illo tit. C. de libe. potest. neq; in tit. C. de exhęr. libe. neq; licet arguere de omnimoda præteritione ad conditionalem institui. vt probatur apertẽ in l. si. C. de post. hęre. inst. & in specie tenent Doct. in l. si pater. C. de inst. & subst. quales sunt Alex. nu. 12. & 15. & 16. Iaf. nu. 13. Corn. col. 6. in prin. Paul. & Iaf. n. 4. in l. si mater. in pri. de vulg. Suares in l. quoniã in priorib. f. 8. col. 1. cum ergo iura noua possimus satis vtilliter intelligere absque tot legum euerfione, cur tam impij simus, & vno eodemque obscuro verbo iura vestimus delere, præsertim cum communis interpretatio longẽ minus respondet naturę titulorum, sub quib. dictæ ll. fitz sunt, interpretatio nostra, cum vt dixi in dd. titulis de institutione conditionali verbum nullum.

Deniq; quod omnes pleriq; auctorũ, quos supra retulimus, existimant, vt saltem per l. quoniã in priorib. sint isthęc omnia innouata, id nobis similiter placere nõ potest, lex enim quoniã in prioribus, loquitur in quib. casibus olim per appositionem cõditionis testament. poterat infirmari, idq; accidebat cum filiusfa. sub cond. casuali, vel mixta instituebatur, vt patet multipliciter in dicta l. quoniã in prioribus, & in jl. omnimoda, ad cuius interpretationem d. l. quoniã facta fuit, & per hoc est intelligenda secundum terminos legis interpretatę, vt dicũt omnes in d. l. si pater, per text. in aucte. de filij ante dot. inst. nat. §. si. Verũ cũ nulla lege antiqua cautũ esset vt conditio casualis, vel mixta apposita in institutione nepotum, vel filiarumfa. vitaret testame. sequitur, quòd d. l. quoniam, quæ ad tuitionem testamentorum reijcit condiciones, non pertinet ad speciem nostram, & consequenter etiã post illam l. non reijciatur cond. de institutione nepotum, vel filiarumfam. nec id durum est, cum sub tali cond. nepotes, vel filiaf. institui possint, & debeant, etiam non spectata conditione agnoscere secundum tab. bo. pos. l. 1. §. sciendum. ff. de suis & leg. Statergo ex superioribus, testamentum valere, in quo nepotes etiam suorum iurã habentes, vel præteriti essent, vel sub quauis conditione instituti, verũm si nepotes, qui iura suorum non tenerent, sed à patre præcederentur, prætereuntur, tunc licet testamentum similiter initio valebat, tamen simul, atque tales nepotes patre mortuo in sinitatis gradum primum succedebant, statim rumpebatur testamẽtum. l. posthumorum. ff. de iniur. rup. §. posthumorum. Insti. eod. modo sic cum ad firmitatem subst. pupil. desideretur validitas testamenti paterni, non solũ ab initio, sed etiam ex post facto, nam licet testamentum paternum initio valuerit, & per hoc pupillare, tamen si postea paternum euanescat per repudiationem hęredis, vel per agnationem posthumi, vel alia ratione, tunc statim, & pupillare intercidit. l. 2. §. adeo, de vulg.

Ideo † ingeniosissimus Vlpianus in d. leg. secunda. §. nepotibus, consulit ei, qui pupillariter substituit nepotibus, quos pater præcedebat, vt eos vel instituat, vel exhęredet, ne si præteriti in sinitatem successerint, statim rumpant testamentum principale, & in consequentiam pupillare. Itaque si tales nepotes sint instituti, valet pupill. tam ab initio, quàm ex post facto, hoc primo. Idem si sint exhęredati, hoc secundo, quòd si sint præteriti, valet ab initio pupillaris, potest tamen ex post facto infirmari, ne ergo hoc tertio casu infirmari possit, dixit Vlpianus per modum consilij non præcepti eos debere institui. Verũm cum ab initio iam iura suorum tenebant nepotes, quo casu (vt diximus) testamentum per eorum præteritionem, nec ab initio, nec

6
Insell. l. 2. §.
nepotibus. ff.
de vulg.

nec ex post facto infirmari poterat, tunc pupillaris eis fieri poterat sine meru infirmitatis, siue illi instituti essent, siue prateriti, siue exheredati. Cum ergo hæc in pupillari obtineant, pari ratione dicendum (id quod aperte inferitur) quod exemplaris nepotibus etiam suitatatem habentibus fieri potest, quando sunt exheredati, hoc primo contra communem. Idem si sint prateriti, hoc secundo contra omnes. Fieri etiam poterit nepotibus, qui recasuri sunt in patris potestate quando sunt instituti, hoc tertio contra omnes. Idem si exheredati sunt, hoc quarto contra omnes, licet isto vltimo casu ea exemplaris, quæ initio valuit, infirmari postea possit.

Extat ergo ex superioribus quod cum ad validitatem exemplaris nil aliud desideretur, quàm quod legitima relinquatur, dict. l. humanitatis. Legitima aut quoquo titulo relinquere possit omni iure, quod exemplaris exheredato, non secus quàm instituto fieri poterit, si modò is exheredatus legitimam habeat quoquo titulo, quod intelligendum, vt exemplaris non solum ab initio habeat, sed etiam ex post facto per querelam rescindi non possit, nam quod ad hoc vt ab initio valeat satis est, quod is cui fit, vel exheredetur vel instituat, licet legitima legitimæ vlla pars nullo iure relinquatur.

Deinde & principaliter pro nostra sententia, vt etiam exheredato exemplaris possit fieri, facit, nam exemplaris substitutio fuit lege introducta ad exemplum ac similitudinem pupillaris, quæ paulatim moribus recepta fuit, sed pupillaris substituit. potest fieri exheredato, ergo exemplaris exheredato fieri non prohibetur.

Quod autem exemplaris fuerit † inducta ad similitudinem pupillaris, patet ex elegantissimi Pauli Aemiliani resp. qui in l. ex facto, in prin. ff. de vulga. scriptum reliquit (vt quemadmodum iure ciuili pubertate finiretur testamentum, ita princeps imitatus sit ius in eo qui propter infirmitatem testari non posset) secundò expendimus illa verba (quia iam posset sibi testamentum facere) quorum verborum sensus est, vt exemplaris finiatur simul, atque mente captus, cui fit, potuerit sibi testamentum facere, non secus quàm pupillaris finitur, cum primum pupillus, cui fit, facultatem testandi adipiscitur, id quod denotant eiusdem Iureconsulti verba illa (auferret enim testamenti factionem homini sanæ mentis) eodemque pertinent quod idem consultus ait, igitur, inquit, etiam agnatione sui heredis dicendum est rumpi substitutionem, id quod euidentius apparet ex constitutione Iustiniani Imperatoris, qui in l. humanitatis, C. impuberum, cum de substitutione exemplari ratiocinaretur ad exemplum inquit pupillaris querela nulla, &c. vt luculenter docuerit omni ex parte ad simulari inter

se pupillarem, & exemplarem. Id quod rursus idem sanctissimus Imperator docuit in §. qua ratione. Instit. de pup. in verb. ad exemplum pupillaris substitutionis bis repetitum. Proinde plerique interpretum existimauerunt ipsam numeris regendam exemplarem, quibus & pupillaris, nisi quis contrarium ostenderit, expressa lege cautum auctores sunt. Alex. nu. 5. in l. humanitatis. C. de impub. vbi Ias. nu. 6. Corn. nu. 15. Alex. consi. 125. † Proinde si in testamento exemplari mater reperitur praterita, licet vehementer controuersum sit, an possit mater querelam in of. testamenti instituere contra substi. exemp. tamen inualuit ea opinio, quæ habet, non admittendam matrem ad inofficiosa querelam. Idque crebrius receptum esse testantur Bart. qui eam sequitur in d. l. ex facto. nu. 30. Corn. in d. l. humanitatis. nu. 15. Alex. nu. 5. Ias. nu. 6. estque de mente Fulgos. Paul. Bald. & Salicet. ibid. vbi eam sequitur, dicitque communem Decius nume. 9. eamque communem appellat ibi Coras. vbi Curt. numer. 15. Idem testatur & latè Ias. in Lex facto. nume. 43. qui contra communem sententiam pluribus contendit post Bal. in d. l. humanitatis. nu. 32. quod & sensu Bart. in l. ex facto. col. 1. Ancha. in c. si pater, de testa. lib. 6. 23. notab. Coras. vbi supra. Quorum sententiam libenter sequor primò, quia hæc pars contra comunem longè æquior est, ergo, &c. Secundò quia humanitatis intuitu facultas exemplariter substituendi data fuit, vt d. l. humanitatis, ergo hoc beneficio indignum se reddit qui impius inhumanusque extitit. Tertio, quia fratres eius, cui substituitur, necessariò sunt substituendi, d. l. humanitatis, ergo multò magis mater, arg. l. nam & si parentibus. ff. de in of. testam. iunct. l. fratres. C. eo. tit. Quarto, quia mater, & fratres eius, cui fit substitutio pupillaris, olim exequabantur. l. Papinianus. §. sed nec impuberis, de in of. testa. ff. ergo lex noua loquens in fratribus debet porrigi ad matrem ex regula Glo. si. vbi que ap. in l. si quis seruo alieno persuaserit. C. de fur. vnde cum d. l. humanitatis, exigat frat. mente captu substitui, satis intellexisse videtur, vt & mater, si existat, substituat. Quintò, quia mater non debet à luctuosa hereditate filij excludi, argument. l. fina. C. de inst. & subst. cum satis torquatur furore filij, argum. l. diuus. ff. de offic. præs. Sextò quia vt verba hominis generalia non præiudicant quò ad legitimam. l. si quando. §. & illud. C. de in offi. testam. ita non debent præiudicare verba legis generalia, quò fit vt ex verbis dict. l. humanitatis, præiudicium matri in legitima fieri non debeat, stringo hoc fund. quia mitius agitur in dispositionibus legalibus, quàm hominis. l. Celsus, cum sim. ff. de arbit. Postremò ad duco nouum fundamentum, cui vix capit responsum, nam quæ ratio matrem remouet à querela in subst. pupillari, ea ratio

Intell. l. humanitatis. C. de impub. contra communem, quod mater in exemplari à patre facta praterita possit querelare.

7
Exemplaris fuit inducta ad similit. pupillaris.

ea ratio cessat in exemplari, quo fit vt licet regulariter æquiparentur, tamen in specie nostra non ita, quòd autem cesset probo, nam quòd mater præterita contra testamen. pupillare nil dicere possit, id ex eo receptum est, quòd testamētum pupillare dicitur esse testamentum patris, continens sub se duas hæreditates, scilicet patris & filij. §. igitur. Instit. de pup. l. patris & filij. ff. de vulg. iunctò d. §. sed nec impuberis, vbi hæc ratio nuncupatim red dicitur, vnum autem testam. idèd dicitur, quia pater & filius maximè impubes vna eademq; persona reputantur. l. fi. C. de impu. §. ei verb. Instit. de inutil. stip. hæc autem ratio cessat in exemplari, nam cum possit fieri à matre, vt d. l. humanitatis, quæ non reputatur vna eademq; persona cum filio, sequitur quòd testamentum à matre filio factum non potest vnum idemq; cum testamento ipsius matris reputari, cum & re vera, & etiam inspecta legis ciuilibus censura testamenta non ab eadem persona facta, sed à diuersis intelligantur, quo fit, vt cum testamētum exemplare semper intelligatur esse testamentum filij, mater contra tale testamentum possit querelam instituere, non secus quàm si id testamentum ab ipso filio re vera factum fuisset, nec me mouet quòd dici posse videatur, vt cum exemplare testamentum fit à matre, tunc non matris, sed filij testamentum esse videatur, quia mater & filius non reputantur eadem persona, verùm cum id testamentum fit à patre, tunc nil impedit, quin patris testamentum esse videatur, cum pater & filius vna eademq; persona reputentur, nam resp. absurdum videri quòd testamentum exemplare aliquando censeatur testamentum filij, aliquando testamētum alienum, arg. l. eum qui ædes. ff. de vsucap. l. in testamento. 2. C. de testam. mili. l. iam hoc iure. de vulg. l. 2. & l. quamuis. C. de impuberum, & alij, retenta tamen communi sententia, à qua non temerè recedendum est, extat ex superioribus, quòd exemplaris iisdem regulis trutinatur quibus & pupillaris, etià si ea substitutio aliquid subdurum impiumq; continere videatur, quale est matrem luctuosæ hæreditatis filij expertem relinquere.

Sed si videntur communem opin. vt mater possit præteriri, non obstat ratio illa de fratribus, nam attento ordine naturæ euenit ferè semper, vt mater prior filio moriatur. l. Iulianus. ff. si quis om. cau. test. & l. scripto. ff. vnde lib. hæc q; ratio cessat inter fratres, vnde oportet quòd substituantur, quia communiter accidentibus superstites ei, cui fit substit. fore creduntur, non mater, quæ superstes fore non existimatur, arg. l. nam ad ea. ff. de legib.

Præterea hæc materia fundatur in humanitate, humanum autem non est cogitare, quòd mater succedet filio, ergo, &c. vt dd. ll. & per ista tolluntur fortiora fundamenta tenentium contrarium. Præterea ista substitutio se-

quitur exemplum, & naturam pupillaris d. l. humanitatis, nisi in his, quæ specialiter excepta sunt, vt ead. l. sed in pupillari est expeditum respectu matris. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. testamento. c. 1. de testam. in 6. ergo, &c. Nec obstat quòd contra pupillarem etiam frater non habet querelam, sed cōtra exemplarem sic: nam resp. id esse expressum in d. l. humanitatis, potest etiam retorqueri contra communem illa ratio humanitatis, nam cum hæc leges nitantur humanitate, inhumanum est matrem posse præteriri, sed pro communi facit quòd in d. l. humanitatis, & in §. qua ratione. Inst. eod. pariter tribuitur facultas exemplariter substituēdi tam matri quàm patri, & etiam vtrique secundum Bart. num. 37. in d. l. ex facto, vt ergo si pater esset solus, & hanc substitutionem faceret, vel mater esset sola, & hanc faceret substitutionem, se ipsos substituere non possent, vt per Barto. num. 33. in d. l. ex facto, vbi etiam las. num. 21. ita & si sit pater & mater, & vterque siue ambo faciant substitutionem expeditum est se ipsos præterire debere, siue alter tantum faciat substitutionem, certū est alterum præterire posse, rament vt obseruatur regula æqualis determinationis. l. quamuis, de impuberum. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. l. in testamento. C. de testam. mil. tum, vt quòd iuris est, de casibus simplicibus idem sit, & de casu mixto. l. si viua matre. C. de bonis mater. & in hac ratione puto fundatam esse d. l. humanitatis.

Quòd autē † pupillaris fieri possit impuberi ex hæredato, non minus quàm instituto, satis expressum est in §. non solum. Instit. de pup. substitu. in l. 1. §. substituere. ff. de vulg. l. cum quidam. C. de lega. l. qui fundum. §. qui filios. ff. ad legem Falcid. l. miles ita. §. ex hæredato. ff. de mil. testa. quòd ius in milite testante porrectum est, vt pupillariter substituere posset non solum ijs filijs quos in potestate habeat, sed & illis, qui sunt extra eius potestatem emancipati, vel in aui potestate retenti, verùm, quia iniurium esset vt miles posset pupillariter substituere filijs suis in aui potestate retentis, per quòd ipsi aui auferretur ius facultasq; substituendi liberis suis, (scilicet nepotibus ex dicto filio milite) quos in potestate habebat, idèd ea substituēdi facultas militi concessa coangustata fuit, vt liceat ei substituere pupillariter filijs suis, siue illi sint emancipati, siue in aui potestate retenti, in bonis tantum quæ ab ipso milite ad filios profecta sunt, vt per hoc non auferatur aui ipsorum ius pupillariter substituendi in reliquis bonis, quæ ad tales liberos aliunde, quàm à patre ipsorum eodemq; milite processerunt, vt sic priuilegium militis sine cuiusquam iniuria interpretetur ex regula. l. nec auos, de emancip. libe. C. cum simi. quæ vera est interpretatio, ad dic. §. ex hæredato. quamuis

9
Pupillari fieri potest ex hæredato.

10
Intel. §. ex hæredato, in l. miles ita. ff. de mil. te. contra Ang. & alios, vt etià qui in potestate non est, possit ex hæredato dari.

B b

Angel.

Angel. & alij in §. non solum. Instit. de pupilla. substit. contra gloss. ibi aliter sentiant moti, quia exhereditatio res inepta est in extraneo, qualis esse videtur filius emancipatus, argum. l. vnicæ. §. extraneum. C. de rei vxo. act. vt l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig. id quod parum me mouet, constat enim non ineptè in liberis emancipatis fieri exheredationem, cuius vis ac potestas est, vt emancipati exheredari contratabul. bon. poss. habere desinant, vt l. non putauit, in princ. ff. de bon. poss. contratab. quàm contra tab. bono. poss. procul dubio habituri essent si præteriti fuissent, vt per totum C. de contratabul. & ff. eod. Præterea ¶ tales emancipati cum exheredantur, incipiunt esse capaces agnoscendi, atque instituendi querelam in offic. testamenti, vt est expressum in d. l. non putauit, circa princ. ff. de contratab. bon. poss. & in l. 3. §. si emancipatus, eo. vbi planè tex. illum intelligo prout iacet, vt velut nepotem ex filio emancipato post emancipationem natum conceptumq; posse ab auo, in cuius potestate non erat, exheredari propter odium patris exheredatumque querelam in officiosi testamenti habiturum.

¹¹
Intel. l. 3. §. si emancipatus. ff. de contratabul.

¹²
Intel. l. 2. C. de inoff. test. contra cõmunem emancipatum exheredatum que relã habere.

Nec ¶ ad rem pertinet quod Accursius, Bar. cæteri que communiter Doct. tam ibi, quàm in l. 2. C. de inoffic. testam. aiunt emancipatos, & ex eo descendentes extraneos reputari, sicque iuris ciuilis remedia non habituros, nam illud defendi posset cum tales emancipati cum prole sua præteriti essent, secus si exheredati, vt in dd. ll. ratio diff. inter præteritos, & exheredatos ea est, quia quando pater filios emancipatos agnouit, tractauitque tanquam filios eos instituendo hæredes, tunc l. ciuilis eosdem recognoscit, eisq; sua beneficia iuraq; accommodat, non secus quàm si in potestate mansissent, hinc est quòd emancipato instituto datur secundum tab. bon. poss. iusq; adeundi de iure ciuili, quod ius ei præterito non daretur. §. cæteri. Instit. de hæred. qual. & vt c. emancipatus, qui hæres instituitur tanquam filius tractatus videtur, ideoq; capax efficitur remediorum ciuilium, ita & si exheredatur tanquam filius tractatus videtur, capaxque effici debet remediorum ciuilium, quia exhereditatio non minus, quinimò longè magis propria peculiaris que est liberis cuiusq; quàm institutio, arg. d. l. quidam cum filiũ, idq; patet ratione, nam institutio etiam in extraneo, exhereditatio autem non nisi in filio, vel nepotibus cadere potest, vt ibi. neque ad rem pertinet, quòd tales filij non sint in potestate exheredantis, nam nihilominus exhereditatio de eis fieri potest, nam & posthumus antequam nascatur exheredari potest, vt per totam l. Callus. ff. de libe. & posth. §. posthumi. Instit. de exher. lib. l. 3. §. nominatim. ff. de iniusto, rupt. l. nam & si sub conditione. l. penul. eod. & lege. 3. in prin. eod. cum sim. & ta-

men posthumus antequam nascatur, non est in potestate exheredantis. l. fin. cum sim. ff. de col. bo. idque Angel. & sequaces non viderunt. Et ideo fabulari mihi videntur Gloss. & Doct. tam in l. 2. C. de inoff. testam. quàm in l. Papinianus, in §. 1. ff. eo. dum aiunt quòd emancipatus exheredatus nõ aliter querelam institueret, postquam si quodpiam signum à prætore, annulum fortè vel quidpiam simile, acceperit gratia litis agnoscendæ, idque appellat bo. poss. gratia litis agn. quæ traditio licet vbi que recepta sit, magis tamen ridicula est, quàm nostra refutatione egeat. Illius enim bonorum possessionis gratia litis agnoscendæ effectus non ille erat, vt filius per talem natorum actum à iure ciuili agnosceretur, possetque querelam proponere, iam enim postquam à patre fuit exheredatus, tam ab ipso patre (vt duximus) quàm à lege cœpit & cognosci & remediorum ciuilium capacem esse, verum quia emancipatus hereditatem non aditam non trans mittebat. l. emancipata. C. qui admit. Ideo periculum erat, ne si inter moram litis is emancipatus decederet ad hæredes suos, in l. transmitteret, vnde consultissimè prospexit lex, vt quemadmodum quando emancipatus sub conditione instituitur, potest pendente conditione secundum tab. bo. poss. agnoscere, vt interim decedens possit illam bo. poss. tanquam agnitam transmittere. l. 2. §. si sub conditione. ff. de secundum tabul. ita emancipatus exheredatus qui non conditione, sed lite impediatur adire, posset interim bonorum poss. gratia litis agno. accipere, vt interim decedens transmitteret non ipsam litem (ipsa enim lis post lit. contest. regulariter transmittitur. §. nõ tantum. Instit. de perp. & temp. l. vn. C. vt act. ab hæz.) sed facultatem adeundi, vt si hæres eius in querela vinceret, adire posset filij præmortui nomine, licet regulariter ea adeundi facultas non transmittatur, isq; est verus intel. d. l. 2. C. de inoff. testa. l. posthumus. §. fin. & l. quemadmodum, & l. Papinianus. §. 1. ff. eo.

Denique quod diximus, pupillarem exhereditato fieri posse obtinuit olim, sed nouo iure innouatum est, extat enim Iustiniani Imperatoris constitutio vetantis impuberem posse exheredari, quo fit, vt cum non nisi impuberi pupillaris fieri possit, impubesque exheredari nequeat, iam pupillaris exhereditato fieri non possit, quòd aut impubes, qui doli capax non est, hodie exheredari non possit, videtur probare l. si quis in suo. §. legis. C. de inoff. testam. quod firmant ibidem Gloss. & omnes gloss. in l. 3. in princ. ff. de iniusto, rupto. Gloss. & omnes, in §. non solum. Instit. de pupilla. gloss. & omnes, in §. posthumi. Instit. de exhered. libe. gloss. & omnes, in l. si quis in suo. §. legis. glo. & omnes, in l. maximum vitium. §. final. C. de libe. præter. estque expressum in l. 6. titul. 5. particul. 6. quæ traditio & si vbi-

¹³
Exheredari an possit impubes, egregia 9.

vbique recepta sit, mihi nunquam probatur neque probabitur. In primis enim considero eò pertinere, vt nec impubes possit exheredari, per quod corrigeretur omnes ll. supra allegatz, neq; longè minus posthumus, id quod eò pertineret, vt fateremur corrigi totum illum titulum ff. de posthumis hzredi. instit. vel exhzre. & bona pars totius tituli de iniust. rup. ff. & totus ille titulus C. de posth. hzred. inst. vel exhzr. & Inst. de exh. libe. ferè per totum, & aliz innumerabiles ll. quod quàm absurdum sit, euidentius est quàm nostra demonstratione egeat. Proinde teneo contra communem, primùm, quod impubes etiam infans possit hodie exheredari: deinde quod posthumus similiter exheredari possit per iura vetera, neque ad rem pertinet d. §. legis, qui decipit Doct. non enim ibi dicitur, posthumum infantem uic exheredari non posse, sed dicitur, non posse à matre odio patris exheredari, quod eò pertinet, vt licet mater haberet iustā indignationis causam aduersus patrem filij sui infantis vel posthumi, per quem mater intelligebat patri suo quzrendam esse hzreditatem, tamen per hoc non iuste à matre filius innocens condemnabitur vel exheredabitur, cum si id mater per respectum voluit, ne patri per filium hzreditas quzreretur, possit eum filium instituere sub conditione hac, si emancipetur à patre, vt ita emancipatus patri acquirat nihil, itaq; si contra officium pietatis is innocens exheredatus fuerit, non negat ille tex. quin valeat testamentum, quod ad primordiale firmitatem, licet dicat, quod licet is innocens ritè exheredatus videatur, per que hoc testamentum ab initio valeat, tamen quia iniuste innocens ille alieno odio przgrauatur, iuste querelā instituere potest, id quod conuenit naturz illius tituli, sub quo locata est d. l. in tit. enim de inofficioso testamento, longè alienum est tractare de primordiali validitate testamenti, sed tantum de irreuocabili agendum est, ergo, &c. argum. l. Imperatores. ff. de in diem addictio.

Illud t̄ autem quod Accursius firmat, ceterique sequuntur in l. si. §. si. C. de lib. przt. scilicet legem priorem esse, quàm d. §. legibus, est euidenter falsum, vt patet ex omnibus probatis historiographis, nam cum vtraque lex ab Iustiniano lata fuerit, tamen l. si quis in suo, fuit lata sub Decio consule. l. aut facta, fuit lata post consulatum Lampadij, & Orestis, qui consulatum gesserunt duobus annis post Decium, vnde euidenter constat, quod cum Iustinianus diu post latam dic. l. si quis in suo, approbauerit vsus exheredandorum posthumorum, in d. l. in. vbi id concessit, non potuit videri id antea innouasse, extat ergo quod iuretàm ff. quàm C. infans & posthumus possunt exheredari, t̄ sed an idem iure authen. quod omnes plerique negant post Accurs. per tex. ibi in authen. vt cum de app. cog. §. aliud

quoque. gloss. & omnes in l. fin. C. de lib. przt. Gloss. inter ceteros, in §. posthumi. Instit. de exhzr. lib. quam ibi omnes sequuntur. nobis autem qui ex professo veteres leges summis vigilijs maturaque cogitatione latas atq; inuentas ab imperitorum calumnia rudi que interpretatione tuemur, hzc traditio non probatur. Nec ad rem pertinet, quod Iustinianus in d. §. aliud quoque, ait non licere parentibus exheredare liberos, nisi duobus demum concurrentibus, primùm quod iusta indignationis causa moti id fecerint, deinde quod illam causam nuncupatim in suo inseruerint testamento, quid ergo si de facto fiat contra, certè ibi modus bene non satis declaratur, & cum altero de duobus modis possimus interpretationem inducere, vel quod aliter obseruantibus testamentum ab initio sit ipso iure nullum, vel quod licet ab initio subsistat, possit tamen ex post facto querela proposita infirmari, magis est vt posteriorem hanc interpretationem introducamus, vt ita saluz incolumesque maneant leges veteres quàm priorem, per quam temere atque inconstanter deleterentur, qua recepta interpretatione non leuis erit illius authen. vtilitas, cum enim olim iustz causz exheredationis non essent definitz, sed iudicis arbitrio relinquerentur, hodie per illam authen. definitz sunt, quas vltra citraque nequiuit consistere exhereditatio. Przterea cum olim non oportet eas à testatore exprimi, hodie oportet. tertio cum olim filius exheredatus de sua innocentia docere teneretur. l. liberi. C. de inoff. l. 4. ff. eod. nunc post dictam authen. nil probare tenetur, sed obtinebit nisi hzres eius nequitiam ostenderit, quod & przsensisse idem Iustinianus videtur in l. omnimodò. C. de inoffic. testam.

Extat t̄ ergo quod infans Titius posthumus potest exheredari tam iure ff. quàm C. sed & iure auth. regio autem secus, vt d. l. 6. tit. 5. par. 6. sed non malè, & in specie hac interpretatio induceretur, vt cum constet regem Alphonsum non tam quippiam denuò inducere quàm omnia traducere voluisse, dum ait infantem, qui doli capax non est, non posse exheredari, intelligatur secundum ius commune, vt si de facto exheredetur, testamentum non ipso iure euertatur, sed per querelam tantum expugnari possit.

Denique t̄ cum pupillaris exheredato fit, ab eius substituto nil relinqui potest, etiam si legatum vel fideicom. impubes acceperit, & tamen ipse impubes onerari possit. l. cum quidam. C. ad leg. l. qui fundum. §. qui filios. ff. ad legem Falcid. l. miles ita. §. si miles. ff. de mili. test. l. ab exheredati. in princ. ff. de legat. 3. Id quod contra regulas iuris communis receptum videtur, quz habet, quod quem possum onerare, eius quoque hzredem rogare possum, lege 5. ff. de legat. 3. Przterea cum filius exheredatus iniuria affectus videatur.

Bb 2

lPa

14.
Dne conclusiones contra communem.

15
Intel. l. fin. C. de lib. przte. contra gl. et alios.

16
Intel. auth. vt cū de app. cog. §. aliud quog.

17
Intel. ad l. regia. 6. tit. 1. par. 6.

18
Intel. ad plures ll. l. cū qui dā. C. de legat. cum si.

L. Papinianus, in princ. ff. de inoffic. testamen. di. l. cum quidam. C. de lega. substitutus aut nulla iniuria fuerit affectus, longè facilius ipse substitutus grauari posse deberet quàm ipse filius, qua ratione deterritus Accursus. tam in d. l. 5. quàm in d. l. cum quadam, respondit in dd. ll. esse speciale, specialitatis aut rationem reddi nullam, nec enim vlla varietatis ratio reddi posset, vt firmat omnes in d. l. cum quidam, qualis sunt Bart. Pau. Sali. Ale. & Ias. post Petrum & Cinum, Suares in lege, quoniam in prioribus. C. de inoffic. test. col. 4. fol. 50. tradit Segura in l. ab exheredati. nu. 72. de leg. 1. Ias. in leg. cum filio, de leg. 1. num. 45. vbi Ripa num. 30. Vigli. in 5. non solum. Inst. de lega. quorum interpretum quidam irrationabiles has leges appellant, alteri venales audent dicere, tertij ineptire atque fabulari videntur, dum rationem inuenire student, sed vt leges irrationabiles dicere arrogantissimi hominis ac petulantissimi est, venales aut appellare hominis temerarij impijque esse videtur, quare nobis altius cogitantibus visum est reddi posse nouam, satisque probabilem, quinimò peremptoriam diff. rationem. Ad cuius declarationem praxmittendum est, quòd iure ff. ad firmitatem testamenti primordiale nil aliud desiderabatur, nisi quòd filius in potestate esset, vel institutus vel exheredatus, id est, non minus testamentum, in quo filius exheredatus erat, valebat quàm si institutus fuisset, vt per totum ff. de liber. & posthum. per totum ff. de iniur. rupt. per totum C. de lib. prax. per tot. C. de post. hære. institutu. per totum. Instit. de exher. libe. Neque ad rem pertinet, quòd iniuste exheredatus posset querelam proponere, vt C. ff. & Instit. de inoffic. testam. nam & institutus querelam proponere poterat, si in minori portioneque legitima institutus fuisset. l. Papinianus. §. quoniam autem. ff. de inoffic. testam. l. cum quæritur. l. parentibus. C. eo. vnde opportunè Bald. in l. pater filium. colum. 3. cum seq. ff. de inoffic. testam. à Costa in l. Gallus. §. & quid si tantum, in princ. num. 7. dixit quòd non exheredatio, sed inofficiositas producit querelam inofficiosi testamenti, nam qui integram legitimam habebat, etiam exheredatus querelam non habebat, qui autem integram legitimam non habebat, huic etiam instituto inofficiosi querela accommodabatur, modò sic, quòd filius exheredatus, cui legatum, fideicommissumue relictum erat, id legatum, fideicommissumue restituere rogaretur, id sanè iniurium non erat, nam siue illa facta restitutione integra adhuc legitima sibi maneret, tunc nil conqueri poterat, siue diminuta maneret, tunc ipse vtpotè legitimam integram non habens poterat querelam proponere, quòd sibi vtilius videbatur fore, vt rescisso patris testam. totam hæreditatem consequeretur, vel cum reliquis fratribus patri in-

testato succederet, ergo nulla ex parte filio quicquam iniurij inferebatur, verum si onus substituto pupillari iniunctum valeret, posset fieri quòd is substitutus ex bonis paternis haberet nil, veluti si pater filio exheredato integram legitimam iure legati reliquit, substitutumque; de tota illa legitima restituenda rogauit, qui non potest conqueri deminui sibi legitimam, cum ei à patre impuberis legitima non deberetur, lex ergo consultissimè prospectum voluit, vt non solum parentes non possent filios in legitima grauare, sed etiam vt filiorum hæredes pupillares grauare non possent, quòd ius & ad legitimos filij exheredati hæredes tractum esse videtur, d. l. ab exheredati. facit l. si Titio pecunia. §. sicuti, cum duabus legibus seq. ff. de legat. 1. vides ergo illas leges, quæ interpretum incuria in hodiernum vsq; diem absurdè existimabantur, iustissimas nostra restitutione atque consultissimas vocitari debere.

Extat ergo ex superioribus exemplarem fieri posse exheredato, non secus quàm pupillariter, cum hæc ad exemplum illius inuenta inductaque; sit.

Tertiò & principaliter vt exemplaris fieri possit exheredato, facit l. ex tribus, C. de inoffic. testam. cuius verba ex tribus vncijs hærede instituto filio intra pubertatis annos directam non inutiliter à patre fieri substitutionem, certum est, cum enim nulla etiam ex parte instituto, sed exheredato possit fieri pupillaris, quare ibi Diocletianus Imperator ad firmitatem pupillaris exegit ex integra legitima filium esse institutum, & certè licet Accursus, Bald. Ang. Salic. cæteri que ibi non id satis percipiant, tamen Ias. visus est præsensisse, vt id non tam ad primordiale vtriusque; testamenti validitatem, quàm ad pellendam querelam exigatur, ego noto contra omnes quòd nec etiam quòd ad pellendam querelam necessum sit filium, cui sit pupillaris ex tribus vncijs, institutum proponi, sat enim fore si illas tres vncias quoquo titulo haberet, cum lex illa lata fuerit à Diocletiano, qui per multa secula prior fuit Iustiniano, qui Iustinianus primus induxit non sufficere legitimam relinqui, nisi præterea titulo honorabili institutionis relinqueretur.

Quid ergo noui, quidue vtile inducit d. l. ex tribus, resp. ibi non agebatur de firmitate subst. pup. primordiali, non quoque de irrevocabili, sed tantum de duratione ipsius substitutionis agebatur, licet enim notum sit pupillarem pubertate expirare, tamen illud quidam intelligebant, quando pupillaris fiebat exheredato, secus autem putabant, si ex integra legitima instituto fieret.

Ratio diff. quòd post pubertatem postque quesitam hæreditatem nullus potest grauari, nisi in rebus à testatore profectis. l. ex facto, in princ. ad Trebel. l. cohæredi. §. cum filiz, de vulg.

19
Querelâ non exheredatio producit, sed inofficiositas.

20
Intel. C. de inoffic. test. in l. ex tribus, & ad creationem pupillaris non est necesse quid legitime relinquatur, sed tantum ad eius iam creatæ resolutionem vitandam.

vulg. Vnde videbatur quòd pupillo exheredato, qui nil à testatore percepit, licet post pubertatem substitui non posset, posset tamen ei pupillo substitui, si legitimam habuit à patre, verùm hanc allegationem excludit Imperator, nam licet verum sit, quòd etiam post pubertatem postque aditionem possit testator cuique substituere, in eo quod ei reliquit, tamen illud intelligendum est substitui licere non directò, sed per fideicommissum, vt d. §. cohæredi, & d. l. ex facto, isque est verissimus illius l. intellectus, idque denotant illa verba initia pubertatis annos, & illud verbum directam, quæ verba inducuntur à contrario sensu, quòd in terminis illius tex. directa pupillaris non posset fieri post pubertatem. Item quòd fideicommissaria bene posset fieri, etiam post pubertatem, verissima est ergo nostra sententia, vt ibi, non de validitate primordiali nec secundaria, sed de duratione substitutionis ageretur.

Extat ergo ex superioribus, quòd tam pupillaris quàm exemplaris fieri possunt exheredato, non secus quàm instituto, & si quæ ll. videantur exigere institutionem ipsius, illas non ad creationem substitutionis, sed ad querelam excludendam pertinere.

Et ista † quam facimus inter has leges compositio opportunè comprobatur in l. si non mortis, & in l. Papinianus. §. si quis mortis. ff. de inoff. testam. vbi proponitur filium integram legitimam titulo donationis non institutionis accepisse, & tamen ponitur, licet nullus aduertat, pro constanti, & testamentum ab initio valuisse, & ex post facto querela rescindi non posse, nempe ea (vt nos interpretamur) ratione, quòd filius, de quo ibi, quem constabat institutum non fuisse, fuit tamen exheredatus, aliàs enim si neq; institutus, neque exheredatus fuisset, nil valituum esset testamētum, neq; ad rem pertinet quòd filij exheredationem diuinare tolerandum non videatur, nam resp. quòd cum illæ ll. sint locatz sub titulo de inoff. testa. vbi non de firmitate testamenti primordiali, sed tantum de irreuocabili (quæ in expulsionem querelæ consistit) agendum erat, ineptire enim videretur, ibi consulti si in singulis legibus proponerent testamenta, de quibus ageretur, septem testes eosdemque rogatos vnoque tempore interfuisse, signasse atque subscripsisse tabulas filiosque institutos exheredatosue fuisse, isthæc enim omnia, cum de alio principaliter agitur, pro constanti habenda sunt, intelligendumque; interfuisse. Similiter in l. Callus. in prin. iuncta gloss. in verb. posse, vbi omnes. Sic ergo & in specie nostra intelligendum est (id quod sententia mea nuncupatim expressit Imperator) vtrumque testamētum per exheredationem confirmari, & si quando vel filij institutio vel legitimæ assignatio vlla lege desideretur, id non ad creationem pupillaris exemplarisue,

sed ad earum iam creaturarum resolutionem impediendam desiderari.

His etiam concinit elegans Vlpiani responsum † in l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de contratab. vbi filio sui ipsius exheredationem scribente illam exheredationem sibi nocere ait Vlpianus, quòd intelligendum est nocituram non quòd ad denegandam ei querelam, sed tantum quòd ad hoc, vt initio per eam firmeretur testamentum, non secus quàm si ab alio scripta esset, si enim vt legatum quòd qui sibi ipsi adscripsit, ita & exhereditio, quam quis sibi ipsius adscribit, vitaretur, iam is filius præteritur, reperiretur, sicque per contratabul. si erat emancipatus, vel per ius dicendi nullum si erat suus, id testamentum vitaretur ipso iure, nocet ergo exhereditio in eo, quòd non ipso iure id testamentum vitatur, ibi enim non de querela danda vel deneganda (id enim non pertinebat ad illum titul. de contratab.) sed de contratab. bono. poss. danda vel deneganda agendum erat, quæ ritè exhereditatis non datur, licet non denegetur eis, qui minus ritè exhereditati sunt, vt l. non putauit, in princip. iuncto §. non queis. ff. de contratab. nocet ergo illa exhereditatio solum, quia ei denegatur contratab. bon. poss.

Infero † grauius errasse ibi Accurs. quem simpliciter sequuntur Bart. & Albe. ibi tenentes quòd in terminis illius text. filio denegatur querela, quorum error defluxit ab illa lege male intellecta, eorumque opinio, vt pote durissima, & contra regulas iuris communis, rejicienda est.

Subinfero † contra communem, quòd & si filius tempore quo pater facit testamentum, consentiat se præteriri vel exheredari, non per hoc firmabitur magis testamentum, quàm si is filius consensum non dedisset, vt probatur in d. §. si quis sua manu, secundum nostram declarationem, licet ille text. ad oppositum communiter adducatur, & est expressum in l. si quando. §. illud. C. de inoffic. testam. cum conc. vide Ias. in l. cum querela. C. de inoffic. testam. & in d. §. illud, & Couarru. in c. Raynut. §. 2. de testa. Suares in l. quoniã, in prioribus. fo. 31. col. 1. C. de inoff. test.

Extat ergo ex superioribus quòd tam pupillaris quàm exemplaris fieri possunt exhereditati, non secus quàm instituto, & si quæ ll. videantur exigere institutionem ipsius, vel legitimæ assignationem, illos non ad creationem harum substitui. sed ad querelam excludendam pertinere.

Quibus adstipulatur Papiniani responsum qui in l. filio quem pater. ff. de lib. & post. scripsit, quòd si filius exheredatus emancipetur, deinde iterum per adoptionem in patris potestatem redigatur, ei nocet exhereditatio, quale autem nocumentum inducat, non declarat, nos autem interpretamur vt noceat quòd ad denegandam bono. poss. contratabulas.

Bb 3 Item

21
Intel. l. si non mortis, et l. Papin. §. si quis mortis. ff. de inoff. test.

22
Intel. l. non putauit. §. si quis sua manu, filius qui de mandato patris sui exheredationem scripsit, non excluditur querela contra communem.

Contra communem.

Contra communem.

23
Intel. l. si quis mortis. ff. de lib. et post.

Item quò ad ius dicendi nullum denegandum, non autem quò ad excludendam inofficiosi querelam. Ratio dubitandi fuit, quia vt posthumi agnatione, ita & adoptione solet ruptum fieri testamentum. l. certum. ff. de iniusto, rupt. vnde cum ibi post factum testamentum filius naturalis adoptaretur, videbatur quod licet initio ritè factum iureque fuerit illud testamentum, tamen nunc sequuta adoptione id testamētum infirmaretur, cuius contrarium deciditur per rationes, de quibus ibidem, scitè ergo Papinianus dixit, exheredationem nocere filio, nam ex eo quòd mero iure valeat testam. duo illi filio sequuntur mala, vt & ius dicendi nullum contratabul. bon. po. sibi denegentur, quæ remedia si testa. ipso iure euerteretur. habiturus erat. l. fin. §. fancimus. C. de lib. przt. inofficiosi autem querelam habere non desinit, nam etiam si iusta de causa initio esset exheredatus, è domo que patris per emancipationem eiectus, iuxta l. quidam cum filium, de verb. & quod ibi per Bar. & Ias. tamen cum rursus per adoptionem in domum familiamq; patris eductus sit, & pristinz indignationis causa à patre remissa, sicque ad non causam redacta est, arg. l. inipitis. C. famil. hercisl. 3. §. fin. cum l. seq. vbi Bartol. ff. de adim. leg. §. si. Instit. de iniur. Francif. de Ripa in l. fin. C. de reuo. don. q. 61. Ias. in l. in arenam. C. de inoffi. testa. vt per hoc ille filius non modò querelam proponere, sed & in ea vincere possit & debeat, & si iusta de causa ab initio exheredatus fuisset, quasi illa iusta causa iam post remissionem indulgentiamque patris, quæ per adoptionem præsumitur, non ad causam redacta sit.

Inferitur vehementer errasse Bar. Bald. Ang. Imol. Paul. Aret. Alex. Ias. in l. filio quem, supra all. qui scriptum reliquerunt, illum filium querelam instituere non posse, quòd euidenter est contra iura superius adducta, estque durissimum atque inhumanum, nec multum tribuendum est eorum authoritati, cum ab illa lege malè intellecta errorerum fluxerit, vide Costam in l. Gallus. §. & quid si tantum, pag. 132. num. 180. Ripam in d. q. 61. Cur. iuniorum in l. fin. C. de pact. num. 32. Vt ergo in terminis d. l. filio. tex. dicentem exheredationem nocere interpretamur quòd ad primordiale testamenti firmitatem, non quòd irrevocabilem, sic & in specie nostra ll. dicentes in pupillari exemplariue substitutione oportere filium institutum esse, vel ei legitimam assignari scitè interpretabimur, quòd ad primordiale firmitatem id necessum non esse, sed tantum quòd ad irrevocabilem.

Proinde similiter ¶ inferitur veram non esse illam communem sententiam existimantium exemplarem filio tantum naturali fieri non posse, quam tenuerunt Angel. Imol. Cuma. Aret. & Alex. in l. ex facto. ff. vulg. vbi etiam Ias. num. 20. Aret. & Ias. colum. 2. in d. l.

humanitatis, vbi hanc dicit communem Coraf. num. 8. qui contrarium tenet post Bald. & Sali. & Cur. ibi. num. 13. & post Bart. in d. l. ex facto, quorum minus recepta sententia veriff. est, siquidem (vt docuimus) ad creationem exemplaris necessum non est legitimam relinqui, licet aliquando necessum sit ad resolutionem ipsius iam creatæ impediendam, vt per hoc appareat parum ad rem pertinere. d. l. humanitatis, in verb. legitima, quæ Doct. decipit dicentes, quòd exemplaris capaces non sunt, nisi hi quibus debetur legitima, legitima autem non debetur filio naturali.

Infero similiter ¶ quòd licet à matre illustri filio spurio legitima non debeatur, vt l. si qua illustris. ff. ad Orific. C. ei tamen potuit exemplariter ab ipsa matre substitui quòd similiter contra mentem tenentium superiorem communem conclusionem.

Infero similiter ¶ quòd licet filio qui spurius esset, non debeatur legitima à patre, tamen ei poterit exemplariter substitui, quòd similiter est contra mentem tenentium superiorem conclusionem communem, & in specie contra Bart. in l. ex facto, de vulg. num. 7. nec me mouet quòd Bart. aut quòd isti non sunt liberi nominandi, nam resp. quòd cum post c. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonio, his à patre alimenta debeantur, iam per hoc tanquam filij tractantur, & quibus alimenta non denegantur, & aliquando ab inuito patre extorquentur talia alimenta, non video cur denegetur prouisio paterna, quæ per exemplarem substit. fit, cum hæc substituit. fiat à patre volente absq; vlla erogatione sua & absq; iniuria aliena.

Infero contra eosdem ¶ idem fore in natis ex damnato coitu, idq; pari ratione, vide Couaru. lib. 4. parte 2. cap. 8. §. 6.

Proinde longè facilius ¶ inferitur quòd si filio legitima diminuta relinquatur, valebit adhuc exemplaris, cum tenuerimus quòd & si exheredato nil omnino relinqueretur, valeret id quòd est contra communè opin. Doct. vt per Ias. nu. 5. in d. l. humanitatis.

Stat ergo quòd tam pupillaris quàm exemplaris fieri possunt exheredatis, non secus quàm institutis, & quòd ll. quæ contrarium innuere videntur, non tam ad creationem ipsarum quàm ad earum iam creatarum resolutionem impediendam pertinere intelliguntur.

Quartò & principaliter vt exemplaris etiam exheredato fieri possit, sicq; huic nostræ sententiæ ad stipulatur insignis oportunaque Iustiniani constitutio, qui in l. humanitatis, de impub. in hæc verba scriptum reliquit, vt occasione huiusmodi substitutionis ad exemplum substitutionis pupillaris querela nulla oriatur, animaduertit enim consultifs. Imperator, quòd licet pupillaris ab initio valeret, quæ

24
Intell. l. filio que. ff. de li. & post. contra communem quòd filius qui post exheredationem emancipatus fuit, si iterum adoptetur, à patre habeat querelam.

25
Exemplaris fieri potest etiam filio naturali contra communem.

26
Mater illustris potest naturali filio substituire exemplariter contra doct.

27
Exemplaris fieri potest filio spurio contra doct.

28
Exemplaris fieri potest filio nati ex damnato coitu contra Doct.

29
Exemplari fieri potest ei cui diminuta legitima relicta fuit contra Doct. communiter.

30
Intell. l. humanitatis. C. de nup.

quæ etiam ex hæredato facta proponeretur, tamen ex post facto poterat facile per accusationem de inofficioso rescindi, ne ergo hac occasione similiter exemplaris ex hæredato facta, licet per ex hæredationem illam principale testamen. firmaretur ac subinde exemplare, tamen ex post facto querela perlata rescinderetur, consuluit, vt in legitima instituto fieret, ea que fuit sententia eorum qui nostram sententiam tuentur, quam verissimam existimamus multo antequam in eorum scripta incidissemus, verum enim vero si verum amamus, & hanc sententiam nota reprehensioneque dignam iudicauimus, non enim Imperator duxit filium in legitima instituendum, sed illud tamen per modum filij adnotauit, filio legitimam relinquendam, vt non solum illud (quod qui nostram sententiam præserunt percipere videntur) adnotauerit valere ab initio exemplarem (quæ ex hæredato legitimam habenti fieret verum, & illud valere ab initio exemplarem) ex hæredato factam, licet is non integram legitimam vel etiam nil omnino haberet, tunc enim illi ex hæredato superesse auxilium querelæ, per quam rescisso patris testamen. & exemplare euanesceret.

31
Exemplari an valeat si sit ex hæredato integram legitimam habenti, idem si integram non habeat sed diuinitam vel nihil omnino contra communem.

32
Pupillari si fiebat ex hæredato, integram legitimam habenti querela nulla cõperebat per l. humanitatis, licet iure autem aliud inducitur contra communem.

33
Testa. patris ex hæred. firmatur non secus quam filiorum institutione.

Itaque † teneo valere exemplarem ex hæredato factam, qui integram quoquo titulo habuit legitimam, hoc primo contra communem secundum aliquos. Idemque etiam si is ex hæredatus nil omnino à patre recepisset, hoc secundo cõtra vtriusque partis fautores, quod intelligendum quò ad primordiale ipsius substitutionis firmitatem.

Quid ergo quantum ad irreuocabilem, & qui sunt nostræ sententiæ fautores ingenuè fallentur ex hæredationem efficere, vt licet ea substitutio initio valuerit, propterea quòd ex hæredatus integram habuit legitimam, tamè querela perlata infirmabitur, idque sensisse aiunt Imperatorem in illis verbis, vt occasione, sed ausim dicere hanc sententiam (& si ab ea nullus vnquam discesserit) veram non esse, tempore enim illius l. ad validitatem primordiale vtriusque testamenti sufficiebat solenitas ex hæredationis ad irreuocabilem, id est, ad querelam excludendam, fateat integram legitimam dari. l. cum quæritur. l. parentibus. C. de inoff. testamento. l. Papinianus. §. quoniam autem. & §. si quis mortis. & l. si non mortis. ff. eodem. §. fin. Institut. eod. cum ergo proponatur filius ex hæredatus, & integræ legitimæ assignatio nil est quòd desijt ad vtranque firmitatem, fateor tamen quod iure nouissimo authen. post §. aliud quoque. ne autem vt cum de app. cog. id innouatum est, cum ibi introducitur sit non sufficere integram legitimam filio assignare, nisi præterea situ. honorabili Institutionis assignetur.

Quintò & principaliter quòd † ex hæredato possit fieri exemplaris: facit, Nam ad confir-

mationem, testamenti non minus efficax potensque est ex hæredatio quàm institutio, sed quòd filius instituatur vel ex hæredetur eò pertinet vt paternum testamentum confirmetur atq; in consequentiam pupillare vel exemplare, ergo cum paternum per ex hæredationem non secus quàm per filij institutionem confirmetur, consequenter & pupillare vel exemplare per talem ex hæredationem non secus cõfirmabitur quàm per institutionem, quòd autem ad confirmationem testamenti paterni non minus efficax sit ex hæredatio quàm institutio, probatur ferè per totum in rubro & in nigro. ff. de lib. & post. hær. insti. vel ex hær. ferè per totum. ff. de iniust. rup. in rubro. & ferè per totum nigrum. C. de possess. hær. institu. vel ex hæredat. ferè per totum. C. de lib. præte. per totum rubrum & nigrum. Instit. de ex hæreda. libe. Idque probatur ratione, nam ex hæredatio vel emancipatio res est magis peculiaris magisque propria atque interna liberis, quàm institutio, quæ extraneis etiam conuenit, cum illæ res non conueniant nisi liberis. l. quidam cum filiam, ad fin. ff. de verbo. obliga. quo fit vt qui ex hæredatur non minus vt filius tractatus videtur quàm si institueretur, vt inibi respondetur, quæ traditio est intelligenda quò ad primordiale testamenti firmitatem, & inspecto iure veteri etiam quò ad secundariam & irreuocabilem, si quidem olim qui minus legitima accipiebat, querelam instituere etiam si institutus poterat, qui autem integram legitimam quoquo titu. receperat, is etiam ex hæredatus querelam proponere non poterat. l. Papinianus. §. si quis mortis. & §. quoniam autem. ff. de in officio. leg. si non mortis, eod. §. fina. Institutio. eodem. leg. cum quæritur. leg. parentibus, eod. itaque quò ad concedendam vel denegandam inofficiosi querelam non referebat institutus. ne esset filius, an ex hæredatus, sed an integræ legitimam accepisset nec ne, verum iure nouissimo auth. licet id ius obtineat quò ad primordiale testamentorum validitatem, secundum nos tamen quò ad irreuocabilem, & secundariam inductum est quid noui, vt si filius absque iusta causa ex hæredatus sit, tunc licet integram legitimam iure singulari receperit, de inofficioso agere possit, non secus quàm si minus legitima vel nil omnino accepisset, vt §. aliud quoque. & §. sola enim est, in authen. vt cum de appell. cogno.

Quod autem institutio vel ex hæredatio filij ad validitatem principaliter testamenti paterni desideretur, vt per hoc tã pupillare quàm exemplare sustineatur, probatur de pupillari in l. 2. §. a deo. ff. de vulga. & in §. liberis. Institut. de pupil. docent Barthol. & omnes in dict. l. 2. Item de exemplari probatur in d. l. humanitatis. ibi legitima portione ei vel eis derelicta ne occasione, &c. q. ergo is, cui sit exemplaris, legitimam habeat, id necessum non est quò ad

creationem exemplaris inducendam, sed tantum quod ad resolutionem ipsius iam creatæ impediendam, quod autem ea legitima non exheredato, sed instituto relinquatur id inspecto iure. ff. & C. necessum non erat, neque ad creationem exemplaris inducendam, neque ad resolutionem ipsius iam creatæ impediendam, siquidem eo iure (ut docuimus † querela inofficiosi excluderetur per legitimam quoquoque relicta euincuntur, ergo duo contra omnes, primum quod iure C. & ff. pro filij exheredatione cui fit pupillaris, cuique titulo singulari legitima relicta fuit, non impeditur natiuitas creatiove exemplaris. secundò quod per talem exheredationem non inducitur resolutio ipsius exemplaris iam creatæ, quod est contra omnes Doct. qui tenent communem, qui dum fundantur in d. l. humanitatis, vtrique illo iure procedere intellexerunt, cum vera neutrum illo iure procederet, fatemur tamen quod iure auth. ea exhereditatio potest inducere resolutionem exemplaris iam creatæ, id tamen non peculiare est in exemplari, cum & idem sit in pupillari.

Sextò & principaliter quod exemplaris exheredato fieri possit, probatur sic, per prohibitionem exemplaris inducitur læsio & incommodum furioso seu mente capto exheredato, qui cum multis nominibus afflictus esset, nõ debuit ei iniungi aliud genus afflictionis, nepe ut sibi prouiso atque tutela exemplaris substitutionis adimeretur, ergo dicendum est, cum afflictio nõ sit addenda afflictio, non per mittendum quod ei auferatur subst. exempla. tutela atque prouiso, ut per hoc intelligatur exheredationem non eò pertinere, ut exemplaris impediatur, sed potius eò ut magis admittatur, sicque controuersum est suum ipsorum interpretum fundamentum.

Quòd † autem exemplaris utilitatem prouisionemque filij inducat, colligitur ex l. si pupillus. ff. de acqui. hered. ibi, utilitatem impuberis. per quem tex. Doct. communiter ibi, & vbi que dicunt pupillarem substitutionem pupillo utilem esse, quod & docet Accursi. Barto. Bald. Ciuus, Petrus, Paul. & Iason in l. ex tribus. C. de inoffici. testam. utilitas autem illinc descendit, quod cum impuberes sibi testamentum facere non possint. leg. qua ætate. ff. de testamen. §. præterea. Instit. qui testament. face. poss. l. si. C. de testament. mil. per mediam patris personam cum testamento decedat, ut signanter docet Iustinianus in §. nam maiorib. Instit. de pupil. interest enim cuiusque cum hærede testamentario decedere. l. & quia hoc interest. ff. de interrog. actio. §. i. Instit. quibus ex ca. mand. non licet. Quòd autem is mente captus vel furiosus multis nominibus afflictus sit accipe, nam furiosus vel ipso furore satis torquetur & punitur. l. diuus. ff. de of. præf. qua ratione magis communiter receptum est, ut si ante furorem delictum admisit, propter

quod capitaliter puniendus esset, iam nunc post furorem executio pœnæ in eum non fiet, late per Iason. in leg. ex facto. numero 31. ff. de vulg. per Dec. in l. furiosum. C. qui testament. face. poss. per Dec. & Coraf. in l. humanitatis. C. de impube.

Denique per ipsam exheredationem satis afflictione atque iniuria affectus videtur. leg. cum quidam. C. de lega. l. Papinianus. in prin. ff. de inoffi. testamen. authen. vtrum de appel. cog. §. sola enim est nostræ serenitatis interio, iniuriam exheredationis & præteritionis à parentibus & liberis auferri. Quòd autem afflictio afflictionem addere impium inhumanumque sit, præterea quod patet ad sensum, probatur in l. vnic. C. de his, qui ante aper. tab. in leg. fina. C. de instit. & subst. ibi, luctuosam, &c. & vtrouique notant Doct. & tex. in l. imperialis. C. de nupt.

Ergo patet ex superioribus quod exhereditatio non debet esse modus tollendæ, sed potius inducendæ substitutionis exemplaris cum, exhereditatis, ut pote afflictis, per exemplarem sit meritò consulendum.

Septimò † quod exemplaris fieri possit exheredato, probatur sic, querela inofficiosi testamenti supponit validitatem primordiale ipsius testamenti, sed mente captus cui exheredato minus legitima relicta fuit, habet querelam, ergo sequitur id testamentum primordialiter valuisse, nec ipso iure per exheredationem euanuisse, quòd autem querela supponat firmitatem primordiale testamenti, probatur, quia querela inofficiosi est remedium rescissorium, ut in leg. vtrilibus. in verbo, rescisso. C. de coll. vbi nota. Doct. facit l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoffi. testam. sed quod nullum est, rescindi non potest. leg. nam & si sub conditione. ff. de iniusto, rup. ergo, &c.

Secundò patet. Nam querela non datur quandiu superest aliud remedium. §. tam autem. Instit. de inoffi. testam. l. maximum vitium. C. de lib. præf. & nemò ex alio orsus præsidio ad hanc decurrere possit, & notant communiter Doct. vtrouique id quod etiam adnotauit Accursi. cæteri que sequuntur in l. 2. C. de inoffi. test. hinc est quòd querela inofficiosi nunquam datur filix præterita, quia per ius accrescendi poterat consequi virilem portionem. l. maximum vitium. C. de lib. præf. hodie autem cum per præteritionem filix familiæ vitietur testam. non secus quàm per præteritionem filij familiæ. d. l. maximum vitium. §. sancimus, & Insti. de exher. lib. §. sed hæc quidem vetustas. iam filia familiæ præterita non consequetur virilem portionem per ius accrescendi, sed per ius dicendi nullum ex toto testamentum vitietur quòd ad institutiones, licet quòd ad singularia relicta, qualia sunt legata, fideicommissa, mortis causa donationes, reliqua que id genus conferretur. authen. ex causa.

34
Exemplaris
nec impedi-
tur nec resol-
uitur per ex-
hered. contra
communem
respon. duæ.

35
Exemplaris
utilis est cui
fit.

36
Querela sup-
ponit testamē-
ti validitatē.

causa. C. de libe: præt. & in corpore vnde sumitur, habebitque contratabulas, quod remedium cum iure dicendi nullum concurrat. dict. l. maximum vitium. §. sancimus, ibi, vel testamentum ipso iure euertat, vel per contrab. bon. poss. stare hoc non patiarur.

37
Bo. pos. contratab. est remedium rescissorium & ali- quando declaratorium.

Nec t̄ ad rem pertinet quòd contrab. bon. poss. sit remedium rescissorium. l. i. in princi. in verbo. rescindunt. ff. de leg. præst. l. vt liberis, in verbo, resciss. C. de coll. l. quod vulgo. ff. de bono. possess. contratab. vnde quia quod nullum est, rescindi non potest. dict. l. nam & si sub. condi. videtur quòd non possit id remedium concurrere cum iure dicendi nullum, quod supponit testamenti nullitatem, nam responderetur contratab. bon. poss. remedium esse rescissorium regulariter, vt dictis legibus: t̄ Verùm illud intelligendum quando datur contra testamentum validum, quale est id testamentum in quo emancipatus præteritus fuit, quod merito iure valet tam iure ciuili, quam prætorio. Gloss. in l. filium. §. sed quemadmodum. ff. de contratab. quam communiter approbatam dicit Iason in l. posthumo nato. nu. 25. C. eodem. Idem firmat ibid. Curt. iun. colum. i. & iterum col. pen. vbi respondet ad §. emancipatos. Inst. de exhæ. lib. vbi videbatur probari cōtrarium. Verùm si contratab. deretur cōtra testamentum ipso iure nullum, tunc non rescissorium sed de claratorium remedium est, vt d. l. maximum vitium. Idem si detur contra testamentum, q̄ licet ab initio fuit validum, tamen postea rumpitur posthumi agnatione, d. l. posthumo nato, tunc enim contra bo. poss. est remedium de claratorium non rescissorium, cum sit impossibile testamentum ipso iure ruptum posthumi agnatione iterum rumpi per contratabulas bo. poss. ita eleganter declarat Paul. tam in l. si filius qui in potestate. ff. de lib. & posthum. quàm in d. l. posthumo, vbi subdit veteres lumine intellectus caruisse quòd ad illius tex. intelligentiam, seque nouissimè illum intellexisse, quam declarationem sequitur dicitque communem Ias. ibi nume. 31. sequuntur Imol. & Alexan. in d. l. si filius qui in potestate. Curt. iun. in d. l. posthumo. nume. 57. vbi etiam Philip. Decius & alij. Extat ergo quòd habebit vel ius dicendi nullum, vel contratab. bon. possess. querelam autem inofficiosi non habebit, quæ, vt diximus, cum nullo alio remedio competere potest, vnde cum huic filio detur querela, vt in l. humanitatis. C. de impuberum, ibi, querela nulla, à contrario sensu, sequitur quòd non habebit nullum aliud remedium, quale est ius dicendi nullum, vel contratab. bon. poss. & consequenter quòd testamentum non desijt ipso iure valere per talem exhæredationem, nam si desijset valere, non querela sed contratabulas bon. possess. vel ius dicendi nullum daretur.

39
Exemplaris in sui rã creatione quã res. sol. similis est pupillari.

Octauò quòd t̄ exemplaris exhæredato

fieri possit probatur sic, exemplaris a similitur pupillari non solum quòd ad sui creationem, sed etiam quòd ad resolutionem sui, sed exhæredatio non eò pertinet vt resoluatur pupillaris, sed eò vt confirmetur, ergo dicendum est, quòd vt exhæredatio non infirmat pupillarem ita nec exemplarem. Quòd autem quòd ad resolutionem sui a similitur exemplaris & pupillaris, non secus quàm quòd ad creationem, probatur in §. qua ratione. Inst. de pupil. verificul. sin autem, & in l. humanitatis. verificul. ita tamen, & in l. ex facto, de vulga. in princi. vbi exemplaris extinguitur per interuentum & superuenientiam iudicij atque intellectus, non secus quàm pupillaris aduentum adolescentiæ. Nec me mouet quòd inhumanus esse videatur qui filium mente captum exhæredauit, perq̄; hæc facultas exemplariter substituendi facilius perimatur quàm facultas pupillariter substituendi, quæ iure communi competit, argumen. leg. eius militis. §. militia missus. ff. de mil. testament. leg. si quid bello. ff. de capt. sed respon. quod non minus iure communi competit facultas substituendi exemplariter quàm pupillariter, cum non minus Imperatorum sanctiones sint de iure communi, quàm populorum ritus & mores, vt patet ferè per totum. Inst. de iure natu. gent. & ciuil. ferè per totum. ff. de const. princip. in l. ius autem ciuile, cum plu. seq. ff. de leg. in l. leges sacratissimæ, & l. fi. C. de legibus. Nec ad rem pertinet quòd in d. l. humanitatis, dicatur humanitatis intuitu, id enim denotat ipsius sanctissimi Imperatoris humanitatem, id parentibus indulgentijs non autem pietatem, quàm parentes erga liberos habere debent, vt notat Cornel. numero decimo quinto, in d. l. humanitatis, vbi Decius, & alij. Præterea posita exhæredatione non sequitur necessariò inhumanitas, cum possit bona mente parens filium mente captum exhæredare, ne sibi insidiæ parentur ab eis qui eius captarent successionem, argument. leg. multi non notæ. ff. de libe. & posthum. leg. penult. ff. de curat. furios. ibi. addita causa necessitateque consilij sui. leg. filijs matrem. C. de inofficio. testament. leg. si emancipatus. secunda. ff. de contratabul. bono. poss. leg. Seius Sarrurnius. ff. ad Trebellianum, leg. si quis in suo. §. legis. in fi. C. de inoffi. testam.

Extat ergo ex superioribus, quòd cum pupillaris & exemplaris æquiparentur quòd ad sui resolutionem, & per exhæredationem pupillaris non resoluatur, similiter nec exemplaris resolui debet.

Sed iam hodie videtur quòd cum mente captus vel furiosus, cui exemplaris fit, non possit committere iustam causam ingratitude, quòd non deberet posse exhæredari, argu. text. in authen. vt cum de appellation. cogno. §. aliud quoque. colu. 8. l. 6. titu. 5. part. 6. sed id dupliciter excludi potest primò, quia in superioribus

rioribus negauimus, (quod pleriq; firmant) scilicet leges veteres esse correctas. Præterea ante infantiã potuit is mēte captus iustã causã in gratitudinis committere, propter quam etiam demens ex hæredari posset, cuius rei veritas pendet ex interpretatione text. in leg. diuus. ff. de offic. præsid. de quo per Ias. in lege ex facto. numero trigesimo. ff. de vulga. por Iaso. numero septimo, in leg. furiosum. C. qui testa. face. poss. vbi Decius col. fin.

Stet ergo ex superioribus quod exemplaris potest fieri ex hæredato non secus quàm pupillaris, vt data paritate temporis inter eas hæc in re nulla differentia sit, hæc conclusio intelligitur multipliciter: Primò quando is ex hæredatus habuit integram legitimam alio titu. quàm institutionis, ita in specie tenet Cornel. numer. 8. in d. l. humanitatis, quod sine dubio sentiunt omnes illi qui nostram sententiam affirmatiuam tenent contra communem.

Secundò intelligitur etiam si non integram legitimam haberet, sed diminutam, quia tunc valeret exemplaris ipso iure, sed an possit ex post facto infirmari per querelam, videtur quòd non, cum possit agere ad supplementum, sed contrarium est veritas, quia ex hæredatus, cui aliquid tituli. singulari relictum est, non potest petere supplementum legitimæ, licet præteritus vel in minori portioneque legitima institutus posset, ita probat l. omnimodo. C. de inoffi. testa.

Tertiò intellige etiam si huic ex hæredato nil omnino relictum esset, nam & tunc quòd ad sui creationem & originem valeret exemplaris, licet posset postea per querelam vtrunque testamentum infirmari, vt proximè dixi, quòd si exemplaris fiat institutio, tunc aut ex bonis testatoris in integra legitima fuit institutus, aut in minori portione quàm legitima, aut bonorum testatoris in nihilo fuit institutus, sed tantum in rebus alienis. Primo casu secundum vtriusque partis fautores, de quibus supra in princi. huius quæstionis mentionem habuimus, valet exemplaris, etiam irreuocabiliter, vt in specie tangit Corneus, nume. 8. in d. l. humanitatis.

Secundo ¶ casu communis sententia est valere substitutionem exemplarem etiam irreuocabiliter, quia licet fuerit institutus in minori portione quàm legitima, tamen suppletur à lege, vt in l. omnimodo. C. de inoffi. test. sicque cessat querela, vt ibidem, & perinde habetur ac si integra legitima ex ipsa testatoris dispositione caperetur, vt ibidem, ita tenet Bar. in d. l. ex facto. n. 20. vbi hanc opinionem sequitur & dicit communem Ias. nu. ... Coraf. nume. 13. in d. l. humanitatis. & ibi Decius nu. 7. eandem dicit communem Ripa in d. l. ex facto. nu. 75. licet contrarium teneat, vbi communem opin. sequuntur Aret. & Alexa. Curt. iun. in d. l. humanitatis, hanc opini. sequitur & dicit communem nu. 21. & ibi Ias. n. 5. post Ang.

Sal. & Paul. ibidem dicit communem Alex. ibi nu. 3. qui contrarium tenet, sequitur Alex. sibi contrarius in d. l. ex facto. num. 37. Bald. in tract. substit. exempla. nu. 11. Politus in eo. tract. num. 18.

Cōtrariam partem vt non valeat exemplaris facta ei qui in minore portione quàm legitima fuit institutus, tenent Glo. in verbo, in d. l. humanitatis. Cor. ibid. num. 8. Alex. ibidem num. 3. Faber in §. qua ratione. Instit. de pupil. Ang. & Imola in d. l. ex facto, vbi etiam Cumanus, & nouissimè Ripa ibi, num. 75. mouentur, quia secundum eos, pro forma desiderat. dic. l. humanitatis, quòd is, cui fit exemplaris, habeat ex ipsa testatoris dispositione integram legitimam, supplementum autem legitimæ nõ habetur vel capitur ex dispositione testatoris, sed ex legis dispositione contra præsumptam voluntatem testatoris, defendendo communem resp. quòd licet pater qui minus legitima relinquebat filio, inhumanus, & inofficiosus erga filium videretur, propter quod videbatur, quòd exemplarem facere non posset, arg. l. humanitatis, in princi. C. de impuberum. tamen id fateor ante inuentum ius agendi ad supplementum, vt l. cum quæritur, & l. parentibus. C. de inoffi. testa. sed post inuentionem illius iuris secus est, quia pater inofficiosus & inhumanus non reputatur, vt l. omnimodo. C. de inoffi. testa. nisi nil profus reliquerit, vt ibi. Sed contra communem vrget quòd legitima appellatur Falcidia. l. quæ nuper. C. de inoffi. testam. Glo. approbata in auth. vnde si parens, eo. sed Falcidia deducitur contra voluntatem testatoris. l. Titia, ad leg. Fal. ca. Raynal. in fin. de testamen. ergo detractio, quæ fit per legem ad supplendam filij legitimam, fit contra voluntatem testatoris, quòd etiam suadet, quia testator præsumitur scire vires patrimonij sui. l. quisquis. C. de rescin. vend. Sed resp. tenendo communem, fateor quòd contra voluntatem suppletur legitima, sed adhuc attenda iuris noui censura impius non reputatur pater, qui filio aliquid reliquit, licet minus legitima, & dum contra communem obijcitur, quòd non sequitur, valet testamentum, licet minus legitima relinquatur, ergo valet exemplaris, nã exemplaris ex hæredato fieri nõ pot., & tamè tunc valet testa. secundum cões resp. licet valeat testa. adhuc exemplaris fieri nõ pot., quando pater reputatur inofficiosus, vt si filiu ex hæredet nihilo ei relictò, sed si & totam valeret & pater impius non reputetur (quòd est quando aliquid, licet minus legitima, ei reliquit) tunc valebit exempl. Pondera etiã tex. in l. humanitatis, qui innuit q. ad finè excludèdi querelam desideratur legitimam relinqui, ergo nil aliud exigitur, nisi q. taliter legitima relinquatur, vt querela excludatur, licet integra legitima relictã non sit, superest ergo vt licet integra nõ relinquatur, exemplaris adhuc fieri possit, quòd in alio prapõsito sensit Dec. in l.

40
Exemplaris cũ sit institutio in minore portione, quã legitima non potest rescindi querela cum communi contra alterã ferè communè.

in l. humanitatis. nume. 7. per totum. Præterea verissima est opinio nostra, ut legitima non de fideretur ibi ad creationem exemplaris, sed tantum ad vitandum resolutionem, quæ per querelam posset contingere.

41
Legitima supplementi non petitur conditione ex lege contra communem.

Mouentur secundò tenentes contra communem, quia inquirunt, supplementum legitime non petitur eadem actione, qua petitur id quod primordialiter à testatore relictum fuit, sed petitur alia actione diuersa, scilicet conditione ex lege, iuxta Gloss. ordinariam in dict. l. omnimodo, quam sequuntur Doct. communiter ibi secundum Suares in leg. quoniam, in prin. C. de inof. test. & est cõis secundum Rip. vbi supra, ergo sequitur quod, illud supplementum non capitur ex ipsa testatoris dispositione (pro ut desiderat d. l. humanitatis) sed capitur ex legis dispositione, quæ non sufficit, respo. dupliciter, primò nego quod tale supplementum petatur alia actione quàm ea qua petitur illud quod primordialiter à testatore fuit relictum, probatur, quia cum legitima & minuta relinquatur, tunc quod deest ipso iure accrescit, tex. est in l. scimus, in pri. in verb. ipso iure. C. de inof. test. & in §. repletionem, ead. l. & sic absq; vlla filij petitione accrescit, ut est communis opin. secundum Ia. ibi, contra Glo. ibi. id quod plenè suo loco disseruimus, tunc sit portio, quæ accrescit ipso iure, accrescit portioni, & eadem actione petitur, ista est non solum communis, sed indifferenter recepta opinio, quam tenuit Bar. in l. re coniuncti. ff. de legat. 3. nu. . . Et nos latissime duximus in materia iuris accrescendi in illa questione quo iure petatur portio accrescens, qua communi opin. stante, stare non potest illa cõis opinio, quæ secundum Rip. vbi supra, habet quod supplementum legitime, quod ipso iure (ut oēs fatentur) portioni à testatore relictæ accrescit, petatur alia diuersa actione, quàm ea qua petitur quod à testore relictum fuerit. Præterea licet illud verum esset, tamen nil obesset, quia, ut diximus, ad creationem exemplaris non est necesse legitimam relinquere, tene ergo communem opin. ut instituto in minore portione quàm legitime possit fieri exemplaris.

42
Exemplaris fieri potest institutio in re aliena contra communem.

43
Legitima in re aliena an relinquatur possit contra communem.

Quod ¶ ad tertium, quando in nihilo ex bonis testatoris fuit institutus is cui exemplaris fiebat, sed tantum in re aliena communis opin. vbi supra, est talem institutionem nullam esse, sicque haberi pro præteritione & consequenter tam principale quàm exemplare testamentum nullius esse momenti, sed semper tenui contrarium, ut institutio filij possit fieri in re aliena, nam legatum rei alienæ filio factum indistinctè valet, dabiturque ei vel res ipsa empta ex pecunia hæreditaria, vel rei æstimatio. l. non dubium. de leg. 3. ff. Item filius incerta re aliena institutus loco legatarij est. l. quoties. C. de hæred. inst. & per hoc res illa vel eius æstimatio filio ab hærede danda est, non secus quàm si legata esset, ergo satis ex substantia pa-

tris supplementum legitime factum videretur, quando quidem dabitur filio æstimatio illius rei alienæ in pecunia hæreditaria, vel in aliis rebus hæreditarijs, sed & si æstimatio præstaretur non in pecunia hæreditaria, nec in corporibus alijs hæreditarijs, sed in pecunia vel rebus ipsius hæredis. idem crederem primò, quia dos, donatio simplex, vel donatio propter nuptias, quæ in quartam imputantur in supplementum legitime. l. quoniam nouella. leg. omnimodo. §. si. l. si quando, in prin. §. & generaliter, leg. si non mortis. C. & ff. de inofficio. testamen. leg. etiam. §. si debita, de bon. lib. ff. istæ inquam donationes nulli dubium quin de re aliena fieri possint, ergo, &c. Nec obstat. dict. §. repletionem, cum sim. nam illud procedit ex legis dispositione, lex enim disponit singulis in rebus hæreditarijs filium partem habere non secus quàm cæteri hæredes ex parte instituti vel legatarij partium bonorum, cæterum ipsa lex permittit testatori, ut eam communem quam facit leg. ipse diuidendo dirimat. leg. quoties. C. fam. ercisc. leg. parentibus. C. de inoffici. testamen. leg. quæ patri. leg. si pater. ff. famil. erciscun. leg. quid ergo secundò. de lega. primo. quod si dixeris, lex permittit facere diuisionem, dummodò rectè fiat, sed rectè non fieret, si vni res alienas, alteri res hæreditarias assignaret. respon. quod consensus filij accipientis, donationem simplicem, vel propter nuptias, vel dotem in rebus alienis facit, ne ex pœnitentia postea possit se læsum dicere, non secus quàm si talis donatio seu dos de rebus patrisfamilias factæ fuissent, ipseque filius allegaret se læsum quasi preciosiores sint cæteræ res quæ patri manserunt, nam licet preciosiores (ut filius allegabat) essent, id filio non noceret, cum in faciendo supplemento legitime iustam omnium rerum æstimationem iudex facturus sit, dict. l. omnimodo. §. fina. nam & si res alienæ euidetæ fuissent, tunc ex ijs ut pote euidetis non fieret supplementum, & si propter timorem euidetionis, quæ iusta, vel iniusta de causa sperabatur, res illæ communi æstimatione minoris essent valoris, & idque minus valeret, de duceretur in imputatione, iuxta formam leg. primæ. §. si hæres præcepto. ff. ad Treb. itaque si in re aliena filius sit hæres vel legatarius, quæ res cuius ne æstimatio ad eum peruenit, id in legitimam imputandum est, non secus quàm si patris foret, cum exinde nullum incommodum filio sequatur, præsertim cum talis imputatio seu supplementum fiat ad excludendam querelam, ut dict. l. quoniam nouella, quæ odiosissima est. §. tam autem. Institutio. de inoffici. testamen. & id fiat ob seruandum testamentum, cuius fauor supremus est, & vincit fauorem filiorum. leg. si pars. ff. de inoffici. testamen. Itaque negari non potest quin lex cuique patrisfamilias dederit liberam facultatem, ut filijs suis in vita legitimam,

mam, vel in morte assignet in quibuslibet rebus suis, sicque potest assignare omnibus filiis vel quibusdam tantum vel vni tantum & non reliquis, vt quàm pluribus legibus supra allegatis patet, postque euenire, vt res illa in qua vni ex filij legitima assignata fuit, aliena esset, sicque in re aliena legitima sibi relicta virtualiter fuit, quod nullibi vnquam vetitum fuit, licet si quando id euenierit, vt res illa aliena euicta de facto fuerit, tunc euictio à cohæredibus debeat, iuxta l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. secundo. nec vllibi vnquam legitur, quod propter talem euictionem deserit ab initio valere testamentum, valere post facto daretur querela, etenim vt ab initio quò ad sui creationem valeat testamentum, & etiam ex facto eius resolutio, quæ querela perlata solet contingere euitetur, satis est quòd filius familiaris etiam incerta re fuerit institutus, vt in authen. vt cum de app. cog. §. aliud quoque. versicul. ceterum, & versicul. sola enim est nostræ ferentis. columna octaua. sed in specie hac filius reperitur institutus in certa re, ergo siue aliena sit siue hæreditaria, legi satisfactum est, quando quidem quod deest ipso iure, suppletur à lege in rebus hæreditarijs. leg. scimus, in princi. in verb. ipso iure, & in §. repletionem. C. de in offic. testamen. sicque nullus est casus, in quo se filius læsum possit reperire, & sibi vtile esse potest quòd in re aliena legitima fuerit relicta, si fortè preciosor erat quàm legitima, vel virilis portio hæreditatis paternæ, quo casu siue redempta fuerit à cohæredibus, & sibi tradita iuxta leg. non dubium. ff. de lega. tertio. siue redempta non fuerit, eo quod fortè domi illius rei alienæ eam vendere voluit, tunc sibi dabitur iusta illius rei æstimatio, vt dict. l. non dubium, & alterutrum potest huic filio esse vtilis, quàm habere integram legitimam, vel portionem hæreditatis virilem, quòd si ea res minoris sit valoris, quàm legitima, vel quàm virilis portio, tunc ipso iure per l. id quod deest, ad legitimæ implementum suppletur in reliquis rebus hæreditarijs, sicque ea assignatio legitimæ, quæ fit in re aliena, huic filio damnosa esse non potest, licet posset esse multum vtilis & vberior, ergo tenendo quòd possit fieri in re aliena legitimæ assignatio. (Cuius tamen contrarium communiter tenetur, vt per Barthol. in leg. in quartam. numero decimo. ff. ad leg. Fal. vbi Picus numero quinquagesimo nono. Suares in leg. quoniam in prioribus. fol. . . C. de in offic. testamen.) tunc exemplaris substitutio fieri potest ei, qui in nihilo ex bonis testatoris fuit institutus, sed tantum in re aliena, licet tenentes communiter, quòd in re aliena relinqui legitima nõ posset, tenerent similiter, quòd ei, cui in re aliena legitima per testatorem esset assignata, exemplaris fieri non posset.

- 1 *Filius an patri etiam furioso acquirat hereditatem.*
- 2 *Mors civilis naturali morti non equiparatur nisi in casibus in iure expressis.*
- 3 *Verbum Perinde quid significet.*
- 4 *Mortui resurrectio in hoc seculo non spectanda.*
- 5 *Iussus per interuentum furorū cessat.*

CAP. CVII.



OLLIGITVR ex nostra principali conclusione, quòd quæ sita per filium acquiruntur patri etiam furioso, ne aliàs legis imperium ad proficiendum destinatum (vt conclu. nostra edocuit) noxium fieret. dum patri furioso, sicq; afflicto nouam adderet afflictionem, & quòd † quæ sita per filium acquirantur patri etiam furioso defensoris, in primis arguam in contrarium, ergo contra istam cõclusionem faciant sequentia, scilicet primò in ista materna mors, & furor æquiparantur, patet, quia quemadmodum per mortem patris reuocatur mandatum de acquirendo. leg. quia in aliena. §. si is qui putabat. d. l. si quis mihi bona. cū simi. ff. de acqui. hæred. eodem reuocatur furor. l. qui seruum, & l. si quis alicui. ff. de acqui. hæred. per Cyn. in l. si. §. 1. C. de admi. tut. notatur in d. l. si quis mihi bona. §. si. sed sic est quòd filius non quærit patri mortuo, sed tunc quærit sibi, vt est notum, ergo nec debet quærere furioso.

Filius an acquirat patri etiam furioso.

Secundò in contrarium facit text. in l. fin. §. pen. ff. quis ordo in bo. po. serue. vbi in bono possessione agnita per filium furiosi requiritur ratihabitio patris, postquam furor eum dimisit, ad hoc, vt ipsi patri quærat, ergo patet quòd illa bonorum possessio non fuit patri quæ sita, aliàs non requireretur ratihabitio, & sic contra conclusionem.

Tertiò in cõtrarium facit, certum est quòd in acquisitione requiritur voluntas, sed furiosi nulla voluntas est. l. qui seruum. ff. de acqui. hæred. & patet, quia æquiparatur absenti. l. 2. §. furiosus, cum simi. ff. de iure cod. sed absens non consentit, vt patet, ergo patri furioso non quæritur, & vide las. in l. furiosum, in prin. qui test. fa. poss.

Quartò in contrarium facit text. in l. fina. §. tali. C. de cura. furio. vbi text. dicit quòd ad hoc vt hæreditas cognita per curatorem furiosi acquiratur ipsi furioso, est necesse quòd ipse furiosus habeat tantam cognitionem postquam ad sanam mentem peruenerit, ergo antè non fuit sibi acquisita, sed non potest dari differentiaratio inter agnitionem factam per curatorem, & eam quæ fit per filium, vt patet, ergo, &c.

Quartò contra conclusionem est text. ad litteram in l. cum hæres, in prin. ff. de acqu. hære. vbi

vbi tex. dicit, quòd si filius furiosi est hæres institutus, potest adire proinde, ac si fuisset pater familiàs, modò sic, si esset paterfamiliàs adiret, & quæreret sibi. l. non est dubium, cum simi. C. de iure delib. ergo idem in isto casu, & idem tenet Gl. per illum text. in l. si quis mihi bona. §. iussu, de acquir. hæ. Secundo modo, & fortius stringit ille tex. in fine principij, dum dicit, quòd talis filius potest seruos hæreditarios manumittere, sed certum est quòd si non quæfisset sibi, & sic non esset dominus, non posset manumittere. C. de his qui à non domi. manu. per totum, ergo, &c.

Sextò obstat, nam aut conclusio intelligitur de castrensibus vel quasi, & tunc cum de iure antiquo, & nouo acquirantur filio, & nõ patri, & si esset sanæ mentis, ergo conclusio falsa, aut intelligitur de profectitijs, & tunc est indubitabilis, quia illa de iure antiquo & nouo acquiruntur patri, & quoad illa nihil est immutatum, vt in leg. prima. C. qui admi. & in d. §. iussu, & in l. fin. C. de repu. bono. poss. cum sim. aut intelligitur quarto casu, si in aduentitijs, & tunc conclusio est falsa, cum illa hodie quærantur filio non patri, etiam si esset sanæ mentis, vt per totum. C. de bonis quæ libe. maximè in l. cum oportet, ergo, &c.

Septimò obstat, quia si quæreretur patri furioso, ergo esset obligatus absque facto & voluntate sua, sed hoc non est dicendum, cum omnis obligatio nascatur ex contractu, vel quasi delicto, vel quasi quorũ nullum hic interuenit, ergo conclusio falsa, & pro hoc l. qui in aliena, in principio, & l. si quis mihi bona. §. iussu, de acquiren. hæ. & l. i. C. qui admi. ad bon. poss. cum simili.

Octauò obstat lex qui in aliena. versicul. quanquam. ff. de acquiren. hæred. vbi est text. quòd si filius adit mortuo patre, ipse filius remanet obligatus, & sic patri non quæfuit, quia non potuit, ergo idem in patre furioso, quòd si filius suus adeat, non quærat ipsi patri, sed sibi ipsi, maximè cum mortuus, & furiosus æquiparentur, vt supra dixi.

Nonò contra conclusionem expressè tenet Bartholus in leg. cum hæres institutus, in princip. ff. de acquiren. hæreditat. per illum textum, & ibi etiam Paulus de Castr. & ibi idem Baldus post Din. idem tenet Bartholus in leg. Antistius. §. fina. ff. eodem titulo. & Ioannes de Imol. ibi, & in dict. l. cum hæres, & idem latè concluditur per Francisc. de Aretin. in dict. l. cum hæres in principio. ad quem recurre. Idem reperio quòd tenet Bartholus in leg. placet. ff. de acquiren. hæred. & ibi etiam Paulus de Castr. idem ibi. Alexander, in additio. ad Bartholum per dictam l. cum hæres, quam ad hoc reputat singul. Cass. in consuetud. Burg. rubric. 6. §. 5. Boerium in consuetud. Biturb. titul. primo. §. 3. Rom. in d. l. cum hæres. Aretin. & Imol. in l. cum ex filio, in ff. de vulg. Aym. Craue. in l. cum filio. nu.

13. par. 2. de leg. 1. ff. Pinellus, de bon. mater. in l. 1. num. 62.

Decimò probatur contra dictam conclusionem in dict. l. Antistius. §. fina. iuncta solutione. Bart. ibi.

Prædictis tamen non obstantibus ego teneo cõtrarium gratia disputationis, imò quòd acquisita per filium acquirantur patri, & si pater sit furiosus, ad quòd moueor per sequentia, Primò regula est quòd quæfita per filium acquiruntur patri. ff. si à paren. quis sue. ma. in princip. & ff. de acquir. hæred. l. placet, cum concord. nec iste casus reperitur exceptus, vt patebit ex responsionibus ad contraria, ergo debent acquiri patri etiam furioso, præsertim cum regulæ iuris teneantur, & sint seruandæ, vt inquit Bald. in l. si tutor, in fine. C. de ser. pigno. dam. manu.

Secundò illa quæ acquiruntur filio, quærantur patri ratione potestatis, non aliàs, vt est notũ, hinc est quòd quæfita per filium emancipatum non quærantur patri, quia cessat patria potestas. Inst. per quas perso. nob. acquiritur. in princip. & notatur Insti. de pa. po. §. fina. Gloss. magna cum multis concor. modò si furiosus retinet filios in potestate. l. patre furioso, in princip. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & ff. de acquiren. hæred. leg. cum hæres, in princip. dict. l. Antistius, in fine, cum sim. ergo acquisita per filium acquiruntur patri etiam furioso.

Tertiò facit, acquisitio quæ fit per legem quæritur etiam furioso, text. est in leg. sin autem perpetuo. C. de cura. fu. vbi hæreditas patris ipso iure acquiritur filio etiam furioso, cũ illa sit acquisitio legalis absque facto filij, licet possit eam repudiare per ius prætorium. Ad idem Institution. de hæred. ab intesta. §. posthumis, & dict. l. Antistius. §. fin. 2. responsio. modò sic quæfita per filium acquiruntur patri, per leg. vt dict. l. i. ff. si à paren. quis sue. ma. cum concor. nec momento residet penes filium, d. l. placet, ergo debet acquiri patri etiam furioso per supra dictam regulam, & hoc optimè stringit.

Quartò ea quæ quærantur nobis ignorantibus, acquiruntur etiam furiosis. Insti. de hæred. quæ ab intest. §. sin autem, & ff. si certum petat. l. si à furioso, & ff. de actio. & obligat. lege si à furioso, sed quæfita per filium acquiruntur patri sanæ mentis etiam ignoranti, vt inuito. Insti. per quas perso. nob. acquiritur. §. item nobis, cum mille concordant. ergo eadem ratione debent acquiri patri etiam furioso.

Quintò pro ista parte nouiter pondero text. in l. patre furioso, in fin. ff. de his qui sunt sui, vel alie. cuius verba: Adeo, autem retinet ius patris potestatis pater furiosus, vt illi commodum acquiratur eius quid filius quæfuerit, & sic est expressum pro hoc, & ibi nota. Iason. 2. not.

Sextò illum textum induco aliter, qualitas adiuncta

Cc

adiuncta

adiuncta verbo debet determinari, & intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de nox. sed ibi tex. dicit, pater furiosus tempore acquisitionis, ergo quæritur sibi, scilicet patri. Item quia si non esset furiosus tempore acquisitionis, nulli dubium quin patri quæreretur, ergo, &c.

Septimò pro hoc dico esse tex. expressum in l. Antistius. §. fin. ff. de acquir. hæred. vbi si filius furiosus hæres institutus adeat iussu curatoris patris, acquiratur patri, quemadmodum acquireretur, si pater esset sanæ mentis, & iussisset, ergo ibi est tex. expressus pro conclusione, aduerte tamen quia Barthol. in d. l. Antistius. §. fina. & in d. l. cum hæres, de hoc perpendens dixit, quod aut filius furiosus adit sua spõte sine iussu curatoris patris, & tunc acquiratur patri, ita intelligatur d. l. Antistius. §. si. ratio, quamuis ipse non dicat potuit esse, quia quando adit, quod potest, per d. l. cum hæres, tunc habet animum quærendi sibi, non patri, vt in l. qui in aliena. §. si is, qui putabat, eodem titulo. quæ ratio cessat, quando adiuuit iussu alterius, vnde nimirum si hoc vltimo casu acquiratur patri, sed hæc ratio mihi non satisfacit, quia quæ sita per filium acquiruntur patri, etiam si alius non habeat animum quærendi, cum hæc sit acquisitio legalis, nec momento resideat penes filium, d. l. placet, regula autem prædicta, scilicet de differentia inter iussum, & non iussum procedit in eo, qui potest sibi, vel alij quære de voluntate sua, vt patet in d. l. qui in aliena. §. si is qui, cum ergo isto casu voluntas filij nihil operetur, ergo quæ sita per eum acquiruntur patri etiam furioso, per d. l. Antistius. §. fin. sed saluando Barth. & communem opin. posset dicere quod in his quæ quærentur per filium patri, non inspiciamus animum eius, verum in casibus, in quibus potest quære sibi, tunc inspiciamus animum eius, vt si habet animum quærendi, sibi quærit, quod apparet, quando sine iussu adiuuit. d. l. cum hæres, aliàs acquiratur patri, scilicet quando cum iussu, d. §. fina. sed hæc solutio adhuc non satisfacit, quia hoc est, de quo quærimus, scilicet, an isto casu posset filius quære sibi, quo concesso procederet responsio prædicta, sed hoc est quod ego nego, & sic remanet insolutum & militat fundamentum, dict. l. Antistius. §. fina. cogita super hoc.

Octauò pro ista parte facit, quia si dicemus patri non quæri, sequerentur duo specialia, primò, quia filius in potestate potest absque iussu adire, contra leg. si quis mihi bona. §. iussum, secundum quod sibi ipsi quæret, contra dict. l. placet, cum concor. & sic esset contra text. in l. prima. C. de dotis promiss. d. l. cum post. §. cum gener. ff. de iur. doti. & in l. mulieri, & Titio. ff. de cond. & dem.

Nonò istud probo à fortiori. Nam habeo quod furioso acquiratur per curatorem suum. d. l. si. §. fin. & §. tali. C. de cura. furio. modò sic,

curator non est in potestate furiosi, imò potius è contra, cum tutela, & cura sit ius ac potestas in capite libero Insti. de tute. in prin. cum sim. si ergo furiosus quærit sibi per eum, in cuius potestate est, vt ibi, ergo à fortiori per eum quem habet in potestate, hoc est, per filium suum, & si dicas quod in curatore ipso est, quia potest ratione officij absque iussu adire hæreditatem, ideo nimirum si furioso acquiratur, fateor, sed non obstat, quia imò idem est in filio furiosi, qui potest adire absque iussu. d. l. cum hæres, in prin. de acq. hæred. vbi est casus sing. & vnicus, & sic argumentum semper vtget à fortiori.

Decimò hoc probo, lex semper debet intelligi, & interpretari, vt minus lædatur ius commune quàm possit, & vt iuri communi concordet. c. cù dilectus, de consue. l. 2. C. de noxa. l. si quado, in prin. cù si. C. de inof. test. modò sic, quod patri non quærat per filium, est contra regulam iuris. d. l. placet, cum si. Vnde licet text. in d. l. cum hæres, de acq. hæred. dicat perinde habeatur atque si paterfam. adisset, tamen debet intelligi perinde, scilicet quò ad aditionem, non quò ad acquisitionem, id est, vt sibi filius quærat, vt sic minus lædatur ius commune, nam isto modo intelligendo solum modò læditur regula le. si quis mihi bona. §. iussum. sed alio modo intelligendo læditur illa regula & etiam alia, sci. q. quæ sita per filium quærantur patri, quod in dubio non est concedendum per suprà dicta iura.

Vndecimò, beneficium filio concessum per d. l. cum hæres, vt possit adire sine iussu contra dictum §. iussum, debet intelligi sine iniuria patris, vel aliorum fratrum. leg. nec auus. C. de emanc. libe. l. cum filius, cum vulga. ff. de test. mil. ergo quamuis filius possit adire sine iussu, debet tamen patri quæri, vt sic etiam per cõsequens possit ad alios fratres pro sua parte peruenire, & hæc duo vltima fundamenta didici à Francisco de Are. in d. l. cù hæres, de acq. hæred. qui tamen non tenet istam partem.

Duodecimò facit dict. l. placet, vbi nec momento residet penes filiū, ergo acquiratur patri.

Tertiodecimò, quia quòd quis sit furiosus non est delictum, sed infortunium, vnde non debet sibi nocere, vt notatur in dict. l. Antistius. §. fin. de acq. hæred. sed si non esset pater furiosus, quæreretur sibi, ergo idem isto casu, ad hoc respondeo quod non punitur propter furorē, imò propter furorē fauetur filio principali, vt censeatur tanquam paterfamilias, vnde si damnificatur pater, illud venit in consequentiam, de quo non curatur, sic in filio milite, nam quòd sit miles, non est propter delictum patris, & tum quærit sibi, & non patri, vel secundò non nocet patri in effectu, cum possit ratificare postquam fuerit sanæ mentis. l. si. §. pen. ff. quis ord. in bon. poss. ser. ue. & si dicatur, quod non potest ratificare, quia non fuit aditio facta suonomine, sol. vt

Baldus

Baldus in l. prima. C. qui admi. 5. colum. in fi. 19. oppo.

Restat ad contraria respondendum. Primò ergo non obst. quod in ista materia mors, & furor æquiparantur, quia illud est verù, quando mandatum præcessit, quo casu quemadmodum reuocatur per mortem, eodem modo per furorem superuenientem, quia utroque casu extinguitur voluntas, sed ego loquor quando tempore delationis pater erat furiosus, & sic iubere nõ poterat, ideo in defectum lex totum committit filio, s. vt adeat, & etiam patri quærat quemadmodum quando pater est sanz mentis. Vnde quod pater sanz mentis posset facere iubendo, vel alio modo illud idè operatur le. in furioso. † Præterea furiosus est mortuus ciuilitate, vnde non æquiparatur naturaliter mortuo nisi in casibus expressis in iure, vt est Glof. sing. in c. placuit, el. 2. 16. quæst. 1. & Glo. in c. susceptum, de rescr. libr. 6. facit le. cum pater. §. hæreditatem, de l. 2. & ibi notab. in ad. Bartho. sed in nostro casu non reperiuntur æquiparati, ergo arg. non obst. imò reperiuntur differentia, quia mortuo nullo modo quæritur, sed furioso sic. d. l. Antistius. §. fin. cum si. de acq. hæred. ergo, &c.

Secundò non oblig. l. fin. §. penu. ff. quis ordo in bon. poss. serue. nam potest dici quod ibi loquitur in bon. poss. quam filius potest agnoscere etiam absque iussu patris, etiam si pater esset sanz mentis. l. qui in aliena, in prin. ff. de acq. hære. l. 1. C. qui admi. ad bon. poss. ideo ibi necessariò requiritur rati habitio, vel secundò, aut loquimur de acquisitione legali, aut de acquisitione in effectu. Primo casu quæritur furioso, vt ego teneo. Secundo verò casu non quæritur, nisi habeatur, vt in contrario, & hoc est quod dicit l. fin. §. tali. C. de cura. furio. vel tertio est eadem solutio in effectu, aut loquimur de acquisitione commutabili, & illa acquiritur furioso, aut de incommutabili, & tunc secus, quia bene potest eam repudiare, & idem videmus in omnibus casibus in quibus patri quæritur absque iussu suo, vt patet in legatis, & in similibus, & sic non obstat.

Tertio non ob. quod in acquisitione requiritur voluntas, nam respondeo negando maiorem, nam ignoranti quæritur in multis casibus, quod acquiritur per filium, vel seruum, vt est notum, & tunc ignorans non habet voluntatem eius, quod ignorat, quia nihil est in sensu, &c. l. alioqui. ff. de contrah. empr. & per Bald. in l. 1. C. de contrah. empr. ergo potest queri furioso, quia quod potest queri ignorantibus ergo & furiosis, vt supra dixi, vel sic in acquisitione requiritur voluntas, s. quando acquisitione potest afferre damnum, vt in hæreditate, & ideo requiritur iussus præcedens, ne aliàs quis obligetur absque voluntate sua, secus in acquisitione, quæ semper affert commodum, vt in legato, & in similibus, sed hæc solutio non factis facit, quia per eam nimis restringitur con-

clusio, vnde dicit quod inspecto exitu requiritur voluntas, vnde bene potest repudiare, sed quò ad acquisitionem non curamus de voluntate, vt dixi, quia lex defert hæreditatem, sed non infert inuito, cum possit repudiare, & sic non obst.

Quartò non ob. lex fin. §. tali. de cura. furio. vbi requiritur rati habitio, ergo non fuit quæsitum, respondeo, quòd ibi loquitur quò ad effectu, vt modò dixi, & est vera solutio, nam ibi non negatur quin fuerit sibi quæsitum, vel secundò ibi loquitur de eo quod est delatum ipsi furioso, per d. l. placet, & sic non obstat, potest tamen repudiare pater, vt modò dixi.

Quintò non ob. l. cum hæres, in princip. ff. de acqui. hære. vnde pendent Leges, & Prophetæ, ad quam multis modis respondeo. Primò q. ibi bene dicit text. q. potest filius adire ac si esset paterfamilias, quasi dicat non requiritur iussus in adeundo propter furorem, sed quod patri furioso quærat, non negat illa lex, & sic dico quod ceteretur paterfamilias quò ad adeundum propter patris furorè, sed ceteretur filiusfamilias quò ad acquirendum patri, & sic non obstat. Item & secundò, quia si diceremus patri non quæri, essent in dict. l. cum hæres, duo specialia, scilicet quòd posset adire sine iussu. Item quòd sibi ipsi quæreret, quod in dubio non est dicendù, vt supra dixi, exponamus ergo text. ibi perinde, atque si paterfamilias. &c. s. quò ad adeundum, non autem quò ad acquirendum. Item & tertio, quod sic debeat ille text. exponi, probaui supra decimo fundam. quod pro me adduxi, scilicet, quia sic exponendo minus læditur ius commune, scilicet qui in vno tantum, scil. quò ad iussum non in alio, s. quò ad acquisitionem, ergo debet sic intelligi, vt ibi probaui in decimo fundamento.

Quarto modo etiam solue, & nouiter † nã licet dictio Proinde sit repetitiua, vel similitudinaria quò ad omnia. Inst. per quas perf. nob. acqui. §. item nobis, in fin. cum concor. illud est verum nisi sic intelligendo alix leges contradicerent. Glo. est valde notab. & ibi Bartho. vbi videas, in l. sacrilegij pœnam. ff. ad leg. Iul. pec. modò sic dict. l. cum hæres, dicit, perinde habeatur ac si paterfamilias. &c. si ergo ibi exponeremus Perinde, s. quò ad omnia, contradicerent leges, quæ dicunt, quod quæsitum per filiũ quæritur patri, dict. l. placet, cum concor. ne ergo incidamus in hoc inconueniens, debet illa lex sic necessariò exponi perinde, &c. s. quò ad aditionem tantum, vt expressè dicit illa l. non perinde, s. quò ad acquisitionem, quia sic exponit, contradicunt alix leges, vt modò dixi, & sic perinde, s. quò ad quid, non quò ad omnia, & ista est notabilis solutio & vera.

Sextò non obstat, nam respondeo fatendo, q. conclusio non procedit in castrensibus, vel quasi, quia sunt filij, item nec in profectiis, quia absque dubio acquiruntur patri, sed dico quod

2
Mors ciuilitatis naturalis mortui non æquiparatur, nisi in casibus in iure expressis.

3
Verbum Perinde, ut capiatur.

to quod intelligitur in aduentitijs, in quibus teneo quod de iure antiquo quærebantur patri in totum, etiã si pater esset furiosus, & hoc erat maximum dubium propter carentiam sensus: item dico quod etiam hodie quæruntur saltem quò ad vsum fructum, & erat ratio dubitandi propter defectum consensus, quia iura noua in titul. de bonis quæ libe. loquuntur in patre sanæ mentis, sed illa ratio non obstat. cum loquamur de acquisitione legali, vt dixi, in quibus non est necessarius consensus, nec iussus, summa ergo huius conclusionis illa est, quòd bona aduentitia quæ sita per filium acquirebantur olim, & acquiruntur hodie patri etiam furioso eo modo quo acquirebantur, & acquiruntur patri sanæ mentis, & sic non obstat.

Septimò non obstat quòd si acquireretur furioso esset obligatus absque voluntate sua, &c. nam respondeo, quòd ista est acquisitio legalis, quæ sibi defertur à lege, non autem infertur sibi inuito, imò potest repudiare ad similitudinem sui cui defertur à lege, & tamen potest abstinere. l. necessarijs, cum concor. ff. de acquiren. hæred. & sic non obligatur absque voluntate, cum possit repudiare si velit, & sic non obstat, & potest soluere etiam alijs modis.

Octauò non obstat l. qui in aliena. §. quamquam, vt supra induxi, nam ibi tempore quo filius adiuit erat factus sui iuris per mortem patris, & sic quærit sibi, quia est capax non patri, quia non potuit, quæ ratio hic cessat. Cum remaneat in potestate, ergo quærit patri suo. Præterea acquisitione faciendâ per filium inspicitur status eius tempore aditionis. l. non est dubium, cum si. C. de iure. deli. sed in contrario tempore aditionis erat extra potestatem, & sic nulli debet querere, secus in nostro casu. Præterea hæreditas delata mortuo est caduca, quæ ratio cessat in delata furioso, leg. si. §. primo. & §. tali, de cura. furio. ergo non obstat. Præterea non æquiparantur mortuus naturaliter & furiosus nisi in casibus expressis in iure, vt supra dixi, inter quos non est iste, ergo cessat argumentum.

Præterea in furioso est spes quæ rødeat ad sanam mentem, & sic omnia agit, & acquirit quem admodum alius quicumque, quæ ratio cessat in mortuo, † cum non speretur resurgere nisi miraculose, de quo nõ est curandum. l. ex his, cum ibi notatis. ff. de legi. Præterea & 6. nullo modo illa lex obstat, nam ibi loquitur de iussu, quem dicit extinguere morte patris, sed non interuenit iussus, quia furiosus iubere non potuit, & sic non obstat. Si autem † iussisset tempore sanæ mentis, tunc extingueretur per furorem quemadmodum per mortem, leg. qui seruum, cum leg. seq. ff. de acqui. hæred. & sic potius concordat, quàm discordat. Sed caue, quia quando extinguitur per mortem, tunc potest adire, & quærare sibi, dict. §. quamquã.

4
Mortui resurrectio non est spectanda.

5
Iussus furore cessat.

Sed quando extinguitur per furorem, potest adiri absque iussu, tñ quærit illi, in cuius est potestate, non sibi, secundum quod ego teneo, licet omnes alij contrarium.

Ad auctoritatem Barthol. & aliorum qui contrarium tenent, non est necesse respondere, quia fundamentum eorum est de dict. l. cum hæres, in principi. ad quam supra pluribus modis respondi, sed restat respondendum ad finem illius principij, vbi dicit, quòd filius potest manumittere, vt patet, quia quærit sibi, non patri, responde, vt ibi in Gloss. & cogita de meliore solutione, quia illa non satisfacit, & hic fit finis huius conclusionis.

Si tamen velles tenere communem opinionem, tunc potes responderi ad ea, quæ allegauimus pro me, & primo non obstat, regula legis placet, cum sim. quia dico, quòd iste casus reperitur exceptus per dict. l. cum hæredes, cum nullo modo potest responderi in fi. prin. solues & alijs modis, quia est facile.

Item secundò non obstat, quia nego quòd sola patria potestas sufficiat, vt patet in filiofamil. qui acquirat sibi castrensia, & quasi, & tamen remanet in potestate, ergo sola patria potestas non sufficit, præsertim, quia quando pater est furiosus, censetur filius quodammodo paterfamil. vt d. l. cum hæres, cum sim. quemadmodum in Castrensib. leg. 2. ff. ad Macedo. ergo nimirum si quærat sibi, primò potest dici quòd filius furiosus remanet in potestate patris, fateor quòd ad alia de quibus per Gloss. magistrat. Instit. de pa. po. §. primo. non quòd ad acquirendum, vt in nostro casu, vt dict. l. cum hæres, sic non obstat.

Tertiò non obstat. l. fina. §. 1. C. de cura. furio. quia ibi loquitur de hæreditate paterna, in qua quis inuitus ipso iure est hæres, sed nos loquimur in hæreditate extranei, inter quos sunt variæ differentiæ, vt est notum. Præterea ibi loquimur de hæreditate immediatè delata ipso furioso, sed ego loquor de ea, quæ defertur filio, vnde nimirum quòd primum acquiratur sibi facilius, quàm quæ deberet acquiri per medium, vt patet ad sensum.

Quartò non obstat, quia illa regula procedit in mera acquisitione, in qua fateor, quòd quemadmodum ignoranti quæritur, eodem modo & furioso, sed in contrario loquimur in acquisitione mixta, quæ non acquiratur ignoranti, nisi quando est hæreditas paterna, ratio patet ex l. si hæreditate, cum sim. ff. mand.

Quintò d. l. patre furioso, in fi. non obstat, quia eodem modo debet solui, vt ibi patet in røe Gloss. Eteodem modo respondeo ad sextum quòd fit de eadem lege, vel posses dicere quòd ibi loquimur de acquisitione ipso iure, secus in effectu, cum possit repudiare, vt in nostro casu, sed quia hæc est restrictiua, prima videtur verior.

Septimò

Septimò del. Antistius. §. fi. solue vt ibi per Barthol. & vide quæ dixi suprâ septimo fundamento contrariæ partis.

Octauò non obstat, quia nego quòd sunt duo specialia, imò & vnum, scilicet quia isto casu censetur paterfamiliàs, & sic potest adire iussu non præcedente. Item sibi quærere, & sic ista duo non sint specialia, sed sequentur ex primo, vt etiam patet ex castrensibus, vbi censetur paterfamiliàs, & sic potest sibi quærere, non patri: vel secundò est vnum speciale, scilicet quòd adeat sine iussu aliud, scilicet

quòd possit sibi quærere, sequitur ex primo, & sic in effectu est eadem solutio: vel aliter duo specialia nõ præsumuntur in dubio, sed quando lex disponit expressè, nimirum si permittantur duo specialia, vt in casu nostro, & est vera solutio. Ad reliqua quinque fundamenta facilis est solutio, & hic sunt addenda, quæ scripsimus de success. crea. §. 19. numero septuagesimo septimo. vbi diximus, quòd si filius iustus à patris furentis curatore adiuit hæreditatem eam patri acquirit, quòd si in iussu eius sponte adiuit, sibi acquirit.

Cc 3

INDEX

F I N I S .



INDEX RERVM, VOCVM, ET SENTENTIARVM, MAXIME INSIGNIVM OR- DINE ELEMENTARIO IN LIBROS ILLVSTRIVM CON- TROVERSIARVM PRAESTANTISSIMI IVRISCONSULTI D. FER- nandi Vasquij Pinziani Menchacensis Hispani, Regisq; Catholici Consiliarij digestus, actanta fide, cura, studio, atque diligentia concinnatus, vt quæ in ipsis libris diffuse lateq; spargun- tur, paucissimis verbis veluti digito commonstretur, sic vt omnia pri- mo intuitu citra laborem molestiamq; inue- niri queant.

A.



Abstinendi beneficium esse pratorium,
non ciuile Cap. 51. num. 52
Abstinenti ius non datur ei qui sponte
suus haeres extitit cap. 60. nu. 6
Absentia contractus quando perfectus
videatur cap. 62. nu. 10
Accrescendi ius assimilatur iuri vsucapionis cap. 69. nu. 3
Accrescendi ius cessat quando dominium legati non tran-
sit recta via in legatarium cap. 49. nu. 5
Accusare quem an quis possit compelli, ardua quest. cap.
16. num. 1
Accusare se nullus tenetur, nisi coram Deo cap. 48. nu. 27
Accusare nullus tenetur, cum quibusdam contra commu-
nem opin. conclusiones quatuor cap. 16. num. 3
Accusanti primum designatum intelligitur si probaue-
rit cap. 36. nu. 2
Accusatione pendere oneratur fama accusari ca. 87. n. 25
Actio personalis an iure canonico praescribatur sine titulo
& cum mala fide, arduum certamen cap. 76. num. 1
Actiones temporales praescribuntur etiam a sciente cap.
55. num. 24
Actiones temporales praescribuntur etiam contra clericos,
& contra ecclesias cap. 55. num. 25
Actor qui suam intentionem fundat de iure, an possit inci-
pere ab executione cap. 85. nu. 11. c. 87. num. 13
Actor si fundat suam intentionem de iure, tunc reo incumbit
onus probandi cum communi opi. quod intellige in
petitorio cap. 86. num. 8
Actor fundans intentionem suam de iure & si nihil pro-
bet, obtinebit in petitorio cap. 85. nu. 1. 2. & 5
Actor licet fundet suam intentionem de iure, non obtine-
bit in possessorio contra eum, qui diu fuit in possessione
sine vitio cap. 85. nu. 7
Actor qui fundat suam intentionem de iure, an possit pos-
sessorem turbare, aut spoliare cap. 58. num. 8
Actoris implementum semper precedere debet ca. 93. n. 7
Adam pater hominum cap. 41. num. 13
Aditio hereditatis praesumitur cap. 61. num. 8
Admonere fratrem contra rem publicam peccantem, an
teneatur ante denunciationem cap. 61. num. 4
Admonere fratrem vbi periculum est, an teneamur? ar-
dua quest. cap. 16. num. 17
Adulatores principum humano generi pestis nocentissima
in praefat. nu. 4
Adulteram occidi leges iubentes sunt iniusta ca. 8. nu. 49
Adulter se prodere non tenetur, quando id vitile fore despe-
rat cap. 48. nu. 25

Adultera filium adulterinum vt abstineat à patris puta-
tium hereditate, an teneatur suadere cap. 48. n. 26
Adulter qui filium genuit, an restitueret marito aliquid
teneatur cap. 48. nu. 31
Adultera an restituere teneatur quod adulterinus caput
ex hereditate patris putatiui cap. 48. nu. 34. estq; ar-
dua quest. & nu. 39
Aequale nihil in praefat. nu. 12
Aequalitas inter homines an esse expediat in praefat. n. 23
Aetas aurea cap. 41. nu. 33
Afflictio non autem poena esse potest culpa cessante c. 55. n. 19
Alexandri Magni & similibus belligerandi occasio & ca-
lor notatur cap. 10. n. 9
Alexandri historia & tyrannis in praefat. nu. 7
Allegationi si iubeatur stari, suppletur si probauerit cap.
36. num. 3
Alimenta à patre filio data, si is prodigit, an pater iterum
alere cogatur? ardua q. cap. 35. nu. 14
Alimentorum transactio an longo tempore firmetur, noua
opinio ca. 64. nu. 21
Alimentorum fauore an modus deficiens desinat nocere
cap. 93. num. 27
Alimentorum fauore facile praesumitur obligatio in futu-
rum etiam ex praestatione non diuturna, cum commu-
ni cap. 84. nu. 42
Ambasciatores iure naturali & gentium, non ciuili vtun-
tur cap. 51. nu. 35
Amor sui cap. 42. nu. 7
Anaxagora historia, & sententia in praefat. nu. 74
Angelus quid significet in praefat. nu. 138
Animas mortales esse, qui falso crediderint in praefat. n. 65
Animas in caelum redituras asserentes in praefat. nu. 72
Animas esse igneas in praefat. nu. 73
Anima rebus preferenda cap. 41. nu. 14
Animus soli Deo notus cap. 58. nu. 6
Animus hominis soli iudicij colligitur cap. 52. nu. 4
Animalium inuocens natura erga eiusdem speciei animan-
tia cap. 41. nu. 32
Animus distinguit maleficia cap. 19. nu. 5
Animalium tam ratio nobilium quam brutorum, siue ter-
restrium, siue volucrum, siue aquatiliu, variarum
tam appetituum ac inclinationum quam actionum &
operationum vera causa cap. 21. nu. 14
Animalium varij appetitus & actiones. cap. 21. n. 16
Animalia non solent nocere animalibus sua speciei, fallit
in homine cap. 21. n. 25
Animal non scuit in alterum animal eiusdem speciei cap.
24. num. 4
Animalium peritia cap. 21. nu. 18

I N D E X.

Annuarum praestationum praescriptio diuersis regulis nititur quam rerum corporaliu noua declarata. ca. 83. num. 31.

Annuae praestationes an inducant obligationem in futurum, ardua q. ca. 83. num. 1

Annuae praestationes an ex causa obligatoria factae videantur, statur coniecturis ca. 84. nu. 30

Annuae praestationes faciunt per longum tempus praesumi titulum allegatum etiam si contra allegantem esset praesumptio iuris, contra las. Riminal. Balb. & Alciatum ca. 84. nu. 39

Annuae praestationes geminatae decies, si vniiformes sunt, ex debito non ex gratia factae praesumuntur, contra plures ca. 83. nu. 11

Annuarum praestationum praescriptio 30. vel 40. annorum contingit, nec eneruatur, licet probetur causam obligatoriam nunquam interfuisse, cum Coua. rub. contra multos ca. 83. nu. 33

Annuae praestationes non faciunt praesumi obligationem in futurum, si non allegetur ca. 84. nu. 43

Annuae praestationes cum vt in futurum quoque, fiant tempore ius acquiritur & inducitur, an id contingat praescriptione, an consuetudine, an alia ratione, ardua pugna ca. 83. num. 28

Appellatio à legato superioris ad eius vicarium interdum fit ca. 31. nu. 22

Appellationem denegans in causa capitali, an capitaliter puniatur ca. 18. nu. 25

Appellationi potest renunciare damnatus etiam criminaliter ca. 41. num. 11

Appellare an possit quis pro paupere non appellante cap. 41. num. 9

Appellare permittitur etiam ob modicum prauiudicium ca. 41. num. 16

Appellare regulariter alter pro altero non potest c. 41. n. 10

Arg. de toto ad partem ca. 27. nu. 8

Arist. impia sententia in praefat. nu. 6

Armatorum ordines ab ecclesia probantur ca. 48. nu. 105

Arma quando placeant Deo ca. 47. num. 105

Augustini & D. Thome locus declaratus ca. 20. nu. 31

B.

B*annitus an testetur* ca. 96. num. 6

Bastardus idem est quod naturalis ca. 14. nu. 102

Bellum iniustum quod ad principes, non esse iniustum quo ad milites, egregia & noua declaratio ca. 9. nu. 16

Bellorum tempore vrbs cuius expensis muniri debeat ca. 6. num. 3

Bellorum impensa quando per principem fieri debeant ca. 6. num. 2

Bellum indici non posse infidelibus contra naturam peccantibus, ardua q. cap. 24. nu. 1

Bellum ius gentium non induxit, sed belligerandi occasionem ca. 9. num. 7

Bellorum tempore ciues principem sequi suis expensis non tenentur, & quid in vasallo respectu domini, & quid si princeps non habeat idoneos reditus ca. 6. num. 4

Bellorum calamitas ca. 9. num. 8

Bellum iurigentium est non dispositiuè, sed occasionaliter ca. 9. num. 5

Bello iniusto capta capientium sunt contra nouiss. cap. 10. num. 2

Bellum inducit nequitia ca. 10. nu. 8

Bellorum mala ca. 10. nu. 7

Bellum contractibus simillimum quod ad acquisitiones ca. 9. num. 17

Bellum iniustum si sit publicè indictum, tribuit dominium etiam principibus, egregia declaratio, id tamen dominium est reuocabile ca. 9. num. 19

Bellum an vtrinq; iustum esse possit ca. 9. num. 19

Bonus quisq; praesumitur ca. 7. num. 3

Bona fides praesumitur ca. 7. num. 2

Bona fides an sit alleganda ca. 7. nu. 11

Bona aut mala fides quod ad praescribendum non admittunt medium. Dubietas inculcata non differt à bona fide, quod ad praescribendum, t alia dubietas non impedit praescriptionem inchoari non magis quam inchoatam perfici ca. 77. num. 6

Bonam fidem post causam conclusam allegari sat est ca. 7. num. 13

Bonam fidem implicite allegari sat est ca. 7. num. 12

Bona fides vt allegetur an requiratur? ardua quaest. ca. 7. num. 14

Bona fides orta etiam ex iusta causa, sufficit ad praescribendum ca. 78. num. 4

Bona fides in praescriptione immemoriali, an sit necessaria, ardua quaest. ca. 79. num. 19

Bona fides praesumitur ex longa possessione cap. 79. num. 17

Bona fides an praesumatnr titulo deficiente, ardua quaest. ca. 79. num. 15

Bona fides ad vsucapionem vel praescriptionem positiuè non requiritur, contra Doct. ca. 77. nu. 12

Bonorum pos. contra ab. est remedium rescissorium, & aliquid declaratorium ca. 106. nu. 37

Bona fides praesumitur ca. 81. num. 4

Bona fidei possessor quis dicatur ca. 77. nu. 17

Bona aut mala fides soli Deo certo nota ca. 81. num. 3

Bona fides orta etiam ex iniusta causa, ceteris habilibus sufficit ad praescribendum ca. 77. num. 9

Bonam inter & malam fidem, an medium esse possit, egregia quaest. ca. 77. num. 11

Bona fides orta ex iniusta causa, an sufficiat ad praescriptionem, ardua quaest. ca. 81. num. 8

Bona cuiusq; ciuis vt probentur ca. 40. nu. 4

Bona fides non est necesse vt probetur ca. 7. num. 9

Bona fides requiritur ad praescriptionem ca. 7. nu. 1

C.

C*adauer interdum punitur* ca. 96. num. 10

Cadauer non punitur, cum com. ca. 96. num. 8

Calumnie iuramentum remoueri non potest per statutum locale ca. 31. nu. 44

Calumnie iuramentum non subit, qui plene probauit ca. 31. num. 41

Calumniator quis ca. 62. nu. 17

Canonicus à Papa creatus reliquis sublimior habetur in praefat. num. 137

Captiui, obsides, & similes non testantur ca. 103. nu. 1

Carceris custos non tenetur, si socij malignatione in carcerati fugiant ca. 33. num. 6

Castrum vnius ciuis munitur impensis communibus, si bellum imminet ca. 6. num. 1

Casus

I N D E X.

<i>Casus quid</i>	ca. 19. num. 3	<i>Ecclesia se alere</i>	ca. 105. nu. 9
<i>Casus impedit peccatum, & delictum fieri iure poli & fori</i>	ca. 19. num. 2	<i>Clericorum vel religiosorum iure varia persona videntur</i>	ca. 105. nu. 46
<i>Causa iusta facit ut Princeps suum contractum possit violare cum communi opin. contra Paul. Castren. & Marcum Mant.</i>	cap. 26. nu. 17	<i>Clericus habens opulenta salaria, an presumatur quassisse de bonis Ecclesia</i>	ca. 105. nu. 10
<i>Causa presumitur in principe etiam contra ius diuinum dispensante</i>	ca. 26. num. 30	<i>Clerici heres capiens poss. sua auctoritate, an puniatur</i>	ca. 105. nu. 14.
<i>Causa iusta que presumitur in principe, an admittat probationem in contrarium? egregia q.</i>	ca. 26. nu. 28	<i>Clerici heres repertus in possessione, an sit spoliandus</i>	ca. 105. nu. 17
<i>Causa iusta presumitur in principe</i>	ca. 25. num. 17	<i>Clericus an usufructuario, an vero usurario equiparetur</i>	ca. 105. nu. 19
<i>Censum annuum habens super re, que post alienatur, an agere impeditur dicatur, not. q.</i>	ca. 26. num. 16	<i>Clericus si mutuo dat pecuniam cuius ea presumatur</i>	ca. 105. nu. 11
<i>Cælestia signa duodecim</i>	ca. 21. num. 15	<i>Collationes ciuium explicationem presentem & seruitutem futuram inducunt</i>	ca. 8. num. 8
<i>Cælestia sidera habent potestatem & vim influendi in animalia cuncta</i>	ca. 21. nu. 17	<i>Collegium nihil capit ex toto</i>	ca. 102. num. 6
<i>Cælestia & terrestria omnia operantur cogente natura præter hominem, qui operatur ex libero arbitrio</i>	cap. 21. num. 19	<i>Compensatio non fit ex obligatione præscripta</i>	ca. 53. n. 15
<i>Caci testamentum olim valebat, licet non inciperet ab heredis institutione contra communem, idem etiam hodie contra communem</i>	ca. 103. num. 10	<i>Communia sunt terra, aer, aqua</i>	ca. 51. nu. 13
<i>Cacus inter liberos sine regulari solennitate testatur cum communi contra quam plures</i>	ca. 103. nu. 11	<i>Commendatarij an sint immunes à secularibus gabellis</i>	ca. 105. nu. 45
<i>Cacus non prohibetur esse Doctor vel testis</i>	ca. 103. nu. 17	<i>Concilij decreta alterat interdum episcopus</i>	ca. 31. nu. 5
<i>Cacus non testatur, nisi cum obseruatione sua peculiari</i>	ca. 103. num. 9	<i>Concubina presumitur quassisse ex bonis Amasij</i>	ca. 105. num. 29
<i>Caci testamentum minus solenne valet in 17. casibus</i>	ca. 103. num. 15	<i>Condemnatus damnatusq. ad metallum iure communi non testatur contra nouiss.</i>	ca. 96. num. 3
<i>Caci codicillus iure regio tantam solennitatem requirit, quantam testamentum per l. 3. Tauri.</i>	ca. 103. nu. 14	<i>Conditionalia nil ponunt in esse</i>	ca. 60. nu. 13
<i>Caci codicillus etiam iure communi requirit tantam solennitatem quantam testamentum, cum communi contra quam plures</i>	ca. 103. num. 13	<i>Conditio negatiua non nubendi alteri quam mercatori, an referatur ad primas nuptias, ar. q.</i>	ca. 30. nu. 17
<i>Charitas bene ordinata incipit à seipso</i>	ca. 13. num. 3	<i>Conditio illa, ei qui primus metam attigerit, premium dabitur, si ex decem currentibus duo anteriores pariter metam attigerunt, an impleta videatur, egregia q.</i>	ca. 91. num. 5
<i>Christi in genus humanum beneficia in præf. nu. 27. & 28</i>		<i>Conditionem non inducit vox Si, quando per eam exprimitur quod inerat à iure</i>	ca. 39. nu. 19
<i>Charitatum subsidium quando exigatur</i>	ca. 8. nu. 3	<i>Conditio illa, ei qui primus ex decem currentibus metam attigerit, premium dabitur, an si duo anteriores pariter metam attigerunt, sicq. certamen sit repetendum, defecta videatur quò ad omnes, demptis illis duobus anterioribus, ut sic ab illis tantum non etiam à reliquis tardioribus sit certamen repetendum, egregia q.</i>	ca. 92. nu. 1
<i>Christus dominus noster an habuerit in toto orbe dominium temporale ut homo</i>	ca. 21. nu. 2	<i>Conditio nubendi arbitrio alterius adeò reijcitur, ut nec illius voluntatem requirere teneamur nedum sequi, contra mentem Petri, Cyni, Pauli, & Cornei</i>	ca. 94. num. 15.
<i>Ciceronis graui sententia</i>	ca. 8. nu. 6	<i>Conditionum alia suspensiuæ sunt, alia resolutiuæ</i>	ca. 99. num. 2.
<i>Citationes Princeps an tollere possit</i>	ca. 18. nu. 2	<i>Conditio deficiens quando steterit per casum nocet</i>	ca. 93. num. 20.
<i>Citationis omisio ex causa fit</i>	ca. 31. nu. 8	<i>Conditio illa equo qui primus metam attigerit, premium dabitur, non verificatur in equo, qui sine sessorie primus metam attigit in ludo equestri, contra communem opin.</i>	ca. 91. nu. 4
<i>Ciues an digniores quam municipales in præf. nu. 131 Et vide ver. s. v. fallus.</i>		<i>Conditio pendens ex facto nostro per voluntatis declarationem deficit, nec est locus penitentia si aderat substitutus</i>	ca. 94. num. 4
<i>Ciuem deserere culpatum licet</i>	ca. 13. nu. 15	<i>Conditio in omni quod per me stat mihi nocet</i>	ca. 93. num. 8
<i>Ciues respectu populi non est ut pars respectu totius, contra nouissimos</i>	ca. 13. nu. 2	<i>Conditio deficiens quando stat per tertium, in cuius persona est conditio implenda, non nocet</i>	ca. 93. num. 15
<i>Ciues tempore periculi an vnum ciuem deserere possint</i>	ca. 13. nu. 13	<i>Conditio deficiens quando stat per casum nocet, licet dotis nomine legetur</i>	ca. 93. nu. 21
<i>Ciuem malè tractatum à domino Princeps superior eximere potest, etiam non requisitus</i>	ca. 8. nu. 18	<i>Conditio illa, si opus infra biennium factum non fuerit, ante</i>	
<i>Ciuiibus Principe moderatam sauitiam an inferri liceat, ar. quæst.</i>	cap. 8. nu. 17.		
<i>Ciues regem etiam habentes dicuntur ingenui, & possunt esse testes in causa Regis</i>	ca. 8. nu. 16		
<i>Clausula ex certa scientia an inducat plenitudinem potestatis</i>	ca. 26. nu. 3		
<i>Clerici monachis quare honoribus præferantur, in præf. nu. 95</i>			
<i>Clericus interdum potest aduocare</i>	ca. 31. nu. 29		
<i>Clericus vel Ecclesiasticus ut quis fiat</i>	ca. 105. nu. 51		
<i>Clericus bona patrimonialia potest adseruare, & de bonis</i>			

- ante biennium etiam cum effectu impletur, cum primum certum esse ceperit infra residuum termini opus perfici non posse, contra communem cap. 95. nu. 1
- Conditio si nupserit, sub qua mulieri fuit legatum relictum, si semetipsa declarat nolle se nubere, an defecisse videatur irreparabiliter, dub. quæst. ca. 94. nu. 9
- Conditionis implementum licet pendeat ex facto promissoris, tamen post conditionem existentem non semper spectatur dies cap. 95. num. 7
- Conditio deficiens per casum contingentem in persona implere debentis nocet, si est mixta conditio ca. 93. nu. 10
- Conditio deficiens quando stat per tertium, in cuius persona conditio non erat implenda, an nocet? cap. 93. num. 16
- Conditio si fidei non dederit, decem dato, quando impletur vel defecta videatur cap. 95. num. 6
- Conditio si deficit facto implere debentis, deficit relictum cap. 93. nu. 6
- Conditionalia nihil ponunt in esse ca. 55. num. 6
- Conditio casu deficiens, an noceat quando testator alius erat relicturus ca. 93. nu. 23
- Conditionem illam si nupserit, non tenemur implere infra triennium, cum multis contra communem ca. 94. n. 6
- Conditio nubendi semel repudiata, & si postea impletur nihil prodest, contra nouissimos ca. 94. nu. 10
- Conditionis verba formaliter intelliguntur, cum agitur de lucro caprando ca. 91. num. 3
- Conditionem nubendi mulier si semel declarauerit se nolle implere, & si postea peniteat, nihil agit, tam in hereditate quam in legato, contra Alex. & Decium ca. 94. nu. 12
- Conditio mixta deficiens per casum non nocet Ecclesia ca. 93. nu. 28
- Conditio si nupserit arbitrio alterius non designata persona, cui nubendum esset, rejicitur etiam de ademptione non secus quam de datione cum Emanu. contra Aymo. ca. 94. nu. 18
- Conditio potestativa implenda est quam primum potest ca. 94. num. 7
- Conditio mixta si deficit per casum, deficit relictum, secus si deficit per eum in cuius persona erat implenda cap. 93. num. 3
- Conditio defecta nocet per casum contingentem in persona implere debentis, id est, honorati ca. 93. nu. 9
- Conditio non nubendi vsq; ad annum decimum quintum rejicitur, contra Alex. ca. 94. nu. 20
- Conditio deficiens quando stat per testatorem non nocet ca. 93. nu. 19
- Conditionem si legatarius implere non recusat, sed tantum moratur, non perditur legatum quando conditio erat casualis vel mixta, cum nouiss. contra communem ca. 94. num. 13
- Conditio deficiens non nocet, quando per implere debentem stetit ex post facto ca. 93. nu. 13
- Conditio nubendi de fratrum consensu sorori apposita in relicto etiam voluntario rejicitur, cum Emanu. contra Pal. Rub. ca. 94. nu. 16
- Conditio si volet, suspendit relictum, & impedit transmissionem ca. 93. nu. 11
- Conditio deficiens quando per me stat, nocet, & etiam in libertate ca. 93. nu. 12
- Conditio illa ei qui primus metam attigerit, premium dabitur, non verificatur in equo metam attingente sine seffore, egreg. q. ca. 91. nu. 1
- Conditio si nupserit, an per voluntatis declarationem deficiat irreparabiliter, egregia q. ca. 94. num. 1
- Conditio illa, qui primus metam attigerit, premium ferret in ludo equestri, non est potestativa, contra nouiss. ca. 91. nu. 2
- Conditio interpretatiue tantum impleta, quam actionem producat, noua declaratio ca. 94. num. 12
- Conditio casualis deficiens per casum nocet ca. 93. nu. 22
- Conditio deficiens quando stat per oneratum, nunquam nocet ca. 93. num. 17
- Conditio potestativa non est necesse ut quam primum potest, impletur in hereditate ca. 94. nu. 8
- Conditio deficiens quando per implere debentem stetit, quia inhonesti, non nocet ca. 93. num. 14
- Conditio nubendi de consensu alterius non designata persona cui nubendum sit, rejicitur, cum Emanu. contra Aymo. ca. 94. nu. 17
- Conditio nubendi alterius arbitratu rejicitur, siue accipiat pro libera illius voluntate, siue pro arbitrio boni viri, cum comm. ca. 94. nu. 14
- Conditio potestativa deficiens per casum, nocet aliquando ca. 93. nu. 24
- Conditione de opere intra diem certum faciendo non verè, sed interpretatiue existente, tunc licet pena ante finem termini peti possit, tamen concessa prorogatione peti non poterit ante terminum, nec etiam postea, &c. ca. 95. num. 2
- Conditione defecta an dies spectetur ca. 95. num. 12
- Confessio illa, occidi, sed ad meam defensionem, an scindi possit, ard. q. ca. 2. nu. 3
- Conscientiam sequi tenemur in criminalibus contra probationes processuales in foro animæ, estq; ardua quæst. Idem in foro contentioso, & est ard. qu. idem in casu civili, estq; 3. ard. q. ca. 14. num. 12
- Conscientia foro tenetur heres tacitam fidem accommodans, si se fisco non deserit contra nouiss. ca. 102. nu. 24
- Conscientiam an processus probationes sequi debeamus? ard. q. ca. 14. num. 3
- Conscientia foro tenetur se deferre tacitam fidem accommodans, licet iurasset taciturnitatem, contra nouiss. ca. 102. nu. 24
- Conscientia in foro liber est, qui actionem personalem prescripsit cum bona fide ca. 74. num. 4
- Consensus reuocabilis non impedit penitere ca. 29. nu. 8
- Conscientia in foro an pena ipsi iure imposita debeat, ard. q. ca. 28. nu. 4
- Conscientia in foro an retineatur relictum in minus solenni voluntate ca. 28. nu. 6
- Consensus episcopi in vnione presumitur ex longo tempore ca. 61. nu. 25
- Consensus presumitur post longum tempus ca. 61. nu. 9
- Consensu coniecturato obligamur ca. 53. nu. 8
- Consensus domini in pacto futura successionis non presumitur ex longo tempore, noua opin. ca. 64. nu. 18
- Consensus non solis verbis, sed & alijs modis conicitur ca. 62. num. 14
- Consensus quid sit ca. 62. nu. 9
- Consensus patris presumitur post longum tempus ad validandum filij contractum ca. 61. num. 12
- Consequentiam remouet differentia inter equiparandos

I N D E X.

dos	cap. 47. num. 8	Declaratio nihil denuò inducit	ca. 8. nu. 46
Consequentia ut cesset, sufficit vna varietas	ca. 37. nu. 7	Declaratio de lege fin. & d. l. 22.	ca. 102. nu. 23
Consequentia ut cesset, sufficit dare vnam differentiam	ca. 106. num. 6	Declaratio l. 1. tit. 4. lib. 5. ord. & l. 9. titul. de las donatio- nes, eodem lib.	ca. 104. nu. 7
Constantini donatio	ca. 5. nu. 27	Declaratio l. 2. tit. de los alcaldes, lib. 2. fori ordin.	ca. 102. num. 2
Constitutum non fit post obligationem praescriptam contra doctores	ca. 53. num. 16	Declaratio l. 2. & 4. tit. ord.	ca. 102. num. 2
Conscientia in foro opinio facientis inspicitur	ca. 57. n. 11	Declaratio l. final. titul. de las ganangias, lib. 5. ordinam.	ca. 104. nu. 6.
Consuetudo eximens laicos ab decimarum praestatione, an fit tolerabilis	ca. 89. nu. 9	Declaratio l. 55. Tauri.	ca. 104. nu. 1.
Contractus sunt informes inter extraneos à iurisdictione populos, principes, priuatosq, homines, inter quos omnes nuda conuentiones & naturales obligationes efficaces sunt	ca. 51. nu. 34	Declaratio l. fin. tit. 3. lib. ord.	ca. 102. nu. 20
Contractus cum principe initus, an remaneat in terminis iuris communis, ard. q.	ca. 45. nu. 16	Decretum praesumitur ritè & rectè interpositum	ca. 39. num. 16
Contractus quando in scriptis fieri dicatur, ardua quaest.	ca. 28. num. 22	Decretum omnia solennia praesumuntur praecessisse, licet pro forma exigerentur	ca. 39. num. 14
Contumacia vna aggrauat sequentem	ca. 31. nu. 38	Decretum iudicis solennia praecessisse praesumuntur	cap. 39. num. 5
Contrabentium tam amittens, quam lucrans consentire dicuntur	ca. 52. num. 19	Decretum interfuisse aliquando praesumitur	ca. 39. nu. 7
Creditor pecuniam creditam si petere negligit, an videatur remittere	ca. 76. nu. 5	Decretum iudicis praesumitur habuisse praambulam causa cognitionem	ca. 39. num. 4
Credulitas sufficit ad adeundum	ca. 77. nu. 4	Defensio est iuris natura	ca. 24. num. 11
Culpa est miscere se rei ad se non pertinenti	ca. 19. nu. 7	Defendere tenetur homo priuatus alterum hominem priuatum de iure diuino, naturali, canonico & ciuili	ca. 41. nu. 22
Credulitas nimia vitio datur	ca. 80. nu. 3	Defensio an tollatur per statutum iubens vt occidens quomodocunq, & qualitercunq, occidatur, ardua quaest.	ca. 36. num. 5
D.			
D andi causa expressa in precedentibus dationibus, videtur repetita in sequentibus	ca. 83. nu. 7	Defensio prius competit magistratibus, deinde etiam reliquis	ca. 41. num. 23
Damnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem hodie iure regio non perdit testamenti facultatem	ca. 96. num. 4	Defensio homini ab altero homine debita est	cap. 41. num. 34
Damnatus in carcerem perpetuū an testetur	ca. 96. nu. 5	Defensionis naturalis loco successit defensio artificialis, seu iurisdictionalis	ca. 41. nu. 36
Dapifer ergo fur	ca. 105. num. 25	Defensio competit cuilibet de populo, quando ipse magistratus iniuriam inferebat	ca. 41. nu. 24
Datum simpliciter an donatum videatur	ca. 83. nu. 8	Defendere subditos incumbit magistratibus de iure diuino, naturali, & positiuo	ca. 41. num. 20
Datum simpliciter donatum videri potest, si adest aliqua coniectura donationis	ca. 83. nu. 6	Defensio fit aut vi iurisdictionis, aut vi naturalis defensionis	ca. 41. num. 19
Debitor ipsum debitum possidere videtur	ca. 76. num. 3	Defendere res nostras an etiam cum nece alterius liceat	ca. 2. num. 5
Debitor & fideiussor quando quis esse possit	ca. 33. nu. 6	Defensionem princeps an tollere possit, ardua quaest.	ca. 18. num. 1.
Decima consuetudine an tolli possint, vel minui, ardua q.	ca. 89. nu. 8	Defensio licita	ca. 57. num. 10
Decima praescribi possunt à laico contra laicum cum communi opinione	ca. 89. num. 3	Defendendi corporis causa alium occidere licet	ca. 18. num. 4.
Decimas quando eas laici habebant, an alienare possent, ardua quaest.	ca. 89. num. 2	Defensionis commendatio	ca. 49. num. 8
Decima quo iure debeantur, ard. q.	ca. 89. num. 1	Defendendi honoris causa licet occidere	ca. 18. num. 13
Decima an possint praescribi tempore immemoriali	cap. 89. num. 7	Defensionis necessaria causa occidere licet, non aliter	ca. 18. num. 6
Decimas an laicus possit praescribere, ard. q.	ca. 89. nu. 6	Defendendarum rerum causa occidere licet	ca. 18. nu. 5
Decimarum praestandarum liberi & exempti quare esse intelligantur nonnulli monachorum	ca. 89. num. 11	Defendere se tenetur princeps etiam cum nece aggressorū, reliqui possunt, sed non tenentur	ca. 18. nu. 7
Decimarum praestandarum libertas quo tempore praescribatur	ca. 89. nu. 10	Defendere me possum etiam cum nece aggressoris, licet is esset ad regimen publicum necessarius iure poli, contra Theologos, idem iure fori contra eosdem	cap. 18. num. 8
Decimarum possessione laicus spoliatus an fit restituendus	ca. 89. nu. 4	Defensio inculcata est, licet quis fugere possit	ca. 18. n. 14
Decimarum possessione si laicus à laico spoliatur restituendus est, cum multis contra multos	ca. 89. nu. 5	Defensionis causa occidere licet aggressorem etiam iure poli contra Gersonem	ca. 18. nu. 11
Declaratio l. 54. Tauri.	ca. 104. nu. 2	Defensio est iuris natura	ca. 18. num. 3
Declaratio l. 2. tit. de los alcaldes, lib. 2. ord.	ca. 102. nu. 3	Defensio inculcata non est in rustico, vel clerico, quando poterant	
Declaratio l. 3. tit. 15. lib. 2. ord.	ca. 103. nu. 2		
Declaratio l. fin. tit. 4. lib. 5. ord.	ca. 104. nu. 5		
Declaratio l. 2. tit. 15. lib. 2. ord.	ca. 103. nu. 48		

poterant tute fugere	ca. 19. nu. 20	Dignus ad officia publica quis intelligatur	ca. 43. nu. 13.
Defensio inculpat a quando videatur	ca. 18. nu. 21	Dignitas pender ab hominum opinione	in pref. nu. 85
Defensio ex causa nobis tollitur	ca. 31. num. 9	Dignior est, qui digniori loco praest	in pref. nu. 128
Definitio praescriptionum & vsucapionum	ca. 51. num. 7	Dignior est is cui princeps magis fauet	in pref. num. 135
Delictum delicto accedens aggrauat	ca. 31. num. 37	Dispensare ex iusticia est opus necessitatis, non voluntatis, contra nouiss. nec cum quibusdam tantum, sed cum omnibus fieri debet, qui in eadem causa fuerint, cum nouiss. nec in quibusdam tantum casibus, sed in omnibus, in quibus par ratio inueniatur	ca. 25. num. 8
Delictum extra fines regni commissum an puniatur	cap. 8. num. 13	Dispensare ex gratia principibus non licet, nisi quatenus expressim vel tacite, vel verosimiliter sibi fuerit a populo	ca. 25. num. 4
Delicto futuro qui non obuiauit, vt puniatur	ca. 16. nu. 16	Dispensationis quae vtilitas	ca. 25. num. 6
Delicta an paricomensatione tollantur	ca. 18. nu. 44	Dispensat episcopus cum statutis ecclesiae	ca. 25. nu. 30
Delicta puniuntur etiam post partu indulgentiam	cap. 18. num. 6	Dispensatio superioris praesumitur facta ex iusta causa, aliud in inferiore	ca. 25. num. 28
Delinquens sponte sua plekti videtur	ca. 19. nu. 8	Dispensare circa leges tenentur omnes principes, & magistratus secundum veram vocis significationem	cap. 25. num. 3
Delinquens sponte sua puniri videtur	ca. 26. nu. 23	Dispensatio alia ex gratia, alia ex iusticia	ca. 25. nu. 9
Demones, non homines sunt appellandi, qui vitia induunt virtutum nominibus	ca. 8. nu. 3	Dispensare commutando restantium dispositionem, an episcopus possit? ardua q.	ca. 25. num. 26
Denunciandi quando credendum sit	ca. 80. nu. 8	Dispensatio ex causa fit ab inferiore quoad legem superiorum	ca. 25. nu. 24
Denunciare in foro contentioso canonico, an quis teneatur, vt priuati damno obuietur, ar. d. q. & quid de iure ciuili, alia quaest. ardua	ca. 16. nu. 6	Dispensatur cum iure positiuo	ca. 25. nu. 22
Denunciare & obuiare periculo priuati non tenemur in foro contentioso canonico, contra communem opin. nec in foro ciuili contra communem, nec in foro conscientiae contra comm. opin.	ca. 16. nu. 13	Dispensari potest ex causa vt exceptio non admittatur	cap. 25. nu. 21
Deportatus & similes non possunt facere testamentum cum communi	ca. 96. num. 1	Dispensatur ex causa, vt non fiat citatio	ca. 25. nu. 20
Deportato hereditas data, defertur legitimis heredibus testatoris cum communi contra Accur. Guil. Rai. But. & alios	ca. 102. num. 3	Dispensare an possit Deus cum praeceptis Decalogi, egregia q.	ca. 27. nu. 2
Dei reuerentia commendatur	ca. 31. nu. 42	Dispensandi iusta causa quae sit	ca. 16. nu. 1
Deum nullus mortalium videt	in pref. num. 114	Dispensationis definitio	ca. 27. nu. 3
Deus primum & poenam probe dispensat	in praefatione num. 83	Dispensare potest episcopus interdum, vt qui duas dignitates ecclesiae vnius teneat	ca. 31. num. 17
Deus olim mundum per se ipsum regebat	in pref. nu. 109	Dispensatio ex iusticia requirit causam iustam, dispensatio ex gratia nullam	ca. 25. num. 13
Deus cunctis humanis praest, & cunctorum auctor est	in pref. num. 110	Dispensare & temperare idem sunt	ca. 25. nu. 7
Dei non minore, aut maiore cura regitur domus familiarum cuiusq. pauperis, quam vnius magni regis	cap. 41. num. 42	Dispensare quid significet	ca. 25. num. 2
Deus malum facere nequit	ca. 51. num. 65	Dispensatur ex iusticia in his qua sunt iuris diuini	ca. 25. num. 18
Dei prouidentia mundus non solum in vniuersis, sed & in singulis regitur	ca. 51. nu. 70	Dispensat episcopus circa votum	ca. 25. nu. 29
Deus dedit omne quod habemus	ca. 11. nu. 2	Dispensatio ex iusticia fieri potest in his, qua sunt iuris naturae	ca. 25. num. 19
Deus prouidet & consulit non solum vniuersis, sed etiam singulis rebus	ca. 21. num. 13	Dispensare an princeps possit, ardua q.	ca. 25. num. 1
Deus mundum gubernat	ca. 20. nu. 3	Dispensat episcopus ex causa cum iure canonico, non aliter	ca. 25. num. 23
Deus an facere possit vt malum non sit, creaturam non diligeret Creatorem suum	ca. 27. nu. 12	Dispensat ex causa episcopus cum poenitentia a Papa iniuncta	ca. 25. num. 25
Dei prouidentia & concurrentia qualis sit respectu cunctarum rerum	ca. 21. nu. 21	Dispensatio ex iusticia est mentalis legis declaratio	ca. 25. num. 11
Dei a prudentia & iusticia alienum, vni hominem mundi totius esse Imperatorem	ca. 21. nu. 23	Dispensare quando sit vel non sit peccatum	ca. 25. nu. 10
Dei prouidentia & voluntate omnia fieri rectissimo ordine, etiam si inordinata nobis videantur	ca. 27. nu. 6	Dispensans & dispensatus quando peccent, vel non peccent, egregia q.	ca. 25. nu. 16
Dei arcana scrutari an liceat	ca. 27. nu. 5	Dispensatione ex gratia vti, & rebus suis abuti aequè liberum est principi sine vlla causa	ca. 26. nu. 20
Dei prouidentia mundus regitur	ca. 51. num. 69	Diuisio huius tractatus	ca. 51. num. 4
Deo auctore omnia fieri, quo sensu accipiendum	in pref. num. 11	Diuisio partis prima	ca. 51. nu. 6
Dei omnipotentia	ca. 51. nu. 68	Diuisio ex diutina separatim possessione praesumitur, etiam si partes essent inaequales, vel ageretur de magno praedicio, cum multis contra multos	ca. 66. num. 1
Deus dat omnem potestatem	ca. 51. nu. 61	Diuitiae pariunt potentiam	in praefat. nu. 78
Dei qualis potestas circa animorum varietatem, contra nouiss.	ca. 9. num. 6	Diuitiae conferunt ad maioritatem	in praefat. nu. 77
Dignior qui potentior	in pref. num. 32		Diu-

I N D E X.

- Diurnitas temporis facit presumi etiam ea qua sunt facti* cap. 81. nu. 12
- Diurna praestatio etiam lucratiua potest in posterum esse obligatoria, contra Ias. & alios* cap. 84. nu. 35
- Diuitiae, praestationes vniiformes, annuae decies geminatae, & quasi ex debito, non quasi ex gratia factae, faciunt presumi non tantum debitum fuisse in praeteritum, sed etiam tantundem deberi in futurum, contra plures Doctos.* cap. 83. num. 10
- Doctor à principe creatus, reliquis sublimior habetur, in praes. nu. 136*
- Doctores actum legentes praefertur ijs, qui actum non legunt* in praes. nu. 127
- Dolus an culpa quando in iudice praesumatur capit. 18. numero 27*
- Domicilium quanto tempore videtur quari, capit. 61. numero 20*
- Domini ex bonis an famulus ditatus praesumatur capit. 105. numero 34*
- Dominium directum quaeritur praescriptione currente contra scientem* cap. 53. num. 11
- Dominium cadit in iuribus & incorporalibus capit. 51. numero 22*
- Dominium probatur ex possessione contra violentum cap. 7. nume. 19*
- Domini mala fides nocet, licet contractus fiat per procuratorem de iure canonico* cap. 71. nu. 2
- Dominium mobilium, vel se mouentium erat etiam iure primo* ca. 87. nu. 23
- Dominium sine praescriptione probatur in actionibus, & in rebus mobilibus* ca. 51. nu. 21
- Dominium iuris gentium secundarium est* ca. 54. nu. 2
- Dominium habere nobiliorem confert ad dignitatem vassallorum, & nobiliores habere subditos confert ad nobilitatem & dignitatem principis* in praes. nu. 26
- Dominium vtile praescribit Dominus directus* ca. 68. nu. 3
- Dominium vt probetur* ca. 88. nu. 2
- Dominium non praesumitur ex possessione praeterita, fallit in 3. casibus* ca. 7. nu. 20
- Dominium an praesumatur ex possessione praesenti, ardua q.* ca. 7. nu. 17
- Dominium incidenter agendum probatur ex possessione* ca. 7. nu. 18.
- Dominij signa* ca. 57. nu. 14
- Dominium directum facilius quari praescriptione longi temporis, quam vsucapione triennali, contra Doct. ca. 54. nu. 7*
- Dominium transferatur ne, an extinguatur vsucapione, ardua quaestio* ca. 54. nu. 10
- Dominij probandi modus* ca. 88. nu. 9. & nu. 10
- Dominium directum an praescriptione acquiratur, ardua quaestio* ca. 54. nu. 1
- Dominium praescriptione quaesitum nobis per principem adimi non possit, contra doct.* ca. 5. nu. 13
- Dominij definitio communiter tradita, notatur* ca. 17. numero 6
- Dominium difficulter probatur* ca. 77. nu. 9
- Dominus rem suam negligens, quando videatur eam pro derelicto habere* ca. 72. nu. 6
- Dominij definitio* ca. 17. nu. 4
- Dominium nobis etiam inuitis interdum aufertur* ca. 72. num. 2.
- Dominij definitio tradita per nouissimos notatur* ca. 13. num. 8
- Dominia essent in incerto cessante praescriptione* ca. 51. num. 10
- Dominium vt probetur* ca. 51. nu. 17
- Dominium est ius* ca. 41. nu. 31
- Dominium plene probatur per praescriptionem* ca. 51. nu. 19
- Dominium praescriptione quaesitum an princeps adimat* ca. 51. nu. 26
- Dominium probatur ex possessione contra commodatarium, & depositarium* ca. 7. nu. 20
- Dominium reuocabile sine facto nostro nobis auelli potest* ca. 9. nu. 22.
- Dominium est etiam in rebus incorporeis* ca. 17. nu. 7
- Donare an principes & reges possint res suorum regnorum, ardua q.* ca. 4. nu. 1
- Donatio post longum tempus praesumitur* ca. 53. nu. 7
- Donatio simplex facta praesenti & tacenti an valeat* ca. 62. num. 13
- Donatio mortis causa fit hodie pacto nudo* ca. 62. nu. 11
- Donatio causa mortis facta praesenti & tacenti, an valeat, ardua q.* ca. 62. nu. 12
- Donandi causa praesumitur, quando alia non apparet* ca. 83. num. 2
- Donatio inter virum & uxorem non equiparatur donationi, quam facit pater filio, contra docto.* ca. 38. nu. 4
- Dotanda filiae causa an princeps possit ciues collectare? ardua quaestio.* ca. 7. num. 3
- Dotis spiritualis causa filiae danda an princeps ciues possit collectare* ca. 7. num. 4
- Dotanda filiae causa an princeps foemina ciues collectare possit, & quid in fratre pro sorore dotanda, vel in sorore pro altera sorore* ca. 7. nu. 7
- Dubietas non inducit malam fidem, nec impedit praescriptionem, cum multis contra communem* ca. 11. nu. 3
- Dubietas quod ad praescribendum inducit bonam fidem* ca. 11. num. 2
- Duellum honoris priuati causa an licitum* ca. 49. nu. 21
- Duellum an in dubio licitum* ca. 49. nu. 11
- Duellum an licitum esse possit? ardua q.* ca. 49. nu. 1
- Duellum quando illicitum* ca. 49. nu. 14
- Duellum iniire an liceat ad propriam iniuriam vindicandam, ardua q.* ca. 12. nu. 2
- Duellum princeps si permittat, an peccet* ca. 49. nu. 23.
- Duellum inter milites quando licitum contra doct.* ca. 49. num. 16
- Duellum licitum est pro republica, non pro iactantia* ca. 12. nu. 1
- Duellum illicitum ad rei occulta probationem* ca. 49. num. 20
- Duellum suscipiens an peccet* ca. 49. nu. 22
- Duellum patria causa iniire an liceat* ca. 49. nu. 24
- Duelli definitio improbata* ca. 11. nu. 35
- Duellum ob bonum publicum licitum, contra glo. & nouiss.* ca. 49. nu. 15
- Duellum ob priuatum honorem iniire an liceat?* ca. 49. nu. 12
- Duelli vera definitio* ca. 41. nu. 36
- Duellum iniire pronocatus, non tenetur morigerari* ca. 18. num. 15
- Duellum iniire non licet pro honoris aut rerum defensione, ardua q.* ca. 18. nu. 12

I N D E X.

E.

- E** Brietas inculpatas, inculpatum facit, quicquid inde sequitur ca. 19. nu. 14
- E**cclesiasticus ut quis sit, ut clericali ordine insignitus sit, necesse non est ca. 105. nu. 52
- E**cclēsia an presumatur bona à pralato relicta c. 105. n. 15
- E**cclēstica iurisdicctio iustius exercenda quàm profana ca. 51. nu. 55
- E**cclēsia ex necessitate vendens, non tenetur solennia seruare ca. 32. nu. 14
- E**cclēsia etiam fauore non potest princeps cum magna regni lesione res regia corona alienare, contra Doctō. ca. 5. num. 24
- E**cclēsia an habeat fundatam intentionem in bonis à clerico defuncto relicta ca. 15. nu. 12
- E**cclēsia diu singulis annis solutum non perpetuatur, contra Doctō. ca. 63. nu. 12
- E**cclēsia minoribus aequatur ca. nu. 6
- E**cclēsia res pralatus interdum potest alienare ca. 31. num. 18
- E**cclēsia res interdum infeudare non potest inferior ca. 31. num. 13
- E**cclēsia quod conceditur, Deo quando gratum esse intelligitur ca. 5. nu. 26
- E**cclēsia priuilegijs pralatus interdum potest renunciare ca. 31. nu. 19
- E**cclēsia non subesse hodie Imperatori, an iure fiat ca. 22. num. 9
- E**cclēsticorum iniustitia turpi. r. quàm profanorum ca. 51. nu. 57
- E**cclēsia consecratio ex longo tempore presumitur ca. 62. num. 3
- E**cclēsia oppida donare non potest princeps, contra nouiss. ca. 5. nu. 4
- E**ffectus non semper regulatur à sua causa ca. 54. nu. 8
- E**lementa inuicem conuertuntur ca. 51. nu. 5
- E**lementa an sint quatuor ca. 59. nu. 8
- E**lementa corrumpuntur, & inuicem conuertuntur ca. 56. num. 8
- E**lectionis forma ca. 43. nu. 15
- E**lectus tutus est in conscientia, si erat dignus, licet dignior non deesset ca. 28. nu. 2
- E**ligens dignum omisso digniore bis peccat ca. 43. nu. 16
- E**ligens dignū omisso digniore, an peccet mortaliter, ard. ca. 28. nu. 1
- E**mancipatio illegitima validatur ex longo tempore ca. 61. nu. 16
- E**mancipatio post longum tempus presumitur ca. 61. num. 7
- E**mancipati prateritis non reddit testamentum nullum ca. 106. num. 38
- E**mphyteuticus presumitur fundus ex longo tempore ca. 62. nu. 1
- E**piscopus an populum vendere possit ca. 43. nu. 23
- E**piscopus interdum tertio praeiudicat, ut bono communi consulat ca. 31. nu. 16
- E**piscopus interdum etiam olim non tenebatur requirere consensum capituli ca. 31. nu. 14
- E**piscopus interdum punit clericum exemptum ca. 31. num. 18
- E**piscopus interdum potest creari, ubi nunquam fuit ca. 31. num. 20.
- E**qualitas seruanda ca. 24. nu. 6
- E**rrorem iuris inter & errorem facti nil interesse quò ad prescriptionem vel vsucap. data paritate terminorum, contra doct. ca. 77. nu. 21
- E**rrans in iure non idèd est in mala fide, contra doctō. & idèd prescribit annis 30. contra eosdem ca. 77. num. 16
- E**rror iuris etiam resistentis non impedit prescriptionem 30. annorum ca. 77. nu. 15
- E**rror iuris non impedit prescriptionem de iure ciuili, si sit prescriptio 30. annor. & quid de iure canonico ca. 77. num. 14.
- E**rror iuris omninò inculpatas an prescriptionem vel vsucap. ordinariam impediatur ca. 77. nu. 22
- E**rror iuris regulariter impedit prescriptionem, etiam si concurrat cum errore facti, contra com. ca. 79. nu. 3
- E**rror iuris non inducit malam fidem, contra doctō. ca. 73. num. 19
- E**rror iuris difficillimi prodest ad prescriptionem, vel vsucap. ordinariam, contra Couarub. cum Medina ca. 77. num. 21
- E**rror iuris an impediatur longi temporis prescriptionem ca. 77. num. 13
- E**rror iacobi & Aluaro. ca. 79. nu. 6
- E**rrans in iure etiam resistente prescribit annis 30. contra doctōres ca. 77. nu. 18
- E**tymologia vocabuli non consideratur ca. 103. nu. 20
- E**uangelica denunciatio non facit rem corpoream prescriptam restitui ca. 53. nu. 17
- E**uangelica denunciatio an faciat infectam prescriptionem actionis personalis, ard. ca. 53. nu. 19
- E**xemptionis in quasi possessione, quando quis esse videatur ca. 87. nu. 12
- E**xceptio non semper est actionis exclusio ca. 54. nu. 9
- E**xemptionis in quasi possessione, quando quis esse videatur ca. 87. nu. 12
- E**xceptio non numerata pecunia cessat in mercatoribus ca. 33. nu. 24
- E**xceptio in continenti probanda non comprehenditur in statuto exceptionem excludente ca. 32. nu. 2
- E**xceptio saepe auget regulam ca. 51. nu. 75
- E**xcellentia facit, ut cum prohibitis dispensetur ca. 103. num. 18
- E**xcommunicatus habet vtramq; testamenti factionem cum communi ca. 102. nu. 5
- E**xcusio cessat in fideiussore de iudicio sistendo ca. 33. n. 18
- E**xcusio beneficii perdit mendax ca. 33. num. 16
- E**xcusio cessat si est notorium, quòd debitor non est soluendo ca. 33. nu. 13
- E**xcusio cessat cū pater fideiubet pro filio ca. 33. nu. 17
- E**xcusio omissa non vitiat processum ca. 33. nu. 19
- E**xcusio beneficii potest renunciari ca. 33. nu. 12
- E**xcusio beneficii opponitur contra collegam, qui solus administrauit ca. 33. nu. 10
- E**xcusio cessat, quando fideiubet pro naturaliter tantum obligato ca. 33. nu. 14
- E**xcusio cessat, quando principalis est, ubi conueniri nequit ca. 33. nu. 15
- E**xcusio cessat, quando debitor est valde cauillosus vel riosus ca. 33. nu. 21
- E**xcusio cessat in mercat. & capfore fideiubere c. 33. n. 23
- Executio**

Excusio cessat, quando fideiussor impugnat per modum exceptionis ca. 33. nu. 22
Executio pœne corporalis interdum fit extra locum delicti ca. 31. nu. 33
Exemplaris prodigo fieri non potest ca. 37. nu. 8
Exemplaris fieri potest etiam filio naturali cōtra communem ca. 106. nu. 25
Exemplaris fieri potest filio spurio contra doct. ca. 106. nu. 27
Exemplaris utilis est ei cui fit ca. 106. nu. 35
Exemplaris fieri potest filijs natis ex damnato coitu, cōtra Doctō. ca. 106. nu. 28
Exemplaris cūm sit instituto in minore portione, quā legitima, non potest rescindi querela, cum communi contra alteram ferē comm. ca. 106. nu. 40
Exemplaris substitutio fieri nō potest muto & surdo, cum multis contra commu. ca. 106. nu. 9
Exemplaris in sui tām creatione, quā resolutione similis est pupillari ca. 106. nu. 39
Exemplaris valet, si sit exheredato integram legitimam habenti, idem si integram non habeat, sed diminutam, vel nil omnino, contra comm. ca. 106. nu. 31
Exemplaris fuit inducta ad similitudinem pupillaris ca. 106. nu. 7
Exemplaris fieri potest instituto in re aliena, contra com. ca. 106. nu. 42
Exemplaris substitutio prodigo fieri non potest, cum multis contra comm. ca. 106. nu. 8
Exemplaris fieri potest ei, cui diminuta legitima relicta fuit, contra comm. ca. 106. nu. 29
Exemplaris fieri potest exheredato, contra communem cum altera ferē communi ca. 106. nu. 1
Exemplaris fieri non potest muto & surdo ca. 37. nu. 9
Exemplaris nec impedit nec resoluit per exhered. contra communem conclusiones duæ ca. 106. nu. 34
Exemplaris cæco fieri non potest ca. 103. nu. 16
Exheredari an possit impubes, egregia q. ca. 106. nu. 13
Exheredatio facta ob hanc causam, quod filius per nepotem ex se institutum potest acquirere patris hereditatem, non firmat testamentum de iure communi, noua declaratio, idem iure regio ibidem ca. 101. nu. 3

F.

Fabella Cucul. ca. 8. nu. 56
 Fabula Ranarum ca. 41. nu. 38
 Fabula Orolandi Furiosi in pref. nu. 62
 Fabula Panthoides in pref. nu. 76
 Fabula Amadigij cap. 11. nu. 38
 Facetia Anacarxis num. 21
 Fabula Saturni in pref. nu. 39
 Fabella luporum & ouium ca. 13. nu. 5
 Fabula bouis & cameli ca. 21. nu. 31
 Fabula fidei ca. 8. nu. 55
 Fabula Dedali ca. 27. nu. 4
 Facti obligatio descendens ab vltima voluntate est precisa ca. 25. nu. 35
 Fatorum vis ca. 20. nu. 7
 Facti obligatio descendens à lege est precisa ca. 25. nu. 34
 Facere non tām videtur, qui iussu parit, quā qui iubet in pref. nu. 112
 Facti obligatio in iudicij est precisa ca. 25. nu. 31

Facti appellatione non factum etiam continetur ca. 72. nu. 4
Facti obligatio iurata est precisa ca. 25. nu. 36
Facti appellatione etiam non facere continetur ca. 57. num. 12
Falsas margaritas gestans non comprehenditur statuto, quod punit margaritas gestantem ca. 31. nu. 39
Falsum quod est, nihil est ca. 77. nu. 11
Fama probantur antiqua, & vix alio modo ca. 84. nu. 16
Fama plenè probat in antiquis ca. 84. nu. 15
Famuli ex delicto an dominus teneatur ca. 35. nu. 8
Feudum ex longo tempore presumitur ca. 64. nu. 1
Feudi alienationi dominus ex longa patientia consentire videtur ca. 64. nu. 2
Fides ideo in terris non est, quod in cælum euolauit ca. 8. nume. 54
Fides incerta earum rerum, quæ ex remotis regionibus circumferuntur & narrantur ca. 87. nu. 21
Fideiussorum obligatio principali euanescit ca. 96. nu. 17
Fideiussor potest conueniri, excusioq; cessat, vbi notorium erat, debitorem non esse soluendo, estq; dubia pugna ca. 40. nu. 1
Fideiussor non accedit obligationi prescripta ca. 53. num. 13
Fideiussio facta pacto nudo non valet, etiam de iure canonico ca. 33. nu. 3
Fideiussio in 8. casibus cessat ca. 40. nu. 9
Fideiussor durius quā principalis obligari nequit, regula cum 8. declar. ca. 40. nu. 6
Fideiussor in plus, quā principalis acceptus, an saltem pro concurrētē summa teneatur, anceps pugna ca. 40. nu. 5
Fideiussio multis nominibus significatur ca. 33. nu. 1
Fideiussor fisci non habet beneficium excusiois ca. 33. num. 20
Fideiussor quando liberetur, quando creditor negligens fuit in debitore conueniendo ca. 33. num. 8
Fideiussor & si iuret, non tenetur in plus, quā principalis, cum quibusdam contra communem ca. 40. nu. 7
Fideiussor indemnitatis quis sit ca. 33. nu. 4
Fideiussor non est, qui promittit soluere nomine debitoris ca. 33. nu. 5
Fideiussor etiam vt principalis obligatus gaudet beneficio excusiois ca. 33. nu. 9
Fideiussor licet promittat soluere sine vlla, exceptione adhuc potest opponere excep. excusiois ca. 33. nu. 11
Fideiussor dicitur quis diuersimodè ca. 33. nu. 2
Fideiussor cuiusq; obligationi accedere potest, regula cum 18. declar. ca. 40. num. 8
Fideiussorum differentia ca. 33. nu. 7
Filia similis matri ca. 51. nu. 60
Filiationis quasi possessio & presumptio inducitur, eo ipso quod quis tractabatur & alebatur, vt filius etiam quod ad effectum succedendi, cum communi contra Alciatum ca. 85. nu. 20
Filius similis patri ca. 51. nu. 58
Filius an sit patri ratione officij preferendus in prefat. num. 129
Filiationis intuitu legatum relictum non debetur, si ille filius non erat ca. 48. nu. 30. contra nouiss.
Filius presumitur in potestate patris cum communi ca. 85. num. 10
Filius exheredatus non fit suus heres patri per nepo-

Rem ex se institutum ex testamento, contra commu.
ca. 101. nu. 1
Filius an patri etiam furioso acquirat hereditatem ca.
108. nu. 1
Filius an presumatur in patris potestate ca. 86. nu. 4
Filij presumuntur spurij ca. 85. num. 15
Filius an in patris potestate presumatur, ard. q. ca. 85. n. 13
Filijfam. bona vnde quasita presumuntur ca. 105. nu. 8
Filius in re dubia non presumitur in patris potestate ca.
85. nu. 19
Filiatio interdum potest certò probari ca. 48. nu. 29
Finitorum sola remanet umbra in pref. num. 35
Finis non media considerantur ca. 30. nu. 13
Finis non media curantur ca. 28. nu. 7
Finis melior quàm media ca. 40. nu. 3
Fiscus regulariter vititur iure communi ca. 87. nu. 14
Formaliter nunquam leges intelliguntur, que gratia cer-
titudinis vel probationis aliquid disponunt vel exi-
gunt ca. 87. nu. 22
Fortuitus casus excusat à pœna statuti ca. 32. nu. 5
Formaliter quando quid videatur exigi ca. 39. nu. 15
Fortuna debilitas ca. 20. nu. 9
Fortuna vis ca. 20. nu. 8
Fortuna vt ceca sit & iniqua ca. 93. nu. 4
Frequetia delicti auget pœnã eius delicti ca. 96. nu. 24
Frustra nihil ca. 40. nu. 2
Fructus triennio prescribuntur ca. 38. nu. 7
Fructus restituntur, cum rem legatam, quam in vita tra-
diderat, reuocauit, contra nouiss. ca. 38. nu. 5
Fructus restituntur, quando donatio vt inofficiosa re-
scinditur, contra doct. ca. 38. nu. 1
Fructus an post triennium sint restituendi ca. 38. nu. 8
Fructus restituntur, cum pater, qui filio legitimã in vi-
ta tradiderat, eum reuocauit, contra nouiss. ca. 38.
num. 3
Fructus restituntur, quando donatio euanescit ob modũ
non impletum, contra nouiss. ca. 38. nu. 2
Fructus veniunt in reuocanda donatione inofficiosa, con-
tra Doct. ca. 38. nu. 6
Fuga famulis facit eum presumi, res subtraxisse ca. 26.
num. 105
Furiosus & infans possunt vsucapere ca. 77. nu. 8
Furor superueniens an excuset à pœna ca. 96. nu. 31
Furor etiam superueniens liberat à pœna corporis afflictio-
na ca. 96. nu. 9
Furiosus ex antegesto potest exheredari ca. 96. nu. 12
Furem diurnum an occidere liceat? ard. q. & leges con-
trarium iubentes an sint noxia ca. 8. nu. 48
Fur non tenetur in conscientia ad pœnam ca. 28. nu. 9

G.

Geminata confessioni etiam in tormentis exacta sta-
tur ca. 83. nu. 13.
Geminata iusio idem operatur quod proprius principis.
iussus ca. 83. nu. 15
Geminata confessio excludit exceptionem non numerata-
re pecunia ca. 83. nu. 14
Geminata confessio extraiudiciali nocet ca. 83. nu. 12
Generatũ simile generanti c. 7. n. 7. c. 50. n. 10. & c. 51. n. 59
Gloria vera labore emenda in pref. nu. 96

H.

Hercules quò potissimum nomine commendetur, qua
reg. ad cælum euolaueris ca. 16. num. 9
Heres nunquam prescribit legatum, contra Doct. ca.
55. num. 26
Hereditatis lucrum transferri tolerantius, quàm de adul-
terio quari ca. 48. nu. 18
Heres in delictis priuatus criminaliter insentatus non te-
netur ca. 96. nu. 28
Hereditas institutio facta ad interrogationem alterius va-
let ca. 101. nu. 4
Heredes delinquentis tenentur, quatenus ad eos peruenit
ca. 96. nu. 26
Hereditas institutio ad interrogationem alterius à semimo-
riente facta, licet regulariter nõ valeat, valeat tamen
in testamento factò inter liberos ca. 101. nu. 6
Heredes delinquentis etiam ante litis contestationem ali-
quando tenentur ca. 96. nu. 25
Heredes delinquentis tenentur, licet ad eos nil peruenis-
set ca. 96. nu. 27
Hereditas institutio ad interrogationem alterius à ferme
moriente facta, non valet ca. 101. nu. 5
Heredes delinquentis tenentur post litem contesta. in pri-
uatis delictis ca. 96. nu. 25
Heredes possunt petere, vt procedatur ad purgandam infamiam
accusati etiam in criminibus publicis ca. 96.
num. 16
Heredes delinquentis an teneatur rei persecutione ca. 66.
numero 24
Heres quò defunctus mala fide possidebat, an longo tem-
pore prescribat, egregia q. ca. 73. nu. 2
Heremita dicitur ecclesiasticus, licet clericus non sit ca.
105. nu. 52
Hidalgiae vel nobilitatis in possessione, vel quasi possessio-
ne qui est, an si sibi moueatur lù super tali nobilitate
fit in ea quasi possessione tuendus lite pendente ca.
87. num. 18
Hidalgiae privilegia à nobis possunt separari ca. 11. nu. 25
Hidalgus vel nobilis lite pendente an ad munera nobilitatis
eligì possit ca. 87. nu. 24
Hispania dignissima in pref. nu. 132
Hispania etiam de iure non subest imperio ca. 51. nu. 33
Hispaniarum reges vt iure Imperatoris vtantur, declara-
tio noua ca. 82. nu. 21
Hispani deficiente progenie regia possunt regem sibi elige-
re ca. 22. nu. 12
Hispanie populos à Mauris iure exemptos ca. 82. num. 19
Hispaniarum rex quòd ius patronatus habeat in ecclesijs
regni sui ca. 22. nu. 14
Hispaniarum rex non subest imperio ca. 22. num. 11
Hispaniarum rex ius habet eligendi episcopos ca. 22. nu-
mero 15
Hispaniarum rex iura Imperatoris habet in regno suo ca.
22. num. 13
Hispaniarum rex vt pressus oneribus ita excellens honori-
buz in pref. nu. 90
Historia Hispanorum cap. 49. num. 2. 3.
Historia Romanorũ fratrum ter geminorum ca. 49. n. 25
Historia Alexandri in pref. nu. 134
Historia Torquati ca. 49. nu. 17
Historia

I N D E X.

<i>Historia Hispalensis</i>	ca. 7. nu. 2	<i>Historia Marij</i>	ca. 11. nu. 22
<i>Historia Adriani Pape</i>	ca. 8. nu. 32	<i>Historia Caroli V. Imperatoris</i>	ca. 11. nu. 20
<i>Historia per Aulum Gellium relata</i>	in pref. nu. 130	<i>Historia Demosthenis</i>	ca. 13. nu. 4
<i>Historia Crasi</i>	in pref. nu. 51	<i>Historia Deciorum</i>	ca. 13. nu. 7
<i>Historia Pausania</i>	ca. 1. nu. 16	<i>Historia Leonis</i>	ca. 24. nu. 7
<i>Homines ingenij hebetioris seruos non esse</i>	in pref. nu. 5	<i>Historia Marij & Pompeij</i>	ca. 18. nu. 17
<i>Historia Antigonis, Macedonũ regis</i>	in pref. n. 10. 42. & 103	<i>Historia Fotionis</i>	ca. 14. nu. 10
<i>Historia & error Pompeij Magni</i>	in pref. nu. 93	<i>Historia Piladi & Orestis</i>	ca. 11. nu. 29
<i>Historia regis cuiusdam</i>	in pref. nu. 100	<i>Historia Ambrosii</i>	ca. 11. num. 16
<i>Historia & labores Herculis</i>	in pref. nu. 79	<i>Historia Gregorij septimi Pape</i>	ca. 8. num. 25
<i>Historia Dionysij</i>	in pref. nu. 52. & cap. 8. nu. 37	<i>Historia Casaris</i>	ca. 11. nu. 23
<i>Historia Romuli & Remi</i>	in pref. nu. 46	<i>Historia Constantini Pape</i>	ca. 8. nu. 27
<i>Historia Antigonis regis</i>	ca. 1. nu. 13	<i>Historia nobilium duorum Hispanorum</i>	ca. 16. nu. 2
<i>Historia tergeminarum</i>	in pref. nu. 49	<i>Historia Camilli & Caronis</i>	ca. 13. nu. 9
<i>Historia Pompeij Magni</i>	in pref. nu. 56	<i>Historia Coriolani</i>	ca. 11. nu. 12
<i>Historia Fabij Maximi</i>	in pref. nu. 54	<i>Historia Casaris & Pompeij</i>	ca. 13. nu. 16
<i>Historia Epaminunde</i>	in pref. nu. 61	<i>Historia Agesilai</i>	ca. 24. num. 8
<i>Historia Lentuli & Cethegi & Catilina</i>	in pref. nu. 58	<i>Historia Herculis</i>	ca. 16. nu. 8
<i>Historia Priami, Hectoris, Polixene & Casandra</i>	in pref. num. 59	<i>Historia Bonifacij Pape</i>	ca. 8. nu. 30
<i>Historia Solonis & Crasi</i>	in pref. nu. 60	<i>Historia Orhi & Alberti</i>	ca. 30. nu. 12
<i>Historia Fabij Maximi</i>	ca. 14. nu. 6	<i>Historia trium Romanorũ, & toridẽ Albanorũ</i>	ca. 11. n. 39
<i>Historia Innocentij Pape</i>	ca. 8. nu. 22	<i>Historia Eliogabali Imperatoris</i>	ca. 2. nu. 13
<i>Historia Hannibalis & Romanorum</i>	ca. 30. nu. 10	<i>Historia Labieni</i>	ca. 11. nu. 13
<i>Historia Caracalle</i>	ca. 8. nu. 38. & nu. 39	<i>Historia Cocles & Fabij Maximi</i>	ca. 13. nu. 8
<i>Historia Casaris</i>	num. 20	<i>Historia Fabricij & aliorum</i>	ca. 13. nu. 10
<i>Historia Martini. 4. Pape</i>	ca. 8. nu. 29	<i>Historia Lucretie Romana</i>	ca. 11. nu. 19
<i>Historia Pape Alex.</i>	ca. 8. nu. 31	<i>Historia varia</i>	ca. 11. nu. 21
<i>Historia Pape Leonis</i>	ca. 8. nu. 26	<i>Historia Augusti & Marci Antonij</i>	ca. 18. nu. 16
<i>Historia Heracliti</i>	ca. 1. num. 17	<i>Historia Pompeij</i>	ca. 11. nu. 32
<i>Historia Zacharia</i>	ca. 8. nu. 24	<i>Historia Adriani Imperatoris</i>	in pref. nu. 97
<i>Historia Tullia</i>	ca. 27. nu. 13	<i>Historia Lisandri</i>	in pref. nu. 82
<i>Historia Hannibalis</i>	in pref. nu. 53	<i>Homo homini tenetur subuenire</i>	ca. 49. nu. 6
<i>Historia Caligule</i>	ca. 8. nu. 40	<i>Hominis ingenij procliue ad dissentiendũ</i>	in pref. n. 122
<i>Hist. regis Sanctij, & ciuium Mamiovensium</i>	ca. 11. nu. 37	<i>Hominis cognitio est per aliquem ex quinque sensibus corporeis</i>	in pref. nu. 115
<i>Historia Innocentij 3. Pape</i>	ca. 8. nu. 28	<i>Homines a suis negocijs & prouincijs auocari necessitate non cogente noxium, & contra naturalem iusticiam est</i>	ca. 51. nu. 40
<i>Historia Leonis primi Pape</i>	ca. 8. nu. 23	<i>Homini naturaliter sunt innata virtutũ semina</i>	c. 7. n. 4
<i>Historia Antistenu</i>	ca. 14. nu. 9	<i>Homines non esse in equali fortuna ad decus vniuersi expectebat</i>	in pref. n. 22
<i>Historia Diogenis</i>	ca. 14. nu. 8	<i>Homo homini pernicies</i>	in pref. nu. 3
<i>Historia Samuelis</i>	ca. 8. nu. 21	<i>Homo est animal sociabile naturali instinctu</i>	in pref. n. 121
<i>Historia Castij</i>	ca. 17. nu. 11	<i>Homo homini vt prodesse velit, de iure natura est</i>	in praef. n. 121
<i>Historia varie Priami & Crasi & Xerxis</i>	in pref. nu. 44	<i>Hominem beneficio affici, interest hominis</i>	ca. 41. nu. 12
<i>Historia Alexandri</i>	ca. 21. nu. 28	<i>Hominem beneficio affici, & damno non affici, interest hominis</i>	ca. 41. nu. 17
<i>Historia Aeneae</i>	in pref. nu. 45	<i>Homo homini quantum debeat</i>	ca. 57. nu. 9
<i>Historia Scauole</i>	in pref. nu. 47. & cap. 11. nu. 28	<i>Hominem homini opitulari natura tenetur, id est, vt intelligendum sit, declaratur</i>	ca. 16. nu. 10
<i>Historia Crasi</i>	in pref. nu. 50	<i>Homo liber nascitur de iure natura, etiam quod ad iurisdictionẽ, cui subesse nequit, nisi sponte sua</i>	ca. 20. nu. 24
<i>Historia Curij</i>	in pref. nu. 25. & ca. 24. nu. 9	<i>Homo mortuus non est homo</i>	ca. 96. nu. 14
<i>Historia Alexandri Magni</i>	in pref. nu. 41	<i>Homo autem breuiori tempore praescriberet</i>	ca. 83. nu. 25
<i>Historia Diagora</i>	in pref. nu. 71	<i>Homo iurisdictioni alterius non subest, nisi sponte sua</i>	ca. 20. numero 25
<i>Historia Socratis</i>	in pref. nu. 67	<i>Homo homini auxiliari iure natura tenetur</i>	ca. 21. nu. 29
<i>Historia Horatij</i>	in pref. nu. 48	<i>Homo animal rationale</i>	ca. 18. nu. 33
<i>Historia Aristodemi & Hipomedontis</i>	ca. 90. nu. 4	<i>Homo liber est</i>	ca. 9. nu. 1
<i>Historia Archidami</i>	in pref. nu. 40. & ca. 1. nu. 15	<i>Homines hebetiores venari vt feræ non licet, cum So-</i>	
<i>Historia variarum ciuitatum</i>	in pref. nu. 36		
<i>Historia Licurgi</i>	in pref. nu. 24		
<i>Hispanorum regum ius, quod ad ecclesiastica</i>	ca. 51. nu. 37		
<i>Historia Bruti</i>	ca. 13. nu. 6		
<i>Historia Murij Scauole</i>	ca. 13. nu. 12		
<i>Historia Antigonis</i>	ca. 10. nu. 8		
<i>Historia vxorum Indarum</i>	ca. 11. nu. 30		
<i>Historia Socratis</i>	ca. 16. nu. 5		
<i>Historia Ipsius</i>	ca. 14. nu. 11		

ro contra Aristotelem	ca. 10. num. 4	Imperium quod maius, ed maius periculum in praef. nu. 99
Homo praesumitur bonus	ca. 49. nu. 10	Imperium à Deo esse, variè intelligitur
Homicidium & omne delictum interdum punitur pœna ordinaria, interdum pœna extraordinaria, interdum nulla	ca. 19. nu. 18	Imperia an sint à fati
Homicida an punitur capitaliter, si vnum occidit, cum alium veller occidere	ca. 96. nu. 32	Imperatoris potestatem anormalam non esse
Homicidium sui facere, quare homini non liceat ratione improbat a nouiss.	ca. 11. nu. 1	Imperium à Deo esse vt intelligendum
Homicidij reus quando quis fiat, ard. q.	ca. 19. nu. 4	Imperio omnes iniriti vt untur, sed illico abutuntur
Homicidium culpa perpetratum extraordinariam inducit punitorem	ca. 19. nu. 9	nu. 53
Homicidium nec dolo nec culpa considerabili factum pœna etiam extraordinaria caret	ca. 19. nu. 10	Imperium à Papa in Imperatorē nunquā migravit, quia apud eum nunquam fuerat, ardua quaest.
Homicidium aut vulnus in sperato factum non habet plus culpæ, quàm fuerat in causa, vt si ab ebrio fieret	ca. 19. nu. 12	ca. 21. nu. 27
+ Homicidij reus non fit, qui dat operam rei illicitæ, ex qua sequitur homicidium præter voluntatem occisoris, cum Soto contra commu. opin. conclusiones sex capit.	ca. 19. nu. 15.	Imperiorum variationes
Homicidium fecit, qui vulnus tantum infligere volebat, an homicidij reus fiat	ca. 19. nu. 17	Imperium esse videtur de iure naturali, vel gentium primæuo, ita tamen vt cesset coactio
Honoris defendendi causa licet alterū occidere	ca. 11. nu. 10	ca. 21. nu. 23
Honoris causa licet inire duellum	ca. 11. nu. 15	Imperatori non subsunt ciuitates libera, contra Docto.
Honorem nobilioribus qui non exhibent, an teneantur iniuriarum	ca. 18. nu. 19	ca. 21. nu. 6
Honor reliquis rebus preciosior	ca. 11. nu. 9	Imperatori Romano non licere magistratus in omnibus mundi ciuitatibus ponere, contra Doct.
Honor cunctis rebus preferendus	ca. 42. nu. 8	ca. 21. nu. 7
Honor amissus an recuperari possit	ca. 11. nu. 11	Imperatori Romano non subsunt etiam de iure reliqui principes, contra Bal. & alios
Honores separari possunt per actum meritorium, vel demeritorium, vel medium	ca. 11. n. 17	ca. 21. num. 5
Honoru sui homo an sit dominus	ca. 11. num. 7	Imperator non est dominus rerum singularium, contra quosdam
Honor vite æquatur	ca. 11. nu. 8	ca. 21. num. 4
Honor virtute paratus ladi potest per actum demeritorium, non per meritorium, vel medium	ca. 11. num. 18	Imperatorem alieno in territorio delinquentem posse puniri, contra nouissimos
Honorem exhibere nobilibus reliqui an cogantur	ca. 18 num. 18	ca. 22. num. 19
Hospitalis rector praesumitur quesisse de bonis hospitalis	ca. 105. nu. 33	Imperator non est vnicus Christi vicarius
Hospitia gratis an regis familia à ciuibus debeantur, nor. q.	ca. 8. nu. 15	ca. 22. nu. 20
Hypocrisis detestanda	ca. 8. nu. 57	Imperatori reliquos principes non teneri tributum præstare, contra nouiss.
Hypothecaria quanto tempore praescribatur, ardua q.	ca. 60. nu. 4	ca. 22. nu. 16
Hypothecaria vel pignoratitia directa vt praescribatur, ard. q.	ca. 60. nu. 9	Imperator olim Papam eligebat
Hypothecaria an competat ante excussum principalem debitorem	ca. 60. nu. 8	ca. 22. nu. 8
Hypothecaria generalis an praescribatur, ard. q.	ca. 60. n. 12	Imperium an etiam post tempus immemoriale possimus effugere
		ca. 82. nu. 18
		Imperium quare non fit inter bruta, que socialiter vel gregatim vitæ degunt, vt est inter homines
		ca. 21. nu. 24
		Imperator vnus solus in mundo esse non debet
		capit. 22. num. 21
		Imperator Romanorū an sit Dominus totius mundi, egrigia q.
		ca. 20. num. 1
		Imperium an sit immediatè à Deo
		ca. 20. nu. 4
		Imperio vacante legatus Papa non exercet iurisdictionem temporalem
		ca. 22. nu. 4
		Imperator non potest castum ciuitatis alicui concedere, contra Doct.
		ca. 4. nu. 7
		Impossibilia an possit Deus
		ca. 51. nu. 48
		Impossibilia sunt, que turpia sunt
		ca. 51. nu. 66
		Impossibilium nulla obligatio
		ca. 51. nu. 47
		Impossibile reputatur, quod est nimis difficile
		ca. 51. nu. 46
		Incapax simpliciter an tempore immemoralis praescribat
		ca. 84. nu. 11
		Incertus euentus remouet lesionem interpretatiuè
		ca. 52. num. 11
		Incertitudo vbi est, ad coniecturas deueniendum est
		ca. 90. nume. 6
		Indefinita relata ad rem aequipollet vniuersali
		cap. 90. num. 3
		Indefinita ambigua
		ca. 30. nu. 21
		Indicere bellum
		ca. 10. nu. 10
		Indorum regiones an bello infestare liceat
		ca. 10. nu. 11
		Indefinita an aquetur vniuersali
		ca. 20. nu. 30
		Indefinita negatiuè prolata an aequipollet vniuersali, & quid si affirmatiuè proferatur, ardua quaest.
		ca. 30. n. 16
		Indefinita quando aquetur vniuersali
		ca. 30. nu. 14
		Indefinita negatiuè prolata non magis nec minus æquatur vniuersali ex proprietate sermonis, quam si affirmatiuè proferretur
		ca. 30. nu. 20
		Indefi-

I.

Ieiunium non ob solam carnis macerationem inducitur est, contra nouiss. ca. 25. nu. 14
 Immemoralis praescriptio qua dicatur ca. 51. nu. 49
 Impeditis sua sponte non subuenitur ca. 60. nu. 5
 Impedito non currit praescriptio ca. 60. nu. 3
 Impeditis currit praescriptio 30. annorum ca. 60. nu. 15
 Impedito etiā sine spe restitutionis, currit tēpus, si poruit remouere impedimentum, & neglexit ca. 60. nu. 10
 Impedito agere de euictione an currat praescript. ca. 60. num. 14

I N D E X.

Indefinita equipollet vniuersali ca. 8. nu. 44
 Industriosus quisq; praesumitur ca. 105. nu. 2
 Industria quotidiè acquirit ca. 105. nu. 4
 Indefinita aliquando cuiusq; ex multis solidum tribuit ca. 90. nu. 5
 Infideles licet Papam non recognoscant, non ideo possunt bonis suis spoliari, contra Doct. Idem & si Imperatorem non recognoscant, contra eosdem c. 24. n. 5
 Infideles contra naturam peccantes, rebus suis priuari non posse, ard. quest. c. 25. nu. 2
 Inferior superioris iura nequit subuertere c. 35. nu. 10
 Inferior ius superioris potest interpretari c. 5. nu. 18
 Ingenium labescit calamitatibus c. 10. nu. 5
 Iniuriarum actio quo tempore finiatu ca. 2. nu. 15
 Iniuria verbalis an infra dies 30. reuocari possit, not. quest. ca. 18. nu. 38
 Iniuria non cadit sub potestate, sed sub repectate c. 26. n. 3
 Immemorialis temporis acquisitio non admittit probationem in contrarium etiam per confessionem, contra Aymo. & alios ca. 83. nu. 34
 Innocens an damnari possit, not. q. ca. 13. nu. 1
 Inuidia sedatur virtute in praf. nu. 20
 Inutile interuentus non nocet, vbi eorum defectus non noceret ca. 81. nu. 14
 Instrumento decreti iudicis si dicitur omnia solennia interfuisse, omnia solennia adfuisse praesumuntur cap. 39. num. 2
 Instrumentum ritè exemplatum praesumitur post longum tempus ca. 63. nu. 5
 Instrumentum minus solennè ex longa sui obseruantia si de dignum sit ca. 63. nu. 6

Ex ff. veteri.

Intell. l. manifesta. ff. de iure iur. c. 31. n. 43
 Intell. l. ius civile. ff. de iust. & iure cap. 50. nu. 7. & c. 51. nu. 54
 Intell. l. princeps. ff. de legibus simil. ca. 2. num. 1. cap. 3. n. 3. ca. 26. nu. 16. & ca. 39. nu. 21
 Intell. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. ca. 56. nu. 16 in cap. 58. nu. 11. & 14. ca. 61. nu. 3. & 18. ca. 64. nu. 31. & 35. ca. 65. nu. 5. ca. 83. nu. 4. & ca. 84. nu. 8. & 20
 Intell. l. cum hic status. §. ait Oratio. ff. de iu. dot. c. 2. nu. 6
 Intell. l. si quis diurno. ff. si seruit. ca. 64. nu. 24. ca. 65. nu. 6. ca. 66. nu. 4. ca. 85. nu. 11. & ca. 87. nu. 5
 Intell. rit. ff. ad leg. Acquil. ca. 84. n. 35. & ca. 35. nu. 14
 Intell. l. filium eum. ff. qui sunt sui vel alie. ca. 48. nu. 32
 Intell. l. i. ff. de const. prin. ca. 2. nu. 1. & 6. & in ca. 26. n. 13. ca. 43. nu. 2. & c. 45. nu. 4. 5. & 16
 Intell. l. si in lege. ff. locati ca. 95. nu. 9. & 11
 Intell. l. maritus. ff. locati ca. 95. nu. 13
 Intell. l. si non mortu. & l. Papinianus. §. si quis mortu. ff. de inoff. testa. ca. 106. nu. 21
 Intell. l. de precatio. ff. ad l. Rodiam, de iactu. c. 20. nu. 18
 Intell. l. quacunq; ff. de publ. in rem act. c. 39. nu. 10

Ex Infortiato.

Intell. l. filio quem. ff. de lib. & posth. ca. 107. nu. 23. & 24
 Intell. l. qui in aliena. ff. de acqui. hered. cap. 64. num. 30. & ca. 64. num. 3
 Intel. l. pe. §. testamento. ff. de secund. tab. ca. 64. nu. 23
 Intell. l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de bo. po. cō. ta. filiusq; quide mandato patris sui exheredationem scripsit non excluditur à querela contra comunē c. 106. n. 22

Intell. l. 2. §. nepotibus. ff. de vulg. ca. 106. nu. 6
 Intell. l. si exheredato. & in l. miles ira. ff. de mil. test. contra Ang. & alios, vt etiam qui in potestate non est, possit exheredari ca. 106. nu. 10
 Intell. l. 3. §. si emancipatus. ff. de contrat. ab. c. 106. n. 11
 Intell. l. si testamentum. ff. de testam. ca. 100. nu. 2
 Intell. l. filio preterito. ff. de iniust. rupro. ca. 99. nu. 3. 14. in consil. 100. nu. 5
 Intell. l. licet imperat. ff. de leg. 1. ca. 2. nu. 6
 Intell. l. si Titio & Manio. §. Iulianus. ff. de leg. 2. ibidem.
 Intell. l. si ff. de lucro instituen. ibidem
 Intell. l. Lucius. ff. de cond. & dem. c. 48. nu. 17. & 22
 Intell. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acq. her. capit. 101. num. 2

Ex ff. nouo.

Intell. l. cum heredes. ff. de acq. poss. ca. 69. nu. 9
 Intell. ad. rit. ff. pro derelicto, qui est omnium firmissimus ritulus ca. 9. nu. 10
 Intell. l. 4. ff. de vsucap. ca. 56. nu. 14.
 Intell. l. quod vulgo. ff. pro empt. ca. 58. nu. 13
 Intell. l. si id quod. ff. pro derelicto. cap. 65. num. 17. & c. 79. nu. 7. & nu. 13
 Intell. l. quemadmodum. ff. de acquirend. possess. cap. 69. num. 10.
 Intell. l. si. ff. pro suo ca. 58. nu. 13. & ca. 79. n. 15
 Intell. l. i. §. si quis propter. ff. de itinere actūq; priuato, c. 75 nu. 4
 Intell. l. cum stip. sim. mibi à proculo. ff. de verb. oblig. c. 95. nu. 8. & 10
 Intell. l. in illa stipulatione, & l. hoc iure. ff. de verb. oblig. ca. 95. nu. 3
 Intell. l. cum heres. ff. de diuers. & temp. praescript. ca. 73. nu. 4.
 Intell. l. si vir. ff. pro donato. ca. 67. nu. 7. & cap. 79. num. 4. 5. & 6
 Intell. l. i. §. per seruum qui in fuga. ff. de acquir. poss. cap. 89. nu. 6. & 8
 Intell. l. in personam. ff. de reg. iur. ca. 10. nu. 17
 Intell. l. culpa caret, & l. nullum crimen. ff. de reg. iur. ca. 16. nu. 7
 Intell. l. nemo. ff. pro legato ca. 81. nu. 18
 Intell. l. à Titio. ff. de furt. cum concord. ca. 69. nu. 11
 Intell. l. & ideo hesitat, vt ff. de verb. obl. ca. 95. nu. 13
 Intell. l. 2. §. circa. ff. de doli exceptione, contra Doct. c. 83. nu. 3. & nu. 9
 Intell. l. si quis ab alio. §. si. ff. de re iudi. ca. 25. nu. 38
 Intell. l. 2. §. si sub conditione. ff. pro empt. ca. 79. n. 2
 Intell. l. i. 2. pe. & si. ff. pro lega. ca. 69. nu. 4
 Intell. l. totius rituli de furt. ca. 48. nu. 36. & c. 55. nu. 15

Ex Codice.

Intell. l. 2. C. quor. appella. non recipi. ca. 41. nu. 15
 Intell. l. si. C. de lib. pra. contra Gl. & alios c. 106. nu. 15
 Intell. l. si filius. C. de pet. hare. ca. 64. nu. 29
 Intell. auth. bona damnatorum. C. de bon. prof. c. 96. nu. 2
 Intell. l. i. C. de patr. potes. ca. 84. num. 21
 Intell. l. humanitatis. C. de impub. ca. 106. nu. 8. & 30
 Intell. l. 2. C. de inoff. testa. contra comunem & emancipatū exheredatum querelam habere c. 106. n. 12
 Intell. rit. C. ad l. Aquil. ca. 46. nu. 35
 Intell. rit. C. de furt. ibi. nu. 36
 Intell. l. non iustum. C. ad Trebell. ca. 2. nu. 6

Ex Institutio.

Intell. §. fi. de iniurijs ca. 72. nu. 10
 Intell. §. fi. & quod Principi, de iur. natur. ca. 2. nu. 1. 6.
 & ca. 26. nu. 13. & ca. 43. nu. 2
 Intell. tit. de oblig. qua deli. ca. 48. nu. 36. & 46
 Intell. tit. de vi bono. rapt. ca. 48. nu. 35. & c. 55. nu. 15
 Intell. tit. de lege Aquil. c. 48. nu. 35. & c. 54. nu. 14
 Intell. §. non tamen, quib. modis test. infr. c. 64. nu. 23
 Intell. l. si quis heredem. C. de institut. substitu. c. 106. nu. 4
 Intell. l. cum quidam. C. de legatis, cum similibus c. 106.
 nu. 18.
 Intell. l. si filius. C. de per. hare. contra Doct. c. 64. nu. 33.
 & vide in c. 66. nu. 2
 Intell. l. si. §. sin autem. C. com. de leg. ca. 79. nu. 10
 Intell. l. si. C. de legi. c. 2. nu. 64. & 8
 Intell. C. de inoff. test. in l. ex tribus, & ad creationem pu-
 pillaris non est necesse, quod legitima relinquatur,
 sed tantum ad eius iam creata resolutionem vitan-
 dam, contra communem c. 106. nu. 20
 Intell. l. donationes quas. C. de don. inter virum & uxorem.
 c. 3. nu. 6
 Intell. l. nullo. C. de rei vendi. c. 58. nu. 13. ca. 65. nu. 9. & 11.
 c. 83. nu. 3. & c. 84. nu. 19
 Intell. l. 2. C. pro emp. c. 79. nu. 9
 Intell. vn. in prin. C. de cad. tollen. c. 50. nu. 4.
 Intell. l. neg. fructuarium. C. de vsufruct. c. 65. nu. 18. 73.
 nu. 1. & 11
 Intell. l. Grachus. C. de adult. c. 49. nu. 9
 Intell. l. ad ritulum. C. de vi bonorum rap. c. 55. nu. 15
 Intell. tit. C. de furt. c. 48. nu. 36

Ex auth.

Intell. auth. vt cum de app. cog. §. aliud quoq. c. 106. n. 16
 Intell. antil. vt Eccle. Rom. §. habeat c. 52. nu. 21

Ex iure can.

Intell. c. 1. de prescrip. lib. 6. in c. 83. nu. 41. c. 84. nu. 18. &
 c. 87. nu. 4.
 Intellectus c. cum Ecclesia, de causa possess. & propr. c. 85.
 nu. 6. & c. 87. nu. 10
 Intell. clem. quia contingit, de relig. domi. ca. 25. nu. 27
 Intell. c. qui causam damni, de reg. iur. lib. 6. c. 48. nu. 41
 Intell. c. ad decimas, de rest. spolia. lib. 6. ca. 81. nu. 22. c. 86
 nu. 1. & in cap. 87. nu. 16
 Intell. c. cum persona. §. quod si tales, de priuileg. lib. 6.
 c. 85. nu. 12. & c. 87. nu. 9. & 17
 Intell. c. cum simus, de reg. ca. 37. nu. 11. & ca. 106. nu. 11

Ex legibus regijs.

Intell. l. 14. tit. 1. par. 6 c. 103. nu. 12
 Intell. ad l. regi. 6. tit. 1. part. 6. ca. 106. nu. 17
 Intell. l. 6. tit. de los hidalgos, lib. 4. ordinamen. capit. 87.
 nu. 19
 Intell. l. si. tit. de las prescriptio, lib. 5. ordina. capit. 83.
 nu. 36.
 Intell. & de vlt. l. si. tit. 3. lib. 5. ord. & l. 2. tit. 3. lib. 1. ord.
 ca. 102. nu. 24
 Intell. pragmatica legionensis & pragma. Regis Fernandi
 ca. 87. nu. 2. & 21
 Intell. pragma. Regis Entici & pragma, anni. 1403. ca. 77.
 nu. 20. & cap. 87. nu. 20
 Intell. l. 54. Tauri. ca. 64. nu. 12
 Intell. l. 45. Tauri. ca. 57. nu. 25. & 29

Intell. statu in Medioliani ca. 57. n. 30
 Intell. l. tauri ca. 57. nu. 20
 Intellectus infirmitas est, queritur legem vbi naturaliter
 sentimus ca. 51. nu. 42
 Inuidia sedatur virtute in prefat. nu. 20
 Inuidia pares impetit in pref. num. 19
 Interpretatio pia que fit in actu non reiterabili cessat, quan-
 do actus ille reiterabilis est ca. 91. nu. 7
 Iracunde facta an pro infectis habeantur, in his qua iuris
 sortiuntur effectum, ard. quast. cap. 18. nu. 31
 Ira ex iniusta causa concepta nec remouet nec lenit pœ-
 nam ca. 18. nu. 30
 Ira non prasumitur nisi probetur ca. 18. nu. 32
 Italia ciuitates an potuerunt se subducere ab imperio, cõ-
 tra Dec. & Ang. cap. 82. nu. 9
 Iudaeorum paruuli possunt eripere parentibus vt baptizentur
 ca. 8. nu. 12
 Ira per dies triginta non videtur durare ad excusandum,
 contra Doct. ca. 18. nu. 37
 Ira iusta pœnam mitigat legalem ca. 18. nu. 40
 Ira remouet rationem ca. 18. nu. 34
 Ira post interuallum an pœnam ligalem minuat, egreg. q.
 ca. 18. nu. 41
 Ira factum non videtur post interuallum c. 18. nu. 35
 Ira motus quis factum infra quot dies dicatur, elegans q.
 ca. 18. nu. 39
 Ira iuste concepta efficit, vt etiam post interuallum aboli-
 tio criminis impetrari possit ca. 18. nu. 42
 Iracundia ex iusta causa orta remouet pœnam inconti-
 nenti, sed ex interuallo non remouet, sed lenit c. 18. n. 29
 Iudices Hispalenses à Rege electi, digniores ceteris, in pref.
 nu. 29
 Iudex potest ex causa terminos legales alterare etiamsi sit
 dictio taxatiua ca. 5. nu. 20
 Iudex ex causa legales transgredi potest ca. 14. nu. 4
 Iudici, non parti denunciatus est suum ostendere tenetur
 ca. 80. nu. 2
 Iudici dicenti ex iusta causa se legem transgressum credi-
 tur ca. 14. nu. 5
 Iudex proclama generale facere nequit ad pœnas legis al-
 terandas, fallit interdum ca. 31. nu. 28
 Iudicis officiali delinquente an Iudex teneatur, capit. 35.
 num. 9
 Iudicis arbitrio quam minima relinquenda ca. 1. nu. 12
 Iudex interdum permittit arma noctu portare contra for-
 mam statuti ca. 31. nu. 32
 Iudex interdum alterat terminum ad restitutionem de-
 finitum ca. 31. nu. 25
 Iudicis decretum semper prasumitur iustu ex causis inter-
 positum eum communi ca. 39. nu. 1
 Iudicis maioris factum rite factum prasumitur ca. 39.
 num. 3
 Iuramentum reuerentia emissum non obligat, capit. 35
 num. 18
 Iuramentum an impediatur rescissionẽ colore lesionis enor-
 missima ca. 2. nu. 17
 Iuramentum damno passi quod stetur, vt intelligendum
 not. quast. 36. nu. 4
 Iuramenti calumnia renuntiatio non firmatur longo tem-
 pore, noua opin. ca. 64. nu. 19
 Iuramento calumnia non potest renunciari facite, con-
 tra Doct. ca. 64. nu. 20
 IURA-

I N D E X.

<i>Iuramentum praesumitur ex longo tempore</i>	<i>c. 62. nu. 4</i>	<i>Ius civile non ligat Principes aut extraneos à iurisdictione</i>	<i>ca. 51. nu. 31</i>
<i>Iurisdictionis suprema an praescribatur</i>	<i>ca. 79. nu. 20</i>	<i>Ius gentium secundarium dicitur positivum</i>	<i>c. 54. nu. 3</i>
<i>Iurisdictionis an praescribatur</i>	<i>ca. 83. nu. 35</i>	<i>Iustus per interuentum furoris cessat</i>	<i>ca. 108. nu. 5</i>
<i>Iurisdictionis est propter vsu</i>	<i>ca. 29. nu. 3</i>	<i>Iustitia naturalis est immutabilis</i>	<i>ca. 51. nu. 44</i>
<i>Iurisdictionis suprema an praescribi possit, ingens pugna</i>	<i>cap. 82. nu. 1</i>	<i>Iustitia virtutum regina</i>	<i>ca. 51. nu. 56</i>
<i>Iurisdictionis cum litera c. an iurisdictionis sine litera c. cōcedatur, nil interest, noua decla.</i>	<i>c. 3. nu. 10</i>	<i>Iustitia gratis exhibenda est à iudicibus, & à Principibus, nec valeret consuetudo contraria in Ecclesiasticis</i>	<i>ca. 7 nu. 1</i>
<i>Iurisdictionis concessa an veniat etiam merum & mistum imperium, ard. quaest.</i>	<i>ca. 3. nu. 9.</i>	<i>Iustitia denegatio Principibus periculosa</i>	<i>in pref. nu. 17</i>
<i>Iurisdictionem alienam vsurpare interdum capitale est</i>	<i>ca. 21. nu. 35.</i>	<i>Iustitia quae postis capitalior</i>	<i>ib. nu. 8. & in c. 62. nu. 16</i>
<i>Iurisdictionis alienae se committere stulticia est</i>	<i>ca. 8. n. 52</i>	<i>Iustitia commendatio</i>	<i>in pref. nu. 15</i>
<i>Iurisdictionis initio Mundi nulla erat, sed postea esse cepit</i>	<i>cap. 41. nu. 40.</i>		
<i>Ius gentium primauum dicitur naturale</i>	<i>ca. 53. nu. 3</i>	L.	
<i>Ius gentium quid</i>	<i>in pref. nu. 118</i>	L <i>Abores an fugiendi</i>	<i>in pref. nu. 94</i>
<i>Ius accrescendi est lucrum simile praescriptionis, c. 52. nu. 18</i>		<i>Labor premio dignus</i>	<i>in pref. nu. 87</i>
<i>Ius naturale quid</i>	<i>ca. 27. nu. 11</i>	<i>Labores vt ad veram gloriam & aeternam vitam conduci-</i>	<i>in pref. nu. 92</i>
<i>Iure naturali abutimur falsis imbuti doctrinis, in prefat.</i>	<i>num. 2</i>	<i>biles, ita ad humanam noxij sunt</i>	<i>in pref. nu. 92</i>
<i>Iuri naturali derogare vt possimus</i>	<i>ca. 82. nu. 5</i>	<i>Labores faciunt viros celebres</i>	<i>in pref. nu. 88</i>
<i>Ius positivum iuris naturalis repetitivum nõ naturale, sed positivum dicitur</i>	<i>ca. 51. nu. 51</i>	<i>Lazarus</i>	<i>in pref. nu. 64</i>
<i>Iurisdictionis suprema an tempore immemoriali iure regio praescribatur</i>	<i>ca. 82. nu. 17</i>	<i>Legatus de latere causam interdum cõmittit definiendam sine strepitu</i>	<i>ca. 31. nu. 23</i>
<i>Ius commune quid</i>	<i>ca. 45. nu. 17</i>	<i>Legatum relictum sub conditione, si heres infra annum non fecerit, idq. in se erat, an debeat ante finem anni</i>	<i>ca. 95. nu. 5</i>
<i>Ius positivum aut consuetudines inducere non possunt, quod iustitia naturali aduersatur</i>	<i>ca. 51. nu. 41</i>	<i>Legatum non dicitur ius querendum</i>	<i>ca. 55. nu. 27</i>
<i>Ius naturale est diuinum</i>	<i>ca. 55. nu. 10</i>	<i>Legati centum filia si nubet, & 50. si fieret monacha, monacha facta fuit, an centum habitura sit, ard. quaest.</i>	<i>ca. 35 nu. 23</i>
<i>Ius naturale & diuinum non immutantur per abusus</i>	<i>ca. 51. nu. 50</i>	<i>Legitimi non sunt liberi ex eo matrimonio nati, quod videbat de iure civili, sed non de iure canonico, nec etiam in foro Casareo succedunt vt filij legitimi, cum communi contra Bal. & Saly.</i>	<i>ca. 85. nu. 17</i>
<i>Ius naturale appellatur ius gentium primauum, cap. 41. nu. 30</i>		<i>Legitima vt ipsi viuo patre assignetur petere nequeunt filij, licet pater dissipet bona sua, egreg. q.</i>	<i>c. 106. nu. 3</i>
<i>Ius naturale & diuinum obligant nos ante vllam promulgationem non si in iure diuino positivo</i>	<i>ca. 44. nu. 10</i>	<i>Legitima quo titulo liberis aut parentibus relinquenda, ard. quaest.</i>	<i>ca. 106. nu. 2</i>
<i>Iurisdictionis gentium secundarij qua sunt, liberè possunt immutari</i>	<i>ca. 54. nu. 6</i>	<i>Legitima in re aliena an relinqui possit, contra commun.</i>	<i>c. 106. nu. 43</i>
<i>Ius gentium secundarium positivum est</i>	<i>ca. 46. nu. 52</i>	<i>Legitima iure C. quo titulo relinquenda</i>	<i>c. 106. nu. 3</i>
<i>Ius nouum per adiectionem, vel declarationem fit, quo ad particulam solùm additam, vel detractam</i>	<i>c. 51. nu. 53</i>	<i>Legitimè suppl. non petitur conditione ex lege, contra com.</i>	<i>ca. 106. nu. 41</i>
<i>Iuri canonico subsunt omnes Christiani</i>	<i>ca. 51. nu. 39</i>	<i>Legitimam viuo patre monacho an filius petere possit, ard. quaest.</i>	<i>ca. 37. nu. 10. & in ca. 106. nu. 10</i>
<i>Ius civile & canonicum quasi societatem coisse videntur</i>	<i>ca. 87. nu. 28</i>	<i>Legitima vt sibi assignetur petere nequeunt filij, licet pater dissipet bona sua, ard. quaest.</i>	<i>ca. 37. nu. 1</i>
<i>Ius naturale interdum transgreditur</i>	<i>ca. 31. nu. 10</i>	<i>Legitima filio non debetur in vita patris</i>	<i>ca. 37. nu. 2.</i>
<i>Ius gentium primauum appellatur natura vel naturale ius</i>	<i>ca. 10. nu. 18</i>	<i>& in ca. 106. nu. 2</i>	
<i>Ius naturale & diuinum an semper obligent in conscientia</i>	<i>ca. 29. nu. 12</i>	<i>Legitimus patre monacho viuento, licet sit minor ita, non debetur filio contra communem</i>	<i>c. 37. n. 12</i>
<i>Ius naturale & ius diuinum vt differant</i>	<i>ca. 29. nu. 13</i>	<i>& in ca. 106. nu. 12</i>	
<i>Iure nature omnia erant communia</i>	<i>ca. 4. nu. 3</i>	<i>Legislator an malo obuiare teneatur, ard. q.</i>	<i>ca. 49. nu. 5</i>
<i>Ius naturale compulsionis ignarum</i>	<i>ca. 35. nu. 15</i>	<i>Legislator non praesumitur habere animum obligandi ad penam aeternam, sed ad solam temporalem expressam, vel arbitrariam</i>	<i>ca. 29. nu. 7</i>
<i>Ius canonicum per inferiorem interdum dispensatur</i>	<i>ca. 31. nu. 12.</i>	<i>Legis principatum ad vtilitatem ciuium est</i>	<i>c. 30. nu. 3</i>
<i>Ius natura est ius gentium</i>	<i>ca. 16. nu. 11</i>	<i>Legis ratione in particulari cessante, ipso facto enodatur ille à legis vinculo, contra nouiss.</i>	<i>ca. 25. nu. 12.</i>
<i>Ius diuinum interdum transgreditur</i>	<i>ca. 31. nu. 11</i>	<i>Lex interdum non communis toleratur</i>	<i>ca. 31. nu. 26</i>
<i>Ius naturale à Deo posset immutari</i>	<i>ca. 27. nu. 9</i>	<i>Legum verbo aut scriptura non obligamur, sed mente</i>	<i>ca. 8. nu. 43</i>
<i>Iure naturali & gentium regimur, à quo non recedimus nisi ex causa</i>	<i>ca. 26. nu. 14</i>	<i>Lex si vtilis non est, noxia est</i>	<i>ca. 29. nu. 22</i>
<i>Ius gentium secundarium initio fuit ius civile</i>	<i>ca. 54. n. 4</i>		
<i>Ius gentium primauum appellatur naturale</i>	<i>ca. 51. n. 14</i>		

Lex

I N D E X.

<i>Lex pœnalis non obligat in conscientia, etiam si pœnam imponat ipso iure, vel ipso facto, & etiam si nullam defensionem reus possit habere, quod vltimum est contra nouiss.</i>	ca. 29. nu. 19	<i>Lex inutilis vel aliquantulum noxia in foro anima seruanda est</i>	ca. 46. nu. 13
<i>Legis fraudatur quis</i>	ca. 30. nu. 9	<i>Lex est vt contractus</i>	ca. 52. nu. 10
<i>Legis verba transgrediuntur ex mente ipsius, etiã à iudice ordinario, quando ea lex cœpit esse noxia</i>	ca. 31. nu. 2	<i>Legislator an malo obuiare teneatur, ard. q.</i>	ca. 49. nu. 5
<i>Legum & statutorum exorbitantium verba restringuntur secundum subiectam materiam</i>	ca. 35. nu. 7	<i>Lex noua praterita annullans, an extendatur ad diu obseruata</i>	ca. 65. nu. 19
<i>Leges ad propriam vtilitatem ferre tyranni est, ad publicam principis</i>	ca. 30. nu. 2	<i>Lex noua ante sui promulgationem non ligat, etiam scientes, contra nouiss.</i>	ca. 44. nu. 3
<i>Legem principis aut reipublica secularis nunquam obligare in conscientia</i>	ca. 29. nu. 16	<i>Lex si vtilis non est, noxia est</i>	ca. 50. nu. 3
<i>Lex humana non potest esse iusta, nisi deriuetur naturali vel diuina</i>	ca. 29. nu. 20	<i>Legis vtilitas quanta sit</i>	ca. 50. nu. 12
<i>Leges humana & diuina concursus</i>	ca. 29. nu. 21	<i>Leges ante sui promulgationem non ligant etiam quod ad contractus infirmandos</i>	ca. 44. nu. 7
<i>Lex humana nequaquam obligat transgressorem ad peccatum, siue sit pœnalis siue non, & siue grauis sit materia siue non</i>	ca. 29. nu. 18	<i>Lex positiuam largè dici potest naturalis</i>	ca. 50. nu. 6
<i>L. 3. Tauri.</i>	ca. 103. nu. 9	<i>Leges declaratorie respiciunt etiam praterita, & obligant ante sui promulgationem</i>	ca. 44. nu. 2
<i>Lex sufficit quod sit tolerabilis</i>	ca. 27. nu. 14	<i>Legibus consensu obligamur</i>	ca. 55. nu. 3
<i>Leges ferre potest princeps sine vllius consilio</i>	ca. 2. num. 20	<i>Legis vtilitas</i>	ca. 42. nu. 10
<i>Leges nouare malum</i>	ca. 8. nu. 50	<i>Legem sibi imponere an priuatus possit, ardua quest. cap. 47. nu. 6</i>	ca. 50. nu. 11
<i>L. 3. tit. 15. lib. 1. ordi.</i>	cap. 102. nu. 2	<i>-Lex inutilis an valeat</i>	ca. 50. nu. 11
<i>Lex canonica non presumitur velle obligare ad pœnam aeternam</i>	ca. 29. nu. 10	<i>Lex etiam iustos comprehendit</i>	ca. 45. nu. 11
<i>Legis resistens transgressor an mortaliter peccet, contra Doct.</i>	ca. 77. nu. 20	<i>Lex positiuam vt valeat debet deriuari à lege natura</i>	ca. 50. nu. 5
<i>Lex sit inutilis, vel aliquantulum noxia à principio, an verò postea talis esse incipiat, multum interest</i>	ca. 46. num. 15	<i>Leges positiuam specificant ex materia iuris natura</i>	ca. 50. nu. 8
<i>Legem in particulari cessare potest interpretari homo priuatus, contra Doct.</i>	ca. 46. nu. 8	<i>Lex ciuilis in materia spiritali presumptionem inducere nequit, cum communi opin.</i>	ca. 85. nu. 18
<i>Legem in particulari cessare iudex ordinarius potest interpretari, contra Doct. quinimod ita interpretari necesse habet, contra Doct. & etiam princeps ad id tenetur contra Doct.</i>	ca. 46. nu. 7	<i>Lex generalis comprehendit etiam personas priuilegiatas, si in ea materia, qua de agitur, non reperiuntur habere priuilegium speciale</i>	ca. 84. nu. 24
<i>Legum principum & arbitrorum potestas non egreditur fines commissionis à populo data</i>	ca. 29. nu. 2	<i>Lex positiuam contra ius gentium secundariū valet</i>	ca. 46. num. 11.
<i>L. si mater. C. de inoffi. testamento</i>	ca. 66. nu. 6	<i>L. tit. 15. lib. 2. ordin.</i>	ca. 96. nu. 5
<i>Legum in coniectura sese fundantes vnaqueq. in suo foro seruanda est</i>	ca. 76. num. 7	<i>L. 3. tit. de los alcaldes, lib. 3. ordin.</i>	ibid. nu. 6
<i>Leges nouae noxiae sunt</i>	ca. 44. nu. 4	<i>L. 3. tit. 1. lib. 5. ordi.</i>	ibid. nu. 30
<i>Lex quando teneat priuilegiatos</i>	ca. 45. nu. 2	<i>L. 3. tit. 5. lib. 2. ordi.</i>	ca. 103. nu. 2
<i>Legis ratio non cessat, quando contingenter cessat</i>	ca. 46. nu. 9. contra Doct.	<i>L. 1. tit. 4. lib. 1. ord.</i>	ca. 103. nu. 5
<i>Lex noua priuilegiorum reuocatoria non ligat ante sui promulgationem</i>	ca. 44. nu. 9	<i>-Lex inutilis an valeat, ard. quest.</i>	ca. 50. nu. 1
<i>Lex initio vtilis, & si postea fiat inutilis, non perdit vim obligatoriam, contra Theologos</i>	ca. 46. nu. 3	<i>Leges post sui promulgationem an teneant inculpabiliter ignorantes</i>	ca. 44. nu. 11
<i>Lex ne quis cadat syluam suam, cessat, vbi id noxium esset in parte regionis, contra Doct.</i>	ca. 46. nu. 6	<i>Leges ligent nec ne an priuato iudicare liceat</i>	ca. 46. nu. 1. ard. quest.
<i>Lex non valet, nisi publicè vtilis sit, & rationalis, & à naturali vel diuina lege deriuetur</i>	ca. 46. nu. 2.	<i>Leges passim mutare nocet</i>	ca. 46. nu. 14
<i>Legem non faciunt verba ipsius, aut scriptura, sed mens</i>	ca. 46. nu. 5	<i>Legum verbis aut scriptura non obligamur, sed earum sensu</i>	ca. 25. nu. 5
<i>Leges an mero iure obligare incipiant ante sui promulgationem</i>	ca. 44. nu. 1	<i>Lex canonica in materia pauci momenti, an ad pœnam aeternam possit obligare</i>	ca. 29. nu. 11
<i>Lex contractus est, & contractus lex est</i>	ca. 44. nu. 5	<i>Lex parum vtilis, vel etiam omninò inutilis, vel etiam aliquantulum noxia seruanda est</i>	ca. 46. nu. 10
<i>Lex & mandatum aquantur in obligando</i>	ca. 44. nu. 6	<i>Lex an obliget in conscientia, ard. q. & quid si sit pœnalis</i>	ca. 29. nu. 1
		<i>Legum plurimum intell.</i>	ca. 27. nu. 24
		<i>Lex pœnalis quare non obliget in conscientia</i>	capit. 29. nu. 6
		<i>Lex humana concordans cum iure diuino vel naturali non inducit nouum ius</i>	ca. 29. nu. 17
		<i>Leges resistentes an obligent nos ad peccatum, contra nouiss.</i>	ca. 77. nu. 19
		<i>Lex vt vt nulla collecta imponi possit, cessat quando vt imponatur vtile esse cœpit</i>	ca. 31. nu. 1
		<i>Leges Hispanae hic relatae quod non obligant in conscientia</i>	cap. 29. nu. 15

Legis

I N D E X.

- Legis canonica potestas ad obligandum in conscientia* ca. 29. nu. 9
- Lex generalis vel localis iniusta quare effectum careat* ca. 31. num. 35.
- Lex ad unum quarterium civitatis regulariter non valet* ca. 31. num. 27.
- Lex generaliter loquens non comprehendit personas peculiare privilegium habentes in illa materia* ca. 103. nu. 5.
- Legumque principum salubrius imperium* ca. 1. nu. 11
- Legum & conventionum eadem est natura* ca. 1. nu. 23
- Legis ratione cessante in particulari, an cesset ipsa lex* ca. 87. nu. 23.
- Legem vtilem esse Reipublica oportere* ca. 30. nu. 1
- Legalis obligatio est ad patiendum tantum* ca. 28. nu. 12
- Legalis causa cessante cessat lex, contra novissimos* ca. 25. nu. 15
- L. 12. titulo de los corregidores, lib. 2. ordin.* ca. 105. nu. 44.
- Legalis obligatio unde descendat* cap. 23. nu. 11
- Lex iniqua à Principe lata an valeat* ca. 26. nu. 29
- Leges ferre possunt alij prater Imperatorem* ca. 22 nu. 22.
- Libertatis favore an modus deficiens desinat nocere* cap. 93. nu. 26.
- Libertas hominibus iure natura debita* ca. 20. nu. 26
- Libertas animorum describitur* ca. 9. nu. 13
- Libertas corporis & animi non equantur* ca. 9. nu. 12
- Libertatis definitio* ca. 17. nu. 5
- Libri huius inscriptio declaratur* in pref. nu. 12
- Lites breuiari in interest Reipublica* ca. 41. nu. 18
- Litis ingressus an prescriptione tollatur, quando per eam vtile tantum dominium queritur* ca. 56. nu. 2.
- Lites à prouincijs ad curiam non reuocanda* capitul. 51. num. 74
- Lites breuiari expedit reipublica & principaliter* ca. 52. nu. 12.
- Loci consideratio magni momenti est* in pref. nu. 133
- Locupletari aliena iactura nisi sit iniuriosum, iniquum non est, cum Cagn. contra Dec.* ca. 52. nu. 13
- Longum tempus inducit mutationem malafidei* ca. 62. nu. 2
- Longum tempus legitimat executionem* ca. 63. nu. 2
- Longum tempus facit filium presumi emancipatum* ca. 61. nu. 17
- Lucrum res efficacissima* in pref. nu. 84
- M.**
- M**agistratus quilibet largè dicitur rex, in prefat. nu. 123.
- Magistratum quantum onus* ca. 41. nu. 21
- Magistratus ciues tueri tenetur* ca. 43. nu. 11
- Magistratus an populum vendere possit* ca. 43. nu. 22
- Magistratus minores an leges transgredi possint, ardua q.* ca. 35. nu. 24
- Maiestatis lege committitur contra civitatem liberam, cum multis contra non paucos* ca. 72. nu. 20
- Maiores maior debentur* in pref. nu. 18
- Maiores uter ex duobus geminis habiturus sit, si incertum sit uter eorum natus fuerit* ca. 90. nu. 11
- Maiores in venditione non presumitur licentia principis ex tempore longo, noua opin.* ca. 64. nu. 16
- Maiores in successorem vel etiam in heredem continuari potest poss. natur.* ca. 57. nu. 17
- Maiores vni diuitias, multis seruitutem miseram inducit* ca. 8. nu. 7
- Maiores noxij sunt* ca. 41. nu. 6
- Malafidei vitium an purgetur tempore* ca. 79. nu. 16
- Malafidei superuentus, post completam prescriptionem non nocet, ingens pugna* ca. 74. nu. 1
- Malafidei presumptio an purgetur longissimo tempore, ardu. quest.* ca. 81. nu. 2
- Malafidei vitium purgatur tempore* ca. 79. nu. 18
- Malafides presumitur de iure canonico in prescribente contra eum, qui habeat fundatam intentionem de iure, sed ipsa malafides tempore purgetur* ca. 87. nu. 7
- Malafidei emptor est, qui altero denunciante se dominum esse, nihilominus emit* ca. 80. nu. 1
- Malafidei possessor est, qui contra iura sua mercatur* ca. 81. nu. 1
- Malafidei possessor quis dicatur* c. 32. nu. 10
- Malam fidem non dicit habere, qui contra iura mercatur, si & prohibitio fiebat ob priuatam vtilitatem, & cum eo contraxit, qui inops intellectus à lege non presumebatur noua traditio* ca. 79. nu. 8
- Malafides non semper sequitur & arguitur ex scientia rei aliena* cap. 72. nu. 5
- Malafides impedit prescript. 30. annorum iure canonico & ciuili* cap. 73. nu. 9
- Malafides nocet etiam in prescriptione immemoriali, ardua quest.* ca. 81. nu. 10
- Mala etiam fide à defuncto possessum an heres prescribat longo tempore contra communem* ca. 73. nu. 5
- Mala fides presumpta que deducitur ex denunciatione, an impediat prescript. 30. annorum* ca. 80. nu. 7
- Mala fides presumitur de iure canonico in prescribente contra eum qui habebat fundatam intentionem de iure, sed ipsa mala fides tempore purgatur* ca. 87. nu. 7
- Mala fides an noceat, quando contractus fit per procuratorem* ca. 71. nu. 1
- Mala fidei emptor est, qui emit ab eo, quem dominum non esse fama est* ca. 80. nu. 4
- Mala fides defuncti heredi non nocet, quo ad rem non quasi hereditariam apprehensam* ca. 73. nu. 17
- Mala fides incidens post contractum à defuncto prescrip. non impedit, quin heres eam possit perficere, etiam si velit uti accessione temporis defuncti, contra communem* ca. 73. nu. 6.
- Mala fides auctoritatis an noceat successoribus vniuersali, cap.* 73. num. 3
- Mala fides ficta quando noceat* ca. 73. nu. 20
- Mala fides quando in esse intelligatur* ca. 72. nu. 2
- Mala fidei vitium potest purgari* ca. 73. nu. 13
- Mala fide esse videntur euentes aut dono accipientes oppida & redditus regales à regibus Hispanie, malam fidem, inducit denunciatio qua prauenerat non quae postea secuta fuit* ca. 80. nu. 8
- Malam fidem populus quando videatur habere, & quomodo purgetur* ca. 71. nu. 5
- Mala fides non potest non esse presumpta, contra Doct. ca.* 73. nu. 18
- Mala fides an presumatur ex defectu tituli quando apparet antiquior possessor* ca. 81. nu. 6
- Mala fides non presumitur ex tituli defectu post annos 30. cap. 81. nu. 7*
- Mala fides auctoris an impediat prescribi eandem rem ab ha-*

<i>ab here. ardua pugna</i>	<i>ca. 37. nu. 7</i>	<i>Meretrici datum non publicatur, contra Accursium & Guiliel.</i>	<i>ca. 48. nu. 16</i>
<i>Mala fides respectu vnius impedit prescriptionem respectu alterius, ard. q.</i>	<i>ca. 79. nu. 21</i>	<i>Meum mihi inuito, vt iniquum est adimi, ita aequam me volente</i>	<i>ca. 52. num. 2.</i>
<i>Mala fides non videtur adesse, nisi tribus demum concurrentibus</i>	<i>ca. 79. nu. 14</i>	<i>Meum prodigere possum</i>	<i>ca. 55. num. 13</i>
<i>Malitijs obuiandum</i>	<i>ca. 93. nu. 5</i>	<i>Meum negligere quando videar</i>	<i>ca. 53. num. 4</i>
<i>Malum minus eligendum ex duobus malis</i>	<i>ca. 48. nu. 2</i>	<i>Miles regulariter subest legibus</i>	<i>ca. 26. nu. 6</i>
<i>Mandatum ex longa scientia & patientia an presumatur, ard. q.</i>	<i>ca. 62. nu. 7</i>	<i>Miles an iure communi in dubio, vt i videatur</i>	<i>ca. 26. nu. 5</i>
<i>Mandatum regis de oppidis alienandis vt intelligendum</i>	<i>ca. 103. nu. 5</i>	<i>Miles hodie, surdus, & mutus testantur cum communi contra Cuma. Ias. & alios</i>	<i>ca. 103. nu. 4</i>
<i>Mandatum an inducatur ex scientia & patientia inter absentes, ard. q.</i>	<i>ca. 62. nu. 8</i>	<i>Miles etiam mutus & surdus testantur, cum communi contra nouiss.</i>	<i>ca. 103. nu. 3</i>
<i>Mandatum generale restringitur ex mente concedentis</i>	<i>ca. 43. nu. 5</i>	<i>Minor non comprehenditur statuto puniente eum, qui de comitatu bladum extrahit</i>	<i>ca. 32. nu. 12</i>
<i>Mandatum ostendere debet, qui alterius vtilitatem denunciat</i>	<i>ca. 80. nu. 6</i>	<i>Minor non comprehenditur statuto puniente delicta non communia</i>	<i>ca. 32. nu. 11</i>
<i>Mandatum & commissionem etiam in melius egredi non licet</i>	<i>ca. 5. nu. 7</i>	<i>Modus mistus deficiens per casum non nocet</i>	<i>ca. 93. nu. 25</i>
<i>Mandatum egressus interdum capite punitur, licet res bene cesserit</i>	<i>ca. 5. nu. 8.</i>	<i>Modi pluralitas resoluitur in singularitates</i>	<i>ca. 93. nu. 29</i>
<i>Manumissio presumitur post longu tempus</i>	<i>ca. 61. nu. 11</i>	<i>Modus & conditio differunt</i>	<i>ca. 92. nu. 2</i>
<i>Mater illustris potest naturali filio substituere exemplariter, contra Doct.</i>	<i>ca. 106. nu. 26</i>	<i>Monachi minorita an dominium habeant in commestibilibus & vrensilibus, ard. q.</i>	<i>ca. 17. nu. 10</i>
<i>Mater ratione tutela male administrata no capitur, etia si per pactum renouissset omni legum auxilio</i>	<i>ca. 97. nu. 8</i>	<i>Monachi an possint esse executores testamentorum, ard. q. cap. 98. nu. 1</i>	
<i>Mater ex mala tutela administratione an possit incarcerari, cum omni legum auxilio renouissset, ard. q. ca. 97. nu. 1.</i>		<i>Monachi minorita fundi ad vendendum, an sint capaces</i>	<i>ca. 32. nu. 13</i>
<i>Matrimonium non infirmat lex noua ante sui promulgationem</i>	<i>ca. 44. nu. 8</i>	<i>Monachismo superueniente an rumpatur testamentum cum communi, & contra alteram communem</i>	<i>ca. 102. num. 2.</i>
<i>Matrimonium spirituale metu etiam reuerentia contra ctu vitiat, aliud in carnali matrimonio</i>	<i>ca. 35. nu. 17</i>	<i>Monachismus vel religio vel ordo religiosorum quando factus videatur</i>	<i>ca. 105. nu. 49</i>
<i>Matrimonium hodie an viticitur per metum reuerentialem</i>	<i>ca. 35. nu. 19</i>	<i>Monachus non testatur cum communi</i>	<i>ca. 102. nu. 1</i>
<i>Matrimonium per patres contractum, respectu liberorum an vitietur metu reuerentialem</i>	<i>ca. 35. nu. 21</i>	<i>Monachi bona etiam quod ad possessionem transeunt ipso iure ad monasterium</i>	<i>ca. 105. nu. 2.</i>
<i>Matrimonium quando presumatur de iure ciuili, & quando de iure canonico</i>	<i>ca. 85. nu. 6</i>	<i>Monomachia vnde dicta</i>	<i>ca. 12. nu. 4</i>
<i>Matrimonium presumitur post longum tempus</i>	<i>ca. 61. nu. 10</i>	<i>Monachus testatur Papa permittente cum communi</i>	<i>ca. 2. nu. 102</i>
<i>Matrimonium metu contractum irritatur</i>	<i>ca. 35. nu. 20</i>	<i>Monachismi & religionis tria substantialia vota</i>	<i>ca. 105. num. 50</i>
<i>Medicus qui dum morari valetudinem agroti volebat, eu peremit, an reus homicidij fiat, not. q.</i>	<i>ca. 19. nu. 16</i>	<i>Mores mutantur & hominum opiniones</i>	<i>ca. 27. nu. 7</i>
<i>Mens praeualet verbis</i>	<i>ca. 43. nu. 3</i>	<i>Morum mutatio quotidie fit</i>	<i>ca. 20. nu. 32</i>
<i>Mens tenet primum locum, sequentem verisimilitudo, vltimum verba</i>	<i>ca. 30. nu. 6</i>	<i>Mors ciuili naturali morti non aequiparatur, nisi in casibus in iure expressis</i>	<i>ca. 108. nu. 2</i>
<i>Mentium humanarum varietas</i>	<i>ca. 9. nu. 11</i>	<i>Moras non patitur auxilium</i>	<i>ca. 21. nu. 30</i>
<i>Merum quid significet</i>	<i>ca. 4. nu. 2</i>	<i>Mors quid fit</i>	<i>in praef. nu. 68</i>
<i>Media talia intelliguntur, qualia extrema</i>	<i>ca. 88. nu. 3</i>	<i>Mortem naturalem sequitur ademptio bonorum</i>	<i>ca. 96. num. 2</i>
<i>Meretrici datum effugit dominium dantis</i>	<i>ca. 48. nu. 7</i>	<i>Mortui resurrectio in hoc seculo non expectanda</i>	<i>ca. 108. num. 4.</i>
<i>Meretrix in foro conscientia, an mercedem petere, vel retinere possit, ard. q.</i>	<i>ca. 48. nu. 5</i>	<i>Mortui quo loco iacebunt</i>	<i>in praef. nu. 69</i>
<i>Meretrix si vult nubere ei, qui ad supplicium ducebatur, an sit audienda</i>	<i>ca. 48. nu. 15</i>	<i>Mors saxus venit</i>	<i>ca. 55. nu. 8</i>
<i>Meretrices an tolerande</i>	<i>ca. 48. nu. 1</i>	<i>Mors indiuidua</i>	<i>in praef. nu. 70</i>
<i>Meretrici quod datur, ei acquiritur</i>	<i>ca. 48. nu. 9</i>	<i>Mortem certam oppetere pro saluanda tota etiam patria nullus tenetur</i>	<i>ca. 13. nu. 11</i>
<i>Meretricibus suis questus gratia datur actio & retentio</i>	<i>ca. 48. nu. 3</i>	<i>Moriuntur fatiscuntq, saxa & monumenta</i>	<i>in praef. num. 37</i>
<i>Meretrici datum repeti nequit</i>	<i>ca. 48. nu. 10</i>	<i>Morte delinquentis liberatur fideiussor ipsius</i>	<i>ca. 96. nu. 23</i>
<i>Meretrici an liceat vim inferri</i>	<i>ca. 48. nu. 4</i>	<i>Mors nihil</i>	<i>ca. 55. nu. 7. & ca. 57. nu. 25</i>
		<i>Mulier parcendum est aduersus dolum praesumptum</i>	<i>ca. 97. nu. 51</i>
		<i>Mulier capi non potest pro debito ciuili, cum communi opin.</i>	<i>ca. 97. nu. 2</i>
			<i>Mundi</i>

Mundi dominium nullum esse, nec vnquam fuisse, aut futurum, & contrarium monstrum esset, noua ratione docemur ca. 20. num. 10

Mundi dominus in temporalibus nec fuit Christus dominus noster, nec est Papa, nec Imperator, sed solus Adam ca. 21. num. 3

Mundus sub vno esse Imperatore nihil incommodus cap. 20. num. 37

Mundum vni principi non subesse ostenditur iure tam natura quam gentium, & etiam ciuili, & diuino capit. 20. num. 27

Mundi dominum qui se iactaret, demonum è caelo cadentium audaciam superaret ca. 21. num. 33

Mundus continet quatuor elementa omnia generantia ca. 36. num. 13

Mundus constat quatuor elementis ca. 51. num. 3

Mundi dominum vnum hominem esse, nocentissimum esset ca. 21. num. 34

Mundi vox variè sumitur ca. 20. nu. 29

Mutus qui illam solam vocem exprimere potest, sic, vel, testari potest ca. 103. num. 8

N.

Naturalis filius & nepos legitimus ex filio naturali non excluduntur ab vxore patris iure regio ca. 102. num. 17

Naturalis, notus, spurius, & similes institui possunt sub conditione si à Principe legitimetur, cum communi ca. 102. num. 19.

Naturalis vt succedat, quando concurrat iam legitimus ca. 102. num. 18

Naturalis filius & nepos legitimus ex filio naturali exequantur ca. 102. num. 16

Natura suæ quæque faciliè reddunt ca. 32. num. 4

Natura dux optima ca. 7. num. 5

Naturalis filius ex concubina fauorabilior est, quam si ex seorsum habitante nasceretur contra nouiss. quod procedit etiam iure regio ca. 102. num. 11

Naturalis capit duas vncias ab initio, fallit variè ca. 102. num. 15

Naturalis filius vt succedat ca. 102. num. 10

Nauigantes morti proximi ca. 20. num. 15

Nauigatio horrida ca. 20. num. 20

Nauigatio impossibilis ferè & noxia reputatur c. 51. n. 45

Nauigatio perfida ca. 20. num. 16

Nauigare contra naturam est ca. 20. num. 13

Nauigare nephas est ca. 20. num. 12

Nauigare est animam ventis credere ca. 20. num. 17

Nauigare triste est ca. 20. num. 11

Nauigantes inter viuentes esse non videntur ca. 20. nu. 21

Nauigationis inuentor fuit mortis inuentor ca. 20. nu. 18

Nauigare periculosissimum est ca. 20. nu. 14

Nauigare est ire contra leges natura ca. 20. num. 19

Necessitatis aut bellorum tempore iudex potest compellere ciues ad pecunias mutandas Reipublica c. 6. nu. 7

Necessitati culpata non subuenitur ca. 35. nu. 16

Necessitatis causa receditur à regulis iuris ca. 90. nu. 12

Negatiua præcepta an efficacius obligent, quam affirmatiua? ard. q. ca. 30. nu. 19

Nepotes & deinceps iura suorum habentes, an sabonani conditione possint institui heredes, not. a. quæstio cap. 107. numero 5.

Necessitas sponte causata non consideratur ca. 60. nu. 7

Nil vt non generat aliquid, ita aliquid ad nihilum nunquam reducitur, sed transmutari potest ca. 50. nu. 11

Nobilitatis priuilegium quanto tempore pereat cap. 64. num. 5

Nobilis aggressus non tenetur fugere ca. 11. nu. 14

Nobilitatis priuilegia à nobis possunt separari ca. 11. n. 24

Nobilitas quid ca. 25. num. 31

Nobilis vel hidalgus quando participet commoda, licet non participet onera ca. 35. num. 3

Nobilis non capitur pro debito ciuili ca. 97. num. 7

Nobilitatis commendatio ca. 25. num. 32

Nobiles an homines suos cadere plagis possint, ardua q. ca. 8. nu. 10

Nostrum nobis absolute non aufertur ob publicam etiam vtilitatem, sed demùm data compensatione idonea, ardua quæst. ca. 5. nu. 1

Nostrum nobis inuitis saepe etiam sine facto nostro adimitur ca. 48. num. 23

Nostrum nobis inuitis & ignaris quandoq. aufertur ca. 75. num. 2

Nostrum nobis sine facto nostro non rato ex legis dispositione adimitur ca. 74. nu. 2

Nostrum prodigere fas est ca. 48. nu. 8

Nostrum interdum sine facto nostro nobis aufertur cap. 82. num. 12

Nostrum quando pro derelicto videamur habere ca. 73. num. 12

Notariatus præsumitur ex longo tempore ca. 62. num. 5

Notarius interdum potest pluries scripturam edere cap. 31. num. 31

Notorietas excludit, aut non eget probatione aut cause cognitione ca. 103. num. 19

Notorium est allegandum ca. 7. num. 10

Notorij vis ca. 20. num. 23

Notorietas superat omne genus probationis ca. 51. nu. 43

Notorium iuris non expedit allegari ca. 7. num. 15

Notus capere potest ex testamento patris cum nouissimis contra Bar. Oldra. & alios ca. 102. nu. 12

Notus & naturalis differunt in successione abint. cap. 102. num. 13.

Notorium quam habeat vim noua distinctio ca. 76. nu. 8

Nouari non potest obligatio præscripta ca. 53. num. 14

Nuptiarum fauore minor potest transgredi præceptum testatoris, quod aliter transgredi non liceret cap. 94. num. 21

O.

Obligatio & actiones ciuiles comprehendunt principes ca. 45. nu. 13

Obligatio vtraq. tollitur prescriptione contra communem ca. 53. num. 9

Obligatio interdum præsumitur post longum tempus ca. 53. num. 5

Obligatio naturalis ex delicto orta, an perimatur prescriptione, ard. q. ca. 55. num. 4

Obligatio vtraq. vt perimatur, an fieri possit per legem, ard. q. ca. 53. nu. 20

Obligatio naturalis oritur ex iure gentium primauo ca. 53. num. 2

Obligari personaliter durius quam rem tradere suam, & alienari cap. 61. nu. 4

E e Obliga-

I N D E X.

- Obligatio naturalis an perimatur prescriptione* capit. 51 num. 24
- Obligatio sola naturalis non est efficax contra principem Romanum* ca. 45. nu. 14
- Obligatio utraque perimitur prescriptione, acceptatione & nonatione, contra Doct.* ca. 53. nu. 12
- Obligatio naturalis an prescriptione perimatur* cap. 53. num. 1
- Obligationem prescriptione debilitari, falsum est, quia extinguitur* ca. 53. nu. 10
- Obligationi naturali quare non assistat lex civilis* capit. 10. num. 20
- Obligationi naturali an lex assistere definat, egregia declaratio* — ca. 10. nu. 22
- Obligatio facti an sit precisa* ca. 25. nu. 33
- Obligamus mente, non verborum aut literarum figura* ca. 30. num. 7
- Obligatio naturalis vnica est* ca. 10. nu. 19
- Oblitio presumitur post longum tempus* ca. 61. nu. 6
- Occasio quid* ca. 9. nu. 9
- Occidens mediatorem se defendendo punitur, si erat de illis, qui se defendere non debebat* ca. 19. nu. 21
- Occidens mediatorem se defendendo punitur si erat de illis, qui fugere tenebantur* ca. 19. nu. 20
- Occidens lapide versus hominum turbam iacto, extra ordinem punitur* ca. 19. nu. 22
- Occidens quare occidatur* ca. 18. nu. 24
- Occidere licet etiam extra casus veteri lege contentos* ca. 8. num. 47
- Occidens mediatorem interdum extraordinaria poena, interdum nulla punitur, ordinaria nunquam* capit. 19. num. 19
- Occisionis vitande preceptum egregia declaratio* cap. 8. numero 42
- Occidens non occidendi, sed vulnerandi animo, an occidatur, not. q.* ca. 18. nu. 43
- Occidens vt occidatur, an procedat etiam in iudice, qui innocentem capitaliter damnauit* ca. 18. num. 26
- Occidere hanniticum si licet, licebit etiam si sit pater, aut filius occisoris* ca. 49. nu. 13
- Occidens damnatum ad mortem capite punitur* cap. 18. num. 23
- Occidens mediatorem dum filium, vxorem, discipulum, aut famulum castigaret, an puniatur* c. 19. nu. 23
- Occidere an liceat hominem pro rerum defensione, ardua quest.* ca. 57. nu. 8
- Occidens adulterum, an peccet, ard. q.* c. 49. num. 4
- Officia publica honores sunt* c. 42. nu. 9
- Officium quando presumatur affectatum* ca. 105. nu. 5
- Officialis quando presumatur quassisse de bonis fisci* ca. 105. num. 23
- Officia quando vendere non licet, tunc nec decet, nec expedit, contra Theol. idem e contra, contra eosdem* capit. 43. num. 8
- Officia publica vendere principi non solum licet, sed & decet quando a populo erat insufficienter dotatus, contra Theologos* ca. 43. nu. 9
- Officia publica populus vendere potest* c. 42. nu. 5
- Officia publica & dignitates non dignis, sed dignioribus danda* ca. 43. num. 14
- Officiorum venditio a populo libero facta decens videtur* ca. 42. num. 12
- Officia publica vendita, an transeant ad successores* cap. 43. num. 12
- Officia publica an vendi possint? ard. q.* ca. 42. nu. 1
- Officia publica vendente populo presumam id vrile esse, contra Doct. & quid si a principe venderentur* cap. 42. num. 1
- Officia publica an princeps vendere possit?* ca. 43. nu. 1
- Officia publica an vendere possint Duces, Comites, & Marchiones* ca. 43. num. 40
- Officialis praelatus & similes possunt probare quod quiesierunt intuitu officij vel dignitatis* ca. 105. nu. 32
- Officia publica is a vendi posse, vt transeant ad successores, contra Sotum* ca. 43. nu. 17
- Officia publica vendi licet etiam practice* ca. 42. nu. 13
- Opinio Basteorum & Saduceorum circa animarum immortalitatem* in praef. nu. 66
- Operibus credendum* ca. 51. nu. 6
- Opera indicant auctorem* ca. 51. nu. 63
- Oratio prima* in praef. nu. 13
- Oratio sequens* in praef. nu. 14
- Oratio negatiua an plus neget, quam affirmatiua affirmet, ard. q.* ca. 30. nu. 18
- Ordo sacer presumitur ex longo tempore* ca. 61. num. 23

P.

- P**acti appellatione & non factum venit capitul. 52. num. 6
- Pactum futura successionis inter liberos de patris hered. improbat* ca. 37. nu. 6
- Pactum nudum cum Principe Romano initum non est efficax ad agendum contra Principem, contra Doct. nec contra priuatum, contra eosd.* ca. 45. nu. 15
- Parentibus maior pietas debetur quam reliquis* ca. 97 num. 7.
- Pactum futura successionis inter liberos initum super patris viuenti hereditate improbat* ca. 106. nu. 5
- Papa non exercet iurisdictionem temporalem vacante imperio, ard. q.* ca. 22. num. 1
- Papa electio de consuetudine spectat ad Cardinales* ca. 22. num. 10
- Papa an iuriscrispro derogare possit, ardua quest.* ca. 26. num. 26
- Papa ius diuinum potest interpretari* ca. 5. num. 19
- Papa vacante imperio non prescribit Imperatoris iurisdictionem* ca. 22. num. 2
- Papa an habeat iurisdictionem temporalium in toto orbe, ard. q.* ca. 21. nu. 1
- Papa non potuit alienare Castellum Pernsinum, contra Doct.* ca. 4. num. 6
- Papatus vacante Imperator non exercet iurisdictionem spiritualem* ca. 22. nu. 5
- Papa abutenti an occurrere possit* ca. 41. num. 25
- Papa sine Cardinalium consilio ardua expedire an possit? ard. q.* ca. 23. num. 2
- Papa an habeat temporalem iurisdictionem? egregia q.* ca. 2. nu. 2
- Parentum vtriq. par pietas debetur, licet eis in liberos non sit par potestas* ca. 97. num. 4
- Parentibus summus honor a liberis debetur* ca. 37. nu. 5. & ca. 106. num. 4
- Parochus interdum extra parochiam potest residere* ca. 31. num. 30

Pascendi

I N D E X.

- Pascendi ius an tempore ordinario praescribatur, contra communem* ca. 83. nu. 40
- Pater filij iniuriam an remittere possit, ardua questio* ca. 15. num. 8
- Patria est omne solum* ca. 51. nu. 12
- Patientia sine tempore longo non inducit consensus praesumptionem* ca. 64. nu. 4
- Patria magis quam parentibus debemus* ca. 16. nu. 15
- Pater ob iniuriam filij etiam ignoscens agere potest* ca. 18. num. 7
- Paternum preceptum quatenus obliget filium* c. 29. nu. 14
- Patronatus iura iniustus conceduntur terra ab infidelibus debellata causa, quam dotationis causa* c. 51. nu. 38
- Pater illustris potest naturali filio substituere exemplariter, contra Doct.* ca. 107. nu. 26
- Pauperes alienigenis pares* ca. 41. nu. 8
- Pauperibus an currat tempus appellandi, ardua questio.* ca. 141. nu. 5
- Pauperes stipendia non praestant aduocatis, procuratoribus, iudicibus, & notarijs* ca. 41. nu. 3
- Paupertas excusat a prosecutione appellationis* cap. 41. num. 2
- Paupertas excusat moram soluendi* ca. 41. num. 1
- Pauperes non collectantur* ca. 41. nu. 4
- Pauperes quare non collectantur* ca. 4. nu. 7
- Pauperibus currit tempus, sed restituuntur* ca. 60. nu. 11
- Pecunia quando mutatur, ut solutio fieri debeat, ardua q.* cap. 2. nu. 7
- Peccatum ferè omne contra naturam esse* c. 42. nu. 3
- Peregrinus expers testandi actiue & passiue* ca. 51. nu. 32
- Periculum ubi maius, ibi maior remuneratio in praes. num. 98*
- Pæna status finitur morte* ca. 96. nu. 14
- Pænalis obligatio extinguitur ipso iure praescriptione* ca. 55. nu. 5
- Pænis sponte subijcitur* ca. 52. nu. 7
- Pæna ut consensus dedisse videtur* ca. 52. nu. 17
- Pænis an ex aequitate quadam obligemur* ca. 55. nu. 2
- Pæna spontanea non est pæna* ca. 55. nu. 22
- Pæne legales an obligent naturaliter, ar. d. q.* ca. 55. nu. 1
- Pæna culpa aqua* ca. 18. nu. 36
- Pæna non datur culpa cessante* ca. 55. nu. 18
- Pæna conuentionalis praescribi potest* ca. 55. nu. 23
- Pænam pecuniariam a ratio publico applicandam iudex facilius potest remittere, quam parti applicandam* ca. 24. num. 18
- Pæna a principibus, vel iudicibus ut & quatenus remitti possit, egregia dist.* ca. 18. nu. 117
- Pænam legalem iudex remittens, lege punitur* c. 15. nu. 12
- Pænam post partis abcessum minuere potest iudex contra nouiss. aliquantulum, ex toto autem remittere nec iudex potest nec princeps, contra nouiss. nam iudex & princeps differunt in quanto, non in toto, contra nouiss.* ca. 18. nu. 9
- Pæna non est actus irritatio, quando non fit in odium agentium* ca. 28. nu. 5
- Pænam euitare facit ordinariam qualibet etiam iniusta causa* ca. 18. nu. 28
- Pæna etiam immoderata non differt ab alia quod ad hoc ut in conscientia debeat, contra Decium & Cagn.* ca. 28. nu. 14
- Pænam lenire etiam post sententiam interdum & licet & expedit* capit. 31. numero 30
- Pæna promissa sub conditione si opus infra annum factum non fuerit, an peti possit ante finem termini* ca. 95 num. 4
- Pæna caret, qui figit hominem dum taurum loco solito agitur figere curabat, non sic si in loco insolito* cap. 19. num. 11
- Pæna corporalis interdum datur insensato* ca. 96. nu. 11
- Pæna, culpa maior non fit* c. 19. nu. 6
- Pœnitentia an locus sit ante scripturam confectam quando in scriptis fit contractus, ar. d. q.* ca. 28. nu. 21
- Pæna etiam pecuniaria non transit in heredes in criminibus publicis* c. 96. nu. 18
- Pæna in priuatis delictis an transeat ad heredes* ca. 96. num. 20
- Pæna pecuniaria an transeat in heredes morientis infra tempus appellandi* ca. 96. nu. 18
- Pæna corporis afflictiua finitur morte delinquentis* ca. 96. num. 7
- Pæna delicti qua imponitur ipso iure, semper transit ad heredes* ca. 96. nu. 22
- Pæna commutatur ex inhabilitate persona plebenda* ca. 96. num. 30
- Pœnitentiam à Papa iniunctam minuit episcopus* c. 31. n. 4
- Pœnam parti vel fisco applicandam quando princeps possit remittere* c. 24. nu. 13
- Pæna peccato aqua* ca. 12. nu. 3
- Pæna delicti an transeat in successorem dignitatis* ca. 96. num. 21
- Pæna an debeat in conscientia* ca. 32. nu. 9
- Pæna conuentionalis non magis nec minus debetur in conscientia quam legalis, contra Decium, Cagno. & alios* ca. 28. nu. 15
- Pæna adulterij non extenditur ad viciantem monacham, egregia q.* cap. 35. nu. 11
- Pæna dupli aut quadrupli an peti possit de iure canonico* ca. 28. num. 17
- Pænam etiam in conscientia an creditor petere possit, ar. d. quest.* ca. 28. nu. 20
- Pæna corporea quare non descendat in heredes* capit. 96. num. 13
- Pæna transit contra heredes, quando delictum opponitur excipiendo* ca. 96. nu. 23
- Pæna non extenditur de casu vero ad casum fictum* ca. 31. num. 40
- Pæna & premio rem publicam contineri in praes. numero 81*
- Pæna est infirmitas actus* ca. 28. num. 3
- Pæna suos debet tenere authores* capitul. 35. num. 5. & c. 48. num. 40
- Pæna an post sententiam, qua transit in rem iudicatam, transeat ad heredes* ca. 96. nu. 19
- Pæna legalis si petatur, debetur in conscientia à damni adificatore etiam quod ad damni affirmationem ubi interfu- it dolus, contra communem opinionem, idem si culpa lata contra eandem communem opinionem* capit. 28. num. 17
- Pæna etiam ipso iure irrogata non debetur in conscientia, contra communem opin.* ca. 28. nu. 13
- Pæna conuentionalis etiam nimis dura non debetur minus nec magis, quam si esset mediocris, contra Accursium, Decium, Corst. & Cag.* ca. 28. num. 16

I N D E X.

- Pœna pro damno lenissima culpa dato, non debetur etiam in foro contentioso, contra Lud. Rom. & Nico. Pigno.* ca. 28. num. 19
- Pœna pro damno leui culpa dato, an debeat in conscientia, ard. q.* ca. 28. nu. 18
- Pœna pecuniaria an transeat in heredes post sententiam* ca. 96. num. 17
- Pœna par culpa vt intelligatur* ca. 24. nu. 17
- Pœna culpe par* ca. 8. num. 51. & ca. 55. num. 20
- Pœnam legalem etiam si procedatur per modum accusationis, iudex alterare potest ex causa, ard. q. ca. 35. n. 4*
- Pœna in contractu apposita quare leniat obligationem principalem, noua declaratio* ca. 29. num. 5
- Permitti ere malum, alienum est à lege* ca. 49. nu. 7
- Peritorium suspendere, & ad possessorium redire, an liceat post litem contestatam, ard. q.* ca. 87. n. 27
- Pluralitas resoluitur in suas singularitates, etiam in conditionibus implendis* ca. 92. num. 2
- Possessionis vel quasi possessionis ius & commodum quanto tempore quis acquirat, contra eum, qui fundabat intentionem suam de iure* ca. 87. num. 15
- Possessio vel occupationis ius olim erat in rebus soli* ca. 57. num. 22
- Possessio naturalis solo animo retinebatur iure gentium etiam prima uo* ca. 57. n. 24
- Possessio vt continuetur in heredem ex vi statuti, vel in successorem maioratus, intelligitur nisi ab alio occupetur, ard. q.* ca. 57. num. 19
- Possessionis continuatio exigitur ad prescribendum* cap. 58. num. 1
- Possessorio recuperanda an obijci possit exceptio de sententia lata inter easdem partes, dubia pugna* cap. 88. num. 4
- Possessio que ipso iure in maioratus successorem vel in heredem transiit, cepta sine villo vitio fuit naturaliter ab aliquo tertio, vitium est ad prescribendum, contra Doct. ca. 57. num. 27. & ea possessio nil interest occupata esset hereditate iacente an postea, contra Claudium ibi num. 28*
- Possessionem occupauit tertius, an sit vi repellendus* cap. 57. num. 31. & possessio naturalis non est in quatuor speciebus ibi enumeratis, contra Doct. ibi num. 32.
- Possessor an sit tuendus in sua possessione contra aduersarium, qui suam intentionem fundabat de iure si diu vel aliquandiu dissimulauit* ca. 86. num. 11
- Possessor an sit lite pendente tuendus in sua possessione, & etiam contra actorem, qui suam intentionem fundabat de iure* ca. 86. nu. 9
- Possessor quando sit tuendus contra fundantem suam intentionem de iure, ard. q.* ca. 85. nu. 9
- Possessorio retinenda an obijci possit exceptio de dominio in continenti probando, dubia pugna* ca. 88. num. 3
- Possessorio recuperanda non magis opponi potest exceptio sententia lata inter easdem partes, quam exceptio cuiusq; alterius cause legitima inter easdem partes habitae, contra communem opin.* cap. 88. num. 5
- Possessorio remedio agenti potest opponi exceptio de dominio in continenti probando* ca. 88. num. 1
- Possessionis vel quasi possessionis ius & commodum quanto tempore quis acquirat contra eum, qui fundabat intentionem suam de iure* c. 87. nu. 15
- Possessorio recuperanda non magis opponi potest exceptio sententia lata inter easdem partes quam exceptio cuiusq; alterius cause legitima inter easdem partes habitae, contra communem opin.* cap. 88. nu. 5
- Possessorio recuperanda an obijci possit exceptio de sententia lata inter easdem partes, dubia pugna* capitul. 88. nu. 4.
- Possessionis ius quo tempore amittatur* ca. 86. num. 12
- Possessorio recuperanda non potest obijci exceptio de dominio in continenti probando* ca. 88. nu. 2
- Possessio diutina an transferat in aduersarium onus probandi* ca. 86. nu. 5
- Possessorio retinenda an obijci possit exceptio de dominio in continenti probando, dubia pugna* c. 88. nu. 3
- Possessorio remedio agenti potest opponi exceptio de dominio in continenti probando* cap. 88. nu. 1
- Possessio quaesita per constitutum, vel precarium an sufficiat ad prescriptionem, ard. q.* c. 57. n. 5
- Possessor quando sit tuendus in sua possessione contra eum, qui suam intentionem fundabat de iure, & est ard. q.* ca. 86. nu. 3
- Possidere se ignorans si verè possideat prescribit* ca. 69. num. 7
- Possessio vitiosa perdurat* ca. 65. nu. 14
- Possessio ignoranti interdum queritur* ca. 69. nu. 8
- Possessionem capit heres testamentarius, licet filius preteritus sese opponat* ca. 100. nu. 4
- Possessio perditur decennio* ca. 76. nu. 4
- Possessionis vitium vt purgetur* ca. 59. nu. 4
- Possessio naturalis an sufficiat ad prescriptionem, ca.* 57. num. 3.
- Possessionis vi magna* ca. 90. n. 9
- Possessio dicitur violenta, clandestina, precaria* cap. 65 num. 13
- Possessio civilis & naturalis requiritur ad prescriptionem* ca. 57. nu. 1.
- Possessio adijcitur longi temporis negligentia* c. 68. n. 7
- Pitthagora dogma* cap. 27. num. 10
- Possessio naturalis sola an sufficiat ad prescrip. etiam si civilis ab alio teneatur, ard. quest.* c. 57. nu. 6
- Possessio vitiosa non prodest ad prescriptionem* cap. 59. num. 2
- Possessio sola radix & fundamentum prescriptionis, noua opin.* cap. 65. nu. 10
- Possessorio recuperanda non potest obijci exceptio de dominio in continenti probando* cap. 88. nu. 2
- Possessio iunior clandestina praesumitur, cum comm. ca. 85. num. 6.*
- Possessio naturalis quid* c. 57. n. 21
- Possessio naturalis iustior quam civilis* c. 57. n. 16
- Possessionis continuatio an praesumatur, ard. quest.* c. 58. nu. 5
- Possessio naturalis sola an sufficiat ad prescriptionem vsusfructus* cap. 57. nu. 4
- Possessio civilis sufficit ad prescriptionem* c. 57. n. 2
- Possessio ab aliquo tertio licite an illicitè capiatur multum interest* ca. 57. nu. 26
- Possessio in hereditatem iacentem videtur continuata ad explendam prescriptionem, nisi ab alio occupetur* cap. 57. n. 18
- Potentia mentita* ca. 51. nu. 67.
- Potestas propter vsum* cap. 20. nu. 38
- Poten-

- Potentia nulla, & finita exaquetur in *praf.* nu. 34
 Potestas ordinaria & absoluta an sit in principibus, ard. *ca.* 26. num. 2
 quest.
 Potestates etiam minimè dicuntur esse à Deo *ca.* 20. nu. 5
 Potestatis plenitudine princeps vti videtur, quando alias eius actus periret *ca.* 26. nu. 9
 Potestatis plenitudine vel potestate privilegiata in dubio an princeps vti videatur, egregia q. *ca.* 26. nu. 21
 Potestatis absoluta & ordinaria non est in principè differe-
 rentia, egregia q. *ca.* 26. nu. 18
 Potestatis plenitudine cum vtitur princeps, intelligitur de
 laudabili *ca.* 26. nu. 11
 Potestatis plenitudine an princeps possit contractum suum
 violare *ca.* 26. num. 12
 Potestatis plenitudine suppletentes, hac clausula refertur
 adiuris positivi solennia, non adiuris diuinum naturale
 vel gentium alterandum *ca.* 26. num. 27
 Potentia vera quis *ca.* 27. num. 1
 Potestatis plenitudine sine causa iusta an princeps vtiatur
ca. 26. nu. 10
 Potentiores digniores in *praf.* num. 79
 Potestatis vtriusq; finis in *praf.* nu. 16
 Potestatis plenitudo non est ad malum *ca.* 5. nu. 17
 Populi rumor non curandus *ca.* 14. num. 7
 Populus postquam principem accepit, desinit habere ius le-
 gum ferendarum *ca.* 1. nu. 7
 Populus regem habens praesumitur facultatem legis ferendi
 sibi reseruasse *ca.* 47. nu. 11
 Populus male alienato adest peccatum & restituendi ob-
 ligatio *ca.* 43. num. 21
 Populus imitatur principem *ca.* 43. num. 7
 Populum à principe habitum, qui alienare potest, poterit
 & vendere, contra nouiss. *ca.* 43. nu. 20
 Populus regem habens an leges sibi ferre possit *ca.* 47. n. 9
 Populorum à rege alienatorum duplex lesio *ca.* 43. nu. 19
 Populi vox & opinio maximam vim habet in *prafatio.*
 num. 86
 Populi vetus memoria pro veritate est *ca.* 63. num. 9
 Populorum alienationes necessitatis causa an perpetuo
 fieri liceat *ca.* 43. num. 18
 Populus ad singulos ciues non se habet, vt corpus ad singu-
 la membra, contra nouiss. *ca.* 47. nu. 7
 Populi vox Dei vox est *ca.* 51. num. 71
 Populus principem habens, an leges ferre possit *ca.* 47. n. 1
 Pretio qui subditum se fecit, an se liberare possit *ca.* 82.
 num. 7.
 Pralatus, vxor, & similes, ex cuius bonis praesumantur
 contraxisse *ca.* 105. nu. 6
 Pralatus tam ex bonis suis quam ecclesia quassisse aliquan-
 do praesumitur *ca.* 105. num. 36
 Pralatus quando debeat facere inuentarium *ca.* 105. n. 13
 Pralatus non semper marito assimilatur *ca.* 105. num. 37
 Pralatus quassisse an praesumatur ex bonis ecclesia *ca.* 105.
 num. 1
 Pralatus qui curauit vt sibi relinqueret, quod quis eccle-
 sia relinquere volebat, an teneatur *ca.* 105. nu. 43
 Pralatus qui lesit ecclesiam in quassitis vel querendis
 quando teneatur *ca.* 105. num. 42
 Pralatus & eius haeres tenentur, si res ecclesia praescripta
 est eius culpa *ca.* 105. nu. 41
 Pralatus tenetur augere bona ecclesia si potest *cap.* 105.
 num. 40
 Pralatus an videatur possidere nomine ecclesia *ca.* 105.
 num. 21
 Pralatus quando de bonis ecclesia quassisse videatur, nec
 ne *ca.* 105. num. 35
 Premium si indiuiduum est vt inter merentes partiatur
ca. 90. num. 8
 Premium propter onus *ca.* 35. nu. 2
 Prælia tumultuaria (scaramuzas vocant) licita esse in-
 ter milites, contra nouiss. *ca.* 49. num. 18
 Premium pinguius praestandum esse interpretamur ob fa-
 cinus memorabile *ca.* 90. num. 7
 Praesentia vt probetur *ca.* 60. nu. 2
 Praesentia est quid facti *ca.* 60. num. 1
 Praescriptiones non tenent extraneos à iurisdictione prin-
 cipes aut priuatos *ca.* 51. num. 28
 Praescribere potest ne rex vt quid arduum expedias sine
 procerum consilio *ca.* 23. nu. 3
 Praescriptio de iure canonico, si est annorum 30. procedit si
 haeres sit in bona fide, licet defunctus fuisset malefidei
 possessor, cum communi contra alteram communem.
 Idem de iure ciuili cum communi, contra alteram com-
 munem *ca.* 73. nu. 14
 Premium propositum ei, qui primus vrbis obsessæ muros
 ascenderet, vtri eorum qui muros pariter ascenderunt
 debeatur, egregia q. *ca.* 90. num. 1
 Praescripta actione personali, obligatio naturalis si qua su-
 per est, non proderit, vt super eam possit fieri nonario,
 cum communi contra alteram communem, nec prode-
 rit vt ei posset accedere fideiussor, cum communi con-
 tra alteram communem, nec pariet exceptionem cum
 communi contra alteram communem *cap.* 74.
 num. 5.
 Praescribere an possit missus in possessionem ex causa noxa-
 li vel damni infecti, cum sciret rem illam non esse illius,
 contra quem decretum fuit interpositum, egregia q.
ca. 72. num. 4
 Praescriptio qualitatis per quam res deterior fit, facilius
 admittitur, quam praescriptio per quam res tota au-
 fertur *ca.* 78. num. 2
 Praescriptio immemorialis non nititur in possessione ciuili,
 sed naturali detentatione contenta est *ca.* 81. nu. 20
 Praescriptio procedit quando vxor viro rem alienam dona-
 uit etiam si vir eam vxoris esse, & sic donationem quod
 ad transferendum dominium non valuisse, existimas-
 set, contra Doct. *ca.* 79. nu. 5
 Praescriptio immemorialis an cesset si appareat de titulo
 illegitimo, ard. q. *ca.* 81. num. 11
 Praescribatur vt per decennium, vel aliud etiam breuius
 tempus, statuto ciuitatis superiorem non recognoscen-
 tum induci potest *ca.* 76. num. 9
 Praescriptione completa cessat restitutio, primò in praescri-
 ptione centum annorum: deinde etiam in praescriptione
 40. annorum: tertio etiam in praescriptione 30. anno-
 rum: quarto etiam in praescriptione ordinaria, hac om-
 nia contra communem cum multis tamen *ca.* 75. nu. 3
 Praescriptio longi temporis de iure canonico procedit in ijs,
 que sunt modici praedicti, licet possidens haberet sci-
 entiam iuris alieni *ca.* 87. num. 6
 Praescribi iniqua nullo tempore possunt *capitul.* 51.
 num. 75
 Praescribi potest exemptio de iure canonico etiam sine ti-
 tulo *ca.* 87. num. 11

- Prescrip. 30. ahnorum iure ff. erat incognita* ca. 73. nu. 8
Prescribi potest tempore immemoriali ius concedendi veniam a tatis, contra Romanum ca. 82. num. 10
Prescriptio contingit sine legitimo titulo & cum scientia rei aliena, noua declaratio ca. 85. num. 15
Presumuntur etiam ea qua sunt facti post longum tempus in ijs, qua sunt modici prauidicij ca. 87. nu. 2
Prescriptiones etiam contra ignorantes non sunt iniquae, contra communem ca. 52. nu. 14
Prescribit annis 30. emens rem filij, in qua pater habebat vsufructum ca. 81. num. 9
Prescriptio quare non curras sine titulo in redditu alcaualarum ca. 78. num. 3
Prescripta a tione personalis cum bona fide, obligatio naturalis si qua superest, inutilis est, quo ad effectum iuris ciuili ca. 74. num. 3
Prescriptionis exceptio impedit litis ingressum, contra Bald. ca. 54. num. 13
Prescriptione semel completa an detur restitutio, egregia pugna ca. 75. nu. 1
Prescriptio tam impeditur ex vno vitio quam ex multis, cum quibusdam contra alios ca. 73. nu. 16
Prescribere possum sine titulo in casu hic relato ca. 68. num. 2
Prescriptio 30. annorum cessat in spurio, qui dispensationem illegitimam impetrauit, eiusq. virtute bona patrii possedit, egregia q. ca. 81. nu. 18
Prescriptioni immemoriali non nocet initium vitiosum ca. 81. num. 16
Prescriptio iuris, est probatio etiam vbi requiritur probatio instrumentorum ca. 105. nu. 15
Prescriptio non est poena etiam si currat contra scientem, contra comm. opin. ca. 55. nu. 21
Prescriptio sine titulo legitimo, & cum scientia rei aliena contingit in decem casibus hic relatis, noua declarationes ca. 65. num. 16
Prescriptio assimilatur iuri accrescendi ca. 59. num. 5
Prescriptio, qua currit contra ignorantem non est poena, contra commu. opin. ca. 55. num. 17
Prescriptionum leges non ex nostro consensu ligant, sicq. naturaliter & veluti ex contractu ca. 52. nu. 9
Prescribi qui rem suam patitur, eam concedere videtur ca. 52. num. 3
Prescriptio longi temporis cessat in spurio, qui bona patrii virtute illegitima dispensationis possidebat ca. 81. num. 19
Prescriptio temporis immemorialis consuetudo est, non prescriptio ca. 83. num. 22
Prescribi potest tempore immemoriali vt appellationes etiam vltima non ad regem, sed ad aliquem magnatem deferantur, contra nouiss. ca. 82. num. 8
Prescriptio 30. annorum in persona heredis non magis iustificatur ex confectione inuentarij, quam si illud non confecisset, contra Alex. Ias. Fel. & Bald. ca. 73. nu. 15
Prescriptio forenses collectandi breuiori tempore quam immemoriali contingit, cum multis contra multos ca. 83. nu. 37
Prescriptio ordinaria non cessat propterea quod sit presumptio iuris contra possidentem ca. 83. num. 21
Prescriptio assimilatur alluionis acquisitioni ca. 59. num. 6
Prescriptio est aduentitium lucrum ca. 59. num. 7
Prescriptiones sunt iuris ciuili ca. 51. num. 23
Prescriptio an sit contra aequitatem naturalem, ardua q. ca. 52. nu. 1
Prescriptiones nunquam fuissent, si ius ciuile non esset ca. 51. num. 25
Prescriptio capit naturam pacti etiam contra ignorantes, contra Gloss. Bald. Fulg. & Barbat. ca. 52. nu. 15
Prescriptio an sponte patienti accidere dicatur, ardua q. ca. 52. num. 16
Prescriptio quare inuenta ca. 57. nu. 13
Prescribi an possint qua Imperatori reseruata sunt, contra nouiss. ca. 22. nu. 18
Prescriptio longi temporis de iure canonico procedit in ijs, qua sunt modici prauidicij, licet possidens haberet scientiam iuris alieni ca. 87. num. 6
Prescriptionis exceptio impedit litis ingressum ca. 56. n. 1
Prescriptionum materia quatuor principijs seu elementis consistit ca. 51. num. 2
Prescri. & iura ciuilia cessant in extraneis populis, principibus, priuatis hominibus ca. 51. num. 36
Prescriptio & vsucapio an differant inter se ca. 51. nu. 8
Prescriptio triginta annorum iure digestorum non erat cognita ca. 51. nu. 27
Prescriptionis continuatio faciliior quam inchoatio ca. 59. num. 3
Prescribi potest exemptio de iure canonico, etiam sine titulo ca. 87. nu. 11
Prescriptio & consuetudo differunt ca. 83. nu. 30
Prescribi an possit ius superioritatis, ardu. q. ca. 2. nu. 14
Prescriptio quare introducta ca. 51. nu. 9
Prescriptio cum mala fide quare non valeat ca. 32. nu. 8
Prescribi potest ne Papa quid arduum in temporali sua iurisdictione expediat sine Cardinalium cons. ca. 23. n. 4
Prescriptio sine titulo & cum scientia rei aliena currit in decem casibus hic delatis, noua declarationes ca. 65. num. 19
Prescriptionum materia summi momenti est ca. 51. nu. 1
Prescriptionem repellere non potest arbitet assumptus, vt secundum aequitatem iudicet, ardu. q. ca. 52. nu. 20
Prescriptio interdum occidit non transfert ius ca. 65. n. 4
Prescriptionum annuaru liberati breuiori tempore, quam immemoriali contingit, cum 7mo. contra plures ca. 83. num. 38
Presumuntur etiam ea, qua sunt facti post longum tempus in ijs, qua sunt modici prauidicij ca. 87. num. 2
Principia qualia sunt, talia sunt principjata ca. 7. nu. 6. & ca. 47. num. 10
Principjata sunt talia, qualia principia ca. 56. nu. 12.
Princeps Romanus non subest legibus ciuilibus Romanorum, sed tantum iuri naturali vel getium, reliqui principes subest legibus ciuilibus suarum regionum ca. 26. nu. 15
Princeps censum antiquum ciuibus inuitis augere non potest ca. 8. num. 2
Princeps merus & legitimus ca. 1. nu. 2
Princeps legitimus non merus ca. 1. nu. 3
Princeps non est dominus personarum non magis quam rerum, contra Ifern. ca. 5. nu. 28
Principem possunt ciues abycere ob ignauiam eius ca. 5. num. 10
Princeps rem ciuis sine causa an auferre possit de plenitudine potestatis, ardu. q. ca. 5. num. 15

Prim-

- Principes imperio abutentes an possint per Papam priuari principatu** ca.8. num.20
- Princeps contrahendo cum subditis manet obligatus naturaliter, & ea obligatio est efficax etiam ad agendum, adeo vt nec de potestate absoluta possit ab eo discedere** ca.3. num.1
- Princeps nec postquam accusator destitit, potest pœnam legis minuere, qua imponi debeat, vbi accusator non esset, contra nouiss.** ca.15. nu.5
- Princeps bis aut pluries quando possit ciues collectare** ca.8. num.1.
- Principum, regum, imperatorum potestas, non est legibus soluta, aut anormala, contra nouiss.** ca.4. num.10
- Principem captum an ciues redimere teneantur** cap.7. num.6
- Principis homines, ciues non rectè appellari, contra Afflictum** ca.8. num.9
- Princeps etiam de plenitudine potestatis nequit auferre rem subditi sine causa, ard. q.** ca.15. nu.1
- Princeps res regia coronæ regulariter alienare nequit** ca.5. num.25
- Princeps oppida alienare nequit, licet retineat sibi iurisdictionem, contra Doct.** ca.4. nu.9
- Princeps an pro pace consequenda possit remittere damna priuatis illata, ard. q.** ca.4. num.11
- Princeps regalia alienare nequit in enorme, nec etiam in mediocre damnum regni, contra nouiss. & quid si leuissimum esset damnum** ca.5. nu.23
- Princeps rem ciuili etiam tempore necessitatis vendere non potest, & quid si sit extrema necessitas** ca.6. num.5
- Principes regulariter non sunt legibus soluti** ca.3. nu.4
- Princeps non potest modum succedendi à testatore ordinatum mutare, contra Doct.** ca.5. nu.11
- Principes boni sunt à Deo** ca.21. nu.9
- Princeps cum incapace scienter contrahendo eum habilem facit** ca.3. num.7
- Principes oppidum alienare etiam suprema iurisdictione retenta non potest, contra nouiss.** ca.5. num.3
- Princeps nec vnum aut certos ciues potest alienare, nec vniuersos, contra Doct.** ca.5. nu.11
- Principales conuentiones non habere vim legis, contra communem opin.** ca.3. num.5
- Princeps etiam ob publicam vtilitatem oppidum nequit alienare, contra quàm plures Doct.** ca.4. nu.4
- Princeps subest legibus** ca.1. num.19
- Principii præceptum notorie iniquum non exequitur** ca.2. num.12
- Principatus ecclesiasticus ad populorum vtilitatem est** ca.1. nu.26.
- Principum triplex distinctio** ca.1 nu.1
- Principem legibus solutum esse, vt intelligendum, egregia quest.** ca.26. nu.13
- Princeps quoties potestate ordinaria vti potest, toties & plenitudine potestatis, contra quàm plures Doct.** ca.26. nu.19
- Principes aut populi liberi inter se iure naturali, & gentium ciuili ligantur** ca.51. nu.30
- Principes & magistratus mali dicuntur non esse à Deo** ca.21. nu.11
- Princeps legitimus leges ferre potest** ca.1. num.6
- Princeps legibus subest iure naturali, diuino, & positiuo** ca.45. num.3
- Princeps dum legibus abutitur, nunquã presumitur iusta causa motus** ca.41. num.27
- Principi imperio abutenti cui occurrere non potest in vim iurisdictionis, occurrere tamen & potest & debet in vim naturalis defensionis** ca.41. nu.26
- Principes sunt Dei ministri** in præf. nu.139
- Princeps iure naturali ciues ab omni lesione tueri tenetur** ca.51. nu.72
- Princeps ciues etiam ob publicam necessitatem perpetuo alienare non potest** ca.64. num.37
- Principes an ardua possint sine procerum consilio expedire, ard. q.** ca.23. nu.1
- Princeps ex iusta causa defensionem tollere potest in criminalibus, plures ardua q.** ca.36. num.1
- Princeps subest legibus** ca.26. num.7
- Princeps priuilegium non subdito concessum interdum reuocat** ca.31. num.24
- Principi an sit plenitudo potestatis** ca.26. num.22
- Principes & magistratus alij sunt à Deo** ca.21. nu.10
- Principes mali & boni à Deo esse, vt intelligendum, noua declaratio** ca.21. num.12
- Princeps in dubio an plenitudine potestatis vti videatur** ca.26. nu.8
- Principes an possint leges mutare** ca.2. nu.19
- Principis non erit miserrima conditio, licet nequeat oppida alienare, contra Doct.** ca.4. nu.8
- Principatus intuetur meram ciuili vtilitatem, non principum** ca.1. num.10
- Principum creandorum, aut legum finis populorum vtilitas** ca.1. num.24
- Princeps non potest facere supra ius, nec contra ius, contra Doct.** ca.15. num.3
- Princeps non est causa causarum, sed solus Deus, contra Doct.** ca.15. num.2
- Principum de potestate disputare non est instar sacrilegij** ca.15. num.4
- Princeps imperio abutens quid à ciuibus iure spectet, ard. quest.** ca.8. num.33
- Princeps agere potest & debet pro vexatione, aut damno ciuibus suis illato** ca.8. num.14
- Princeps esse definit, qui fit tyrannus** ca.18. num.10
- Princeps nobilibus prohibere ne nubant, non potest** ca.17. num.9
- Principi quod placuit, ita demum habet vim legis, si populo vtile sit** ca.2. num.3
- Princeps tyrannicè aut perperam regens, an ipso iure definit esse princeps** ca.8. num.19
- Princeps ante accusatoris abscissum pœnam aliquantulum laxare potest, contra nouiss.** ca.15. nu.10
- Princeps ex bello an sit legitimus** ca.1. num.5
- Principum placita, qua non recedunt à iure naturali vel gentium, legis ciuili vim non habent, vt inductiua, sed vt declaratiua** ca.2. num.10
- Principi à populo data potestas reuocari nequit, fallit in tribus casibus** ca.1. num.8
- Principi thesaurarius an de bonis fisci presumatur emisse** ca.105. num.24
- Princeps illegitimus** ca.1. num.4
- Princeps est legum minister, sicq; eis subest** ca.1. num.14
- Principum placita quando habeant vim legis** ca.2. nu.4
- Princeps continetur appellatione magistratum** ca.1. num.18

I N D E X.

- Princeps res regia corona non alienat, nisi in casibus ca. 4. num. 5
- Princeps potestate ordinaria uti intelligitur, quando solitum ordinem in iudicijs non seruat, contra Glo. Abb. & Mar. Maurit. ca. 26. nu. 24
- Princeps liberum rerum nostrarum usum, aut etiam ab usum impedire an possit? ca. 17. nu. 1
- Principatus & iurisdictio à Deo non magis nec minus procedit, quam reliqua omnia ca. 41. nu. 39
- Princeps an possit remittere talionis pœnam, vel aliam parti debitam, ard. q. ca. 24. nu. 22
- Princeps in causa propria iudex est, & executor c. 45. n. 8
- Principatus desinit ca. 47. num. 4
- Princeps in dubio an habeat ius leges ferendi ca. 47. nu. 13
- Princeps cum subdito contrahendo non obligatur ciuili- ter, sed solum naturaliter, sed ea naturalis obligatio ef- ficax omnino est ca. 51. num. 29
- Principum quant a debeat esse cura & prouidentia ca. 51. num. 73.
- Princeps sine iusta causa dispensare nequit ca. 41. nu. 28
- Princeps legibus ciuilibus an obligetur? ardua quest. ca. 45. num. 12
- Principatus quadripartitus ca. 47. nu. 2
- Principatus & iurisditiones ut sint, necessarium non est, sed tantum utile ca. 41. nu. 41
- Princeps quant am suorum curam habere debeat ca. 42. num. 3
- Princeps sufficienter à populo dotatus, nil ultra exigere potest ca. 43. nu. 6
- Principatus, imperium, regnum dici possunt de iure ciui- li, & de iure gentium, & de iure diuino in pref. nu. 117
- Principatus legitimus ex solo populi consensu ca. 47. n. 5
- Princeps subest legibus ciuilibus etiam à naturali vel diui- na differencijs, contra nouiss. ca. 45. nu. 10
- Principatus ad ciuium utilitatem ca. 42. nu. 2
- Princeps legibus etiam ciuilibus subest trifariam ca. 45. num. 7
- Princeps cum sit tyrannus ciuibus, quale super sit reme- dium, contra nouiss. ca. 22. num. 6
- Principatus ad utilitatem subditorum inuentus in pref. num. 102
- Princeps subest legibus ciuilibus quò ad pœnam, contra no- uiss. & quò ad pœna executionem, contra eosdem ca. 45. nu. 9
- Princeps an sit legibus solutus, ard. q. ca. 45. nu. 1
- Principatus & iurisdictio est de iure gentium secundario, & sic positio, non de iure gentium primo aut natu- rali ca. 41. nu. 29
- Principatus & iurisdictio iuri natura aduersantur cap. 41. num. 37
- Princeps quare nequeat contractum suum violare ca. 26. num. 16
- Princeps etiam de plenitudine potestatis sine iusta causa non potest modum succedendi à testatore dispositum mutare, ard. q. ca. 5. num. 22
- Princeps contrahendo etiam ciuili- ter obligatur, contra communem opin. ca. 3. num. 2
- Princeps femina pro se dotanda, an ciues possit collecta- re? ard. q. ca. 7. num. 5
- Princeps ciuibus iussit ut se redimerent, eos in suos rece- pturus, nunquã à regia corona separatos pollicitus, an contrarium facere possit de plenitudine potestatis ard. q. ca. 5. num. 14
- Princeps necessitatis sua causa ciues alienare non potest; contra plurimos Doct. fallit in vasallu feudatarij vel feudo similibus ca. 5. num. 9
- Principem non posse unum oppidum aut urbem alienare, contra quam plures Doct. ca. 3. num. 8
- Privatio que nunc est, non presumitur in futurum, secus in eo quod est aliquid positiuè ca. 105. nu. 3
- Privilegijs quando præiudicat dispositio generalis ca. 26. num. 4
- Privilegium presumitur ex longo tempore ca. 62. nu. 6
- Probatio leuior sufficit incidentibus ca. 51. nu. 18
- Probationes, sufficit, ut à communiter accidentibus con- cludant ca. 85. num. 14
- Probatio nulla concludit indubitanter, sed solum præ- sumptiuè ca. 14. nu. 2
- Probantur indicijs bona, vel mala fides, metus & dolus ca. 58. num. 8
- Probationum species nulla est, que necessariò concludat, sed tantum contingenter ca. 83. nu. 32
- Probatio leuior sufficit in aliquibus ca. 63. nu. 10
- Probationes coniecturales sufficiunt in antiquis ca. 84. num. 17
- Probationes, sufficit, ut concludant verisimiliter ca. 90. num. 10
- Prodigaliter uiuenti non datur curator cum commu. con- tra plures ca. 37. nu. 8. & ca. 106. nu. 7
- Proditio irreparabilis ca. 32. num. 7
- Prodigere licitum ca. 9. num. 18. & ca. 37. num. 3. & ca. 52. num. 8
- Prodigere nostra fas est ca. 11. num. 3
- Prodigere nostra possumus, fallit in 3. casibus ca. 17. nu. 2
- Prodigere bona sua cuiq; liberum est ca. 106. num. 3
- Prodigere nullus presumitur ca. 57. num. 7
- Prohibitus habere prædia in territorio, non utatur si ca il- lico sit venditurus ca. 32. num. 3
- Progressus presumitur talis, quale initium ca. 58. num. 4
- Papillaris si siebat exheredato integram legitimam ha- benti querela nulla competeat per l. humanitatis, li- cet iure aut ben. aliud inductum, contra comm. cap. 106. num. 32
- Publica utilitas reparanda, non quorundam impen- sa, aut damno, sed vniuersorum in pref. num. 31
- Publicum utile quid videatur, utq; priuato commo- do præ- feratur ca. 8. num. 34
- Pupillo non nocet tutoris mala fides ca. 71. num. 3
- Pupillus non potest habere malam fidem ca. 71. num. 4
- Pupillaris fieri potest exheredato ca. 106. num. 9

Q.

- Q**uerelam non exheredatio producit, sed inofficisitas ca. 106. num. 19
- Querela supponit testamenti validitatem ca. 106. nu. 36
- Qualitas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi in prefat. num. 33

R.

- R**atio affirmatiua an negatiua sit efficacior? ard. q. ca. 30. num. 22

Ratione

I N D E X.

<i>Ratione legis cessante, cessat eius dispositio, licet ratio in lege non esset expressa, contra Galiaulam</i>	ca. 10. nu. 25	<i>Restituere non tenetur quod à viro secum congregiente accepit vidua, aut virgo, aut nupta</i>	ca. 48. nu. 13
<i>Ratione legis cessante etiam in particulari lex cessat, contra Doctores</i>	ca. 46. nu. 4	<i>Restituendi obligatio perimitur, quando prescriptio currit contra scientem & patientem, ar. q.</i>	ca. 55. nu. 12
<i>Ratio elegans</i>	ca. 16. nu. 12	<i>Restitutio cessat ubi est legitima acquisitio</i>	ca. 48. nu. 37
<i>Ratio expressa in lege, pro lege est</i>	ca. 37. nu. 4	<i>Reuocabilis est omnis concessio facta ad concedentis utilitatem</i>	ca. 47. nu. 12
<i>Ratio expressa in lege pro lege habetur, capit. 85. nu. 3. & ca. 106. nu. 4. & cap. 97. nu. 6</i>		<i>Romanorum mores in deterius</i>	ca. 20. nu. 33
<i>Ratio communis improbat</i>	ca. 94. num. 19	<i>Romanus populus potestatis plenitudine an aliquando usus fuerit contra Bald. & Mar. Man.</i>	ca. 26. nu. 25
<i>Reges dici possunt omnes legitimi magistratus in praes. nu. 119</i>		<i>Ruina Thebarum & Troia</i>	ca. 20. nu. 35
<i>Regis & tyranni differentia</i>	ca. 42. nu. 4	<i>Ruina multarum urbium</i>	ca. 20. nu. 36
<i>Regis verum tropheum esse omnibus parem in praes. numero 91</i>		S.	
<i>Regna, imperia, & principatus instabiles in praes. n. 43</i>		<i>Scientia quantum distet ab ignorantia quoad prescriptionem</i>	ca. 65. nu. 12
<i>Regalia interdum alienantur</i>	ca. 31. nu. 34	<i>Scriptura clausula de consuetudine tabellionem apponi consueta inutilis est in tribus casibus</i>	ca. 33. nu. 27
<i>Regnum successione à tempore immemoriali delatum non subesse subditorum arbitrio</i>	ca. 82. n. 6	<i>Scriptura an obliget quo ad clausulas qua iniussu partium sed de consuetudine tabellionum apponuntur, ar. q.</i>	ca. 33. num. 25
<i>Regno vacante, vel imperio, ciues possunt regem sibi eligere</i>	ca. 22. num. 3	<i>Scripturam presentans quatenus pro se faceret non ultra, an ea protestatio profit, ar. q.</i>	ca. 2. nu. 9
<i>Rex praesumitur quassisse intuitu dignitatis & t aliter quassita non potest alienare</i>	ca. 105. nu. 28	<i>Scriptura interuentus an ex tempore longo praesumatur, ar. q.</i>	ca. 64. nu. 8
<i>Regem eligere posse ciuitates, contra nouiss.</i>	ca. 21. nu. 8	<i>Sententia qua enarrat acta processus statuit, licet aliter de actis non appareat, etiam si non sit actum vetus</i>	ca. 39. num. 12
<i>Reges sunt de iure gentium</i>	ca. 1. nu. 25	<i>Sententia que continet relationem actorum creditur, licet aliter de actis non appareat</i>	ca. 39. nu. 8
<i>Regibus aut magistratibus subesse non est necessitatis praes. cisa in praes. num. 125</i>		<i>Sententiam etiam nulla dat titulum ad praescribendum</i>	ca. 67. nu. 1
<i>Regnum & rex sunt nomina generalia ad omnes magistratus spectantia in praes. nu. 107</i>		<i>Sententia ut feratur parte praesente vel ut postea ei notificetur, paria sunt</i>	ca. 39. nu. 11
<i>Regula quando fiat</i>	ca. 105. nu. 39	<i>Seruitutis ad prescriptionem non est necessaria tituli allegatio, contra communem opinionem conclusiones quatuor</i>	ca. 65. nu. 7
<i>Regnum an sit iuris diuini in praes. nu. 106</i>		<i>Seruitutem discontinuam res inanimata non praescribit nisi tempore immemoriali</i>	ca. 83. nu. 25
<i>Rex est propter regnum, non regnum propter regem in praes. nu. 104</i>		<i>Seruitus discontinua an praescribatur longo tempore virtualiter per tituli allegationem, quod non cum communi opin. quando ille simpliciter ibat non ut ens seruitute fibi delata</i>	ca. 84. nu. 5
<i>Regnum est iuris gentium in praes. nu. 105</i>		<i>Seruitus mala est, sed maioris mali vitandi causa iure gentium introducta</i>	ca. 9. nu. 4
<i>Reges prius quam leges scripta in praes. nu. 108</i>		<i>Seruire hebetiores an prudentioribus videantur naturaliter</i>	ca. 9. nu. 3
<i>Reges à Deo esse quo sensu accipiendum in praes. num. 112. & 113</i>		<i>Seruire tateris mortalibus hominum nulli à domino Deo creati</i>	ca. 10. nu. 12
<i>Reges quare inuenti in praes. nu. 120</i>		<i>Seruitutis imago est, aliena dictioni subesse</i>	ca. 82. nu. 14
<i>Reges quare non habeant, aut egeant bruta in praes. n. 114</i>		<i>Seruus, domini salutem, sua praeponeere debet</i>	ca. 11. nu. 4
<i>Regina Amazonum pretio emit Alexandri congressum</i>	ca. 48. nu. 6	<i>Seruus delicto affectus fugere potest titus in conscientia</i>	ca. 10. nu. 5
<i>Reges creatos subditorum gratia</i>	ca. 82. nu. 2	<i>Seruus bello captus titus erit, si fugiat etiam in conscientia, est, egregia q.</i>	ca. 9. nu. 21
<i>Reipublica quantum debeamus</i>	ca. 16. nu. 14	<i>Seruus pœna an testari possit</i>	ca. 10. nu. 15
<i>Rei vindicatio non datur domino rei praescripta contra tertium possessorem, contra Doct.</i>	ca. 54. nu. 12	<i>Seruus dominatus fugere in conscientia non potest secundum nouiss. nos contra</i>	ca. 10. nu. 1
<i>Rei appellatione omnes sua partes continentur</i>	ca. 7. n. 16	<i>Seruitute utens sine causa an iure canonico praesumatur esse in bona fide</i>	ca. 81. nu. 5
<i>Reipublica utilitas priuato commodopraeserenda capit. 5. num. 16.</i>		<i>Seruitus habens causam continuam vel quasi longo tempore, habens vero causam discontinuam tempore in</i>	memo.
<i>Remissio faciliior quam noua concessio</i>	ca. 53. nu. 6		
<i>Remuneracionis etiam causa oppidum regia corone donare principi non licet, contra nouiss.</i>	ca. 5. nu. 2		
<i>Renunciare possumus nostris utilitatibus</i>	ca. 42. nu. 6		
<i>Repudiatio quando facta videatur</i>	ca. 94. num. 2.		
<i>Restituendi obligatio non tollitur exceptione</i>	ca. 55. nu. 16.		
<i>Restitutio non conceditur domino rei praescripta contra Doct.</i>	ca. 54. nu. 11		
<i>Restituendi obligatio non perimitur prescriptione</i>	ca. 55. n. 9		
<i>Restitutio cessat interdum etiam si acquisitio fiat sine domini voluntate</i>	ca. 48. nu. 38		
<i>Restituitur difficilius lesus in toto, quam si in parte lesus esset dimidia</i>	ca. 48. nu. 11		

- memoriali prescribitur cum communi* c.84.n.6
Seruitus sine titulo an prescribatur, egregia q. c.78.nu.1
Seruatorum status quo iure fuerit annihilatus, egregia q. ca.10.nu.13
Seruus an Reipublice causa abesse possit c.10.nu.14
Seruitus quadruplex ca.9.nu.2
Seruitus an causetur ex bello etiam iniusto, egregia quaest. ca.9.nu.14
Seruitus voluntaria ca.9.nu.10.
Serui fugientes an sui iuris fiant ca.82.nu.11
Seruus qui sponte vendidit sese, deterioris conditionis est quam reliqui serui ca.82.nu.16
Seruus an naturaliter, & quo iure obligatur c.10.nu.16
Seruitus onera ca.82.nu.15
Seruitus est contra naturam c.82.n.13
Seruus homo iure natura non est in pref.nu.9
Sermo quando intelligatur de prima vice c.30.nu.15
Similitudo ecclesia militantis ad ecclesiam triumphan- tem ca. 21.nu. 26
Socius quando ex societate quasitum praesumatur capitul. 105.nu.27
Socium itineris defendere non secus quam rempublicam te- nemur ca.16.nu.18
Socratis locus in pref.nu.75
Socium deserere periclitantem turpe est c.13.nu.14
Solennitatis extrinseca interuentus licet non praesumatur ex assertione partium, praesumitur tamen ex assertio- ne sententiae iudicialis ca.39.nu.13
Solennitatis praesumptio inducitur ex longo tempore ad firmandam rei ecclesiasticae alienationem capitul.63. num.4
Solennitas extrinseca non praesumitur ex longo tempore quando nimis difficilis erat ipse actus principalis, idem si non erat verisimilis ca.64.nu.15
Solennitas extrinseca ex tempore longo cum alijs admini- culis praesumitur vel sine alijs adminiculis, ardua quaest. ca.64.nu.7
Solennitas extrinseca non praesumitur ex longo tempore, quando nec veritas locum posset habere capitul. 64. num.14
Solennitas extrinseca requisita ad bonum publicum an praesumatur ex longo tempore ca.64. n. 13
Solennitas extrinseca ex longo tempore an praesumatur ad damnatum tertij ca.64.nu.10
Solennitas extrinseca etiam si de ea instrumentum non meminit, praesumitur ex longo tempore, ardua quaestio ca.64.nu.32
Solennitas a lege requisita non praesumitur interfuisse, ni- si probetur ca.84
Solennitas extrinseca ex longo tempore non praesumitur, si ei partes renunciauerit ca.64.nu.17
Solennitas abundans non nocet ca.32.nu.1
Solennitas extrinseca praesumitur ex longo tempore ca. 64.nu.6
Sortis iudicium quando licitum ca.49.nu.19
Spes improba est ad hereditatem viuientis c.48.nu.24
Spoliato agenti remedio recuperanda quando possit oppo- ni remedium sententiae, ard. q. ca.86.nu.17
Spoliatus an restituatur ante omnia contra fundantem intentionem suam de iure regula cum 14. limitationi- bus cap.86.nu.19.
Spurius ex damnato coitu natus nil capit ex testamento, & quod ei relinquitur legitimis heredibus testatoris applicatur iure regio & iure communi c.102.nu.8
Spurius qui habet bona patris nec fisco denunciatur, tutus non est ca.102.nu.4
Spurius bona sibi a patre donata retinens an sit tutus in foro animae c. 102.nu.22
Spurio hereditatem restituens non peccat, contra nouiss. ca.102.nu.23
Spurius quis dicatur c.102.nu.7
Spurius nil capit a patre, varieg. ampliat ca.102.nu.9
Spurius ex interuallo capere iure regio non posses patris clerici, contra nouiss. c.102.nu.21
Statuti mens sequenda pretis verbis, egregia q. c.31.n.36
Statutum feminas dotatas excludens intelligitur quod ad successionem eorum qui dotare tenebantur capit.32. num.4
Statutum a superiore confirmatum quando municipales possint reuocare ca.34.nu.2
Statutum ne in forenses immobilia alienentur, non com- prehendit domunculam ca.34.nu.1
Statutum quod vno delinquente ceteri de familia patian- tur, an valeat, ard. q. ca.32.nu.16
Statutum vt mortua vxore maritus lucretur dotem, an lo- cum habeat quando maritus & vxor simul perierunt, ard. q. c.32.n.15
Statutum dotem marito concedens vxore mortua cessat, si non sustinuit onera matrimonij ca.35.nu.1
Statuti etiam iurati nocius libera transgressio c.31.n.7
Statuta confirmata a superiore an per statuentes possint reuocari, ard. q. ca.35.nu.11
Statuta collegij confirmata per superiorem, an per colle- gas possint reuocari, ard. q. ca.35.nu.12
Statuti iniqui transgressio libera ca.31.nu.6
Stipendium denotat dignitatem mercenarij in praesatio. num.80.
Stipulatio facta inter absentes non firmatur tempore ca. 64.nu.26
Subditi quando possint in suam laxitatem sese vendicare ca.82.nu.3
Successiones sunt iuris ciuilibus ca.48.nu.19
Successionum ius prius fuit ciuile quam gentium cap.54. num.5
Superioris factum meram inferioris vtilitatem respiciens per ipsum inferiorem potest alterari ca.35.nu.13
Supplementum actus facilius inducitur, quam ipsemet actus ca.64.nu.9
Surdus & mutus non possunt testari ca.103.nu.1
Surdus mutusq. natura ex dispensatione principij testa- tur cum Rom. Alexan. Cyno, contra Cuma. Paul. Aret. Ias. & alios ca.103.nu.6
Surdus & mutus natura non testatur etiam ad pias cau- sas cum Bald. Roma. Ias. contra Alexand. & Decium ca.103.nu.7
Suscitari non potest extinctum naturaliter quod si, super- naturaliter suscitur, tunc non eadem res, sed alia no- ua videtur in praes. nu.63

T.

Tacitum interdum pariter, interdum maioris, inter- dum minoris potentia est quam expressum cap.33. numero 26

Talionis

- Talionis pena ista est contra nouiss. & approbata iure naturali & diuino, & gentium, & canonico, & ciuili** ca. 24. num. 16
- Tempore ex longo praesumitur ratificatio** ca. 61. nu. 15
- Tempus longum inducit praesumptionem actorum, vt teneat, sed sententia** ca. 63. nu. 1
- Temporis longi taciturnitas facit praesumi diuisionem etiam si agatur de graui prauidicio, ardua quaestio** ca. 61. num. 27
- Tempus nil est, nisi nudum nomen, sicq; nil generat** cap. 56. num. 6
- Temporis immemorabilis virtus** ca. 84. nu. 14
- Tempus immemorabile inducit iuris substantiam** ca. 65. num. 3
- Tempus longum non inducit praesumptionem instrumento contrariam** ca. 64. nu. 25
- Tempore ex longo praesumitur consensus domini in venditione rei emphyteutica** ca. 62. nu. 14
- Tempus non firmat locationem factam sine mercede certa** ca. 64. nu. 28
- Tempore immemorabili queruntur quae acquiri sola principis concessione possunt, siue titulus allegetur, siue etiam solum tempus, contra Curtium, Alexan. Fel. & alios** ca. 84. nu. 12
- Tempus longum cum scientia & patientia inducit non sensus auctoritatis licentia praesumptionem** ca. 63. nu. 14
- Tempus antiquum quod dicatur magna varietas** ca. 39. num. 20
- Tempus longum facit praesumi aditionem hereditatis, licet agatur de magno prauidicio contra multos, & praesumi filij consensus, licet agatur de magno prauidicio, & aliae tres conclusiones contra Doctores** capit. 66. numero 5
- Tempus omnia transformat** ca. 56. nu. 7
- Tempus immemorabile tuetur possessorem etiam contra eum qui fundat intentionem suam de iure, nec est necesse titulum allegare** ca. 85. nu. 4
- Tempore ex longo praesumitur consensus coniugis ad solutionem thori** ca. 61. nu. 26
- Tempus non firmat venditionem factam sine pretio** ca. 64. nu. 27
- Tempus alit omnia** ca. 56. nu. 5
- Tempus omnia consumit quod ad formam, & corrumpit materiam ex qua rursus aliud generatur** c. 56. nu. 10
- Tempus antiquum facit praesumi quod omnia solennia praecesserant sententiam, licet aliter de illis non appareat, & antiquum tempus dicitur decennium** ca. 18. numero 39
- Tempus an habeat vim inductiuam in praestationibus temporis cuius vitij memoria non sit** ca. 83. nu. 18
- Tempus immemorabile non tam intelligitur ius praesumere aut fingere quam ius vere inducere** ca. 84. nu. 9
- Temporis diuturnitatis quadruplex effectus** ca. 65. nu. 2
- Tempus longum facit praesumi licentiam mariti in uxoris contractu, idem quo ad consensum propinquorum** ca. 61. nu. 13
- Tempus longum facit praesumi consensum consanguineorum contra Docto. & praesumi insinuationem contra Doctores** ca. 64. nu. 11
- Tempus longum facit sustineri contractum illegitimum** ca. 61. num. 21.
- Tempus post longum praesumuntur ea quae sunt facti & quae sunt solennitatis extrinseca** ca. 39. nu. 9
- Tempus quando extinguit ius** ca. 65. nu. 4
- Tempus pater veritatis** ca. 63. nu. 8
- Tempus immemorabile facit vt omnium possibilium concursus praesumatur** ca. 81. nu. 7
- Tempus immemorabile in annuis praestationibus habet vim inductiuam, cum comm.** c. 83. nu. 19
- Tempore ex longo praesumitur auctoritas superioris** cap. 63. num. 3
- Tempus omnium rerum sepultura** in praef. nu. 38
- Tempus longum consensum ignorantis praesumi non facit** r. 64. nu. 3
- Terra dominium probari nisi praescriptione non potest** ca. 51. num. 56
- Terra sit pontus & e contra** ca. 56. nu. 9
- Terra dominium non praesumitur nisi probetur** ca. 51. num. 15
- Terrarum dominium iure gentium primo erat in communi** ca. 51. nu. 11
- Testandi inuentum a iure ciuili non etiam naturali descendiisse** ca. 100. num. 3
- Testamento per errorem testantis vitiat o hereditas legitimis defertur, cum comm.** ca. 102. nu. 4
- Testamentum an vacillet vnius testis contradictione** ca. 63. nu. 11.
- Testamentum in quo filius fuit praeteritus a patre an valeat iure praetorio, & est egregia q.** ca. 100. nu. 1
- Testamentum minus solenne ex tempore longo non sumit vires, nec rumpit superius, noua opinio** capit. 64. numero 22
- Testa. patris ex heredatione firmatur, non secus quam filiorum institutione** ca. 106. nu. 33
- Testamentum in quo filius a patre praeteritus fuit est ipso iure nullum, etiam antequam filius illud impugnet, ar. q.** ca. 99. nu. 1
- Testamentum minus solenne an conualescat** capi. 63. numero 7
- Testes requiruntur interdum 2. interdum 3. interdum 5. interdum 7. interdum 64. interdum 72.** ca. 14. nu. 3
- Testis id tantum scire dicitur quod percipit aliquo ex quinque sensibus corporeis** in praef. num. 116
- Testis in re sua vt quis sit an admittatur** r. 35. nu. 6
- Testis dictum accipiendum est secundum communem usum loquendi** ca. 85. nu. 21
- Tempus nil est** ca. 56. nu. 15
- Titulus improbatu proderit interdum ad praescribendum, ar. q.** r. 79. num. 1
- Tituli allegatio ad praescribendam seruitutem discontinuam nil iuuat, cum communi contra Accursi.** capit. 83. num. 39
- Titulus in annuis praestationibus quando praesumitur, admittitur probatio in contrarium** c. 84. nu. 39
- Titulus allegatus praesumitur contra facientem, cum communi** c. 84. nu. 1
- Titulus allegatus an post longum tempus praesumatur ad acquirendam seruitutem discontinuam, ingens pugna** ca. 84. num. 4
- Titulus in praescriptionibus an requiratur** ca. 77. num. 7
- Titulus allegatus ex annuis praestationibus non praesumitur, nisi esset vniformis** ca. 84. nu. 34
- Titulus allegatus post diutinam praestationem etiam contra mulierem praesumitur** ca. 84. nu. 25
- Titulum

Titulus in consuetud. non requiritur, cum communi ca. 83. num. 29	Titulum allegare necesse non est, ubi est possessio immemoralis nu. 10. contra plures cum communi c. 84. nu. 10
Titulus ad praescribendum de iure canonico non exigitur, ubi agitur de non magno prauidicio ca. 87. num. 3	Titulus non requiritur ad praescribendum in hoc casu ca. 69. num. 2
Tituli allegatio aut probatio, non requiritur in praescrip- tione immemoriali ca. 81. num. 13	Titulus ad praescriptionem praesumitur post longissimum tempus ca. 29. num. 17
Titulus quando exigitur ad praescriptionem, non praesumi- tur ex tempore longo, etiam si agatur de leui prauidi- cio ca. 58. nu. 12	Titulus illegitimus quando noceat praescribenti c. 69. nu. 5
Titulus allegatus post diutinam praestationem praesumitur etiam contra ecclesiam ca. 84. nu. 26	Titulus simulatus non prodest ad praescribendum ca. 67. num. 6
Titulus allegatus an in ijs, quae sunt modici prauidicij, pra- sumatur non tantum contra agentem, sed etiam con- tra patientem ca. 84. nu. 7	Tituli plures concurrunt ad praescribendum ca. 67. nu. 7
Titulus in annuis praestationibus non aliter praesumitur, quam si allegetur ca. 84. num. 32	Titulus ad praescribendum non requiritur in casu sequen- ti & num. 6 ca. 88. num. 5
Titulus legitimus, aut illegitimus, aut etiam nullus suffi- cit ad praescribendum ca. 69. nu. 6	Titulus allegatus post diutinam praestationem etiam con- tra fictum praesumitur ca. 84. nu. 27
Titulus conditionalis non sufficit ad praescribendum cap. 67. num. 3	Titulus beneficij praesumitur ex longo tempore c. 61. nu. 5
Titulus putatiuus sufficit ad praescriptionem ca. 7. nu. 8	Titulus allegatus post diutinam possessionem praesumitur in iudicio, siue petitorio, siue possessorio ca. 84. nu. 29
Titulus allegatus praesumitur etiam contra rusticum sol- uentem in annuis praestationibus longissimi temporis cum communi, contra multos, & quid si sit longum tempus ca. 84. nu. 23	Titulus inutilis non nocet praescriptioni etiam longissimi temporis ca. 81. nu. 18
Titulus ad praescribendum de iure canonico non exigitur ubi agitur de non magno prauidicio ca. 87. num. 8	Titulus allegatus non praesumitur ad excludendam proprie- tatem ca. 84. num. 3
Titulus an ex longo tempore praesumatur ad praescriben- dum, ar. d. q. ca. 64. nu. 34	Titulus suppletur adiectione temporis c. 51. nu. 20
Titulus allegatus ex diutina possessione praesumitur etiam si agatur de praescribendo dominio, contra communem opin. Idem & si agatur de praescribendo usufructu, con- tra communem opin. ca. 65. num. 8	Titulus praesumitur post longum tempus c. 65. num. 1
Titulus reuocabilis sufficit ad praescribendum c. 67. nu. 4	Tituli qui sufficiant ad praescribendum c. 67. nu. 5
Titulus in usucapionibus, vel praescriptionibus an requira- tur noua traditio ca. 77. nu. 10	Titulus allegatus an praesumatur c. 61. nu. 2
Titulus ad praescribendum requiritur ca. 61. num. 1	Titulus pro suo sufficit ad praescribendum c. 68. nu. 1
Titulus illegitimus non inducit obligationem in posterum cum communi opin. ca. 84. nu. 41	Tituli allegatio necessaria non est, post tempus immemo- riale, cum communi c. 84. nu. 28
Titulum ostendere cogitur possessor contra quem stat pra- sumptio iuris ca. 105. nu. 22	Traditio ad praescriptionem an requiratur, ar. q. c. 89. n. 1
Titulus an de iure canonico in praescriptione 30. annorum requiratur, cum adest contra possessorem praescriben- tem vehemens iuris praesumptio c. 87. nu. 3	Transactionis titulus an sufficiat ad praescriptionem siue res tradatur siue remittatur c. 67. nu. 2
Titulus allegatus an praesumatur post longam possessionem in redivibus regalibus contra ipsum regem agentem ca. 84. nu. 13	Tucididus sententia c. 29. nu. 23
Titulus qui ignoratur an sufficiat ad praescriptionem, ar. d. quest. ca. 69. nu. 1	Tutor non praesumitur quaevisse de bonis pupilli, & quare ca. 105. nu. 38
Titulus allegatus an post longam possessionem praesumatur in praescribenda seruitute discontinua ca. 84. nu. 8	Tyrannidus descriptio ca. 8. nu. 35
Titulus praesumitur in possessione vel quasi possessione, quae nititur in facto vel factu aduersarij, licet non pra- sumetur si niteretur in non facto ipsius, noua declara- tio ca. 83. nu. 24	Tyrannus quis ca. 50. nu. 2
Titulus allegatus contra patientem rem suam ab alio vti frui non praesumitur per solum longum tempus, cum qui busdam contra plures c. 84. nu. 40	Tyranni est regnum dolo aut vi quae situm ca. 47. nu. 3
Titulus ex decennio non praesumitur ad vasallagium, sed ex tricennio ca. 64. nu. 36	Tyrannorum infelicitas ca. 8. nu. 36
Titulus an de iure canonico requiratur in praescriptione longissimi temporis, ar. d. q. c. 87. num. 1	Tyrannorum occisio inculcata est c. 8. nu. 41

V.

Variare an liceat in vltimis voluntatibus c. 94. nu. 3	Vasallus
Varia conditionum species ca. 93. num. 1	Vasalli vt noceant sibi in futurum cu quid annuum domi- nis suis praestabant, oportet solutiones factas fuisse ex causa certa expressa legitima & in futurum obligato- ria, secundum communem opin. de cuius veritate discuti- tur c. 83. nu. 27
Vasalli vt noceant sibi in futurum cu quid annuum domi- nis suis praestabant, oportet solutiones factas fuisse ex causa certa expressa legitima & in futurum obligato- ria, secundum communem opin. de cuius veritate discuti- tur c. 83. nu. 27	Vasallus dominum belligerantem quando sequi tenea- tur ca. 1. num. 9
Vasallorum interest dominum non mutare, sicqz inuiti non alienantur ca. 5. nu. 5	Vasalli qui longo vel longissimo tempore vniiformiter pra- stiterunt dominis suis, an & in posterum tantum pre- stare teneantur, anceps pugna. c. 83. nu. 20
Vasalli si dominis suis longo vel longissimo tempore annu- um quid vniiformiter praestiterunt, an ex titulo per eum allegato, an vero ex tyrannide praestitum ac exactum praesumatur, ingens q. ca. 83. nu. 26	Vasalli in casu superiore possunt probare eam causam non esse veram, cum com. ca. 83. nu. 17

I N D E X.

- Vasallus & dominus an iudicentur à pari* c. 8. nu. 11
- Vasalli post annos etiam 30. quibus quid annuum & vni-
forme quasi ex debito quid dominis suis prestiterant,
an ad probandum causam illam non esse veram admit-
tantur* ca. 83. nu. 18
- Vasallos an principibus vendere liceat ob publicam neces-
sitatem* in praf. nu. 30
- Vasalli an possint ex causa remunerationis concedi, licet
ciues nequeant* ca. 5. nu. 12
- Vasallorum prestationes an iustificentur ex tituli allega-
tione quod ad nobiles Hispania* ca. 84. nu. 2
- Vasallus domini salutem suam proponere non tenetur* cap.
11. num. 5
- Vasallus an dominum ob debitum incarceratum liberare
teneatur* ca. 6. num. 6
- Vasalli & similes annuas prestationes diu facientes vt in
posterum teneantur, oportet apparere quod eas facie-
bant ex causa obligatoria* ca. 84. nu. 31
- Vasalli si dominis suis decem prestationes vniiformes an-
nuatim ex certa causa obligatoria, etiam in futurum
faciunt, tenebuntur etiam in futurum tantundem pra-
stare, nisi probent eam causam veram non esse, cum Cor.
contra Cynum* cap. 83. nu. 16
- Vasalli an possint se tueri contra Duces, Comites, Marchio-
nes, aut nobiles alios Hispania, quibus longo tempore id
vectigal, quod alcauala dicitur, prestiterunt* capit. 84.
num. 22
- Veneris causa quod dedit minor aut filius a. an sit restitu-
endum* ca. 48. nu. 14
- Verosimilitudo verbis praefertur* ca. 8. nu. 45
- Verosimilia pro expressis habentur, licet nec mente nec
verbis essent comprehensa* ca. 90. nu. 2
- Verosimilia pro dispositis habentur* c. 76. nu. 2
- Vasallus inuitus non alienatur etiam domino aequè bono,
aut meliori* ca. 5. nu. 6
- Verba sunt animi signum, non certitudo* c. 58. num. 7
- Verborum ministerium* ca. 52. num. 5
- Verba cedunt menti in legibus & in hominib.* c. 30. n. 4
- Verborum complexus mente fraudata non minuit, sed au-
get legis violationem* ca. 30. nu. 11
- Verba enunciativa non inducunt dispositionem* c. 30. n. 8
- Verbum Perinde quid significet* ca. 108. nu. 3
- Verba enunciativa probant post longum tempus* c. 63. n. 13
- Verba statutorum restringenda quoribus resultat abfur-
dus intellectus* ca. 36. nu. 6
- Verba inuenta vt indicarent, non vt impedirent nostram
voluntatem* ca. 30. n. 5
- Verba indicium duntaxat non certa probatio nostra sunt
voluntatis* ca. 62. nu. 18
- Verba non inspicienda, sed mens* ca. 43. num. 4
- Vicarius generalis alium vicarium generalem interdum
create potest* ca. 31. nu. 21
- Victoria non est res potestatis* ca. 93. nu. 18
- Victor extitisse quando quis videatur in ludo schachorum,
vel in congressibus & pugnis, seu certaminibus qua Hi-
spaniè (iustas otornes) appellamus* c. 91. nu. 18
- Victor, qui extitit simul cum alijs non tanto premio di-
gnus est, quam si solus victor existeret* ca. 91. nu. 6
- Vidua decimo mense post mortem mariti pariens ab eo co-
cepisse videtur* c. 48. n. 20. etià si adultera esset, nu. 21
- Viduitatem virgini inducere non licet nec perpetuam nec
temporalem nec etiam momentaneam contra nouiss.*
ca. 94. nu. 22
- Vindicta aut defensio quando intelligatur* c. 18. nu. 22
- Vindicta ius competens non debetur de iure can.* c. 28. n. 8
- Vindicta etiam in continenti est peccatum in foro anima*
ca. 19. nu. 1
- Vini effectus noxij* ca. 19. nu. 13
- Vnio ecclesiarum praesumitur ex longo tempore* c. 6. n. 24
- Vir bonus quis* ca. 41. nu. 35
- Virtutis opus non iactantia fuit facinus Mutij Scauola
brachium concremantis, quiddid diuus Aug. & Sotus
interpretentur* ca. 11. nu. 24
- Vitam pro amico periculo exponere licet iure fori & poli*
ca. 11. nu. 26
- Vitam pro parentibus exponere licet & decet* c. 11. nu. 33
- Vitam pro patria periculo exponere licet & decet* ca. 11.
num. 31
- Vitam tueri & pericula abhorreere hominibus iure natura
insitum* ca. 2. nu. 22
- Vitia virtutis specie tegere venenum est validissimum
in praf. nu. 11*
- Vita aut bona non eadem ratione nobis à Deo data* ca.
11. num. 6
- Vita mortalibus nihil charius* ca. 18. nu. 9
- Vocabula rerum immutabilia* ca. 8. nu. 4
- Volenti non fit iniuria, aut damnum* ca. 48. n. 12
- Voluntarij actus poenam aut premium merentur, non ne-
cessarij* ca. 21. nu. 20
- Votum continentia praesumitur ex longo tempore* c. 61. n. 22
- Vox populi, vox Dei aut natura est* ca. 11. nu. 34
- Vrbium ruina* ca. 56. nu. 4
- Vfuras recipere potest, qui coactus mutauit* ca. 6. n. 8.
- Vtilitatis causa admissa, non sunt ad contrarium conuer-
tenda* ca. 51. nu. 64
- Vtile nobis id quod liber, est* ca. 17. nu. 3
- Vtilior pluribus maiore premio dignus, quam qui paucio-
ribus utilis est* in praf. nu. 101
- Vulnerans vnum, dum alium vulnerare volebat, an ordi-
nariè puniatur* ca. 19. nu. 24
- Vxor contractus sine mariti licentia factus iure regio nõ
firmatur iuramento ipsius vxoris* ca. 104. nu. 3
- Vxor etiam adultera ex marito praesumitur concepisse* ca.
106. num. 31
- Vxor luxuriosè viuens non amittit testamenti factio-
nem* ca. 104. nu. 7
- Vxor quae fuisse praesumitur de bonis mariti* capitul. 105.
num. 4
- Vxor etiam adultera praesumitur quae fuisse ex bonis mariti*
ca. 105. nu. 30
- Vxor non praesumitur quae fuisse ante matrimonium nisi pro-
bet* cap. 105. nu. 16

F I N I S.

IMPRESSVM FRANCOVRTI AD
MOENVM APVD GEORGIVM COR-
VINVM, IMPENSIS SIGISMVN-
di Feyerabend.



M. D. LXXII.

1850

